BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
22
NAPOLI

Y.LVIII
H
22

GALLIA
CHRISTIANA.
TOMIS IV.

GALLIA CHRISTIANA

QVA SERIES OMNIVM ARCHIEPISCOPORVM EPISCOPORVM ET ABBATVM

FRANCIÆ, VICINARVMQVE DITIONVM, ab Origine Eccleſiarum, ad noſtra tempora PER QVATVOR TOMOS DEDVCITVR.

Et probatur ex antiquæ fidei Manuſcriptis, Vaticani, Regum, Principum, Tabulariis omnium Galliæ Cathedralium & Abbatiarum.

Opus Fratrum Gemellorum
SCÆVOLÆ ET LVDOVICI SAMMARTHANORVM
auctum, & primò in lucem editum
A PETRO ABELIO ET NICOLAO SAMMARTHANIS,
SCÆVOLÆ filiis; LVDOVICI nepotibus.

TOMVS I.

LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud PETRVM MENARD Bibliop. Iuratum, viâ Veteris Enodationis, iuxta terminum Pontis D. Michaëlis, ſub ſigno Boni Paſtoris.

M. DC. LVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS, ET MANDATO CLERI GALLICANI.


GALLIA

ILLVSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS

ECCLESIÆ PRINCIPIBVS,

ARCHIEPISCOPIS,

EPISCOPIS,

CÆTERISQVE TOTIVS COETVS ECCLESIASTICI ORDINIBVS, IN COMITIIS GENERALIBVS

CLERI GALLIÆ,

LVTETIÆ CONSTITVTIS.

SAMMARTHANI Fratres æternam felicitatem.

PRODIT *in conſpectum veſtrum, (Illuſtriſſimi Principes Eccleſiæ, Clerique Sacri Ordines venerandi) ex omnibus ſæculis & Sedibus,* ECCLESIÆ GALLICANÆ *celeberrimus Coetus, veſtriſque ſacris Comitiis admitti poſtulat; & certè merentur in iis locum obtinere, qui eodem quo vos characteris honore, doctrinæ puritate, ſanctimoniâ vitæ floruerunt. Nec verò deeſt illis legitima deputatio, quos populorum, Regum, & Cleri electio, quos Epiſcoporum confirmatio, quos Pontificum ſanctio, quos Synodorum authoritas comprobauit. Id ergo de veſtrâ pietate ſibi pollicentur*

Patres, à quibus Sacerdotium accepiſtis, id de amicitiâ ſpondent ſibi Fratres eiuſdem Matris Eccleſiæ quam colitis, id de beneuolentiâ ſibi vendicant ſocij conſecrationis, id de gratitudine veſtrâ expectant, quorum eſtis hæredes dignitatis. Vnde ſperamus iis vos nullum humanitatis officium denegaturos, tum ob antiquitatem plurium ſæculorum, tum ob multitudinem ſimul congregatorum; & maximè quòd Eccleſias veſtras non modò fundarunt magnitudine laborum, & hæc quæ geritis Epiſcopatus ornamenta, ſanctificauerunt morum caſtimoniâ, fidei incorruptione, ſcientiæ ſplendore, ſed etiam ſanguinis & vitæ profuſione conſecrarunt. Occurrit ergo vobis Triplex Corona, ARCHIEPISCOPORVM, EPISCOPORVM, & ABBATVM, *quos etſi officiorum, Sedium, & temporum diſtinxit varietas, vnitas tamen Fidei, Sacerdotij, & Eccleſiæ Gallicanæ, communioni veſtræ coniunxit. Certè equidem illos ſi hoc honore excipitis, quòd non diffitemur, non minùs gloriæ & ſplendoris in vos, ex illorum conſortio redundabit. Quanta enim & qualis videbitur illa majeſtas ampliſſimi veſtri Conſeſſus, cùm non modò Pariſienſi ciuitati, non modò toti Franciæ, ſed integro Orbi Chriſtiano, & ſequentibus in poſterum ſæculis, vniuerſa* GALLIA CHRISTIANA *à primis fidei temporibus, ad hanc vſque diem velut ad generaliſſimam conuocata Synodum effulgebit. Tum enimuerò ex hac ingenti multitudine Pontificum, diuina quadam pompa ſpectabitur, quæ vobis ſpecimen exhibebit Angelicorum Ordinum, imaginem triumphi cœlorum, necnon Eccleſiæ militantis exercitum. Inter omnes enim totius Imperij Chriſti prouincias,*

uincias, Gallicana ſtetit ſicut caſtrorum acies, ſemper ordinata diſciplinæ Eccleſiaſticæ obſeruantiâ, ſemper terribilis hoſtibus fidei, ſempérque triumphans; quam nulla domare potuit hæreſis, nulla perfidi dogmatis opinio corrumpere. Videbitis in primâ acie Religionis Athletas nobiles, Martyres Fidei generoſos, quorum fortitudini ceſſit rabies dæmonum, furor Tyrannorum, infidelitas populorum. Videbitis illos miraculorum poteſtate, oraculorum virtute, ſanguinis effuſione, de erroribus, impietate, Idololatriâ agentes illuſtres triumphos: inter quos Pothini, Dionyſij, Saturnini, cæteríque plures, aſperſa cruore membra, vulnerum cicatrices, & inſtrumenta crudelitatis carnificum, velut erepta de hoſtibus ſpolia vobis oſtentabunt: ornabunt hanc pompam euerſa paſſim dæmonum templa, fictorúmque Numinum proculcatæ imagines, & innumera Francorum multitudo, quæ Chriſti ſignata cruce, victoribus Epiſcopis acclamabit. His ſanè Pontificibus debere vos intelligetis, & Eccleſias quarum Sponſi eſtis, quas ſuo ſanguine purificauerunt, & aras in quibus ſacrificatis, quas ſuâ immolatione dedicarunt, & populos quibus praeeſtis, quos è diaboli ſeruitute redimentes vobis acquiſierunt. Nec minori vos illis aſtringi cenſebitis beneficio, qui partam fidem tot ærumnis & laboribus exantlatis, ab Hæreticorum prauis dogmatibus propugnarunt, aut eam libris doctiſſimis illuſtrarunt, aut vitæ ſanctioris exemplo, tanquam ſale optimo in populorum cordibus incorruptam condierunt. Spectabitis Hilarium contra Arrianos, Irenæum contra Valentinianos, Germanum in Pelagianos, Ratbertum, Hinc-

marum, Bernardum, & alios, in Synodis, & generalibus Conciliis, contra hæreſim, impietatem, morum corruptelam decertantes. At verò quàm ſplendidus ille numerus Principum Eccleſiæ, quos vel natalium claritas & Purpura, doctrina vel prudentia nobilitauit: quorum tamen infulæ decus, familiis, honorem Purpuræ, pondus ſcientiæ, ſapientiæ famam adiunxerunt. Spectabitis enim anteceſſores veſtros Regum Miniſtros, de arcanis Imperij decernentes, pacis fœdera, bellorum indictiones, Legationes grauiſſimas obeuntes, denique nihil confectum maioris momenti ab incunabulis Monarchiæ Francorum, quod Præſulum conſilio vel authoritate, iudicio vel opere coeptum non ſit & abſolutum. Floruère quidem Orientales Epiſcopi ſanctitate, Africani ingenio, Itali prudentiâ, Germani nobilitate, Hiſpani conſtantiâ; ſed has omnes virtutes non modò coniunxit in ſuis Pontificibus Eccleſia Gallicana, ſed multis etiam titulis ſuperauit. Imprimis enim cùm cæteri omnes à Fidei regulà, quæ eſt virtutum omnium origo, defeciſſent: ſola Gallia ab Apoſtolorum doctrinà non receſſit; & cùm plerique Præſules hæreſis veneno fœdarentur, Francorum Clerus non modò manſit illæſus à monſtris, ſed ſi quæ inſurrexerunt, ſtatim edomuit & confodit. Cui ſanè incorruptæ fidei Eccleſiæ Gallicanæ adſcribenda eſt Majeſtas Romanæ Sedis, noſtri diuturnitas Imperij, & quòd gens Francorum pietate, diuinarum & humanarum rerum ſcientiâ, pace belloque geſtis præclarè negotiis, cunctas facilè ſupereminet nationes. Cùm enim Orientales Epiſcopi, & Occidentis Principes, Romanorum Pon-

tificum Sedem deprimere, aut ſibi ſubiicere ſapè tentauiſſent, hoc eſt Eccleſiæ totius Hierarchiam euertere, Reges Galliarum, hortantibus ſanè Epiſcopis & ſuadentibus, Cathedram Petri à ſeruitute Tyrannorum in libertatem erexerunt, ab impetu Barbarorum illam protexerunt, ditauerunt honoribus & patrimonio; hæc etiam fides inconcuſſa Præſulum regni fundamenta ſtabiliuit; quibus enim in Imperiis incorrupta non permanſit, principatus quoque miſerabilem traxit in ruinam. Quid ergo potuit ad commendationem Eccleſiæ Gallicanæ euenire glorioſiùs, quàm quòd Romanæ Sedis, hoc eſt totius Chriſtianitatis, eſſet quaſi firmamentum, diuturnitatis Imperij Gallorum fundamentum, & totius Eccleſiæ maximum ornamentum.

Quamuis autem Eccleſia, Gallia, voſmetipſi, veſtris deceſſoribus tantis deuincti ſitis beneficiis, abundè tamen illa rependitis (Illuſtriſſimi Principes Eccleſiæ, Clerique Sacri Ordines Venerandi) quandoquidem veſtrâ ſollicitudine, & authoritate, nunc in vnum quaſi corpus collecti, ad hæc celeberrima Comitia conuenerunt; vt illorum ſplendor & gloria, quæ in ſingulis minùs videbatur, ex omnibus ſimul congregatis auguſtiùs eluceſcat. Debent vobis quòd illorum memoria aut obſita tenebris, vel obſcuris locis recondita, vel erroribus deprauata, è puluere & caligine tumulorum, in lucem poſteritatis euocetur. Illi vobis ſuam dignitatem contulerunt, vos illam ab obſcuritate vendicatis, illi prioribus ſæculis nomen Ordini veſtro conciliarunt, vos poſteris illorum famam penè extinctam renouatis. Etſi enim noſtro ſtylo, manibúſque vti ad operis huius mo-

lem excitandam, veſtræ humanitati ſummæ placitum fuerit; nihilominus primas partes vobis tribuendas compertum habemus, cùm ab annis decem, tum in Conſeſſu generali Clerus Gallicanus, tum ſingularis multorum Præſulum exhortatio, nos ad hanc rem abſoluendam beneuolentiâ & mandato ſuo vehementer incitauit; inſuper cùm auctoritate veſtrâ tranſlata fuerint ad nos ferè ex omnibus Galliarum Eccleſiis antiqua monumenta, ex quibus huius operis materiam vberem deprompſimus. Certè quemadmodum non minoribus cæmentariis & opificibus ſuperborum ædificiorum gloria tribuitur, ſed principibus architectonicis & promotoribus, ita ſanè ſi quam laudem merebitur apud poſteros Opus hoc qualecunque, in Galliarum Clerum, velut in primum auctorem iuſtiſſimè redundabit. Nobis verò factum erit ſatis, ſi hoc publico monimento poſteris teſtatum fecerimus noſtrum erga Chriſti fidem zelum, erga Eccleſiæ Gallicanæ Principes cultum & obſeruantiam, denique pietatem erga patriam, quibus nos & noſtra, & quidquid vitæ ſupereſt, æquo animo impendemus.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

TRIA nobis potiſſimùm, Lectorem monenda videntur, primum quidem quæ ſit GALLIÆ CHRISTIANÆ materia, deinde quibus de cauſis ad hoc ſcribendi genus excitati ſunt Sammarthani fratres Gemelli, quibus denique ſit adiumentis à nobis abſolutum. Quod ſpectat ad huius Operis argumentum, in animo fuit Hiſtoriam contexere omnium ARCHIEPISCOPORVM, EPISCOPORVM, & ABBATVM, hiſque adiungere quantum fieri potuit Catalogum primæ Dignitatis cuiuſlibet Cathedralis, necnon Præpoſitos Generales Congregationum commorantes intra Gallias, quæ iuxta limites antiquos Mari interno & Oceano, Rheno, Alpibus, & Pyrenæis clauduntur; vt ſic vniuerſi CLERI GALLICANI Hiſtoria, ab origine fidei ad noſtra vſque tempora, locorum, perſonarum, & annorum ordine diſtincta, vnico Opere comprehenderetur. Vnde apparet, Primò quibus initiis fides Chriſti cœperit in Galliis, quibus incrementis propagata ſit, quibus randem gradibus conſurrexerit ad honoris faſtigium. Secundò manifeſtatur præſtantia Cleri Gallicani ſuper omnes Orientis & Occidentis, exceptâ Romanâ, Eccleſias, eiúſque Hierarchica ſeries perpetua. Tertiò Origines omnium ferè Eccleſiarum Franciæ, & Monaſteriorum, à quibus fundatæ, latifundiis auctæ, nobilitatæ priuilegiis Pontificum, Epiſcoporum, & Principum, quorum vetuſta documenta publici iuris fecimus, eodem quo ſe habent verborum tenore, quamuis barbaro, tum ad Hiſtoriæ noſtræ probationem, tum vt ex iis antiquitatis notitia accuratior à doctis eruatur. Quartò, quibus conſuetudinibus & ceremoniis vſa ſit Eccleſia Gallicana; quâ poteſtate viguerit ſiue in rebus ſacris, ſiue in prophanis. Quintò quos fidei & morum Canones ſanxerit in Conciliis, quas hæreſes extinxit, quos errores profligauit, quas diſciplinæ regulas obſeruari ab antiquo, quas in deſuetudinem abire, quas reſtitui curauerit. Denique vt multa taceamus quæ ſpectant ad huius Operis argumentum & vtilitatem,

inde ciuitates Epiſcopales illuſtrantur, per earum Geographicas deſcriptiones & Hiſtoricas, Nobiliores regni familiæ, per Gentilitia Stemmata, Chronologia denique per Ephemerides Præſulum; quarum ex rerum collatione, temporum, locorum, & perſonarum, infiniti propè errores variis in libris emendantur; à quibus nos omnino abſtinuiſſe ſi profiteremur, nimis ſuperbum eſſet: nam in tam vaſto pelago Hiſtoriarum, fluctibus opinionum diuerſarum agitato, antiquitatis obducto caligine, nullatenus à viâ veritatis aberrare, non humanum eſt, ſed propè diuinum. De induſtriâ verò retulimus multorum ſententias in rebus dubiis, & diſcrepantes chronologias ex plurimis cartulariis, codicibus, & Hiſtoricis, tum vt ſinceriùs vetuſtatis monumenta proferremus, cùm etiam ne Lectori præiudicium afferremus. Cenſuimus autem fore commodiùs, ſi Opus integrum in Tres Partes diſtribueremus, quarum prima Archiepiſcopos, ſecunda Epiſcopos, tertia Abbates contineret. At cùm per quadriennium & ampliùs protracta ſit eius editio, creuit interim materia operis, vnde Epiſcoporum partem in duas redigere coacti ſumus, quamuis ex numeris foliorum diſtinctio non appareat. Porrò ordine alphabetico Diœceſes & Abbatias recenſemus, cùm is ſit facilior, vt in promptu, quæ inueſtigat ſtudioſus Lector reperiat, maximè cùm ad marginem Chronologia vbique notetur.

Quibus autem de cauſis ad id ſcribendi genus excitati ſunt Sammarthani noſtri, non abs re viſum eſt hîc proferre. A teneris annis innato litterarum amore flagrantes, à Scæuolâ parente ſuo, viro non ignoto doctis viris perſuaſi ſunt, vt iis ſtudiis animum adhiberent, quæ publico commodo proficere poſſent; poſteà viri illuſtris Iac. Auguſti Thuani Senatus Pariſienſis Præſidis, familiariſſimâ ſocietate per annos plures vſi Pariſiis, dum Hiſtoriam perſcriberet, cui, ipſo teſte, non mediocriter adlaborarunt. Interim dum Regia Cartophilacia, nec non Eccleſiarum complura tabularia euoluerent, ſibi propoſuêre animo, vt tum Sacræ, tum Prophanæ Galliarum Hiſtoriæ veteris arcana monumenta ſcrutarentur; ex quibus cùm vberem materiam deprompſiſſent, ſeſe addixêre primùm vt REGIÆ FAMILIÆ Hiſtoriam conſcriberent, cùm intereà Eccleſiaſticam meditarentur, Henrico Ludouico Caſtanæo Rupipoſæo Præſule Pictauienſi ipſos adhortante; qui propterea Romæ degens, cartularia Vaticani perluſtrabat. Intereà verò cùm Ioannes Chenu Bituricus, operis huius vmbram aliquam delineaſſet ſub titulo Chronologicæ Hiſtoriæ Epiſcoporum Galliæ, Fratres Sammarthani lubenter ei contulêre, quæ iam digerere cœperant, vt ipſe teſtatur. Quod idem poſteà Claudio Roberto præſtitêre, qui maioris operis molem aggreſſus, non modò plura Chenuto adiecit, ſed auguſtiorem formam & ordinem ſuperinducens, à Sammarthanis etiam non pauca recepit, quibus eius Liber creſceret & illuſtraretur, editus anno Chriſti 1626.

Sed vt immenſi laboris res eſt, ne ipſe quidem metam attigit, Gemellíſque fratribus, poſt ſuam amplam meſſem, maius etiam ſpicilegium reliquit; Adeò verum eſt, quod ſcribit Seneca; *Omnibus fœliciter hic locus ſe dedit; & qui præceſſerunt, non præripuiſſe nobis videntur, quæ dici poterant, ſed aperuiſſe. Multùm intereſt vtrum ad conſumptam materiam, an ad ſubactam accedas: creſcit in dies, & inuentis inuenta non obſtant.* Quin etiam Diuus Chryſoſtomus non modò verè de Scripturâ, ſed ad rem noſtram aptiſſimè pronuntiauit. *Puteum eſſe altum vnde Maiores noſtri hauſerunt, nec exhauſerunt, haurimus & nos, nec exhaurimus, poſteritas hauriet, nec exhauriet.* Nam vt cuilibet legenti facilè conſtabit, non modò in Democharis volumine de Sacrificio Miſſæ, qui materiam noſtram leuiter attigerat, in Chenuti, Seuertiíque libris pleráque mutila, & hiulca, nec non erroribus ſunt aſperſa; ſed etiam in Roberto maxima pars deeſt aut Eccleſiarum, aut Præſulum omiſſorum, aut rerum explicandarum, aut veterum monumentorum, quæ ad Cathedralium, Abbatiarum origines, incrementa, priuilegia, iura, diſciplinam & conſuetudines ſpectabant. Inſuper cùm Robertus nonnulla pertractet de Archiepiſcopis Hiſpaniæ, Italiæ, Angliæ, quæ ſunt extra GALLIÆ CHRISTIANÆ limites, nec non plures diſſertationes de virtutibus & vitiis, aut de Iure Canonico inſeruerit, quæ ſunt ab Hiſtorico aliena; nemini mirum videbitur, ſi à fundamentis hæc moles ex integro reformetur; ita vt iam Quatuor Voluminibus digeſta, nunc in publicum proferatur.

His adde, quòd propter morboſam ſenectutem Robertus cùm huic labori ſe ſe imparem intelligeret, datis ad Gemellos fratres ſæpiùs epiſtolis enixè rogauit, vt hanc prouinciam ſuſciperent; & ipſe Iacobus de Nucheſe illuſtriſſimus Antiſtes Cabilonenſis, cui Liber Roberti conſecratus erat, nos humanitate ſummâ ſemper proſequutus, fatis functo Roberto vehementer inuitauit frequentibus litteris, vt huic operi ſedulò incumberemus; cui promouendo, multa conquiri & exhiberi nobis documenta diligentiſſimè procurauit. Vnde nullus vitio nobis vertet, quod in alienam meſſem, falcem immittere, & pij, docti, nobíſque coniunctiſſimi viri Roberti gloriam tentauerimus obſcurare.

Nihilominus cùm magna rationum momenta reuocarent Sammarthanos Gemellos, vt id oneris ſuſciperent, nempe prouectior ætas, operis moles ardua; maximè verò cùm ſibi tunc propoſuiſſent, Hiſtoriæ Genealogicæ Domus Regiæ ſeriem perficere nobiliſſimarum Galliæ Familiarum. Tandem fluctuantes & incertos inclinauit Cleri Gallicani generalis Coetus, habitus Lutetiæ anno 1646. qui cùm intellexiſſet per ſuum Promotorem digniſſimum Georgium d'Aubuſſon Abbatem de la Feuillade, mox Archiepiſcopum Ebredunenſem, GALLIÆ CHRISTIANÆ maximam vtilitatem, tum ad tuendam Fidei Acta Cleri Gallicani 1646.

noſtræ poſſeſſionem, contra omnium temporum Hæreticos, ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ in Galliis ſeruanda monumenta, decus & gloriam conferre ſingulis Diœceſibus; demum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ nebulas inde non modò fugari ſenſiſſet, ſed ei magnum lumen afferri. Mandato ſuo ſpeciali iis ſignificauit, fore ſibi rem gratiſſimam, ſi quàm primùm fieri poſſet, id Eccleſiæ, & Franciæ publico commodo euulgarent. Accingebant ergo ſe ſe ad obtemperandum, cùm paulò poſt ciuilium bellorum tempeſtas vniuerſam Galliam, maximè verò Lutetiam perturbauit. Illis autem eripuit ea, quibus fruebantur beata Muſarum otia, ſine quibus vix aliquid tranquillè meditari poſſumus, armorum ſtrepitus inter, buccinarúmque clangores. Acceſſit huic
1650. 7. Septembris. publicæ calamitati, domeſtica, nempè obitus noſtri SCEVOLÆ Sammarthani parentis colendiſſimi, quem tantis periculis cariſſimam patriam affligentibus, melior ipſi Deus conſulens nobis abſtulit, & reliquit gemino dolore mœrentes; maximè verò Gemellum LVDOVICVM, deſiderio germani potiùs tabeſcentem quàm ſenio. Quâ tamen acerbitate malorum minimè fractus, iniunxit nobis, vt ſub eius moderamine GALLIÆ CHRISTIANÆ Editionem aggrederemur. At cùm interim diligenti ſollicitudine variis ex Eccleſiis non pauca collegiſſemus, vnde quarta pars operis adcreſceret, ideò protracta eſt eius in publicum emiſſio, vt diuturnitatem temporis, augmentum voluminis compenſaret. Quod etiam nos à typographiæ, mendis leuioribúſque erroribus excuſabit, potiſſimùm verò cùm alteram editionem accuratiorem, & ampliorem intra aliquot annos prodere Deo iuuante deſtinemus.

Supereſt, vt id quod promiſſum tertiò, moneamus quibus præcipuè adiumentis librorum, & Perſonarum, hoc opus confectum eſt, & abſolutum. Peruagandum ergo fuit per omne genus Scriptorum, præſertim Hiſtoricorum, tum illorum qui de totâ Gallicanâ gente ſcripſerunt, cùm illorum etiam qui in illuſtrandis ſingularibus Prouinciis, & Diœceſibus ſuum ſtudium poſuerunt; quorum ſcripta deprauata hiſtoricæ fidei multis locis reſtituimus. Percurrenda inſuper fuerunt Conciliorum Acta & Decreta; ſummorum Pontificum reſcripta & Epiſtolæ, Martyrologia; conquirendi & euoluendi complures manu exarati libri, è diuite penu variarum bibliothecarum deprompti; excutienda quoque vetera monumenta innumera, quæ tum in Vaticano, Curiæ Romanæ ſcriniis, Regio Cartophilacio, tum Regeſtis ſummarum Galliæ Curiarum, nec non quæ in ſecretis Tabulariis Eccleſiarum Cathedralium, Cœnobiorum, & illuſtrium Regni Familiarum abdita latebant; quorum nobiliorem partem penè obliteratam, è puluere & tenebris, non ſine grauibus impenſis & laboribus in lucem edimus. Quibus tamen nos facere ſatis non potuiſſe fatemur, niſi tum CLERI GALLICANI Generalis Cœtus, ſuis beneficijs, cùm etiam multorum Præſulum ſollicitudo, in exhibendis

hibendis ſuarum Eccleſiarum cartophilaciis, operoſi laboris moleſtias nobis mitigaſſet; quibus ſanè nunquam ſatis amplas referre gratias poſſumus.

Sed profectò nulla nos vnquam tenebit obliuio, eruditorum hominum, qui ſuis ſtudiis nos ad hoc Opus promouendum, non mediocriter adiuuarunt: quos inter viri eximij Petrus & Iacobus Puteani fratres, Regi Chriſtianiſſimo à Conſiliis, & Bibliothecis, de omnibus litteratis meritiſſimi. Michael de Marolles Abbas Villælupæ, clarus variis libris, quibus & humanas, & diuinas ſcientias illuſtrauit; qui liberalitate ſingulari nobis codices ſuos communicauit de prouinciâ Turonenſi. Teſtamur etiam noſtram gratitudinem erga Antonium de Vyon, dominum d'Herouual, Cameræ Computorum Auditorem, qui ex huius ſcriniis, aliiſque, membranas, exemplaria, & cætera id genus priſca monumenta humaniſſimè nobis ſubminiſtrauit. Beneficio autem Baronis Riantienſis ſchedæ v. c. Nicolai Claudij Fabricij Peireſkij nobis patuerunt. Denique R. P. Franciſcus Boulartus Abbas quondam S. Genoueſæ de Monte Pariſiis, plures catalogos ſui Ordinis Abbatum Canonicorum Regularium B. Auguſtini, nobis potiſſimùm exhibuit. Abbatum quoque Ordinis Ciſtercienſis non paucas nomenclaturas præbuit R. P. de Lancy. Inter externos etiam præcipuè nobis commendandus Ferdinandus Vghellus, Florentinus, Abbas Sanctorum Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias, Ord. Ciſterc. qui de Epiſcopis Vniuerſæ Italiæ ſcripſit, nobiſque multorum Præſulum notitiam contulit, ex Actis publicis Conſiſtorialibus, Libris prouiſionum Prælatorum, & Regiſtris Vaticani.

Cùm autem omnium nomina recenſeamus, qui aliquid ad hoc Opus contulerunt, & neceſſe fuerit ex omnibus ferè Eccleſiarum, & Monaſteriorum tabulariis, archiuis publicis ac priuatis intra Gallias, manuſcripta colligere, ſuis locis ea declarabimus. Vniuerſos denique Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Studioſos enixè hortamur, quandoquidem hoc Opus ſpectat ad Religionis, totiúſque Cleri commendationem, & nominis Francici gloriam, publico commodo & nobis conferant, ſi quæ arcana recondunt, benigniùs autem excuſent, ſi quid humanitùs eſt erratum.

NOTITIA PROVINCIARVM ET CIVITATVM GALLIÆ,

HONORII AVGVSTI, VT VIDETVR, TEMPORIBVS condita, cùm Gallias, & ſeptem Prouincias diſtingui mos erat.

IN PROVINCIIS GALLICANIS

Quæ Ciuitates ſint.

PROVINCIA LVGDVNENSIS PRIMA.
Metropolis ciuitas Lugdunenſium, *Lion.*
Ciuitas Æduorum, *Autun.*
Ciuitas Lingonum, *Langres.*
Caſtrum Cabilonenſe, *Chalon.*
Caſtrum Matiſconenſe, *Maſcon.*

PROVINCIA LVGDVNENSIS SECVNDA.
Metropolis ciuitas Rotomagenſium, *Rouën.*
Ciuitas Baiocaſſium, *Bayeux.*
Ciuitas Abrincatum, *Aurancħes.*
Ciuitas Ebroicorum, *Eureux.*
Ciuitas Sagiorum, *Sais.*
Ciuitas Lexouiorum, *Liſieux.*
Ciuitas Conſtantia, *Conſtances.*

PROVINCIA LVGDVNENSIS TERTIA.
Metropolis ciuitas Turonorum, *Tours.*
Ciuitas Cenomannorum, *Mans.*
Ciuitas Redonum, *Rennes.*
Ciuitas Andicauorum, *Angers.*
Ciuitas Namnetum, *Nantes.*
Ciuitas Corioſopitum, *Cornoüaille.*
Ciuitas Venetum, *Vannes.*
Ciuitas Oſſiſmorum.
Ciuitas Diablintum.

PROVINCIA LVGDVNENSIS SENONIA.
Metropolis ciuitas Senonum, *Sens.*
Ciuitas Carnotum, *Chartres.*

Ciuitas Autiſſiodorum, *Auxerre.*
Ciuitas Tricaſſium, *Troyes.*
Ciuitas Aurelianorum, *Orleans.*
Ciuitas Pariſiorum, *Paris.*
Ciuitas Melduorum, *Meaux.*

PROVINCIA BELGICA PRIMA.
Metropolis ciuitas Treuerorum, *Treues.*
Ciuitas Mediomatricorum Mettis, *Mets.*
Ciuitas Leucorum Tullo, *Toul.*
Ciuitas Verodunenſium, *Verdun.*

PROVINCIA BELGICA SECVNDA.
Metropolis ciuitas Remorum, *Reims.*
Ciuitas Sueſſionum, *Soiſſons.*
Ciuitas Catuellaunorum, *Chalons.*
Ciuitas Veromanduorum, *Vermand.*
Ciuitas Attrebatum, *Arras.*
Ciuitas Cameracenſium, *Cambray.*
Ciuitas Turnacenſium, *Tournay.*
Ciuitas Siluanectum, *Senlis.*
Ciuitas Bellouacorum, *Beauuais.*
Ciuitas Ambianenſium, *Amiens.*
Ciuitas Morinum, *Teroüanne.*
Ciuitas Bononenſium, *Bologne.*

PROVINCIA GERMANIA PRIMA.
Metropolis ciuitas Moguntiacenſium, *Mayence.*
Ciuitas Argentoratenſium, *Strasbourg.*
Ciuitas Nemetum, *Spire.*
Ciuitas Vangiorum, *Vormes.*

PROVINCIA GERMANIA SECVNDA.
Metropolis ciuitas Agrippinenſium, *Cologne.*
Ciuitas Tungrorum, *Tongres.*

PROVINCIA MAXIMA SEQVANORVM.
Metropolis ciuitas Veſoncienſium, *Beſançon.*
Ciuitas Equeſtrium Noiodunus, *Nion.*
Ciuitas Eluitiorum Auenticus, *Auanches.*
Ciuitas Baſilienſium, *Baſle.*
Caſtrum Vindoniſſenſe, *Vindiſch.*
Caſtrum Ebredunenſe, *Iuerdun.*
Caſtrum Rauracenſe.

Portus Abucini.

PROVINCIA ALPIVM GRAIARVM ET PENNINARVM.
Ciuitas Centronum Darantaſia, *Tarantaiſe.*
Ciuitas Valenſium Octodoro, *Martinach en Valais.*

PROVINCIA VIENNENSIS.
Metropolis ciuitas Viennenſium, *Vienne.*
Ciuitas Genauenſium, *Geneue.*
Ciuitas Gratianopolitana, *Grenoble.*
Ciuitas Albenſium, *Viuiers.*
Ciuitas Deenſium, *Die.*
Ciuitas Valentinorum, *Valance.*
Ciuitas Tricaſtinorum, *S. Paul Trois Chaſteaux.*
Ciuitas Vaſienſium, *Vaiſon.*
Ciuitas Arauſicorum, *Orange.*
Ciuitas Cabellicorum, *Cauaillon.*
Ciuitas Auennicorum, *Auignon.*
Ciuitas Arelatenſium, *Arles.*
Ciuitas Maſſilienſium, *Marſeille.*

PROVINCIA AQVITANICA PRIMA.
Metropolis ciuitas Biturigum, *Bourges.*
Ciuitas Aruernorum, *Clermont.*
Ciuitas Rutenorum, *Rodez.*
Ciuitas Albienſium, *Alby.*
Ciuitas Cadurcorum, *Cahors.*
Ciuitas Lemouicum, *Limoges.*
Ciuitas Gabalum, *Mande.*
Ciuitas Vellauorum, *le Puy.*

PROVINCIA AQVITANICA SECVNDA.
Metropolis ciuitas Burdigalenſium, *Bourdeaux.*
Ciuitas Agennenſium, *Agen.*
Ciuitas Ecoliſmenſium, *Engouleſme.*
Ciuitas Santonum, *Saintes.*
Ciuitas Pictauorum, *Poitiers.*
Ciuitas Petrocoriorum, *Perigueux.*

PROVINCIA NOVEMPOPVLANA.
Metropolis ciuitas Eluſatium, *Eauſe.*
Ciuitas Aquenſium, *Acqs.*
Ciuitas Lactoratium, *Lactoure.*
Ciuitas Conuenarum, *Comenge.*

Ciuitas Conſerannorum, *Coſerans.*
Ciuitas Boatium.
Ciuitas Benarnenſium, *Laſcar.*
Ciuitas Aturenſium, *Ayre.*
Ciuitas Vaſatica, *Baſas.*
Ciuitas Turba, vbi caſtrum Bigorra, *Tarbe.*
Ciuitas Elloronenſium, *Oloron.*
Ciuitas Auſciorum, *Aux.*

PROVINCIA NARBONENSIS PRIMA.
Metropolis ciuitas Narbonenſium, *Narbone.*
Ciuitas Toloſatium, *Toloſe.*
Ciuitas Beterrenſium, *Beſiers.*
Ciuitas Nemauſenſium, *Niſmes.*
Ciuitas Luteuenſium, *Lodeue.*
Caſtrum Vcecienſe, *Vſez.*

PROVINCIA NARBONENSIS SECVNDA.
Metropolis ciuitas Aquenſium, *Aix.*
Ciuitas Aptenſium, *Apt.*
Ciuitas Reienſium, *Riez.*
Ciuitas Foroiulienſium, *Freius.*
Ciuitas Vappincenſium, *Gap.*
Ciuitas Segeſteriorum, *Siſteron.*
Ciuitas Antipolitana, *Antibe.*

PROVINCIA ALPIVM MARITIMARVM.
Metropolis ciuitas Ebrodunenſium, *Embrun.*
Ciuitas Dinienſium, *Digne.*
Ciuitas Rigomagenſium.
Ciuitas Sollinienſium.
Ciuitas Sanitienſium, *Senez.*
Ciuitas Glannatina, *Glandeſue.*
Ciuitas Cemelenenſium, *Cimies.*
Ciuitas Vincienſium, *Vence.*

IN PROVINCIIS XVII. CIVITATES CVI.

NOTITIA MODERNA
ARCHIEPISCOPATVVM, ET EPISCOPATVVM
De quibus in hoc Opere fit mentio.

ARCHIEPISCOPATVS AQVENSIS, *l'Archeueſché d'Aix.*
Hos habet Suffraganeos.
Aptenſem, *Apt.*
Reienſem, *Ries.*
Foroiulienſem, *Freius,*
Vapincenſem, *Gap.*
Siſtaricenſem, *Siſteron.*
Archiepiſcopatus ARELATENSIS; *l'Archeueſché d'Arles.*
Maſſilienſem, *Marſeille.*
Tricaſtinẽſem, *S. Pol Trois Chaſteaux.*
Tolonenſem, *Tolon.*
Arauſicanum, *Aurange.*
Archiepiſcopatus AVENIONENSIS; *l'Archeueſché d'Auignon.*
Carpentoractenſem, *Carpentras.*
Vaſionenſem, *Vaiſon.*
Cauallionenſem, *Cauaillon.*
Archiepiſcopatus AVSCENSIS, *l'Archeueſché d'Aux.*
Aquenſem, *Aqs.*
Lactorenſem, *Laictoure.*
Conuenenſem, *Comenge.*
Conſetanenſem, *Coſerans.*
Adurenſem, *Aire.*
Vaſatenſem, *Baſas.*
Tarbenſem, *Tarbe.*
Oloronenſem, *Oloron.*
Laſcurtenſem, *Laſcar.*
Baionenſem, *Bayonne.*
Archiepiſcopatus BISONTICENSIS, *l'Archeueſché de Beſançon.*
Bellicenſem, *Bellay.*
Lauſannenſem, *Loſanne.*
Baſileenſem, *Baſle.*
Archiepiſcopatus BITVRICENSIS; *l'Archeueſché de Bourges.*
Claromontenſem, *Clermont.*
Ruthenenſem, *Rodais.*
Albienſem, *Alby.*
Cadurcenſem, *Cahors.*
Lemouicenſem, *Limoges.*
Mimatenſem, *Minde.*
Podienſem, *le Puy.*
Caſtrenſem, *Caſtres.*
Vabrenſem, *Vabres.*
Tutellenſem, *Tulles.*
S. Flori, *S Flour.*
Archiepiſcopatus BVRDEGALENSIS, *l'Archeueſché de Bourdeaux.*
Aginnenſem, *Agen.*
Engoliſmenſem, *Angouleſme.*
Santonenſem, *Saintes.*
Pictauienſem, *Poitiers.*
Petracoricenſem, *Perigueux.*
Condomienſem, *Condom.*
Rupellenſem nouiter creatum, *la Rochelle.*
olim Malleacenſem, *Mailleſais.*
Lucionenſem, *Luſſon.*
Sarlatenſem, *Sarlat.*
Archiepiſcopatus CAMERACENSIS, *l'Archeueſché de Cambray.*
Attrebatenſem, *Arras.*
Tornacenſem, *Tournay.*
S. Audomari, *S. Omer.*
Namurcenſem, *Namur.*
Archiepiſcopatus COLONIENSIS, *l'Archeueſché de Cologne.*
Leodienſem, *Liege.*
Archiepiſcopatus EBREDVNENSIS; *l'Archeueſché d'Embrun.*
Dinienſem, *Digne.*
Graſſenſem, *Graſſe.*
Vencienſem, *Vence.*
Glandeuenſem, *Glandeſue.*
Senecenſem, *Senes.*
Nicienſem, *Nice.*
Archiepiſcopatus LVGDVNENSIS, *l'Archeueſché de Lion.*
Eduenſem, *Autun.*
Lingonenſem, *Langres.*
Cabilonenſem, *Chalon.*
Matiſconenſem, *Maſcon.*
Archiepiſcopatus MACHLINIENSIS, *l'Archeueſché de Malines.*
Antuerpienſem, *Anuers.*
Brugenſem, *Bruges.*
Gandauenſem, *Gand.*
Iprenſem, *Ipre.*
Ruremondenſem, *Ruremonde.*
Buſcoducenſem, *Boſleduc.*
Archiepiſcopatus MOGVNTINENSIS, *l'Archeueſché de Meyence.*

Vormatienſem, *Vormes.*
Spirenſem, *Spire.*
Argenrinenſem, *Strasbourg.*
Conſtanrienſem, *Conſtance.*
Archiepiſcopatus NARBONENSIS,
l'Archeueſché de Narbonne.
Biterrenſem, *Beziers.*
Agathenſem, *Agde.*
Careaſſonenſem, *Carcaſſone.*
Nemauſenſem, *Niſmes.*
Monſpelienſem, *Montpeſlier.*
Lodouenſem, *Lodeſue.*
Veetieenſem, *Vſez.*
S. Pontij, *S. Pons.*
Alectenſem, *Alet.*
Archiepiſcoparus PARISIENSIS,
l'Archeueſché de Paris.
Carnotenſem, *Chartres.*
Meldenſem, *Meaux.*
Aurelianenſem, *Orleans.*
Archiepiſcopatus REMENSIS,
l'Archeueſché de Reims.
Sueſſionenſem, *Soiſſons.*
Caralaunenſem, *Chalons.*
Laudunenſem, *Laon.*
Siluanectenſem, *Senlis.*
Bellouacenſem, *Beauuais.*
Ambianenſem, *Amiens.*
Nouiodunenſem, *Noyon.*
Bolonienſem, *Bologne.*
Archiepiſcopatus ROTOMAGENSIS,
l'Archeueſché de Rouen.
Baiocenſem, *Bayeux.*
Abrincenſem, *Auranches.*
Ebroicenſem, *Eureux.*
Saienſem, *Sais.*
Lexouienſem, *Lizieux.*
Conſtantienſem, *Conſtances.*
Archiepiſcopatus SENONENSIS,
l'Archeueſché de Sens.
Treeenſem, *Troyes.*
Autiſſiodorenſem, *Auxerre.*
Niuernenſem, *Neuers.*
Archiepiſcopatus TARANTASIENSIS,
l'Archeueſché de Tarantaiſe.
Auguſtenſem, *Aouſte.*
Sedunenſem, *Sion.*
Archiepiſcoparus TOLOSANVS,
l'Archeueſché de Toloſe.
Appamienſem, *Pamies.*
Montalbanenſem, *Montauban.*
Mirapicenſem, *Mirepoix.*
Vaurenſem, *l'Anaur.*
Riuenſem, *Rieux.*
Lomberienſem, *Lombés.*
S. Papuli, *S. Papoul.*
Archiepiſcopatus TREVIRENSIS,
l'Archeueſché de Treues.
Merenſem, *Metz.*
Tullenſem, *Toul.*
Virdunenſem, *Verdun.*
Archiepiſcopatus TVRONENSIS,
l'Archeueſché de Tours.
Cenomanenſem, *le Mans.*
Andegauenſem, *Angers.*
Redonenſem, *Rennes.*
Nannetenſem, *Nantes.*
Vennetenſem, *Vannes.*
Coriſopitenſem, *Cornoaille.*
Leonenſem, *Leon.*
Trecorenſem, *Treguer.*
S. Brioei, *S. Brieu.*
S. Maclouij, *S. Malo.*
Dolenſem, *Dol.*
Archiepiſcopatus VIENNENSIS,
l'Archeueſché de Vienne.
Valenrinenſem, *Valance.*
Dienſem, *Die.*
Gratianopolitanum, *Grenoble.*
Viuarienſem, *Viuiers.*
Maurianenſem, *Merienne.*
Geneuenſem, *Geneue.*
Archiepiſcoparus VLTRAIECTINVS,
l'Archeueſché d'Vtrecht.
Midelburgenſem, *Midelbourg.*
Harlemenſem, *Harlem.*
Dauentrienſem, *Deuenter.*
Groeningenſem, *Gronninghen.*
Leouardienſem, *Leuuarden.*

ARCHIEPISCOPATVVM
INDEX ALPHABETICVS,
Qui continentur in Tomo Primo
GALLIAE CHRISTIANAE.

AQVENSIS.	*Aix.*	pag. 1
Arelatenſis.	*Arles.*	28
Auenionenſis.	*Auignon.*	73
Auſcienſis.	*Aux.*	94
Biſonticenſis.	*Beſançon.*	118
Bituricenſis.	*Bourges.*	140
Burdegalenſis.	*Bourdeaux.*	194
Cameracenſis.	*Cambray.*	230
Colonienſis.	*Cologne.*	254
Ebredunenſis.	*Embrun.*	270
Eluſani.	*Eauſe.*	95
Lugdunenſis.	*Lion.*	286
Machlinienſis.	*Malines.*	341
Moguntinenſis.	*Mayence.*	344
Narbonenſis.	*Narbonne.*	363
Pariſienſis.	*Paris.*	395
Remenſis.	*Reims.*	473
Rotomagenſis.	*Rouen.*	554
Senonenſis.	*Sens.*	613
Tarantaſienſis.	*Tarantaiſe.*	663
Toloſani.	*Toloſe.*	670
Treuerenſis.	*Treues.*	713
Turonenſis.	*Tours.*	732
Viennenſis.	*Vienne.*	789
Vltraiectini.	*Vtrecht.*	816

GALLIA

ILLVSTRISSIMORVM AC REVERENDISSIMORVM EPISCOPORVM, ET ABBATVM aliquot in Comitiis Maioribus Cleri Gallicani Delegatorum, & aliorum Doctorum Virorum de GALLIA CHRISTIANA Teſtimonium.

LICET iuxta veteres prima dos Eccleſiæ ſit Cathedra vna, ſuper Petrum Domini voce fundata, illius tamen pars à ſingulis Epiſcopis in ſolidum poſſidetur; ita vt in eorum Collegio per orbem diffuſo, & per vices ſibi ſuccedentium Epiſcoporum propagato, corpus Eccleſiæ Catholicæ in perpetuum duraturæ, ſuo capiti connexum repræſentetur. Cùm autem Eccleſia Gallicana eius corporis ſit pars nobiliſſima, multùm intereſſat rei Chriſtianæ, vt Epiſcoporum Origines & Succeſſiones in ſingulis Galliarum Eccleſiis, ab ipſius Fidei exordiis, vſque ad præſentem Epiſcopatum, in publicum ederentur. Ex quâ Epiſcoporum ſerie, ſanctitatis exempla, atque regiminis normam trahere poſteri, ac prætereà Nouatores agnoſcere poſſent, nullam ſibi cùm antiquis Eccleſiæ noſtræ Patribus intercedere fidei & doctrinæ conſanguinitatem, qui ab vnius Cathedræ ſocietate diſceſſerunt. Opus quidem arduum erat poſt excidium veterum monumentorum, ex quibus terum eruenda fides, tum Origines iſtas, (quæ à Beato Lucâ in Galliam profectò initium habent, vt diſertè docuit Epiphanius) tum ſucceſſiones perſcrutari, & in vnum corpus compingere. Quare illorum diligentiæ negotium iſtud committendum fuit, qui libris editis fidem ſuam & eruditionem literatis viris iam anteà probauerant. A Clero itaque Gallicano ſuperioribus annis congregato, SAMMARTHANI illi hereditariâ in literis laude nomen inſigne conſecuti, præcipuè delecti ſunt, vt qui laboribus ſuis Regum noſtrorum Stemmata & Geſta pridem ornauerant, ſimilem operam in Epiſcoporum Gallicanorum collectione nauarent. Spem Cleri impleuit euentus, vt lectori planè conſtabit, qui Quatuor iſta GALLIÆ CHRISTIANÆ Volumina, æquo animo & ſtudij ſedulitate Inſtrauerit. Ita cenſent inferiùs ſubſcripti Epiſcopi, qui ſingulari ex eorum lectione, animi voluptate perceptâ, quid aliis ſperandum ſuperſit, ex eadem lectione teſtantur. Datum Pariſiis pendentibus Comitiis Generalibus Cleri die XXII. menſis Iunij anni Domini MDCLVI.

PETRVS DE MARCA Archiepiſcopus TOLOSANVS.

PETRVS Epiſcopus MONTIS-ALBANI.

BERNARDVS DE MARMIESSE Epiſcopus CONSERANENSIS nominatus, Promotor etiam Generalis.

CVM nihil hominibus Eccleſiaſticis, Eccleſiarum ſuarum Hiſtoriæ ſcientiâ iucundius, & ad mores formandos vtilius eſſe poſſit, multùm ſanè debetur iis, quorum ſtudio illa in ordinem redacta, velut è tumulo viuens floréſq; renaſcitur. Hanc difficilem operam SAMMARTHANI Fratres, viri quorum nomen Muſarum, ſcientiarúmq; ipſum nomen eſt, ſedulò præſtitêre his in libris, quos Cleri Gallicani iuſſu, de Eccleſiæ Gallicanæ Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus nunc in lucem emittunt. Sanè improbo labore in tot cartariis ſepultis puluere perſcrutandis, acri iudicio in Originum difficultatibus extricandis, indefeſſâ in tot voluminibus quæ legenda fuêre euoluendis, diligentiâ opus fuit, vt tam operoſum Opus ad vmbilicum perduceretur. Nemo verò ſcit quanti hæc conſtent, niſi qui eidem oneri humeros aliquando ſuppoſuerit. Nos igitur qui Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtadium ingreſſi ſumus, ſi quam his in rebus fidem meremur, lubenter teſtamur, vtiliſſimos Eccleſiæ Gallicanæ, imò & vniuerſæ hos libros fore, quippe quos ad Eccleſiaſticam præſcriptionem aduerſùs hæreticos probandam rectè adducere poſſumus, nihil in illis quod ſanæ doctrinæ repugnet, reperiri, imò multa noua, & ſcitu digniſſima continere. Datum Luteuæ Pariſiorum Calend. Iunij anni Incar. MDCLVI.

ANTONIVS E. VENCIENSIS.

SI Maiorum longâ ſtemmatum ſetie, & fumoſis auorum imaginibus, nullum magis optabile ſpectaculum oculis poſterorum offetri poteſt. Quanti dulcedine, hæc à Fidei Chriſtianæ in Galliâ publicatæ primordiis, Fratrum SAMMARTHANORVM labote ad noſtra vſque tempora delineata Epiſcoporum ſucceſſio, Fidelium animos implere debebit? Conſpectæ Antenatorum effigies, eotum præclara facinota in nepotum mentes reuocant: ipsique generoſæ æmulationis ſtudio ardua quæque aggrediuntur, ac ſe viciſſim præbent ſuccedentibus in exemplum. Ita virtus domeſtica pet propagines creſcit: ita nobilitatis antiquæ lumen, in claris familiis occidere neſcit, ſibique in poſteris ſuperſtes redit, ac temporum tenebras, hominúmque obliuionem æterno ſplendore ſuperat. Verùm hoc egregium, ſacræ dignitatum Eccleſiaſticarum ſucceſſioni accedit: quòd non ſolùm, vt in humanis comparatum eſt, vittutibus & exemplis hæteditas fit locupletiot; ſed ipſa Religionis dogmata per manus ſuccedentium decurrentia, ingenuo & incontaminato natalium fulgore ad ſetos pronepores perueniunt. Etenim hæc ſacra Genealogia, illibatum diuinæ fidei depoſitum, in Eccleſiâ ſeruat: Hoc ab Apoſtolis prælegatum ſacræ traditionis pignus incolume, Catholicam vnitatem cùm veritate compaginat: hæc indiuulſa Eccleſiæ Patrum ſeries, acceptam à Chriſto doctrinam in publicis theſauris teponens, eam ab omni hæteſeon & ſchiſmatum lattocinio vindicat. Ergo, Eccleſia Gallicana procedentibus in publicum Maiotibus aſſurgat: Fratribus SAMMARTHANIS, vultus eorum ac mores opete mirabili effotmantibus, plaudat: ac mecum tantorum in artificum laudes, & gratias, ſymbolum ſuum confetat. Lutetiæ Pariſiorum Calend. Iulij anno MDCLVI.

FRANCISCVS BOSQVET Epiſcopus MONTISPESSVLANI.

CÆPERANT pridem illuſtri ſanè operâ SAMMARTHANI Fratres Eccleſiaſticas Origines ab ipſis Eccleſiæ naſcentis exordiis ex antiquitatis penetralibus eruere, Opus arduum, hortante tamen Clero Frattum adunatâ operâ inceptum: ſed proh dolot tot vigiliarum fructus, & abortiui fœtus properante nimis Authotum, fato infecto opere perierant, cùm ſuccuttente Numine, auulſis è ſæculo parentibus, adfuêre filij, qui nec territi longâ ac difficili tot prætetirorum ſæculorum indagatione, nec labotioſâ tot terum collectione petculſi, ſed generoſo, pióque parentum propoſito adhærentes, has Eccleſiaſticas Origines omnium votis expetitas, & expectatas, indefeſſo labore peregerunt. Eximium, ac commendatum per ſe Opus, quo tot Pontificum præclarè geſta reuiuiſcunt; ea eſt enim illuſtrium quorumcumque facinorum luctuoſa conditio, vt ni hiſtotia rapido, velocique decurrentium temporum lapſui, tanquam torrenti moras poſitura obſiſtat, æternâ licet memotiâ digna, in tenebris tamen & altâ ſæculorum obliuione, tanquam in profundâ votagine demerſa iaceant; à temporum ergo iniuriâ tot ſanctorum Præſulum memoriam vindicauerunt Sammarthani, cùm penè ſepultas Pontificum hiſtotias in lucem edunt, vel diſperſas & peculiaribus locis cognitas publici iuris faciendo, toto orbi commendant, cùm annuntiant. Reddunt igitur Eccleſiæ Gallicanæ ſuos Antiſtites, ab Apoſtolis longo otdine primitiuos Patres; ſtemmata ſanè quæ (vt cùm Tertul. loquar) conſanguinitatem Apoſtolicæ doctrinæ huiúſce temporis Præſulibus cùm Epiſcopatu nouatoribus probant tranſmiſſam, cùm ſucceſſores demonſtrant. Impar ego tanto operi dignè laudando, perabundè tamen huic oneti ſatisfeciſſe exiſtimo, explicando ſuppoſitum Opus, quod difficili, ſed rei literariæ fœlici molimine tandem exhauſtum, numeriſque ſuis omnibus abſolutum, propriâ pulchritudine conſurgit. Hæc ſunt quæ de hoc Opere ſentit & ſubſcribit. Datum Lutetiæ die primâ Iulij anno MDCLVI.

A. FRANCISCVS BERTERIVS Abbas Sancti Petri LESATENSIS, & Beatæ Mariæ DE CAPELLA.

CVM præclarum hoc SAMMARTHANORVM Opus mente ac cogitatione reuoluo, non tam eqnidem Eccleſiæ Gallicanæ gratulor, quòd tot viros & virtute inſignes, & religione ſuſpiciendos tuletit, quàm quòd Sammarthani

fratres incredibili quodam erga ſuos amore incenſi, ad eorum memoriam ab interitu vindicandam ingenium, artémque omnem contulerint. Quid enim magis laude dignum eſſe poteſt, quàm non pati occidere quibus æternitas debetur? Viuunt certè nomina conſumptis corporibus excellenti Scriptorum manu; virtúſque ſepulta iacet, ſi præconem non inuenerit. Vnde quantùm Sammarthanæ Genti ciues noſtri debeant, non facilè eſt verbis exprimere. Cui nimirum hoc veluti à naturâ inſitum eſt, vt in exornandis illuſtribus Viris ſemper inuigilaret, inſudarétque. Id SCÆVOLA pater vir præſtans ingenio ac ſtylo, in Elogiis Gallorum doctrinâ illuſtrium concinnandis fœliciter oſtendit. Longè fœliciùs & vtiliùs Gemelli fratres, beata Scæuolæ proles, in his Originum GALLIÆ CHRISTIANÆ Voluminibus elucubrandis id ipſum exhibent, in quibus oculis ſubiiciunt admirabilem texturam θείων εἰκόνων, hoc eſt diuinorum Eccleſiæ noſtræ Procerum, qui nobis loquuti ſunt verbum Dei; vt illorum intuentes exitum conuerſationis, par eſſet imitari fidem. Sed admirandum illud & immortali laude dignum Opus, inuidentibus fatis, imperfectum diu latuiſſet, ni pia filiorum manus ſuccurriſſet; qui operosâ induſtriâ, tanto labori Coronidem imponendo, & publici iuris faciendo, parenti ſimul & patruo piè parentarunt. Gaudeant ergo PETRVS, ABELIVS, & NICOLAVS fratres, quòd ingenij, decoriſque paterni conſortes, acceptum ei reſtituerint diem: fauſtum, fœlixque ſit, quòd pia cura veros tetigerit nepotes, nec in eis tantæ poſteritatis amor perierit: ſciántq; qui ſic egregiis viris reddunt honores, ipſos ſuæ non carere pretio virtutis. Hoc lubens ob egregia tùm publicè erga patriam, cùm priuatim in ſe & gentem Speſſæam Sammarthanorum merita, gratâ recordatione remunerans, poſteris teſtatum eſſe voluit, & debuit. Lutetiæ Pariſ. D. xv. Iulij. A. S. MDCLVI.

LVDOVICVS HENRICVS FAIVS SPESSÆVS Theol. Pariſ. Sacri Conſiſtorij Comes, Abbas Sancti Petri VIENNENSIS.

HAs Eccleſiarum Chriſtianarum Origines, & deductas ab ipsâ infantiâ ad hæc vſque tempora Epiſcoporum Gallicorum ſucceſſiones, maximâ cùm admiratione legi. Quis enim tantum Opus meditatus, admiratione non moueatur modò, ſed etiam non obſtupeſcat, cùm in eo viderit innumerorum Epiſcoporum & Abbatum memorabilia geſta, dictáq; è laceris Antiquitatis ruderibus, & denſiſſimis tenebris eruta, & ſecundùm ſeriem annorum pluſquàm mille & ſexcentorum digeſta; quid quiſque vnoquoque anno magnum & memorabile dixerit, tentauerit, geſſerit, ordine diſpoſitum, & rudium ſæculorum ſqualore deterſo, omnium oculis nitidè & planè expoſitum? Vrbium depopulationes, euerſiones, excidia; Barbarorum efferata vis, omnia miſcens, polluens, peſſundans, cui Gallia toties ſuccubuit; Temporis diuturnitas, immenſorúmq; ſumptuum iactura, quos in Bibliothecis, Archiuis, & Actuariis adeundis, penitiſſimè inſpiciendis, eruderandis, & ab omni fabularum fuligine emaculandis, facere oportuit; tot denique difficultatum monſtra, hydrâ fœcundiùs hinc pullulantia, quæ Herculem ipſum terrere poterant, clariſſimos & eruditiſſimos SAMMARTHANOS fratres ab hoc pluſquam Herculeo labore aggrediendo, & conficiendo non deterruerunt. Quiſquis igitur antiquitatum Chriſtianarum curioſus, ſcire auet vniuſcuiuſque Eccleſiæ incunabula, rudimenta, incrementa, quibus pietatis Magiſtris adoleuerit, quibus gradibus ad ſummum illum quem conſpicimus ſplendorem aſſurrexerit, qui ſanguine ſuo vnamquamque fundarunt, aut fundatam ſuſtentarunt; quæ, quótue præclara pro fide in Chriſtum certamina, vnaquæque ediderit; qui Imperatores, Reges, Principes, Magnates pietatis templa ædificarunt, aut refecerunt, ampliſſimis fundis & principalibus cenſibus donarunt; innumeráq; alia animum Antiquitatis Eccleſiaſticæ amantem ſolicitare ſolita, quæ pauculâ hac in cartâ deſcribi non poſſunt. Hos libros quæſito potiundi ſecurus, diligenter euoluat, & luſtret, eum vix vnquam ſpes fruſtrabitur. Nihil eſt in eorum lectione reformidandum, omnia ſunt in vado κατὰ ἢ κύματος ἐκτός. Vbiq; viget & pellucet animus Catholicus, veritatis amicus: Quæ certa aſſerunt; quæ dubia, ne veritati aliquando forſan emerſuræ præiudiciũ faciant, in medio relinquũt, & propoſitis in vtrámq; partem melioribus argumentis, iudicium decretorium Lectori committunt. Ita lecto hoc opere admirando, & laborioſiſſimo, de eo cenſebat IOANNES MORINVS Congregationis Oratorij D. N. Ieſu Chriſti Preſbyter.

GALLIA CHRISTIANA.

AQVENSES ARCHIEPISCOPI.

Aix en Prouence, Porte D'or au pal de quatre pieces de gueules.

SECVNDÆ Narbonenſis Metropolis & Prouinciæ caput eſt Aquenſium ciuitas, in cuius nominis etymo variant Scriptores. Eam à Caio Sexto Caluino Saliorum domitore, Conſule Romano conditam, Liuius refert in Epitome Hiſt. l. 61. Sextilias Aquas, Plutarchus in Mario, Aquas-Sextias Saliorum, Plinius appellat l. 3. Naturalis Hiſt. cap. 4. Baias-Sextias, Sidonius Apollinaris Aruernorum Epiſcopus, carmine 23. Nec deſunt, qui ipſius oppidi nomen etiàm deductum reperant ab aquis & balneis, propter fontem calidarum aquarum quæ iuxtà ſunt; vnde cæſos hîc à Cajo Mario Teutones, Cimbróſque Hiſtoriæ loquuntur. Tandem mentio extat huius vrbis, apud Strabonem l. 4. Ptolemæum l. 2. Geographiæ cap. 10. Solinum cap. 8. Florum l. 3. c. 3. Appianum in Celtico, Velleium l. 1. S. Hieronymum, & Paulum Diaconum. Similiter in antiquis Inſcriptionibus, lapidibus & numis veteribus, Colonia Iulia Auguſta nuncupatur. Eandem ciuitatem, quam duobus diſtans milliaribus prætermeat Arcus amnis; tanquàm Prouinciæ Metropolim, Ludouicus XII. Rex Francorum Senatu decorauit; inſtituto Tribunali Aquenſi, diplomate dato Lugduni menſe Iulio, anno Chriſti 1501. quod eſt quintum in ordine ſupremorum Senatuum Galliæ. Hîc etiam floret Academia ſtudioſorum frequentiâ celebris, quæ olim ab Alexandro V. Pont. Max. fundata 1409. iterùm, poſt ciuiles diſcordias ſopitas, ab Henrico IV. Rege Magno ex integro reſtauratur, in quâ Theologiæ, Iuriſprudentiæ, Medicinæ, & aliarum Facultatum publici Profeſſores Regij docent. Primarium vrbis Templum, dicatum eſt S. Saluatori Transfigurato, in cuius ſacrario plures reliquiæ Sanctorum ſeruantur. Cathedralis autem Capitulum conſtat viginti Canonicis & Dignitatibus quatuor: Earum primus eſt Præpoſitus, qui & dominus temporalis burgi S. Andreæ ciuitatis Aquenſis. Subeodem etiàm Archiepiſcopatu, numerantur quinque Suffraganeæ Sedes, APTENSIS, REGIENSIS, FOROIVLIENSIS, VAPINCENSIS & SISTARICENSIS. Item recenſentur Parochiæ in diœceſi, vltra, citráque Druentiam; fermè trecentæ & ſeptuaginta cum vnâ Abbatiâ Monialium.

Suffragans de l'Archeueſché d'Aix. Apt. Riez. Freivs. Gap. Sisteron.

De ARCELLA *Ordinis S. Benedicti.*
La Selle prés de Brignolle.

Fuit quondàm alia in pago Aquenſi Ord. Ciſtercienſis, SILVACANENSIS dicta, haud procùl à ciuitate, ſed vnita Capitulo Eccleſiæ Aquenſis. Altera quidèm Abbatia opulentior olim viſebatur in oppido Sancti Maximini à S. Victore Maſſilienſi dependens, nunc ſub dominio Prædicatorum, qui ab anno 1295. Bonifacio 8. Papâ, &

ex conſenſu Caroli 2. Siciliæ Regis, A Prouinciæ Comitis, in eius Monaſterij poſſeſſionem inducti ſunt, ad exactiorem cuſtodiam reliquiarum plurimorum Sanctorum, quos in eo Prouinciæ tractu, anniuerſariis honoribus colit Eccleſia.

Ceterùm, Hiſtoriam Antiſtitum huius Metropolis, vt legenti planum eſt, ex veteribus tabulariis collectam, auctiorem, & emendatiorem protulimus, quam anteà fecerint authores, qui de Præſulibus Galliarum, maximè Aquenſibus Archiepiſcopis, ſcripſerunt. Quâ in re profitemur nos magnoperè adiutos fuiſſe, variis Codicibus manuſcriptis & ſchedis, exquiſitæ Bibliothecæ Pereſkianæ. B

1. S. Maximinvs Aquenſium Epiſcopus, vt docent Acta Proprij Sanctorum eius Eccleſiæ, quibus vulgò traditio ſuffragatur: Motâ, vt aiunt, Hieroſolymis in Ieſu Chriſti Diſcipulos perſecutione, Stephano Diacono lapidibus obruto, Lazarus, Maria Magdalena, Martha & Marcella, in quos Iudæi odio exardeſcebant, non tantùm Hieroſolymis pulſi ſunt, ſed vnâ cum Maximino, naui C abſque remigio in certum periculum expoſiti, diuinâ prouidentiâ ad oram Prouinciæ appulerunt; Et Maſſilia Lazarum, Aquæ-Sextiæ Maximinum Epiſcopos acceperunt. Huius traditionis teſtimonio, veteres membranæ Eccleſiarum, & nonnulli Hiſtorici vtcúnq; fauent: Sigebertus Gemblacenſis, & Albericus Monachus Abbatiæ Trium Fontium in Chronico MSS. ad an. Dom. 746. hæc habent: „ Ciuitas Aquenſis Metropolis in Prouinciâ, à „ Sarracenis fuit deſolata: Hîc dici- „ tur, quod perſecutione poſt lapida- D „ tionem Stephani motâ, Maximinus „ de LXX. Diſcipulis Chriſti, ad Gallias „ tranſiens, Mariam Magdalenam ſe- „ cum adduxit, eam etiàm apud Aquen- „ ſem vrbem cui præſidebat, defunctam „ ſepeliuit. Vndè poſt iſtam deſolatio- „ nem ciuitatis, corpus ipſius Mariæ „ Magdalenæ, à Girardo Comite Bur- „ gundiæ, ad Cœnobium Vizeliacum à „ ſe conſtructum eſt tranſlatum. Quod „ verò alij ſcribunt, hanc Sanctam apud „ Epheſum nullum ſuper ſe tegmen ha- „ bere, omninò eſt apocryphum. Hæc quidem, multáque alia, ad rei veritatem firmandam diffusè narrant, Vincentius Beluacenſis lib. 10. Speculi Hiſtorialis cap. 101. Ptolomæus Lucenſis Dominicanus, Bernardus Guidonis Epiſcopus Lodouenſis, Petrus Equilinus Antiſtes, in Catalogo ſeu Natalibus Sanctorum l. 5. c. 10. Martinus Polonus Archiepiſcopus Coſentinus in Chronico, Gilbertus Genebrardus Aquenſis Metropolitanus in Calendario, Eminentiſſimus Cardinalis Cæſar Baronius, Henricus Spondanus Appamiarum Epiſcopus in Annalibus Eccleſiaſticis. Sunt autem viri docti, qui recepto à multis ſæculis horum Sanctorum ad has terras appulſui, apertè reclament; & Græcorum Georgij Cedreni in compendio Hiſtoriæ, in vitâ Leonis Imp. Curopalatæ, Ioannis Zonaræ tomo 3. Annal. auctoritatem opponant, aſſerentium corpora Mariæ Magdalenæ & Lazari, quieſcere Epheſi. De Maximino autem, qui primus Aquenſium Antiſtes fuerit, nullam vnquam, vel in veteribus Martyrologiis, vel Eccleſiæ Scriptoribus, vti Caſſiano, Saluiano, Victore Maſſilienſi, Eucherio Lugdunenſi, Cæſario Arelatenſi, aliſque non paucis, factam eſſe mentionem; cuius veritatis examen, Lectori ſacræ Hiſtoriæ ſtudioſo, excutiendum proponere viſum eſt. Attamen Vir Clariſſim. Franciſcus Boſquetus Lodouenſis Antiſtes, Hiſtoriæ Eccleſiæ Gallicanæ, Tomo 1. capite tertio inquit: « Illa traditio aliquâ « etiàm authoritate ſubnixa eſt, aduer- « sùs quam abſit vt ſentiam, ſi per Ec- « cleſiam non licet. Deceſſit verò Maximinus, 6. Idus Iunij teſte Martyrologio: Quo etiam die, nos fauſto numine hoc opus Galliæ Chriſtianæ denuò recognitum & illuſtratum, typis exarandum emiſimus.

2. S. Sedonivs colitur 23. Auguſti in Proprio Sanctorum Aquenſi. S. Cydonius.

3. Lazarvs Anno Dom. 420. Quo eodem tempore, nobiliſſimi toto orbe Francorum Regni, iacta ſunt primordia, authore Faramundo, noſtrorum Regum ſeriem inchoante, vt ſcribit Proſper in Chronico. 420.

4. Basilivs interfuit exequiis Sancti Honorati Arelatenſis Epiſcopi. Coniectura eſt itaque viri eminentis ingenij, ſummâque erudi-

tione & pietate inſignis, Iacobi Sir- A
mondi Societatis Ieſu Preſbyteri, qui
ex Sidonij Apollinaris libro 7. arguit,
eum ipſum eſſe Baſilium, cuius meminit
epiſt. 6. exoratque, vt Eurico
Arriano Rege Gothorum, in Orthodoxos
ſæuiente, & Eccleſias ruinis deformante,
ſollicitudine paſtorali inuigilet,
deſolatis curâ diœceſibus parochiiſque,
quas limes Gothicæ ſortis
includit.

506. 5. MACARIVS Anno Chriſti 506.
Huius Epiſcopi notitia debetur libello
Vindiciarum Prouinciæ: præter
hunc enim locum, nulla eius reperi- B
tur mentio, quàm in tabulis Aquenſibus.
Porrò non liquet apertè, quo
æuo Metropolis nomen Aquenſi obtigit:
certè ex epiſtolâ S. Symmachi
Papæ ad Cæſarium Arelatenſem con-
514. ſtat, quòd anno 514. Aquenſis Epiſcopus
in Prouinciâ, Arelatenſi tanquàm
Metropolitano ſubditus erat;
nam Ægidius Abbas eum deprecatur,
vt authoritate Pontificiâ compellat
Aquenſem, dum ab Arelatenſi ad Synodale
Concilium, vel aliquâ ordinationis
causâ fuerit euocatus, minimè
venire differat, de quâ re agitur
Tomo 1. Conciliorum Galliæ. C

6. MAXIMVS ſubſcribit Concilio
524. Arelatenſi IV. Cæſario Præſide 524.
Arauſicano 2. 529. Vaſenſi 2. eodem
529. anno, vt deprehendere licet, ex veteribus
Synodis Gallicanis à Sirmondo
nunc primùm in lucem editis,
treſque in Tomos ordine digeſtis.

7. AVOLVS mendosè à Chenutio, ex vulgato Catalogo *Iulius* appellatur.
Hic primùm Synodo Aurelia-
549. nenſi 5. adfuit 549. & proximè canonibus
Aruernenſis Concilij 11. Theobaldo
regnante celebrati, eodem an- D
no cum cæteris ſubſcripſit; rurſumque
inter Gallicanos Antiſtites memoratur,
qui Concilio v. Arelatenſi, ſub
Sapaudo Præſule nomen appoſuerunt
554. 554. Hoc igitur tempore, alium cognominem
Auolum, Siſtaricenſem
Epiſcopum fuiſſe conſtat, de quibus
mentio in Notis ad Auitum Vienenſem.

8. FRANÇO Regnante Sigeberto
Aquenſem Pontificatum obtinuit, iſque
diuino quodam iudicio, B. Me-
S. MITRE triâ Aquenſi Confeſſore ad Deum
exorante à calumniâ liberatus eſt:
quod inprimis oſtendit luculentè,
Gregorius Turonenſis Epiſcopus, antiquiſſimus
& fideliſſimus Francorum
Hiſtoriæ Scriptor, lib. de Gloriâ Confeſſorum
cap. 71. *AQVENSIBVS,
inquit, eſt conceſſus inclytus athleta Metrias,
vir magnificæ Sanctitatis. Tempore
igitur quodam, cùm FRANCO Epiſcopus,
huius municipij Eccleſiam gubernaret,
Childericus, qui tunc primus apud Sigebertum
Regem habebatur, villam eius
competit, dicens: Quia iniuſtè ab Aquenſi
Eccleſiâ retineretur, & dicto citiùs conuenitur
Epiſcopus, datiſque fideiuſſoribus, in
præſentiâ Regis adſtitit clamans & obſecrans,
vt Rex ad huius cauſæ audientiam,
præſentiam ſuam aduerteret, ne cœleſti iudicio
condemnetur. Conuncti adiutores
cauſam diſcutiunt, inſurgit Childericus,
atque improperans, criminibus exacerua-
tum Epiſcopum, quod res fiſci ditionibus
debitas, iniquo ordine retineret; extrahi
eum vi à iudicio iubet, & ablatâ per iudicium
præſentium villâ, trecentis aureis condemnauit.
Denique condemnatus, ſpoliatúſque
Sacerdos, ad vrbem redyt, atque
proſtratus in orationem, coram ſepulchro
Sancti: nec mora, corripitur peruaſor à febre,
&c. Epiſcopus autem obtinuit vltionem
de inimico Eccleſiæ, quam promiſerat,
per athletæ Dei virtutem.* Hactenùs
Gregorius, qui prolixiorem narrationem
conſcripſit; atque ità certò conſtat
vixiſſe FRANCONEM, poſt an.
561. quo Sigebertus Regni habenas 561.
ſuſcepit.

9. PIENTIVS Synodo Matiſconenſi
2. per Vicarium; ſeu Miſſum
Epiſcopalem, ſubſcribit 585. Idem 585.
memoratur ab Aimoino Monacho l.
3. Hiſt. c. 46. cùm agit de Theodoro
Maſſilienſi Epiſcopo, cui PIENTIVS,
Aquenſem vrbem aduentanti, Clericos
ac cætera viæ neceſſaria attribuit.

10. PROTASIVS electus fuit è
Vicedomino Eccleſiæ Arelatenſis ſub
Virgilio Epiſcopo. Eius meminit circà
596. S. Gregorius Papa l. 5. epiſt. 596.
55. quâ declarat eius amorem ergà
B. Petrum Apoſtolorum Principem,
& deuotionem quam circà vtilitates
Eccleſiæ gerebat, eiúſque ergà illum
affectum ac ſtudium. Quo loco idem
Pont. Max. inſinuat, vt Virgilio, de
penſionibus Eccleſiaſticis, quas deceſſor
per annos plurimos de patrimonio
ſuo percepit, ad eum deſtinet;

togâtque vt Candidum Preſbyterum, A cui Papa patrimoniolum commiſerat, habeat commendatum. Poſt PROTASIVM deſunt plurimi Antiſtites, minimè ab Hiſtoricis, vel in Cartulario S. Saluatoris notati.

11. SILVESTER I. ex vetuſtiſſimis tabulis, ſedit in Aquenſi Eccle-
866. ſiâ anno ſalutis 866.

12. ROTBERTVS I. Synodo Mantalenſi territorij Viennenſis adfuit, in quâ Regis nomen, Boſoni, ab Arelatenſis regni Epiſcopis, proceribúſque,
879. declatum eſt, Idibus Octobris 879. B Ad eum verò ſcripſit Ioannes Papa 8. epiſt. 191. in cauſâ Nemauſenſis Epiſcopi; vbi Archiepiſcopus Aquenſis nuncupatur, eúmque poſteà inuitat ad celebrationem Synodi Trecenſis.

13. MATFRIDVS intereſt Concilio Nemauſenſi, in villâ Portu, à Theodardo Archiepiſcopo Narbonen-
886. ſi celebrato, ſub an. 886. vt prodit ſcriptor vitæ S. Theodardi, quæ extat in monumentis Eccleſiæ Narbonenſis, tum etiàm apud Guilelmum Carellum Senatorem Toloſanum, in Septimaniæ Commentariis, lib. 5. de Archiepiſcopis Narbonenſibus.

14. ODOLRICVS Sarracenorum perſecutione ab vrbe Aquenſi tecedens, ad Remenſem ciuitatem aufugit; vbi ab Heriberto Veromanduenſi Comite Regij Sanguinis Principe, in ſacris Epiſcopatus functionibus obeundis Aſſeſſor datus eſt, vice Hugonis, paruuli illius filij, Antiſtitis deſignati. Conceſſa fuit eidem Odolrico Abbatia, cum vnius tantùm Præbendâ Clerici; quam migrationem indicat Flodoardus Eccleſiæ Remenſis D Hiſtoricus Preſbyter & Canonicus, capitib. 22. & 34. qui etiàm ait ipſum interfuiſſe Synodo Virdunenſi
947. 947. Item de eo meminit Fragmentum Hiſtoriæ Francicæ, authoris anonymi, à Ludouico Pio Imperat. vſquè ad Robertum Regem.

950. 15. ISRAEL Anno Chriſti 950. teſtis nominatur 951. Nonis Octobris
951. anno XII. regnante Conrado Rege Alamannorum, vel Prouinciæ, cum Boſone Comite, & Lamberto Iudice, in commutatione factâ Arelate ex conſenſu Manaſſis Archiepiſcopi, Honorati Maſſilienſis Præſulis, & Garnerij Abbatis S. Victoris, inter Teucindam, & Gontarum Epiſcopum Foroiulienſem, Præpoſitúmque Arelatenſem, de iuribus ſibi & Eccleſiæ S. Stephani competentibus in Inſulâ Montiſmajoris, ad Præpoſituram pertinente; cui vice verſâ, titulo ceſſionis concedit Teucinda iura ſibi competentia in villâ Barcianicis, multâque prædiâ: cuius rei inſtrumentum repetitur in antiquo originali Monaſterij S. Petri Montiſmajoris propè Arelatem numero 3.

16. SILVESTER II. circa an. 966. 966.
Dicitur Secundæ Narbonenſis dignus Archipræſul, cum ſuis Subiacentibus, Domino videlicet Landerico, Thedetico, Æyrardo, Honorato, Pontio, Vmberto, digniſſimis Eccleſiarum ſuarum Paſtoribus, ſub Itetio Arelatenſi Primate, *Secundam à Romanâ Sede occupante*, ex Authentico Capituli Arelatenſis numero 3. Eidem SILVESTRO dirigitur epiſtola Ioannis Papæ XIII. pro Eccleſiâ Arelatenſi: eiúſque adhuc fit mentio 970. At in teſtamen- 970.
to Vuilelmi Principis & Marchionis C Prouinciæ, pro teſtitutione Eccleſiæ S. Mariæ Maritimæ, Monaſterio S. Cæſarij Arelatenſis, tecenſetur PONTIVS Archiepiſcopus, fortè AQVENSIS 992. præſente Annone Arelatenſi 992.
Metropolitano, & aliis Epiſcopis; ſed de eo planè non conſtat.

17. AMALRICVS An. Chr. 1000. 1000.
Hic Adelaide Comitiſsâ petente, confirmat donationem villæ Pertuſij, Cœnobio Montiſmajoris à Vuilelmo Comite factam; de quâ te in archiuis S. Petri ſequens carta refertur. NOTVM ſit. Quod veniens in præſentiâ « ALMARICI AQVENSIS Sedis Archiepiſcopi, Domina Comitiſſa Adalax, & filius ſuus Vuilelmus, & ſeruus « omnium Seruorum Dei Archinricus « quamuis indignus Abbas; petentes « obnixè, vt donationem quam Comes « Boſo fecerat S. Mariæ, de villâ Pertuſus, firmaret eleemoſynam, quam « Comes Vuilelmus, S. Mariæ & S. Petri fecerat Monaſterio Montiſmajoris. « Pro petitione itáque dictæ Comitiſſæ, « & filij Vuilelmi & Abbatis, & obſecratione fidelium Chriſtianorũ aſſenſum « fecit, & per hanc cartam donationis, « ſecundum inſtitutum Sanctorum Patrum, Canonum & ſuorum Canonicorum, poſteris corroboratam, tradidit «

» villam ſcilicet Pertuſus, cum omnibus
» adiacentiis ſuis, cultis terris & incul-
» tis, vel quidquid in eâ ædificatum eſt,
» ab omni fundo poſſeſſionis, ipſius ter-
» ritorio conſiſtentibus, ſcilicet perti-
» nentibus ſibi cum primitiis & oblatio-
» nibus. Facta fuit hæc carta donatio-
» nis in Auenione publicè, Anno Inc.
1000. » M. Indict. XIII. VII. Kal. Octob. data
» à Præſule AMALRICO, in conſpe-
» ctu Principum & Canonicorum; Ar-
» chinrico Abbate Monaſterio Montis-
» Majoris. In aliâ verò eiuſdem Mona-
ſterij membranâ dicitur, *pollens Antiſtes, benignus, ſummúſque AMALRICVS*;
quâ poſtulat ab eo Archinricus donum
decimarum cum Eccleſiâ, idque An-
1002. tiſtes pius conceſſit 1002. XIII. Kal.
Nouembris Indict. I. Aquis publicè
firmantibus Canonicis S. Saluatoris,
Petro Auenionenſi & Ingilranno E-
piſcopis. Is etiam Rodulfo Rege te-
ſtis nominatur; in alterâ donatione
Pontij Maſſilienſis Epiſcopi S. Victori,
Comitibus Prouinciæ, Rotbalno &
1005. Guilielmo, Adalaizis filio, 1005. vt eſt
in libro cartarum Monaſterij Maſſi-
lienſis. Confirmauit & AMALRICVS,
Eccleſiam S. Petri conſtructam in vil-
lâ Pertuſij, & memoratur in aliâ con-
ceſſione Eccleſiæ *S. Stephani de Vngulâ* Caballi, Aquenſis diœceſis. Eſt au-
tem Sergij IIII. Papæ diploma ad eun-
dem, Poncionémque Archiepiſcopum,
cartophilacio Montiſmajoris, inſcri-
ptum de conſecratione & indulgentiâ
1010. Eccleſiæ Correnenſis, ſub an. 1010.
vel biennio poſt; quo tempore, mo-
nitus & excommunicatus eſt AMAL-
1011. RICVS, circa 1011. ob detentionem
villæ Pertuſij, cum filiis Neuelongi
ſibi propinquis, niſi reſipiſcant: id ve-
teres dicti Monaſterij tabulæ teſtan-
tur, numero 7. ex quibus ſequentia ex-
ſcripſimus.

SERGIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus & Comitibus Salutem &c. Nobis clamor Nobiliſſimæ Comitiſſæ Adalaidis delatus eſt, & monachorum S. Petri ſuper filios Nebelonge, Rainaldum videlicet, Vvilelmum & Lanfredum, & Archiepiſcopum AMALRICVM AQVENSEM, qui fortiter deuaſtant Monaſterium Montis-Majoris, quod eſt ſub poteſtate S. Petri & noſtrâ, & inſuper villam quæ nominatur Pertuſus, per virtutem illorum depradauerunt & cremauerunt, tamdiù quóuſque inhabitabilis permanet.

A *De quâ causâ, monemus & rogamus authoritate Apoſtolorum & noſtrâ, ſupradictum Aquenſem Archiepiſcopum, vt ipſe primus ſatisfaciat: deinde cum cæteris Comprouincialibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, atque fidelibus Chriſtianis, qui Imperio Prouinciæ habitant, faciat venire infantes Neuelongi, & ad congruam emendationem illos admoneat de graui damno, quòd iniuſtè intulerunt Monaſterio B. Petri. Si vos audierint & emendauerint, Deo gratias. Si autem contempſerint obedire vobis, & Apoſtolicis præceptis, excommunicamus illos, ac maledicimus ex parte Dei & S. Mariæ, & authoritate B. Apoſtolorum Petri & Pauli,*
B *&c. Inſuper rogo omnes vos, qui Dei curam habere videmini, vt ſicut ego excommunico, ſimiliter & vos faciatis, & conſtringantur vinculo anathematis, qui vi ſæculari vaſtant atque diſſipant ſine voluntate Abbatis & monachorum, terras retinent, quas nos & Anteceſſores noſtri tradidimus, & corroborauimus cœnobio ſupradicto.*

18. INGELRANNVS Aquenſi Ec-
cleſiæ præfuit 1011. Ind. 9. Regnante 1011.
Rodulfo Rege Alamannorum, ſeu
Prouinciæ; vt patet ex donatione,
quam fecit Eccleſiæ S. Perpetuæ de
C Artecellâ, in Comitatu Aquenſi, quæ
exſtat in tabulario S. Saluatoris.

19. FRONTO ſubſcripſit dono
Ariberti pro Siſtaricenſibus, ſeu ſpon-
ſalitio Eccleſiæ S. Premaſij Forcal-
querienſis 1030. Kalend. Decemb. 15. 1030.
quod declarat ſequens Siſtaricenſis
Epiſcopatûs carta. Nos Aribertus & «
vxor eius Lentildis, & filij ſui Geral- «
dus, Gauterius, Petrus, & Pontius, ex «
iuſſione Domino Præſule FRONTO- «
NO, necnon & DVRANDO Pontifice; «
ſub Caſtro Furno Calcario conſtrui- «
mus Eccleſiam in honore S. Promaſi, «
D & S. Mauriſi, ſiue S. Romani: Et nos «
propter litteras prærata, quas audiui- «
mus, non ſurdâ aure, nec declinatâ, «
per deuia attingere cupimus, diem «
conſecrationis huius Baſilicæ, ſicut «
olim Deo iuuante certaminis XV. Kal. «
Decemb. Et de alaudem noſtrum, «
quem habemus in Comitatu Siſtarico, «
ſub caſtro Forcalquerio, donamus ſe- «
modiata de vineâ, & aliâ terrâ, & in- «
termedio de vias, & noſtrâ viâ publicâ, «
quæ pergit à S. Probatione, donamus «
nos propter Deum, & remedium ani- «
mæ noſtræ, ab omni vinculo pec- «
catis noſtris. Factum ſponſalitium «

» iſtud An. Dom. Incarnar. M. XXX. In- A
» dict. XIII.

20. Petrvs I. Rodulfo Rege,
1030. 1030. reſtis memoratur cum Vilelmo
fratre in donatione Durandi ac filio-
rum, pro manſo (territorium vŏcant)
de Carnolas in Comitatu Tolonenſi.
Eius quoque meminit vetus ſcheda
Cartophilacij Arelatenſis, quâ Raiam-
baldus Apoſtolicæ Sedis Legatus, ex
conſenſu Arelatenſium Canonicorum
Petro Aquenſi dimiſit Eccleſiam
de Moriano; nam & conqueſtus fue-
rat in publicâ Synodò Arelate, coram
Archiepiſcopis Ebredunenſi, Narbo- B
nenſi, ipſóque Arelatenſi & eorum
Suffraganeis, quòd vnâ die ex ſuis
diœceſibus Arelatem proficiſci non
poterant, propter aſperitatem viæ la-
Le Crau. pidoſi agri de Crauo, ad celebratio-
1040. nem Concilij. Interfuit verò 1040.
Idib. Octob. Indict. 8. cum aliis Gal-
liarum Præſulibus, ſolemni conſecra-
tioni baſilicæ Monaſterij S. Victoris
Maſſilienſis, à Benedicto IX. Papâ, ſub
Iſarno Abbate celebratæ, vt legitur
in archiuo Victorino. Idem Petrvs
1043. confirmauit 1043. 3. Non. Iulij, eidem
Monaſterio Eccleſiam S. Maximini
cum altaribus SS. Michaëlis, Sedo- C
nij, Mariæ, Ioannis, aliarúmue Ec-
cleſiarum; quæ omnes territorio ſuæ
diœceſis, vallis S. Maximini nuncu-
pato, adiacebant: Ex tabulario autem
Aquenſi, teſtis nominatur in donatio-
ne caſtri de Solario, à Fulcone Maſſi-
lienſi Vicecomite, & Odila vxore, ſub
1044. Henrico Rege 1044. Ind. XII. 4. Kal.
Aug. & in alterâ Bertranni Comitis
& Marchionis Prouinciæ eiuſdem an-
ni pro baſilicâ S. Promaſij in caſtro
Forcalcarienſi. Dicauit inſuper Pe-
trvs in honorem S. Benedicti, Ec-
cleſiam de Betsâ, in territorio caſtri
1045. de Flaſcianis 1045. Ind. 14. 2. Idus D
Decembris: & 1048. Ind. 1. XV. Kal.
1048. Iulij, ipſius iuſſu Deodatus Tolonen-
ſis Præſul conſecrauit templum S. Ste-
phani in Comitatu Tolonenſi, vt eſt
in archiuis Maſſilienſis Monaſterij.

Chateav-renard. De gueulles à vne arche voutée d'or, maçonnée d'azur. Eſcartelé d'or à vn Lyon de Sable.

21. Poncivs de Chateav-
renard nobili ſtirpe in Prouinciâ
natus, Eldeberti Domini de Cortens,
& Matildis Correnenſis Monaſterij
fundatricis filius; Dodonis, Vvilelmi
& Arberti de Caſtro-Rainardo Baldę-
que Sanctimonialis frater. Hanc Sedē
1050. Aquenſem inijt 1050. námque ipſius
clientelare ſacramentum reperitur in
vetuſto codice, Authoritatum San-
ctorum Patrum dicto, qui aſſeruatur
in Arelatenſi Eccleſiâ, & ità legitur.
Ego Poncivs S. Mariæ Aqven- «
sis Sedis nunc ordinandus Epiſ- «
copus, ſubiectionem & reuerentiam, «
& obedientiam, à Sanctis Patribus «
conſtitutam, ſecundum præcepta Ca- «
nonum S. Sedis Arelatenſis Eccleſiæ, «
Rectoribúſque eius, in præſentiâ Do- «
mini Raiambaldi, perpetuò ex- «
hibiturum promitto, & ſuper ſanctum «
altare firmo. Poſt hæc ſubſcribit cum «
Epiſcopo Maſſilienſi Poncio atque
Odilâ, in donatione de Autiolo, &
in ſatisfactione coram Raiambaldo
Arelatenſi Pontifice factâ, à Rainardo
Milite, ſextæ partis caſtri Pertuſiaci
Domino, qui eam violenter auferre
tentauerat à Religioſo Abbatiæ Mon-
tiſmajoris, cuius rei mentio in archi-
uis S. Petri. Denique aſſiſtens datur
Poncivs eidem Raiambaldo Are-
latenſi Metropolitano, vt intereſſet
Synodo Toloſanæ, iuſſu Victoris II.
Pont. Max. congregatæ 1056. ad re- 1056.
ſtituendam diſciplinam Eccleſiaſti-
cam. Et eodem anno Ind. 9. VI. Kal.
Febr. eius Aquenſis Præſulis manda-
to, Vvilelmus Tolonenſis Antiſtes,
Eccleſiam S. Mariæ in territorio villæ
Bruniolæ conſecrauit, vt eſt in carta-
rio Maſſilienſi. Demùm 1058. 17. Kal. 1058.
Decemb. contulit omnes Eccleſias
territorij de Torreues, adſtante pro-
cerum coronâ, qui ad conſecrationem
baſilicæ S. Stephani conuenerant: ex
alterâ item eleemoſynâ patet donaſſe
poſſeſſiones Eccleſiæ S. Mariæ Cor-
renſis, in dedicatione S. Iuliani de
Mainaleuâ: id docet tabularium
Montiſmajoris.

Hieres. Vn Chateau de . . . . a trois beſans . . .

22. Rostagnvs d'Hieres I.
ortus è Dominis Atearum in Comi-
tatu Tolonenſi. Is cùm primùm A-
quenſis Metropolita ordinatus eſt,
clientelarem ſubiectionis fidem Anti-
ſtiti Raiambaldo prętitit, quemadmo-
dùm de eo prodit vetus Authenticum
Arelatenſe. Poſteà 1062. VI. Idus 1062.
Decemb. Indictione 15. Eccleſiam S.
Stephani de Vngula Caballi, ex eius
ac Vgonis, Gaufredique beneficio
conceſſam dedicauit. Quin-etiàm,
Vvilelmus Carpentoratenſis Epiſco-
pus adſtante Tolonenſi 1068. Indict. 1068.
6. IV. Idus Ianuarias, vice ipſius ædem

S. Mariæ caſtelli Paracollis in Comi- A
tatu Aquenſi, à Baldâ Religioſâ, Pon-
tij Archiepiſcopi ſorore conſtructam,
diuino cultui inaugurauit, attributâ in
dotem, honoris parte vt vocitant, ſci-
licet medietate caſtri de Petroxio;
quam donationem Roſtagnus cleri-
corum ſtipatus agmine confirmauit:
ídque conſtat ex Arelatenſibus tabu-
lis S.Stephani. Subſcribit verò largi-
tioni Pontiæ ac filiorum, in vigiliâ
Pentecoſtes Monaſterio Montiſmajo-
ris, de Eccleſiâ B. Petri antè caſtrum
Iocarias, in cuius Abbatiæ archiuo,
ſeu Regeſto caſtri de Pertuſio habes
definitionem, ab eo Præſule confe- B
ctam his verbis:

*NOTITIA Guirpitionis Caſtri Per-
tuſi, omniúmque appendentium eius, quæ
facta eſt ab Archiepiſcopo ROSTAGNO,
& Canonicis S. AQVENSIS Eccleſiæ.*
1069. *Anno igitur Incarnat. Dom. M. LXIX.
Indict. 7. acta eſt publicè in Aquis ciui-
tate, in conſpectu clericorum ac monacho-
rum, ſiue laicorum vtrarúmque Eccleſiarum
ſubſiſtentium. Quia igitur perantiquâ
authoritate Boſonis Comitis, quæ fuit quon-
dam Aquenſi Eccleſiæ reddita, atque do-
nata, ſiue pro poſſeſſione Archiepiſcopi
AMALRICI, interpellatio prolixa facta* C
*fuerat à ſubſequentibus, placuit tunc Archie-
piſcopo ROSTAGNO & Clericis ſuis, Rot-
lanno Abbati & monachis ſibi ſubiectis,
vt res tamdiu conqueſta in pace diffiniretur
per ſcripturam. Conſtitutum eſt ab vtriſ-
que, vt Abbas Rotlannus & monachi, Ar-
chiepiſcopo ROSTAGNO tunc temporis
CC. XL. Solidatas darent, & omni anno
perſoluerent incenſum S. Aquenſi Eccle-
ſiæ in die Sabathi Sancti, duas libras lega-
les incenſi optimi & tres libras ceræ, vt fu-
turis temporibus inter vtráſque Eccleſias,
altercatio ampliùs nequaquàm fieret, niſi
ſtabiliti censûs menſura, Eccleſia Aquenſi
ab ipſis monachis, vel à ſucceſſoribus eorum* D
*ſcienter defraudaretur, aut non redderetur
omnino. Authoritates etenim, quas diu
poſſederant Clerici Aquenſes, reddidit Ar-
chiepiſcopus ROSTAGNVS in manu Rot-
lanni, qui tunc dicebatur Abba & fratrum
eius, & in conſpectu clericorum & laicorum,
qui tunc aderant, & hanc in perpetuum
corroborauit, &c. Signum ROSTAGNI
Archiepiſcopi, qui hanc guirpitionem fe-
cit, & Clericis ſuæ Eccleſiæ, ſiue laicis
firmare fecit gratis. Benedictus Præpo-
ſitus, Poncius Grammaticus, Odo, Ar-
bertus, Poncius Canonici: Conterra-
nei Eccleſiæ laici Aquenſis ſimiliter*

A *firmauerunt, Bonifacius, Amelius fra-
ter Archiepiſcopi, Neuelongus, Ate-
nulphus. Hi omnes publicè firmauerunt
in Aquis ciuitate, in clauſtro S. Saluatoris,
in conſpectu Archiepiſcopi ROSTAGNI,
& fratris Rotlanni & monachorum qui ibi
aduenerunt, ſcilicet Bertrannus, Albaricus,
Rainoardus monachi vii. Idus Aprilis:
Roſtagnus Aquenſis Archiepiſcopus poſuit
hanc cartam ſuper altare S. Mariæ Montis-
majoris.* Huius quoque Monaſterij
Abbati Rotlanno, dedit in eleemoſy-
nam ROSTAGNVS Vallem antiqui-
tùs nuncupatam S. Petri, quæ olim à
duobus Romanis germanis tradita
B deinde per antiqua priuilegia fratri-
bus Montis-Majoris conceſſa fuerat, vt
indicat vetus carta 1072. Ind. x. Quod 1072.
autem fuerit ex familiâ Dominorũ de
Areis, euincitur è tabulario Victorino;
quo idem ROSTAGNVS cum Amelio
fratre, eiúſque vxore Garſiâ, Guidone
alio fratre, Pontióque Amelij filio,
Dominis caſtri de Eiras, tradunt, 1075. 1075.
3. Nonas Iulij, Eccleſiam S. Michaë-
lis de Almanarrâ ante caſtrum præfa-
tum, ſalinas in ſtagno Fabricato &
alteram Baſilicam S. Georgij apud cel-
lam S. Benedicti, in territorio eiuſdem
C caſtri, Bernardo Abbati Maſſilienſi.
Sedebat adhuc 1080. vt conſtat ex 1080.
actis conſecrationis Eccleſiæ S. Ste-
phani in Comitatu Tolonenſi ab ipſo
factæ: exſtant eadem in cartario Maſ-
ſilienſi.

23. PETRVS II. Hic erat Archie-
piſcopus 1082. 6. Kal. Iunij, Lunâ 1082.
xxi. teſte Maſſilienſi S. Victoris tabu-
lario, ex quo huius Antiſtitis notitia
eruitur. Idem & Ricardo Abbati Ec-
cleſias parrochiales S. Iacobi de Spar-
rono, & S. Fidis de Artiguâ conceſſit
1093. 3. Kal. Maij & 1099. Indict. viii. 1093.
aliam S. Michaëlis de Malamorte in
D territorio caſtri Sanguinolentis, quod 1099.
diſcitur ex Magno cartophilacio S.
Victoris. Prætereà 1102. Ind. 5. cum 1102.
Fulcone Præpoſito laudauit donatio-
nem Bertranni Epiſcopi Siſtericenſis,
factam Eccleſiæ & Canonicis S. Marij
Forcalcarienſis, præſente Adalaxâ Co-
mitiſsâ Prouinciæ. Dicitur & An-
teceſſor alterius Petri Aquiſextienſis
Archiepiſcopi, in emptione villæ Per-
tuſij, ab Ermengaudo Comite, idque
refertur in archiuis Capituli.

24. PETRVS DE MARSEILLE III. MARSEILLE.
Aicardi Arelatenſis Pontificis frater, Vn pal de...
aſias, vne

Croix de Toloſe, vuidée, cleſchée & pommetée de douze pieces.

vtérque natus eſt Ioſfredo Vicecomi-
te Maſſiliæ & Arelatenſi, ex Rixendi
coniuge. Is primùm monachus Ab-
batiæ S. Victoris Maſſilienſis 1079.
cum Fulcone fratre, mox factus eſt
Aquenſis Antiſtes circà 1103. Poſteà
verò congregatis Epiſcopis Eccleſiam
Cathedralem Domini Saluatoris con-
ſecrauit, vt patet ex ſequenti inſtru-
mento, quod reperitur in cartophila-
» cio Aquenſi Anno Domini Noſtri
1103. » Ieſu Chriſti m. c. iii. Petrvs A-
» qvensis Archiepiscopvs,
» congregatis quibuſdam Comprouin-
» cialibus Epiſcopis apud Aquas; vide-
» licet Domno *Gibelino* Arelatenſi Ar-
» chiepiſcopo, *Petro* Cauellicenſi, *Be-*
» *rengario* Foroiulienſi, & *Augerio* Re-
» genſi Epiſcopis, vnà cum Concilio
» Clericorum ſuorum, videlicet Fulco-
» nis Præpoſiti, & Hugonis Archidia-
» coni, Bremundi Sacriſtæ, & Archi-
» presbyterorum Gaufridi & Petri, ac
» Canonicorum Norberti, Petri, Hu-
» gonis, Vuillelmi, Giraldi & aliorum,
» quorum nomina, timendo moras, non
» enumeramus; ſtatuit conſecrare Ec-
» cleſiam Domini Saluatoris ſcilicet hîc
» nouiter fundatam; inter duas Eccle-
» ſias, videlicet aduerſus Septentrio-
» nem, Eccleſiam Dei Genitricis ſitam,
» verſus meridiem verò, Eccleſiam B.
» Ioannis Bapt. poſitam; Oratorio quó-
» que eiuſdem Domini noſtri Saluato-
» ris, verſus Orientem conſtructo. Hanc
» denique conſecrationem, Dom. Pe-
» trvs Archiepiſcopus, tantorum Re-
» ligioſorum virorum, quorum ſuperiùs
» nomina enumerauimus, authoritate
» muniri voluit, quatenus venerabilis
» Eccleſia glorioſi Saluatoris, à venera-
» bilibus viris conſecrata, in poſterum
» per infinitum venerabiliùs venerare-
» tur. ſed quoniam earundem Eccleſia-
» rum, quas ſuperiùs exarauimus, B.
» Maximinus, & B. Maria Magdalena
» primi fundatores extiterunt; in eâdem
» Eccleſiâ Saluatoris, à ſupra dictis Re-
» ligioſiſſimis viris, in honore B. Maxi-
» mini & B. Mariæ Magdalenæ altare
» dedicatum eſt, cuius conſecrationis
» dies eſt vii. Id. Aug. quatenus futuris
» temporibus, abſque vllâ dubitatione,
» in Eccleſiâ illâ, dies iſta celebris an-
» nuatim celebretur. Hoc eodem an-
no, Eccleſiæ Aquenſis ditiones Præ-
poſito & Canonicis collatas, aliáſque
poſt obitum Petri Anteceſſoris, Sede
vacante acquiſitas conceſſit, intérque

A cæteras, Eccleſiam S. Martini in ter-
ritorio caſtri de Rians, & alias decimas
Dominicaturæ Comitis, quas emptio-
nis nomine comparauerant in caſtro
Pertuſo, ab Ermengaudo Comite &
Adalaide Comitiſsâ. Huius conceſ-
ſionis diploma legitur in libro char-
tarum Aquenſis Capituli Numero
Decimo-quarto.

Anno Incarnati Verbi M. CIII. Dom- 1103.
no PETRO Archiepiſcopo Diuinâ diſpen-
ſatione AQVENSEM Eccleſiam gu-
bernante, eiuſdem Aquenſis Eccleſiæ, &
glorioſi Saluatoris Præpoſitus venerabilis
B *Fulco, cum Canonicis ſibi ſubditis, ipſius*
Archiepiſcopi præſentiam adierunt; multâ
prece & ſummâ humilitate poſtulantes, qua-
tenus quaſdam Eccleſias in Aquenſi Comi-
tatu ſitas, quas poſt exceſſum Domini PE-
TRI Archiepiſcopi, Anteceſſoris eius ad-
quiſierant, Aquenſi Eccleſiâ adhuc Paſtore
vacante, iſdem venerabilis P. laudando
concederet, & concedendo ſcriptis & teſti-
monio huius paginæ confirmaret. Inſuper
etiam, ſummâ prece vt diximus, & præci-
puâ humilitate poſtulauerunt, quatenus Ec-
cleſias & honores Canonicis B. Mariæ &
glorioſi Saluatoris, ab Anteceſſoribus eius
conceſſas, quas ſcilicet Anteceſſor eius PE-
C *TRVS conceſſerat, & ab alijs conceſſas*
ſuis ſcriptis confirmauerat, iſdem venera-
bilis P. hâc ſerie corroboraret. humillimis
etiam poſtulationibus poſtulauerunt, quate-
nùs quartam partem decimarum, & redi-
tuum omnium ſuarum Eccleſiarum, quam
proprij iuris Archiepiſcopi ſecundum Cano-
nicam regulam non eſſe non ignorabant,
eam quóque concederet, & ſcripto, altari B.
Mariæ & glorioſi Saluatoris, & Canonicis
Aquenſis Sedis confirmaret. Quorum peti-
tionibus Domnus P. Archiepiſcopus miſeri-
corditer condeſcendit, & quàm iuſtum fuit
fideliter annuit. Donauit quóque altari
D *B. Mariæ, & glorioſiſſimi Saluatoris, &*
Canonicis ibidem Domino ſeruientibus, Ec-
cleſiam S. Ioannis, cum omnibus appendicijs
ſuis, ſitam in Comitatu Aquenſi in territo-
rio de caſtro Rubiantis. Simili etiàm
modo donauit Eccleſiam parochialem de
caſtro Paracol, & Eccleſiam B. Mariæ in
territorio eiuſdem caſtri poſitam, cum om-
nibus appendicijs & domibus ſuis, excepto
Synodali cenſu. Donauit etiàm Eccleſiam
S. Martini de Gamarane, Eccleſiam etiàm
parochialem S. Michaëlis de caſtro Bruſâ,
cum omnibus ſibi pertinentibus, excepto
Synodali cenſu. Simili etiàm modo, do-
nauit Eccleſiam S. Martini in territorio
de caſtro Rians, Eccleſiam S. Martini de
Lode-

Lodenâ, & S. Mariæ de Garianâ cum om- A
nibus ſibi pertinentibus, & S. Mariæ paro-
chialem de caſtro monte Iuſtini, & S. Ro-
mani ſecùs ipſum caſtrum poſitam, cum ad
eaſdẽ Eccleſias pertinentibus. Dedit quoque
quartam partem de decimis vinearum quam
adquiſiuerunt à Bonifacio in caſtro Relta-
nâ. Dedit etiàm decimam Dominicaturæ
Comitis, quam adquiſiuerunt ab ipſo Comi-
te Ermengau, & Comitiſſâ Adalaide in Ca-
ſtro Pertuſo. Prætereà laudauit & confir-
mauit, omnes Eccleſias illas & honores,
quas PETRVS *Archiepiſcopus Ante-*
ceſſor eius, B. Mariæ, & glorioſi Saluatoris
Canonicis, ſcriptis donauerat. Super hæc B
etiàm firmauit per hanc præſentem pagi-
nam, quartam partem decimarum & reddi-
tuum, qua ſui iuris erat, omnium illarum
Eccleſiarum, quas ab Anteceſſore eius ad-
quiſierant, & iſtarum quas per hanc char-
tam donauit & firmauit. Hæc omnia quæ
ſuperiùs ſcripta ſunt, PETRVS *Archiepiſ-*
copus, Eccleſiæ B. Mariæ & altari glorioſi
Saluatoris & Canonicis, perpetuo iure tenen-
da, ſuâ authoritate roborauit, in omnibus
& per omnia, ſaluâ reuerentiâ, obedientiâ,
& fidelitate ſuâ, ac ſucceſſorum. Donauit
etiàm tertiam partem mortalitatis, totius
Epiſcopatûs, operibus S. Mariæ & S. Salua-
toris, in illis Eccleſiis quas in dominio ſuo C
retinere placuit. Ego PETRVS A-
QVENSIS *Archiepiſcopus hanc Char-*
tam donationis Eccleſiæ B. Mariæ & glorioſi
Saluatoris dono, laudo, corroboro. Si quis
autem, &c. Ego PETRVS *Archiep.*
firm, Fulco Præpoſitus, Vgo Archidiac. Pe-
trus, Arnulfus, Giraldus, Pontius, Amalri-
cus, Ioannes, Vvilelmus, Guido, Odo, Ar-
bertus Vvillelmus. Deinde Pallio Ar-
chiepiſcopali decoratur, à Paſchali 2.
1104. Romano Pontifice 1104. eodémque.
anno 7. Kal. Iunij. Richardo Abbati
Maſſilienſi etiam confirmauit dona-
tiones Pontificum Max. & Archiepiſ- D
coporum Aquenſium eidem monaſte-
rio conceſſas. Demùm Altare conſe-
1110. crauit 1110. fundatũ iuxtà Oratorium
S. Saluatoris, ſub honore Reſurrectio-
nis Dominicæ, Geraldo Siſtaricenſi, &
Aimino Tolonenſi Epiſcopis aſtanti-
bus, quâ de re liber MSS. Concordan-
tiæ Euangeliorum Capituli Aquen-
ſis.

1118. 25. FVLCO memoratur 1118. men-
ſe Martio apud Romanum Delphina-
tûs oppidum, in tranſactione initâ cùm
Petro Abbate Montiſmajoris: cui in-
terfuerunt Auenionenſis, Arauſica-
nus, Aptenſis, Regienſis, & Vapin-

A cenſis Epiſcopi, ex chartâ eiuſdem
Abbatiæ. Præſens quoque fuit, co-
ràm Calixto II. Papa Viennæ, abſo-
lutioni Guigonis Comitis Forcalca-
rienſis, pro reſtitutione villæ Pertuſij,
quam abſtulerat Abbatiæ Montiſma-
joris; vt antiquus codex cœnobij S.
Petri ſic exhibet:

HÆC eſt carta definitionis factæ in
Monaſteriũ Montis-Majoris, & Comi-
tem Forcalcarienſem Guigonũ. Abſtu-
lerat ſupradictus Comes, Monaſterio
Montiſmajoris, caſtrum quod vulgò
Pertuſus dicitur, cùm omnibus appen-
B denciis ſuis: Vnde Abbas iuſtitiam ex-
pectans, obtinuit ab eo ſententiam ex-
communicationis in Comitem, & om-
nes fautores eius, & interdictum in
Comitatum illius, donec Monaſterio
ſatisfaceret; cùm ſententiam Comes
diu ferre non valens, adijt Viennam
cum Abbate, ante præſentiam Domi-
ni Papæ; & ibi tenens ſtolam Papæ,
reddidit in manu eius & Abbatis, ca-
ſtrum & villulam, quam contrà volun-
tatem eius ædificauerat, & eiecit baiu-
lum; quem nouiter caſtro præpoſue-
rat, & dimiſit omnes malos vſus, qui
à matre ſuâ & ab ipſo inſtituti fuerant;
C Et fecerunt finem omnium querimo-
niarum quas aduerſus Monaſterium
credebat ſe habere. Et ideò Abbati
& Monachis, precibus Guigonis Co-
mitis, peractis illi promitentiis, eum
de cæterò ſuper hâc re Monaſterium
ampliùs inquietaturum, condonaue-
runt ei mala; quæ ab ipſo reddi de-
bebant; Saluâ tamen querimoniâ Co-
mitalis domûs, & aliâ querimoniâ
ſuis factâ. Anno Incarn. Dom. M. C. 1120.
XX. Teſtes ſunt ipſe Dom. Papa Ca-
lixtus II. in cuius præſentiâ & manu,
dimiſſa ſunt omnia iſta: & FVLCO
D AQVENSIS Archiepiſcopus, *Beren-*
garius Foroiulienſis Epiſcopus, *Main-*
fredus Antipolitanus Epiſcopus. Por-
rò Necrologium vetus Monaſterij S.
Andreæ propè Auenionem, huius
Præſulis anniuerſariam depoſitionem
notat, die 4. Kal. Auguſti. At in-
certum quo anno deceſſerit.

26. PETRVS IV. Ad eum ſcribit
Anaſtaſius 4. Pont. Max. pro Abbate
Maſſilienſi circà 1153. vt eſt in car- 1153.
thophilacio huius Cœnobij. Cete-
rùm exorta olim fuerat controuer-
ſia, inter Præpoſitum & Canonicos
Aquenſes, ac Abbatem S. Victoris

Maſſilienſis, pro decimis parochia- A
lium Eccleſiarum de Rianz, & S.
Mauritij, in curiâ deceſſoris Poncij
Archiepiſcopi; tranſactione initâ,
Monachi Pręposito & Canonicis de-
derunt Eccleſiam S. Mauricij, om-
nes decimas in valle, quidquídve ad
Camerariam in territorio caſtri de
Rians, burgíque S. Stephani, iuris
Monaſterij Maſſilienſis eſſe videba-
tur: Vice autem verſâ, Canonici Re-
ligioſis donauerunt, quidquid in villâ
S. Stephani de Clocatio, & S. Mi-
chaëlis de Bruſâ; alijſve locis ex co-
rum dominio pertinebat. Eam pactio-
nem PETRVS Metropolitanus Aquis- B
ſextijs, Fredolus Maſſilienſis Abbas,
atque Henricus Præpoſitus, cum Ca-
nonicis S. Saluatoris ſcripto laudaue-
1165. runt 1165. Indict. 13. vt eſt in archiuo
Aquenſis Eccleſiæ.

MONLOR. D'or à deux Lyons Leopardez d'azur.

27. HVGO DE MONLOR I. Ex
Præpoſito S. Saluatoris, ad Pontifica-
tum Aquenſem promotus 1166. præ-
ſens fuit donationi Ildefonſi Ducis
1166. Prouinciæ, Monaſterio Syluæcanæ,
ſubſcriptis Hugone Tarraconenſi, &
Raimundo Arelatenſi Archiepiſcopis.
Legitur item in Regio chartophilacio
Aquenſi diploma Monaſterij Artecel- C
læ, cui Hugo ſubſcribit, vt verba in-
dicant ex autographo deſumpta:

*NOTVM ſit omnibus, Quòd ego IL-
DEFONSVS Dei gratiâ Rex Arragon.
Comes Barchinonenſis, Tortoſæ, Ilerdaque
Marchio & Prouinciæ Dux; Dono &
concedo, ob remedium animæ meæ & Pa-
rentum meorum, Deo, S. Mariæ & S. Vi-
ctori de Marſiliâ, nec-non Abbati Petro,
cum Monachis ibidem Deo ſeruientibus,
& Sanctimonialibus, quæ in Monaſterio S.
Perpetuæ ſunt, vel deinceps erunt: ſcili-
cet Eccleſias & villas de Campis, de Ga-
relt, S. Ioannis de Peiraſoc, de Colobrey-
râ; S. Michaëlis de Arcis, Sanctorum
Benedicti & Georgij de Bormetâ, & quid- D
quid poſſident in villâ de Bormâ, S. Eu-
chery de Braz, S. Mariæ de Gaiſôlâ, S.
Petri de Brinolâ, & S. Mariæ de Caba-
ſiâ: Omnes Eccleſias præfatas cum villis,
& omnes vſaticos, & albergios confirmo,
ſicut Pater meus Raimundus Berengarius,
dedit Deo & memoratis fratribus. Actum
eſt hoc donum in Capitulo Cellæ S. Perpe-
tuæ, in manu Guillelmi Prioris eiuſdem
loci, & Priorissæ Bonifaciæ, 8. Idus
May, die Lunæ, Anno ab Incar. Domini
1167. M. C. LXVII. Signum Ildefonſi Regis
Arragonenſis, Comitis Barchinonæ, &
Ducis Prouinciæ. Teſtes Archiepiſcopus
AQVENSIS V. & G. Epiſcopus Bar-
chinonenſis, Hugo de Baucio, & Rai-
mondus filius eius, Raimondus de Villa-
nonâ, Iſnardus de Brinolâ.*

BAVX. VILLENEVVE.

At ſequenti anno 1168. approbat 1168.
Hugo donationem Guigonis Comi-
tis Forcalcarienſis Hoſpitalariis de
Manuaſcâ; vt conſtat ex cartulario
Boſcaudunenſis Abbatiæ. Ceterùm
Ildefonſo III. Rege Arragon. Pro-
uinciam moderante, Guillelmo For-
calcherij Comite, conſilio eiuſdem
Hugonis & Petri Aptenſis Antiſtitis,
B facta eſt permutatio inter Petrum
Maſſilienſem, & Bernardum S. Euſe-
bij Abbates, 1173. die 5. Martij Ec- 1173.
cleſiæ S. Mariæ caſtri de Auellone,
poſſeſſæ à Maſſilienſi, cum Eccleſiis
Sanctorum Stephani & Ioannis, ex-
trà caſtrum de Cadeneto, & capellis
S. Cæſarij in eodem caſtro, quæ erant
iuris Abbatis S. Euſebij. Eam verò
confirmauit Alexander 3. Anagniæ
II. Nonas Iulij, Bullâ Pontificiâ, quæ
eſt in tabulario S. Euſebij.

28. BERTRANDVS nominatur in
C Priuilegio Eccleſiæ Arelatenſis, quod
inſcriptum antiquo Regeſto Baſilicæ
Metropolitanæ ità ſe habet. IN NO-
MINE S. Trinitatis; Fredericus Ro-
manorum Imperator. &c. Quoniam
Arelatenſis Eccleſia ab antiquis tem-
potibus principalis Sedes Regni Bur-
gundiæ eſſe dignoſcitur; Notum eſſe
volumus, qualiter præfatam Eccle-
ſiam, cum Canonicis Deo in eâ famu-
lantibus, cùm Eccleſiis, domibus &
coloniis, ſiue quibuſcúmque poſſeſ-
ſionibus, ſub noſtræ tuitionis ſpecia-
le patrocinium ſuſcepimus, & præ-
fatis Canonicis immunitatem con-
ceſſimus; ſtatuentes, ne quiſpiam
Marchio, vel Comes, eos de cæterò
D compellat. Teſtes Raymundus Are-
latenſis Archiepiſcopus, BERTRAN-
DVS AQVENSIS Archiepiſcopus,
Vgo Verdenſis, Pontius Aucnionen-
ſis, Benedictus Cabellicenſis, Raim-
baudus Carpentoratenſis, Bertrandus
Vaſionenſis, Guilelmus Vgo Trica-
ſtinus Epiſcopi: Laici, Bertrandus de
Baucio, Robertus de Dutnâ, &c.
Acta Anno Incarn. M. C. LXXVIII. 1178.
Indict. XI. Fuit & BERTRANDVS
præſens Aquis-ſextiis, 1179. 4. Kal. 1179.
Iunias, donationi Raymundi Beren-

garii Comitis & Marchionis, quâ is pro ſalute animæ ſuæ & parentũ, caſtri de Cabaſsâ, circúmque adiacentis territorij, dominium conceſſit Priori & Monialibus de Arcellâ. Hâc de re charta refertur in citato ſuprà Regij Senatûs Aquenſis archiuo. Extat etiam in veteribus membranis Abbatiæ Boſcaudoni immunitas, quâ Raimondus Comes & Marchio Prouinciæ, idem Monaſterium ſub tutelâ ſuâ ſuſcipit in hunc modum:

EGO Raimundus Dei gratiâ Comes & Marchio Prouinciæ, pro remedio animæ meæ & parentum meorum, concedo, dono & laudo, Monaſterio Boſcaudoni, & fratribus ibidem Domino ſeruientibus tàm preſentibus quàm futuris; totam terram, quæ dominationi noſtræ ſubiacet & poteſtatis; paſcherium ouium ſuarum, & paſſaticum, & vſaticum, & omnia quæ emere, vel vendere voluerint, libera ſint ab omni vſatico & leſdâ, quantùm ad noſtrum fiſcum propriè pertinet. Concedo etiàm, vt ſine omni pedatico, & abſque omni exactione, tantùm ſalis habeant de noſtro Comitatu, quantùm ouibus & animalibus eorum proprys, & ad cæteras expenſas illius domus abundanter poſſit ſufficere; Sed & ipſos, & res ipſorum, ſemper & vbique, ſub tutelâ & cuſtodiâ noſtrâ ſuſcipio. Et ſi quis eos læſerit, lædet pupillam oculi noſtri. Et vt hoc quietè habeant, &c. Signum Raimundi Comitis. Fa-
1179. *ctum eſt Anno ab Incar. M.C.LXXIX. Teſtes BERTRANDVS AQVENSIS Archiepiſcopus, Iſnardus Antipolitanus, Vuilelmus de Turriez, Vuilelmus Dodo, Notarius Comitis.*

29. HENRICVS ex Epiſcopo Re-
1181. gienſi, menſe Auguſto 1181. apud Diniam, interfuit donationi Samcij Comitis Prouinciæ, caſtrorum de Valerio & de Auenioneto, factæ Magalonenſi Eccleſiæ. Circà hæc tempora,
1184. prodiit 1184. Hiſtoria ſanè accurata Hieroſolymitanæ expeditionis, & itineris Godefridi Bullionij aliorúmq; Principum, in Terram Sanctam, ſub Titulo Chronici Hieroſolymitani, ab Alberto Canonico & Cuſtode, ſiue Æditio Eccleſiæ Aquenſis deſcripta: Conſtat id opus libris duodecim, & initium facit ab ipſo expeditionis initio, finem anno ſecundo Balduini Regis II. complectitúrque annos XXVI. Primus illud edidit Reinerus Reineccius Germanus, ac deinde doctiſſimus Scriptor Iacobus Bongarſius Gallus in Tomo Hiſtoriæ Orientalis, quæ inſcribitur, *Geſta Dei per Francos.*

30. GVIDO DE FOS ortus è familiâ Dominorum de Foſſis & de Bormâ, in territorio Arelatenſi propè Martigum. Præfuit Eccleſiæ Aquenſi
1188. menſe Martio, & controuerſiam 1188.
dirimit inter Monaſterium Maſſilienſe, & Abbatiam Syluecanæ, de ſolidis Regalibus pro Melgorienſibus dandis, vt teſtatur carta S. Victoris 1194. 1194.
menſe Decembri. Ex veteri autem ſchedâ liquet, eum menſe Martio,
1196. promulgaſſe ſexaginta ſolidos 1196.
Regales, valere marcham argenti.
Idémque 1198. cognitor fuit diſſidij 1198.
inter Eccleſias de Cadeneto & de Verunis, pro diuidendis inuicem oblationibus, adſiſtentibus ſibi G. Præpoſito Aptenſi, Roſtagno, Vilelmo & Bertrando de Cadeneto. Eiuſdem quoque Præſulis ità meminit vetuſtus codex Abbatiæ Montis-Majoris:

DE FOS. Vn Lyon de . . .

GVIDO per Dei gratiam AQVENSIS Archiepiſcopus, & B. per eandem Caualicenſis Epiſcopus, Vniuerſis Chriſti fidelibus, Salutem. Vniuerſitati veſtræ innoteſcat: Quòd cùm in causâ ſecundum iuſtitiam terminandâ, quæ vertitur inter Abbatem Montiſmajoris, & G. de Sabrano Forcalcarienſem Comitem nuncupatum, nos legati Iudices delegaſſent; diebus & locis ſuper hæc partibus aſſignatis, licet partis Abbatis prænominati ſemper copiam haberemus, pars Comitis nunquam diei & loco voluit vllatenùs intereſſe; Verùm communicato noſtrorum Conſilio Sapientum, partem ipſius Comitis, in eiuſdem contumaciam, excommunicationis vinculo duximus innodari; & totam terram ipſius Eccleſiaſtico ſuppoſuimus interdicto. Vt autem ſententia vires haberet majores, dictus Abbas à ſummo Pontifice litteras imperrauit, in quibus recepimus in mandatis, vt ſententiam quam in dictum Comitem rationabiliter duximus inferendam, faceremus in condignam ſatisfactionem inuiolabiliter obſeruari.. Receptâ itàque huius cautelâ præcepti, de faciendâ ratione in noſtrâ manu, ſuper his, eundem Comitem monuimus iteratâ, &c. Nos verò ſuper hoc, ſicut ſummus Pontifex præceperat, diſtrictiùs iniungendo, eiuſdem Comitis & fautores ſuos, anathe-

» matis vinculo, pulſatis campanis, &
» extinctis candelis, duximus permulcta-
» ri; & terram eiuſdem ſub arctiori po-
» ſuimus inrerdicto; quòd nullum in eâ
» officium celebretur, præter Pœniten-
» tiam & Baptiſmum. Et vt id faciant
» diſtrictiùs cuſtodiri, ex authoritate Pa-
» pæ, fratribus Reuerendis Ebredunenſi
» Archiepiſcopo, Aptenſi, & Siſtericenſi
» Epiſcopis, per noſtras litteras intima-
» uimus per totam terram eiuſdem, quæ
» in noſtrâ diœceſi continetur, tamdiu
» donec ſatisfaciar de præmiſſis. Ei ve-
rò Ildefonſus Comes Prouinciæ con-
firmat donum R. Guiranni de Valle
caſtri de Rians, vt legitur in rabulario
1204. S. Saluatoris 1204. Indict. vi. menſe
Aprili. Sub Samcio autem Prouinciæ
Comite, Dulcia Domina de Aſperel-
lo, ſe & omnia ſua dicauit monaſterio
Arcellæ, excepto caſtello de Fauars,
quam donationem cõfirmauit Guido,
vt Regeſtum antiquum docet. Deni-
1209. que 1209. 8. Id. Decemb. interfuit
Concilio Auenionenſi, cum Vienneu-
ſi, Arelatenſi, & Ebredunenſi Metro-
poliranis. Hoc eodem anno, menſe
Decembri, vti indicanr Aquenſes ta-
bulæ, Petrus Dominus caſtri de Lam-
biſco, cùm monaſterij Maſſilienſis
quoſdam Religioſos, carceri nequiter
mancipatos bonis ſpoliaſſet, in culpæ
damnorúmque emendationem, poſſeſ-
ſiones ablatas G. de Petrâ S. Victoris
Abbati reſtituit, & conſenſu Poncij
filij id profitetur, coram Guidone Ar-
chiepiſcopo, & Hugòne Regienſi An-
tiſtite, Pontificio Legato. Subſcri-
ptus etiam in antiquis chartis Priuile-
giorum Monialium de Areis, notatur
Guido, ſeu in membranâ immunitatis
Petri Arragonum Regis, conceſſæ Re-
ligioſis S. Poncij, de iis quæ adquirent
ſaluo iure & dominio ſuo, nepotiſque
ſui in totâ Prouinciâ, vt in originali
numero 126. exprimitur, cuius formu-
la eſt huiuſmodi:

*IN Chriſti nomine ſit Notum: Quòd
nos Petrus Dei gratiâ Rex Arragoniæ &
Comes Barchinonenſis, ob remedium & ſa-
lutem animæ noſtræ, & Ildefonſi chariſſimi
fratris noſtri, Comitis olim & Marchionis
Prouinciæ, & animarum etiam parentum
noſtrorum; Corde bono & animo volenti,
non decepti, nec in aliquo circonuenti,
ſed ex propriâ voluntate noſtra mera libe-
ralitatis Regia, concedimus, laudamus,
& confirmamus, cum hoc publico inſtru-
mento, Domino Deo & eius glorioſæ Ge-*
A *nitrici ſemper Virgini Mariæ, & Mona-
ſterio S. Pontij & Prioriſſæ, ac Sororibus
eiuſdem præſentibus & futuris in perpe-
tuum beneficium & priuilegium, quod
dictus frater noſter eis indulſit; videlicet
vt Sorores eiuſdem monaſterij præſentes &
futuræ, necnon & earum procuratores,
œconomi, ſyndici etiam & actores poſſint
acquirere, ſaluo iure & dominio noſtro, &
nepotis noſtri, & noſtrorum, in vniuerſâ
terrâ Prouinciæ titulo emptionis; dona-
tionis, permutationis, legati, vel fideï-
commiſſi, vel quolibet alio titulo & omnia
huiuſmodi quæ idem Comes conceſſit eis,*
B *ſicut in inſtrumento eiuſdem Comitis, per
manum Berengarij Damiliano publici
Notarij Maſſiliæ ſcripto pleniùs contine-
tur. Concedimus etiam, & confirmamus
in perpetuum, eidem monaſterio S. Pontij,
pro habitatione Monialium in territorio de
Geminis conſtructâ, totum illum hono-
rem, iura poſſeſſiones, ſeruitia, vſatica, &
redditus vniuerſos quos, vel quæ, Sacri-
ſtana Domina Burgi Arelatenſis dedit
eidem monaſterio, ſicut prætaxatus Comes
frater noſter chariſſimus, eis cum ſuâ car-
tâ, ſaluo tamen iure ſuo & dominio,
conceſſit, & confirmauit. Hæc autem om-
nia ſupradicta, memoratus Comes frater
noſter, conceſſit, & confirmauit; vt ex*
C *notitiâ inſtrumentorum ſuorum pleniùs ha-
betur, nos eidem Monaſterio S. Pontij,
Prioriſſæ & Sororibus ibidem Deo ſeruien-
tibus laudamus, concedimus, & perpetuò
confirmamus, per nos & ſucceſſores noſtros
& eiuſdem Comitis, ad vtilitatem Mona-
ſterij, Prioriſſæ, ac Sororum eiuſdem præſen-
tium & futurarum. Præterea quemadmo-
dùm frater noſter, Monaſterium illud, cum
omnibus ſuis rebus, & poſſeſſionibus in ſuâ
protectione habebat; ità nos ſimili modo,
ipſum cum omnibus ad illud quoquo modo
pertinentibus, volumus ſub noſtrâ prote-
ctione, emparentiâ, cuſtodiâ & ſecuritate
gaudere: ſicut in carta protectionis ab eo-*
D *dem Comite conceſſâ pleniùs continetur,
&c. Datum apud Aquas per manum Fer-
rarij Notarij noſtri, & mandato noſtro &
ipſius ſcripta à Bononato Idib. Decemb. An.
Chr. M.CC.IX. Signum Petri Dei gra-* 1209.
*tiâ Regis Arragonum & Comitis Barcino-
nenſis. Teſtes huius rei ſunt Michaël Ar-
chiepiſcopus Arelatenſis, GVIDO Ar-
chiepiſcopus AQVENSIS, Hugo
Regenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Lega-
tus, Guilelmus Epiſcopus Arauſicanus,
Comes Sanctius, frater P. de Falcone
Prior Domus Hoſpitalis S. Egidij, fr. P.
de Monteacuto Magiſter Domus Militiæ*

in Hiſpaniâ , fr. Guilelmus Cadelli Ma-
giſter militia in Prouinciâ, fr. Guilelmus
de Saino , Guilelmus Duroforti s. Re-
cenſetur verò GVIDO DE FOCIS
in chartulario Foroiulienſi , íſque vi-
1211. tam cum morte commutauit 1211. 4.
Idus Martii ; impletus in Archiepiſco-
patu annis 25. menſibus 7. Legauit
Eccleſiæ S. Saluatotis , pattimonium
quod Aquis-Sextus poſſidebat, vtre-
fertur in antiquo Necrologio.

[illegible]. BERMVNDVS CORNVT Foro-
CORNVT. iulienſis Epiſcopus ad hanc Metropo-
lim poſteà traductus circà 1212. Ei
1212. itaq; aut Guidoni Anteceſſori ſcribit
Innocentius 1. lib. 1. epiſt. vt reſi-
gnationem admittat Epiſcopi Foro-
iulienſis,& alium idoneum eligi curet.
1213. Ipſius mentio habetur in archiuis S.
Saluatoris 1213. & S. Ioannis Aquenſis
1216. 1216. 6. Idus Iul. Prætereà ſigillum
appoſuit, in recognitione permutatio-
nis Iſnardi Domini de Antrauenis, &
Doucelinæ Dominæ de Ponteues, eo-
rum quæ poſſidebat in caſtello de Pa-
racollis, menſe Ianuar. 1213. Indict. 1.
ex tabulario Montis-Majoris. Con-
ſtitutus porrò fuit arbiter, pro ſucceſ-
ſione Forcalcarienſis Comitatus, inter
Garcendam matrem Raymundi Be-
rengarij , & Willelmum Comitem
Forcalquerij , non in ſolidum ſed pro
parte, quâ in causâ Bertrandi Epiſcopi
1220. ſententiâ pronuntiatum eſt 1220. 3.
Kalend. Iulias. Adfuit etiam Bermun-
dus Concilio Monſpelienſi , Præſide
Petro de Beneuento Cardinali Legato
Pontificio , cum Arelatenſi , Narbo-
nenſi , Auxitano , & Ebredunenſi Me-
tropolitanis, aliíſque viginti-octo Præ-
ſulibus, vt refertur in Chronico incer-
ti authoris, de *Præclaris Francorum fa-*
cinoribus apud Catellum , & Petrum
monachum Abbatiæ Vallicernaij in
Hiſtoriâ Albigenſium cap. 81. Tan-
1223. dem è viuis abiit 1223. 8. Idus Aprilis,
regiminis anno XI. teſte Aquenſi &
Foroiulienſi Obituario.

32. RAIMVNDVS Pontificalem
1225. Sedem regebat an. 1225. V. Idus Iulij.
Conceſſit Eccleſiæ S. Stephani de Ca-
deneto, & Pontio de Monteferrando
Priori, ius & decimas totius territorij
1233. de Reillanetâ, Nonis Sept. 1233. At-
que item in actis capitularibus Anni-
uerſariorum veterum baſilicæ Metro-
politanæ, legitur conſtitutio quædam
huius Antiſtitis, facta ex conſenſu Hu-

A gonis monachi Aquenſis Sactiſtæ , de
bonis relictis à Bermundo deceſſore,
Eccleſiæ S. Saluatoris 1236. Idib. Se- 1236.
ptembris. Fidem autem clientelarem
edidit 1238. IX. Kal. Martij ; & exe- 1238.
quendo teſtamento Raymundi Beren-
garij Comitis & Marchionis Prouin-
ciæ præpoſitus eſt, cum Regienſi & Fo-
roiulienſi Epiſcopis , XII. Cal. Iulij
eiuſdem anni, vt ſcribitur in antiquo
exemplari. Habetur & in tabulario
S. Saluatoris, ſeu in indice Anniuer-
ſariorum numero CXXIII. eiuſdem
Raymundi Berengarij Comitis aſſi-
gnatio, facta Eccleſiæ Aquenſi pro ce-
lebratione anniuerſarij ; quocircà &
B trecentos ſolidos annuales Regales
conſtituit, in Albergâ villæ inferioris
Aquenſis de Turribus nuncupatâ, cu-
ius membranæ ſequentis hæc verba
indicant :

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, 1243.
an. eiuſdē ſecundū carnem M. CC. XLIII.
10. Kal. Nouemb. Nos Raymundus Beren-
garius , Dei gratia Comes & Marchio Pro-
uinciæ , & Comes Forcalquerij , Donamus
& aſſignamus in perpetuum pro anniuer-
ſario noſtro , Deo & Eccleſiæ Sancti Salua-
toris de Aquis , & venerabili Patri R. Ar-
chiepiſcopo , Guillielmo Præpoſito , Guillel-
C *mo Archidiacono , Hugone Aſſunello Sa-*
criſta , Bermundo de Vitrolâ operario , R.
Roſtagno , Iſnardo de Sparrono , Stephano
& Bartholomæo Canonicis Aquenſibus, re-
cipientibus nomine dictæ Eccleſiæ & nomi-
ne veſtro , & aliorum Canonicorum Aquen-
ſium , trecentos ſolidos annuales Regales
coronatos , in Albergâ noſtræ villæ inferio-
ris Aquenſis , ſcilicet in villâ de Turribus.
Et quia dicta Alberga Turrium eſt obliga-
ta Archiepiſcopo prædicto , trecentos ſolidos
annuales prædictos, pro noſtro anniuerſario
vobis aſſignamus , in Albergâ noſtrâ S. Iu-
liani Montanij , vſque dum Alberga Tur-
D *rium à prædictâ obligatione fuerit abſolu-*
ta. Et vos Archiepiſcopus , Præpoſitus &
Canonici ſuprà dicti , teneamini pro ani-
mabus patris noſtri & matris , & pro no-
bis , quolibet anno facere ſolemniter cele-
brari miſſas , in die Iouis Synodi S. Mi-
chaëlis , ab omnibus Capellanis , qui in-
tererunt Synodo ſupradictæ apud Aquis. Et
volumus, vt quicúnque Canonicus ſeu Cle-
ricus , qui pro tempore ad recipiendum alia
anniuerſaria S. Saluatoris conſtitutus fue-
rit , & Capellanus noſtræ Capellæ S. Mitrij
quicunque fuerint , recipiant annuatim di-
ctos trecentos ſolidos anniuerſarij noſtri, &
diuidant per Capellanos in dictâ Synodo,

A *pro animabus patris noſtri & matris, &c. pro nobis miſſas celebrantes; retentis xxx. ſolidis diuidendis inter Archiepiſcopum & Capitulum Aquenſe; ſcilicet Archiepiſcopo x. ſolidos & capitulo 20. mandantes baiulis, nec non & ſucceſſoribus noſtris, vt prædictam donationem & aſſignationem noſtram, firmam teneant & obſeruent; Si quis autem contra venire præſumpſerit, &c. Actum Aquis in clauſtro S. Saluatoris; Teſtes fuerunt G. Barjolenſis Præpoſitus, R. Atanulphus Iuriſperitus, Giraudus de Podio, B. Alamanno.* RAIMVNDO autem ſedente Aquis ſponſalia de futuro contrahuntur inter
B Sanciam Raimundi Berengarij Comitis Prouinciæ filiam, cum Raimundo Comite Toloſæ, adſtantibus Iacobo Rege Arragoniæ, Arelatenſi, Toloſano, Regienſi & Carpentoratenſi
1241. Præſulibus 3. Idus Aug. 1241. huius rei vetus inſtrumentum aſſeruatur in Camerâ Pariſienſi Rationum Regiarum.

33. IOANNES Arbiter eligitur inter Bertrandum de Baux, & Guilelmum Porcelerum, Berengario Comite Prouinciæ. Concilium Valentinum cum aliis Antiſtibus approbauit an.
1248. 1248. menſe Decembri. Ex manuſcriptis Codicibus Actorum huius Synodi. C

34. PHILIPPVS I. memoratur in
1251. Regio tabulario Aquenſi 1251. 9. Kal. Decembris. Sententiam tulit 1253. quâ dominij Montiſpeſati partem Guilelmo d'Eſparrono reſtituit, aſſentiente Fulcone Regienſi Epiſcopo.
1253. Hoc item anno delegatus fuit à Sede Apoſtolicâ, vt ratam haberet diuiſionem præbendarum, ſub Berengario Epiſcopo in Eccleſiâ Foroiulienſi factam: quod docet chartularium Foroiulienſe. Rebus humanis exceſſit
1256. PHILIPPVS 1256. 4. Idus Febr. Eccleſiámque rexit per annos 5. & octo menſes, vt eſt in Obituario Aquenſi. D Depoſitus fuit in capellâ Beatæ Mariæ Spei; ſed an. 1629. tranſlatus ad aliam propé valuam maiorem baſilicæ Metropolitanæ.

VICEDOMINIS. De … à 5. bandes ondées … Party de … au mur cre nelé de 3 pieces.

35. VICEDOMINVS DE VICEDOMINIS natione Italus, patriâ Placentinus, Cardinalis Epiſcopus Prænestinus, Gregorij x. Pont. Max. ſororis filius. Ex Ordine Franciſcano ac Præpoſito Graſſenſi electus 1257. 4.
1257. Kal. Septemb. Eodem anno Iudex nominatur inter Carolum I. Andegauenſem S. Ludouici Franc. Regis fratrem, Siciliæ Regem, Prouinciæ Comitem, & Epiſcopum Maſſilienſem pro portione Vicecomitatûs Maſſiliæ
1259. Kal. Iunij. Statuta Diœceſana 1259.
edenda curauit, quorum acta habentur in chartulario capituli Aquenſis: eodémque anno Synodum Prouincialem congregauit ad abuſus tollendos, morum, diſciplinæque reformationem. Ex veteribus autem tabulis patet, VICEDOMINVM ſubſcripſiſſe fœderi pacis ſanciro, inter eundem Carolum & Beatricem eius vxorem ex vnâ parte, ciuitatémque Maſſilienſem
ex aliâ, 1262. prid. Id. Nouemb. Quin- 1262.
imo ipſum Carolum ex Galliâ in Italiam accitum ab Vrbano IV. Pont. & in Regem Apuliæ electum, ſecutus eſt
1263. & eo ab hâc expeditione reuer- 1263.
tente 1269. prid. Kal. Decemb. donationem Willelmi Comitis Forcalca- 1269.
rienſis cum Siſtaricenſi Epiſcopo, ſi-
gillo ſuo muniri iubet: an. 1271. Kal. 1271.
Decemb. XI. ad petitionem Guillelmi Foroiulienſis Antiſtitis, ac Præpoſiti Eccleſiæ, Metropolitico iure hanc vrbem adiit, pro dirimendâ controuerſiâ inter eoſdem, nomine domus Epiſcopalis, & aliorum iurium huius oppidi, cuius placito inuicem compromiſerunt, vt conſtat ex ijſdem archiuis Foroiulienſis Eccleſiæ. Demùm VICEDOMINVS ab ipſo Papâ Gregorio auunculo ſuo, ad Purpuram & Epiſcopatum Prænestinum aſſumptus
fuit anno 1272. menſe Iulio, quo ri- 1272.
dem Aquis Conuentus Dominicanorum fundatur. Subſcribit verò priuilegio eiuſdem Gregorij, dato Monaſterio Vallis Dei in diœceſi Leodienſi, ac nomine Regis Caroli I. cuius præcipuus à ſecretioribus Conſiliis Adminiſter fuit, ſententiam tulit Lugduni
1274. Aprilis 25. die, quæ eſt in tabu- 1274.
lario Regio Aquenſi. Tandem Idibus
Decemb. 1275. concedit facultatem 1275.
ciuibus Aquenſibus ligna cædendi in ſiluis ſuis, regnante eodem Carolo Rege, vt docent chartæ publicæ ciuitatis. Fato fungitur Vicedominus
1276. VIII. Id. April. Viterbij in Mi- 1276.
norum Eccleſiâ ſepultus, teſtamento condito, quod aſſeruatur in cartophilacio Placentino. Eſt verò Lucas Vadinghus, in Annalibus Franciſcanorum Tom. 2. qui autumat, VICEDOMINVM fuiſſe Pontificem Max.

inter Hadrianum v. & Ioannem xxi. qui eodem die quo Pontifex creatus obierit; auctoritate Annalium MSS. vrbis Placentinæ, quibus, vt ait Spondanus Tom. 1. Annal. Eccleſiaſt. etſi deſignari videatur Vicedominus; nemo tamen alius quiſpiam, vel minimùm tantæ rei meminit. De Vicedomino etiam legendi ſunt, Ferdinandus Vghellus Florentinus, Abbas Sanctorũ Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias Ord. Ciſtercienſis, de Hiſtoriâ Sacrâ benè meritus, Tomo 1. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Præneſtinis, Corius parte 2. Hiſt. Mediolanenſis, Acta Concilij Lugdunenſis, & Cæſar Noſtradamus parte 2. Hiſtor. Prouinciæ.

36. HVGO II. præſens fuit compoſitioni pactorum, inter Odonem Epiſcopum nomine ſuo & Eccleſiæ Vapincenſis, ac Seneſcallum Caroli Regis Siciliæ; quorum exemplar in archiuo Regio Aquenſi, ſeu armario Vapincenſi habes deſcriptum eo te-
1271. nore: *Anno Domini M. CC. LXXI. 14 Kal. Ianuar. Notum ſit; Quoniam Venerabilis Pater Odo Epiſcopus Vapincenſis, requiſiuit nobilem virum Guillelmum de la Gaſſesâ, Seneſcallum Regium in Comitatibus Prouinciæ & Forcalquerij; Quòd cùm ipſe & terra Eccleſia Vapincenſis, ſint in Comitatu Forcalquerij, deberet eum & Eccleſiam iuuare & deffendere, contrà homines Vapincenſes, qui rebellarunt contra ipſum & Eccleſiam memoratam, nolentes prout conſueuerant, obedire; Et aliqui ex eis donauerant & conceſſerant, de facto iure non poſſent, nobili Dominæ Beatrici Comitiſſa Viannenſi, & Albonenſi & filiis eius, Conſulatum Vapincenſem, qui Conſulatus ab ipſo Epiſcopo & Vapincenſi Eccleſiâ tenebatur. Quæ Comitiſſa, dictum Conſulatum accipiens contrà iuſtitiam, in ciuitate Vicarium introduxit, ad faciendum officium Conſulatus. Et petyt Epiſcopus per Regiam Curiam, dictam Comitiſſam compelli ipſum dimittere Conſulatum, & ſuum inde Vicarium amoueri; Cùm Reges, Comites, & Barones, teneantur Epiſcopos & Prælatos, & eorum iura in ſuis regnis, Comitatibus & terris deffendere. Petyt etiam à dicto Seneſcallo, quòd caſtrum Mantbery, quod eſt in ipſo Comitatu, de quo fuit ſpoliatus, ſibi reſtituere dignaretur. Qui Seneſcallus habito conſilio, reſpondit Epiſcopo, quòd tenebatur Regi & hæredibus ſuis, ratione Comitatûs Forcalquery fidelitatem facere, &c. Et recognouit quòd ipſe & Eccleſia Vapincenſis, tenent ratione Comitatûs Forcalquerij, tanquàm pro maiori Domino, totam terram in Comitatu Forcalquerij; & Epiſcopatu Vapincenſi, Ciuitatem Vapincenſem, Caſtrum de Lazaro, Caſtrum Vetus-Talards cum villâ, Caſtrum Raybaudi, Baſtida veteris, Baſtida noua, de Cornaforti Montislondij, de Farâ, de Poligneto, de Noërio, & generaliter quidquid poſſidet in Epiſcopatu, &c. Actum Aquis in domo Archiepiſcopi iuxtà Eccleſiam S. Saluatoris, teſtibus Domino HVGONE, Dei gratiâ AQVENSI Archiepiſcopo, Alano Siſtaricenſi Epiſcopo, Fulcone Ardoyno Maiore Iudice Prouinciæ, Dom. G. de Villanouâ, Tonardo de Flayoſco, Iacobo Gantelmy, Philippo de Lanenâ Militibus, ac Petro de Gardo Notario Caroli Andegauiæ, Prouinciæ, & Forcalquery Comitis.*

37. GRIMERIVS, ſeu GRINIERIVS reiectâ poſtulatione Siſtaricenſis Epiſcopi à Capitulo factâ, Gregorius x. Papa eum promouit ad hanc Sedem Aquenſem, diplomate dato ad S. Crucem 2. Nonas Septemb.
1272. vt patet ex epiſtolâ 61. eiuſdem 1272.
Pontificis in Regeſto Vaticano. Clientelarem fidem iurauit pro temporali Archiepiſcopatus; Guillelmo Seneſ-
callo Prouinciæ & Forcalquerij 1276. 1276.
10. Septemb. De eo Antiſtite charta ſubſequens, tabularij Conuentus San-Maximinenſis in Prouinciâ meminit his verbis. *NOS GRIMERIVS, permiſſione Diuinâ AQVENSIS Archiepiſcopus Notum facimus; &c. Quòd conuocati apud S. Maximinum, per virum Magnificum ac Dominum, Carolum primogenitum Regis Ieruſalem & Siciliæ, præſentes fuimus; cum eodem Domino vidimus Reliquias B. Mariæ Magdalenæ, transferri in præſentem capſam ex argento; in cuius rei teſtimonium, præſentes litteras fieri fecimus, prædicti Principis, & noſtrorum Sigillorum munimine roboratas. Actum apud S. Maximinum; an. Sal.*
1281. Dominicâ poſt Aſcenſionem Domini, 1281.
Pontificatus Martini Papæ IV. anno 1. Nec ſolùm iſtam tranſlationem reliquiarum corporis S. Magdalenæ commemorat Author Magni Chronici Belgici, qui reuelatam fuiſſe teſtatur ab eodem Principe Carolo Comite Prouinciæ; ſed vetus etiam Scriptor eâ de re, Hiſtoriam litteris mandauit, recenſétque fuiſſe peractam in villâ S. Maximini 3. Non. Maij præſentibus

Narbonenſi, & Arelarenſi Archiepiſ-
copis, aliiſque Præſulibus ac Proceri-
1281. bus. Obijt Grimerius an. 1281. 2. Kal.
Decemb. Ex Necrologio Aquenſi.

38. ROSTAGNVS II. Grimerij in
Præſulatu ſucceſſor 1284. 14. Cal.
1284. Septemb ex archiuis Capituli S. Sal-
uatoris. Sequenti anno XV. Kal. Mar-
tij, apud Regienſem vrbem Synodum
diœceſanam congregauit, cum Suffra-
1285. ganeis Epiſcopis, in quâ conſtitutio-
nes plurimæ, piæ ac neceſſariæ; pro
Eccleſiaſticâ politiâ ordinatæ ſunt.
Continet autem inter alia primus Ca-
non Concilij, preces indictas pro im-
petrandâ libertate Caroli Salernitani
Principis in carcerib. Arragonenſium,
ſiue Siculorum detenti, id colligitur
ex actis MS. huius Synodi. Sub eo-
1286. dem Antiſtite 1286. cœpit fundari mo-
naſterium Monialium Aquenſium
S. Bartholomæi, pro Sororibus Ordi-
nis Dominicani in Maſſiliâ. Deinde
cùm Carolus II. Rex Siciliæ, liberatus
à captiuitate, tranſiret per Monaſte-
1290 rium Prulliani in Occitania 1290. Paſ-
chali tempore, percepto quam ſanctè
ibi Sorores Domino famularentur;
decreuit in Prouinciæ Phocæenſis
Comitatu, conſtruere Sororum Mo-
naſterium, attributo eiſdem loco de
Durannâ propè Aquas-Sextias, déque
Maſſiliâ ciuitate iſtas Moniales trans-
ferri iuſſit, ac paulò ante feſtum S.
Andreæ eas ipſe introduxit 1290. po-
ſteáque eiuſdem munificentiâ tradu-
ctæ ſunt iuxtà ciuitatem, in locum
quem emptum Abbas Maſſilienſis poſ-
ſidebat; & cum Aquenſi Archiepiſco-
po ROSTAGNO, eas comitatur die
1292. feſto S. Margaretæ 22. Iulij 1292. in-
ſtituens monaſterium B. Mariæ de
Nazareth; cum centenario numero
Sororum, vt indicat vetus Codex MS.
huius Cœnobij. Idem etiam Carolus,
in prænominato S. Maximini Orato-
rio, Conuentum fratrum Prædicato-
rum induxit probante Bonifacio 8.
1295. Papâ 1295. tranſlatis inde monachis
Abbatiæ S. Victoris Maſſilienſis; quod
cœnobium ſumptibus magnificis ædi-
ficandum curauit, pretioſâque ſup-
pellectili ditauit; quâ de re vetus tabu-
la, & Chronicon Belgicum memine-
runt. ROSTAGNI quoque mentio
habetur in archiuis S. Ioannis Aquen-
1303. ſis 1292. & 1303. ratam habuit tranſa-
ctionem, inter Capitulum & homines

A castri Podij Ricardi, vt ſcribitur in
chartulario S. Saluatoris. Ceterùm
Metropolitico iure confirmauit aliam
conuentionem, initam cum Iacobo
Foroiulienſi Epiſcopo, & ciuitatis hu-
ius Syndicis ac Conſulibus, pro iuri-
bus in eadem vrbe leuandis. Charta
huius compoſitionis extat in archiuo
Foroiulienſi. Admiſit verò præſenta-
tionem Bertrandi de Sabrano, Prioris
Monaſterij Cariloci, Aptenſis diœce-
ſis, & patroni Eccleſiarum S. Trophi-
mi de Villamuris, & de Rellianiâ, die
25. Ianuar. 1305. Fato eripitur Roſta- 1305.
gnus an. 1310. menſe Februario, exactis
B in Aquenſi Pontificatu, annis XXVII. 1310.
menſibus V. hebdomadibus tribus.

39. ROBERTVS II. Sedit an.
Dom. 1314. & 1316. die ſextâ Maij, vt 1314.
legitur in Regiis archiuis Aquen-
ſibus.

DES PREZ.
D'or a trois bandes de gueules, Au chef d'azur chargé de trois estoilles d'or.

40. PETRVS DES PREZ IV.
Cardinalis Prænestinus, nobilis Gal-
lus Cadurcenſis, filius Raymundi 2.
Domini de Pratis, in lucem editus
ante an. 1280. Is primùm Regienſis
Præſul deſignatus, indè Archiepiſco-
pus Aquenſis extitit, vt fidem facit
Chartularium Eccleſiæ Collegiatæ
C Montiſpeſati; tandémque à Ioanne
XXII. Pont. Max. Cardinalis Præ-
neſtinus creatur 1323. Anteà quidem 1323.
variis muneribus honorificè functus
erat in Curiâ, nimirùm Romanæ Ec-
cleſiæ Cancellariâ, & ſub Clemente
VI. 1243. Legatione ad Philippum IV. 1243.
Franciæ, & Edouardum III. Angliæ
Reges, vt in vnum pacis fœdus con-
uenirent. Aueniore templum B. Pe-
tro Apoſtolo ſacrum, à quadringen-
tis & amplius annis dirutum, in Col-
legiatam Eccleſiam exſtruxit, cuius
patronatum Summo Pontifici reli-
D quit. Sed & in patriâ ſuâ Cadurcenſi,
aliam ædem ſacram caſtri Montiſpe-
ſati, ex integrò ædificauit, Bullâ im-
petratâ à Benedicto XII. Pontifica-
tûs 3. 1337. ſub regimine Decani, ei 1337.
aggregatis XIV. Canonicis, cum red-
ditibus ampliſſimis & ſacris reliquiis
ibidem collatis, quas Româ aduexe-
rat. Hanc verò baſilicam S. Marti-
no tutelari patrono circà 1343. con- 1343.
ſecrauit, atque etiam fratri Bertran-
do ſuiſque ſucceſſoribus Montiſpeſati
Toparchis, patronatum & ius nomi-
nandi præbendas attribuit. Poſt hæc
teſtamentum condidit an. 1360. hæ- 1360.
rede

rede inſtituto Raymondo Arnaldo A
eius nepore. Tandémque longæuus
apud Villam-nouam Auenione deceſ-
1361. ſit 13. Maij 1361. vt colligitur ex Ne-
crologio Eccleſiæ Montiſpeſati,
(quarto ab vrbe Cadurcenſi lapide
diſtante) in quâ ſub marmoteo tumu-
lo ſepelitur. Hic autem Cardinalis
de PRATIS, qui ab aliis *de Prato*,
modò *Praneſtinus* à variis authoribus
& chartis dicitur, ſcripſit librum de
laudibus Dei-paræ Virginis, quem fe-
runt aſſetuari in Bibliothecâ Abbatiæ
S. Victoris Pariſienſis. De quo Præſule
meminit etiam Ferdin. Vghellus Ab-
bas in Epiſcopis Præneſtinis; Er qui- B
dem de his, pluribus nos admonuir;
eruditus Leo Gothofredus, Canoni-
cus eiuſdem Eccleſiæ Collegiatæ
Montiſpeſati in Cadurcis, Viri Cl.
doctiſſimíque Theodori Sacri Conſi-
ſtorij Comitis, & Regij Hiſtorici fi-
lius. Ex eâdem nobili gente de Pra-
tis vixerunt, Ioannes Caſtrenſis, altér-
que cognominis Epiſcopus Montal-
banenſis:

AVREOLI.
41. PETRVS AVREOLI V.
Verberiæ oppido ad Eſiam fluuium
in Picardiâ natus. Cùm diu in Pari-
ſienſi Scholâ publicè ſacras litteras
docuiſſet, ex Ordine Franciſcano, ad C
regimen Archiepiſcopatûs Aquenſis
1321. euchitur an. 1321. vt patet ex Actis
Conſiſtorialibus Vaticani: Malè ab
aliquibus Minotitis refertur fuiſſe
creatum Cardinalem: qui authorita-
te S. Antonini fulti, tit. 24. cap. 8.
& ex Poſſeuino, adlectum in Purpu-
ratorum Collegium autumant, cùm
ipſe Antoninus, meminerit AVREO-
LI quidem, vt celebris viri, ſed ni-
hil de Cardinalatu aſſerere videatur.
Plura de eodem ſcribunt, Bernardus
Guidonis, Sixtus Senenſis lib. 4. Ro-
bertus Cardin. Bellarminus, Author D
vitæ ipſius Aureoli, præfixæ in editio-
ne Romanâ, Lucas Vadinghus in An-
nalibus Franciſcanorum, ac Vghel-
lus Abbas in Epiſcopis Præneſtinis,
1312. Bernardus autem Guidonis ad 1312.
Guillelmum de Mandagoto Aquen-
ſem perperam appellat, cùm fuerit
potius Archiepiſcopus Ebredunenſis:
Ciacconius ipſe non minus fallitur,
dum Arnaldum Auxium Pictauienſem
Præſulem, pro ipſo Auteolo exhibet,
& infulis Aquenſibus decotatum
fuiſſe obſeruat, quâ de re videndæ
Notæ Franciſci Boſqueti ad Clemētis

v. Pont. Max. vitam. Huius & memi-
nit Benedictus Vernerius S. Sulpitij
Bituricenſis monachus, in libro qui
inſcribitur: Magnum & Vniuerſale «
Concilium Eccleſiæ Miliranris, ſuper «
veritate diuiniſſimi Euchariſtiæ Sa- «
cramenti. Scripſit item AVRFOLVS «
ſuper Sententias Bibliorum Breuia-
rium, Sermones de B. Virginis Con-
ceptione; & alia quædam Opuſcula
reliquit.

42. IACOBVS DE CONCOS
CONCOS.
ex nobili familiâ de Cabrairez in Ca-
durcenſi Prouinciâ; primùm Ordinis
Dominicanorum Religioſus fuit, &
tandem ad Pontificatum Aquenſem
euocatus an. 1322. die 10. Iul. Ioanne 1322.
XXII. Pont. Max, vt conſtat ex re-
geſto Vaticano: Moritur 1330. 1. die 1330.
Maij, aut 1329. vt legitur in Necro-
logio. Humatus eſt autem Aquis-
Sextiis apud Prædicarotes in latere
dextro altaris maioris ſub cryptâ æreâ.
Legauit præfato Conuentui omnia in-
dumenta Eccleſiaſtica & Bibliothe-
cam ſuam cum decem libris Cadur-
cenſibus annuis pro anniuerſarii ce-
lebratione, quas debuit ſoluere Hu-
go Dominus de Conquoſio ipſius fra-
ter. Ex Obituario Monaſterij Domi-
nicanorum Cadurcenſium.

43. ARNAVDVS electus vocatur 1327.
an. 1327. die 27. Iulij, vt habent
chartæ Obligationum Vatic. Clien-
telarem fidem homitij reddidir Phi-
lippo de Saxineto Prouinciæ Seneſ- 1331.
callo 1331. 28. Aprilis. Eiuſdem verò
Arnaldi mentio extat in litteris Petri
Arragonum Regis ad Clementem VI, 1334.
Pont. Max. 1334.

44. ARMANDVS DE BARCE-
BARCES.
SIO Cathedram Metropolitanam á-
deptus eſt circa 1337. die 8. April. te- De . . . à trois faſces.
ſte eodem Codice MS. ſæpè citando
Obligationum Vatic. Eodem anno 1337.
3. Decemb. in Synodo Prouinciali
Auenioni congregarâ apud Monaſte-
rium S. Ruffi, interfuit cum Suffraga-
neis Epiſcopis, Guaſberto Arelatenſi,
ac Bertrando Ebredunenſi Præſulib.
in quo Concilio 74. Canonibus com-
poſito, de Eccleſiaſticâ diſciplinâ re-
ſtaurandâ actum fuit, vt diſcitur ex
Autographo Codice MS. Deceſſit Ar-
mandus 1348. XII. Kal. Auguſt. rem- 1348.
pore mortalitatis magnæ. Iacer Aquis-
Sextiis in Capellâ S. Gregotij ab ipſo
fundatâ.

Pireto.

45. Arnaldvs Bernardvs A
de Pireto An. 1349. 23. Martij,
1349. oblatas ſibi à Conſulibus Aquiſex-
tienſibus Camerarij Apoſtolici litteras
exequitur, circà partem bonorum Ar-
mandi deceſſoris ſui, Hoſpitali Aquéſi
applicandam, ex archiuis publicis vr-
1358. bis. Hominem autem exuit an. 1358.
10. Cal. Aug. in Capellâ S. Gregorij
iuxtà Armandum ſepulturam habuit.

Amici. De gueules à vne Colombe d'argent.

46. Gvilelmvs Amici
Patriarcha Hieroſolymitanus, Epiſ-
copus Carnotenſis & Adminiſtrator
Foroiulienſis Eccleſiæ, vbi de eo age-
tur. Metropolim Aquenſem annis B
duobus tantùm rexit, nam die 9. Iu-
1360. nij ex hâc vitâ migrauit 1360.

Peisoni.

47. Ioannes Piscis, vel
Peisoni ii. Ex Epiſcopo Dinien-
1360. ſi an. 1360. Ad quem ſcribit Vrbanus
v. Pont. Max. 1364. Eo ſedente, Sta-
tuta iam Prouinciæ, quàm Forcalque-
rij Comitatuum, ſub Ioannâ Siciliæ
Reginâ ac Comitiſsâ Prouinciæ ordi-
1366. nata ſunt Niciæ 5. Iunij 1366. Hic
Præſul confici curauit capſam S. Vr-
1368. ſulæ, & morte ſublatus eſt 1368. die
10. Octob. vt refertur in Aquenſi S.
Saluatoris Necrologio. C

Posilhac.

48. Geraldvs, ſeu Gviravdvs de Posilhaco 1367. Iunij
4. iam confirmatus Archiepiſcopus,
1367. recognouit ſacrum Purpuratorum
Collegium, ex eodem Libro Obliga-
tionum Vaticani quem vocant Acta
Conſiſtorialia. Eius quoque mentio
1372. habetur in Aquenſibus archiuis 1372.
16. Nouemb. Narrat & vetus ſcheda
ipſum interfuiſſe 1377. Iunij 22. tran-
ſactioni, quâ Regale Monaſterium
Monialium Beatæ Mariæ de Naza-
reth, in vrbe Aquenſi, Ord. Prædica-
torum, in domum ante Eccleſiam S.
Sulpitij tranſlatum eſt, conſenſu Ful- D
conis de Agouto, Vallium & Relianiæ
domino, Comitatuum Prouinciæ &
Forcalquerij Seneſcallo: emit verò
1378. 1378. 8. Idus Martij, poſſeſſiones pro
celebratione anniuerſarij, vt eſt in
Obituario Aquenſi. Obijt Geraldus
1379. 1379. x. Kal. Iunij.

Agovlt. D'or au Loup rampant d'azur, armé de gueules.

49. Ioannes d'Agovlt iii.
ex illuſtri proſapiâ oriundus in Pro-
uinciâ quæ ortum dedit Baronibus &
Comitibus de Sault. Huius Metro-
polis Eccleſiæ regimen adipiſcitur x.
1379. Cal. Iunij 1379. vt liquet ex tabu-
lario Aquenſi. Poſteà 1390. menſe
Aug. intereſt Comitijs Generalibus 1390.
Prouinciæ, Aquis-Sextiis in aulâ Do-
minicanorum congregatis, aduerſus
inſultus & deprædationes Raimundi
Vicecomitis Turenæ, qui pacis no-
mine repetere contendebat ab Anti-
papâ Benedicto xiii. expenſas à Gan-
toneto de Abſaco Generali Præfecto
exercitûs Eccleſiaſtici factas, dum
moto bello à Prouincialibus aduer-
ſus Archiepiſcopum Aquenſem, ipſe
Gantonetus Benedicti mandato, An-
tiſtitem Ioannem adiit, & cum eo,
tempore obſidionis Aquenſis, triennij
ſpatio moratus eſt, quadraginta mi-
litibus ſtipatus, ſub eius vexillo exi-
ſtentibus, quibus nulla ſtipendia ſo-
luta fuerant, præterquam pro primo
menſe; vt amplius refert Noſtrada-
mus Hiſtoricus Prouinciæ. Vitam
cum morte commutauit Ioannes
1394. iacet autem in ſuâ Eccleſiâ antè 1394.
maius Altare iuxtà monumentum Re-
gis Caroli. Huic Succeſſorem nomi-
nat antiquus Catalogus Petrvm
d'Agovlt, ipſius Ioannis conſobri-
num, quem prodit ſepultum fuiſſe
ante altare Corporis Dominici. Sed
de illo antiqua chartophilacia ſi-
lent.

Pvppio. Eſcartelé en ſautoir, d'argent & de gueules, a 4 eſtoiles de huit raix de l'vn en l'autre. Alias. D'azur à l'arondelle d'argent.

50. Thomas de Pvppio
patriâ Aquenſis, creatur Archiepiſco-
pus 1397. die 8. Ianuar. à Pſeudo-
Pontifice Benedicto xiii. vt eſt in di-
cto Obligat. libro. Referunt inſuper
acta publica tabellionum Aquenſis ci-
uitatis, oblatas fuiſſe Capitulo S. Sal-
uatoris Bullas Pontificias, à Ioanne
Langery Canonico procuratore Tho-
mæ Cardinalis Aquenſium Archie-
piſcopi, in quibus concedebatur ei 1397.
collatio, in Eccleſiâ Metropolitanâ,
primi Canonicatûs vacantis: Qui qui-
dem Thomas delegatus eſt, pro
Vnione Monaſterij S. Poncij Vallis
de Geminis, Maſſilienſis diœceſis,
Monialibus de Almanarrâ, quæ olim
è Monaſterio S. Poncij profectæ aſſe-
runtur; cuius mandati Apoſtolici ſuf-
fragio inſtructus, litteris apud Aquas-
Sextias ſcriptis 1407. Decemb. xiv. 1407.
præfatum Monaſterium vniuit, præ-
ſente Nicolao de Puppio ex fratre ne-
pote. Et quidem eâ de re Benedi-
ctus Antipapa priuilegium ipſi tranſ-
miſit, quod exſtat in tabulario A-
quenſi; cui etiam Eccleſiæ omnia pa-
trimonij bona reliquit, & Bibliothe-

cæ S. Saluatoris permultos libros dono dedit. Ceterùm eo Præſule ſedente, fundata eſt Vniuerſitas Aquen-
1409. ſis, ab Alexandro v. Pont. Max. 1409.
Confirmata deinde per Ludouicum II. Regem Siciliæ, Comitem Prouinciæ 1413. poſtmodum variis aucta honoribus & diuitiis ab Henrico Magno Rege anno 1603. & ab ipſius filio Ludouico XIII. Iuſto approbata 1622. Id refert Liber Catalogi Doctorum Vniuerſitatis, prælo excuſus Aquis-Sextiis an. Sal. 1645. iuxta annorum, menſium, & dierum quibus in eâ recepti ſunt, ſeriem. Tandem è viuis
1420. eripitur Thomas 1420. 15. Kal. Octobris, tumulatus in æde Metropolitanâ.

FILLASTRE. De guenles à vne teſte de cerf d'or, à la bordure dentelée de meſme.

51. GVILLELMVS FILLASTRE II. Cardinalis Preſbyter Tituli S. Marci, fratrem habuit Stephanum Philaſterium Cenomanorum Prætorem, pro Siciliæ Rege, Cenomanenſi Comite. Is autem ex Decano Remenſi Adminiſtrator perpetuus in ſpiritualibus & temporalibus, per Sedem Apoſtolicam renuntiatus, de A-
1421. quenſi Eccleſiâ prouiſus eſt 1421. Kal. Ianuar. vt habent Acta Capitularia S. Saluatoris. Cum verò doctrinâ præcelleret & in Mathematicis diſciplinis præcipuè eſſet inſtitutus, Remis etiam Iuris Scientiam diu profeſſus eſt, vbi inſtructiſſimam bibliothecam manuſcriptis auxit ad vſum Canonicorum. Sed cùm plus quàm pareret, in priuilegia & immunitates Gallicanas acerbè inuexiſſet, oratione habitâ ante Carolum VI. Regem Chriſtianiſſimum, & Conſiſtorij Sacri Conſiliarios, ex eo in Principis indignationem incidit, quâ è Franciâ ſecedere coactus, ad Curiam Romanam, vbi Adminiſtrator Archiepiſcopatûs Aquenſis creatur, cùm inter cæteros Cardinales, præſtantis ingenij & eruditionis laudem ſingularem ſibi comparaſſet. Purpurâ enim decoratus
1411. fuerat, à Papâ Ioanne XXII. an. 1411.
ſub Titulo S. Mariæ, aſſumpto deinde S. Marci. Is quóque ad Conſtantienſe Concilium miſſus fuit à Martino III. (quem alij V. dicunt) cuius
1417. inaugurationi adfuit 1417. & Legatus Apoſtolicæ Sedis à Latere deſtinatur in Galliam, cum Iordano Cardinale Vrſino, pro extinguendo ſchiſmate, & Vnione Eccleſiæ componendâ. Reuerſus autem Palatium erexit

A à fundamentis, & Romæ viuis exceſſit, in Eccleſiâ S. Chryſogoni ſepultus; cuius Epitaphium Henricus-Ludouicus Caſtanæus Rupipozæus, digniſſimus Pictauorum Epiſcopus, Author Operis Nomenclatoris Cardinalium, qui ab anno Chriſti milleſimo quippiam commentati ſunt, tale ad calcem huius libri edidit:

Sepulchrum GVILLELMI Tituli S. Marci, Presbyteri CARDINALIS, Cænomanenſis diœceſis, Miniſtri Eccleſiæ S. Chryſogoni, olim Decani Rhemenſis & vtriuſque Iuris Doctoris.
B *Habet Deus quam creauit animam eius, habet natura quod ſuum eſt, expectans Reſurrectionem; & vtriuſque vitam æternam, oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Obyt An. Dom. 1428. menſe Nouembri, die verò ſextâ, ætatis ſuæ anno 80.* 1428.

Porrò Guillelmum Philaſterium ex fratre nepotem habuit, Virdunenſem, Tullenſem, ac tandem Tornacenſem Epiſcopum. Sed de hoc Antiſtite Aquenſium Cardinali plura commemorant Itali, Ciacconius, Garimbertus, Andreas Victorellus, Vghellus in
C ſuis ad Ciacon. Notis, atque inter Gallos, Hiſtoriæ Epiſcoporum Cenomanenſium Scriptor.

52. AYMO, ſeu ANIMO NICOLAI, Dominicanus, qui dicitur in tabulariis Conuentûs Aquenſis Prædicatorum, fuiſſe bis Prouincialem huius Ordinis in Prouinciâ, ex quo primùm aſſumptus fuit ad Senecenſem Epiſcopatum, & S. Pontij Tomeriarum, indéque ad hanc Metropolim. Conſtrui curauit Capellam S. Metriæ & ornamenta Epiſcopalia ſuæ contu- NICOLAI.
lit Eccleſiæ. an. 1427. Oct. 28. Nea- 1427.
poli cum Rege Ludouico III. ſæpè
D commorabatur, vt diſcitur ex veteri regeſto Caradetio dicto. Tranſijt
autem à ſeculo 1443. die 15. Iunij vt 1443.
reperitur in ſepulchro, quod eſt in Oratorio S. Metriæ.

53. ROBERTVS DAMIANI III. DAMIANI.
an. 1448. die 2. Decemb. ità Regia Senatus chartophilacia docent. Quin-
etiam Auenione in Eccleſiâ Chartu- 1448.
ſianorum adſtitit, cum Epiſcopis XVII. præſente item Renato Andegauenſi, Ieruſalem & Siciliæ Rege, Prouinciæque Comite, ſolemni reuelationi

tumuli, ſororum Mariæ Virginis, ma- A
terterarum S. Iacobi & Salome, ſacris
operante Petro Cardinale de Fuxo
Auenionenſi Legato. Hinc ſtatim,
eidem Archiepiſcopo Roberto &
Conſulibus Aquenſibus, Iuris ac Legum in Academiâ publici Adminiſtri,
1450. fidem clientelæ iurauerunt an. 1450.
Nouembr. 26. die quæ in tabulis
Aquenſis vrbis legitur: Subſcribit
denique Concilio Prouinciali, cum
Arelatenſi, Suffraganeiſque Præſuli-
1457. bus 1457. vt conſtat ex Actis huius
Concilij, & Auenionenſis Synodi.

Pennart. D'argent à deux bandes de gueules.

54. Georgius Olivarius de Pennart patriâ fuit Cœnomanus & Aquenſis Eccleſiæ Canonicus, de quo meminerunt Acta Conſiſtorialia Vatic. & Liber Doctorum Vniuerſitatis Aquenſis, in quâ Cancellarij dignitatem, more ſolito conſequutus eſt. Pontificatum igitur rexit
1467. an. 1467. Iunij 16. Deinde Renatus
Siciliæ Rex, Dux Andegauenſis, ciúſque vxor Ioanna de Laual, Prouinciæ Comitiſſa, Canonicorum S. Saluatoris Collegio ante aram maiorem congregato, Olivario thecas reliquiarum SS. Andreæ & Stephani C dederunt, eâ tamen lege præſcriptâ, vt in annuis feſtiuitatibus, Capitulum teneretur ſupplicationem agere; in antiquis enim tabulis habetur, huius piæ liberalitatis gratiâ, Renatum ab Archiepiſcopo accepiſſe quadragenariam Indulgentiam. Nec longè poſt quaſdam poſſeſſiones in vrbe, ab eodem Rege pretio comparauit, atque alias, cum Hugone S. Ioannis Aquenſis Priore permutauit; id enim teſtantur codices tabellionum Aquenſium eâ de re conſcripti. Olivarii etiam
1477. mentio fit 1477. in exemplari permutationis dominij de Fabricis, cum me- D
dietate furni de Alpibus. Teſtis au-
1480. tem nominatur 1480. in hommagio
Gaucherij de Forcalquerio, Vapincenſis Præſulis pro temporali Epiſcopatûs, Carolo IV. Andegauenſi, Siciliæ Regi, ac Prouinciæ Comiti exhibito: declaratúrque executor Teſtamenti Ioannæ Lotharingæ ipſius ſponſæ 22. Ianuar. eiuſdem anni, apud Dominicanos Aquenſes ſepultæ. De illo etiam loquitur Noſtradamus parte
1484. VI. Hiſt. Prouinciæ. Deceſſit 1484.
5. Kal. Februar. vt produnt Reg. Vatic. Sepelitur in Baſilicâ S. Saluatoris ſub eo Cœnotaphio, quod ſibi in capellâ S. Martini ædificari mandauerat.

Hebert. D'azur au ſaultoir d'or, cantonné de 4 eſtoiles de meſme.

55. Philippus Hebert II. Pariſienſis, è dominis d'Auſſonuilliers & de Courcy oriundus erat, & cognatione coniunctus Ludouico Hebert, Abrincenſi Epiſcopo, ac Ioanni Ærarij Galliarum Præfecto, ſeu Quæſtori Franciæ, regnante Ludouico XI. Fuit & Philippo noſtro frater Gaufridus Conſtantienſis Epiſcop. cuius ope ac ſuffragio, vt erat omnium bonarum B artium longè opulentiſſimus, ſuâque virtute, apud Aquas-Sextias Archipræſulatûs apicem adeptus eſt an.
1484. Febr. XXVII. vti habent Acta 1484.
Conſiſt. Vatic. Solemni autem pompâ receptus eſt in Eccleſiâ S. Saluato-
tis 1485. Februar. 13. Biennio poſt, 1485.
Comitiis Generalibus in vrbe Aquenſi celebratis præfuit, adſiſtentibus Epiſcopis Comprouincialibus; túmque. Iuculentam orationem habuit, pro in-
ſolubili ſeparatione Comitatûs Pro- 1487.
uinciæ à Franciâ Coronâ, vt author eſt Cæſar Noſtradamus in Hiſtoriâ. Antonius verò Furnerius Cuciacenſis Doctor Theologus, in epiſtolâ ad eundem Philippum, quâ illi ſuum de immaculatâ Conceptione B. Virginis Dialogum dicat, his verbis vtitur: « Non mihi ſumerem, præſtantiſſime Præſul, ad te ſcribendum, tam « propter litterarum omnium elegantiam, quàm propter virtutum cumulum, (in quo ſplendor omnis iuris & « eloquentiæ forma) quæ omnia apud « te ſunt, niſi animaduerterem eam « manſuetudinem & humanitatem, quâ « te cognoui redimitum. Sedebat ad-
huc 1498. 27. Octob. ex chartâ colla- 1498.
tionis Capellæ S. Sebaſtiani, iuxtà forum Aquis in Palatio Archiepiſcopali, vt continetur in archiuis Aquenſis Vniuerſitatis.

Brillac. D'azur à 3. Fleurs de Lis d'argent.

56. Christophorus de Brillac filius Petri Domini d'Argy & de Mons in Lodunenſi pago, ac Annæ de Tranchelvon, Abbas item Commendatarius Beatæ Mariæ de Ponteleuio & Archiepiſcopus an.
1498. à Capitulo receptus eſt 1500. 1498.
menſe Octobri. Eum Auxitanum An- 1500.
tiſtitem fuiſſe quidam ſcribunt; ſed perperam, vt conſtat ex litteris ceſſionis Epiſcopatûs Aurelianenſis pro hâc Eccleſiâ Metropolitanâ Aquenſi, cùm

Franciſco de Brillac patruo 1502. die
1502. 22. Decemb. Inde ad Archiepiſcopatum tranſijt Turonenſem, 1514. fatóque functus 1520. menſe Octobr.

BRILLAC. Comme cy-deſſus.

57. FRANCISCVS DE BRILLAC, Criſtophori deceſſoris patruus ac Ioannis Domini d'Argy filius; primùm Pontiſlenienſis Abbas 1497. dein permutationis gratiâ cum Fran-
1502. ciſco nepote ab Aurelianenſi Epiſcopatu ad Aquenſem Sedem traducitur
1504. 1502. Obiit an. 1504.

FILHOLI. D'azur à la bande d'or, accoſtée de deux glands de meſme.

58. PETRVS FILLEVL, aliàs FILHOLI VI. Primus Præſes in Camerâ Rationum Regiarum Lutetiæ, ac Gubernator huius vrbis Galliarum principis, vt & Inſulæ Franciæ, regnante Ludouico XII. Natus in oppido Gannato Borbonienſis Prouinciæ. Hic autem à Siſtaricenſi Epiſcopatu ad Aquenſem Metropolim tranſiit cir-
1505. citer an. 1505. ſuſceptus à Capitulo S. Saluatoris 1508. die 8. Octob. renuntiatus eſt poſtea Vniuerſitatis Cancellarius 1510. Fundauit Miſſam quo-
1510. tidianam nonâ horâ, cum aliis precibus, quæ dicuntur in Eccleſiâ B. Mariæ Conſolationis dictæ, vt patet ex ip-
1517. ſius teſtamento an. 1517. Templi S. Saluatoris nauim interiorem multùm decorauit, ac eo ſedente menſe Aug.
1529. 1529. Carolus Dux Borbonius, Imperatoris Caroli V. armorum Præfectus, Maſſiliam obſidet, poſtquam Aquarum-Sextiarum ciuitatem etiam incaſsùm expugnaſſet. Vixit PETRVS in Archiepiſcopatu annis 34. menſib. 3. dieb. 14. & longæuus emiſit animam
1540. 1540. Ianu. 22. expleto centeſimo ſecundo ætatis anno, quod rarum, prout eius Epitaphium continet. Sepultus eſt enim Lutetiæ menſe Febr. apud Franciſcanos, in Capellâ ad ſiniſtrum latus maioris altaris, in quâ viſitur eius effigies lapidea & tumulus.

FILHOLI. Comme cy-deſſus.

59. ANTONIVS FILHOLI dictus IMBERTY, nepos ex fratre ſuperioris Petri, nominatus à Rege Franciſco I. Redux à Curiâ an. 1541. 28.
1541. die Aug. & in iucundo ingreſſu ſolemniter à Clero ſuo receptus eſt, adeptus Archiepiſcopatus Aquenſis vſufructum, quem Petrus patruus ſibi ad vitam reſeruauerat, ſuperiore an.
1540. 1540. Cancellarius Academiæ inauguratur, & Concilio Tridentino in-
1545. terfuit 1545. dum inciperetur, vt liquet ex Seſſione 5. Collectionem integram confecit de rebus ad idem Concilium Oecumenicum pertinentibus, anteà Bononiæ, deinde Tridenti celebratum, toto Pauli 3. Pontificatu geſtis. De quâ Henricus Spondanus Epiſcopus Appamienſis verba facit in Annal. Eccleſiaſt. Tomo III. ad an. 1536. & 1545. Interiit verò An- 1550.
tonius 2. Decemb. 1550.

S. CHAMOND. D'argent à la faſce de gueules, Party d'azur.

60. IOANNES IV. DE S. CHAMOND, aliàs DE SAINT ROMAIN, ex illuſtri familiâ Dominorum de S. Chamond, Præſulatum Aquenſem rexit an. 1563. Carolo IX. Galliarum Rege, vt refertur in Hiſtoriâ Concilij Tridentini atque in libro Doctorum Vniuerſitatis Aquenſis. Iacob. Aug. Thuanus Tom. 2. Hiſt. lib. 35. & Spondanus Annal. Tom. 3. magnæ authoritatis Hiſtorici, narrant, cùm ob factam in Galliâ pacem, vltra modum excanduiſſet Pontifex Pius IV. idque Epiſcoporum de ſectariâ labe ſuſpectorum, qui in aulâ & Conſiſtorio Regis plurimùm poſſent; ſuggeſtione fieri putaret; eos aggredi ſtatuit, vt aut præpoſtero iuris ordine damnatos, de gradu deijceret, aut ſaltem fulminatis contrà eos decretis, ipſos in religionis cauſâ ſuſpectos, & eorum conſilia irrita in poſterum redderet. Sic autem rem executus eſt; ſpeciale mandatum dedit, dum Concilium Tridentinum haberetur, Cardinalibus Rom. Eccleſiæ Generalibus Inquiſitoribus, vt hæreticos & hæreticorum fautores, etiamſi Epiſcopali, vel ipſâ Cardinalatûs dignitate præfulgeant, in errores prolapſos, nullis aliis deſuper habitis probationibus, Romæ, vel in confiniis oppidorum Eccleſiæ, ad comparendum perſonaliter certo die citarent, & ſi non comparerent, ad ſententiam vſque procederent, quam ipſe Pius in Conſiſtorio ſecreto pronuntiaturus eſſet. Hoc, quantumuis contra leges, muniti mandato Inquiſitores, protinus citant quoſdam Epiſcopos, ad eluendum crimen hæreſeos. Onuphrius, qui tunc Romæ agebat, in vitâ eiuſdem Pij IV. decem numerat; & in iis Odetum Colinium Caſtellionæum Cardinalem, IOANNEM SAN-ROMANVM Aquenſem Archiepiſcopum, Ioannem Antonium Caracciolum Epiſcopum Tricaſſinum,

1563.

Ioannem Barbanſonum Appamien-
ſem, Carolum Guillarium Carnuten-
ſem: Quibus poſtremò addit Home-
rus Tortota, Claudium Reginum
Oletonenſem, Ioannem de S. Gelaſio
Vticenſem: & author vitæ Pij v. Lu-
douicum de Albreto Epiſcopum Laſ-
currenſem in Bearniâ; Franciſcum de
Noailles Aquenſem quoque Antiſti-
tem in prouinciâ Auxitanâ, alióſve
Præſules calumnioſè delatos intelli-
gitur ex litteris Cardinalis Burdeſerij.
Itaque eâ de re, grauiter Rex Carolus
apud Pontificem expoſtulatus, ad
Henricum Clutinium Oiſellium tunc
Chriſtianiſſ. Majeſtatis Romæ Ora-
torem, mandata pro Epiſcoporum
cauſsâ miſſa ſunt, quibus inſtructus,
vt erat impiger Regis Miniſter, per-
uicit apud Pontificem, vt iure immu-
nitatum ac libertatum Eccleſiæ Gal-
licanæ & Coronæ, iudicialia contra
Epiſcopos acta omitterentur; ſuſti-
nuítque Regis ſubditos, etiam Præ-
ſules, in diſſidiis, ex quacúnque cauſsâ,
extrà regnum, aut alio minimè poſſe
ad tribunal Pontificium euocari, ſed
tantùm Papam debere Iudices, ſeu
Epiſcopos Comprouinciales in parti-
bus conſtituere, quibus ſine Apoſto-
licæ ſedis ſententiâ, iudicium ritè fa-
ciendum concedatur, quomodo olim
in plurimis Epiſcoporum cauſis fuit
obſeruatum, puta in diſſidio Prætex-
tati Rotomagenſis Epiſcopi, à Chil-
perico Rege in exilium ablegati, &
Salonij Ebredunenſis, Sagittariíque
Vapincenſis Epiſcoporum, exemplo
item Maximi Valentiæ Præſulis, qui
cùm plurium criminum poſtularetur,
cognitionem tamen rei ad Eccleſiæ
Gallicanæ Antiſtites pertinere, Boni-
facius 1. Papa pronuntiauit, in epiſto-
lâ Decretali ad Eccleſiam Gallicanam
miſsâ, vt videre eſt in Canone decre-
uimus 3. quæſt. 3. Exemplo tandem id
conſtare Diderij Viennenſis, Ægidij,
ac Ebonis Remenſium Præſulum, quo-
rum negotium in Synodo ab Epiſco-
pis Galliæ diſcuſſum, vti & Hincmari
Laudunenſis, qui Regi Carolo Caluo
ac Remenſi Metropolitano obedire
compulſus eſt. Hæc porrò, multáque
alia proſequitur Præſes Thuanus de
Santromano, quem aiunt abiectis Pon-
tificalibus Infulis, Proteſtantiũ deinde
doctrinã profeſſum, poſteáque ſtudiis
militaribus fuiſſe deditum. Deceſſit
autem Aueniõne cùm prius Archie-

A piſcopatu ſe abdicaſſet in gratiam ſe-
quentis Laurentij Cardinalis Stroz-
zij.

61. LAVRENTIVS STROZZI
Italus, Philippi Strozzi Equitis Flo-
rentini, & Clariſſæ Mediceæ Leonis x.
Pont. Max. neptis, filius. Hic ad
percipienda litterarum rudimenta ſub
Ludouico Varchetio id ætatis doctiſ-
ſimo viro poſuit; deinde adoleſcens
Paduæ Iuriſprudentiam didicit, ac
ſtatim in Galliam profectus, Martis
diſciplinam amplexus, miles ac dux
ſtrenuus euaſit. In prouinciâ enim
Narbonenſi, Henrici 11. Francorum
Regis nomine Præfectus, diuerſa hæ-
B reticorum loca munita, animi robore
& virtute maximâ expugnauit, & ad
Catholicam religionem reduxit. Ve-
rùm ſacris initiatus, Abbas S. Mariæ
de Staphardâ in Pedemontio 1550. & 1550.
à Catharinâ Mediceâ Reginâ de Ab-
batiâ Villarij promiſus 1561. ob pre- 1561.
clarè facta ſacri Regis Conſiſtorij
Conſiliarij, ac Biterrenſis Epiſcopatûs
dignitate meruit cohoneſtari, atque
in gratiam Petri Strozzij fratris, Equi-
tum Franciæ Tribuni, qui geſtorum
famâ Magni nomen ſibi comparauit,
à Paulo iv. 1557. Presbyter Cardina- 1557.
C lis Tituli S. Balbinæ renuntiatur, &
ex Biterrenſi ad Albienſem, móxque
ad Aquenſem Eccleſiam ex demiſſio-
ne Ioannis de S. Chamond tranſlatus:
pro munere Cancellarij Academiæ,
ſolitum iuramentum præſtitit Nicolao
Flore Primicerio Senatori Aquenſi, 1566.
1566. poſteà vrbem & Eccleſiam, ſo-
lemniter ingreditur 4. Aprilis 1568. 1568.
Fatis conceſſit Aueniõne 19. Kalend.
Ianuar. 1571. Huius Cardinalis elo- 1571.
gium ſcripſit Franciſcus Auguſtinus
ab Eccleſiâ Salutienſis Epiſcopus, in
Hiſtoriâ Chronologicâ Pedemõtanæ
D regionis. Legendi Antonius Petra-
mellarius, Ciaconius, aliíque Ponti-
ficum & Cardinalium Hiſtorici. Ex
eâdem gente Philippus Strozzius pe-
ditatûs Gallici Præfectus Generalis,
Henrico iii. Rege; multique in ſacro
Ordine Antiſtites prodierunt, Ale-
xander Archiepiſcopus Firmanus, A-
lexander Volaterranus, Robertus Fe-
ſulanus, Robertus alter Collenſis &
Alexander S. Miniati apud Italos Epi-
ſcopi.

62. IVLIANVS DE MEDICIS
ex Ducum Etruriæ familiâ Petri Fran-
ciſci & Mariæ Soderinæ filius, Lau-

STROZZI. D'or à la faſce de ſable, chargée de trois croiſſans tournez d'argent.

MEDICIS. D'or à cinq tourteaux

de gueules, à 5. besans d'or 2. 1. 2. le 5. à l'aine en chef, d'azur chargé de trois fleurs de Lis d'or.

rentij Medicæi qui contra Alexandrum, Florentinis à Catolo v. Cæſare Ducem creatum pro patriæ libertate coniurare non dubitauit, frater: Is à Reginâ Catharinâ Mediceâ in Galliam euocatus, Biterrenſi; & Albienſi Epiſcopatu donatus, ac tandem Aquenſis Metropolita nominatus à Carolo IX. renuntiatur Academiæ Can-
1571. cellarius 1571. Obiit autem in caſtro d'Auriol 1588 ſepultus in Monaſterio
1588. S. Victoris Maſſilienſis, cuius erat Abbas Commendatarius. Eidem Epitaphium inſcripſit vir doctus Franciſcus Antelmy Maſſilienſis. Porrò ex Sereniſſimâ Domo Mediceâ nati ſunt tres Rom. Eccleſiæ Pontifices Max. Leo x. Clemens VII. & Leo XI. pluresquoque in Purpuratorum Collegium aſſumpti, ſcilicet Hippolitus, Ioannes & Ferdinandus germani fratres, Carolus Cardinalis Tuſculanus Sacri Collegij Subdecanus, Ioannes-Carolus ipſius nepos, frater verò Ferdinandi II. hâc ætate Magni Etruriæ Ducis.

CANIGIANI. Vn croiſſant de.... & en chef vn lambel de trois pieces.

63. ALEXANDER CANIGIANI Florentinus, Anthonium Canegianum & Argentinam Soderinam Mediceæ familiæ conſanguineam parentes habuit: Archiepiſcopus factus eſt abdicante Iuliano Medicæo. Hic pro more Cancellarius Academiæ decla-
1575. ratur 1575. ſolemniter Eccleſiam S. Saluatoris ingreſſus 16. Septemb. 1576. Intereſt etiam celebri Cleri Gallicani Cœtui habito primùm Meloduni, deinde Pariſiis in Abbatiâ S. Germani
1580. de Pratis conuocato 1580. Febr. 26. & Synodum Prouincialem congregauit, cui adfuerunt Epiſcopi Suffraganei
1585. 1585. menſe Septemb. in quâ de rebus fidei, ritibus Eccleſiæ, ac morum reformatione actum fuit. Capucini quoque circà hæc tempora ſtabiliuntur in vrbe. Conuenit & ad Bleſenſia Comi-
1588. tia Generalia Regni 1588. inter Antiſtites delegatus è Sacro Ordine Prouinciæ. Quo anno & ſequentibus Gallia bello ciuili miſerè affligitur: ex eóque accidit, vt Antiſtes tranquillioris vitæ cupidus, Romam ſe recepe-
1591. rit, vbi extremum diem clauſit 1591. Martij 21. cùm paulò ante Franciam verſus, cum aliis Præſulibus Legationem ſuſcepiſſet, nomine Sixti v. Pont. Max. pro pacificatione iſtius belli ciuilis. Oratione verò funebri laudatus eſt, à Laurentio Iacomini Malef-

pini; editâ Italicè 1591. quâ inter alia recenſet, eundem ortum ex ſtirpe Soderinorum procerum. Eiuſdem gentis Canigeanæ meminit Carolus à Baſilicâ; in vitâ S. Caroli Borromæi, Cardinalis, ex quâ ortus item Ioannes Maria Epiſcopus Hypponenſis, mortuus 1523. Abbas Generalis 32. Vallis-vmbroſæ.

GENEBRARD. Vn chef.... chargé de trois eſtoiles.... au feu enflamé en pointe, duquel ſortent ſix branches de laurier.

64. GILBERTVS GENEBRARD Ricomagi in Aruerniâ natus, profeſſione Benedictinus in Mauſaci Claromontenſis Monaſterio; Lutetiæ ſub optimis præceptoribus in ſtudiis operam nauauit: & primùm quidem, in Græcis celeberrimi viri Adriani Turnebi Regij Profeſſoris auditor fuit, in Philoſophicis Iacobi Carpentarij; in Theologiâ Claudij Sanctæi. Is deinde ex Doctore Theologo Facultatis Pariſienſis Domûs Nauarræ, Linguarum peritiâ, Hebraïcarúmque rerum cognitione conſpicuus, quas in Abbatiâ S. Illidij didicerat, earumdem in Academiâ Pariſienſi, Regius Profeſſor & Interpres fuit; atque etiam ex Priore S. Dionyſij de Carcere in eâdem vrbe Pariſienſi, ſpectatâ virtute, Aquenſis Archiepiſcopus creatus eſt à Gregorio XIV. Pontifice 1591. 6. Idus 1591.
Maij. Conſecratur autem 1592. April.
10. Lutetiæ in æde S. Genouefæ- 1592.
Montis, à Iacobo de Beton Archiepiſcopo Glaſcuenſi in regno Scotiæ, aſſiſtentibus Aymaro Hennequin Redonẽſi & Guillelmo Roſe Siluanectẽſi Epiſcopis. Aquenſem vrbẽ ſolemniter
ingreſſus 19. Septemb. 1593. quinque 1593.
annis hanc Metropolim rexit. Sed quoniam per turbas Vnionis Henoticæ & Hiſpanicæ factioni nomen impotenter dederat; & ſacram hanc dignitatem, contrà Regni leges adeptus fuiſſet; licet eius meritiſſimus eſſet, criminis læſæ Majeſtatis poſtulatus eſt, quòd voce & ſcriptis fœderatorum cauſam adiuuabat, & populorum animos à Regis obſequio alienos in rebellione confirmaret, eo Archiepiſcopatu poſteà priuatus eſt Senatuſ-
conſulto Aquenſis Parlamenti 1596. 1596.
die Ianuar. XXVI. vt referunt Spondanus in Annalib. Eccleſiaſt. & Thuanus Præſes Hiſtoriar. Tom. 5. lib. 119. Diu, inquit, Litteras Hebraïcas magnâ frequentiâ in Regio auditorio „ Lutetiæ docuit, & per has turbas, non „ interueniente Regij nominis auctoritate, Archiepiſcopus Aquenſis crea- „

tus eſt, ob idque dignitate eâ, rebus per pacem ordinatis, ſtatim exutus, in cauſſâ regni & ſcriptis ſuis, quæ complura & multiiugæ eruditionis plena euulgauit, iniquior & acerbior, & vitâ quàm ſtilo temperantior creditus. In viuis autem eſſe deſiit Semurij in Heduis ſexagenario maior, quem Prioratum religioſè adminiſtrauerat, ibíque depoſitus, vt Inſcriptio monumenti eius in dextrâ parte chori Eccleſiæ Beatæ Mariæ, ſic habet: *GILBERTVS GENEBRARDVS Archie-*
1597. *piſcopus AQVENSIS, Prior huius Cœnobij. Obijt anno 1597. 14. Martij.*

Vrna capit cineres, nomen non Orbe tenetur.

Amicos & familiares habuit, Petrum Daneſium Epiſcopum Vaurenſem; Arnaldum Pontacum Vaſatenſem, Iacobum Billium Prunæum Abbatem S. Michaëlis in Eremo, Ioannem Sauaronem Aruernum Præſidem Claromontenſem; alióſque eruditiſſimos viros. At inter exteros, Cæſarem Baronium, Annalium Eccleſiæ Scriptorem eximium, Fabricium Caraffam; Palæotum, Faſchinetum; Valerium Veronenſem, Caietanum, Alanum, Columnam, & Borromæum iuniorem, omnes quidem Rom. Eccleſiæ Cardinales. Quoad verò lucubrationes tanti viri, iſtæ ſunt editæ, libri de Sanctiſſimâ Trinitate, Pſalmi Dauidis Commentariis illuſtrati, Opus in ſacra quatuor Euangelia, Notæ in libros de Euchariſtiâ Claudij Eſpenſæi docti præſtantiſque Theologi, & in Tractatum de Miſsâ, Chronologia Sacra vſque ad an. 1584. perducta, Flauij Ioſephi Opera ex Hebræo aucta, eius ſtudio excuſa, Opuſcula item varia è Rabinis, Vetúſque Teſtamentum cum vulgatâ editione. Multa alia ſcripſit cùm Theologica, tùm Hiſtorica, variis linguis quibus verſatus erat, idcóque haud immeritò præclarum Eccleſiæ, litterarúmque Sidus ab Opmeero Belgâ nuncupatur. Legendi Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Vion in ligno vitæ, R. P. Hilarion de Coſte, Ordinis Minimorum, vnus ex S. Franciſci à Paulâ nepotibus, eruditione & pietate commendandus in Elogiis clarorum Galliæ virorum, Beatus item Franciſcus de Sales Epiſc. & Princeps Gebennenſis, l. 2. Theologiæ & de Amore Dei l. 2. c. 11. Guillelmus du Vair Galliarum Procancellarius & Antiſtes Lexouienſis, primæ notæ Scriptor eruditiſſ. in oratione ad Regem Ludouicum XIII. Regem Chriſtianiſſ. Demùm Scæuola Sammarthanus in Elogiis Gallorum doctrinâ illuſtrium, qui noſtrâ patrúmque memoriâ floruerunt lib. 4. cuius verba referre libet Genebrardo noſtro planè hîc appoſita: Aruernia bonis ingeniis fœcunda, cuius è gremio prodiere togati Ordinis tot illuſtres viri, hunc etiam edidit ſacrati Ordinis eruditum virum (vtinam pari conſilio fuiſſet) qui Sanctæ Linguæ Regius apud Pariſios Interpres, Hebraïcæ antiquitatis arcana plurima; ea maximè quæ ad rationes temporum ſubducendas pertinent, adhibito perſpicacis ingenij lumine perquiſiuit, ac in lucem protulit. Hoc enim ex fonte ortum eſt Chronologicum illud opus, & alij, qui nunc ſunt in manibus hominum, ſimilis induſtriæ fœtus, maximis ab eo vigiliis & laboribus elucubrati. Multa ille ex Hebræis & Græcis accuratè tranſtulit, multa recognouit, multa commentatus eſt. Nouiſſiméque Muſarum penetralia ingreſſus amatorium Salomonis Latinè tentauit poëma, molle illud quidem ac tenerum, ſed pium; quo Seruatoris piiſſimos in Eccleſiam ſuam amores intelligi ſapientiſſimi homines tradidêre. Nec eum ab inſtitutâ verſione deterruit, quòd alij ſummæ doctrinæ viri & huius ætatis facilè principes Poëtæ, lepores omnes & gratias in eodem carmine transferendo feliciſſimè iam impendiſſent. His ſtudiis inſeneſcentem, partáque præſtantis eruditionis opinione latè celebrem, Gregorius XIV. eorum commendatione, qui à Regio nomine deſciuerant, Aquenſi Archiepiſcopatu donauit; Sed magnanimo Rege rerum potito, impetratam his authoribus à Pontifice dignitatem diu ſeruare ac tueri non potuit; Hanc enim Paulo Huralto magni Hoſpitalij nepoti ſummâ eruditione, ſummâque facundiâ viro, ſua in Principem & Rempublicam fides meritò teſtabant. Fato functus eſt Semuri Burgundionum, quo in oppido non ignobile Sacerdotium poſſidebat, anno Salutis M. D.
XCVII. circiter ætatis annum ſexageſimum. 1597.

65. PAVLVS HVRAVLT DE L'HOSPITAL Roberti Huralti Domini HVRAVLT L'HOSPITAL.

D'or à la Croix pleine d'azur, cantonnée de quatre ombres de Soleils de gueules.

Domini de Beleſbat, Margaretæ à A
Franciâ Duciſſæ Sabaudiæ Cancellarij, itémque Magdalenæ; Michaëlis
Hoſpitalis magni incomparabiliſque
viri, Galliarum Cancellarij natæ, filius. Et PAVLVS quidem ex Libellorum Supplicum in Regiâ Magiſtro, ac
Conſiſtoriano Comite, nominatur ab
1595. Henrico Magno rerum potito 1595.
Fuit ſummâ eruditione & facundiâ
præditus. Vrbémq; ſolemniter ingreditur 1599. Decemb. 23. die. Antonio
de Cuppis Siſtaricenſi & Guillelmo le
1599. Blanc Graſſenſi Epiſcopis aſſiſtentibus, cùm ſuperiore anno 1598. in ſacello S. Maximini repertæ fuiſſent B
permultæ Sanctorum reliquiæ, quorum nomina interciderant. Quadrien-
1603. nio poſt 1603. Octob. 23. Comitia Prouinciæ indicta fuere Aquis-Sextiis
iuſſu eiuſdem Principis Henrici, qui
Academiam illuſtrauit. Intereſt autem PAVLVS Comitiis generalibus
Cleri Lutetiæ congregatis 1606. Ipſéque Concionator eximius Orationem funebrem habuit in exequiis illuſtriſſ. Principis Mathiæ Imperat.
1619. an. 1619. celebratis in æde Metropolitanâ Beatæ Virg. Admiſit Patres
Oratorij & Societatis Ieſu Chriſti, ac C
Vrſulanas, in vrbem Aquenſem. Fuitque acerrimus Iuris Eccleſiaſtici &
authoritatis Epiſcopalis aſſertor, in
diſſidiis quæ habuit cum Senatu Aquenſi pro Iuriſdictione, exactis autem in Pontificatu annis viginti no-
1624. uem. Moritur an. 1624. menſe Septembri.

HVRAVLT L'HOSPITAL. Comme cy-deſſus.

66. GVIDO HVRAVLT DE L'HOSPITAL filius Michaëlis Nauarræ Cancellarij Domini du Fay, ac
Olympiæ du Faur de Pibrac, ex Coadjutore Pauli ſuperioris patrui deſigna-
1618. tó menſe Aprili 1618. conſecratur
Antiſtes titulo Archiepiſcopi Augu-
1619. ſtopolitani 1619. Adfuit Cœtui Cle- D
ri Gallicani Burdigalæ congregato
1621. 1621. Obijt Lutetiæ dum ibi generalia Comitia Cleri haberentur, De-
1625. cemb. tertiâ die an. 1625. Antiſtites delegati in Templo Auguſtinianorũ ipſi
iuſta perſoluêre; ſepultus fuit in Eccleſiâ caſtri gentilitij de Beleſbat. Ex
eâdem gente Huraltâ exorti ſunt alij
Præſules, Iacobus Æduenſis, Philippus Carnotenſis, plures Abbates, ac
Philippus Huraltus Comes Cheuernius, Franciæ Nomophylax regnantibus Henrico III. & Henrico Magno.

PLESSIS RICHELIEV. D'argent à trois cheurons de gueules.

A 67. ALFONSVS-LVDOVICVS DV PLESSIS DE RICHELIEV Cardinalis Lugdunenſis; Magnus
Franciæ Eleemoſinarius, Ordinis S.
Spiritus Præceptor, & plurium in Galliis Abbatiarum Commendatarius,
Armandi Ioannis Pleſſij Cardinalis
Ducis Richelij germanus frater, filiúſque Franciſci Domini de Richelieu
Equitis Torquati S. Spiritus. Hic Lucionenſis Epiſcopus deſignatus, poſt
aliquod tempus eam dignitatem ceſſit
circà 1605. non conſecratus, & per
plures poſtmodum annos Carthuſianorum inſtitutum profeſſus; ex eo aſ- B
ſumitur ad Archiepiſcopatum Aquenſem, Regiâ Ludouici XIII. Iuſti nominatione, 6. Decemb. 1625. Bulláſque 1625.
Pontificias Vrbani VIII. obtinet, datas Romæ apud S. Mariam Maiorem
quarto Cal. Maij 1626. quibus reli- «
gionis zelo, litterarum ſcientiâ, vitæ «
munditiâ, honeſtate morum, ſpiritua- «
lium prouidentiâ, & temporalium cir- «
conſpectione aliiſque virtutum donis «
decoratus prædicatur. Tertiâ Iunij «
ſequentis, Romæ per Procuratorem
Pallium accepit, à Sereniſſ. Principe
Mauricio Cardinale de Sabaudiâ nuncupato; ac poſtridie inaugurationis C
ſuæ, apud Carthuſianos Pariſienſes celebratæ 22. Iunij 1626. à Guilielmo 1626.
d'Hugues Archiepiſcopo & Principe Ebredunenſi, perſonaliter illud excepit è manibus Ioannis Franciſci
Gondij Pariſiorum Archiepiſcopi.
Solemniter verò receptus eſt Aquis,
in æde S. Saluatoris die 6. Decemb.
eiuſdem anni; atque, vt ait, Arnoldus
Raiſſius Duacenus; in dedicatione
Originum Carthuſianarum Belgij,
ædificandam curauit Carthuſiam Aquis-Sextiis à Ioanne Aymardo Senatore. Tandem ſacrâ Purpurâ ornatus eſt ab eodem Vrbano VIII. Pont. D
Max. & ad Lugdunenſem Primatum
euehitur an. 1629. De quo dicemus 1629.
amplius in Lugdunenſibus Metropolitis.

BRETEL. D'or au cheuron de gueules chargé d'vne Fleur de Lis d'or, accompagné de 3. molettes de ſable, au chef d'azur chargé d'vn breteau ou poiſſon d'argent.

68. LVDOVICVS BRETEL Abbas Commendatarius Beatæ Mariæ de Alneto & S. Victoris de Caleto
in Neuſtriâ, Senator Rothomagenſis
& Metropolitanæ Eccleſiæ Decanus,
Ludouici Bretel Domini de Gremonuille Præſidis in eodem Senatu Rothomagenſi filius, ex Franciſcâ le
Roux. Ad hanc Sedem ex Cardinalis Lugdunenſis reſignatione, regiâ

nominatione interueniente promotus A
1630. eſt an.1630. cuius inauguratur Antiſtes,
in Cathedrali Rothomagenſi 1632. die
1632. 11. Ianuar. à Franciſco Harlæo Archie-
piſcopo & Normaniæ Primate. Con-
uentui Sacro Generali Cleri Gallicani
1635. Pariſiis habito interfuit 1635. Eóque
ſedente Aquis, animam Deo reddidit
8. Kal. Iul. 1637. Clariſſ. Nicol. Claud.
Fabricius Peireskius Abbas Aqui-
ſtrenſis, genere doctrinâ & integritate
notiſſimus, in Aquarum-Sextiarum
Curiâ Senator, qui reconditiſſimos
antiquatiæ ſuppellectilis theſauros ſa-
1637. gacitate, conſilio, liberalitate, cun- B
ctis Orbe toto diſciplinarum ſtudioſis
aperuit, vt refertur in eius Epitaphio.
Petrus autem Gaſſendus Præpoſitus
Dinienſis, vir eruditiſſimus, Peireskij
vitam ſelecto opere proſecutus eſt;
cúmque appellat iure merito patriæ
lumen, quo, vt hactenus coruſcauit, ſic
in poſterum gloriari poteſt. Lvdo-
vicvs Antiſtes morte ſublatus eſt
1644. 1644. menſe Aprili.

Mazarini.
D'azur à vn faiſſeau de verges d'or, auec la hache Conſulaire d'argẽt poſez en pal, à la faſce en deuiſe de gueules ſur le tout chargée de trois eſtoiles d'or:

69. Michael Mazarini
Romanus Cardinalis Tituli S. Cæci-
liæ, Iulij Card. Mazarini frater, Ro-
mæ in Conuentu Prędicatorum Theo- C
logiam aliquot annis primùm profeſ-
ſus eſt, deindè electus Prior, poſtmo-
dum Viſitator ac Vicarius Generalis
ditionum Venetarum, populiq; Nea-
politani, imò Generalis eiuſdem Or-
dinis Dominicanorum, atque ab Vr-
bano viii. Papâ creatus eſt Magiſter
Sacri Palatij. Euectus poſteà ad hanc
Aquenſem Metropolim conſecratur
Romæ menſe Iulio an. 1645. in æde
1645. ſacrâ Beatæ Mariæ ſupra Mineruam
ab Hieronymo Cardinale Grimaldo,
aſſiſtẽtibus Alfonſo Sacrati Epiſcopo,
olìm Comaclenſi, almæ vrbis Vicege-
rente, & Ranutio Scoti Epiſcopo Bur- D
gi S. Donnini, nuper apud Heluetios,
deinde etiam ad Lud. xiii. Regem
Chriſtianiſſ. Sedis Apoſtolicæ Nun-
tio. Menſe Auguſto eiuſdem anni Pal-
lium accepit ab Innocentio x. Summo
Pontifice; mox in Galliam profectus,
ibi ſolitum pro temporali fidei clien-
telaris ſacramentum Regi prǽſtitit, &
confeſtim ſe in ſuam diœceſim contu-
lit, ciuitatem Aquenſem ſolemniter,
neglectâ tamen ordinariâ inauguratio-
nis pompâ, ingreſſus 30. Octob. eiuſ-
dem anni. Iterum in Italiam reuerſus
ab eodem Innocentio die 7. Octob.
1647. factus eſt Cardinalis Tituli S.
Cæciliæ, ac paulò pòſt Cataloniæ Pro- 1647.
rex, illuſtriſſ. Principi Condæo Lu-
douico Borbonio, datus eſt ſucceſſor
in eâ præfecturâ: Sed breui tempore
in hâc regione commoratus, Romam
iterùm ſe recepit, vbi morbo corre-
ptus mortalitatem expleuit Cal. Sept.
1648. cum vixiſſet annos xli. ibidem 1648.
iacet in Eccleſiâ Mineruæ Patrum
Dominicanorum. Hoc eodem anno
huius Archiepiſcopatus Antiſtes deſi-
gnatus à Rege Lud. xiv. Eminentiſſ.
Hieronymus Cardinalis Grimaldus.

PRÆPOSITI

ECCLESIÆ AQVENSIS.

B*enedictus* Aquenſis Præpoſi-
tus, in Eccleſiâ S. Saluatoris
an. Chr. 1069. quæ dignitas 1069.
Collegij Canonicorum poſt
Pontificem prima. Hanc verò Præ-
poſitorum ſeriem, ex antiquis monu-
mentis eiuſdem Eccleſię ſubiicimus, in
quibus refertur eundem Benedictum
1072. probaſſe donationem Eccleſia- 1072.
rum S. Maurícij & Beatæ Mariæ de
Grayſolâ, Richardo S. Victoris Maſſi-
lienſis Abbati, quæ olim à Pontio Ar-
chiepiſcopo oblatæ fuerant in elee-
moſynam, vt habetur in tabulario A-
quenſi. Sub eundem annum Indict.
x. confirmauit donum Roſtagni Ar-
chipræſulis, factum Rotlanno Abbati
Montiſmajoris de Valle S. Petri, or-
dinationis Alexandri Papæ anno 9.

Fulco nominatur 1102. in conceſſio-
ne Bertranni Epiſcopi Siſtaricenſis 1102.
Canonicis S. Marij Forcalquerienſis.
Interfuit 1103. conſecrationi Baſilicæ
Metropolitanæ, vt dictum ſuprà, nec 1111.
non altaris Capellæ S. Saluatoris
m. c. xi.

Bermundus, vel *Bæmundus* an. 1127.
& 1128. in chartâ Raymundi Berenga- 1128.
rij Comitis Prouinciæ.

Henricus, cuius meminit tabularium
S. Victoris Maſſilienſis Ind. 13. Fuit
Aſſeſſor in controuerſiæ deciſione,
præſente Beliâ Imperatrice, inter A-
demarum de Rochabrunâ condomi-
num Palaionis, pro flumine Argentio,
& Paliolum Priorem de Palaione,

1165. apud Graſſam ciuitatem an. 1165. regnante Federico, Raimundo Berengario Prouinciæ Præſide.

1166. *Hugo de Monlor* 1166. poſteà Archiepiſcopus Aquenſis vt dictum eſt.

1179. *Guido* 1179. teſtis memoratur, in priuilegio Raimundi Berengarij Comitis & Marchionis Prouinciæ, dato Priori de Arcellâ, Aquis-Sextiis 4. Kal. Iunij, quod extat in archiuo eiuſdem Monaſterij Artecellæ.

1180. *Bertrandus Garcini* 1180. 9. April. in chartâ donationis Monaſterio Carthuſiæ Montis-riui. Ab Hildefonſo autem Comite confirmationem accipit Burgi S. Saluatoris Aquenſis, cuius
1192. & mentio 1192. in tabulario Carthuſiæ Vernenſis.

1197. *Hugo Raimundus* 1197. teſtis in exemplari compoſitionis cum Rainerio Epiſcopo Maſſilienſi, & Bermundo Priore Carthuſiæ Montis-riui.

1204. *B*... mentio huius habetur an. Sal. 1204. in veteri priuilegio confirmationis, Ildefonſi Comitis Aquenſi Eccleſiæ collato.

Guillelmus I. recenſetur in tabulâ immunitatis Raimundi Berengarij Co-
1243. mitis Prouinciæ an. 1243.

1293. *Guilelmus de Colobreriis* II. 1293. legitur in inſtrumento ordinationis factæ pro decimis ex parte Caroli Siciliæ Regis, vnà cum Archiepiſcopo & Ca-
1296. pitulo Aquenſi 4. Maij 1296.

Guillelmus Agardi III. an. 1306. te-
1306. ſtis in venditione Raimundi Domini Medullionis, caſtri de Sedarono Vapincenſis diœceſis, nomine Karoli II. Siciliæ Regis, Richardo de Gambateſâ Militi Comitatuum Prouinciæ & Forcalquerij Seneſcallo die 6. De-
1308. cembris 1308. vt conſtat ex Regiis Senatus Aquenſis cartophilaciis.

Guilielmus de Sancto-Seuerino, hu-
1363. ius nominis quartus præfuit an. Dom. 1363.

1374. *Ioannes Gumij* I. anno Salutis 1374. cuius meminit antiquus codex MS.

1378. *Ioannes Guiſſi* II. 1378. Iunij 7. Ex tabulâ antiquâ Monaſterij Beatæ Mariæ de Nazareth.

1424. *Nicolaus Dominici* an. 1424. ex archiuis Saluatoris.

A *Iſnardus de Graſſe* Epiſcopus Graſſenſis electus Præpoſitus an. 1477. 1477.

Robertus de Nancort Sedis Apoſtolicæ Prothonotarius, ad Præpoſituræ officium promouetur 1483. Iulij 1483.
die VIII.

Acurtius de Petrâ Canonicus S. Sal- 1486.
uatoris ſucceſſit 1486. Aug. 8.

Guillelmus de Puget V. Canonicus ac Iuris vtriuſque Doctor 1499. 20. Iunij.

PVGET. D'argent au bœuf paſſãt de gueules, accorné de ſable, & vne eſtoile d'or ſur les cornes.

Petrus Baudoni; ex Canonico 1504.
B Ianuar. 21. hanc dignitatem adipiſcitur, vt legitur in actis capitularibus huius Eccleſiæ.

Michaël Baudoni ſuperioris gentilis 1507.
deſignatus an. 1507.

Ioannes Cotteron III. an. 1516. ex iiſ- 1516.
dem archiuis Eccleſię Metropolitanæ.

Claudius Cotteron electus 1520. Mar- 1520.
tij die 20.

Ioannes de Carriolis IV. Canonicus Aquenſis, Academiæ Cancellarius, & Apoſtolicæ Sedis Prothonotarius, creatur Præpoſitus 1526. April. 27.

CARRIOLIS. D'azur à deux cheurons d'or à la roſe d'argent.

C *Michaël Bruni* renunciatus an. 1552.
Ianuarij 8. 1552.

Gilbertus-Carolus d'Esbier Capituli
ſuffragiis nominatus 1579. Iulij 16. 1579.

Ioſephus Pelicot I. Canonicus ac Pręceptor Aquenſis, deinde Prępoſitus 1601. April. 24.

Ioſephus Pelicot II. an. 1627. Ianuarij 10.

PELICOT. D'azur à la faſce d'argent, entre trois poires d'or.

Bonifacius Pelicot ſuperioti datus ſuc- 1632.
ceſſor an. 1632.

Antonius d'Arbaud Dominus de Bargemon ex Canonico factus Præ-
D poſitus 1638. X. die Decembris po- 1638.
ſteà Sede vacante, Archiepiſcopatus Aquenſis Vicarius Generalis & Officialis 1644. ac tandem Siſtaricenſis Epiſcopus.

ARBAVD.

Ioannes de Chazelles V. Iuris vtriuſque Doctor, Dominus Temporalis Burgi S. Andreæ ciuitatis Aquenſis,
ex Canonico electus an. 1648. die 6. 1448.
Auguſti nunc ſedet.

CHAZELLES.

ARELATENSES
ARCHIEPISCOPI,
Principes et Primates.

Arles ſur vn bras du Rhoſne, porte vn Lyon croupy ſur ſes iambes de derriere.

ARELATE vrbs antiquiſſima Galliæ Narbonenſis, ad ripam Rhodani ſita, Colonia populi Romani, dicta fuit Sextanorum, quòd olim ex Saliis veteribus populis, ſeu milites ſextæ legionis eò deducti ſtationem habuerint, vt Mela. l. 2. cap. 5. Plinius lib. 3. cap. 4. Suetonius in Tiberio c. 4. Ptolęmeus l. 2. c. 10. Strabo l. 4. cæteríque Geographi tradidêre. Colonia Iulia Paterna in Inſcriptione lapidum legitur. Thelinen olim nuncupatam à Græcis memoriæ prodit Feſtus Auienus, & Mamillariam, quod nomen fortè obtinuit propter terræ vbertatem; aut vrbis formam. Arelatis meminerunt quoque S. Auguſtinus l. 1. c. 6. contrà epiſtolam Parmeniani; Iſidorus, qui eam vocat *nobiliſſimum oppidum*, Prudentius Poëta, *præpollentem Arelatem*. Caſſiodorus item lib. 8. Variarum epiſt. x1. Paulinus lib. 6. de vitâ S. Martini; Fortunatus l. 5. c. 2. Greg. Turonenſis lib. ix. cap. 39. 40. & 42. Hiſtoriæ Francor. Hincmarus Remenſis Antiſtes epiſt. 6. cap. 17. Poſtremò Vlpianus 1 c. lege 13. habebat, de Inſtitoriâ Actione, Scæuola lib. 34. de vſufructu legaro, & Maioranus Nouellâ de Adulteriis & Nouellâ de Epiſcopali Iudicio. Gallulam Romam, Auſonius in vrbibus nominat, duplicémque, quod interfluente Rhodano olim ponte connexa, vtrámque fluuij ripam conjungeret, vti etiam eleganter ab eo deſcribitur:

Pande duplex Arelate tuos blanda hoſpita portus,
Gallula Roma Arelas: *quam Narbo Martius, & quam*
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.
Præcipitis Rhodani ſic interciſa fluentis,
Vt mediam facias nauali ponte plateam.
Per quem Romani cōmercia ſuſcipis Orbis,
Nec cohibes populóſq; alios & mœnia ditas:
Gallia quis fruitur: gremióque Aquitania lato.

Ammianus Marcellinus, Arelatem etiam lib. 25. *multarum ciuitatum decus* appellat; & apud Philoſtratum in vitis Sophiſtarum, dicitur ciuitas ad Eridanum Galatarum Heſperiorum; ſed in codicibus emendatioribus legitur ad Rodanum. Dicta eſt porrò quaſi *Aralata* Deorum, à Geruaſio Tiſleberienſi, Mareſcallo Regni Arelatenſis, in lib. de Otiis Imperialibus, quem ſcripſit ad Ottonem IV. Imp. Illic enim quotannis ſolebant omnes Regni illius, cum adiunctis prouinciis, paganitatis ludibrio in Calendis Maialibus conuenire, & in omnium conſpectu ſacrificium triſtis amneſtiæ peragere, in loco vbi duabus immenſæ celſitudinis columnis ara ſuperpoſita, trium iuuenum illo die ſanguis innoxius pro ſalute populi ſuperſpargebatur. Inter alia, quibus ſecundum inſtituta Principum cunctis ciuitatibus Arelas præferebatur; in tantum à Conſtantino honorata eſt, vt ab eius vocabulo *Conſtantina* nomen acceperit. Hanc Valentinianus & Honorius Principes ſpecialibus priuilegiis *matrem omnium Galliarum* appellando commendant. Quocircà Ioſephus Scaliger in lectionibus Auſonianis: Arelatem, inquit, non immeritò Auſonius Gallulam Romam vocat, quòd eſſet celeberrimum & opportuniſſimum emporium; quibus commoditatibus inuitatus F. Conſtantinus tyrannus, qui tempore Honorij Iunioris Imperat. in Britanniis declaratus fuit, Arelate fixit Sedem Imperij ſui. Quoniam verò ab eâ ciuitate Prefectoriá Sedes tranſlata fuerat è Treueris, ad Honorium Præfectum Prætorio Galliarum, circa an. Ch. 417. emiſſa eſt Conſtitutio tantoperè laudata, de celebrando Arelate annuo Conuentu Septem prouinciarum Galliæ. Hanc Conſtitutionem, vt auctor eſt Ant. Dadinus Alteſerra libro 5. Rerum Aquitanicarum cap. 11. perperàm tribuunt Conſtantino Magno, Nicolaus Cuſanus, Conſtantino tyranno Scaliger, (vtérque fortè eo decepti) quòd in eâ Arelate vrbs dicitur Conſtantina: rectiùs enim à Sirmondo reddita eſt Honorio, ex fide veteris codicis, & iuuatur imprimis authoritate Hincmari, qui eiuſdem auctorem commendauit Honorium. Idem teſtatur Papirius Maſſonus in Hiſtoriâ Calamitatum Galliæ, quam vir doctiſſimus Andreas

Du-Cheſnius Hiſtoriæ Francorum Scriprorum Coætaneorum laborioſiſſimo Operi inſeruit. Huius námque Conſtitutionis verba annorare placet, quæ Arelatenſis emporij meminerunt, & ſoli fertilitatem mirè illuſtrant: *In Conſtantinâ vrbe*, (Arelate) *iubemus annis ſingulis eſſe Concilium. Tanta eſt enim loci opportunitas; tanta eſt copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, vt quidquid vſquàm naſcitur, illic commodiùs diſtrahatur. Neque enim vlla Prouincia fructûs ſui facultate lætatur, vt non niſi hæc propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quicquid enim diues Oriens*, B *quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Aſſyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fœcunda Gallia poteſt habere præclarum, ita illi exibetur affatim, quaſi ſibi naſcantur omnia quæ vbiq; conſtat eſſe magnifica. Iam verò decurſu Rhodani & Thirreni recurſu, neceſſe eſt vt vicinum faciant, & penè conterminum, vel quod iſte præterfluit, vel ille quod circuit. Cùm ergò huic ſeruiat Ciuitati quicquid habet terra præcipuum; ad hanc vel naui, vel vehiculo, terrâ, mari, flumine deferatur quicquid ſingulis naſcitur, in quâ diuino quodam munere commoditatum & commerciorum opportunitas tanta præſtatur.* C Conſulum Triumphis fuit olim illuſtris hæc ciuitas obſeſſa à Gerontio, capta à Conſtantio, ſed à Theodorico Maiore Weſigothorum Rege fruſtrà & à Theoderico iuniore oppugnata; ab Eurico autem eius fratre, Theodericóque Rege Oſtrogothorum occupatur; bis obſeſſa à Clodouæo I. data etiàm Francis à Virige Rege, ſed Childeberto Regi clariſſimo Francorum paruit, vt eſt in libro de vitâ Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi, Sigeberti Principis ditioni ſubmiſſa, & ab exercitu Guntramni vallata & recepta fuit. D Eandem vrbem coluit Theodoricus Rex Italiæ, qui epiſtolâ XV. ad Arelatenſes, pro vrbis decore & murorum ac turrium vetuſtarum reparatione, certam pecuniæ quantitatem direxit. Stante verò Occidentis Imperio, vt commercio ità officinâ monetæ, crebríſque ludorum Circenſium ſpectaculis clara fuit. Vnde in Notitiâ antiquâ Prouinciarum Imperij Romani, Præpoſiti Theſaurorum Arelatenſis, ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum, Procuratoris monetæ & Gynecij, Præfectíque fluminis Rhodani fit mẽtio, quemadmodum notat v. clar. Hadrianus Valeſius Rerum Francicarum lib. VIII. Sed & Thuanus lib. II. vitæ ſuæ meminit Arelatis: Imperatoriæ, inquit; dignitatis veſtigia adhuc ſeruat; Pontis tamen qui duplicem vrbem iungebat, adhuc pilæ quædam in Rhodano ſuperant, ſed nihil prorſus alterius vrbis, quæ in citeriore ripâ erat, ampliſſimi amphitheatri rudera, & ſepulchra paſſim iacentia, magnitudinem eius etiam hodie teſtantur, & nunc nobilitate præcipuâ, quod in aliis Galliæ noſtræ Prouinciis non vſu venit; inquilinâ gaudet, & maiora vectigalia publica quàm vlla alia regni ciuitas poſſidet. Arelatum loco paludoſo ſitum, quâ flumen reſpicit ad Auſtrum, & Ortum ſaxoſus campus excipit, antiquis memoratus, qui deriuato ex Druentiâ canali inter ſaxa illa optimum & puriſſimum frumentum producit.

REGNVM ARELATENSE.

ARELAS autem ab antiquis temporibus regno decorata, Regia & Palatina Sedes Burgundionum fuit: teſtis Guntherus Ligurinus de geſtis Froderici II. lib. V. his verſibus:

Quæq; Caput Regni, Sedéſq; fuiſſe vetuſti,
Fertur ARELATVM, *priſcorũ Curia Regũ,*
Téque ſibi iungens priſco Prouincia iure,
Nomen apud veteres Regni, Titulúmque gerebat,
Cuius Arelatum Sedes, & foris ab illâ,
Parte ferebatur.

Burgundiones primum in parte Galliæ Rheno propinquâ conſtiterunt, finibúſque per vicina propagatis, in primâ Lugdunenſi, Maximâ Sequanorum, Viennenſi, Alpibus Graijs ac Penninis & Prouinciâ cis Druentiam imperio potiti ſunt. Prima illorum Regum familia in Sigiſmundo, ab Arrianâ hæreſi ad fidem Orthodoxam conuerſo, Monaſterij Agaunenſis fundatore deſiit, necnon in Godemaro fratre, qui à Childeberto & Clotario in fugam actus, illo regno priuatur, quod in poteſtatem Francorum redactum eſt an. Chr. 532. Deinde poſt aliquot ſecula, dominium Regni noui Burgundiæ Tranſiuranæ, quod *Arelatenſe* Scriptores aliqui vocant, Boſo inuaſit 15. Oct. 879. ac poſtquã in plures iam ditiones creuiſſet, ad Rodulphum I. Burgundiæ Regem tranſiit, cuius proſapia vſque ad Giſelam neptem Rodulphi III. Regis, cognomento Ignaui vxorem Conradi II. Imp. Sa-

lici ex teſtamento hęredis potitur, in-
déque Cæſares Germani vſque ad
Henricum huius nominis quintum. Is
ſupremum dominium tranſtulit Con-
rado Duci Zaringhenſi; ſed ipſius fi-
lius Bertholdus 4. à Friderico 1. Bar-
baroſsâ eo ſpoliatus, quod iterum ad
Imperat. Henricum vi. & Fridericum
ii. eius filium rediit. Hic an. 1214.
Metis inueſtituram regni conceſſit
Guilelmo de Baucio Principi Arauſi-
cano, defunctóque patre Raimundus
Princeps item Arauſicanus titulum
ceſſit 1257. Carolo 1. Comiti Andega-
uenſi, poſtcà Siciliæ Regi. Sed quo-
niam Imperatores Germani, huius re-
gni clientelam nihilominus ſibi aſſe-
rebant, Ludouicus 1. Dux Andega-
uenſis, Siciliæ Rex, Ioannis Franco-
rum Regis filius, à Carolo iv. Imp.
ex nobiliſſimâ gente Luxemburgicâ
ceſſionem omnium iurium Imperij ob-
tinuit. Vnde liquet ab eo tempore
omnimodam iſtius regni Arelatenſis
poteſtatem & prærogatiuas, ad illu-
ſtriſ. Domum Francicam, Regéſque
Christianiſſimos legitimè pertinere.

Primatvs, & Priuilegia antiqua Eccleſiæ Arelatensis.

Ceterùm notare conuenit, quòd in
ciuitate Arelatenſi ſingulis annis, eius
Epiſcopi arbitrio celebraretur Syno-
dus; ceu Conuentus ſeptem Prouin-
ciarum Galliæ, iam memoratâ Conſti-
tutione Honorij Auguſti, pro com-
munibus totius Eccleſiæ Gallicanæ
vtilitatibus: Omnibus quóque Epiſ-
copis totius Regni Francorum, longè
à ſuo Epiſcopatu ſine eius licentiâ fas
erat abire; decreto Zoſimi Papæ Ec-
cleſiaſticis omnibus Galliæ, Romam,
vel aliò terrarum euntibus dabat For-
matas: Eiúſque tanta erat auctori-
tas, vt ſi quæ in Galliis & Hiſpaniâ,
maiores vel de Fide, vel de moribus
controuerſiæ orirentur causâ Religio-
nis, ad illum, tanquam totius Galliæ
Primatem, & propter Vicariatum Se-
dis Apoſtolicæ deferrentur; Paſcha-
lem ſolemnitatem à Papâ indictam
omnibus declarabat, ac quod præci-
puæ auctoritatis fuit, Metropolitani
iure, ordinabat Epiſcopos in Prouin-
ciis Narbonenſi, primâ ac ſecundâ
Viennenſi, quod ius cum nullus de-
ceſſorum ante Patroclum Epiſcopum
habuerit, poſteà ipſi ademptum fuiſſe
à Sede Roma. docet Pont. Leo. De-
nique Pallij vſum, Sediſque Apoſto-
licæ Vices, ipſi ab antiquis tempori-
bus delegatas fuiſſe teſtatur S. Grego-
A rius Magnus Papa. Et certè, Arela-
tenſis Primatûs origo, à dignitate po-
liticâ ciuitatis initium duxit, ex eo
enim quòd Prefecti Pretorio Gallia-
rum Sedes eſſet, ambiuit & in Galliis
Eccleſiaſticū Primatum, iúſque Exar-
chicum, cuius primordia videntur
ſumpſiſſe à decreto Zoſimi Pont. Max.
qui propter Fidem Galliis traditam à
Trophimo primo huius Sedis Antiſti-
te, ſacri Primatûs acceſſione Arela-
tem vrbem inſigniuit. Eundem fir-
mauêre Primatum ſecuti Pontifices,
ſed impotenti ambitu Hilarius, Me-
tropolitanorum peruadens iura, pote-
B ſtatis exceſſu reprehenditur à S. Leo-
ne; is quippe controuerſiam in Tauri-
nenſi Concilio agitatam, inter Arela-
tenſem & Viennenſem Epiſcopos do
Primatu, qui ad hæc tempora incon-
cuſſus ſteterat, Prouinciæ inter vtrúm-
que diuiſione compoſuit. At priui-
legium à Zoſimo olim collatum, cum
aliquâ immutatione ab Hilaro Leo-
nis ſucceſſore confirmatum eſt; vti &
à Gelaſio, epiſtolâ ad Æonium dire-
ctâ, tum etiam à Symmacho Papâ pe-
tente Cæſario, & circà eadem fermè
tempora in regno Gothico vſque ad
C Hiſpanias, Primatum & Metropoli-
tica iura Arelatenſis Præſul exerce-
bat. Ab eo verò tempore quo Arelas
Francis dedita eſt, in regno Childe-
berti continuatum hoc priuilegium,
oſtendunt itidem litteræ Vigilij ad
Auxanium, Cæſarij ſucceſſorem, cui
vſum Pallij petenti, cum Legationis
Apoſtolicæ Prefecturâ conceſſit. Id
ipſum Pelagius 1. Sapaudo, Grego-
rius item Magnus Virgilio Childeber-
ti Regis commendatione confirma-
uit. Sed valdè imminutus reperitur
Primatus ſub eius Pontificatu, ob de-
tractionem Legationis Apoſtolicæ, da-
D tæ ab eodem Gregorio ad ſupplica-
tionem Brunichildis Reginæ, Syagrio
Auguſtodunenſi Antiſtiti, cui Conci-
liorum cogendorum poteſtas, maio-
rum Sedium priuilegia, aliáque offi-
cia commiſſa ſunt, quæ ad Arela-
tenſem Sedis Apoſtolicæ Vicarium
pertinebant: Ex quo & aliquantum
depreſſa huius Metropolitani auctori-
tas, quæ huiuſmodi delegationibus
non omninò ſublata, licet debilitata,
remanſerit. Nam octauo ſeculo con-
firmatus reperitur ſub Carolo Caluo
Imper. à Ioanne viii. Papâ, Archie-
piſcopo Arelatenſi Vicariatus Sedis

Apoſtolicæ, ſed paulò poſt cum Primatum auctoritas cœpit parùm valere, denegata videtur Arelatenſi Eccleſiæ hæc dignitas, tum plurimas ob cauſas, Regibus ad ſe maiora negotia pro eorum arbitrio trahentibus, cum ipſorum voluntati non auderent Primates reſiſtere, tum etiam diſciplina Eccleſiaſtica Regum diſſenſionibus & ignauiâ omnino collapſa eſt, cui cauſæ Vicariatûs Arelatenſis deſitionem videtur tribuere Hincmarus Remenſis Præſul, dum ad Gregorium vſque illũ Primatum deduxit. Quæ omnia legi poſſunt fuſiùs explicata à v. c. Franciſco Halliet in Sacrâ Theologiá Pariſienſi Doctore, l. 4. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Hiſce igitur priuilegiis à nobis initio huius diſſertationis citatis eminebat Arelas, cuius Eccleſia primaria patronum colit S. Stephanum Protomartyrem, paſsimque appellatur *Sancta* in diplomatibus Principum & Imperatorum. In eius Sacrario ſex Concilia celebrata fuêre, de quibus Sirmondus To. 1. Concil. Galliæ. Archiepiſcopus autem Arelatenſis memoratur in cap. 13. Qui filij ſint legitimi, & cap. 18. de Accuſationibus: Videndus Azor. p. 2. l. 2. c. 26. Principatus item Montisdraconis titulo inſignis eſt, cuius Toparchiâ Arauſicenſis diœceſis, maiorem dominum ac pariarium in antiquis tabulis huius caſtri ſeſe nominat. Cui quidem Arelatenſi ſubſunt Metropoli Epiſcopatus MASSILIENSIS; TRICASTINENSIS, TOLONENSIS, ARAVSIENSIS, & olim Auenionenſis, qui cum aliis ab eâ Sede delibati fuêre. In diœceſi ſunt etiàm duæ Abbatiæ.

SVFRAGANS de l'Archeueſché D'ARLES. MARSEILLE. S. POL TROIS-CHATEAVX. TOLON. ORANGE.

S. PETRI MONTISMAIORIS O. B.
S. Pierre de Montmajour lez Arles.

S. CÆSARII *fæminarum* O. B.
S. Ceſaire d'Arles.

Sed iam Præſulum Arelatenſium ſeriem explicare aggrediamur, quam partim ex Petri Saxij Canonici eius Eccleſiæ de eâ egregiè promeriti Pontificio eruimus, qui Hiſtoriam Arelatenſis Eccleſiæ Primatum edidit an. 1629. partim ex aliis ſcriptis perantiquis, diplomatibus variis Regum, Pontificum, Ducum, & Abbatum, potiſſimùm Archiepiſcopatus huius tabulariis non anteà diuulgatis, quantâ A potuimus diligentiâ in hunc modum concinnauimus; Sed pleriſque in locis auctiorem factam, & à mendis expurgatam ope vetuſtorum codicum, aliiſque optimæ notæ monumentis, qui ſeruantur in Bibliothecâ MSS. V. nobiliſſ. Claudij Fabricij Baronis de Riants, Nicol. Claudij ex fratre nepotis.

I. S. TROPHIMVS Arelatenſi Eccleſiæ primus à S. Paulo ordinatus Epiſcopus dicitur. Huic Arelatenſium diptychorum traditioni, adſtipulari videtur Scriptorum quorundam auctoritas, qui ad rei veritatem confir- B mandam adducunt Zoſimi Papæ epiſt. 5. ad Epiſcopos Galliæ, quæ tradit, *TROPHIMVM Summum Antiſtitem, ex cuius fonte totæ Galliæ Fidei riuulos acceperunt* à Sede Romanâ, Arelatenſem Metropolitanum fuiſſe delegatum: eam tamen epiſtolam rectè non extare notauit Baronius, antequã ex Codice Arelatenſi prolata fuiſſet. Sed nec magis Epiſcoporum Narbonenſis Prouinciæ ad Leonem Papam libellus fauet, miſſioni Trophimi à Paulo, quam nihilominus prodit Ado Viennenſis Archiepiſc. in Chronico: *Creditur*, inquit, *Paulus ad Hiſpanias* C *perueniſſe, & Arelatæ Trophimum, Viennæ Creſcentem, diſcipulos ſuos ad prædicandum reliquiſſe*. Aliquantum verò obſtare huic ſententiæ videtur, quod apud Greg. Turonenſ. Epiſcop. Adone antiquiorem, Hiſt. Franc. lib. 1. cap. 28. legere ſit, vbi agit de ſeptem Epiſcoporum in totidem Galliæ vrbes miſſione à Romanâ Eccleſiâ: " Sub Decio & Grato Conſulibus miſſi ſunt: " Turonicis, Gratianus Epiſcopus; Arelatenſibus, TROPHIMVS Epiſcopus; " Narbonæ, Paulus Epiſcopus: Tholoſæ, Saturninus Epiſcopus: Pariſiacis, " Dionyſius Epiſcopus: Aruernis, Stre- D monius Epiſcop. Lemouicinis, Martialis deſtinatus eſt Epiſcopus. De " his verò, &c. Gratianus TROPHIMVS, " Stremoniúſque & Paulus, atque Martialis, in ſummâ Sanctitate viuentes, " poſt acquiſitos Eccleſiæ populos, ac " fidem Chriſti per omnia dilatatam, " felici confeſſione migrarunt. Quare omninò apertum eſt recentiores quoſdam Hiſtoricos, qui autumant TROPHIMVM fuiſſe ex Diſcipulis Chriſti, aut eum ipſum cuius Apoſtolus Paulus meminit II. ad Corinthios cap. 4. & Acta Apoſtol. cap. xx. & xxi.

auctoritati Gregorij planè repugnare,
quamuis & vetuſtiſſimum Romanum
Martyrologium eum appellet Diſci-
pulum Apoſtolorum. De ipſo verò
Baronius in Annalib. & Martyrolo-
gio, ac Boſquetus Epiſc. Lodouenſis
Hiſtoriæ Eccleſiæ Gall. lib 1. memi-
nerunt, vbi eius miſſionem à Petro; an
etiam à Paulo fuerit, referunt. Ioan-
nis quóque Stunicæ in Itinerario Hiſ-
paniæ verſus huic loco inſerere con-
uenit, quos parieti Oratorij S. Hono-
rati inſcriptos eſſe teſtatur:

TROPHIMVS *hic colitur* ARELATIS
Præſul auitus,
Gallia quem primum ſenſit Apoſtolicum.
En hunc ambroſium proceres fudère nitorē,
Clauiger ipſe Petrus, Paulus & egregius,
Omnis de cuius ſuſcepit Gallia fonte,
Clara ſalutifera dogmata tunc Fidei.
Huic conſtāter ouans ceruicē Gallia flectit;
Et matri dignum præbuit obſequium.
Inſignis cuius, ac ingens gloria ſemper,
Gaudet Apoſtolicas ſe meruiſſe Vices:

2. S. REGVLVS Trophimi ſuc-
ceſſor, hunc aliqui inde Siluanecten-
ſem Epiſcopum fuiſſe ſcribunt, illius
meminit Martyrologium Romanum 3.
Kal. April.

3. S. FELICISSIMVS, ordina-
tus à Sancto Regulo.

4. GRATIVS. Eius meminit Sa-
xius: cur verò fides ei debeat derogari,
in enumeratione quorundam Epiſco-
porum, quos adducit in Pontificio A-
relatenſi vſque ad Marcianum, de quo
poſteà dicemus; ex his liquet, quod
nihil aliud continet quam nomina
quædam, ſed vnde excerpta, & quo
teſtimonio hæc litteris conſignârit,
imò ne quidem apertum, vel neuti-
quam meminit.

5. MARCIANVS, Sectæ Noua-
tiani nomen dedit an. Dom. 258. id-
258. circò à multis reprehenditur, maximè
à S. Cypriano Carthaginienſi l. 3. epiſt.
XIII. ad Stephanum Papam Roma-
num quâ ſubmonet Pontificem de eo
deponendo ob labem hæreſis, & de
Præſulibus Galliarum ab eius com-
munione abſtinendis: *Fauſtinus, in-
quit, Collega noſter Lugduni conſiſtens ſe-
mel atque iterum mihi ſcripſit, ſignificans
ea, quæ vtique ſcio, tam ab eo quàm cæteris
Coepiſcopis noſtris in Prouinciâ conſtitutis,
quòd MARCIANVS, Arelate con-
ſiſtens Nouatiano ſe coniunxerit. Qua-*
A *propter facere te oportet pleniſſimas litteras
ad Coepiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos.*
Et paulò poſt epiſt. 67. *Dirigantur in
Prouinciam & ad plebem Arelate conſi-
ſtentem à te litteræ, quibus, abſtento
MARCIANO, alius in locum eius
ſubſtituatur: Denique ſignifica planè no-
bis, quis in locum Marciani Arelate fue-
rit ſubſtitutus, vt ſciamus ad quem fratres
noſtros dirigere, & cui ſcribere debeamus.*
Ex quibus Cypriani verbis colligitur
Arelatenſem Præſulem hoc tempore
pro Metropolitano agnitum fuiſſe, qui
Epiſcopos ſibi ſubditos, ſingularém-
que Prouinciam Eccleſiaſticam habe-
B bat: ac proinde in eo MARCIANI
lapſu qui Nouatiano ſeſe in Prouinciâ
coniunxit, notandum eſt, quod ſole-
bant maiorum Sedium Epiſcopi ſibi
mutuò ſcribere, vt Eccleſiarum vnita-
tem ſeruarent, & ſi quis ex Maiorum
Sedium Metropolitanis lapſus fuiſſet,
tunc alij conſilio communicato reſi-
ſtebant, ne vnius lapſus reliquorum ex
prouinciâ ruinam ſecum adduceret.
Atque ex eo etiam patet, quod eâdem
epiſtolâ MARCIANVS ad Cypria-
num Legatos miſiſſe narretur, optans
ad communicationem ipſius admitti;
C & huic petitioni à Concilio plurimo-
rum ſacerdotum hanc reſponſionem
retuliſſe, ſe foris eſſe, nec poſſe à quo-
quam ipſorum ei communicari, qui
Cornelio Romano Pontifici, eiúſ-
que ſucceſſoribus non communica-
ret.

6. S. MARINVS Concilium pri-
mum Arelatenſe ſub eo congregatum
eſt, Calend. Auguſti an. 314. Conſtan- 314.
tini Imper. iuſſu, quod adeò celebre
fuit, vt ex omnibus Mundi partibus,
præcipuè Gallicanis, Epiſcopi Arela-
tem conuenerint ſub præſulatu Mari-
ni, qui Canone 18. Concil. Arel. 2.
Sanctus appellatur. Hâc Synodo, in-
D quit Sirmondus To. 1. Concil. Galliæ,
ſiue ſpectentur Epiſcopi qui ad eam
conuenerunt, ſiue res in eâ geſtæ,
nulla vnquam poſt Oecumenicas ha-
bita eſt illuſtrior. In eâ quippe Cæ-
ciliani & Donatiſtarum cauſa iterum
diſcuſſa eſt, pertinax contentio, quæ
Africam vexabat, pro parte compo-
ſitâ, & de Baptiſmo hæreticorum Ec-
cleſiæ lex tradita, eiúſque iterandi
praua conſuetudo, quæ in eâdem
Africâ inoleuerat, penitus repreſſa in
poſterum atque interdicta. Epiſcopi
verò tam multi, tam diuerſis ex Gal-
liæ,

liæ, Italiæ, Africæ, Hiſpaniæ, Britanniæque prouinciis confluxere, ſexcenti videlicet, ſi teſtimonio Adonis Viennenſium Epiſcopi accedere velimus, vt propterea Concilium hoc non dubitauerit S. Auguſtinus contra Donatiſtas diſputans lib. 2. de Baptiſmo cap. 9. & epiſt. 162. plenarium, & vniuerſale Eccleſiæ Concilium appellare, Epiſtolam autem huius Synodi ad Silueſtrum Papam, de rebus ſub eâ geſtis primus Epiſcoporum ſubſcripſit Marinvs. Cum verò à Conſtantino Cæſare Donatiſtæ Africani petiiſſent, vt de Galliâ ſibi ipſis iudices
313. dari præciperet, dati ſunt anno 313. Melchiades Papa, Maternus ex Agrippina ciuitate, Rethicius ab Auguſtoduno, & idem Arelatenſis Antiſtes, qui cum aliis quindecim ex Italiâ Epiſcopis contra Donatum ſententiâm tulerunt. Quâ de re Baronius ex Optato Mileuitano lib. 1. & epiſt. Conſtantini Magni apud Euſebium l. 10. c. 5. aliique Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores meminerunt anno
316. item 316. Arelas natalibus Conſtantij Iunioris illuſtrata, referente Zoſimo lib. 2.

7. Martinvs, cui ſucceſſorem tribuit Saxius in Pontificio Arelatenſi *Nicaſium* ex vetuſto codice Monaſterij Lerinenſis; ſed fuit potius Dienſis Epiſcopus, vt dicemus.

8. Valentinvs Concilio A-
346. grippinenſi adfuit 346. & exauthorationi Euphratæ Coloniæ Epiſcopi hæreſis damnati conſenſit.

9. Satvrninvs fauore Conſtantini Imperatoris Arrianæ factionis Principis, eligitur. Fuit item vir peſſimus, ingenio malo ac præter hæreſis labem, multis nefandiſque criminibus conuictus. Sub eius quoque regimine Arelatenſis Conuentus habitus eſt, cui Satvrninvs interfuit. In eo Paulinus Treuirorum Præſul, quòd in Anaſtaſij damnationem ſubſcribere nollet, Arrianorum factione depoſi-
353. tus eſt an. Chr. 353. edicto ſancito à Conſtantio; vt qui detrectarent ſubſcribere, exilio multarentur. In alterâ verò Synodo Biterris habitâ, cùm in hâc hæreſim Arrianam ingerere pararet Saturninus, S. Hilarius Pictauorum Epiſcopus, his qui ad Synodum conuenerant hæreſeos cognitionem obtulit, vt cauerent, & blaſphemiæ patronos denuntiauit. Sed fruſtrà; nam eâ re commotus in Hilarium Saturninus, aduerſantem conatibus ſuis non ferens, ita egit circonuento falſis Synodi nuntiis Conſtātio, vt Hilarius Phrygiam in exilium pelleretur, quod fuſiùs docent Sulpitius Seuerus lib. 11. Hiſtoriæ, Hilarius libro aduerſus Conſtantium, & in libello de Synodis, S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſt. Fortunatus, in vitâ S. Hilarij. Baronius in Annal. 356.
ad an. 356. & Sirmond. To. 1. Concil. qui refert eundem Saturninum ab Eccleſia Arelatenſi eiectum anno 362. in 362.
Concil. Pariſ. 1.

9. S. Concordivs ſubſcribit Concilio Valentino 1. ad Rhodanum 12. Iulij an. 374. & nominatur in epi- 374.
ſtolâ quam eadem Synodus ad Clerum & plebem Eccleſiæ Foroiulienſis miſit, de perſonâ ſanctiſſimi Accepti, qui ad honorem Sacerdotij ab illis poſcebatur. Videndus Sirmond. Tom. 1. Concil. & Baronius ad an. 379. Epi- 379.
taphium eius è tabulâ marmoreâ extare in Eccleſiâ S. Honorati Campi Eliſij, & monachum Lerinenſem fuiſſe, auctor eſt Vincentius Barralis Salernus, vt in antiquis Mss. Hiſtoriæ Sanctorum & Abbatum Lerinenſium edidit, ex quibus hæc Inſcriptio depromitur:

Integer, atq; pius, & vitâ & corpore purus,
Æterno hic poſitus viuit Concordivs *æuo.*
Qui teneris primū Miniſter fulſit in annis,
Poſt etiam lectus Cæleſti Rege Sacerdos,
Triginta, & geminos decem vix reddidit annos,
Hunc citò ſideream raptum Omnipotentis in Aulam,
Et mater blanda & fratres in funere quærunt.

10. Constantivs Legatus Epiſcopus Gallorum adfuit Concilio Aquileienſi an. 381. & contrà Palla- 381.
dium ac Secundinum, aſſertores hæreſis Arrianæ primus ſententiam dixit. Legitur & in Concilio Taurinenſi, Antiſtitum Galliæ rogatu congregato x. Cal. Octob. an. Chr. vt coniectura eſt 397. Can. 2. actum fuiſſe de Pri- 397.
matu Arelatenſis & Vienneſis Eccleſiæ, & definitum à Synodo, vt qui approbaſſet ſuam ciuitatem eſſe Metropolim, is totius Prouinciæ Primatûs honorem obtineret.

11. S. Heros diſcipulus Beati Martini Epiſcopi Turonenſis, ſingularis innocentiæ Paſtor, tamen à populo Arelatenſi vrbe eiectus eſt, eique Patroclus ſubrogatur ad promerendam gratiam Conſtantij, Honorij Imperat. in Conſulatu Collegæ, teſte Proſpero Aquitano in Chronico, Honorio IX. & Theodoſio V. Coſſ. Eodem, inquit, tempore Heros vir ſanctus, & beati Martini diſcipulus, cùm Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret, à populo eiuſdem ciuitatis, inſons, & nulli inſimulationi obnoxius pulſus eſt, inque eius locum Patroclus ordinatus, amicus, & familiaris Conſtantij Magiſtri militum, cuius per ipſum gratia quærebatur: quæ res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum cauſa fuit. Huius quoque mentio extat apud Auctorem vitæ S. Honorati, Baronium, ac Carolum Sigonium
412. in opere de Imperio ad annum Salutis 412.

12. S. Patroclus pulſo Herote, intruſus Sedem vſurpauit Arela-
412. tenſem, an. 412. vt ſcribit Proſper. Is autem, cum in Narbonenſi Prouinciâ vacantis Eccleſiæ auſus fuiſſet Epiſcopum ordinare, eum Bonifacius Papa repreſſit, & ex eo quod diuerſarum Prouinciarũ Magiſtratus ad Conciliũ in ciuitate Arelatenſi conuenirent, Palatino fauore ſubnixus Patroclus occaſionẽ ſumpſit, vt Primatum in quibuſdam Galliæ Prouinciis ad conuocanda Concilia obtineret. Huic porrò quamplures epiſtolas ſcripſit Zozimus Pont. Max. Vnam præcipuè ad vniuerſos Galliæ Epiſcopos de priuilegiis Eccleſiæ Arelatenſis tuendis circa
417. an. 417. referentibus Baronio & Sirmondo Tom. 1. Concil. quâ iubet, vt qui Romam è Galliâ veniunt, Formatas accipiant à Metropolitano Arelatenſi, qui Epiſcopos conſtituit per Viennenſem & vtrámque Narbonenſem prouincias. Alterâ epiſt. 10. Kal. Octob. eiuſd. anni ſcriptâ ad Epiſcopos Africæ, Galliæ & Hiſpaniæ, ipſe Zozimus conqueritur de Epiſcopis illicitè ordinatis à Proculo Maſſilienſi, in præiudicium Patrocli Metropolitani. Sunt & aliæ eiuſmodi Pontificis literæ ſcriptæ in gratiam Eccleſiæ Arelat. nimirum ad Præſules Prouinciæ, Viennenſis & Narbonenſis ſecundæ, vt Metropolitanus inſtituendorum Epiſcoporum in iiſdem prouinciis habeat poteſtatem, quam iamínde à Sanctæ memoriæ Trophimo inuiolabili authoritate poſſidet. Memoratur à S. Leone Papâ epiſt. 99. & à Baronio ad an. 425. tum apud Sirmondum in appendice Codicis Theodoſiani, lege 47. & in Reſcripto ad Armaſium Præfectum Prætorio Galliarum. Theodoſius Iunior & Valentinianus Auguſti, priuilegia Eccleſiarum, Clericorum immunitates, Epiſcoporum cauſas, ad Patrocli Arelatenſis tanquam Primatis cognitionem referunt. Eidem Præſuli Bonifacius 1. Papa ſcribit ſub an. 419. in cau- 419.
ſâ Maximini Valentiæ Epiſcopi & deinde circiter 422. vbi conqueritur
Hilario Narbonenſi, quod Patroclus 422.
in Luteuenſi Eccleſiâ contempto Metropolitano Epiſcopum ordinauerit. Dicitur primus Vicariam in Galliis Præfecturam nomine Sedis Apoſtolicæ obtinuiſſe, & ſub eius Pontificatu Arelatum nobile Galliarum oppidum à Gothis oppugnatum, ſed imminente Aetio Duce ab obſidione receſſiſſe. At in Proſperi Chronico incuſatur Patroclus ſub an. 414. quod infami mercatu ſacerdotia vendicare auſus fuerit. Demum ambitionis ſuæ pœnas luens à Tribuno quodam barbaro mul-
tis vulneribus cæſus occiditur, occul- 426.
tâ iuſſione Fœlicis Magiſtri militum an. Chr. 426.

13. S. Honoratus Abbas & fundator Cœnobij Lerinenſis. Quem ideo S. Eucherius primò Inſulanum, inde verò Magiſtrum Eccleſiarum appellat. Fuit ille Senatoriâ & Conſulari familiâ natus, patriâ Arelatenſis, idémque duce S. Capraſio ſene, conuerſus in monachum, vitandæ causâ humanæ laudis, verſus Orientales partes iter arripuit. Sed defuncto in Achaiâ itineris comite ipſius germano Venantio, ille in patriam remeauit, vbi & primùm Leontij Epiſcopi Forouilienſis, celebris famâ viri conſilio & viciniâ illectus, Lerinum à ſerpentibus obſeſſum, ſqualore & aſperitate horridum, ſolitudinis amans expetiit, ac ſacerdotio initiatus, antiquum & inſigne hoc Monaſteriũ cum Eccleſiâ erexit, cuius primordia ſub eo cœperunt in hac Inſulâ circiter an. 375. Interim ad inſulas Arelatenſes tranſlatus diœceſim gubernans, placidè tandem obdormiuit in Domino ſub an.

429. 429. die Ianuarij 18. accerſito prius
Hilario per epiſtolam, vt extremis
eius intereſſet, dum ex hac vitâ migra-
ret. Legendus ſermo, ſiue Oratio
funebris eiuſdem S. Hilarij de vitâ
Honorati, vbi res eius præclarè ge-
ſtæ in vitâ Monaſticâ & Sede Epiſcop.
commemorantur in Chronologiâ Ab-
batum Lerinenſium. Eccleſiam verò
habet ſuburbanam, & ſacræ corporis
reliquiæ Lerinum translatæ ſunt an.
1391. Plura de eodem recenſent Mar-
tyrologium Rom. 17. Kal. Febr. cum
Bedâ, Vſuardo, Adone Viennenſi in
Martyrologio, Iſidoro de viris illuſtri-
bus, Vincentio Bellouacenſi, Petro de
Natalibus Epiſc. Equilino, Baronio,
& Spondano in Annal. Eccleſiaſt. Ad
eundem HONORATVM, qui habet
Eccleſiam ſuburbanam, collationes
cum Patribus Ægyptiis habitas dica-
uit Ioannes Caſſianus Preſbyter Maſſi-
lienſis, ex eóque Collator nuncupa-
tur.

14. S. HILARIVS Abbas olim
& monachus Cœnobij Lerinenſis, vt
ipſe teſtatur in vitâ à ſe conſcriptâ S.
Honorati deceſſoris Magiſtri ſui, pri-
mi cultoris eius Inſulæ; deinde Pres-
byter & Arelatenſis Antiſtes factus,
eruditione, pietate, ac rebus geſtis cla-
ruit. Is præſidet Concilio Regienſi
439. anno 439. 3. Cal. Dec. cum Coëpiſ-
copis ſuis in causâ Armentarij Ebre-
dunenſis Epiſcopi. Nobiliſſimæ quo-
que Synodo Arauſicanæ 1. clariſſimo-
rum quindecim Antiſtitum, ex Galliis
Narbonenſi & Lugdunenſi illuſtratæ
coronâ, primo loco ſubſcriptus repe-
441. ritur 6. Idus Nou. 441. Atque etiam
cuidam Concilio incerti loci præfuit
444. 444. vt innuit Honoratus Maſſilienſis,
ſeu quis alius eſt vitæ eiuſdem Hilarij
auctor. In eo Chelidonius Veſontio-
nenſis Epiſcopus damnatus, Romam
ad S. Leonem Papam contendit.
Sciendum eſt enim antiquam quæſtio-
nem iterum agitatam fuiſſe hoc eo-
dem anno, vel ſequenti, vt Baronius
docet, inter Arelatenſem & Viennen-
ſem Antiſtites, de iure ordinandi Epiſ-
copos prouinciæ Viennenſis. Nam
Patrocli & deceſſorum veſtigiis inſi-
ſtens HILARIVS, rursùm contrà
Taurinenſis Concilij definitionem,
Bonifacij & Cœleſtini ſucceſſoris eius,
Romanorum Pontificum conſtitutio-
nem, vt quiſque Metropolitanus ſuâ
prouinciâ eſſet contentus, cum in

A Viennenſi & Narbonenſi Epiſcopos
deponere, alióſque in locum viuen-
tium ſubſtituere, ordinationéſque ſibi
omniũ per Gallias Eccleſiarum, atque
etiã Primatum ſuper Viennenſem vin-
dicare præſumpſiſſet. Apud Sedẽ Apo-
ſtolicam idem HILARIVS, ad dicen-
dam cauſam ſponte Romam ad ſui de-
fenſionem, aſperâ hyeme, profectus
eſt, & de his conuictus in Concilio
ibidem eâ de causâ habito, ſuggeſtio-
ne Leoni Papæ oblatâ, moræ impa-
tiens, haud expectatâ ſententiâ, nullá-
que licentiâ obtentâ, miſſis tantùm ad
Pont. Max. Nectario & Conſtantio
B Arelatem rediit: Ex quo orta eſt illa
Leonis ergà Hilarium grauis indigna-
tio, quam eius ad Epiſcopos prouin-
ciæ Viennenſis epiſtolâ ſcriptâ poſt
diſceſſum ab vrbe declarat. Quâ per-
motus Leo ſententiam in eum hoc
anno pronuntiauit, Chelidonio abſo-
luto, & Metropolitani dignitate ac
poteſtate in prouinciam Viennenſem
Hilario ademptâ; quam exemptam
declarauit à iuriſdictione Arelatenſis
Metropolitani; ac ne maiores tumul-
tus eâ de re in poſterum ab Hilario
concitarentur, aduerſus eundem inter-
pellauit Valentinianum III. Imper.
C qui ſententiam dato reſcripto Romæ
8. Idus Iunias per Ætium Patricium 445.
& Magiſtrum Militiæ in Galliis exe-
cutus eſt. At licet HILARIVS iura
Eccleſiæ ſuæ vendicans, plus æquò
viſus eſſet acrior, idem tamen poſthæc
ore omnium meruit commendari.
Namque illum tabulæ Eccleſiaſticæ,
ob egregias virtutes & ſpectatiſſimam
morum ſanctitudinem laudibus extu-
lerunt. Poſtremò vitam egregiâ mor-
te conſummat an. Sal. 449. Maij 5. 449.
Sepultus apud S. Honoratum, vbi
inſcriptio marmori exarata ſic legi-
D tur:

Antiſtes Domini, qui paupertatis amorem
Præponens auro, rapuit Cæleſtia regna,
HILARIVS, *cui palma obitus & viuere*
CHRISTVS,
Contemnens fragilẽ terreni corporis vſum.
Hîc carnis ſpoliũ liquit ad aſtra volãs.
Spernit opes, dũ quærit opes, mortalia vitãs
Perpetuis cælum donis terreſtribus emit,
Gemma Sacerdotum, plebíſque, orbíſque
Magiſter.
Ruſtica quin-etiam pro CHRISTO *mu-*
nia ſumens,
Seruile obſequium non dedignatus adire,
Officio vixit minimus, ſed culmine ſũmus.

Nec mirùm, ſi poſt mortem tua limina CHRISTE,
Angelicáſq; domos intrauit & aurea regna:
Diuitias, Paradiſe, tuas, fragrantia ſemper
Gramina, & halãtes diuinis floribus hortos,
Subiectáſque videt nubes & ſydera Cœli.

Res HILARII præclarè geſtas ſcripſit Honoratus, non Arelatenſis, ſed Maſſilienſis Epiſcopus; nam & ipſe Hilarius, qui ſub eo in cœnobio Lerinenſi vitam monaſticam excoluerat, eius poſtmodùm ſucceſſor in Epiſcopatu extitit, huiúſque vitam conſcripſit. Hilarij etiam meminerunt S. Eucherius in præclarâ ad illum ſcriptâ de laude Eremi lucubratione. Conſtantius item Presbyter in vitâ S. Germani Autiſſiodorenſis c.34. Leo Papa epiſt. 87. Proſper in Chronico & l. 2. c.9. de vitâ contemplatiuâ & vocatione gentium (ſi tamen is liber eſt Proſperi,) Gennadius Presbyter in lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. Ado Vien. in Chronico. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, Honorius Auguſtodun. Presbyter, Regino, Petrus Damianus l. 7. epiſt. 18. Erricus lib. 4. Cardin. Bellarminus, Baronius & Spondan. in Annal. & Martyrologio. Sed vir alioqui doctiſſ. Antonius Auguſtinus in Epitome Iuris Canonici, eundem Hilarium perperàm fuiſſe Antiſtitem Viennenſem retulit, vt ex faſtis huius Eccleſiæ comprobare licet.

Conſtat autem Hilarium, qui ſcripſit ad S. Auguſtinum, & cuius occaſione miſit libros de prædeſtinatione Sanctorum & de dono perſeuerantiæ, eſſe diſtinctum ab Hilario Arelatenſi Epiſcopo: primùm quia Hilarius in epiſt. ad Auguſtin. ſignificat ſe fuiſſe laicum. Proſper verò eodem tempore & die ſcribens ad Auguſt. dicit Hilarium Arelatenſem tunc fuiſſe Epiſcopum, & ipſius doctrinæ contrarium his verbis: *Credimus ipſos quos meritis & honoribus claros, caligo iſtius opinionis obſcurat*, Semipelagianiſmi, *defecatiſſimum lumen gratiæ recepturos: Nam vnum eorum præcipuæ authoritatis & ſpiritualium ſtudiorum virum, S. HILARIVM Arelatenſem Epiſcopum ſciat beatitudo tua, admiratorem, ſectatorémque in alijs omnibus eſſe tuæ doctrinæ.* Id etiam confirmatur, ex vitâ Hilarij Arelatenſis Præſulis; quam ex MSS. Lerinenſibus edidit Vincentius Barralis, in Chronologiâ Sanctorum huius Monaſterij, in quâ nulla fit mentio quòd ad Auguſtinum ſcripſerit, & Semipelagianorum doctrinæ fuerit auerſatus: imò patet ex litterâ Proſperi, quod Hilarius Antiſtes faueret Semipelagianis: non exſtat mentio Romanæ profectionis tempore Cœleſtini Papæ, quam ſuſcepit Hilarius, qui tuebatur Auguſtinum, vt probat epiſtola eiuſdem Cæleſtini ad Epiſcopos Galliæ Tom. 1. Concil. Idem etiam Auguſtinus, Hilarium & Proſperum filios chariſſimos appellat, ipſi autem vocauerant eum Patrem & Dominum, & Cœleſtinus in eâdem epiſt. Epiſcopos Galliæ fratres nuncupat, Hilarium autem & Proſperum filios: quod certè non feciſſet ſi hic Hilarius Arelatenſis Antiſtes fuiſſet. Itaque ex adductis colligitur, duos Hilarios vixiſſe eodem tempore, vnum laïcum diſcipulum Auguſtini, alterum qui Arelatenſi Eccleſiæ præfuit poſt an. Dom. 429. obeunte Honorato. Vnde Hilarij epiſt. ad Auguſtinum numero 88. apud Louanienſes, eſt eiuſdem Hilarij laïci, & in ea Arelatenſis vocabulum irrepſiſſe videtur, ſcripta eſt enim tempore incipientis hæreſeos Pelagij; alia autem quam ſcripſit cum Proſpero, litteris mandata eſt poſt damnatam hæreſim Pelagij.

15. RAVENNIVS ex Presbytero Arelatenſi, & comite Beati Hilarij Epiſcopi in itinere Romano ad S. Leonem 1. Papam ſuffectus in locum eius ſedere cœpit an. Dom. 449. Qui & ab eodem Leone confirmatur epiſt. 106. quæ in membranis veteris codicis Arelatenſis Archiepiſcopatûs, ſeu libro Authoritatum SS. Patrum, & Tom. 1. Concil. Gallicanorum habetur: *DILECTISSIMIS fratribus Conſtantino, Audentio; Ruſtico, Auſpicio, LEO Papa. Iuſta & rationabilis nobis cauſa gaudendi eſt; &c. Quòd ergo in Arelatenſium ciuitate defuncto ſanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum, Fratrem RAVENNIVM, ſecundùm deſideria Cleri, honoratorum, & plebis, vnanimiter conſecraſtis, bonum fraternitatis veſtræ opus noſtro indicio roboramus. Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec ſtudia ciuium defuerunt, poſtulationis quidem humanæ, ſed inſpirationis credimus eſſe diuinæ. Vtatur itaque, fratres chariſſimi, Dei munere memoratus Antiſtes, & ſecun-*

dum conſonantia omnium Ordinum vota, quid ex ipſo deuotionis expectetur intelligat: vt diſpenſationis ſibi credita diligens ac temperans executor, veſtro teſtimonio non inferior, & noſtro fauore per omnia ſit dignior: Deus vos incolumes cuſtodiat, Fratres chariſſimi. Dat. II. Kal. Septembris, Aſterſo & Protogene VV. CC. Conſulibus.

Et Epiſtolâ xc. de eiuſdem RAVENNII ad Epiſcopatum promotione ſic loquitur: Prouectionem dilectionis tuæ, quæ ſummi Sacerdotij adepta eſt dignitatem, ita nobis placere cognoſce, vt non ſolùm tibi de honoris augmento, ſed etiam Arelatenſi Eccleſiæ cui Dominus te præpoſuit, gaudeamus. Ad omnium enim fidelium decus atque vtilitatem redundat, cùm talis habeatur Antiſtes, cuius plurimi & adiuuentur præſidio, & incitentur exemplo. Sed illuſtre inprimis elogium eſt ordinationis Rauennij, in libello Epiſcoporum Prouinciæ, Leoni Papæ oblato an. 450. de renouando
450. Eccleſiæ Arelatenſis priuilegio, quod ideo exſcribimus, quia laudes & priuilegia hujus Metropoleos ibidem celebrantur; prodiit illud integrum Tom. 1. Concil. Gall. vt hæc verba oſtendunt:

MEMORES quantum honoris & reuerentia beatiſſima Sedi Apoſtolorum, cui vos Dominus noſter IESVS Chriſtus pro meritis ſanctitatis voluit præſidere, ſemper debitum fuerit, ſempérque debeatur, ordinationem, quâ Sanctus frater & Coëpiſcopus noſter RAVENNIVS in ciuitate Arelate, poſt tranſitum beata recordationis Hilarij Epiſcopi, concordantibus omnium votis ad ſummum Pontificium Domino fauente prouectus eſt, miſſis continuò literis Apoſtolatui veſtro, indicare curauimus. Quibus à beatitudine veſtrâ tanta dignatione & caritate fuiſſe reſponſum, immenſas gratias agimus, etſi tantas, quantas debemus, referre non poſſumus. Notum licèt nobis antè iam fuerit prædictum ſanctum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum maximè corona veſtra gratiam morum veſtrorum manſuetudine & ſanctitate meruiſſe: perceptis nunc tamen beatitudinis veſtra literis, quanta eum caritate complectamini, euidenter agnouimus. Vnde præmiſſis officiis, qua Apoſtolatui veſtro iure debentur, ſuggeſtionem noſtram, qua iuſtitia partibus fungitur, audiendam à coronâ veſtrâ minimè dubitamus. Quippe cum non aliqua noua inſtitui, ſed priſca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim iuſtum eſt, vt honorem eius, quem vt probauimus impensè diligitis, illa res minuat, quod pietatem veſtram alter oſtendit. Et ſanè manifeſtum eſt Eccleſia Arelatenſi diuina gratia fauorem adeſſe, cui talem habere contigit Sacerdotem, per quem priuilegia dignitatis antiqua, qua dolebat ſibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus Apoſtolica Sedis auctoritatibus reformata. Omnibus etenim Gallicanis regionibus notum eſt, ſed nec ſacro-ſancta Eccleſia Romana habetur incognitum, quòd prima inter Gallias Arelatenſis ciuitas, miſſum à beatiſſimo Petro Apoſtolo S. TROPHIMVM habere meruit ſacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum Fidei & religionis infuſum, priùſque alia loca ab hoc riuo Fidei, quem ad nos Apoſtolica inſtitutionis fluenta miſerunt, meruiſſe manifeſtum eſt Sacerdotes, quam Viennenſem ciuitatem, qua ſibi nunc impudenter ac notabiliter Primatus expoſcit indebitos. Iure enim ac meritò ea vrbs ſemper apicem ſancta dignitatis obtinuit, qua in S. Trophimo primitias noſtra religionis prima ſuſcepit, ac poſtea intra Gallias hoc, quod diuino munere fuerat conſecuta, ſtudio doctrina ſalutaris effudit. Cuius honoris obtentu, Eccleſiam Arelatenſem omnes deceſſores, prædeceſſoréſque noſtri, velut matrem debito ſemper honore coluerunt, tenentéſque traditionem totam, ab hac ſibi ciuitatis noſtra Sede Epiſcopos poſtularunt. Ab huius Eccleſia ſacerdote tam deceſſores noſtros, quàm nos ipſos, conſtat in ſummum Sacerdotium donante Domino conſecratos. Quam quidem antiquitatem ſequentes prædeceſſores beatitudinis veſtra, hoc quod erga priuilegia Arelatenſis Eccleſia inſtitutio veſtra tradiderat, promulgatis, ſicut & ſcrinia Apoſtolica Sedis proculdubio continent, auctoritatibus confirmarunt: credentes plenum eſſe rationis atque iuſtitia, vt ſicut per Beatiſſ. Petrum Apoſtolorum Principem ſacroſancta Eccleſia Rom. teneret ſupra omnes totius Mundi Eccleſias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatenſis Eccleſia, qua S. Trophimum ab Apoſtolis miſſum Sacerdotem habere meruiſſet, ordinandi Pontificium vendicaret. His ſecundum religionem vtitur priuilegiis Eccleſia memorata. Ceterùm multa ſunt quibus ſecundum inſtituta Principum cunctis intra regiones noſtras ciuitatibus præferatur. Hac in tantum à glorioſiſſima memoria Conſtantino peculia-

riter honorata eſt, vt ab eius vocabulo, præter proprium nomen, quo ARELAS *vocatur, Conſtantinæ nomen acceperit. Hanc clementiſſimæ recordationis Valentinianus & Honorius fideliſſimi Principes ſpecialibus priuilegiis, & vt verbo ipſorum vtamur, matrem omnium Gallorum appellando decorarunt. In hac vrbe quicúmque intra Gallias ex tempore prædictorum oſtentare voluit inſignia dignitatis, Conſulatum ſuſcepit & dedit. Hanc ſublimiſſima Præfectura, hanc reliquæ poteſtates, velut communem omnibus patriam ſemper inhabitant. Ad hanc ex omnibus ciuitatibus multarum vtilitatum cauſâ concurritur. Et planè ita ſibi erga priuilegia memorata, vel Eccleſia, vel ciuitatis, diuina, vt credimus, diſpenſatione omnia conſenſerunt, vt ſemper ſicut Eccleſia Arelatenſis intra Gallias Primatum in ſacerdotio antiquitatis merito, ita etiam ciuitas ipſa Principatum in ſæculo opportunitatis gratia poſſederit. Vnde factum eſt, vt non ſolùm prouincia Viennenſis ordinationem, ſed etiam trium prouinciarum contemplatione S. Trophimi, ſicut & ſanctorum prædeceſſorum veſtrorum patefactum ſibi teſtantur auctoritas, Arelatenſis Eccleſia ſacerdos ad ſollicitudinem ſemper ſuam curámque reuocauit: Cui id etiam honoris dignitatíſque collatum eſt, vt non tantùm has prouincias poteſtate propriâ gubernaret, verùm etiam omnes Gallias, ſibi Apoſtolicæ Sedis vice mandatâ, ſub omni Eccleſiaſticâ regulâ contineret. His itaque omnibus intimatis & in notitiam beatitudinis veſtræ fideli aſſectione perlatis, quæſumus, & obſecramus Coronam Sanctimoniæ veſtræ per nomen Domini noſtri* IESV CHRISTI, *qui in vobis iuſtitiam, patientiam, tranquillitatem, & bona totius Sanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatiſſimum Apoſtolum Petrum, quem vita & conuerſatione veſtrâ nobis diuino munere redditum credimus, vt quicquid Arelatenſis Eccleſia, ſicut ſuperius indicauimus, vel ab antiquitate ſuſcepit, vel poſtea auctoritate Sedis Apoſtolicæ vindicauit, id omne ad ſuum Pontificium reuocare, eiuſdem Eccleſiæ ſacerdotem beatitudinis veſtræ auctoritas in perpetuum manſura præcipiat.*

Hoc eodem anno Pont. Max. Leo epiſt. 109. ad Epiſcopos Prouinciæ ſcriptâ, controuerſiam inter Viennenſem & Arelatenſem Antiſtites prouinciæ diuiſione compoſuit. RAVENNIVS autem an. 451. cum cæteris Com- 451.
prouincialibus Epiſcopis Galliæ, eidem Leoni Epiſtolam Synodicam inſcribit de Flauiano Conſtantinopolitano Epiſcopo; & 452. monitus eſt à 452.
Papâ de ſolemnitate Paſchali obſeruandâ; Sub cuius Pontificatu, vt videtur, circà hæc tempora Concilium Arelatenſe II. celebratum eſt, in quo confirmatur priuilegium Arelatenſis Epiſcopi canone 18. ad Synodum eius arbitrio congregandam. Idem præfuit Concilio Arelat. III. an. 455. in 455.
cauſâ Fauſti Abbatis Lerinenſis. De quo Antiſtite etiam plura apud Baronium & Sirmondum legere eſt, cum tractant de Conciliis Arelatenſibus. Porrò Leone Papâ adhuc ſuperſtite,
hoc eſt ante annum 461. vitâ functus 461.
eſt RAVENNIVS, vt Hilari ad Leontium, Rauennij ſucceſſorem epiſtolæ docent; Et ex eo ſatis liquet, quod non fuerit Arelatenſis Epiſcopus *S. Auguſtalis* ad an. 462. Septembris 27. cuius tamen Venerabilis Beda, Martyrologium Romanum, Saxius, aliíque Scriptores meminerunt, vnde Baronius dubitat eum ſediſſe; nec enim is eſſe poteſt, qui ſubſcripſiſſe legitur Concilio Arauſicano I. tempore S. Leonis, cum Sedi Arelatenſi præeſſet Hilarius.

16. LEONTIVS anno Chr. 462. 462.
Hic dilectiſſimi, chariſſimíque fratris & Sanctitatis titulo commendatur à Summo Pontifice. Hilarus autem Papa epiſt. 5. ei ſcribit 25. Ianu. eiuſdem anni, vt electionem ſuam ad B. Petri cathedram vniuerſis Galliarum prouinciis denuntiet; epiſtolâ VI. reſpondet ad literas Leontij per Papolum olim miſſas, quibus ſtudium eius in cuſtodiendis Canonum regulis laudat. Ei quoque Pont. Max. per literas ſignificat, vt relationem mittat de Herme, qui Epiſcopatum Narbonenſem temerè vſurpaſſe diceba-
tur circa an. 462. Committitur etiam 462.
Leontio examinanda in Synodo cauſa Mametti Viennenſis Epiſcopi, qui extrà fines ſuos indebitè Dienſibus Epiſcopum ordinauerat. Et colligitur ex 7. epiſt. Dec. 3. die eiuſdem anni, dari facultatem à Sede Apoſtolicâ, vt Concilia quotannis à Leontio
conuocentur. Huic anno 464. con- 464.
trouerſiam delegauit Ingenui & Auxanij Epiſcoporum, & de Cemelenenſis ciuitatis, & Nicaenſis caſtelli ad vnius Epiſcopi regimen reuerſione. Demum præfuit LEONTIVS cir-
cà an. 475. Concilio Arelatenſi, quod 475.

ad condemnandum prædeſtinationis
errorem congregatum eſt, qui vt Proſ-
per & Sigebertus in Chronicis tra-
dunt, Honorij ortus Principatu, ex
libris S. Auguſtini malè intellectis
initium ſumpſiſſe ferebatur. Quo e-
nim conſilio coacta fuerit hæc Syno-
dus, quæ in ea tractata, declarant
Fauſti Epiſcopi Reienſis libri duo de
Gratiâ Dei & humanæ mentis libero
Arbitrio; & teſtatur in prologo ad
eundem Leontium, quem Beatiſſi-
mum Papam & Concilio ſummorum
Antiſtitum congregato præſediſſe do-
cet. De quo etiam legendus eſt Sir-
mond. Tom. 1. Concil.

17. S. ÆONIVS Leontij ſucceſ-
492. ſor circà an. Dom. 492. vel etiam vt
alij volunt, 494. Gelaſius Papa die
494. 23. Aug. eiuſdem anni de ipſius ad
ſummum Eccleſiæ Pontificatū aſſum-
ptione epiſtolam ſcripſit XII. quâ
eum monet mutuam charitatem cum
fide retinendam eſſe: Symmachus
499. item Pontifex epiſt. 2. an. 499. Oct.
30. Æonio ſuggeſſit, vt nuntios de
controuerſiâ Primatûs inter eum &
Viennenſem Antiſtitem inſtructos ad
Sedem Apoſtolicam delegaret; Si-
500. quidem an. Ch. 500. Sept. 29. iuſſit
antiqua decreta obſeruari, reſciſſis iis
quæ Anaſtaſius II. deceſſor Eccleſiæ
Viennenſi innouauerat, vt in epiſt. 1.
eiuſdem Symmachi memoratur. De
ÆONIO mentio eſt in vitâ S. Cæ-
ſarij relatâ in Chronico Lerinenſi.
Sepelitur autem in æde S. Honorati,
& feſtum eius colitur 30. Aug. licet
ad cæleſtem patriam migrarit XVI.
Cal. Septembris.

18. S. CÆSARIVS magni nominis
Epiſcopus patriâ Cabilonenſis, genere
clarus, celeberrimi Cœnobij Lerinen-
ſis Inſulæ ſub Porchatio Abbate mo-
nachus, poſteà factus eſt Abbas, indé-
que ob famam eius eximiam, tam ex
doctrinâ quàm ex vitæ ſanctitate com-
paratam, inuitus trahitur ad regimen
Epiſcopatûs in locum Æonij propin-
502. qui 502. eo anno quo Sedem Pontifi-
ciam reliquit, prius ab ipſo ordinatus
Presbyter. Quo in munere bis exilio
mulctatus eſt. Nam à Licinianno ipſius
Notario inſimulatus apud Alaricum
Veſigothorum Regem Arrianum, eo
prætextu, quod Burgundionibus Fran-
ciſque vrbem ſuam tradere moliretur,
Burdegalā relegatus eſt, vbi miraculis

A virtus eius effulſit, & cùm ibidem
exularet, reddenda docuit Cæſari quæ «
ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei, Deo; «
& ſe in Arriano Principe dogmatis «
prauitatem ſolùm contemnere. Eum «
Burdegalæ morantem, Ruricius Le-
mouicenſis Epiſcopus inuiſit, vt ipſe
ſignificat in epiſtola ad eundem; com-
pertáque innocentiâ, ad Eccleſiam
ſuam Arelatenſem redire iuſſus eſt;
paulò ante reuocatus, quàm ipſe Ala-
ricus à Clodouæo Rege Francorum
in Vogladenſibus campis Pictonicis
interficeretur. Narrat Cyprianus in
eius vitâ apud Surium, eundem S. Cæ-
B ſarium Arelato obſeſſo, proditionis
falsò à Iudæis & hæreticis accuſatum
fuiſſe, & à militibus Gothis in carce-
rem detruſum, poſteáque Rauennam
ad Theodoricum Regem Italiæ miſ-
ſum; vbi ab eodem Principe, cognita
ipſius ſanctimoniâ magnis muneribus
donatus eſt, quæ in alimoniam paupe-
rum & redemptionem fidelium, etiam
vſque ad diſtractionem vaſorum Ec-
cleſiæ impendit. De huius in paſcen-
dis captiuis alacritate ac fiduciâ in
Deum, nauibúſque tritico plenis à
Gundobado & Sigiſmundo Regibus
Burgundionum opportunè, cùm pa-
C nes deeſſent, ad illum miſſis, meminit
Meſſianus Presbyter lib. II. vitæ S.
Cæſarij: Romam deinde ad limina
Apoſtolorum acceſſiſſe, & à Senatu,
populóque Romano, ac Symmacho
Papâ magno cum honore acceptum,
poſt nonnulla edita eâ peregrinatione
miracula, tandem Arelatem rediiſſe,
teſtantur Annales Eccleſiaſtici. Mul-
tis interfuit Conciliis Cæſarius: præ-
fuit enim Agathenſi an. 506. Arela-
tenſi IV. 8. Idus Iun. 524. in Conuentu 524.
Epiſcoporum ad dedicationem baſi-
licæ B. Mariæ congregato. Subſcri-
bit item Carpentoratenſi, 527. Vaſenſi
D 2. & Arauſicano 2. 529. vbi actum fuit 529.
de Gratiâ & de Libero Arbitrio, &
Bonifacius 2. eius rogatu confirmat
530. ea quæ in Synodo Arauſicanâ fue-
rant definita. Ceterùm eidem diuer-
ſis temporibus ſcripsêre Summi Ponti-
fices, Symmachus enim libelli à Cæſa-
rio oblati conſultationibus reſpondet,
an. 506. & 10. epiſt. confirmat diuiſio-
nem Prouinciæ inter Eccleſias Vien-
nenſem & Arelatenſem à Leone Papa
conſtitutam 513. Hormiſda epiſt. 30.
ad Cæſarium docet, Dardaniæ & Illy-
rici Epiſcopos ad Sedis Apoſtol. com-

munionem Eutychianâ hæreſi damna- A
528. târedijſſe. Felix IV. an. 528. ei ſcribit
de laïcis ad ſacerdotium non promo-
uendis, & examinandâ cauſam Contu-
melioſi Epiſcopi Regienſis denuntiat
533. circa 533. ac tandem Agapetus epiſt. 7.
de eodem Contumelioſo agit, qui ad
Sedem Apoſtol. appellauerat. Habuit
is Præſul ſanctas Virgines ſorores duas
eiuſdem nominis & muneris Cæſarias,
vnam, quam Maſſiliæ edoctam religio-
ſum inſtitutum, poſteâque Magiſtram
S. Radegundis Reginæ, cuius præco-
nia canit Fortunatus l. 8. c. 4. Arela-
tenſi à ſe conſtructo celebri Virginum B
Cœnobio præfecit Cæſarius, eique
Regulas Monaſticas, vt obſeruaret,
præſcripſit, ad quem etiam reliquúm-
que Clerum Eccleſiæ Arelatenſis, con-
ſcriptum extat per modum epiſtolæ
ipſius Cæſarij teſtamentum, quod
apud Baronium Tomo 6. Annal. Sa-
xium in Pontificio ſuo, & in archiuis
Archiepiſcopatûs Arelat. relatum eſt.
Alteram Cæſarij germanam, quæ prio-
ri, ſuperſtite adhuc Cæſario, in deffun-
ctæ Abbatiſſæ munere ſucceſſit, aucto-
re Cypriano in vitâ huius Sancti, quam
ipſius togatu compoſuit: ab hâc eâ-
dem Radegundis Regulam Cæſarij C
quam Monaſterio traderet, expetiit.
Tandem ad Dominum exitu fœlici
543. migrauit an 543. die 27. Aug. ætatis
73. ſepultus in Monaſterio Virginum
Arelate. Tumulum eius Sarraceno-
rum furore deſtructum Gemminus
Paulus inſtaurauit; Nunc Epitaphium
eiuſdem addendum eſt quod his verſi-
bus conditum, apud Baronium repe-
titur in Tomo IX. Annalium.

Cernitur hic Pario renouatum marmore tegmen,
Patri CÆSARIO *Pontificique ſacro:*
Quod ſcelerata cohors rabie deſtruxit acerbâ, D
Hanc virtute Dei ſorbuit vnda maris.
Præſul & in ſtagno ARELATIS *ſede locato,*
GEMMINVS *id* PAVLVS *ſtrenuè compſit opus,*
Cui Chriſtus tribuat cæleſtis præmia vitæ,
Cætibus Angelicis conſocietur ouans.
Et nobis, venerãde Pater, miſerere precando,
Diluat vt noſtra crimina cuncta Deus.

Plures habuit Cæſarius diſcipulos, quorum Cyprianus res eius præclarè geſtas literis mandauit; Meſſianus Notarius, pòſt Preſbyter, vnà cum Stephano Diacono, poſteriorem ipſius vitæ librum conſcripſit. De hoc Præſule legendi Ennodius Ticinenſis Epiſcopus, ſiue, vt vocant Papienſis, in Epiſtoſtolis ad eundem, Gennadius de illuſtrib. Eccleſiæ Scriptoribus c. 86. Gregor. Turon. l. 9. c. 39. Honorius Auguſtodunenſis, Fortunatus, Odo in vitâ S. Geraldi, Florianus Monachus in epiſt. ad Nicetium Treuirenſem, qui præclarum de tanto viro habet elogium: *Sed & Coronæ veſtræ ſocium,* inquit, *beatæ memoriæ Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum, qui vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orphanorum, paſtor egentium, qui tanti cenſus effuſione nil perdidit, Catholicæ regulam diſciplinæ dictis factiſque demonſtrans.* Bellarminus in opere de Scriptoribus Eccleſ. Baron. & Spondan. in Annalib. Poſſeuinus in apparatu Sacro, Sirmondus Concilior. Tomo 1. Vincent. Barralis qui librum de vitâ ipſius Cæſarij ſuppleuit, & ſecundum adiecit in Chronologiâ Sanctorum Lerinenſium. Varia autem elucubrauit Cæſarius literarum monimenta, quorum plurima exciderunt, ſuperſunt tamen Homiliæ, quæ leguntur in Bibliothecâ Sanctorum Patrum: Decreta trium Conciliorum Arelatenſium, Regula ad Monachos & Moniales, quod opus ab aliquibus tribuitur Tetradio eius nepoti. Sed vitæ & ſcriptorum eius, quæ extant, elenchum euulgauit vir eruditus R. P. Ludouicus Iacob Carmelita, Regis Eleemoſynarius, in libro de claris Scriptoribus Cabilonenſibus.

19. AVXANIVS Præfecto Prætorio patre natus, deffuncto Cæſario
ſubſtitutus eſt anno 543. qui cùm pri- 543.
mus Gallicanorum Antiſtitum per Legatos Pallium petijſſet à Vigilio Papâ, hicque ei dare diſtuliſſet, quoad certiorem feciſſet Imperatorem, tandem anno ſequenti petente Childeberto Franc. Rege & conſentiente Iuſtiniano Imperat. eidem non ſolùm Pallij vſum conceſſit Pontifex, ſed & vices
ſuas in Galliâ an. 545. 22. die Maij de- 545.
legauit, admonens, vt pro tanto Principe Deum oraret, pacémque inter ipſum & Childebertum conſeruare ſtudeat. Ac quidem de iis patet epiſtolis duabus, ab ipſo Vigilio ad eundem Præſulem, aliâque ad omnes Epiſcopos ſub regno Childeberti conſtitutos, ſcriptis die 15. Cal. Nou. huius anni, & 11. Kal. Iunij ſequentis, quibus eundem Epiſcopum hortatus eſt, vt pacis fœdera integra inter eos Principes

cipes cuſtodiri procuraret. Extant ve- A
rò manuſcriptæ iſtæ epiſtolæ in ſcriniis
Arelatenſibus,& in editione Concilio-
rum leguntur. Idem Vigilius commi-
ſit examinandam cauſam Prætextati
Epiſcopi Auxanio, qui morte ſublatus
546. eſt an. Dom. 546. ſcribentibus Baro-
nio, & Spondano in Annalibus Ec-
cleſiaſticis.

20. S. AVRELIANVS ex Patri-
tiorum Aurelianorum ſtirpe editus in
Galliâ Narbonenſi, vt memorant En-
nodij literæ, eodem anno, quo Auxa-
nius rebus humanis exceſſit, ad Ponti-
546. ficatum peruenit 546. quem Vigilius B
Papa petente Childeberto Rege &
conſentiente Imperat. Vicarium ſuum
conſtituit, literis hoc anno, die 23.
Aug. miſſis, cùm ad ipſum Aurelianum,
tùm ad cæteros Galliarum Epiſcopos;
„ Quia, inquit, dudum Auxanio quon-
„ dam Arelatenſis ciuitatis Antiſtiti, vi-
„ cum noſtrarum ſollicitudinem dedera-
„ mus; ſed curſum vitæ præſentis im-
„ plendo de hâc luce migrauit, in cuius
„ loco AVRELIANVS frater noſter
„ noſcitur ſucceſſiſſe: neceſſarium valdè
„ credimus, ſollicitudinem hanc à no-
„ bis antefato debere committi, confi-
„ dentes illum & pro loci ſui qualitate C
„ bonis actibus vniuerſa, quæ Deo pla-
„ ceant, poſſe complere: & maximè cùm
„ glorioſus filius noſter Childebertus
„ Rex, teſtimonium bonæ conſcientiæ
„ pro Chriſtianâ ſuæ voluntatis deuotio-
„ ne perhibuit: Concilio Aurelianenſi
v. ſecundus à Sacerdote Lugdunenſi
549. ſubſignauit 549. ad eúmq; ſcripta eſt
an. 550. epiſtolâ eiuſdem Vigilij Pont.
550. de quæſtione in ſui defenſionem, pro
Calcedonenſi Synodo, quâ hortatur,
vt Childeberto ſuggerat ad Regem
Gothorum ſcribere, ne quid in Eccle-
ſiâ Romanâ turbari ſinat in præiudi-
cium veræ religionis, vrbe à Rege To- D
tilâ nouiſſimè captâ; rogátque, vt de
eius incolumitate, Eccleſiæque Roma-
næ iuribus conſeruandis ſatagat, ope-
ra Childeberti, Chriſtianitatis, vt vo-
cat, ſtudioſiſſimi. Sanctus autem AV-
RELIANVS dicitur in epiſtolâ Le-
gatis Francorum qui Conſtantinopo-
lim proficiſcebantur, directâ ſub an.
552. 552. vbi ad Vigilium Legationem in
causâ trium capitulorum miſiſſe ſcri-
bitur, quam recitat Sirmondus: de illo
etiam Præſule meminerunt Vſuardus,
Baronius, Spondanus, & Proprium
Arelatenſis Eccleſiæ. Fallitur verò
A Seuertius cùm ait, AVRELIANVM
noſtrum Arelatenſem, eundem eſſe
cum alio cognomine, qui Lugdunenſi
præfuit Metropoli, vt dicemus ſuo lo-
co.

21. SAPAVDVS illuſtri ſanguine
oriundus, filius fuit Placidi viri ma-
gnificentiſſimi & Patritij, vt inquit Pe-
lagius Papa epiſt. 8. dicitúrque Apo-
ſtolicus vir in vitâ S. Ruſticulæ Abba-
tiſſæ. Præfuit Concilio Arelatenſi v.
Iunij 29. an. 554. atque etiam intereſt 554.
Pariſienſi 2. in causâ Saffaraci Epiſco-
pi 555. Pariſienſi item IV. 573. Valen- 573.
B tino 2. 584. & Matiſconenſi 2. ſubſcri-
bit 585. Flauianum quoque Diaco- 584.
num & Neſtorium Legatos Romam ad
Pelagium direxit, qui diplomate Pon- 585.
tificio an. 557. Febr. 3. eum Vicarium
Sedis Apoſtolicæ creauit: exemplar
huius epiſt. 6. è tomo I. Concil. Gal-
liæ hîc exhibemus:

*Dilectiſſimo Fratri SAPAVDO PE-
LAGIVS. Maiorum noſtrorum, operan-
te Dei miſericordiâ, cupientes inhærere ve-
ſtigiis, & eorum actus diuino iuuamine in
omnibus imitari, caritati tuæ per vniuer-
ſam Galliam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui
diuinâ gratiâ præſidemus, vices iniungi-*
C *mus. Hoc enim antiquitatis memoria do-
cet, hoc etiam Romana teſtantur ſcrinia, à
Sanctis Patribus & deceſſoribus noſtris tuis
deceſſoribus eſſe conceſſum: vt illius ſtabilis
petræ ſempiterna ſoliditas, ſupra quam Do-
minus Saluator noſter propriam fundauit
Eccleſiam à Solis ortu vſque ad occaſum,
Primatus ſui apicem ſucceſſorum ſuorum
authoritate, tam per ſe, quàm per Vicarios
ſuos firmiter obtineret, &c. Hinc eſt, quòd
nos fraternitati tuæ huiuſmodi curas iniun-
gimus, vt Sedis noſtræ Vicarius inſtitutus,
ad inſtar noſtrum in Galliarum partibus
primi ſacerdotis locum obtineas, & quid-
quid ad gubernationem vel diſpenſationem*
D *Eccleſiaſtici Status gerendum eſt, ſeruatis
Patrum regulis, & Sedis Apoſtolicæ con-
ſtitutis, diuini iudicij conſideratione, diſ-
penſes; talémque te in cuſtodiendis cano-
nibus ſanctâ conuerſatione demonſtres, qua-
lem tanti loci decet eſſe Vicarium, &c.
Vſum quóque Pallij tibi alacriter, affectio-
séque concedimus; pariter etiam pallium
dirigentes, vt in tanti loci faſtigio conſti-
tutus, præclaro quóque habitu decoreris,
ſcituris omnibus Eccleſiaſtici gradus homi-
nibus, nullam haberi licentiam, ſine for-
matâ tuæ caritatis, ex quacúmque Gallia-
rum parte longiores petere regiones; ne pro-
hibita præſumentes ipſi ſe proprio videantur*

priuare officio, &c. Data 3. Non. Februar. A
an. xvi. P. C. Baſily V. C. Sapaudi
etiam, quem aliter Sapaudum vocitat
Gregorius Turonenſis, mentio fit lib.
4. Hiſt. Franc. cap. 30. vbi comme-
morat Arelaro obſeſſo, ciues à Sige-
berti partibus ſtantes aduerſus Gun-
tramnum Regem, ad dimicandum ſub
ſignis Firmini Comitis Arelatenſis,
contra exercitum Celſi Patritij, ſua-
dente hoc Pontifice, vrbe egreſſos fuiſ-
ſe; Sed poſteà obſeratis portis, pluri-
mi eorum obtruncati, & flumine Rho-
dano ſuffocati perierunt. Fato ſuo fun-
ctus eſt SAPAUDUS, Arelatenſis An-
586. tiſtites an. Sal. 586. xi. regni Childe-
berti.

22. LICERIUS Guntramni Regis
Referendarius, Sapaudo defuncto, in
Epiſcopum aſſumptus fuit, vt memo-
586. rat idem Gregorius lib. 8. c 39. De-
ceſſit an. xiii. eiuſdem Childeberti
Regis, vt ipſe Turonenſis affirmat lib.
9. c. 23. Ex hoc igitur loco emendan-
dus Saxius in Pontificio Arelatenſi,
vbi contrà mentem Gregorij *Paſcha-
ſium* quendam Licerij ſucceſſorem in-
duxit.

23. S. VIRGILIUS patriâ Aqui- C
tanus, ex monacho Lerinenſi Abbas
Auguſtodunenſis, Pontificatum adi-
piſcitur opitulante Syagrio Eduenſi
Epiſcopo, poſt mortem Licerij, vt au-
ctor eſt Greg. Turon. lib. ix. cap. 23.
588. ad an. 588. Childeberti Regis decimũ-
tertium. Fuit is S. Gregorio Magno
Papæ familiaris, quem multis laudibus
& prærogatiuis exornauit; appellat
enim eum in epiſtolis, quæ complures
ad illum inſcribuntur, habentem vin-
culum omnium virtutum, charitatem,
afficit eum titulo Sanctitatis; & epiſt.
50. lib. 4. Pallij vſum in Eccleſiâ ad
Miſſarum ſolemnia, vicéſque Sedis
Apoſtolicæ ei demandat, ſuffragatio- D
ne Childeberti Regis motus, iuxta an-
595. tiquam conſuetudinem an. 595. Iunij
die 6. quem monet, vt ſimoniacam la-
bem prohibeat: Sunt & aliæ epiſtolæ
eiuſdem, ad Virgilium, cæteróſque
Epiſcopos Galliarum, quibus datur in
mandatis, vt ei obediant, & ab ipſo
vocati ad Synodum veniant, ne quis
eorum ad longinqua loca ſine illius
auctoritate proficiſcatur. epiſt. 53. lib.
596. 5. an. 596. ei commendat Auguſtinum
cum Candido presbytero in Angliam
euntem, vbi *Metropolitanum Galliæ* nun-
cupat. Tum etiam epiſt. 115. lib. 7.
599. confirmantur priuilegia per Vi- 599.
gilium Papam conceſſa, Monaſterio
virorum à Childeberto Rege intra
muros Arelatenſis vrbis extructo.
epiſt. 49. libri 9. an. 600. præcipitur 600.
Virgilio, vt Simoniacas ordinationes
funditus eradicet. Poſtremò iterum
Auguſtinus in Britanniam tendens, ei-
dem cõmendatur an. ſequenti 601. Ex 601.
quibus omnibus epiſt. patent virtutes,
vitæ integritas, aliæque dotes animi &
ſuſpicienda fama B. Virgilij noſtri, qui
inter Epiſcopos Gallicanos eminebat:
ædificauit extrà vrbem templum SS.
B Trophimo & Honorato dicatum, in
quo ſepelitur ipſe VIRGILIUS, vt
teſtatur vita ipſius ex antiquo MS. eru-
ta, quam Chronologiæ Lerinenſi cum
notis inſeruit Barralis. Feſtum eius ce-
lebratur ab Eccleſiâ Arelat. Octob.
7. & à Lerinenſibus 3. Non. Mar-
tij.

24. THEODOSIUS in codice Bel-
louacenſi *Theodoricus* nominatur. Is
eſt, qui an. 648. ex officio Epiſcopali 648.
Prouinciam Metropolitico iure luſtra-
uit, vt narrat charta antiqua Arelaten-
ſis. Verùm quia publicam pœniten-
tiam profeſſus fuerat, ſuſpenditur à
munere Pontificio, Decreto Patrum
Concilij Cabilonenſis circà an. 650. 650.
Oct. 25. vſque ad futurum Concilium,
cui audiendus intereſſe debebat. Hâc
de re ſcripta eſt ad eũ epiſtola, nomine
Concilij quæ ſic habet: Domino ſem- „
per peculiari ſuo, THEODOSIO Cœ- „
tus Epiſcoporum, qui nupereſt Cabi- „
lono vrbe cum Chriſti gratiâ aduna- „
tus. Omnibus veridicâ relatione per- „
patuit, quod nec vos credimus igno- „
raſſe, quòd glorioſus Dominus Clo- „
doueus Rex in ſupraſcriptâ vrbe Cabi- „
lono VIII. Calendas Nouemb. Syno- „
dale præcepit eſſe Concilium. Vbi „
omnibus nobis, qui in baſilicâ domni „
Vincentij pariter reſidentes, veſtrum „
aduentum, dum vos propinquos, & iam „
in ipſa vrbe eſſe audiuimus, omnimo- „
dis præſtolati ſumus, datur intelligi, „
pro quâ re vos in ipſo Concilio non „
voluiſtis adeſſe, dum multa aduerſus „
vos, & de indecenti vitâ & de exceſſu „
canonum, quod maximè condolemus, „
peruulgata narrantur. Nam & ſcripta, „
qualiter vos conſtitit pœnitentiam „
fuiſſe profeſſos, veſtra manu vidimus, „
& comprouincialium veſtrorum ma- „
nibus roborata. Vnde vos credimus „

» iam legiſſe, nec vos penitus ignota-
» mus, quòd qui publicè pœnitentiam
» profitetur, Epiſcopalem cathedram
» nec tenere, nec regere poteſt. Propte-
» rea ſalutantes Beatitudinem veſtram
» honorificè, indicamus vt vſque ad
» aliam Synodum de Arelatenſi Sede,
» vbi vos conſtat Pontificalem cathe-
» dram tenuiſſe, debeatis omnimodis
» abſtinere, & de facultate ipſius Eccle-
» ſiæ nihil ad veſtram dominationem,
» donec in audientiâ ante fratres con-
» ueniatis, penitus præſumatis.

25. IOANNES I. vitæ diem clau-
675. ſit extremum an. 675. Legendus Beda cognomento Venerabilis Auctor Hiſt. Eccleſiaſticæ Anglorum lib. 4. cap. 3. Item Surius in vitâ S. Theodori Cantuarienſis Epiſcopi & Papirius Maſſonus lib. 1. Annal. Francorum.

26. FELIX Legatus venerabilis Synodi per Galliarum Prouincias conſtitutæ appellatur, in Concilio Roma-
680. no ſub Agathone circiter an. 680. vt eſt in actione 4. Synodi in Trullo.

27. S. NAZARIVS recenſetur in veteribus MSS. Lerinenſibus, ſeu in Martyrologio Sanctorum huius Monaſterij, abſque vllâ annorum notâ; Quare vt de quorumdam Antiſtitum ſerie, *Anaſtaſij, Auſtroberti, Valberti, Aurely, Polycarpi*, & aliorum qui referuntur à Saxio in Arelatenſi Pontificio, prorſus non conſtat, ita tempus quoque incertum eſt.

28. PAVLVS GEMMINVS ſepulchrum Beati Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi reſtituendum curauit, vt produnt carmina monumento exarata, quæ recitantur à Baronio ſub annum
731. 731. vti ſuprà diximus. Sigebertus tradit Arelatum à Saracenis expugnatum
738. fuiſſe 738. quo tempore à Paganis Prouincia, vt & aliæ Galliarum regiones, ipſáq; Belgica, miſerè deuaſtatæ ſunt; quapropter etiam omiſimus, *Innodium, Georgium, Ratbertum, Cautllanum*, & nonnullos, de quorum Epiſcopatu, hâc ætate nihil ferè certi in vulgatis Eccleſiæ Arelatenſis catalogis compertum eſt. Nam hîc notare conuenit, quòd propter frequentes barbarorum inuaſiones, & per bella ciuilia Carolo Martello Principe, ita perturbata fuit in Galliis Eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio, vt ab anno Chriſti 670. vſque ad
743. 743. Galliæ Archiepiſcopis & Epiſco-

A pis caruerint, teſte Bonifacio in epiſtolâ quam ſcripſit ad Zachariam P. M. cuius hæc verba ſunt: *Franci enim, vt ſeniores dicunt, plus quàm per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ Canonica iura alicubi fundabant, vel renouabant.* Quare Bonifacio Mogontino Antiſtiti laborandum fuit, & tractandum cum Ducibus Francorum Pipino & Carlomanno, pro reſtaurandis Archiepiſcopis per prouincias, & reſtituendâ auctoritate Metropolitanâ; quâ de re agitur in Conciliis & in appen-
B dice ad Synodum Claromontanam.

29. ELIFANTVS Synodo Narbonenſi in baſilicâ S. Iuſti congregatæ, cum Daniele ciuitatis Præſule ſubſcribit primæ Sedis Epiſcopus an. 788. 788.
Ind. 12. in Francofordienſi etiam Concilio 794. Canone VIII. renouata eſt 794.
altercatio inter eundem, & Vrſionem Viennenſem Epiſcopum, in quâ definitur, vt Arelatenſis Eccleſiâ nouem Suffraganeas Sedes haberet, quibus ipſa emineret.

30. IOANNES I. teſtis nominatur in Breuiario diuiſionis theſaurorum, quam poſt obitum ſuum obſer-
C uari iuſſit Karolus Magnus Imperator ſub an. 811. vt legere eſt apud Egin- 811.
hartum in eius vitâ. Miſſus Dominicus eiuſdem Caroli cum Nibridio Narbonenſi, præfuit Concilio Arelatenſi VI. 813. 6. Id. Maias, in Eccleſiâ 813.
S. Stephani Protomartyris celebrato, vbi orationem ante patres Synodi pronuntiauit. Ludouicus Pius Imp. eundem Archiepiſcopum obuiam miſit, Stephano IV. Papæ in Gallias aduentanti 816. cùm oleo ſacro in Eccleſiâ 816.
Rhemenſi ab eo Pontifice inunctus eſt, Imperialique diademate cum Ermingarde Reginâ coronatus, quemad-
D modum Ademarus Hiſtoricus his verbis deſcribit: *Imperator eius, Stephani, aduentu præcognito, Bernardum nepotem eum comitari iuſſit. Sed & appropinquanti alios Miſſos, qui eum cum debito honore perducerent, direxit. Ipſe autem aduentum eius Remis ſuſtinere ſtatuit. Cui etiam obuiam Hildebaldum Archicapellanum ſacri palatij, Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem, IOANNEM ARELATENSEM, aliorúmque Miniſtrorum Eccleſiæ copiam procedere iuſſit, infulis indutos ſacerdotalibus. Ad vltimum Imperator miliario proceſſit à Monaſterio S. Con-*

feſſoris Remigy, & tanquam Beati Petri
Vicarium honeſtiſſimè ſuſcepit.

31. NOTHO memoratur in Con-
uentu Epiſcoporum Toloſæ conuoca-
828. to an. 828. vt ſcribitur in Capitulari-
bus Ludouici Pij Imperat. Intereſt
quoque Concilio Pariſienſi VI. 829.
Iudex item electus 835. in cauſâ Ebbo-
835. nis Remorum Antiſtitis damnati &
gradu ſuo deiecti in Synodo Theo-
donis villæ. Subſcribitque commuta-
tioni factæ apud Arelatum VII. Id.
Nouemb. conſenſu totius Cleri ciui-
tatis ſuæ, anno tegni Ludouici Pij
Imperat. XV. cum Leybulfo Comite
de rebus Eccleſiarum Sanctæ Mariæ
S. Stephani ac S. Geneſij in pago Are-
latenſi, & in inſulâ ſuburbanâ ciui-
tatis Rhodano circumdatâ, cuius di-
ploma exſtat in Hiſtoriâ Abbatum
Lerinenſium. De illo Præſule Flo-
doardus Hiſt. Remenſis lib. 2. cap.
20. & Baronius in Annalib. Tomo
X.

32. RODLANDVS, ſeu ROTLAN-
NVS Metropolitanus Arelatenſis nun-
cupatur, in præfatione Concilij Va-
855. lentini 3. cui interfuit 855. Ad eum
ſcripta eſt, Nicolai 1. Papæ epiſtola
864. an. 864. Maij XII. Indict. 12. in quâ
ipſum ſanctitatis & humilitatis cuncta-
rúmque virtutum floribus tedimitum
vocat, ac ipſius erga Sedem Apoſto-
licam agnitam deuotionem laudat,
aitque prædeceſſores ſuos Romanos
Pontifices in tantum Arelatenſes Præ-
ſules dilexiſſe, vt eis vicem ſuam in
illis partibus retinere conceſſerint.
Huic Crudatenſe Monaſterium à Lu-
douico Imp. datum eſt. De eius obi-
tu ità Annales Francorum Bertiniani
869. ad annum 869. & Aimoinus de geſtis
» Francor. l. 5. c. 23. ROTLANDVS
» Archiepiſcopus Abbatiam S. Cæſarij
» apud Ludouicum Imper. & Ingelber-
» gam adeptus, in inſulâ Camariâ in-
» clitiſſimâ, in quâ res Abbatiæ iace-
» bant, & in quâ portum ibi Saraceni
» habere ſolebant, caſtellum tumultua-
» rio opete de ſolâ terrâ ædificans, au-
» dito Saracenorum aduentu, in illud
» ſatis inconſultè intrauit, & applican-
» tibus ad caſtellum Saracenis amplius
» quàm trecentis ſuorum interfectis, ab
» eiſdem eſt captus, & in eorum naues
» deductus eſt ac religatus, vnde CL.
» libris argenti, & CL. mantellis, &
» CL. ſpathis, & CL. mancipiis, prætet

A ea quæ in placito data ſunt, ad te- «
demptionem eius conceſſis. Interea «
idem Epiſcopus in nauibus moritur «
XIII. Kal. Oct. Saraceni autem ac- «
celerantes de redemptione illius in- «
genioſè, quaſi non poſſent ibi amplius «
immorari, ſi illum vellent recipere, «
redemptores illius redemptionem pro «
eo dare, vt accelerarent, edicunt, «
quod & factum eſt, & Saraceni ſuſce- «
ptâ omni redemptione, miſetunt eun- «
dem Epiſcopum ſedentem in cathe- «
drâ, indutum veſtimentis Sacerdota- «
libus cum quibus captus fuerat, & «
B velut pro honore deportauerunt eum «
in terram è nauibus. Redemptores «
autem illius volentes eum alloqui, & «
congratulati ei, inuenerunt eum mot- «
tuum quem cum maximo luctu ex- «
portantes ſepelierunt X. Kal. Octob. «
in ſepulchro quod ſibi ipſe paraue- «
rat.

33. ROSTAGNVS I. Abbas is fuit
Monaſterij Gordanici in pago Vzeti-
co an. 871. 5. Idus Martias, nomina- 871.
túrq; in chartâ conuenientiæ cum Be-
nedicto & vxore Richildi, initâ pro
emptione villæ Gaudiaci, ex tabulâ
Libri Authentiei Eccleſiæ Arelatenſis
ſcriptâ an. VIII. Lodoici Impet. teſte
C eodem Roſtagno, Leuento Præpoſi-
to, Ioanne Epiſcopo & Garnerio
Abbate. Dicitur Sedis ſuæ magnifi-
cus Archipræſul, in veteri inſtrumen-
to querelæ Niuatdi Præpoſiti S. Ste-
phani & Preſbyteri qui Vgienſem
Eccleſiam beneficiali iure regebat,
874. Kal. Iunij 6. ob redditum ſoli- 874.
dorum, quos reduxit ROSTAGNVS,
ex eò quod batbarorum depredatione
depopulata fuiſſet. In Synodo Pon-
tigonenſi ſe inſcribit 876. Sanctæ 876.
Arelatenſis Eccleſiæ humilem Epiſco-
pum, ac interfuit Trecaſſinæ 2. 878. 878.
D vocatus à Summo Pontifice cum
Suffraganeis Præſulibus, Pallium
ac Vices Sedis Apoſtolicæ adeptus
eſt ab eodem Papâ Ioanne VIII. epiſt.
26. Eius poſteà meminit epiſt. 27. ad
vniuerſos Epiſcopos Franciæ miſſâ,
vt ei vices ſuas in Galliâ habenti om-
nes obediant, nec-non Flodoardus
lib. 3. c. 21. & lib. 4. c. 6. Subſcribit
etiam Synodo Mantalenſi territorij
Viennenſis 879. Idib. Octob. in quâ 879.
Rex Prouinciæ Boſo, ab Arelatenſis
Regni Epiſcopis, proceribúſque in-
auguratus fuit. Qui eidem ROSTA-
GNO confirmauit Priuilegia ab An-

teceſſoribus Regibus collata, nec non
Monaſterium Crudatenſe, circà an.
885. 885. vt declarat ſequens membrana
veteris regeſti Arelatenſis Capituli
numero 2. *IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. BOSO Diuinâ fauente clementiâ Rex, &c. Nouerint, quia adiit præſentiam noſtram ROSTAGNVS Venerabilis Arelatenſis Archiepiſcopus, deferens obtutibus noſtris authoritates prædeceſſorum noſtrorum, Lotharij videlicet quondam Auguſti, atque piiſſimi filij, eiuſque æquiuoci illuſtriſſimi Regis, vbi continebatur, quod iidem prædeceſſores, monaſterium in Comitatu Muccrienſi ſuper Rodanum fluuium ſitum, quod Crudatis dicitur, cum monachis ibidem Domino militantibus, RODLANNO Reuerendo quondàm prædeceſſore ſuo, ARELATENSI ſcilicet Archiepiſcopo, contulerint, humiliter poſcens, vt eaſdem authoritates noſtro Regali corroboremus præcepto: Cuius petitionem libentiſſimè ſuſcipientes, hoc Serenitatis noſtræ præceptum fieri cenſuimus, per quod iubendo ſtatuimus, vt præſens Rector eiuſdem Monaſterij Amicus nomine, eiúſque Succeſſores, cuncti inſuper monachi, amodò ibidem Domino militaturi, cum omnibus rebus ac familiis ſub tuitione conſiſtant ROSTAGNI Præſulis Arelatenſis, vniuerſorúmque ſequacium eius in eâdem Sede Sanctâ ob honorem D. Stephani Protomartyris, ſacerrimo paritérque primo, ipſius vrbis Antiſtiti Trophimo ſeruituorum. Decreuimus quoque, vt nullus Iudex, &c. Signum Boſonis Sereniſſimi Regis. Stephanus Cancellarius.*

Adfuit cum aliis Præſulibus Conci-
888. lio Nemauſenſi in Villa-portu 888. vt
conſtat ex vitâ S. Theodardi; &
890. 890. Valentinæ Synodo, in quâ Re-
gis nomen Ludouico Boſonis filio delatum eſt. Eidem delegatur diſcordia canonicè definienda inter Walcfredum Vcetienſem, & Ractefredum Aueniomenſem Epiſcopos, cum Narbonenſi Metropolitano, epiſt. 45. Ioannis Papæ VIII. nec non. 59. Poteſtas ei committitur, vt ab iniquâ inuaſione Gibertum Nemauſenſem Epiſcopum remoueat, & ſi non paruerit, à ſacris interdicat. Demum iſtius Præſulis mentio habetur in eodem libro
902. Authentico Cathedralis Eccleſiæ 902.
in chartâ pactionis factæ conſenſu congregationis S. Stephani cum Eldegardâ deuotâ feminâ pro quibuſdam feudis. Ex tabula etiam Maſſilienſis Monaſterij, ad preces huius ROSTAGNI, Teuberrique Comitis, Ludouicus Imperat. Magño Abbati Cœnobij S. Victoris reſtituit Arelate fiſcum nuncupatum Pinus, cum ſalinis & piſcationibus XI. Kal. Maij 904. Ind. 7.
Imperij Ludouici 4. Obiit Roſtagnus 913.
an. 913.

34. MANASSES Hugonis Italiæ
Regis nepos 914. Primus grauiſſimo 914.
omnium ſcandalo in Occidente, non contentus ſuâ Eccleſiâ, Italiam petiit, & contra ius, Veronenſem, Tridentinam, & Mantuanam inuaſit circà an.
936. Hugonis Regis potentiâ, ſeu 936.
quod verius eſt, in eſcam accepit Eccleſias auctore Liuthprando Ticinenſis Eccleſiæ Leuitâ, Hiſtoriarum ſui temporis lib. 4. c. 3. vbi cum cauillatur de friuolâ ratione, quâ ſe ad exemplum B. Petri Epiſcopatus Sedem mutaſſe dictitabat, cui ſanè argutè reſpondet Liuthprandus. Eidem MANASSE ſequens Priuilegium Ludouicus Imp. dedit, vt ex iſtâ ad calcem MS. codicis Capituli Arelatenſis chartâ manifeſtum eſt:

IN nomine ſummi Dei æterni & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, LVDOVICVS ſupernâ fauente gratiâ Imperator Auguſtus. Decet Imperialem Celſitudinem, vt beneficiis opportunis fidelium ſuorum deuotionem remuneret, quos ſuis ritè cognoſcit adeſſe obſequiis. Igitur comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorúmque præſentium & futurorum induſtria; quia MANASSES S. ARELATENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus, noſter chariſſ. propinquus, noſtræ ſuggeſſit ſerenitati, vt ſuper omnes res, quas per præceptum quondam Anteceſſor ſuus ROSTAGNVS, à Genitore meo BOSONE, ſiue & à noſtris prædeceſſoribus adquiſiuit, itidem ei facere iuberemus præceptum, per quod ipſas res firmiùs & ſecuriùs obtinere, regere, & poſſidere valeret. Cuius petitioni ob irreuocabilem circâ nos ſuæ directionis fidelitatem aſſenſum præbentes, hos eminentiæ noſtræ apices fieri decreuimus, per quos ipſæ res, id eſt Abbatiam Anianam, & Abbatiam S. Mariæ de Gordanicis, atque de Crudatis, cum omnibus appenditiis earum, portum etiam Arelatenſem, tam ex Græcis, quàm ex aliis aduenientibus hominibus, nec non & teloneum ſimul cum Monetâ, ad ius & proprietatem Eccleſiæ S. Stephani omni tempore teneat, & poſſideat, & in ſuos proprios vſus quicquid facere voluerit, faciat nemine contradicente. Inſu-

per & omnes res quas Anteceſſor ſuus ab
Anteceſſore meo obtinuit, ſcilicet Iudaos
pro ſatâ Eccleſiâ, perpetuo obtineat iure; Et
vt hac noſtra largitionis authoritas, incon-
uulſam obtineat firmitatem, manu propriâ
ſubtus firmauimus, & annuli noſtri im-
preſſione adſignari iuſſimus. Signum LV-
DOVICI Sereniſſimi Auguſti, Vboldus
Notarius, ad vicem Alexandri Archi-
cancellary recognoui. Datum eſt hoc pra-
918. *ceptum, Vienna Kal. February an. xx.*
Domini noſtri Lodoici Aug. in Chriſti no-
mine feliciter. Amen. Eſt etiam in
vetuſto exemplari S. Victoris, dona-
tio Manaſſis, Maſſilienſi Epiſcopo
Drogoni, qui ob inuaſionem Sarrace-
norum ab Eccleſiâ eiectus, ſingultuo-
ſo planctu, vt inquit ipſe, eundem Ar-
chiepiſcopum adiit, ab eóque allo-
dium iuris Eccleſiæ ſuæ, Abbatiam S.
Andreæ in territorij Arelatenſis inſulâ
Camaricas, cum baſilicâ SS. Saluato-
ris & Geruaſij, pro victu & veſtimento
clericorum Maſſilienſium, petente
Hugone Principe Manaſſis auunculo
923. impetrauit, 923. Non. Ian. Ratberto
Sacriſtâ aliíſque presbyteris eam fir-
mantibus. Memoratur autem in Are-
933. latenſi tabulâ 933. menſe Iunio, teſti-
bus Drogone & Odolrico Epiſcopis,
& in commutatione factâ cum Gon-
taro Antiſtite Foroiulienſi, de villâ
952. Barcinico & S. Petri Iſſolæ 952. Kal.
Septemb. 19. Boſone Comite, ex libro
Authentico Capituli. Et 955. in con-
firmatione bonorum Eccleſiæ Arela-
tenſis, in cuius archiuis mentio illius
961. adhuc habetur an. 961. Conradi Re-
gis xxii. Poſtcà MANASSES Me-
diolanenſis Archiepiſcopus creatus
fuit, depoſito Valperto, Berenga-
rij, Adalberti & Willæ ſæuitiâ,
vt obſeruat Liuthprandus, lib. 6. Hiſt.
cap. vi.

35. ITERIVS an. Dom. 963. te-
963. ſtis in tranſactione cum Garnerio &
Guigone Abbatibus 966. Sequenti
anno 13. Cal. Ianuar. conceſſit, de re-
bus Capituli Arelatenſis in Comitatu
967. Vcetico, Teutberto fideli ſuo, con-
ſentientibus Canonicis S. Stephani;
ac facultatem dedit Teucindæ Sancti-
moniali, vt Eccleſiam S. Hippolyti ex-
strueret, vnà cum nepote Riculfo Epiſ-
969. copo. Item in aliâ chartâ 969. Kal.
Martij, præſens nominatur ITERIVS
in permutatione cum Boſone & Fol-
coarâ vxore, nec non & ipſemet in
priuilegio chartophilacij Arelatenſis

A ita ſubſcriptus legitur: ANNO In- «
carn. Dom. 970. cum reſideret Sanctæ « 970.
Dei ARELATENSIS Eccleſiæ Ar- «
chipreſul ITERIVS, in Cœnobio ſu- «
per Rhodanum amnem conſito, qui «
vocatur Crudatus, exquirens Sanctæ «
religionis cultum, cum Abbate eiuſ- «
dem monaſterij, nomine Abraham, & «
ceteris fratribus ſub eius poteſtate «
Domino famulantibus; Adiit præ- «
ſentiam prædicti Archiepiſcopi, nobi- «
liſſima fœminarum matrona quædam, «
nomine Godolindes, petens humiliter «
Archiepiſcopum, vt in præfato cœ- «
nobio Eccleſiam deſtructam quon- «
B dam, quæ fuerat S. Archangeli Mi- «
chaëlis dedicaret. Cuius precibus «
obnixè fauens, Dom. Archiepiſcopus «
reſpondit, ſe abnuere, ſic tamen, vt «
eam ex hærede ſuâ dotaret; Qua- «
propter dicta matrona voluntariè obe- «
diens, donauit in dotem eiuſdem Ec- «
cleſiæ, &c. Acta hæc donatio in Mo- «
naſterio Crudatis v. Kal. Octobris. «
Anno xxxi. regnante Conrado Rege. « 970.
Signum Gotholindis, quæ hanc car- «
tam ſcribere rogauit. Ad eum dirigi- «
tur epiſtola Ioannis XIII. Pont. Max.
pro Eccleſiâ Arelatenſi, quæ in codice
C MSS. Archiepiſcopatûs aſſeruatur. Ac
circiter an. 975. poſſeſſiones quaſdam 975.
à Boſone, in Comitatu Aucnionenſi
accepit, recenſetúrque in alterâ pa-
ctione, cum Ayrardo Epiſcopo & Ca-
nonicis Eccleſiæ Metropolitanæ, ha-
bitâ pro terrâ de Egreſtâ 977. ITE-
RIVS anno Sal. 978. ex hac luce mi- 978.
grauit.

36. ANNO ex Archimandritâ ad
hanc Sedem Pontificiam aſcendit ſub
annum 981. regnante Conrado 15. Id. 981.
Iunij. Anteceſſorem Iterium nomi-
nat, in tabulario Capituli Arelat. 987. 987.
& pro alodo S. Stephani in pago Vze-
D ticenſi trecentos ſolidos denariorum
recipit ab Epiſcopo Nemauſenſi. Item
in chartis S. Geruaſij ſubſcribit 989. 989.
petitioni, quâ Sacerdos Paco ab eo
Antiſtite poſtulat, vt ipſi Eccleſiam S.
Geruaſij ſubtùs caſtrum Foſſas conce-
deret, ad congregandos ibi fratres ſub
regulâ S. Benedicti, teſtibus Poncione
Maſſilienſi, & Riculfo Epiſcopis, Wi-
lelmo Comite, Vmberto Arelatenſis
Sedis Præpoſito. Tandem huius me-
minit 992. teſtamentum Wilelmi 992.
Principis & Marchionis Prouinciæ,
pro reſtitutione Eccleſiæ S. Mariæ
Maritimæ Cœnobio S. Cæſarij, præ-

ſentibus eodem Poncio Maſſilienſi, A
Stephano & Odolrico Epiſcopis. Vi-
994. uis exēptus eſt circa an. 994. Ceterùm
Vdonem Rodulphi III. Ignaui Bur-
gundiæ Regis, aliis Conradi filium
naturalem, Archiepiſcopum Arelaten-
997. ſem appellari 997. planè refragantur
veteres tabulæ; immò nec coniecturæ
Paradini Auctoris Annalium Burgun-
diæ ſubſcribendum eſt, cùm eius
Pontificatum producit vſque ad an.
1032.

MARIGNANE. 37. PONCIVS DE MARIGNA-
NE Francone ex nobili gente de Ma-
riniana, & Walâ vxore progenitus, ad
Pontificatum aſſumptus eſt è Mona- B
ſterio S. Victoris Maſſilienſis. Ipſius
conſenſu & Canonicorum Eccleſiæ
S. Stephani, Guillelmi, Adalaíſque
vxoris Comitiſſæ Prouinciæ, Petrus
Præpoſitus, quædam dominia, in agro
Triphontio Comitatûs Arelatenſis
pretio comparauit 4. Kal. Ian. citcà
1000. an. 1000. vt conſtat ex antiquo origi-
nali. Delendus igitur hîc videtur
Amalricus, quem aiunt ex Canonico,
Cathedræ Arelatenſi præſediſſe, ſub
eundem annum quo PONCIVS ad
Archiepiſcopatum euectus erat. Is
enim ſubſcribit priuilegio Franconis
patris, de quibuſdam feudis collatis C
Abbatiæ Montiſmaioris in villâ Pater-
nis, circiter hunc annum Chriſti mil-
leſimum. Commemoratur etiam in
alterâ donatione Honorati Maſſilien-
1005. ſis Epiſcopi 1005. ac Romam paulò
poſt ſe contulit PONCIVS, quem
chartæ aliàs Poncionum vocant, pro
querelâ dirimendâ inter eum & Fran-
conem parentem, ac Canonicos Are-
latenſes de Eccleſiâ S. Hippolyti,
quam eiſdem poſtea dimiſit precibus
Pont. Max. XII. Kal. Februarij Rot-
balno & Wilelmo Comitibus, vt in re-
geſto chirographorum S. Stephani D
continetur. Deinde approbauit teſta-
mentum Franconis de Marinianâ qui
in Abbatiâ Montiſmajoris ſepeliri
voluit, ac Monachis pro animæ ſalute
plurima dominia tribuit in villis, ca-
ſtríſque de Marignanâ, de Riannis, &
de Sparrone ſibi ex hæreditate perti-
nentibus. Confirmat & PONCIVS be-
neficia ab Annone deceſſore olim col-
1011. lata Eccleſiæ Metropolitanæ 1011. In-
dict. 9. tum etiam Monaſterio S. Vi-
ctoris conceſſit Eccleſiam de S. Elme,
prout habetur in tabulario Maſſilien-
ſi. Ad eum ſcripſit Benedictus 8. Papa
nec non ad Epiſcopos Burgundiæ & A-
quitaniæ, pro tutelâ bonorum Clunia-
cenſis Monaſterij. Denique non im-
memor Eccleſiæ ſuæ de patrimonio in
augmentum bonorum erogauit, vt
diſcitur ex veteri membranâ è regiſtro
Arelatenſi deſumptâ:

EGO PONCIVS ARELATENSIS «
quamuis indignus, Archiepiſcopus, «
&c. Reminiſcens innumerabilium «
meorum commiſſa ſcelerum, vt omnia «
boni dator Deus auferre dignetur, quæ «
meâ commiſi culpâ, dono aliquid meæ «
hæreditatis, quæ mihi ex progenie pa- «
rentum meorum legibus obuenit, Ec- «
cleſiæ S. Stephani Protomartyris & S. «
Trophimi Confeſſoris Chriſti. Quem «
alodum huius confirmo ſerie conſcri- «
ptionis, quatinus omni de parte ſtipa- «
tum ſeruetur. Et eſt ipſe alodus in «
Comitatu Arelatenſi. Hoc eſt quatta «
pars villæ, quæ Mariniana vocatur, «
cum omnibus terris ibi pertinentibus «
cultis, & incultis, cum campis, &c. «
Similiter dono dictæ Eccleſiæ & Ca- «
nonicis ibidem ſeruientibus tali teno- «
re, vt nihil ex his ſumptibus diuidatur «
inter Canonicos, niſi in communia «
poſſidendo & diſpenſando ſumptus. «
Si quis, &c. Acta hæc donatio Are- «
late Anno ab Incarn. M. XXIX. 12. « 1029.
Kal. Iul. Regnante Domino noſtro «
in ſæcula Amen. Signum & auctor, «
PONCIVS Archiepiſcopus, qui hanc «
donationem ſcribere fecit. Hoc eo- «
dem vel ſequenti anno 1030. Archie- 1030.
piſcopatui renuntiauit Poncius, vitæ-
que cœnobiticæ iterum ſe deuouit,
Iſarno magni nominis Abbate Maſſi-
lienſi, cuius depoſitio notatur 7. Kal.
Ianuarias in Obituario Montiſmajo-
ris.

38. RAIAMBALDVS Sedis Apo-
ſtolicæ Vicarius & Patriarcha, Præpo-
ſituræ B. Mariæ Piniacenſis in patri-
monio auorum fundator, & Eccleſiæ
Deiparæ Virginis Barjolenſis, ex nobi-
li in Prouinciâ familiâ ortus erat, pa-
tre Raiambaudo, filio Lantberti Iudi-
cis, viri illuſtris, vnius è benefactoribus
Abbatiæ Montiſmajoris, & Galburgis
vxoris. Frater is fuit Fulconis, ac Bo-
ſonis, Guillelmi, Fulconíſque Viceco-
mitum Maſſilienſium conſanguineus.
Primùm ſub Iſarno S. Victoris Abbate
religioſum Benedictini Ordinis inſti-
tutum profeſſus, inde ad Sedem Are-
latenſem vocatus eſt, vt indicat tabu-
larium Victorinum, eíque præſidebat

1031. an. 1031. Ind. xiv. menſe Aug. Teſtis
autem nominatur cum Boſone in donatione Bertrandi Comitis, Rodulfo Rege Prouinciæ, quo tempore Canonicis Arelarenſibus, dedit Eccleſiam S. Cæſarij ædificatam in valle Aruernienſi, pluráque allodia & beneficia
1043. iuxtà caſtellum de Sallone 1043. menſe Aprili, vt fieret particeps orationum Congregationis S. Stephani. Inſuper & Cœnobio Maſſilienſi donauit baſilicam S. Honorari; id legere eſt in chartulario chirographorum Abbatiæ S. Cæſarij:

OMNIPOTENTIS Dei incomprehenſibili diſpoſitione adeptus huius Sanctæ Sedis Arelatenſis Pontificale culmen, multa ſubinde mecum de eodem regimine cæpi in animo euoluere, &c. Vnde quadam die, de Religioſo loco in honorem S. Geneſij, vel S. Honorati conſtructo, foras muros noſtræ ciuitatis poſito, multa voluens mecum in animo, quomodo de tam ſpirituali priſci temporis Monachorum officio, verſus eſſet in poſſeſſionis ſæcularis ſeruitio, mecum tractans, vt illum locum darem Monaſterio S. Victoris de Maſſiliâ, in quo conſtitueret Iſarnus Abbas Monachos in Chriſti ſeruitia. Igitur ego RAIMBALDVS, gratiâ Dei in Præſulatus honorem ſublimatus, ipſam Eccleſiam S. Geneſij, cum omnibus ſibi ſubiectis Eccleſiis, & cætera omnia quæ in præſenti videntur tenere, & quidquid in futuro potuerit acquirere, de ipſis rebus, quas iam tenuit, vel vndequáque aliunde acquiſierit, exceptis illis laïcalibus feudis, & quidquid laïci illi ex ipſis ſuis feudis Abbati congregationis ceſſerunt, cum eo conſilio, vel cæterorum Epiſcoporum meorum ſucceſſorum, totum in manus Iſarni Abbatis S. Victoris de Maſſiliâ, tradimus, donamus, cedimus iure perpetuo, nobis in hoc conſentientibus totius Prouinciæ Principibus, ſeu Comitibus Ioſfredo atque Bertranno, & noſtræ Sedis Canonicis Arelatenſibus, Poncio Maſſilienſi Epiſcopo, cum fratribus: Tali ratione, vt à monachis vel ab Abbate, cenſus per ſingulos reddatur annos altari S. Stephani, vel S. Trophimi, libra vna incenſi in feſto S. Trophimi. Idipſum enim quod inſpirante Deo egimus ſacrorum Canonum & legalis iubet authoritas, vt de rebus Epiſcopij conſtruatur Monaſterium.

Porrò in veteri chartâ Maſſilienſis Abbatiæ, *Apoſtolatus Trophimi Vicarius, ſeu Archiepiſcopus & Patriarcha Beatus* inſcribitur, vti & Sedis Arelatenſis honore ſublimatum ſeſe nuncupat, in

A donatione partis hæreditariæ, quam poſſidebat in caſtro de Auriol, precante Bonifacio fratre, Wilelmo Vicecomite Maſſiliæ, Poncióque Epiſcopo
1032. Ind. iii. Idem controuerſiam dirimit inter Maſſilienſes & Montis-Majoris monachos 1040. Ind. 8. præſentibus Gauſfredo & Bertranno Comitibus, Willelmo & Fulcone Vicecomitibus Maſſiliæ, qui fideiuſſores dederunt, quo tempore ceſſit in eleemoſynam S. Victori Maſſilienſi partem caſtri de Auriolo. Huius RAIAMBALDI mentio habetur, in dono Fulconis Vicecomitis & Odilæ 1044. 4. 1032. 1040.
B Cal. Aug. & eodem anno teſtis legitur, cùm Bertrandus Marchio Prouinciæ, Eccleſiam S. Promaſij in caſtro Forcalcherienſi S. Victori reliquit, vt annotar Maſſilienſe tabularium. Præſentibus quoque Iausfredo Comite & Stephaniâ vxore, Heldeberto Antipolitano, Eliſanto Aptenſi, & Durando Vencienſi Epiſcopis, Sanctis Trophimi & Stephani Canonicis dominia hæreditatis ſuæ apud Camaricas, in Comitatu Arelatenſi tradidit, menſe Martio 1048. vt eſt in actis Capitularibus. Eóque ſedente Willel- 1044. 1048.
C mus Maſſilienſis Vicecomes largitur Arelatenſibus Canonicis, eodem RAIAMBALDO adſtante, Eccleſiam S. Mariæ de Gallignano, quam ex Epiſcopali beneficio Comes acquiſierat 1052. Intereà præfuit Concilio Toloſano Legatus Pont. Max. Victoris 2. 1056. & 1061. menſe Februario cum Fulcone fratre donauit Canonicis ſuis Eccleſiam S. Martini in Comitatu Arelatenſi, atque etiam ad Alexandrum ii. Pont. Max. ſcripſit pro fundatione Eccleſiæ B. Mariæ Barjolenſis, quam extruxerat Raiambaldus inſtituto Clericorum Regula- 1052. 1056. 1061.
D rium Collegio 1061. Is verò Canonicos Metropolitanæ baſilicæ ad ſtrictiorem vitam, & ordinem S. Auguſtini amplectendum induxit, quibus Willelmus Maſſilienſis Vicecomes, ampla latifundia, & poſſeſſiones in Craudi campo donauit; quam ordinationem inſtaurauit poſteà Aycardus Archiepiſcopus, vt apparet ex chartâ in archiuo Arelatenſi relatâ. Tandem benedixit, 1065. Eccleſiam S. Petri de Correns vbi Monaſterium erat conſtructum, ac in die conſecrationis, abſolutionem à pœnitentiâ omnibus beneficia daturis Eccleſiæ conceſſit; quo die 1061. 1065.

dic anniuerſario, magnâ olim feſtiuitate celebrarum fuiſſe Iubilæum Correnenſe parer, ex rabulâ cœnobij Montis-Majoris. De Raiambaldo meminir Auctor Chronici Noualicenſis Tomo III. Hiſtoricorum Francorum, cuius corpus ſepulchro conditum eſt in baſilicâ B. Virginis Bariolenſis in Prouinciâ.

MARSEILLE. Vn pal de... *alids*, vne Croix de Toloſe, vuidée, cleſchée & pommetée de douze pieces.

39. AICARDVS DE MARSEILLE Petri Aquenſis Archiepiſcopi, & Raymundi Maſſilienſis Antiſtitis frater, Iosfredi Maſſiliæ & Arelarenſis vrbis Vicecomitis ex Rixendi coniuge filius. Deſignatus viuente Raiambaldo auunculo 1063. cùm eſſet religioſus in Abbatiâ S. Victoris Maſſilienſis. Hunc circiter annum Prouinciæ Comes reſtituit Eccleſiam S. Mariæ de Ratis Beato Trophimo, cuius exemplar in archiuo Arelatenſi Authentico tale

» eſt : EGO BERTRANNVS Comes
» & mater mea Srephania, ſimúlque con-
» iux mea Marhildis, pro remiſſione pec-
» carorum noſtrorum reddimus, liberè
» & abſolutè Eccleſiam S. Virginis Ma-
» riæ de Rads, cum omnibus ſuis appen-
» dentiis S. Stephano & S. Trophimo,
» nec-non Canonicis Sedis eorundem
» Deo ſeruientibus, vt poſthàc ab inte-
» gro poſſideant, & in nullo eorum quod
» facere voluerint, reſiſtamus; propte-
» rea accipimus, de rebus Canonicorum
» CCC. videlicet ſolidos, quatenus ſi qui-
» libet rem à nobis redditam impedire,
» vel inquierare tentauerit, nos Cano-
» nicis prænotatis adiurores exiſtamus.
» Sanè ſi qua perſona frangere aut ir-
» rumpere voluerit, &c. Bertrannus Co-
» mes, qui hanc cartam ſcribere iuſſit
» manu propriâ, Stephania mater & Ma-
» thildis coniux firmarunt. Eam dona-

1066. tionem Aycardus ſub an. 1066. Wilelmo Abbati Monriſmajoris, adſtantibus Raiambaldo Præpoſito, Bertranno Sacriſtâ, Pontio Decano, aliiſve Canonicis confirmauit, vt notat eiuſdem Abbatiæ tabularium. Sed in pancartâ nigrâ Archiepiſcopatus habetur, pactum Raimundi Comiris, qui ei Antiſtiti Eccleſiam S. Paſchæ, & Canonicis S. Stephani reddidit cum dominio Argentiæ, quæ beneficia AICARDO & ſucceſſoribus Præſulibus iuramenro firmauit. Demùm anathematis cenſurâ excommunicatur ab Alexandro II. & Gregorio VII. Pont. Max. per Hugonem Dienſem & Leodegarium Vapincenſem Epiſcopos

A 1078. Henrico Imperatori fauens, ſed irrita ſententiâ. Quinimò idem Principibus & ciuibus ſuis acceptus, Pontificium munus gerere non deſtitit AICARDVS, celebrara Synodo Auenione quæ inprimis Gregorium adeò commouit, vt iterùm à ſacris ei interdiceret : ſcripſerat enim Papa lib. 6. epiſt. 21. ad Arelatenſem populum, quem reprehendit nullâ curâ moueri, ſuam Eccleſiam Paſtore eſſe deſtitutam, quocircà dictum Vapincenſem Epiſcopum mittit, vt alium Antiſtitem eliganr, aut promittant ſe in Pontificem ſuſcepturos quemcúmque ipſe B ad eos miſerit : Extar verò in archiuo ſeu magno chartario Maſſilienſi AICARDI Præſulis donatio, vnà cum Iosfredro parenre Vicecomite, & ſex filiis facta Bernardo Abbari quæ eſt huiuſmodi : 1078.

EGO Iosfredus Vicecomes ciuitatis Maſſiliæ, filiíque mei AICARDVS Ciuitatis ARELATENSIS Archiepiſcopus, Iosfredus, Hugo, Raymundus, Pontius, Fulco, Petrus, necnon & frater meus Guillelmus cum filiis ſuis, Pontio Maluerio, Iosfredo, Petrus Saumata cum filiis ſuis, Hugone & Guillelmo, iuſtis Domini C *promiſſionibus incitati; Simul & etiam noſtrorum peccatorum immunitate tractanda, omnipotenti Deo ac Sanctæ Mariæ, Sanctóque Victori Martyri glorioſo, & præclaro fundatori Cœnobij Maſſilienſis Caſſiano, Dominóque Abbati Bernardo, ſine etiam Abbatibus ac Monachis præſentibus & futuris ſummo Deo famulantibus, donationem facimus de aqua ductu, qui vocatur Vvelna, cum omnibus fontibus in eadem aquâ deſcendentibus, omnémque ſcilicet terram, per quam itura eſt, ex apprehenſione ipſius aquæ, quæ eſt ad Eccleſiam Sancti Melne, & omnem piſcationem ipſius aquæ* D *ſine ullius hominis interpellatione vſque ad deſcenſum eius in mare, hoc ſummopere firmantes & ſtatuentes, vt nulla qualibet perſona maſculus aut fœmina eam deniare aut retorquere præſumat, &c. Acta hæc donatio in ſolemnitate Sancti Victoris in cœtu omnium illic adſtantium, Epiſcoporum, Presbyterorum, Abbatum, Monachorum, ex diuerſis prouinciis congregatorum, Altare Sancti Petri Principis Apoſtolorum; in hoc ardentius & inſtantius laborante & inſudante, Reinaudo Præpoſito eiuſdem cœnobij patre, id fieri acclamantibus, aſſentientibus, Clericis & Laicis, in præſentiâ Archiepiſcopi Sanctæ Eccleſiæ Arelatenſis, ad perfectum peruenire optantibus & exorantibus*

omnibus. Si quis verò hanc donationem
irrumpere tentauerit, &c. Ego Ioſfredus &
filij mei hanc donationem ſcribere feci, &
hanc teſtes firmare rogaui. Facta donatio
1079. *hæc anno Incarn. Dominicæ 1079. Indi-*
ctione Epacta xv. & concurrente primo cir-
culo Lunæ xiv. regnante Domino noſtro Ie-
ſu Chriſto, Gaufredo & Fulcone. Liquet
etiam ex citato Arelatenſi tabulario,
proprietatem aquarum de Ponte, ſpe-
ctare ad eamdem Eccleſiam, quam in-
iuſtâ detenrione Pontij de Foſſis ſubla-
tam, Bertrannus Comes Prouinciæ
Canonicis S. Stephani, reſtituit Ay-
cardi conſilio, qui vitam cum morte
1090. commutauit circiter an. 1090. ſepul-
túſque eſt in Cathedrali.

40. GIBELINVS Patriarcha Hie-
roſolymitanus, Aycardo depoſito ab
Hugone Dienſi Epiſc. Sedis Apoſtoli-
cæ Legato, ad hanc ſedem euectus; Hic
ſubſcribit chartæ Monaſterij Maſſi-
lienſis, quâ Pontius Barbaſtrenſis Epiſ-
copus, Eccleſiâ ſuâ nouiter de manu &
poteſtate paganorum per gladium Re-
gis Sanctij liberatâ, tradit in eleemo-
ſynam Richardo Abbati S. Victoris
1101. omnes Eccleſias in caſtro Alualat,
ſaluâ reuerentiâ & obedientiâ Epiſco-
pali, diplomate an. Incarn. 1101. aerâ
1139. Indict. 9. VIII. Kal. Februar. fe-
riâ 6. in vrbe Barbaſtrenſi, regnante
Petro Sanctij Rege in Pampilone &
Arragone, firmante Pontio vrbis Epiſ-
copo, Stephano Oſcenſi & GIBILI-
NO noſtro Arelatenſi Archipræſule.
Qui Romam ex Galliis redeuntem Vr-
banum II. Pont. Max. Arelate exce-
pit in æde Metropolitanâ. Poſteà ve-
rò Raimundus Comes S. Ægidij ei
reſtituit terram Argentiam, vt habetur
in Archiepiſcopatus Arelatenſis libro
Authoritatum Sanctorum Patrum.

IN Nomine S. Trinitatis &c. Ego Rai-
mundus S. Egidij Comes, fragilis & mul-
tipliciter reus peccator, de ineffabili miſeri-
cordiſſimi Dei & benignitate confiſus, in
ipſo meæ mortis articulo vtiliter & vt decet
Chriſtianum, conſultus de multis, quæ ipſe
ego contra Sanctam Arelatenſem Eccleſiam
iniquè egi, & à meis quoque progenitori-
bus iniquè acta vſque in hodiernum diem
iniuſtà conſenſi, pœnitentiâ ductus, hæc
pauca pro redemptione animæ meæ emen-
dare ſtudeo. Igitur in terrâ, quæ Rhodano
contermina Argentia vocatur, quam totam
proprij Iuris prædictæ Eccleſiæ eſſe agnoſco,
& manifeſtè confiteor, contrà hoc quod
neceſſe eſſet, nimiâ adhuc carnalitate de-
A *tentus, filiis meis maiorem portionem, ſub*
ſpe tamen emendandi, atque S. Trophimo
atque S. Stephano ius ſuum, id eſt totam
Argentiam in integrum reſtituendi, relin-
quo. Ad præſens autem pro remedio ani-
mæ meæ, hanc portiunculam ipſi Arelatenſi
Eccleſiæ, atque venerando eiuſdem Eccleſiæ
Archiepiſcopo GIBILINO, & ſucceſ-
ſoribus eius, & Clero reſtituendo abſque
omni calumniâ concedo; ſcilicet villam quæ
vocatur Furcas cum omnibus appendentiis,
videlicet de Rhodano & paludibus, de vi-
neis & arboribus tam fructiferis quàm in-
fructiferis, de terris tam cultis quàm in-
cultis, de portu Rodanet & de paſcuis, & de
B *omnibus terrarum redditibus, & omnes*
Eccleſias, & decimas totius Argentiæ ei
reddo. Præterea concedo eidem Eccleſiæ
in caſtellis Albarone & Fos, quartam par-
tem eorum, quam à maioribus meis iniuſtè
poſſeſſam, ego quoque poſt illos meâ culpâ
poſſedi. In Arelatenſi quóque ciuitate do-
no eidem Eccleſiæ, meam quartam partem,
de paſcuis, & leſdis & montationibus. Pre-
cor denique Bertrannum & omnes ſucceſſo-
res, & homines & amicos meos, vt ſi fortè
debiti vel cuiuſlibet occaſionis impedimen-
tum, in prædictis honoribus factum eſt, pro
amore Dei & pro recordatione beneficiorum
quæ erga illos aliquando exhibui, illud
C *exoluant, & ad vſus Sanctæ Arelatenſis Ec-*
cleſiæ illud reſtituant &c. Hoc Teſtamen-
tum factum eſt apud Montem Peregrinum
in Syriâ, Regnante Domino noſtro Ieſu
Chriſto, Paſchali Papâ S. Romanæ Eccle-
ſiæ præſidente. M.C.V. *Incarnationis Do-* 1105.
mini Indict. 13. menſis Ianuarij, viden-
tibus Aimino Tolonenſis Eccleſiæ Epiſ-
copo, Aicardo de Maſſiliâ, Raimundo
de Balcio, Decano de Poſcheriis, Bertranno
Porcelleto, Villelmo Aruei, Pontio de Fos,
Roſtagno de Port & multis aliis. Gerwila
Comitiſſa firmat, Adefonſus filius eius fir-
mat, Poncius de Broſio ſcripſit. Denique
D confirmat Gibelinus Wilelmo Abbati
Montiſmajoris Eccleſias S. Romani
& S. Mariæ in valle Morarij, cum de-
cimis, oblationibus, aliiſve, retento
tamen cenſuali vſu ſeptem ſolidorum
Ægidienſium denariorum in feſtiui-
tate S. Andreæ an. 1106. Legationem 1106.
Vrbani 2. ac Paſchalis Pontificum Ro-
manorum egit, in partibus Orientali-
bus pro causâ Ebremari Patriarchæ
Hieroſolymitani intruſi, eóque per
Concilium Epiſcoporum depoſito Pa-
triarchatu decoratus eſt, ipſemet GI-
BELINVS 1107. vir ſenior & grandæ- 1107.
uus, vt teſtantur Willelmus Tyrenſis

Archiepiſcopus in Hiſt. belli Sacri A
lib.11.c.4. & Albericus Monachus in
Chronico : Dicitur in inſtrumento
fundationis & erectionis Eccleſiæ
Bethleemitanæ ad Cathedralis digni-
tatem curante Balduino Rege Ieruſa-
» lem, ſapientiæ radiis coruſcus, omni-
» que morum honeſtate fulgidus, da-
1110. to reſcripto 1110. Ind. 3. præſidente
Paſchali 2. Romanæ Eccleſiæ, Hiero-
ſolymis GIBELINO Arelatenſi, Se-
dis Apoſtolicæ Vicario in Patriar-
cham electo. Poſteà dictus Pontifex
Epiſtolam ſcripſit ad Clerum & ple-
bem Arelatenſem, vt Gibelino Ieroſo-
lymam tranſlato, alium in Antiſti- B
tem aſſumant: is paulo poſt in eâdem
regione commoratus deſiderium re-
deundi ad priorem Sedem Arelaten-
ſem, luculentâ epiſtolâ exponit, nec
1111. diu ſuperuixit, etenim an. 1111. circà
menſem Decemb. ad meliorem vitam
migrauit, ſubſtituto in Ieroſolymorum
Patriarchatu Arnulfo huius Eccleſiæ
Archidiacono, teſte eodem Tyrenſi
cap. 15. At omnino fallitur Saxius in
Pontificio ſuo, qui *Arispertum*, quen-
dam ex Aueniononenſi Præſule, Arela-
1118. tenſem Archiepiſcopum fuiſſe ſcribit
ſub an. 1118.

Beziers. Faſſé d'argent & de gueules de 7. pieces.

41. ATTO DE BEZIERS, C
ortus ab antiquâ proſapiâ Vicecomi-
tum Biterrenſium. Præſulibus Arela-
tenſibus acquiſiuit caſtrum S. Amantij
pretio centum ſolid. Melgorienſium.
Memoratur in notitiâ cuiuſdam placiti
cum Adalberto, Vilelmo & Raimundo
Iſnardi, pro dominio de Meſencs, te-
ſtibus viris nobiliſſ. Raimundo de
Baucio & Gaufrido Porcelleto, circà
1115. 1115. Ex pancartâ nigrâ Arelatenſis Ar-
chiepiſcopatûs. At in tabulario A-
quenſi, legitur confirmatio huius AT-
TONIS Rodulpho Abbati Maſſilienſi D
data præſente ciuitatis Vicecomite &
1119. Narbonenſi Archipræſule, 1119. Ei-
dem & Eccleſiæ ſuæ Bertrandus de S.
Amantio ac Belieldis dederunt hære-
ditariam portionem quam habebant
in territorio Anianæ, & in Sancto Si-
ſinnio, vt patet ex chartâ Arelatenſis
1126. baſilicæ 1126. Raimundo Decano Are-
latenſi, aliiſque teſtibus ſubſcriptis.
Adhæſit is Præſul Henrico Imperato-
ri excommunicato, cuius mortis annus
ignoratur : Sed dubiæ fidei creditur
eſſe quidam *Caualiarius*, quem ex veteri-
bus ſchedis in Pontificum Arelaten-
ſium ſeriem reponunt an. 1130.

42. BERNARDVS I. Legatus fuit
Sedis Apoſtolicæ, vt conſtat ex veteri
Necrologio Toloſano MS. Eccleſiam
S. Thomæ Equitibus Hieroſolymita-
nis ſub annuo reditu ſolidorum con-
ceſſit, ex actis originalibus Capituli,
in quibus Anteceſſorem Attonem no-
minat. Sic enim ſe habent: NOTVM „
ſit omnibus. Quod ego BERNAR- „
DVS ARELATENSIS Eccleſiæ Ar- „
chiepiſcopus, communi conſilio Ca- „
nonicorum, Raimundi ſcilicet Deca- „
ni, Bernardi de Aqueriâ, Michaëlis „
Stephani de S. Leoncio, Guillelmi „
de Taraſcone, Guillelmi de Cabannis „
&c. Confirmo Deo & S. Ioanni Ba- „
ptiſtæ & Hoſpitali S. Sepulchri & „
pauperibus, & tibi Stephano Raimun- „
do hoſpitalario, & Guillelmo de S. „
Clemente & Annoni & ceteris con- „
fratribus, ſicut ab ATTONE Ante- „
ceſſore meo data eſt, Eccleſiam S. „
Thomæ Apoſtoli cum omni honore „
illo, quem circa prædictam Eccleſiam „
in præſenti poſſidetis, & quem dein- „
ceps communi conſilio Canonicorum „
S. Trophimi adquiretis, ſaluâ reue- „
rentiâ & fidelitate Arelatenſis Eccle- „
ſiæ, eo tamen tenore, vt per vnum „
quemque annum in vigiliâ Natalis „
Domini ſolidos CXV. Melgorienſis „
monetæ pro honore illo Canonicis „
perſoluatis. Iſtius etiam prænominati „
honoris decimas, atque taſchas, ſine „
omni impedimento retinemus, hâc „
iterum conditione, vt decimas no- „
ſtrarum Eccleſiarum à nemine acci- „
piatis, nec corpora mortuorum, niſi „
confratrum vobis datorum; & veſtræ „
familiæ abſque conſenſu Archiepiſ- „
copi & Canonicorum, ibi ſepeliatis, „
&c. Acta eſt hæc carta in ciuitate „
Arelate in menſe Octob. XIV. Kal. „
Nou. an. ab Inc. 1129. ind. 7. Sub eius 1129.
adminiſtratione Arelatenſes populi,
rei nauticæ peritiſſimi commemoran-
tur apud Zuritam in Indice rerum
Arragonicarum. Eidem BERNARDO
Sacramentale exhibuit Ermenſendis,
pro caſtro S. Amantij Arelate, menſe 1131.
Februario, 9. Kal. Martij 1131. præ-
ſente Raimundo de Baucio, vt eſt in
Libro Authentico. Viuere deſiit anno 1133.
1133.

43. GVILELMVS I. ex Priore
Carthuſiæ Montiſriui in diœceſi Maſ-
ſilienſi, Legationis Apoſtolicæ officio
functus eſt, ſub annum XII. Pontifica-
tus Innocentij 2. Eodem tempore

Bernardo Arauſicenſi Epiſcopo & Ar- A naldo Sacriſtâ præſentibus, querelam inter Canonicos Arelatenſes & monachos Maſſilienſes, pro Eccleſiis SS. Honorati, Romani, Petri de Fayrabregol & Cæſarij de Villanouâ, ab Abbate injuſtè detentas compoſuit, præſente Vgone Amelio Decano Arelatenſi
1141. 1141. Nouemb. 9. vt ſcribitur in libro Authentico.

MONROND. D'hermines à vne faſce de gueule ceinte de trois Fleurs de Lis d'or

44. RAIMVNDVS DE MONTROND I. natus in diœceſi Nemauſenſi, à parente oblatus ac nutritus eſt adoleſcens in eâ Eccleſia, vbi ex Canonico Agarhenſis Præſul, tandémque Archiepiſcopus Arelatenſis eligitur
1142. circà 1142. teſte Petro Venerabili lib. 5. epiſt. 5. ad Eugenium Papam, in cauſâ litis inter Nemauſenſem Epiſcopum & Caſædei Abbatem. Tranſegit cum Ildefonſo Comite de iuribus Argenziæ, vt ex ſubiecto exemplari chartophilacij Archiepiſcopatûs perſpicitur:

VETERVM Principum ſanxit autoritas, &c. Eapropter ego Ildefonſus Comes Tholoſanus, Dux Narbonæ & Marchio Prouinciæ, propter querimonias quas RAIMVNDVS ARELATENSIS Archiepiſcopus, & Anteceſſores ſui pro Arelatenſi Eccleſiâ aduerſum me & An- C *teceſſores meos fecerant, conſilio quorumdam Baronum meorum, videlicet, Raimundi de Baucio & HVGONIS filij eius, Roſtagni de Sabrano, Raimundi de Malac, Bremundi de Vcetiâ, Gaucelini de Claret, Petri de Lambiſco, & Arnaldi Raimundi, multorúmque aliorum ſoluo, reddo, & dono Deo & S. Arelatenſi Eccleſiæ, & tibi Raimundo Archiepiſcopo & ſucceſſoribus tuis, omnes decimas nouarum terrarum, in totâ Argentiâ in præſenti conſtitutarum, & in futuro conſtituendarum. Præterea trado tibi Raimundo & ſucceſſoribus tuis, Inſulam illam cum omnibus ſibi præſentialiter & in futurum pertinentibus, quæ Boſcus Comitalis* D *appellatur. Præterea concedo tantum in illis pratis, quæ vulgò prata Comitalia vocantur, &c. Recognoſco etiam quod quidquid habet in Argentiâ, vel homo, vel femina, per me de Eccleſiâ Arelatenſi & Archiepiſcopo, ego & ſucceſſores mei tenebo, & habere debemus ad feudum; Et propter iſtud feudum, ego Ildelfonſus Comes & ſucceſſores debemus vnicuíque Arelatenſi Archiepiſcopo hommagium facere, & iurare illam vitam, & membra, & corpus ſuum, & Eccleſiam & clauſtrum Arelatenſe, & Caſtellum de Salone, & Caſtrum de S.* A *Amantio, ita quod ego non auferam illa, nec ex illis Archiepiſcopo Arelatenſi, &c. vel nuntio ſuo commonitus, de iis adiutor illi ero per fidem & ſine inganno. Et ego RAIMVNDVS ARELATENSIS Archiepiſcopus, conſilio Hugonis Decani, Gulielmi Præcentoris, Vuilelmi de Gordâ Conſulum, & multorum presbyterorum Arelatenſis Eccleſiæ amicorum, laudo & concedo tibi Ildefonſo Comiti & ſucceſſoribus tuis, totam Argentiam; hoc excepto, quod ego ibi habeo, vel homo, vel femina per me: Et excepto omni iure Canonicorum Arelatenſis Eccleſiæ, eo tamen tenore; Ego* B *RAIMVNDVS Archiepiſcopus concedo feudum ſupradictum tibi Ildefonſo Comiti & ſucceſſoribus, vt tu & ſucceſſores tui prædictam conuentionem, mihi & ſucceſſoribus meis, per fidem pro tempore ſeruiatis. Facta ſunt autem hæc apud Villam Furcas, iuxtà caput Eccleſiæ S. Martini verſus Orientem anno ab Incarn. 1143. 4. Nonas* 1143. *Septembr. Teſtes Amelius Decanus, Vuillelmus Præcentor, Raimundus de Baucio, Vilelmus Porcelleti, & alij.*

Extat verò fides clientelaris eiuſdem Ildefonſi Comitis, quâ nominatim Arelatenſem Eccleſiam, caſtra poſſeſſionéſque omnes ſub tutelâ ſuſcepit, Teſtibus Vgone Amelio Decano, Vi- C lelmo de Aleſt, Raymundo de Baucio, & Guillelmo Porcelleti. Hominium eidem Antiſtiti præſtitêre, Petrus Dominus de Lambiſco cum filiis Poncio, Petro, Raymundo & Hugone, de iuribus dominij in caſtris de Sallone, Aluernico, & Aualone. At Raimundus Baucij Dynaſta cum Stephaniâ vxore, filiorúmque Raimundi & Hugonis aſſenſu, totum honorem, vt appellant, Eccleſiarum S. Nicolai & B. Mariæ de Marignanâ Canonicis Arelatenſibus S. Trophimi dimiſit, ſub reſtitutione cc. ſolidorum Melgorienſium, regnante Conrado Rege 1143. vt de his 1143.
D patet ex ſchedis originalibus libri Authentici ex quo ſequens documentum Celeſtini Papæ eruitur, de reformatione monaſterij Monialium S. Cæſarij Arelatenſis. CELESTINVS Epiſ- «
copus, Seruus Seruorum Dei. Vene- «
rabili Fratri RAIMVNDO ARELA- «
TENSI Archiepiſcopo ſalutem, &c. «
Noſtris eſt auribus renuntiatum, quod «
cum à B. Ceſario quondam Arelatenſi «
Antiſtite, Monaſterium quoddam, «
ſcilicet Monialium, infrà muros ciui- «
tatis tuæ in alodio quondam inſtitu- «
tum ſit & fundatum, ita quod ſucceſ- «

» ſoribus eius reuerentiam & obedien-
» tiam impendere teneantur, de bonis
» Eccleſiæ tuæ, ſicut in antiquis & aliis
» priuilegiis continetur, Monaſterio eâ-
» rum ditato, tempore iniquitatem ex
» adipe protrahentes, prædictæ Eccleſiæ
» matris dignitatem antiquam & reue-
» rentiam deprauare, & ab ipſius obe-
» dientiâ declinare præſumunt, vt diſ-
» currendi per ciuitatem & burgum, &
» alia plurima honeſtari ſuæ contraria
» preſumendi facultas illis libera con-
» cedatur; eligunt enim ſecundum con-
» ſcientiam ſuam, vt audiuimus, Abba-
» tiſſas, & alias perſonas in Eccleſiâ ſuâ,
» creant Sorores, quotquot volunt, reci-
» piunt infirmos, per villam publicè vi-
» ſitare, & mulieres per ſe ipſas velare
» præſumunt, quæ omnia & religionis
» earum faciem decolorant, & Eccleſiæ
» tuæ dignitatem videntur plurimùm
» derogare. Ne igitur Archiepiſcopa-
» lis authoritas, & Eccleſiæ tuæ digni-
» tas diſpendium vtilius in hac parte ſui
» iuris incurrat, & Sanctimoniales ipſæ
» de inobedientiâ valeant notabiles in-
» ueniri, Abbatiſſæ & Sanctimonialibus
» prædicti Monaſterij per Apoſtolica
» ſcripta præcipiendo mandauimus, vt
» tibi & Eccleſiæ tuæ tam debitam
» quàm deuotam obedientiam impen-
» dentes, nihil horum quæ præmiſſa
» ſunt, vlterius attentare præſumant;
» ideóque fraternitati tuæ per Apoſto-
» lica mandamus, vt eas à temeritate
» ſuâ ad deuotionem antiquam, & reue-
» rentiam Eccleſiæ tuæ, authoritare no-
» ſtrâ, ſublato appellationis obſtaculo
» reuocare non differas, & à præmiſſo-
» rum penitus attentatione arcere. Da-
1147. » tum Romæ apud S. Petrum VI. Id.
» Maij, Pontificatûs noſtri Anno quarto.
Hoc eodem anno Celeſtinus RAI-
MVNDO Bullam tranſmiſit, pro in-
ſtaurando Regulari Ordine in Capi-
1147. tulo Arelatenſi 1147. Maij XI. Tranſtu-
lit quoque reliquias B. Trophimi ex
æde ſuburbanâ S. Honorati in vrbem
& templum S. Stephani, ac poſteà
cum Rege Arragonum paciſcitur, pro
quibuſdam caſtellis ac feudis Eccle-
ſiæ ſuæ. In huius Pontificis gratiam
Anaſtaſius II. Papa, hoc diplomate ex
autographo Archiepiſcopali deſum-
pto, priuilegia Arelatenſis Metropolis
confirmauit:

ANASTASIVS EPISCOPVS,
ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri
RAIMVNDO ARELATENSI

A *Archiepiſcopo, eiúſque ſucceſſoribus Cano-*
nicè ſubſtituendis in perpetuum. Arela-
tenſem Metropolim famoſam & inſignem
quondam fuiſſe, atque in Galliarum parti-
bus, multis & dignitatis & gloriæ titulis
claruiſſe, tam vetuſta ipſius ciuitatis indi-
cia, quàm authentica veterum ſcripturarum
teſtimonia manifeſtant: ſed quia conſiſten-
tis in eâ populi peccata corrigere diuinæ
diſpoſitiani complacuit, guerris vndique
irruentibus, tam in dignitate, quàm in re-
bus temporalibus ipſa Metropolis eſt plu-
rimùm diminuta, cuius contritioni nos, qui
licet indigni Iuſtitiæ cultores atque cuſto-
B *des, in Eccleſiâ Principis Apoſtolorum Pe-*
tri & Pauli ſpeculâ diſponente Domino re-
ſidemus, benigno affectu compatimur, &
eius paci & dignitati ſalubriter in quan-
tum cum Deo poſſumus prouidere optamus;
æquum enim ac rationabile eſt, vt qui B.
Petro & eius Vicariis deuotiores eſſe noſ-
cuntur, & ſacro-Sancta Romana Eccleſiæ
patrocinio cupiunt confoueri, eiuſdem piæ
Matris vberibus nutriantur, & in rationa-
bilibus ſuis petitionibus exaudiantur.
Quocirca, dilectè in Chriſto frater & Coë-
piſcope RAIMVNDE, de tuis iuſtis
poſtulationibus clementer annuimus, &
prædictam Arelatenſem Eccleſiam, ad quam
C *nimirum ſicut ex dictis B. Zozimi Papæ*
& Martyris euidenter oſtenditur, ex hac
Sanctâ Romanâ & Apoſtolicâ Sede Trophi-
mus ſanctus Antiſtes, de cuius vtique Fi-
dei fonte riuulos tota Gallia exceperunt, à
B. Petro delegatus fuit, ſub ipſius Apoſtolo-
rum Principis, & noſtrâ protectione ſuſcipi-
mus, & præſentis ſcripti priuilegio commu-
nimus, ſtatuentes, vt quaſcúmque poſſeſſio-
nes, quæcúmque bona eadem Eccleſia in
præſentiarum iuſtè & canonicè poßidet, aut
in futurum ceßione Pontificum, largitione
Regum, vel Principum, oblatione fidelium,
ſeu aliјs iuſtis modis Deo propitio poterit
adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, &
D *per vos eidem Eccleſiæ permaneant, in qui-*
bus hæc propriis duximus exprimenda vo-
cabulis, Monaſterium S. Ceſarij cum om-
nibus pertinentiis ſuis, quod idem B. CÆ-
SARIVS Arelatenſis Antiſtes in alodio
ipſius Eccleſiæ fundaſſe dicitur, & de bonis
eius ditaſſe; ordinationem quóque atque
correctionem ipſius loci, Eccleſiam B. Ma-
riæ de Foſſo cum decimis & omnibus perti-
nentiis ſuis, Eccleſiam B. Mariæ de Ca-
ſtello veteri, cum decimis & aliis pertinen-
tiis ſuis, caſtrum de Cellone, caſtrum de S.
Amantio, caſtrum de Aluernico & de Aua-
lone, caſtrum de Mornatio & de Monte-
dragone, redditus de ponte S. Geneſij,

Iudaos & ius quod habetis in moneta ipſius ciuitatis, quicquid habetis in partibus & tenimeis Arelatenſibus. Præterea tranſactionem quæ inter te & Anfoſum Toloſanum Comitem, rationabili prouidentia facta & in ſcripto redacta eſt, ſi rationabilem eſſe conſtiterit, authoritate Sedis Apoſtolicæ roboramus. Inſulam etiam, quæ Boſcus Comitalis vocatur, quam prædictus Comes Eccleſiæ tuæ reſtituit, tibi tuiſque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus. Ad hæc per amplioris & ſpecialioris genere prærogatiua præſenti decreto ſtatuimus, vt nulli prorſus Legato, niſi ei tantùm qui à Romani Pontificis latere fuerit delegatus, Arelatenſis prouincia ſit ſubiecta. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularíſve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, &c. Amen. Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, Ego Tmarus Tuſculanus Epiſcopus, Ego Hugo Oſtienſis Epiſcopus, Ego Gobertus Presbiter Cardin. tituli S. Calixti. Manfredus. Cardin. tituli S. Sabinæ. Guido Card. S. Paſtoris. Iordanus Card. S. Suſannæ, &c. Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellary 7.
1153. *Kal. Ian. Ind. 2. Incarn. an. 1153. Pontificatûs Anaſtaſij Papæ IV. an. I.* Tandem cum Papienſi Concilio Victoris Antipapæ fautor ſubſcripſiſſet, redux Arelato deceſſit, & in Baſilicâ S. Trophimi deponitur cum hac inſcriptione:

Decimo-sexto Kal. Maii *Obyt Dominus* Raimondvs de Monterotondo *bonæ memoriæ Arelatenſis Archiepiſcopus, Anno Dominicæ Incarnationis* M. C. LX. *Orate pro eo.*
1160.

Bolene. 45. Raimvndvs de Bolene II. Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit an. 1163. ex veteri regeſto Arelatenſis Archiepiſcopatûs. Huic Ildefonſus Rex Arragonenſis, Marchio Prouinciæ, caſtra plurima & territoria
1163.
1166. concedit; & 1166. Alexander Pont. Max. confirmauit permutationem inter eundem & Monaſterium Maſſilienſe pro Eccleſiâ S. Fidei de Vacheriis. De illo etiam legitur ſcriptum pancartæ nigræ Arelatenſis, cuius tenor talis eſt:

In nomine Domini. Anno 1166. Ego Raimvndvs Arelatensis Eccleſiæ Archiepiſcopus; de controuerſiis quæ erant inter Fredolum Maſſilienſem Abbatem & eius monachos, & noſtros Arelatenſis Eccleſiæ Canonicos, auditis allegationibus, talem tranſactionem fecimus. Imprimis ab antiquâ illâ quæſtione S. Honorati & Sergij & Bachi, cum cimeteriis & mortalagiis, & cum omnibus ad ipſas Eccleſias pertinentibus, præfarum Abbatem & Monaſterium perpetuò abſoluimus, & hoc in ciuitare: Extra verò per totum Epiſcopatum noſtrum, ſi quid iuris in Eccleſiis, decimis, vel aliis Eccleſiarum redditibus Canonici ſe habere credebant, de his tamen quæ Monaſterium in pace & ſine contradictione per decennium poſſedit ipſum abſoluimus. Eccleſiam verò S. Petri de Fayrabregolo, quam Abbas & Monachi poſſidebant, cum cimeterio & terris adiacentibus, Canonicis attribuimus. Deinde dimidiam partem mortalagij, & omnium obuentionum mortuorum, à Bellicadro & Taraſcone, ſuperius, qui per Rodanum venient, & annuam libram incenſi pro Eccleſiâ S. Honorati ſingulis annis in feſtiuitate B. Trophimi perſoluendam, Canonicis perpetuò habendam concedimus, &c. Facta eſt tranſactio in Palatio noſtro, nobis adſiſtentibus Gaufredo Auenionenſi Epiſcopo, in menſe Iulio feriâ III. luna I. Raimundo Berengario Comite Prouinciæ exiſtente. Huius rei teſtes, Guilielmus Boſo Arelatenſis Eccleſiæ Præpoſitus, Guilielmus Bernardi Sacriſta, Poncius de Baucio Præcentor, Criſtanus Archipreſbyter, Imbertus de Aquerià, &c. Concordiam fecit Raimvndvs inter Maſſilienſem Eccleſiam, & conſanguineos Roncelini Vicecomitis 1170. & 1173. Guilelmus de Belloloco nomine Regis Arragonenſis, pro tuendâ Prouinciâ oppignerauit, pretio duorum millium ſolidorum Melgorienſium, caſtrum de Aquerià Arelatenſi Eccleſiæ, cuius rei tabulæ referuntur in libro pancartæ nigræ. Poſteà Comitem Toloſanum, in feudatarium arcis de Bellicadro, Argentiâ, aliiſque toparchiis in Occitaniâ recepit 1178. menſe Auguſto, cum ſuperiori anno inter eundem, &
1166. 1170. 1173. 1178.

Raymundum Berengarium Comitem A
Prouinciæ Ildefonſi Regis fratrem,
tranſactio habita fuiſſet, pro monetâ
Arelatenſi. Interfuit Concilio Late-
1179. ranenſi 1179. & Eccleſiæ S. Stephani
dominium conceſſit, quod acquiſiue-
1181. rat à Raimundo de Meſencs 1181. XI.
Kal. Aprilis. Tranſiit à ſeculo Rai-
1182. mundus de Bolena 1182. X. Kal. Iu-
lias, conditus in S. Trophimo.

46. PETRVS AYNARD I. aliàs
AYNARD. ISNARDI, creatus ex Canonico Are-
De gueulles freté d'argent.
latenſi Tolonenſis Epiſcopus 1168. ad
Arelatenſem Pontificatum poſteà per-
1183. uenit 1183. Sub eo Præſule Canonici B
Regulare inſtitutum ſuſceperunt: Vr-
banus III. Pont. Max. ædis Metropo-
litanæ priuilegia & poſſeſſiones etiam
confirmauit, vt patet ex authentico
originali Romæ conſcripto, ab Alber-
to Cardinale Rom. Eccleſiæ Cancel-
1186. lario, 2. Id. Decemb. 1186. Pontifica-
tus eiuſdem Vrbani 2. Archiepiſco-
pum verò Arelatenſem antiquo iure
cudendæ monetæ nobilitari conſtat,
nam idem PETRVS fabricæ offici-
nam conceſſit in ſuâ ciuitate, retentis
denariis duodecim in ſingulas libras,
quod ex ſequenti priuilegiorum Are-
latenſium ſpectatur diplomate: C

1186. *IN nomine Domini Anno Incar. 1186.
in menſe Aug. Ego PETRVS ARE-
LATENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus
dono & concedo tibi Petro de Toro & tuis,
Fabricam Monetæ in ciuitate Arelatenſi,
vt tibi & tuis liceat, monetam cudere in
ciuitate prædictâ, nomine Eccleſiæ S. Tro-
phimi, & noſtro & ſucceſſorum noſtrorum.
Tali videlicet pacto, vt de ſingulis libris
monetæ, ſine omni onere & expenſis, Ec-
cleſiæ S. Trophimi & nobis & ſucceſſoribus
noſtris, tu & tui, XII. denarios fideliter red-
datis, & tertium decimum denarium, ad
opus altaris B. Stephani, vt ad alia opera
quæ ſpecialiter ad Sacriſtiam ſpectare di- D
cuntur, Sacriſtæ & Eccleſiæ ſemper fideliter
reddatis, & ſic ſemper pleno iure dominij
reddere teneamini. Hoc etiam addito,
quod ſi nobis & ſucceſſoribus noſtris ali-
quando placeret, in alio loco extrà ciuita-
tem Arelatenſem Monetam cudere, Ma-
giſterium cudendi eandem monetam, ea-
dem ratione tibi & tuis concedimus. Hoc
Actum eſt in Palatio Dom. Archiepiſcopi,
conſilio & voluntate Canonicorum Arela-
tenſium, ſuprà portam S. Stephani, in præ-
ſentiâ Ymberti de Aqueriâ Sacriſtæ, Petri
Ferrcoli Præpoſiti, Vuillermi de Roſſono
Archipresbyteri, Bertrandi de S. Remigio
Veſtiarij, Petri Iſnardi, Poncij Roſtagni,
Bernardi de Aramone, Petri de Aqueriâ.*
Diem ſuum obijt AYNARDVS an. 1190.
1190.

47. YMBERTVS D'AIGVIE-
RES Eccleſiæ S. Stephani Sacriſta, AIGVIERES.
De gueulles à ſix beſans d'argent.
origine Arelatenſis ex familiâ nobili
Aqueriâ, Archiepiſcopatum ſuſcepit
regendum 1190. ac paulò poſt, Hugo 1190.
Dominus de Baucio ei hommagium
reddidit, pro caſtro de Trencarallis in
feſto S. Agnetis 1191. Conſecrat tem- 1191.
plum ſuperius Taraſconenſe in hono-
rem B. Marthæ, cum Roſtagno Aue-
nionenſi Epiſcopo, 1. Iunij 1192. id ve- 1192.
tuſtiſſima carmina indicant, ad latus
maioris ianuæ ſaxo inſcripta. Huic
ſcribit 1198. idibus Iulij è Laterano, 1198.
Innocentius III. Papa, lib. 1. epiſt. ca-
none *cùm apud Sedem; de ſponſalibus*,
quod mutus & ſurdus poſſint matri-
monium contrahere. Eidem vel ſuc-
ceſſori Antiſtiti in mandatis dedit, vt
Epiſcopo Arauſienſi Suffraganeo ægro-
tanti iam ferè per ſexennium incura-
biliter, Coadiutorem virum prouidum
& honeſtum deſignaret can. 5. *ex parte
de Clerico ægrotante* in veteri collectio-
ne; vbi id factum dicitur, petitione
nobilis Principis de Baucio illius ter-
ræ Domini. Controuerſiam habuit IM-
BERTVS, cum Abbate S. Geruaſij de
Foſſis Arberto, ad quam dirimendam
arbitri electi fuêre Epiſcopus Tolo-
nenſis & Piniacenſis Præpoſitus ex ar-
chiuis huius Eccleſiæ. Legitur autem
in veteri ſchedâ Innocentium 3. ei de-
mandaſſe, cauſam definiendam Præ-
poſiti Maſſilienſis, cum Deodato de
Brizac Magiſtro Militiæ Templi in
Prouinciâ, pro decimis capellæ Maſſi-
lienſis. Sepultus eſt apud S. Trophi-
mum cum hoc Epitaphio.

DECIMO-TERTIO *Kal. Aug.
Obijt Dominus* YMBERTVS DE
AQVERIA, *Bonæ Memoriæ* ARE-
LATENSIS *Archiepiſcopus. Anno
Dominicæ Incarnationis* M. CC. II. 1202.
Orate pro eo.

48. MICHAËL DE MORESIO MORES.
De gueulles à ſix beſans d'argent, 3. 2. 1. au chef d'or.
ex Patritio ac Præpoſito Arelatenſi,
1203. auctoritate Pontificiâ elegit no-
uos Conſules, qui à populo grauantet
excepti ſunt, factâ vnione Conſulatus
ciuitatis, cùm à centum & amplius an- 1203.
nis, pax & iuſtitia non fuiſſent ſerua-
tæ, vt habet antiquum Archiepiſco-

patus ſui regeſtum. Multa egit Mi-
chael pro Diuorum cultu celebrando, imprimis circà ædem B. Honorati
Sanctorum reliquiis refertam, comprouinciales Epiſcopos circulari epiſtolâ admonuit, quâ illis admirandum
illud cœmeterium extrà muros ciuitatis Arelatenſis, vetuſtate collapſum,
reſarciendum commendat, de quo
acta Capituli loquuntur. Petrum Aragonium in Italiam abeuntem ſecutus eſt Antiſtes noſter, vt Piſanos &
Genuenſes fœderatos Arelatenſium
1206. componeret. Item anno 1206. Kal.
April. 14. Raimundus Comes Toloſæ,
Marchio Prouinciæ ipſi clientelæ ob-
1209. ſequium edidit; & 1209. Concilio Auenionenſi adfuit, deinde 1214. Synodo Monſpelienſi. Aliud hommagium
1214. ipſi exhibet Comes Montisfortis, pro
caſtris Bellicadri & Argentiâ, quæ in
feudum ab Antiſtite recepit, cuius autographum aſſeruatur in Albo codice
pergameno Archiepiſcopatus Arelatenſis; numero 197. ſub hâc verborum
formulâ:

IN nomine Domini Ieſu Chriſti. An-
1214. *no Incarn. 1214. 3. Kal. Februarij. Notum
ſit, quod MICHAEL Dei gratiâ ARELATENSIS Archiepiſcopus conſilio
R. Præpoſiti, B. Decani, Sacriſtæ, Præcentoris, & totius Capituli Arelatenſis Eccleſiæ, vobis Simoni Comiti Montisfortis &
hæredibus concedimus in feudum Caſtrum
Bellicadri cum totâ Segnoriâ ſuâ, cum totâ
Argentiâ, & omnibus iuribus ſuis & pertinentiis, de quibus duximus hæc propriis
nominibus exprimenda. Caſtrum de Furchis, Adanum, villam S. Petri de Campo
publico, & caſtrum de Iunqueriis, munitionem de Redortâ, caſtrum de S. Romano,
& de Aculiâ, pedagia, ſiue in aquâ, ſiue
in terrâ, leſdas, quintale, cordam, furnos,
Sextarale, Iuriſdictionem, Iuſtitias, Firmancias, trezenos, medios trezenos, laudimia, Monetam, paludes, paſcua, terras cultas & incultas, portus Rodani & Gardonis;
Et omnia alia iura vbicúmque ſint, quæ
ad memorata caſtra pertinere noſcuntur;
quantumcúmque Arelatenſis Diœceſis extenditur à Caſtro Furcarum, & ſuprà vſque
Clauſonnam & à Rocâ Gaudoni vſque ad
Patronas. Concedimus etiam vobis, ius
omne, ſi quod in Auenionenſi, Vticenſi
& Nemauſenſi diœceſi, vel alibi caſtrum
habuiſſe dignoſcatur, exceptis decimis, &
omnibus dominicaturis antiquis, quas nos
& Arelatenſis Eccleſia infra terminos dictos habere dignoſcatur, & excepto pedagio*

A *de pilis Bellicadri, quod Anteceſſores noſtri
Archiepiſcopi Arelatenſes, & nos ipſi conſueuimus percipere tempore Comitum aliorum, exceptis etiam petitionibus & querimoniis, ſi quas aduerſus perſonas aliquas
Archiepiſcopus & Capitulum ante captionem caſtri Bellicadri habebant. Pro dicto
autem feudo, vos & hæredes veſtri, nobis
& ſucceſſoribus noſtris hommagium ligium
facietis, & iurabitis fidelitatem, perſonas
noſtras & Canonicorum Arelatenſium, vitam, membra fideliter cuſtodire, res omnes
& iura ad nos & Capitulum ceu Eccleſiam
Arelatenſem pertinentia, contra omnem
hominem deffendetis, & manu tenebitis*
B *bonâ fide. Baiulus etiam quem apud Bellicadrum, vel Furchas conſtituetis pro tempore, eandem nobis & Eccleſiæ Arelatenſi
excepto hommagio fidelitatem iurabit: &
quod iura noſtra, nobis & fratribus Canonicis integra pro poſſe ſuo conſeruabit. Item
nobis Archiepiſcopo & ſucceſſoribus, pro cenſu centum Marchas legalis argenti ad pondus villæ Montiſpeſſuli in feſto B. Michaëlis apud Arelatem dabitis, aut dari facietis fideliter annuatim, &c. Item confitemur nos recepiſſe à vobis pro accapio
M. CCCC. marcas argenti, pro comparandis poſſeſſionibus ad vſum menſæ no-*
C *ſtræ, &c. Item non licebit vobis, vel hæredibus veſtris, vllo vnquam tempore præfatum feudum donare, commutare, vel alio
modo in aliquem transferre, niſi in hæredem qui in vniuerſum vobis ſuccedet.
Item neque nos, neque Canonici Arelatenſis Eccleſiæ, dabimus aliquid pro leſdâ,
vel pedagio in vendendo, vel traducendo
per aquam vel per terram, res noſtras proprias vel alienas ad vſum noſtrum emendo,
&c. Et nos MICHAEL Arelatenſis
Archiepiſcopus promittimus, quod bonâ fide
vos & veſtros adiuuabimus; & nos Simon
Comes Montisfortis, præfata caſtra, Bellicadri & Furcarum, cum omnibus territoriis à vobis Archiepiſcopo, prout expreſſum
eſt per nos & hæredes, in feudum recipi-*
D *mus, hommagium ligium & fidelitatem,
vobis & ſucceſſoribus veſtris quantumcúmque mutabitur dominus ſiue in feudo, ſiue
in Arelatenſi Eccleſiâ ſine difficultate faciemus, &c. Et nos Arelatenſis Archiepiſcopus & Simon Comes Montisfortis dictum
contractum facimus, ſaluo mandato Domini Papæ ac P. Dei gratiâ S. Mariæ in Aquiro Diaconi Card. Apoſtolicæ Sedis Legati.
Acta ſunt hæc in caſtro Bellicadri in
præſentiâ G. Auinionenſis Epiſcopi & aliorum.* Deceſſit autem Michael
1217. XII. Cal. Aug. & teſtamento 1217.
præter

præter alia ſuum corpus ante altare A
B. Mariæ Cathedralis Eccleſiæ efferri
iuſſit.

BEROARDI. 49. HVGO BEROARDI ex Præ-
poſito Maſſilienſis Eccleſiæ Arelaten-
1218. ſem eſt aſſecutus an. 1218. ſequenti
1219. aſſenſum præbuit cuidam tabulæ
permutationis Stephani Abbatis Po-
dij-rotundi ; & hommagium recipit
1219. eodem anno 4. Non. Aprilis, ab Hu-
gone Domino Baucij Vicecomite
Maſſiliæ, pro caſtro de Trencatalliis,
quod ſe tenere in feudum profiteba-
tur à B. Trophimo. Is autem ſuppreſ-
ſo Decanatu in æde Metropolitanâ
inſtituit Archidiaconatum, ac miſſus B
eſt Legatus Concilij Monſpelienſis ad
Curiam Romanam in negotio Albi-
1224. genſium 1224. pro collectâ mille mar-
charum argenti teſte Chronico Albe-
rici. Ei verò Pont. Max. Bullam ſcri-
pſit quæ hâc ſerie verborum legitur:
» HONORIVS Epiſcopus ſeruus ſer-
» uorum Dei. Venerando Fratri Archi-
» epiſcopo & dilectis filiis Capitulo
» ARELATENSI, Salutem & Apoſto-
» licam Benedictionem. Cum ex ſuſ-
» ceptæ ſeruitutis officio, Eccleſiarum
» cura nobis immineat generalis, ſum-
» mâ nobis eſt ſollicitudine prouiden- C
» dum, ne pro aliquorum inſolentiâ,
» iuris ſui ſuſtineant læſionem. Hinc
» eſt, quòd indemnitatibus Arelatenſis
» Eccleſiæ paternâ ſollicitudine proui-
» dere volentes, ne caſtrum Salonis,
» quod ad ius & proprietatem eiuſdem
» Eccleſiæ, cum pertinentiis ſuis perti-
» nere dignoſcitur, diſtrahere, permu-
» tare, vel alio modo alienare aliquate-
» nus præſumatis, authoritate vobis præ-
» ſentium diſtrictiùs inhibemus. Nulli
» ergo hominum liceat, hanc paginam
» infringere &c. Datum Lateranis IV.
» Nonas Ianuarij Pontificatus noſtri IX.

Eſt in veteribus documentis Capellæ D
Palatinæ S. Mauricij nunc dirutæ,
Raimundi Comitis donatio, cuius te-
nor ex originali depromptus eſt huiuſ-
modi: *NOS RAIMVNDVS
BERENGARIVS Dei gratiâ Comes,
& Marchio Prouinciæ, & Comes Forcal-
querij, Deo iugiter ſeruire volentes, pro
ſalute animæ noſtræ & animæ inclytæ recor-
dationis Ildefonſi patris noſtri, & omnium
prædeceſſorum noſtrorum, volumus & man-
damus, per omnes ſucceſſores noſtros, &
perpetuâ ſanctione concedimus, vt de cæterò
Deo & Eccleſiæ Arelatenſi, & per eam Ve-
nerabili Patri HVGONI Dei gratiâ
Eccleſiæ eiuſdem Archiepiſcopo, & eius ſuc-
ceſſoribus omnibus, dentur decimæ, & red-
dantur de totâ condaminâ, quæ dicitur
Maſſilienſis, & de eius frontariâ, & de
omnibus prouentibus ab ipsâ condaminâ,
& in territorio quod dicitur Trebons; &
mandamus quod iſtæ decimæ dentur & red-
dantur, ab his qui in præſenti dictam con-
daminam detinent, vel poſſident, vel in fu-
turum poſſiderent, eo ſaluo, quod Capella
noſtra, constructa infrà domum noſtram
quæ dicitur Truella apud Arelatem, perci-
piat tertiam partem dictarum decimarum;
quam partem nos HVGO Arelatenſis
Archiepiſcopus concedimus, vt prædicta
Capella in perpetuum abſque alicuius con-
tradictione poſſideat. Acta fuerunt hæc
apud Aquas in Palatio Comitis, ante Ca-
pellam eiuſdem Palatij, in præſentiâ Rober-
ti Abbatis Inſularum de Areis, Petri de S.
Iacobo Canonici & Infirmarij Arelatenſis.
R. Berengarij præpoſiti Forouilienſis. Vil.
de Cotinaco &c. Anno 1227. XI. Kal. Ianu.* 1227.

Memoratur HVGO cum Tolonenſi
& Maſſilienſi Epiſcopis, in inſtrumen-
to pacis inter ciuitatem Maſſilienſem,
Vgonetum de Baucio & Barralam
vxorem, Gilbertum & Barralum filios
pro iuriſdictione vrbis, quam ſanxit
idem Antiſtes coram Romano Cardi-
nale Legato, 1229. 17. Cal. Feb. Gre- 1229.
gorius IX. Papa ei poſteà confirmauit,
omnia quæ deceſſor Michaël de Mo-
reſio executus fuerat, pro recupera-
tione terrarum de Bellicadro & Ar-
gentiâ, quas Toloſæ Comes ab Eccle-
ſiâ Arelatenſi clientelæ beneficio poſ-
ſidebat, vt legitur in bullâ Archiepiſ- 1230.
coparus 1230. Eo ſedente Dominica-
ni Patres in vrbe fundantur 1231. 13. 1231.
Cal. Iulij à Petro Armantio, chartâ
dotationis ſcriptâ in æde S. Deſiderij.
Moritur HVGO 18. Nouemb. 1232. ex 1232.
codice Arelatenſi, & Forojulienſi mar-
tyrologio. Tumulatus in S. Trophimo
cum epitaphio.

50. IOANNES BAVSSANVS III. BAVSSAN.
Archidiaconus Maſſilienſis 1222. poſt
Epiſcopus Tolonenſis, ad Eccleſiam
deinde Arelatenſem tranſlatus 1232. 1232.
Non ex illuſtriſſimâ Bauciâ proſapiâ
natus, ex quâ orti ſunt Principes Arau-
ſicani. Hic duo Concilia Prouincialia
celebrauit pro Eccleſiaſticâ diſciplinâ
& Lodouenſi Eccleſiæ S. Geneſij Are-
latenſis Martyris brachium & ſangui-
nem dedit. Poſtmodum 1234. Rai- 1234.
mundus Berengarius Marchio Prouin-
ciæ, huic Archiepiſcopo aſſignauit,

omnes tedditus bajulæ Altauezij pro A
50. marchis ſterlingorum, vt eſt in tabulario Atelatenſi. Hoc eodem anno
4. Idus. Aug. Bertrandus & Rainaudus Porcelleti, ipſi fidem iurauerunt
pro tenementis in Crauo & piſcariis
S. Geneſij. Item 6. Idus Octob. Rai-
1234. mundus Porcelletus tranſegit cum eodem pro pedagiis incolarum de Sallone, quod pactum à Raimundo Comite confirmatur, apud Aqueriam in clauſtro S. Mariæ. Guillelmus quoque de Baucio, è Principibus Arauſiceæ Ioanni Archiepiſcopo recognouit, tanquam homo ligius feudum piſcaria- B
1236. rum de Ponte S. Geneſij an. 1236. 8.
Kal. Octob. quæ documenta referuntur in libro Pancartæ nigræ Archiepiſcopatus Arelatenſis, ex quo etiam ſequens priuilegium ab originali hîc ſubjicitur:

INNOTESCAT preſentibus & futuris. Quod anno Inc. MCC.XXXVIII.
1238. *Kal. Auguſti. Nos Raimundus Berengarius Dei gratiâ Comes & Marchio PROVINCIÆ, & Comes Forcalquerij, tactis ſacroſanctis Euangeliis iurando promittimus, vobis Domino IOANNI Dei gratiâ Sanctæ ARELATENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPO interroganti, quod vobis & Eccleſiæ fideles exiſtemus,* C *& fidelis deffenſor, protector & conſeruator omnium iurium quocúmque modo pertinentium ad vos; domine Archiepiſcope, & Eccleſiam Arelatenſem exiſtemus; & perſonam veſtram, dominium, ſegnoriam, Iuriſdictionem, & omnia bona veſtra, res, iura, poſſeſſiones, immunitates, & libertates veſtras, & perſonas Canonicorum Arelatenſis Eccleſiæ, vbique deffendemus, ſaluabimus, & cuſtodiemus, & priuilegia & regalia veſtra & Eccleſiæ Arelatenſis ſeruabimus; Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas, domos religioſas, & earum immunitates tenebimus, & tam minoribus, quàm maioribus, & aliis omnibus iuſtitiam exhibe-* D *bimus ſine acceptione perſonarum: Valdenſes & alios hæreticos quocúmque nomine cenſeantur, & eorum credentes, factores, receptatores, deffenſores, conſiliarios & benefactores ad mandatum noſtrum & Eccleſiæ Arelatenſis exterminabimus. Et ea quæ continentur in Cartâ Conſulatus, & Cartam Conſulatus permittimus vobis tenere firmiter, ſeruare, & omnes venditiones factas de bonis hæreticorum per vos vel commune Arelatis &c. Item promittimus vobis prænominato Archiepiſcopo, quod non patiemur transferri vobis vel Eccleſiæ Arelatenſi dominium, iuriſdictionem immunitatem & franchiſiam, quam vos & dicta Eccleſia, milites & probi homines Arelatis in Arelate & ciuitatis tenementis habetis &c. Ad hæc nos I. Dei gratiâ Arelatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, de voluntate totius Parlamenti ad ſonum campanarum & tubarum concedimus, Reimundo Berengario, dicto Comiti Prouinciæ Iuriſdictionem Arelatis, & quidquid commune Arelatis habet, vel viſum eſt habere, vel habere debet, cum ſuo emolumento & honore vſque ad tempus quod nos ordinabimus & ſtatuemus; ſaluis tamen & retentis nobis & vobis, iuribus & rebus aliis quæ in ciuitate Arelatenſi non per vos habemus, vel habere debemus, & eis omnibus quæ in priuilegiis noſtris Regalibus, & Eccleſiæ Arelatenſis continentur. Retentis nobis & Eccleſiæ Arelatenſi appellationibus, publicationibus teſtamentorum, codicillorum & omnium aliarum vltimarum voluntatum, & vocatis publicis Iudeis Arelatis, Saluo & retento omni iure, dominio, dominorum Burgi ipſis dominis Burgi, quod tam ipſi quàm prædeceſſores eorum habere conſueuerunt, in Burgo Arelatis; retento vobis prænominato Comiti omni iure, quod habetis in ciuitate Arelatenſi, vel tenementis, vel prædeceſſores veſtri habuerunt & tenuerunt, ex quâcumque causâ &c. Actum in Palatio Archiepiſcopi, in Parlamento publico Arelatis, præſentibus Romeo de Villanouâ, Guidone Præpoſito Barjolenſi, Henrico Priore Antipolitano.*

Interim 1240. 7. Kal. Aprilis ipſi ſa- 1240.
cramentale edidit Bertrandus Brunus, electus Iudex, & Vicarius Arelatenſis pro extirpatione Valdenſium, ac obſeruatione cartæ Conſulatus ſocietatiſque cum Maſſilienſibus & Auenionenſibus. Extat verò in archiuo Arelatenſi, exemplar tranſactionis nomine Eccleſiæ & diœceſis Arelatenſis inter Raimundum Comitem Toloſanum, & Syndicum populi Maſſilienſis; qui paciſcuntur, de petitionibus Arelatenſium occaſione anathematis in causâ Camargarum, & pro pace inter eos perpetuò obſeruandâ, delecto ar-
bitro Maſſilienſi Præſule 1243. 14. Cal. 1243.
Aprilis. Legitur & in tabulis caſtri Sallonis, chartâ antiqua hiſce verbis contenta:

ANNO Dominicæ Incarnat. 1240. 3. " 1240.
Cal. Decemb. NOS IOANNES Dei "
gratiâ SANCTÆ ARELATENSIS "
Eccleſiæ Archiepiſcopus, per nos & per Eccle- "
ſiam Arelatenſem, promittimus vniuerſo "

populo caſtri Salonis præſentis. Quod A
nullis vnquam temporibus ſuſtinebimus,
nec permittemus vllatenùs quòd caſtrum
Salonis & Seignoria eiuſdem caſtri ſepa-
retur, vel transferatur, vel remoueatur, de
poteſtate noſtrâ & Eccleſia Arelatenſis, &
tradatur, vel perueniat in poteſtatem alte-
rius cuiuſcúmque perſona, vel quarumcúm-
que aliarum perſonarum, ex causâ permu-
tationis, vel aliâ quacúmque causâ, vel
occaſione: Et mallemus quod dictus po-
pulus permitteret nos interfici, quàm
hoc ſuſtineremus: Et ità, ſicut prædictum
eſt, nos obſeruaturos imperpetuum tactis
corporaliter ſacra-ſanctis Euangeliis, iura-
mus. Et nos Fornerius, Hugo & Raimun- B
dus, Bertrandus, nomine & mandato totius
populi caſtri Salonis & pro ipſo, promitti-
mus vobis prædicto Archiepiſcopo & Eccle-
ſia Arelatenſi, quod nos, nullis vnquam
temporibus permittemus vllatenus quod
caſtrum Salonis ſeparetur &c. Et in ſignum
maioris firmitatis, aſculamur vos in ore no-
ſtro, & manus naſtras iunctas ponimus in-
ter veſtras nomine dicti populi. Actum hoc
in caſtra Salonis in Eccl. S. Michaëlis in
præſentiâ Dominorum, G. Carpentoratenſis
Epiſcopi, I. Tricaſtricenſis, G. Prapoſiti,
B. Archidiaconi & Gantelmi Præcentoris
Arelatenſis, G. Comitis Farcalquerij, C
G. de Baucio, viri nobilis, Roſtagni de
Aluernico & aliorum. Diſſidium porrò
inter eundem Antiſtitem & populum
de iuribus ciuitatis iterùm renouatum
eſt, ac pro Arelatenſis Eccleſiæ patro-
cinio ſtetit Raimundus Berengarius
Comes Prouinciæ; qui à Gregorio IX.
Papâ in mandatis habuit, vt faueret
IOANNI BAVSSANO, circà exe-
cutionem cenſuræ interdicti, in Wi-
lelmum de Sabrano Comitem Forcal-
carienſem promulgati à ſex annis, ca-
ſtri Pertuſij inuaſorem, bulla originali
quæ exſtat in archiuo Montiſmajoris, D
data Laterani 11. Kal. Maij Pontifica-
1245. tus XIV. At 1245. vrbs Arelatenſis, quæ
ſub dominio Archiepiſcopi plenâ li-
bertate viuebat, Carolo I. Prouinciæ
Comiti, S. Ludouici Regis fratri, ſeſe
ſubdere coacta eſt: cui Principi hom-
magium profitetur Pontifex, è char-
tophilacio Arelatenſi exſcriptum hoc
modo:

1254. *Anno Dom. 1254. Kal. Nouembris.
Notum ſit, quod IOANNES ARE-
LATENSIS ARCHIEPISCOPVS
fecit hommagium, & fidelitatem Dom. Ka-
rolo Comiti Prouinciæ, iunctis manibus, &
oſculo dato & iuramento præſtito, de eo quod
ipſe habet, vel habere debet, nomine Ec-
cleſia Arelatenſis in Burga Arelatenſi,
quod dicitur Porcelletorum, & pro caſtro S.
Mitrij & caſtro veteri, & pro conſorſo,
& pro ripâ S. Geneſij, qui eſt verſus
partem S. Mitrij, quod vocatur Iuncas,
& pro Gabardello, mala & damna domini
Comitis & ſuorum euitando, bonáque & pro-
ficua & honorem implorando. Actum apud
Taraſconem in caſtello. Teſtes Zoe Aui-
nionenſis Epiſcopus, F. Regenſis Epiſcopus,
B. Arelatenſis Archidiaconus, Philippus
Capellanus, Dom. Romeus de Villanouâ,
Hugo de Aqueria, Iacobus Gantelmi, ac
plures alij.* Mortuus eſt autem IOAN-
NES poſt celebratam Prouincialem 1257.
Synodum in diœceſi anno Domini
1257.

51. BERTRANDVS DE SAINCT S. MARTIN.
MARTIN I. Cui Barralus dominus
de Baucio fidem clientelarem præſtat
pro caſtro de Trencatallis 1258. 4. 1258.
Non. Decemb. in monaſterio S. Cæ-
ſarij Arelatenſis. Rurſum verò inter-
uentu Guidonis Anicienſis Epiſcopi,
compoſita eſt controuerſia Ludouici
Francorum Regis, cum Bertrando
Arelatenſi Præſule 1259. pro caſtris 1259.
Bellicadri & Argentiæ, quæ Simon
Comes Leceſtriæ in feudum ſub red-
ditu mille marcharum argenti poſſide-
bat; & cum fidelitatem nemini Rex
exhibeat, compenſationem poſtulabat
Archipræſul, ſicque caſtra prædicta ab
omni hommagio libera remanſerunt,
Pariſiis an. 1259. menſe Octob. vt patet
ex archiuo Arelatenſi. Migrauit è vitâ
BERTRANDVS 1260. 1260.

52. FLORENTIVS Epiſcopus an-
teà Acconenſis, quæ Ptolemais Syriæ
ſub Archiepiſcopatu Tyrenſi 1261. in- 1261.
déque tranſlatus in Sedem Arelaten-
ſem, vt eſt in Regeſto Vaticani, cuius
Eccleſiæ in partibus Orientalibus Pa-
ſtore vacantis, cura commiſſa fuit
Guillelmo Epiſcopo Agennenſi Pa-
triarchæ Hieroſolymitano. Conci-
lium prouinciale congregauit, in quo
Officium S. Trophimi vt de Apoſtolo,
inſtituit; ac Raimundus dominus de
Montedraconis hommagium ei reddi-
dit 1263. 5. Feb. præſente Arauſicenſi 1263.
Epiſcopo, & Pontio Arelatenſi Archi-
presbytero. Aliam verò fidem clien-
telæ ex tabulario Arelat. ſic accipe:

*EGO Bertrandus de Baucia Armiger,
filius quondam Domini Guillelmi de Bau-
cio; Dominus de Berrâ, Caſtrinoui, Aler-*

ſonis, & Yſtrij, conſiteor & recognoſco, vobis Domino FLORENTIO Sanctæ Arelatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, me habere & tenere in feudum à Beato Trophimo, & à vobis totum affare meum, quod habeo apud Pontem S. Geneſij, & in aquis S. Geneſij & totum affare meum, quod habeo in Crauo, ſiue in agro lapidoſo, quantum ſe extendit dominium Eccleſiæ Arelatenſis: Et pro his vobis hominium facio & fidelitatem iuro, promittens me ſeruaturum Eccleſiam Arelatenſem &c. Actum in caſtro
1266. *Sallonis, in domo Archiepiſcopali 1266.* Igitur mendoſa eſt Saxij aſſertio, quæ FLORENTII obitum Hiſtoriæ inſeruit ad an. 1265.

S. Martin. D'azur ſemé de fleurs de Lys d'or à trois pals de meſme.

53. Bertrandvs de Sainct Martin II. Cardinalis Sabinenſis ex Præpoſito Arelatenſi Archiepiſcopus creatur. Is Metropolitanâ auctoritate confirmauit, an. 1270. Non. April. ordinationem diuiſionis duo-
1270. decim præbendarum Capituli Tolonenſis factam ab Epiſcopo Galtero, vt eſt in archiuis præpoſituræ Tolonenſis; hoc eodem tempore tranſegit cum Raynaldo Porcelleto. Inde ceſſit Archiepiſcopatui, declaratus Cardinalis Sabinus à Gregorio x. Papâ menſe De-
1273. cemb. 1273. & paulò poſt obijt in Concilio Lugdunenſi 1274. Idcircò ſacrâ
1274. purpurâ non eſt ornatus in eâ Synodo generali cum Beato Bonauenturâ, nec mortuus in interregno Pont. Max. Ioannis xxi. quo longè antè defunctus erat, vt pluribus arguitur erroris Alfonſus Ciacconius ab Vghello Abbate Tomo I. Italiæ Sacræ in Epiſcopis Sabinenſibus. Anniuerſarium habet Bertrandvs 14. Aprilis in Martyrologio Forojulienſi.

Malefer-rat.

54. Bertrandvs Maleferratvs III. eligitur 1270. ex Veſtiario Eccleſiæ Arelatenſis. Eodem anno Idib. Iul. Synodum conuocauit, cui interfuêre Epiſcopi Caualliceniſis, Carpentoratenſis, & Auenionenſis. Memoratur in veteribus membranis
1275. 1275. 2. idus Febr. & 15. Kal. Martij, ſententiam pronuntiauit, arbiter compromiſſi Carthuſiæ Montiſriui cum
1280. ſyndicis de Meuuâ. Deceſſit 1280. eóque anno intereſt ſolemni tranſlationi reliquiarum S. Magdalenæ auctore Chronico Belgico.

Langvissel. De... à trois faſſes de...

55. Bernardvs de Langvisel II. Cardinalis Portuenſis, Bertrandi Nemauſenſis & Andreæ Auenionenſis Epiſcoporum frater, anteà Lauracenſis Archidiaconus in Eccleſiâ Toloſanâ. Epiſcopus Card. Portuenſis ac S. Rufinæ renuntiatus eſt, à Martino 4. Papâ 1281. 10. Cal. April. cum 1281.
Æmiliæ, Etruriæ, Lombardiæque Legatus: poſteà fato tranſiit, non quidem Romæ, ſed Vrbeueteri 1290. quo ſe- 1290.
ceſſerat ad nouæ cathedralis ædificationis initium ſpectandum. Sepultus in eâdem ciuitate, ante aram maiórem Eccleſiæ S. Franciſci, in pauimento ſub lapide marmoreo inſcriptio cum effigie & inſignibus ſpectatur.

Anno *Domini* m. cc. lxxxx. *videlicet* xiii. *Cal. Octobris. Obijt bonæ memoriæ* Bernardvs *Epiſcop. Portuenſis.* 1290.
Hunc Rex æterne patri ſociare ſuperno
Pro quo mundana reputauit gaudia vana,
Et mens ſollicita fuit ....
Culpis purgata, vt prorſus fieret tibi grata.

Meminit huius Cardinalis Ciacconius, & Vghellus in Epiſcopis Portuenſibus, qui de eius Pontificatu variiſque ſententiis diſſeruit; Nam & Saxius in Arelatenſium Archiepiſcoporum Hiſtoriâ narrat, hunc Bernardum 1294. condidiſſe teſtamentum, poſt quem annum obijſſe affirmat, contrà Ciacconium qui eum 1290. mortuum ſcribit, ſed vtérque decipitur, vt ibidem fuſius legere licet.

56. Bertrandvs Amalricvs III. Canonicus Remenſis & Martini 4. Papæ à ſacrificiis, eligitur à Capitulo 1281. in locum alterius Bertrandi Ioannis Canonici Agathenſis, cauſarum 1281.
Cameræ Apoſtolicæ Auditoris; tranſlato Bertrando de Languiſello ad Portuenſem Eccleſiam, qui liberè ceſſit electioni, vt habetur in regeſto Vaticani epiſt. 98. datâ Vrbeueteri 13. Cal. Febru. anno primo Pontificatus eiuſdem Martini, teſte Vghello in Epiſcopis Portuenſibus. Obijt Bertrandus 1287.
circa an. 1287.

Capre. De gueules à vne chevre d'argent.

57. Beatvs Rostagnvs de Capra natione Gallus patria Prouincialis ex loco de Grans, infulas adeptus, ex Canonico Arelatenſi 1287. Iulij 23. Quinto Idus Octob. ſequen- 1287.
tis, Bertrandus de Baucio Comes Auellini, homagium caſtri de Trencatallis ei reddidit, quod idem Roſtagnus pretio comparauit an. 1300. Aug. 13. Fuit is pietate inſignis, cuius electionem 1300.

improbauit Honorius 4. nihilominus Metropolitani Pallio eum poſteà decorauit. Synodum diœceſanam in vrbe Inſulâ celebrauit, & 10. Cal. Aug.
1303. 1303. ad celeſtem patriam migrat, vt eſt in Breuiatio Arelatenſi. Sepultus in ſacello Laurentiano S. Trophimi.

Ferrieris. D'hermines à la bordure de gueulles, chargée de huict fers à cheual d'or.

58. Petrvs de Ferrieres II. Petro Domino de Ferrariis ex Gauzide Baronis de Miramont filiâ natus; Petri Lectorenſis Epiſcopi frater, & Cancellarius Caroli 2. Siculorum Regis Prouinciæ Comitis; ſedem
1304. iniit 1304. oppidum Salonij ingreſſus pompâ ſolemni, quinque millia ſolidorum ciuibus dimiſit, quemadmodum referunt veteres membranæ Arelatenſes; item regno Siciliæ Prouinciæque vtiliſſimas conſtitutiones con-
1308. didit. E viuis exemptus eſt an. 1308.

Faltverio.

59. Arnaldvs de Faltverio Cardinalis Sabinenſis, quem alij de Faltineriis nuncupant, patriâ Vaſco, Summi Pontificis Camerarius, Roberti Siciliæ Regis iuſſu inauguratur Antiſtes, inſuperque à Clemente v. Papâ,
1310. creatur Epiſcopus Sabinenſis 1310. Decemb. 10. Corrigendus autem hîc videtur Ciacconius, dum in vitâ Clementis agens de Arnaldo noſtro Falterio Cardinale Sabino, déque ortâ controuerſiâ inter Oſtienſem, & Sabinum Cardinales (vt ponit) quos ad coronationem Henrici 7. Romanorum Regis ritè peragendam Romam deſtinauerat, Clementis iudicio in fauorem Sabini hunc honorem adiudicaſſe, quem Legationis principem eſſe voluit, ſolúmque Legati nomine inſigniuit, vt Imperatorem coronaret, reliquos Cardinales ad eam celebrationem in Italiam miſſos Nuncios vocans. Exiſtimauit igitur Arnaldum illum Legationis principem, fuiſſe Sabinum noſtrum de Falterio, confundens (ſicut Vghellus in Epiſcoporum Sabinenſium nomenclaturâ & alij feciſſe noſcuntur) cum Arnaldo de Pelagruâ Diacono Cardinale S. Mariæ in Porticu, qui fungebatur in Italiâ Legatione Apoſtolicâ, & certò interfuit inaugurationi Henrici, non ille
1317. Sabinus, qui Auenione deceſſit 1317. Septemb. 12. quem Onuphrius mortuum ponit an. 1311. & Ciacconius defunctum ſcribit 1313. ſed malè, cum vocans de Falguerio. Huiúſque meminit Ioan. Villanus lib. 9. c. 42. de quâ item inaugurationis Henrici controuerſiâ pluribus agit doctiſſ. Spondanus, Tomo 1. Annal. Eccleſiaſticorum, recitátque coronationes Imperatoris, etiámque ipſorum Summorum Pontificum, fieri ſolere à Cardinalibus Diaconis, vnctiones autem ab Epiſcopis: quemadmodùm ex decreto Clementis Henricum inunctum fuiſſe à prædicto Nicolao Oſtienſi, idem Ciacconius narrat.

Savmate.

60. Gaillardvs Savmate ex Epiſcopo Magalonenſi Arnaldo fratri ſuffectus 1318. vt eſt in actis Conſiſtorialibus. Eo ſedente Robertus 1318.
Rex Ieruſalem & Siciliæ, Prouinciæ Comes, Arelatenſis dominus, fœdera à deceſſoribus Præſulibus ſancita confirmauit, quæ leguntur in cartophilacio Archiepiſcopali: eiuſdem Principis filio Carolo Calabriæ Duci, Arelatenſes fidei clientelaris ſacramentum præſtitère. At ex antiquo originali diſcitur, an. 1322. Decemb. 17. eumdem Gaillardum coràm ipſo Roberto 1322.
conqueſtum fuiſſe, de monetâ fabricatâ per Vicarios Archiepiſcopi in caſtro Montiſdraconis, quam Auenione commercium habere non patiebatur Rex, in detrimentum Eccleſiæ Arelatenſis. Obijt 1323. 1323.

De Vall. De gueulles à trois faſces d'argent.

61. Gvasbertvs de Valle Pontificis Max. Camerarius oriundus ex villâ S. Petri de Donzaco apud Cadurcos. Nominatus fuit 1328. Iulij 6. ex eodem libro obligationum Sacri Collegij. Præfuit Concilio Auenio- 1328.
nenſi in Eccleſiâ S. Ruffi congregato 1337. Dec. 3. cum Ebredunenſi & A- 1337.
quenſi Metropolitis Suffraganeíſque Epiſcopis. In eâ Synodo præſtantem operam nauauit, ſacellum omnium Sanctorum in Cathedrali fundauit, & ſacram reliquiatum capſam in qua S. Trophimi & aliorum cineres collocarentur excudi curauit. Inde factus Narbonenſis Archiepiſcopus. A quibuſdam perperàm Cardinalis dicitur. Iacet in S. Trophimi Eccleſiâ.

62. Ioannes iv. ex Ordine Religioſo aſſumptus Guasberto ſucceſſit 1341. Septemb. 27. tabulario Va- 1341.
ticani. Diſſidia cum Abbate Montiſmajoris compoſuit, quæ deceſſor mouerat aduerſus Arelatenſem Eccleſiam. Clementem vi. Auenioni inuiſit, vbi priuilegia à Pontificibus col-

lata baſilicæ metropolitanæ renouan- A
1344. da curauit. Primum lapidem quoque impoſuit ædificationi Eccleſiæ S.Laurentij Salonenſis in Prouinciâ 1344. vt notat vetus inſcriptio. Naturæ de-
1347. bitum ſoluit 1347.

La Garde. Comme cy-apres.

63. Stephanvs de la Garde Lemouicenſis, Clementis vi. Papæ affinis & Camerarius, creatur Arela-
1347. tenſis Præſul 1347. April. 7. referente Obligationum libro. De illo memi-
1350. nerunt veteres tabulæ anni 1350. Legationem Longobardiæ & Romandiolæ obtinuit. Salonis ad Crauum ciues rebelles interdixit. Ius cudendæ B monetæ apud Principatum-Montisdraconis inſtaurauit, quod liquet ex chartis oppidi Salonenſis. Parùm veriſimile eſt fuiſſe creatum Cardinalem, vt tradidêre ſcriptores quidam.
1359. Morte ſublatus 1359. ſepelitur in Cathedrali S.Trophimi.

La Garde. Ecartelé au 1 & 4. d'argent à la Croix potencée, cantõnée de 4. Croiſettes d'or, qui eſt de Ierusalem. Au 2.& 3. d'azur au pal d'or, accoſté de ſix eſtoiles de meſme, & à vne bande de gueulles.

64. Gvillelmvs de la Garde Ieroſolymorum Patriarcha, Stephani nepos ex fratre & in Archiepiſcopatu ſucceſſor 1360. Prouinciali Concilio ſubſcripſit, & Imperatori Carolo iv. dum inaugurar etur, coronam impoſuit in Eccleſiâ Arelatenſi C die Mercurij poſt feſtum Pentecoſtes an. 1364. Is autem ob perduellionem bonis mulctatur, à Raymundo de Agouro Prouinciæ Seneſcallo 1367. qui caſtrum de Trincatalliâ dirui iuſſit; aduerſus quem & poëma compoſuit Bertrandus de Allamano, hâc ætate celebris poëta; plures enim tunc hâc ſcientiâ floruêre in variis partibus
1360. Prouinciæ. Hunc refert Ciacconius ex Preſbytero Cardinali tituli S. Stephani in Monte-Celio, ab Vrbano vi. electum fuiſſe Epiſcopum Tuſculanum 1388. Quinimmò & Petrus Saxius in Pontificio Arelatenſi è vitâ D
1371. diſceſſiſſe narrat 1371. quod tamen diſſonum eſt à mente Ciaconij & Vghelli, Italiæ ſacræ Tom. i. in ſerie Epiſcoporum Tuſculanorum, qui ex elencho Cardinalium, bullis Clementis vii. Antipapæ, & ex libro Obligationum, nuſquam Guillelmum hunc de Gardia ad Purpuram vocatum fuiſſe
1392. aſſerit, ſed 1392. Patriarcham & Eccleſiæ Hidruntinæ Adminiſtratorem fato ceſſiſſe.

De Cros.

65. Petrvs de Cros iii. Cardinalis Preſbyter tituli Sanctorum Nerei & Achillei, Eccleſiæ Romanæ Camerarius, Ioannis Card. Præneſtini Lemouicenſis Epiſcopi frater; Qui primò Antiſtes S. Papuli creatus, poſt Bituricenſis, indéque ad Archiepiſcopatum Arelatenſem ſublectus, eam dignitatem obtinuit an. 1376. & Cardi- 1376.
nalibus Anagniæ congregaris pro tribunali ſedens, contrà Vrbanum vi. iudex ſententiam promulgauit 1378. alios 1378.
ad nouum legitimum Pontificem vacante ſede eligendum citauit. Sacellum S.Martiali Lemouicenſium patrono Arelate dedicauit; prætereáque celebris collegij & xenodochij fundamenta iecit Auenione, ac pius in Sanctos, B. Trophimi reliquias thecâ argenteâ incluſit 1381. hoc eodem anno 1381.
in Eccleſia S. Mariæ de Domnis Auenione ſacro Ludouici Neapolitani Regis interfuit. Eligitur Cardinalis à Clemente 7. Antipapâ, mortuus 1388. 1388.
16. Kal. Decemb. in calendario Bituticenſi Maij 10. humatur autem in Eccleſiâ S. Martialis Auenione, ſub inſigni mauſolæo cum inſcriptione de quâ in Bituricenſibus Archiepiſcopis.

Conzié. D'azur au chef d'or, chargé d'vn Lyon naiſſant de gueulles.

66. Franciscvs de Conzié i. Legatus Auenionenſis, Vicecancellatius Apoſtolicus & Pontificis Camerarius, nobili ſtirpe editus in Bugeſio, parente Petro Domino de Conziaco, matre Anceliziâ de Verbos. Vir magnæ exiſtimationis ad dignitates Pontificias ſuâ virtute aſcendit. Nam ex Gratianopolitano Epiſcopo, Arelatenſis factus 1388. Ianuar. 31. ſub Antipapâ 1388.
Clemente 7. referente Obligationum libro, eâdem in ciuitate domum Archiepiſcopalem clauſtri ædificauit, & Ludouicum Andegauenſem Ducem, Comitem Prouinciæ Auenione Regem coronatum ſolemniter Arelate excepit. Sub Benedicto autem Tertio Legatione in Hiſpaniam functus eſt ad Regem Arragoniæ, iterúmque ad Sigiſmundum Imper. pro Conſtantienſi Concilio, atque à Martino v. Legatus Auenionenſis declaratur, demúmque deceſſit 1432. Decembr. 31. 1432.
Vide plura de illo in Archiepiſcopis Toloſanis & Narbonenſibus.

Rochechovart. De gueulles à trois faſces antées d'argent.

67. Ioannes de Rochechovart v. ex nobiliſſimâ & perantiquâ familiâ Vicecomitum Rupiſcauardi in Pictonibus electus Adminiſtrator Arelatenſis an. 1390. ſimul & Bituricenſis Patriarcha. Adhæſit 1390.

Pſeudo-Pontifici Benedicto XIII. te- A
ſtamentúmque condidit apud Villam-
1398. nouam Auenione 1398. mortuus 1402.
Vacauit Sedes annis duobus; cùm in-
1402. terim *Petrus de Lunâ* ipſemet dictus
Benedictus XIII. Archiepiſcopatum
1404. in manu ſuâ teneret 1404. 26. Octob.
De huius Ioannis Purpurâ dubitant
quidam, & rectè.

De.... à trois cheurons briſez d'vn lambeau à trois pendans....

68. ARTAVDVS Eccleſiam Are-
latenſem adeptus eſt 1405. vt conſtat
ex tabularij Arelatenſis cartâ datâ in
caſtro ſuo Sallonis, quâ ſe Archiepiſ-
copum & Principem nuncupat 1408.
Ianuar. 15. Is poſt aliquot annorum B
1405. vacationem, ob ſchiſma eiuſdem Pe-
tri de Lunâ, ſe in fidem ac patrocinium
1408. Ludouici Siciliæ Regis contulit. Ap-
probat verò reductionem decimarum
in diœceſi Tolonenſi factam, bullâ
iſtius Benedicti Antipapæ, datâ Niciæ
2. Non. Martij, ob bella cæteráſque
miſerias, quæ in prouinciâ Arelatenſi
graſſabantur, diplomate ſcripto apud
Sallonum, cui appoſitum eſt ſigillum
Archiepiſcopi Artaldi cum imagine
Sanctorum Stephani & Trophimi, &
ſtemmate familiæ hîc deſcripto. De-
1409. ceſſit anno 1409.

BROGNIER.

69. IOANNES DE BROGNIER C
VI. Cardinalis Oſtienſis cognomentò
de *Embroniaco* Anicij in Sabaudiâ, ex
obſcuris parentibus ortus, Viuarienſis
Epiſcopus, poſteà Gebennenſis, anno
1410. verò 1410. ad hanc Eccleſiam trans-
fertur. Clarus autèm ob ſingularem
doctrinam ab Antipapâ Clemente,
Purpurâ decoratur an. 1385. inſuper &
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecan-
cellarij officio; deinde etiam à Pſeudo-
Pontifice Benedicto Epiſcopus Oſtien-
ſis ac Veliternenſis electus eſt. Hic
licet in ſchiſmate hanc dignitatem
aſſecutus, adeò tamen pacis Eccleſiæ
amans fuit, vt Benedictum hortaretur D
vltrò ſe Pontificatu abdicare. Qui
cùm deprecanti haud adquieſceret,
damnato ſchiſmatico ad verum Pon-
tificem in Italiam Ioannes profugit,
Piſáſque deuenit, vbi Concilium ce-
lebrabatur. Ibi cum Cardinalatus ho-
nor iterùm ei fuiſſet collatus, inter
cæteros Patres Alexandrum V. euexit
ad Sedem, à quo iterùm creatus Oſtien-
ſis & Cancellarius S. R. E. adfuit co-
mitiis in quibus Ioannes 23. creatus eſt
Pontifex, & Conſtantienſi Concilio,
in quo Martinus V. Columna ſalutatus
eſt in Papam, cui ob excellentes ani-
mi dotes cariſſimus fuit. Ratione Ar-
chiepiſcopij litem mouit contrà Lu-
douicum Neapolitanum Regem Pro-
uinciæ Comitem, propter ſalinas mu-
nicipij Trium Mariarum. Collegium
Auenioni, & alterum Geneuæ ampliſ-
ſimum conſtruxit; Teſtamento lega-
uit bibliothecam ſuam Arelatenſi Ec-
cleſiæ. Migrauit ad Dominum Romæ
menſe Februario 1426. ibique ſepultus 1426.
iacet. Eius vitam conſcripſêre Ferdin.
Vghellus in Epiſcopis Oſtienſibus
tomo I. Ital. Sacræ, Alphonſus Ciac-
conius, & alij.

ALEMAN. De ſable à vn Lyon d'argent couronné & armé de gueulles.

70. BEATVS LVDOVICVS
ALEMAN Cardinalis S. Cæciliæ,
ARELATENSIS dictus, natione Bu-
geſianus ex nobili familiâ Alemannâ,
Ioannem Alemandum Equitem Do-
minum de Mongeſſon, & Mariam de
Chaſtillon de Michaille parentes ha-
buit. Primùm Canonicus Lugdunen-
ſis & Præcentor Valentinenſis, poſteà
Abbas Tornuſij, tùm Magalonenſis
Epiſcopus, non Maclouienſis in Are-
moricâ, vt Sandero aliiſue placet. Are-
latenſis creatur Antiſtes 1421. inter 1421.
Cardinales à Martino V. Pont. coop-
tatus fuit poſt Concilium Conſtan-
tienſe 1426. Bononiæ Legatus, & Vice- 1426.
cancellarius Apoſtolicus extitit, Præ-
féſque Concilij Baſileenſis, nomine
Eugenij IV. reuocato Iuliano Cæſari-
no: ſciſſuram tamen poſteà fecit ab
ipſo Eugenio, eum eóque inſuper gra-
ues ſimultates egit. Cauſas addit de-
fectionis Ioannes Cardin. de Turre-
crematâ cur ei infenſus fuerit Arela-
tenſis iſte Cardinalis; videlicet quia
ab eo Pontifice non valuerat impetra-
re, vt auunculo ſuo in officio Cameræ
Apoſtolicæ ſuccederet. Adhæſit igi-
tur partibus Felicis V. dicti anteà Ame-
dei Ducis Sabaudiæ, quem conſecra-
uit, ab eóque miſſus eſt Legatus 1441. 1441.
in conuentu Moguntino à Principibus
Germanis in cauſa ſchiſmatis celebra-
to. Ob id aliáſque cauſas Purpurâ pri-
uatus eſt ab Eugenio, ſed abdicante
Felice, Nicolaus V. ſupremum Eccle-
ſiæ Pontificatum adeptus, Cardinalem
ALAMANDVM reſtituit, cúmque
Legatione in Germaniam inferiorem
cohoneſtauit. Fuit porrò hic Cardi-
nalis præcipuus Regis Siciliæ Ludo-
uici III. Comitis Prouinciæ Admini-
ſter, qui varia Eccleſiæ Arelatenſis pri-
uilegia ab eo Principe impetrauit,

Eccleſiam quoque S. Trophimi & Archiepiſcopale caſtrum magnificè inſtaurauit. Tandem eximiæ pietatis atque ſanctitatis Præſul, Deo emiſit animam Salonij, non Lauſannæ, aut Altæcombæ, vt perperam ſcribunt
1450. quidam 16. Septembris 1450. ac numeroſâ totius Prouinciæ populorum frequentiâ eius exequiæ celebratæ ſunt. Sepultus in cathedralis templo B. Trophimi, cum ſequenti inſcriptione tumulo inſculptâ:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu quæ valuêre, ruunt.

Vnde, ſicut Deo placuit, Anno milleno quater centeno cum quinque deno, luce vero ſextâ, menſis Septembris decimâ, bonæ memoriæ Reuerendus in Chriſto Pater, & Dominus LVDOVICVS *Sacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctæ* CECILIÆ *Presbyter Cardinalis* ARELATENSIS *vulgariter nuncupatus, ſacræ huius Baſilicæ Adminiſtrator bene meritus, Princeps vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ, ad maius vocatus Tribunal deuotè viam eſt vniuerſæ carnis & Catholicè ingreſſus. Orate pro eo, vt anima eius requieſcat in pace.*

Huius Cardinalis cum laude meminerunt varij Auctores, videlicet Chronicon magnum Belgicum, ſanctæ vitæ & miræ patientiæ multiſque miraculis coruſcaſſe extollit: Æneas Siluius Pontifex Pius II. dictus, vel potius Ioannes Gobelinus eius à ſecretis, in ſuis commentariis & epiſtolis maximè 96. Onuphrius Panuinius, Ciacconius, Sanderus, Venerius in faſciculo temporum, Aub. Miræus in faſtis Belgicis, Abrahamus Bzouius, & Spondanus in continuatione Annal. Card. Baronij
1438. ad an. 1438. qui de eo plura conſcripſit. Vir quidem ille, inquit, Legationibus Apoſtolicis, aliiſque rebus præclarè geſtis inſignis, magnâque pietate, doctrinâ, & religione ac vitæ auſteritate conſpicuus (vt ſunt plurimorum Auctorum elogia, quæ in vnum collegerũt ſcriptores Amedei Pacifici & Additamentorũ in Vitas Pont. Ciacconij), ſed quem ſiue ſimultas aliqua, ſeu zelus non ſecundùm ſcientiam, & nimia credendi calumniatoribus facilitas, ab Eugenio retraxerat, & in defenſione Concilij Baſileenſis, quod legitimum credebat, obſirmauerat; præcipuum ſane illius columen, poſt abs ceſſum ceterorum Cardinalium aliorúmque præcipuorum Antiſtitum. Sed

A ſchiſmatis hinc exorti culpam pœnitentiâ ipſum diluiſſe intelligi datur, ex ſancto eius fine; quippe quem & miraculis ad eius ſepulchrum Arelate fieri ſoliris, vt Æneas Siluius teſtatur, claruiſſe conſtat; & vnà cum Petro Luxemburgio, quem æquè in ſchiſmate ſub Clemente dicto VII. ſanctè obijſſe vidimus, poſteà Clemens 7. Papa an. 1527. ob memoriam egregiarum vtriuſque virtutum, ac piorum operum, necnon miraculorum coruſcationem, debito Beatis cultu ac veneratione honorari conceſſit. Haud tamen propterea intendens, vt ait, eoſdem in cata-
B logo Sanctorum eſſe relatos, donec ſeruatis debitis ſolemnitatibus ad illorum canonizationem deuentum fuerit. Hactenus ille.

71. IOANNES DE BEAVVAV VII. Bertrando de Bellaualle Barone de Precigny, Renati Siciliæ Regis Magno hoſpitij Magiſtro, Andegauenſium Seneſcallo, ex Ioannâ de la Tour-Landry natus, Apoſtolicæ Sedis Protonotarius, poſteà Eccleſiæ Arelatenſis Adminiſtraror, & Abbas Commendatarius S. Petri Montiſmajoris eligitur, quæ beneficia poſſedit per annos fermè quatuor, ad annum
C ſcilicet 1449. cum honoribus priuatus 1449.
Alamannus Cardinalis domi ſe contineret. Conſtat verò Pontificem Arelatenſem non fuiſſe inauguratum, nam ex membranis veteribus temporales Eccleſiæ ſuæ & Abbatiæ prouentus conduxerat, Roberto Epiſcopo Tiberiadenſi, cui vices etiam ſuas in ſpiritualibus commiſit idem Ioannes, vt habetur in litteris ſcriptis Andegaui XI. die Nouemb. 1446. poſtremò ad 1446.
Epiſcopatum Andegauenſem poſtea latus eſt, vbi de illo etiam agemus.

BEAVVAV. D'argent à 4. Lyons cantonnez de gueulles, couronnez, armez, & lampaſſes d'or, briſé d'vne eſtoile d'azur en cœur.

D 72. PETRVS DE FOIX IIII. Cardinalis de Fuxo Senior nuncupatus, Auenionenſis Legatus, Archembaldi Graillij Capitalis ſiue Dynaſtæ Buxij, Vicecomitis de Caſtillon, & Iſabellæ Fuxenſis, Mathei Vicecomitis Caſtriboni ſororis & hæredis filius; Ioannis Comitis Fuxenſis Vicecomitis Bearnenſis frater. Adoleſcens Toloſæ optimis imbutus diſciplinis, habitum & inſtitutum Fratrum Minorum, ſolemni profeſſione in Conuentu Morlanenſi Bearni tunc maximè florente vouit, ac poſteà diſpenſante Pontifice, Epiſcopus Laſcurrenſis, & Conue-

FOIX. Ecartelé au 1. & 4. d'or a trois pals de gueulles, qui eſt Foix. Au 2. & 3. d'or à deux vaches de gueulles, poſées l'vne ſur l'autre accornées, accolées, & clarinées d'azur, qui eſt BEARN.

narum

narum Eccleſiæ Adminiſtrator perpe-
tuus factus à Benedicto XIII. Antipa-
pâ, creatur Preſbyter Cardinalis tit.
S. Stephani in Coelio-monte 1399.
ætatis ſuæ vigeſimo ſecundo; cui ab
omnibus Collegij Sacri Patribus pe-
nè deſerto, vſque ad Conſtantienſe
Concilium fauit: ſed huius Antipapæ
pertinaciæ pertæſus, eo relicto ad
Conſtantienſem Synodum confugit;
quem cum tanquam legitimum Car-
dinalem complexi fuiſſent Concilij
Patres, Martini V. Columnæ electio-
nem ſuffragijs ſuis iuuit, ſub quo Pon-
tifice Legatus à Latere cum ampliſſi-
mâ poteſtate in Hiſpaniam, ad Alfon-
ſum Regem Arragonum deſtinatus eſt,
litteris datis Romæ 6. Idus Ianuarij
1425. ad extinctionem ſchiſmatis Pa-
1425. niſcolenſis, quod mortuo Benedicto
adhuc vigebat, ſuâque prudentiâ Ægi-
dium qui ſe pro Clemente VIII. Papâ
gerebat, inſignia, noménque Pontificis
deponere coëgit; Pſeudo-Cardinali-
bus pertinacibus amandatis in carce-
rem. Rebus ad pacem Eccleſiæ benè
compoſitis, Legatus Romam reuerſus,
an 1428. honorificè ab omnibus, ipſó-
1428. que Papâ ſuſcipitur. Hic tamen mo-
nere viſum eſt, cum Spondano in An-
nalib. Eccleſiaſticis, reperiri in hiſto-
riâ Eliæ Appamienſis Fuxenſium Co-
mitum, eumdem Cardinalem miſſum
à Martino Pont. ad Imperatorem Græ-
corum; errore ſcriptum, vt pro Fuxenſi
quem malè Hiſpanum & Archiepiſco-
pum Toloſanum Ciacconius aliíve in-
digetant, Petrus Fonſeca Hiſpanus
Cardinalis poſitus fuerit; nec ei im-
mutationi nequaquam adhærendum,
tum quod disertè in eius epitaphio le-
gatio Hiſpanica memoretur, nihílque
narretur de hac Græcâ, quæ omittenda
nō erat. Rurſùm Petrus de Fuxo miſſus
1429. eſt à Pont. ad Arragoniæ Regem 1429.
pro vltimo complemento extinctionis
ſchiſmatis quinquagenarij, quod pe-
ſtilentiſſimum ac diuturniſſimum ex-
tinctum eſt omninò, virtute diuinâ &
prudentiâ noſtri Legati: Qui poſt hæc
feliciter patrata, Dertuſæ ex omnibus
Prælatis regnorum Arragoniæ, Valen-
tiæ, & Cataloniæ Principatus, Conci-
lium celebrauit, pro Eccleſiarum illa-
rum partium reformatione: ſicque Ca-
lendis Iulij eiuſdem anni laborioſiſſi-
mæ Legationi finem impoſuit, quam
„ laudatiſſimè, vt ait Spondanus, ingenti
„ Catholicæ Eccleſiæ bono, regnorum

A ac Regum Hiſpaniæ commodo, æternâ „
ſui ipſius nominis gloriâ, atque eximiâ „
gratulatione Pontificis, & totius Col- „
legij Cardinalium, orbíſque vniuerſi „
exercuit. Iterum aliâ Legatione Aue- „
nionenſi nobilitatus eſt 1430. 7. Idus 1430.
Martij, quâ vſque ad obitum fun-
ctus eſt, tantâ omnium gratulatione
vt Bonus Legatus vulgò nominaretur.
Inde ab Eugenio 4. declaratur Epiſ-
copus Cardinalis Albanus 1431. 2. 1431.
Id. Martij; eligitur autem Antiſtes
Arelatenſis 1450. 7. Idus Octob. vti 1450.
referunt Acta Conſiſtorialia Vaticani.
Demùm pro Eccleſiæ ſuæ iuribus
B tuendis, cum Renato Siciliæ Rege,
Prouinciæ Comite tranſegit, palatium
Epiſcopale & caſtrum Salonis ædifi-
ciis, baſilicam Metropolitanam ſacel-
lo ornauit, Franciſcanorum Eccleſiæ
partem Aueniοni erexit, & in munici-
pio Trium-Mariarum in Camariæ in-
ſulæ finibus, eodem Principe depre-
cante reliquias à terrâ leuauit. Sed
& Toloſæ ad decorem Academiæ, am-
pliſſimum Collegium Fuxenſe magnis
ſumptibus conſtruxit, & opimis red-
ditibus dotauit 1457. alendis ac bonis 1457.
litteris inſtituendis viginti quinque te-
C nuiorum facultatum adoleſcentibus;
locupletiſſimâ inſuper additâ omnium
linguarum & facultatum librorum bi-
bliothecâ: Mortuus eſt autem Aue-
nione hic vir magnus, de Eccleſiâ &
Republicâ Chriſtianâ adeò benè me-
ritus, anno ætatis ſuæ 78. Cardinala-
tus 57. regiminis Arelatenſis XII. De-
cembris die 13. anno 1464. vt refertur 1464.
ex eius epitaphio, in Eccleſiâ Mino-
rum vbi humatus eſt:

*SVB hoc humili iacet loco Fr. PETRVS
DE FVXO creatus Cardinalis, anno æta-
tis ſuæ vigeſimo ſecundo, qui in Concilio
Conſtantienſi cum Cardinalibus, & in Hiſ-
paniâ Legatus ſchiſma deleuit, & duos
Hiſpaniæ Reges confœderauit. Tiaram B.
D Silueſtri Lateranenſi Eccleſiæ reſtituit, Aue-
nionem, & diuerſas prouincias, vt Pater
Patriæ annis XXXII. rexit. Iacobi & Sa-
lome Marias alta locauit. Tandem anno
M. CCCC. LXIV. menſe Decembri ani- 1464.
mam Cælo reddidit, quem Sancta ſuſcepit de
terrâ Luciæ; Pauli Pontificis Maximi anno
primo.*

De vitâ huius Cardinalis qui pro-
nepotem habuit alium ſibi cognomi-
nem, Ioannis Comitis Fuxenſis Prin-
cipis Bearnenſis filium Petrum Cardi-
nalem de Fuxo iuniorem, Phœbi

Regis Nauarræ patruum, tam Onu- A phrius, Ciacconius, Vghellus in Epiſcopis Albanenſibus, Spondanus in Annalibus Eccleſiaſticis Tomo 11. conſuli poterunt, quàm cæteri alij Rerum Gallicarum qui de eo diffusè meminerunt Scriptores.

LEVIS. D'or à trois cheurons de ſable.

73. PHILIPPVS DE LEVIS Cardinalis Arelarenſis nobili proſapiâ, patre Euſtachio Barone de Quelus, matre Adeleide de Coſan Magni Franciæ domus Regiæ Oeconomi filiâ natus. Epiſcopus Agathenſis inde ad Auxitanam Metropolim transfertur, quâ eiuratâ dignitate in gratiam B nepotis, factus eſt Archiepiſcopus titularis Tyrenſis, ac poſtea cedente Petro Cardinale de Fuxo Arelarenſis Archiepiſcopatus ſucceſſor datus epiſtolâ Pij 2. Pont. Max. vt ex ſequenti diplomate in archiuis Arelatenſibus refertur, cuius tenor eſt huiuſmodi.

» PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum
» Dei, Dilectis filiis populo ciuitatis &
» diœceſis Arelarenſis ſalutem & Apo-
» ſtolicam benedictionem. Hodie ve-
» nerabilem Fratrem noſtrum PHILIP-
» PVM ARELATENSEM, tunc Auxi-
» tanum Archiepiſcopum, Referenda- C
» rium noſtrum apud Sedem Apoſtoli-
» cam conſtitutum, à vinculo quo Ec-
» cleſiæ Auxitanæ Ordinis S. Auguſtini,
» cui tunc præerat tenebatur, de Fra-
» trum noſtrorum conſilio, Apoſtolicæ
» authoritatis plenitudine abſoluentes,
» ipſum ad ECCLESIAM ARELA-
» TENSEM dicti Ordinis, tunc certo
» modo vacantem, de prædictorum Fra-
» trum conſilio Apoſtolicâ authoritate
» tranſtulimus, ipſúmque illi præfeci-
» mus in Archiepiſcopum & Paſtorem,
» curam & adminiſtrationem eiuſdem
» Eccleſiæ Arelatenſis ſibi in ſpirituali-
» bus & temporalibus plenariè commit- D
» tendo, liberam ſibi tribuendo licen-
» tiam ad prædictam Eccleſiam Arela-
» tenſem tranſeundi, prout in noſtris
» litteris plenius continetur. Quocircà
» vniuerſitatem veſtram rogamus, qua-
» tenus eumdem Philippum Archiepiſ-
» copum, tanquam Patrem & Paſtorem
» animarum veſtrarum grato admitten-
» tes honore, exhibeatis eidem obedien-
» tiam & reuerentiam debitas & deuo-
» tas: Datum Romæ apud S. Petrum
1462. » anno Incarn. Dom. M. CCCC. LXII.
» Idibus Februariis, Pontificatus noſtri
» quinto. C.F. Picolomini. Vocatus eſt

ad Purpuram à Sixto 4. Papâ 1473.
Nonis Maij declaratus Romæ in Con- 1473.
ſiſtorio apud S. Mariam Majorem in
ſecundâ creatione, cum interim abſens
vices curámque Archiepiſcopatus Di-
nienſi Epiſcopo commiſiſſet. Exceſſit
è viuis in eadem vrbe, vbi marmoreo
ſepulchro prope fores Eccleſiæ S. Ma-
riæ Majoris cum hoc epitaphio tumu-
latus iacet:

PHILIPPVS DE LEVIS,

TITVLI Sanctorum Petri & Marcellini Cardinalis ARELATENSIS, è Galliâ ortus, illuſtris natalibus, virtute illuſtrior, Romanis Pontificibus & Chriſtianiſſimis Francorum Regibus magno in pretio habitus, in Senatum Apoſtolicum probitate adſcitus. Obiit ſuo natali, magno ſui relicto deſiderio, quippe qui corporis & animi bonis præditus, ſummáque authoritate pollens, profuit quibus potuit, obfuit nemini. Vixit annos XL. Obiit
anno M. CCCC. LXXV. pridie No- 1475.
nas Nouembris. Duo Fratres iacent hic eodem clauſi ſepulchro, PHILIPPVS & EVSTACHIVS, primus Cardinalis fuit, ſed vtérque Archiepiſcopus ARELATENSIS.

LEVIS.

74. EVSTACHIVS DE LEVIS
Abbas monaſterij S. Petri Montiſma-
ioris, Philippi Cardinalis frater, Ro-
mæ Archiepiſcopus Arelatenſis re-
nuntiatur à Sixto 4. ſub an. 1476. 1476.
mox vrbem ſuam ſolemniter ingredi-
tur, & nomine Regis fidem clientelа-
rem à Galeatio Roboreo Agennenſi
Epiſcopo recepit 1479. Paulò poſt Ca- 1479.
rolum VIII. Galliarum Regem Arela-
tem tum primùm aduentantem, in ba-
ſilicâ Metropolitanâ ſuſcipit. Eius ſuc-
ceſſorem perperàm aſſerunt quidam
Andream Lugdunenſem Cardinalem.
Sepultus iuxta fratrem, cuius cenota-
phium ita inſcriptum legitur:

SEDENTE Innocentio VIII. Pontifice Maximo EVSTACHIVS, natione Gallus, nobili LEVORVM gente, ARELATENSIS Archiepiſcopus, hîc ſitus eſt. O quanta fuit in hoc Antiſtite Fides, Pietas, Religio, Sanctitas: ob quæ eum meritò Pont. Max. inter SacroSanctos ſibi diuinarum Ceremoniarum Antiſtites connumerari voluerit; Qui cum fratrem PHILIPPVM S.R.E. Cardinalem, qui iuxtà ſe cubat, vnicè dilexiſſet in vitâ, in morte quoque, vt tumulo illi iungeretur, mandauit. Vixit annos

1489. *XLII. obiit M. CCCC. LXXXIX. diæ XXII. menſis Aprilis.*

CYBO. De gueulles à la bande échiquetée d'argent & d'azur de 3. traicts, au chef d'argent, chargé d'vne Croix pleine de gueulles, qui eſt GENNES.

75. NICOLAVS CYBO Abbas Monrifmaioris, ex familiâ Genuenſi equeſtris ordinis, Ioannis Baptiſtæ Cybo, Innocentij eius nominis VIII. Pontificis conſobrinus, à Coſentino Archiepiſcopatu ad hanc Eccleſiam transfertur, bullâ eiuſdem Papæ ſcriptâ Romæ 1489. 8. Cal. Maij, cuius originale in archiuo Arelatenſi habetur. Statum regularem Beati Auguſtini à Petro Einardo Præſule inductum in ſecularem reducendum, & à
1489. Ludouico XII. Francorum Rege priuilegia vrbis diplomate confirmari curauit. Qui verò inter Cardinales allectum ſibi perſuadent veraciter fallun-
1499. tur. Mortuus eſt circa an. 1499. Ceterùm eiuſdem gentis præter Innocentium Papam purpurâ decorati ſunt; Marcus Guido S. Pudentianæ, Leonardus S. Coſmæ, Angelus S. Martini in Montibus, Laurentius Prænestinus Cardin. Beneuentanus, Innocentius Bononiæ Legatus, & Alderamus Caroli Cybo Malaſpinæ hâc ætate Principis Maſſæ, ex Brigidâ Spinola filius Vrbini Legatus, Innocentij X. Pontificis ſupremus domus Magiſter: Ceſſat autem Taurinenſium Archiepiſcopatum, Innocentius & Ioannes Baptiſta Maſſilienſem in Gallia, aliáſve Eccleſias texêre.

FERRIER. Ecartelé au 1 & 4. d'argent à quatre fers de lance d'azur en triple bande. 1.2 1. Au 2. & 3. de gueulles à deux gerbes d'or, miſes en ſautoir trauerſées de 2. lances de meſme, liées d'argent. Sur le tout d'azur à vne fleur de Lys d'or.

76. IOANNES FERRIER VIII. Hiſpanus Tarraconenſis, Ilerdenſis Epiſcopatus Archidiaconus, Alexandri VI. Pont. Cubicularius, vir nobilis, pius & doctus, Epiſcopus Melphienſis eligitur 1498. Nouembris 28. ex ceſſione Ioannis Cardinalis Borgiæ, translatus poſt annum ad Arelatenſem Eccleſiam à Ludouico XII. Fuit is verè Apoſtolicus præſul, Gregorij Nazianzeni imitator, qui ad ſecretiora quietis ergò & pietatis confugiens, Eccleſiaſtica loca, & rotam ſancti Trophimi domum ſacram ſedilibus, organis, veſtibus ſacris munificentiſſimè auxit & locupletauit. Anno 1500. caſtrum Salonis cum ſancti A-
1500. mantij villâ reſtituit, in quam frequentiſſimè tranquillitatis captandæ cauſâ ſecedebat; demùm Eccleſiam ſuam, cum Archiepiſcopali palatio regali ſumptu ampliauit. Cum iam ſenior eſſet, Legationis Apoſtolicæ munere functus eſt in Galliâ apud Ludouicum

A Regem, qui in gratiam meritorum, regio lilij ſtemmate ſcutum gentilitium familiæ exornauit. Iacet in Eccleſia S. Trophimi Arelate, vbi ſub mauſoleo ſuperbo legitur hoc epitaphium:

DEO OPT. MAX.

IOANNI FERRERIO Decret. Doctori, ex oppido Terravega prouincia Tarraconenſis, Epiſcopo Melphienſi, demum ARCHIEPISCOPO ARELATENSI, ſingulari probitate & religione prædito, cuius prudentiâ & integritate, in duabus ampliſſimis Legationibus,
B *quas iuſſu Alexandri Sexti Pont. Max. ad Ferrandum Siciliæ, deinde ad Ludouicum XII. Regem Galliæ Chriſtianiſſ. cum maximâ amborum Principum approbatione peregit, egregiè perſpectâ, & honoribus, ac præmijs ornata eſt. Vixit annos LVII. dies X. Maſſiliæ moritur die XVII. Ianuarij. M. D. XXI. IOANNES FER-* 1521.
RERIVS in eadem Eccleſiâ ſucceſſor, patruo B. M. ſibique poſuit, ſacellúmque hoc conſtrui fecit.

FERRIER, Comme cy-deſſus.

77. IOANNES FERRIER IX. ſuperioris ex fratre Mathiâ nepos, agente Franciſco Galliarum Rege Coad-
C iutor deſignatus 1518. patrui ſedulus 1518.
imitator, in Archiepiſcopatu extitit per annos triginta, idémque ipſius hæres nominatur teſtamento anni 1520. 1520.
die 16. Ianuarij. Ad eum extant epiſtolæ viri docti Dionyſij Faucherij monachi Abbatiæ Lerinenſis. Viuere autem desiit 1550. ſepultus iuxtà pa- 1550.
truum in ſacello Ferreriorum, quod ab eo inceptum, ipſe nepos eius ſumptuoſo opere ad finem perduxit, vt auctor eſt Noſtradamus parte VI. Hiſt. Prouinciæ, qui Ferretij elogium conſcripſit. De hoc Ioanne, vel deceſſore, hos verſus recitat Iodocus Sincerus, in Itinerario Galliæ cenotaphio
D inſcriptos.

Quiſquis ades & morte cares, en reſpice plora,
Sum quod eris, modicum cineris, pro me precor ora.

BROVLLAT. D'azur au cheuron d'argent.

78. IACOBVS DV BROVLLAT è familia Batonuilleâ, nominatus ab Henrico II. Rege, Arelatenſi præfuit Metropoli 1551. ſed plus in aulâ 1551.
verſatus quam in Eccleſiæ muneribus ſacris obeundis, ex hoc Nouarorum ſectæ, & erroneis doctrinæ reformatæ opinionibus ſeſe addixit; quapropter & Ludouici Borbonij Principis

Condæi pattes ſecutus, cum Odeto A
Cardinale Caſtilioneo, Senatuſcon-
ſulto Pariſienſi Sacerdotia eius vacare
1562. declarantur 1562. vt recitant Sponda-
nus in Annalib. romo 3. & Belcarius
Epiſcopus Metenſis Hiſt. lib. 29. & 51.
Nonnulli exiſtimant in Germaniam
poſteà ſe recepiſſe, vbi vltimum vitæ
diem clauſit.

LENONCOVRT. D'argent à la Croix engreſlée de gueulles.

79. ROBERTVS DE LENONCOVRT
Card. Sabinenſis nobilitate generis,
litterarum cognitione, vitæque ſancti-
moniâ inſignis, patre natus Theodori-
co domino Caſtri-theodorici Ludoui-
ci XI. Galliarum Regis Cambellano. B
Hic Cathalaunenſis Epiſcopus præ-
ter purpuram, quâ ornatus eſt à Paulo
III. Pontifice, tituli S. Anaſtaſiæ an.
1538. ad Romanam Curiam profectus,
Epiſcopus Sabinenſis euaſit 1560. 13.
1560. Martij, ac deinùm Toloſanus & Are-
latenſis Metropolita. Epiſcopatum
Metenſem à Iulio 3. Papâ moderan-
dum ſuſcepit, quam Eccleſiam ràm
benignè prudentérque rexit, vt de
ipſo Metenſes, tanquam de viro inte-
gerrimo ac maximè pio Præſule vſque
1564. nunc ſentiant. Metis deceſſit 1564. 4.
Nonas Februarij ſepultus in Prioratu C
ſuo Charitatis ad Ligerim. Ipſius ge-
ſta commemorant Petramellarius,
Ciaconius, Vghellus, & alij qui de
Cardinalibus elogia ſcripsêre. Ex eâ-
dem gente Lenoncuriâ apud Lotha-
ringos illuſtri vixerunt ſuperiore ſæ-
culo, tres S. R. E. Cardinales Ro-
bertus Archiepiſcopus & Dux Re-
menſis, ipſius nepos Arelatenſis noſter
Metropolita, Philippus Cathalau-
nenſis Epiſcopus, Ordinis S. Spiritus
Præceptor, regnante Henrico III. &
Ioannes Epiſcopus Virdunenſis.

ALBON. De ſable à la Croix d'or.

80. ANTONIVS D'ALBON Guil-
lelmi Domini de S. Forgeul & Ga- D
brielidis de Sainct Chaumont filius,
Abbas Sauiniaci & Inſulæ-Barbatæ,
ac Lugdunenſis vrbis Præfectus, vno
1561. rantùm anno Arelatenſem Eccleſiam
rexit, nam permutatione factâ cum
Hippolyto Eſtenſi Cardinale Archie-
1562. piſcopatui ceſſit pro Lugdunenſi Gal-
liarum Primatu 1562.

D'ESTE. Ecartelé au 1. & 4. DE FRANCE à la bordure endentée d'or & de gueulles. Au 2. & 3. d'azur a vne aigle d'argent, couronné, becqué & membré d'or, qui eſt D'ESTE.

81. HIPPOLYTVS D'ESTE Car-
dinalis Ferrarienſis, Alphonſi primi
Ducis Ferrariæ, Lucretiæque Borgiæ
filius, Primi Hippolyti Aceſtini Car-
dinalis æmulus æquè, ac litteratorum,
hominum ſui ſæculi fautor. Romanâ
Purpura cohoneſtatus 1538. à Paulo
III. Papâ mox Archipræſul Mediola-
nenſis, Ferratienſis Antiſtes, Legatus
Patrimonij, & in Curiâ Romana Gal-
liarum Protector renuntiatur. Hic
Princeps magnò in honore habitus,
ampliſſimis Gallicæ Coronæ ſacerdo-
tiis ditatus, Regibúſque Franciſco I.
& Henrico 2. quos affinitate tangebat
acceptus, ex Lugdunenſi Sede ad Are-
latenſem promotus eſt 1562. & in gra- 1562.
tiam ſequentis Proſperi Sancta-Crucij
ſe abdicauit 1567. De illo plura cum 1567.
de Archiepiſcopis Auſcenſibus age-
mus. Romæ deceſſit 1572 4. Non. 1572.
Decemb. Tyburim delatus apud S.
Franciſcum, iuxtà tumulum Aloyſij
Ateſtini Cardinalis ex fratre Herculе
nepotis.

SAINTE CROIX. D'or & de gueulles, miparty à la Croix de l'vn à l'autre.

82. PROSPER DE SAINTE
CROIX nobilis Romanus natus an.
1513. eum Patauij optimis artibus ope-
tam impendiſſe, tradit Iacobus Card.
Sadoletus lib. 15. epiſt. 5. ex Auditore
Rotæ ad Epiſcopatum Chyſamenſem
in Cretâ inſula aſſumptus eſt, eiúſque
operâ Iulius 3. & Paulus IV. in Germa-
niæ, Luſitaniæ, Hiſpaniæque Legatio-
nibus vſi ſunt. In Galliam verò 1562. 1562.
Nuntius Apoſtolicus initio bellorum
ciuilium Oratoris Pontificij munere
perfunctus, Reginæ Catharinæ Medi-
ceæ commendatione, in Collegium
Cardinalium abſens cooptatus eſt à Pio
IV. Pont. 1565. Arelatenſem adeptus 1565.
cathedram ex demiſſione Hyppolyti
Cardinalis; arcanorum autem regni
particeps effectus, rarâ fide & pruden-
tiâ, res inter Pontificem, Reginámque
adminiſtrauit; vt vel ex Ludouici Gon-
zagæ Niuernij Ducis ad Sixtum V. Pa-
pam commentariis patet; teſte etiam
Iac. Aug. Thuano de vitâ ſuâ lib. 2. qui
Proſperi iſtius Sancta-Crucij meminit
cum perhonorificâ mentione. Deinde
Albanenſis Epiſc. declaratur 6. Maij
1589. Sed cum ſuâ ætate in Gallia hære- 1589.
ſis maximè graſſaret, vix conflato à no-
uatoribus in eum mortis periculo ſub-
duci potuit; quippe ità eos oderat, vt
in diœceſim ſuam quam intrepidè tue-
batur nulli pateret aditus. Cum verò
præfuiſſet vſque ad an. 1573. Romam 1573.
ſeceſſit & Nonis Octobr. ad meliorem
vitam tranſmigrauit, ſepultus apud
S. Mariam Majorem, vbi marmoreus
tumulus à gentilitiis poſitus inſcripto
hoc elogio cernitur:

DEO OPT. MAX.

PROSPERO SANCTA CRVCIO S. R. E. CARD. Epiſcopo Albano, qui ob eximias animi, ingeniíque virtutes; poſt primaris Palatinæ Officia, & Eccleſiaſticas dignitates, à Pio IV. Pont. Max. Cardinalis creatus, Legationibus Germanicâ, Luſitanicâ, Hiſpanicâ, & Gallicâ, flagrante inteſtino bello Prouincia, egregiâ cum laude functus, maximíſque toto vitæ curſu pro Republicâ ſuſceptis laboribus. Obijt ætatis annorum 76. M. D.
1589. *LXXXIX. Marcellus ex fratre nepos poſuit.*

S. CROIX. Comme cy-deſſus.

83. SILVIVS DE SAINTE CROIX Proſperi nepos, ex Archidiacono Arelatenſi 1573. poſſeſſionem adipiſcitur 1578. cuius tempore peſtis,
1573. fames, bellum Dei flagella, & Rodani inundatio populum Arelatenſem ad
1578. pœnitentiæ lamenta reducunt 1580. Imponit primarium lapidem Conuen-
1580. tui Capucinorum in vrbe 1588. & Sa-
1597. loni 1597. Biennio poſt Romam adiens ob inualetudinem, Archiepiſcopatum
1599. dimiſit ex conſenſu Regis Henrici IV. & Pontificis, in fauorem Horatij Montani. Iacet Romæ in Eccleſiâ S. Praxedis ſub marmoreo tumulo cum hoc C epitaphio:

DEO OPT. MAX.

SILVIO SANCTA-CRVCIO Archiepiſcopo ARELATENSI viro probo, moris & mentis impauidæ, qui annos amplius XXX. in ſummâ Galliæ fluctuatione, ſuæ clauum Eccleſiæ conſtantiſſimè tenuit. Bartholomæus Sancta-Crucius amantiſſimo ac benè merito patruo poſuit anno
1603. *ſalutis 1603.*

Eiuſdem familiæ vixit Antonius Cardinalis de Sancta-Cruce Archiepiſcopus Theatinus deinde Vrbini fato functus 1642. & Sancta-Crucius Romanus ad Cardinalatus dignitatem vocatus 1652. ab Innocentio X. Pont. Max. D

MONTANE. D'azur à 3. montagnes ou rochers d'argent, & trois eſtoiles d'or, 1. & 2.

84. HORATIVS MONTANE Policaſtro in regno Neapolitano natus 1545. patre Hieronymo rebus aduerſus Turcas fortiter geſtis commendatiſſimo. Romæ litteris incubuit adoleſcens, adultus Theologiæ laureâ inſignitus, à Gregorio XIII. ſummo Pontifice, S. Nicolai Maſſæ veteris prope Policaſtrum Abbatiam obtinuit. Canonicus S. Petri in Vaticano, & Viſitator Apoſtolicus, poſteà Adriæ

A Pontifex: deinde anno 1599. Siluij 1599.
ſucceſſor datus in Arelatenſi Cathedrâ; Societatis IESV apud Henricum Regem Chriſtianiſſ. propugnator, & Apoſtolicæ Sedis Orator. Iudex datus cum Franciſco Cardinale de Ioyosâ, matrimonium dirimit eiuſdem Henrici Magni, & Margaretæ Reginæ Duciſſæ Valeſij, Henrici III. Regis Franciæ & Poloniæ ſororis, cum nullus inter eos validus interceſſiſſet conſenſus. HORATIVS intereà Pontifex, Paſtor, & Pater ciuium factus, nomine vrbis iterùm ad Regem pergit, à quo benignè acceptus, & ciuium ſa-
B luti conſuluit & pacem compoſuit. Inde Arelatem reuerſus in peruigilio Ramis palmarum ſacro vrbem ſuam ingreditur 1602. Denique anno ſe- 1602.
quenti die XI. Septemb. ætatis ſuæ
57. Saloni animam emiſit, teſtamento 1603.
condito eodem die, & hærede conſtitutâ ex aſſe Eccleſiâ ſuâ Arelatenſi. In ædis Metropolitanæ ſacello Ferreriorum ſepultus eſt, cùm paulò ante fundamenta Eccleſiæ & conuentus Capucinorum Bellicadri ieciſſet. Eiuſdem Montani Archiepiſcopi meminit Arnaldus Cardinalis Oſſatus epiſt.
152.

DV LAVRENS. D'or à vn laurier de ſinople au chef d'azur chargé de trois eſtoiles d'or.

85. GASPAR DV LAVRENS frater Honorati Ebredunenſis Archiepiſcopi ac Andreæ Laurentij Henrici IV. Regis Archiatri doctiſſimi, ex Abbate S. Petri Viennenſis, Sinanchæ natus 1567. Arelatenſi Eccleſiæ ex quâ vrbe oriundus erat præficitur an. 1603. ac triennio poſt intereſt Comitiis ge-
neralibus Lutetiæ habitis menſe Mar- 1603.
tio & Conuentui Notabilium Roto- 1612.
magenſi 1617. Edidit Officia propria
Sanctorum eiuſdem Eccleſiæ curâ 1617.
Franciſci Clareri Archidiaconi. Pontificatum autem eius illuſtrauit Regis Ludouici XIII. aduentus in vrbem
Arelatenſem 1622. Oct. 30. qui à Gaſ- 1622.
paro Antiſtite in Eccleſiâ Metropolitanâ S. Stephani exceptus, & luculentâ oratione ſalutatus eſt. Solemnem apparatum Arelatenſis vrbis, cæteráq; pompæ ornamenta, deſcribit fusè I. Bouis Presbyter in Hiſtoriâ Regum Arelatenſium. Prætereà hoc Præſulo Capucini conduntur in oppido Mar-
tigij 1604. Item in vrbe Minimi 1618. 1618.
Patres Oratorij Ieſu & Vrſulanæ ſtabiliuntur. Eodem hortante ſtrictiorem Regulam amplectuntur S. Auguſtini, S. Franciſci & Sanctiſſimæ Tri-

nitatis Religioſi. Denique deſcriptis dioeceſeos oppidis & celebrioribus locis Salonæ, ac deceſſorum nomenclaturâ iconibus Arelate diſpoſitis & expreſſis, viam ampliſſimam Salonem vſque in Craudi campo magnis ſumptibus complanauit, quam de ſuo nomine Laurentianam appellari voluit. Sacellum magnificum in æde S. Trophimi erigi curauit; quæ geſta auream illi famam & beatitudinis lauream conci-
1629. liarunt. Denique 1629. Petrus Saxius Theologus Canonicus Arelatenſis, Gaspardo dedicauit Pontificium Arelatenſe, ſiue Hiſtoriam Primatum huius Eccleſiæ, nec diu ſuperuixit;
1637. etenim 1637. Calend. Maij præmaturo obitu ſublatus eſt. Anno verò 1630.
1630. Laurentius mortem oppetiit, poſt regimen annorum viginti-ſeptem, quibus ſummâ pietate Arelatenſi præfuit Metropoli, & in S. Trophimi baſilicâ ſepelitur.

Iavbert Barravt. D'or à la croix de ſable, chargée de cinq coquilles d'argent.

86. Ioannes Iavbert de Barravt x. Emerici Comitis de Barraut Baronis de Blaignac, Aquitanici maris Protalaſſiarchæ, Ludouici xiii. in Hiſpaniâ ad Philippum 3. Regij Legati, & Guionæ de la Motte filius: ſanctioris Conſiſtorij Conſiliarius ex Abbate S. Petri Solemniacenſis, Epiſcopus Vaſatenſis conſecratur Ro-
1612. mæ menſe Auguſto 1612. à Franciſco Cardinale Rupifucaldio. Poſt biennium intereſt Cœtui Cleri generali Pariſienſi, & eumdem Regem ab expeditione Bearnicâ redeuntem, in Cathedrali ſuâ eleganti Oratione ad eum
1620. habitâ excepit 1620. Deſignatus fuerat Magnus Eleemoſynarius Henrietæ Mariæ à Franciâ, Angliæ Reginæ, ſed tacitâ æmulatione, & inuidiâ quorumdam, maximè Sectariorum huius Re-
1630. gni excluditur. Demùm 1630. Iulij 30. defuncto Gaſpardo Laurentio à ſede Vaſatenſi ad hanc Metropolitanam traductus, poſſeſſionem adipiſcitur
1631. menſe Decembri 1631. quo anno abſolutus eſt ab eo liber de Clypeo Fidei contrà Proteſtantes hæreticos. Præfuit Comitiis Cleri Gallicani Lutetiæ
1635. habitis 1635. ac 22. Iulij coram Rege verba fecit, ampliſſimi huius conuentus nomine, adſiſtentibus Archiepiſcopis Auſcenſi, & Coadiutore Turonenſi. Sub eius Pontificatu Arelate inſtituuntur Auguſtini diſcalceati, & moniales Carmelitæ. Conuentus verò S. Claræ regulam ſororum S. Mariæ

A Viſitationis amplectitur. Regij diplomatis virtute 1639. idem Præſul, de 1639.
inſtaurandâ & reformandâ regulari diſciplinâ, in Abbatiâ S. Petri Montiſmaioris propè Arelatem ſedulò laborauit; & vetuſtiſſimi monaſterij monialium S. Cæſarij in vrbe; opus inchoatum Franciſcus Adhemarus ſucceſſor eius, tandem ſtabiliuit & perfecit. Quinque item parochias, pro incolis ampliſſimæ Inſulæ de Camargues in ſuâ diœceſi, ad adminiſtrationem ſacramentorum inſtituit, ære ſufficienti ad hoc pium opus impenſo
B de licentiâ Capituli. Vitâ exceſſit Pariſiis die 30. Iulij anno Domini 1643. 1643.
humatúſque eſt Burdigalæ in Eccleſiâ domus Profeſſæ Patrum Societatis Ieſu, quibus bibliothecam Arelatenſem legauit.

Adhemar Grignan. Ecartelé au 1. d'or a 3. bandes d'azur. Au 2. de gueulles à vn chaſteau d'or ſommé de 3. tours d'argent. Au 3. de gueulles au Lyon d'argent au franc cartier d'hermines. Au 4. de gueulles à la Croix alaiſée d'or, cantonnée de 4 quintefeuilles de meſme.

87. Franciscvs Adheimar de Monteil de Grignan ii. Ludouici Franciſci Comitis de Grignan & Ioannæ d'Ancezune de Vencian filius, ex antiquâ & illuſtri gente Ademarâ ortus eſt: ac primùm fit Abbas commendatarius Aquæ-bellæ, deinde S. Pauli Tricaſtinenſis Epiſcopus conſecratur 1631. Septembris 14. die Exal-
C tationis Sanctæ Crucis, in Eccleſiâ Collegiatâ Sancti Saluatoris de Grignan, quondam ab Antiſtitis noſtri maioribus piè fundatâ; ſacris operante Ioanne Iauberto de Barraut Archiepiſcopo & Principe Arelatenſi, adſiſtentibus Carolo Iacobo de Gelas de Leberon Valentinenſi, & Ludouico de la Baume de Suze Viuarienſi Epiſcopis. Interfuit Comitiis Cleri habitis Pictauij 1628. & Pariſienſibus
1635. triennio poſt à ſacro Ordine Del- 1635.
finatus ad Chriſtianiſſimum Regem Ludouicum xiii. delegatur, vt Del-
phini Adeodati Ludouici xiiii. fau- 1638.
D ſtæ natiuitati gratularetur. His & pluribus aliis muneribus ſummâ cum laude perfunctus, quibus optimi & vigilantiſſimi Præſulis edidit ſpecimina, cùm per annos tredecim diœceſim adminiſtraſſet, ab Arelatenſi Metropolitâ Ioanne Iauberto in Coadjutorem enixè expetitur; non conſanguinitatis vinculo permotus, vt qui nullus interceſſerat, ſed virtutum ſolis ornamentis quibus effulgebat. Itaque de-
ſignatur Coadjutor Arelatenſis 1643. 1643.
menſe Aprili à Ludouico Iuſto, paucis diebus antequam ex hac vitâ in meliorem tranſmigraret: Quod eò faci-

liusà Rege piiſſimo obtentum eſt, tum
quia illuſtriſſimæ Adhemarorum familiæ nobilitatem perſpectam haberet, & Franciſci inſignem virtutem, tum quod ipſum propterea beneuolentiâ ſingulari proſequeretur. Paulopòſt è viuis ſublato Iauberto Antiſtite, antequam Bullas ab Vrbano VIII. recepiſſet, Anna Auguſta Imperij Moderatrix, FRANCISCVM nomine Regis Archiepiſcopum confirmauit: mox adſuit Cleri Comitiis generalibus Lu-
1645. tetiæ congregatis 1645. eodem anno menſe Maio poſſeſſionem adiit, & 23.
1646. Decembris 1646. ſolemni inaugurationis pompâ ciuitatem ſuam inuehi-
1647. tur. Cum autem 1647. Maſſiliæ ciuiles tumultus feruerent, à Rege deligitur, vt illos pro ſuâ animi prudentiâ & lenitate componeret, quod ex votis omnium feliciſſimè contigit. De-
1649. mùm 1649. cùm inter Ludouicum Valeſium Gallo-Prouinciæ Proregem, & Senatum Aquenſem diſſidia exorta fuiſſent, iterùm à Rege aſſumitur, vt enaſcentem tempeſtatem ſedaret, ne ſæuiret vlterius. Ipſe autem ingenij ſolertiâ & prouidentiâ vigili, Arelatem factionibus etiam moueri cœptam, pacatam tranquillámque fecit. Nec ſilendum quod ipſi dicat operis ampliſſimi præludium, nempe Hiſtoriæ generalis veræ Proteſtantium G. Boule Maſſilienſis; in epiſtolâ verò dedicatoriâ, præclaras Antiſtitis Franciſci dotes, hoc eſt ingenij vim non mediocrem, prudentiam ſingularem, pietatem & zelum verè Sacerdotalem, & ſi paucis pro tanto viro, tamen egregiè commendauit.

PRÆPOSITI
ECCLESIÆ
ARELATENSIS.

799. Eribaldus Cernuus ſub Eliſanto Archiepiſcopo anno 799.

Leuentus 871. teſtis in cartis
871. Capituli Arelatenſis de conuenientiâ Roſtagni Arelatenſis Antiſtitis, cum Benedicto & vxore Richilde pro villâ Gaudiaco.

Niuardus Præpoſitus & Vgienſis Rector ex beneficiali iure, pro quo exorta eſt contentio, ait vetus tabula, ante magnificum Archiepiſcopum Roſtagnum Arelate 6. Kal. Iun. an. 874. 874.

Gontarus, ſeu *Canterius* Teucindæ illuſtris matronæ frater, Epiſcopus Foroiulienſis & Præpoſitus Arelatenſis
circa an. 954. de quo meminit ſcheda 954.
Arelatenſis capituli, pro precariâ initâ inter eum & Manaſſem Præſulem, & de aliâ commutatione factâ cum eâdem Teucindâ.

Ayrardus Epiſcopus ignotæ Eccleſiæ, ac eodem tempore Præpoſitus
Arelat. ſub an. 961. & 977. Eius men- 961.
tio habetur in membranâ Præſulis Ite-
rij pro Eccleſiâ S. Hippolyti. 977.

Vmbertus Epiſcopus Vaſionenſis, Iſoonis frater, in veteri codice Archiepiſcopali ſe inſcribit ſaluo honore Eccle-
ſiaſtico Præpoſitum Eccl. Arelat. 985. 985.
indict. XI. Kalend. Iulij 16. regnante
Conrado Rege: & 989. memoratur 989.
in chartâ Annonis Archiepiſcopi pro baſilicâ S. Geruaſij.

Petrus I. Sanctæ Sedis Arelat. Præpoſitum ſeſe appellat in commutatione ex conſenſu Adelaidis & filij Guilielmi Comitis, Poncioni Archiepiſcopo
factâ Arelate [illegible] Kal. Ianu. circa an. 1000.
1000. vt eſt in tabulario Capituli.

Raimbaldus I. 1014. April. 1. Kal. 1014.
tandémque Archiepiſcopus euaſit vt ſupra diximus.

Ratambaldus II. Superioris nepos vel ex eadem gente, teſtis in donatione Eccleſiæ S. Mariæ de Ratis ſub annuo cenſu XXX. ſolidorum Melgorienſium Vuilelmo Abbati Montiſmaioris, ab Aycardo Archiepiſcopo & S. Trophimi congregatione, cum ſubſcripſit cir-
ca an. 1066. vt habetur in archiuo chi- 1066.
rographorum huius monaſterij; in quo
adhuc illius mentio habetur 1082. 1082.

Guillelmus Boſo I. teſtis tranſactionis inter Fredolum Maſſilienſem Abbatem, & Arelatenſes Canonicos, pro Eccleſiâ S. Bacchi, quo tempore Ponceius de Baucio erat Præcentor, ex car-
tâ Arelatenſi 1166. Nominatur in op- 1166.
pigneratione pro duobus millibus ſolidis Melgorienſibus caſtri de Aqueriâ
nomine Regis Arragonenſis 1173. Vi- 1173.
ſitur eius tumulus in æde capitulari hoc epigrammate inſcriptus. *Tertio Id. Septemb. Obijt Vuillelmus Boſo Sacerdos*

Canonicus regularis & Præpoſitus S. Tro-
1181. *phimi an. Domini 1181.*

Petrus Ferreolus II. recenſetur 1186.
1186. menſe Aug. in conceſſione cudendæ
monetæ datâ à Petro Archiepiſcopo:
ad quem etiam extat bulla Vrbani Pa-
pæ pro confirmatione priuilegiorum
Eccleſiæ. Idem in antiquo originali
Arelatenſi præſens dicitur homma-
gio Barralis Vicecomitis, Imberto Ar-
» chiepiſcopo in hæc verba : EGO R.
» Barral. Vicecomes Maſſiliæ, recognoſ-
» cens me habere ab Arelatenſi Eccle-
» ſiâ, & eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſco-
» po omnem honorem; domos ſcilicet B
» & quæcúmque habeo, vel habere de-
» beo infrà muros ciuitatis Arelatenſis,
» vel extrà infra terminos eiuſdem vrbis,
» & omnem honorem de Ponte S. Gene-
1192. » ſij An. Inc. M C. XCII. pro omni ſuprà-
» dicto honore, tibi VMBERTO ARE-
» LATENSI Archiepiſcopo, iuro vitam
» & membra, & caſtella & omnem ho-
» norem, quem modò Arelatenſis Eccle-
» ſia habet, vel in anteà adquirere pote-
» rit, quod aliquid ex eis non auferam,
» nec aliquis homo meo conſilio. Et ſi
» quis ex eis aliquid tibi auferre, vel
» impedire voluerit, fidelis adiutor tibi
» ero, & ſic tibi hominium faciens hæc C
» me omnia fideliter proſecuturum pro-
» mitto. Sic me Deus adiuuet, & hæc
» ſacroſancta Euangelia. Factum eſt hoc
» in ciuitate Arelatenſi, in camerâ IM-
» BERTI Archiepiſcopi, in præſentiâ
» P. Præpoſiti Arelatenſis Eccleſiæ, &
» P. Præcentoris & B. Veſtiarij, & Ber-
» nardi de S. Luciano, Petri & Guilelmi
» de Aqueriâ.

M... arbiter electus 1198. tum Tolo-
1198. nenſi Epiſcopo, inter Imbertum Ar-
chiepiſcopum, & Arbertum Abbatem
S. Geruaſij de Foſſis, vt eſt in pancartâ
nigrâ Arelatenſi.

1206. *Gaufredus de Berrâ* I. an. 1206. Kal.
Aug. 14. præſens fidei clientelæ à Rai-
mundo Comite Toloſæ factâ Arela-
tenſi Præſuli. Ex archiuis Capituli.

1209. *Vvilelmus* II. 1209. menſe Iul. in
chartâ Michaëlis de Moreſio.

1210. *Stephanus* I. præfuit an. 1210.

1214. *Raimundus Fulco* I. nominatur 1214.
in inſtrumento traditionis caſtri Belli-
cadri in feudum Simoni Comiti Mon-
1220. tisfortis : adfuitque in caſtro Salonis
1220. menſe Maio fidelitatis ſacramen-
A to, quod præſtitit Hugoni Archiepiſ-
copo Raimundus de Baucio, pro iis
quæ poſſidebat apud Pontem S. Ge-
neſij, de quo cartophilacium vetus Ar- 1221.
chiepiſcopi album nuncupatum : ſede-
bat adhuc 1221.

Vvilelmus Beroaldus III. chartis pu-
blicis ſubſcripſit an. 1225. & Præpo- 1225.
ſitus legitur in concordiâ inter vrbem
Maſſilienſem & Hugonem de Baucio
ac filios 1229. 17. Cal. Feb. an. 1240. 1229.
3. Kal. Oct. memoratur in chartâ Ioan-
nis Arelaten. Archiepiſ. quâ promiſit 1240.
ſe non alienaturum caſtrum Salonis.

B *Bertrandus de Sainct-Martin* I. 1250. 1250.
die Lunæ poſt feſtum omnium San-
ctorum menſe Nouembri aſſenſu Ioan-
nis Archiepiſcopi Arelatenſis, Bernar-
dique Archidiaconi, conceſſit Carolo
Comiti Andegauenſi, dominium & iu-
riſdictionem in Arelatenſi communi-
tate, vt legitur in Regiis archiuis Se-
natus Aquenſis. Bella ciuilia Arelate
ſub Poteſtatum dignitate exorta Bauſ-
ſano Præſule execratus, Archiepiſco-
patum adiuit ætate quâ Carolus An-
dium Dux, Arelatem pactis vtrinque
fœderibus ſuam fecit.

C *Bertrandus Maleferratus* II. ciuis Are-
latenſis, nominatur cum Hugone Sa-
criſtâ & aliis, in bullâ confirmationis
Bertrandi Archiepiſcopi, de diuiſione
præbendarum Capituli Tolonenſis an. 1270.
1270. Nonis Aprilis.

Raimundus de Bariol I. Bernardo de
Languiſello Archiepiſcopo 1280. 1280.

Bertrandus Ricardus III. recenſetur in
actis publicis anno Dom. 1285. 1285.

Bertrandus de Bariol IV. ſuperioris
gentilis ſacro ſodalitio præfectus an.
D 1300. 1300.

Alairacus Gaillardo Saumarâ Pon-
tifice, vixit circa an. 1315. 1315.

Raimundus de Moreriis II. Alairaco
mortuo in eius locum ſuffectus eſt
1325. vt tabularia Eccleſiæ produnt. 1325.

Bernardus de Cordonâ Capituli ſuffra-
giis eligitur 1349. 1349.

Saluator Oliuarius dignitatem iniit eo
anno quo Guillelmus de Guardiâ Ar-
chipræſulatum 1360. 1360.

Rambaldus de Monte-Orſorio III. vno
anno ſuperſtes.

Gaillardus

Gaillardus de Bidato Canonicorum A
ſuffragiis expetitus Præpoſiti munere
in eâdem Cathedrali functus eſt ſub
1366. annum 1366.

Stephanus de Langlade II. in Decretis
Licentiatus, Arelatem luctuoſiſſimam
vidit Benedicto de Lunâ Antipapâ,
1403. fructus & prouentus Eccleſiæ Arela-
tenſis ſuos faciente 1403. Memoratur
1413. 1413. Iulij 7. in tranſactione quâ cru-
cem portare non licet Fratribus Prædi-
catoribus in proceſſione S. Trophimi,
vt eſt in vetuſto originali.

Iacobus de Pinis I. Arelatenſem Ec- B
cleſiam hæredem inſtituit, obiítque
1440. circa 1440.

Guillelmus de Perreriis III. Ludouico
1445. Alemando Cardinale 1445.

Ioannes Albaletus I. eodem Præſule
1447. 1447.

Ioannes Nicolaus II. Alemandum Ar-
chiepiſcopum vidit miraculis clarum
1450. 1450

Iulianus Caluetus. Eccleſia Arelatenſis
iterùm facta eſt ſæcularis Nicolao Cy-
1497. bo curante 1497.

AVBE. D'or à l'ours eſcorché de gueulles.

Antonius Aube è Dominis de Ro-
quemartine nobili proſapiâ ortus in C
Arelatenſi vrbe, præpoſitus an. 1543.
cum Maſſilienſi Præſule delectus 1547.
pro fauſtâ gratulatione Henrici II. Re-
1543. gis in iucundo aduentu ad coronam.

Andreas Aube Proſpero, & Syluio
de Sancta-Cruce Archiepiſcopis, Præ-
poſituram Eccleſiæ geſſit.

Bartholomeus de Porta in locum An-
dreæ ſuffectus fuit.

Alexander Aube.

Iacobus Aube II. Gaſpardo Laurentio
Archiepiſcopo, ceſſit in fauorem ſe-
quentis. D

FOVRBIN.

Ioannes de Fourbin III. anteceſſoris
demiſſione Præpoſituræ dignitatem
1644. adeptus XII. Auguſti. 1644.

AVBE.

Ludouicus Aube de Roquemartine, Ia-
cobi nepos quintus è gente ſuâ Præpo-
ſitus reſignatione ſuperioris iniji poſ-
1659. ſeſſionem die 7. Maij anno 1650.

AVENIONENSES EPISCOPI ET ARCHIEPISCOPI.

AVIONON au Comtat ſur le Rhoſne.

AVENIO ad Rhodanum Metropolis noua in Comitatu Veneſino, prouinciis regni Francorum incluſa, Romano Pontifici paret. Ciuitas an- B tiquiſſima eſt Cauarum caput, dicta Auennicorum in Notitiâ antiquâ prouinciarum Galliæ; de quâ meminêre veteres Hiſtoriei & Geographi, Ptolomæus l. 2. c. 10. Strabo l. 4. & Mela l. 2. c. 5. Eodem tempore condita fuit quo Maſſilia, annis videlicet 147. poſt Romam, vt quidam aiunt. Primùm Romanæ Reſpub. arctiſſimo fœdere iuncta fuit, cuius munitionibus elatus Domitius multa Gallorum millia fudit, quare & à Plinio inter oppida Latina recenſetur, & à Theoderico Rege Gothorum apud Caſſiodorum lib. 3. epiſt. 38. ciues Auenionenſes Romani C vocantur. A Burgundionibus verò & Gothis occupatur, ad Francos tranſlata ex pacto paruit: tum poſteà eamdem ſui iuris fecerunt Arelatenſes Reges, eámque obtinuêre diuerſis temporibus, Toloſani, Melgorienſes, Prouinciæ, Forcalquerij Comites, donec anno 1140. aſſertâ libertate à Conſulibus regi cœpit: Ad id alludens Iul. Cæſar Scaliger in deſcriptione vrbium ita canit:

Viuendi ratio cum libertate receptâ,
Efficiunt vt ſis altera Roma tibi.
Templa, forũ, celſo ſubducta Palatia cælo,
Magna hæc te plus eſt dicere poſſe tuam.

D Poſt hæc initis conuentionibus cum Principibus Alfonſo & Carolo S. Lud. fratribus 1251. eorumdem ſe poteſtati tradidit, ac deinceps partim Gallicæ, partim Siculæ ditionis fuit, donec an. 1290. donatione propter nuptias Margaretæ, Carolus II. Neapolitanus Rex integram pleno iure obtinuit. Tandémque 1348. à Clemente VI. Pontificij iuris facta eſt, emptionis titulo à Ioannâ Neapolis Reginâ, Prouinciæ Comitiſsâ, pretio octoginta millium florenorum auri, vt eſt in cartophilacio Regio Pariſienſi; ſummúſque Pon-

tifex ibi Legatum à Latere, & Vice-legatum in vrbe ac toto Comitatu Venerię conſtituit, cum amplâ & ſupremâ iuriſdictione, tam ſpirituali, quàm temporali. Situ amœniſſima Auenio cum quibuſuis Orbis vrbibus comparanda; nam cliuo rupis ſatis leni aſſidet, & in planitiem ſeſe diffundens longè lateque extenditur, vtpote quem irrigant Rhodanus & Druentia. influit vero Sorgiæ amnis celebris Petrarchæ carminibus. Vtrámque Rhodani ripam pons 23 trium arcuum, ſeu fornicum amplectitur, de cuius fundatione à Benedicto pucro Amilatenſis in Burgundiâ oppidi indigenâ, commemorant plura, ſed vt credunt commentitia; quanquam & Card. Baronius Annalium Tomo XI. plura rantæ rei veritatiſque, Pontificum Romanorum diplomata enumeret. At quod olim Conſtantinus Bizantij affectabar, ſeptenarius ille rerum memorabilium numerus perinde ac Romæ reperitur. Septem illi vrbi portæ velut Thebanæ ciuitati, totidem parochiæ, Canonicorum Collegia, Monaſteria Virginum, Palatia; & quod præcipuum eſt, ſeptem in hàc vrbe legitimi Pontifices fixêre Sedem Apoſtolicam. Nam Clemens V. cum Cardinalibus Curiam ſuam Auenione conſtituit tempore ſchiſmatis 1309. ac deinde retulit Sedem Gregorius XI. Romam, ſeptuaginta annis vt pleríque numerant, poſtquàm in Galliam tranſlata fuiſſet ab obitu Benedicti XI. Porrò Eccleſiæ primariæ patrona eſt S. Maria de Domnis, quæ à Carolo Magno Imp. reſtaurata, vt ferunt chartæ donationis Ludouici Pij, Canonicis Regularibus commiſſa eſt ab Vrbano 2. inter quos ipſe Alphonſus Arragoniæ Rex Prouinciæ Comes voluit cooptari; id teſtantur tabulæ publicæ eiuſdem Eccleſiæ. Regulam illam vſque ad Sixti IV. Pontificis tempora 1485. Capitulum illibatè ſeruauit, dum in ſæculares traduxit, conceſſo Canonicis amictu rubeo Cardinalium inſtar. Ea verò in Metropolim nouam inſtituta fuit à Sixto 4. Papâ, non à Iulio 2. vt vult Aubertus Miræus, cùm anteà ſuffragaretur Viennæ, & Arelatenſi Archiepiſcopo. Huic Eccleſiæ tres ſubjiciuntur Epiſcopatus, videlicet CARPENTORATENSIS, CABELLICENSIS, & VASIONENSIS. In diœceſi ſunt duæ Abbatiæ.

SVFFRAGANS de l'Archeueſché d'AVIGNON.

CARPENTRAS,

CAVAILLON,

VAISON.

A B C D

S. ANDREÆ *Ord. Benedictini.*

S. André lez Auignon.

S. CATHARINÆ *feminarum.* Q. C.

S. Catherine d'Auignon.

Auenionenſium Epiſcoporum & Legatorum ſeriem quam hic exhibemus, v. c. Henricus Suares Auenionenſis, Iuris vtriúſque Doctor, ex archiuis Eccleſiæ concinnatam nobis communicauit; nóſque poſt ipſum ex aliis etiam tabulariis monumentíſque manuſcriptis noſtris, ſequentem perfecimus.

1. S. RVFVS de quo Ado Viennenſis, Beda, Vſuardus, Martyrologium Romanum die 12. Nouemb. Ferrarius, & alij permulti auctores meminêre. Celebratur feſtum eius in hàc vrbe 14. Nouemb. & in cathedrali baſilicâ ſummâ veneratione coluntur eius reliquiæ. Habet verò Monaſterium nominis ſui & Ordinis Caput Valentiæ, cuius olim prima Sedes ac fundatio, extra muros Auenionenſes adhuc ſupereſt.

2. S. IVSTVS in tabulis Auenionenſibus Eccleſiæ Domneæ tantùm eius mentio occurrit, quæ aiunt corporis oſſa iacere in templo S. Rufi ſub cryptâ ferreâ.

3. METIANVS cum Epiſcopis Prouinciæ Viennenſis nominatur an. 356. 356.
contra Saturninum Arelatenſem Pontificem.

4. MAXIMVS ſubſcribit epiſtolæ Synodicæ Prælatorum Galliæ ad Leonem Papam, an. 451. cum Ruſtico 451.
Venerio, Conſtantino, Armentario, Floro, Sabino aliiſque Antiſtitibus, ex antiquo MS. Ioannis Sauaronis.

5. DVMNOLVS electus Epiſcopus 460.
infulas recuſat an. 460.

6. SATVRNINVS interfuit Con- 465.
cilio Romano 465.

7. S. DONATVS 480. 480.

8. IVLIANVS ſubſcribit Concilio Agathenſi 506. abſens per Pompeium 506.
Preſbyterum.

9. SALVTARIS cuius nomine Peladius Preſbyter tanquam Auennicæ ciuitatis Epiſcopus, adfuit Synodo 517.
Epaonenſi. 517. Cal. Oct. 17.

10. ANTONINVS Canonibus 549.
Concilij V. Aurelianenſis per Marinum Preſbyterum nomen apponit an. 554.
549. & Arelatenſi V. 554.

11. Ioannes I. ſynodo Matiſco- A
585. nenſi 2. ſubſcripſit an. 585. per Miſſum
Epiſcopalem, ac ſub finem an. 587. in
587. loco eremi montis Andaonenſis ſecus
Aucnionem, vbi nunc monaſterium S.
Andreæ, S. Caſaria migrauit ad Do-
minum 6. Id. Dec. de quâ Baronius
Annal. tomo 7.

592. 12. Valens. Eius mentio habetur
in diptychis Eccleſiæ annis 587. & 592.

626. 13. S. Maximus 626. illius reli-
quiæ ſeruantur apud ædem Deiparæ
Virginis de Domnis.

14. S. Magnus Aucnionenſis il-
lustri proſapiâ oriundus, monachus B
440. Lerinenſis Abbatiæ, vixit circa 640.
ex veteri eius officio & libro geſtorum
S. Agricoli; feſtus dies agitur 18. Au-
guſti.

15. S. Agricolus, ſuperioris
Epiſcopi ex Gandaltrudâ filius, è mo-
naſterio Lerinenſi aſſumptus ad Epiſ-
660. copatum an. 660. mortuus 700. vt eſt
700. in vitâ eius deſcriptâ in Chronico Le-
rinenſi; à Vincentio Barrali ex anti-
quiſſimis mss. Lerinenſibus editâ. Ha-
bet Eccleſiam Collegialem ſui nomi-
nis in vrbe, & feſtum tanquam tutela-
laris patroni, celebrant Auenionenſes C
die 2. Sept. Iacet cum patre ſub arâ ma-
ioris Eccleſiæ parochialis Diuo Agri-
colo ſacrâ. De eodem Surius tomo 4.
& Annaliſta Ordinis S. Benedicti to-
mo 2.

16. S. Veredimius à Beato
Agricolo ſucceſſor deſignatus, è ſoli-
tudine religioſâ ad ſollicitudinem pa-
700. ſtoralem vocatur an. 700. Feſtus dies
colitur die 17. Iunij, cuius reliquiæ
extant in templo Auenionenſi. Eius
vita legitur apud Gononum in vitis
Patrum Occidentis.

17. Ioannes II. eidem præfuit
720. Eccleſiæ an. 720. D

757. 18. Alphonsus an. Domini 757.

19. Ioseph patriâ Auenionenſis,
fuit vnus ex Epiſcopis Gallicanis, quos
Carolus Magnus Imp. ad Stephanum
Papam miſit, vt Concilio aduerſus
Conſtantinum Pſeudo-Pontificem in-
769. tereſſent 769. malè autem quidam
Epiſcopus Auenionenſis nomine *Ami-*
795. *cus*, vixiſſe dicitur ſub an. 795. ac in-
terfuiſſe dedicationi monaſterij S. Sal-
uatoris de Anianâ Magalonenſis diœ-
ceſis cum plurimis aliis Galliarum

Præſulibus 804. ex Manuſcripto huius
Abbatiæ, de cuius codicis fide multi
dubitant. Sub eodem antiſtite Ioſepho
Templum B. Mariæ de Domnis reſtau-
ratum ac conſecratum eſt, vt fidem
faciunt monimenta quamplurima; &
adſtipulantur diplomata Ioannis XXII.
tum nouiſſimè Sixti 4. Papæ, cuius me-
moria ſolemniter celebratur ſingulis
annis 8. Octobris.

20. Humbertus an. Chriſti
797. Fredegarius Scholaſticus in Chro- 797.
nico refert, ſub Principe Carolo Mar-
tello expugnatam fuiſſe à Sarracenis
Auenionem, vrbem munitiſſimam &
montuoſam; ſed hanc poſteà cum totâ
regione vſque ad littus maris, fugato
eorum Duce Mauronto Francorum di-
tioni reſtituiſſe; de quâ re legendi An-
nales Fuldenſes ſub an. 731. Subſcri-
bit etiam donationi Wigonis Gerun-
denſis Epiſcopi factæ congregationi
S. Stephani, vt continetur in tabula-
rio Arelatenſis Eccleſiæ.

21. Remigius, 822. Ludouicus 822.
Pius Imperator ac Rex Galliarum cun-
cta à Carolo Magno patre Auenionen-
ſi Eccleſiæ conceſſa ei confirmat, an. 835.
835.

22. Fulcherius I. 840. Aue- 840.
nione plures baſilicas diuino cultui
reſtituit, ſcilicet Beatorum Agricoli,
Petri & Deſiderij, vt patet ex veteri-
bus membranis.

23. Ragenutus ſubſcribit Con-
cilio 3. Valentinenſi 855. præſide Re- 855.
migio Lugdunenſi.

24. Hilduinus, ſeu Alduinus
adfuit Concilio Tullenſi 2. apud Tu-
ſiacum 860. & eodem anno Aquiſ-gra- 860.
nenſi Synodo Ind. 8. in conuentu
Optimatum Regni Lotharij: tandem
Pontigonenſi 876. de quo Concilia 876.
antiqua Galliæ Sirmondi.

25. Rotfredus aliàs Racte-
fredus & Ratfridus intereſt
coronationi Boſonis Prouinciæ &
Arelatenſis Regis, ſubſcribitque cum
aliis Epiſcopis Gallicanis Synodo 879.
Mantalenſi in quâ Regis nomen ei de-
latum 879. Eius etiam fit mentio in
Concilio Trecaſſino II. 878. vbi actio- 878.
ne 3. leguntur porrecti libelli ſummo
Pontifici, contra Hincmarum Remo-
rum Archiepiſcopum & eundem Rot-
fredum, cui datæ ſunt induciæ ad
reſpondendum. De illo Præſule Ioan-

nis VIII. Papæ epiſtola 122. meminit cum agit de querelâ inter eum & Vcetienſem Epiſcopum Valefredum, pro ablatione villæ ſeu parochiæ ad Sedem ſuam pertinentis vt definiatur ab Arelatenſi & Narbonenſi Archiepiſcopis, quâ de re mentio habetur in tomo 3. Conciliorum Galliæ.

26. FVLCHERIVS II. hanc Sedem
911. dem tenuit annis 903. & 911.

27. VERNERIVS cuius memoria eruitur ex quodam perantiquo mo-
976. numento an. 976.

28. PETRVS I. approbauit donationem Amalrici Aquenſis Archiepiſcopi, Abbati S. Petri Montiſmajoris Archinrico, decimarum & Eccle-
1002. ſiarum, ab Ingilranno Epiſcopo ſubſcriptam, vt continet manuſcriptum exemplar, quod ex archiuo Pertuſo eiuſdem monaſterij Montiſmajoris depromptum ita incipit:

STATVTVM eſt à cunctis Patribus & Dom. Archinricus omni honore dignus Abbas Montiſmajoris, cum monachorum choris acceſsit, ad Aquenſem tunc temporis pollentem Antiſtitem, benignum, ſummumque Amalricum, poſcens ab eo donum ſuorum decimorum, nec non Eccleſiarum videlicet ſuarum, ad augmentandam domum cui præeſt ſuorum & grege conferendum cohabitante ſecum, tunc in Dei timore cœnobitali more, tunc Pontifex & pius prece cuius gauiſus, Canonicorum grege ſubiectâ ibi lege conſtante, vniuerſo parium quoque ſub ſerto cepêre condemnare, ſibi libet dare, & cariori patri ac familiari, tandem ſumpto conſulto magno quidem reſultu, prædictus Præſul primus ac Clericatus cunctus dedêre collandantes, ſibique confirmantes & glorioſæ matri factoris Regis Chriſti, nec non Simon Petro Apoſtolorum primo, Eccleſiam S. Petri Hermenſem, decimum, villenſe, ex cunctis decimandis, ſubſtantijs & dandis, aut habeant tenentes futuri & præſentes inhabitantes Monte videlicet Maiore. Anno
1002. *Incarn. Dom. M. II. Indict. I. facta carta donationis hac in Aquis ciuitate publicè XIII. Nouemb. dato anno Præſule Amalrico in conſpectu, & Archinrico Patri, vel omnibus futuris, Canonicorum & fidelium, ſcilicet laicorum, Archinrico Abbati Monaſterio Montis-Majoris, & monachis ibidem Deo famulantibus; Ita quidem vt ab hâc die, nemo noſtrum vel ſucceſſores noſtri, habeant licentiam vllomodò calumniandi. Signum Archiepiſcopi Amalrici qui hoc fecit deſcribi, PETRVS Epiſcopus Sanctæ Sedis AVENIONENSIS, qui tunc præſens aderat, iuſſu eius firmauit. Ingilrannus Epiſcopus firmauit, Heldebertus Index.*

29. ELDEBERTVS an. 1006. Ei 1006.
Benedictus Papa 8. epiſtolam ſcribit, & ad Epiſcopos Burgundiæ & Aquitaniæ, pro tutelâ Cluniacenſis monaſterij, cuius bona diripiebantur à Wilelmo de Belloioco aliiſve Dynaſtis. Subſcribit quoque teſtamento Gau-
fredi Comitis Auenionenſis 1033. 1033.

30. BENEDICTVS I. an. 1038. ex 1038.
necrologio Eccleſiæ S. Saturnini Toloſæ; eius fit mentio in Priuilegio Vrbani II. Pont. Max. dato Arberio Abbati S. Rufi extra muros Auenionenſes.

31. ROSTAGNVS DE MARSEIL- MARSEILLE
LE I. Berengarij Vicecomitis filius, frater autem Raimundi, Laugetij, Berengarij, & Guibergæ; præſens fuit coram Raiambaldo Archiepiſcopo Arelatenſi, Gauzfredo & Bertranno Comitibus, ſubſcribitque conceſſioni eleemoſynæ datæ à Lamberto Iudice
cœnobio Montiſmajoris 1040. ind. 8. 1040.
Memoratur item in confirmatione donationis (vt vocant) condaminæ de Forcalquerio in Comitatu Siſtaricenſi, religioſis S. Victoris Maſſilienſis factâ
1044. & 1053. ind. 7. in caſtro Bolbo- 1044.
ne ex conſilio Canonicorum, Rolan- 1053.
no Abbati Montiſmajoris tradidit Eccleſias S. Victoris, & S. Ioannis in caſtro Bucco, vt liquet ex tabulario Mon-
tiſmajoris; nec-non etiam 1068. aliam 1068.
Eccleſiam S. Deſiderij ſitam in vrbe Auennicenſi, ſub onere ſolutionis quinque ſolidorum, vnicuique Canonico B. Mariæ de Domnis. Albetto quoque Lerinenſi Abbati conceſſit
1073. baſilicam Lauratæ, & eo ſedente 1073.
Hugo Dienſis Epiſcopus Gregorij VII. Legatus Concilium Auenione cele-
brat 1080. teſte Baronio. 1080.

32. ALBERTVS perperàm *Aripertus* & à quibuſdam *Edelbertus* vocatur; teſtis in donatione Comitis Toloſæ cœnobio S. Andreæ, quæ habetur in cartulario Carthuſiç Bonipaſſus; quamquam mentio huius fiat apud Catellum Hiſt. Comitum Toloſanorum lib. 2. cap. I. his verbis:

ANNO Inc. 1088. Ego Raimundus 1088.
Comes Toloſæ, Dux Narbonæ, Marchio Prouinciæ, bonâ fide ſicut Anteceſſores mei

Podium Andaonenſe, vbi ſuprà ædificatum eſt Monaſterium S. Andreæ, & villam ſibi adiacentem, & omnia ſibi pertinentia, & villam etiam de Angulis cum ſuis territoriis, & cum omnibus paſqueriis, pro ſalute animarum ſuarum, donarunt Deo & B. Andreæ, & Abbatibus ſuis & monachis, tam præſentibus quam futuris, vt ipſi liberè & abſolutè perpetuò in pace habeant, & poſſideant. Ego ſimiliter pro ſalute animæ meæ cedo, laudo, & dono tibi Abbati Petro, & monachis & ſucceſſoribus tuis, vt & ipſi in perpetuum quietè habeant, & poſſideant. Et ſicut ipſi donauerunt omnia quæ ſunt in territoriis ipſarum villarum: Ego ſimiliter dono, culta & inculta nemora, ſiue aquas, ſeu etiam feudos, quos ſicut feudales mei ſolebant habere; pro anteceſſoribus meis & pro me concedo, dono & laudo meum dominium, vt ita pro S. Andrea habeant. Et quicúmque de meo Comitatu, aliqua de me poſſidentes, pro animabus ſuis vel pro filiis, & hæredibus prædicto Monaſterio donare voluerint, plenariam ex parte meâ licentiam habeant &c. Teſtes Guillelmus de Sabrano, G. de Rocamaurâ, Bertrandus de Lauduno, Ripertus de Cadaroſſâ, Petrus de Ponte. Ex parte Abbatis, ALBERTVS AVINIONENSIS Epiſcopus, Roſtagnus Bellonus Prior S. Andreæ, Petrus Raynardus Decanus, Guillelmus de Auraſicâ & multi alij. Libri verò Obligationum Vaticani annotant vixiſſe adhuc Al-
1107. bertum 1107. & ad Arelatenſem Archiepiſcopatum poſteà traductum fuiſſe; Sed eos temporum ratio ſatis refellit, cum eâ ætate præſideret huic Eccleſiæ Gibelinus.

33. ROSTAGNVS II. Huius me-
1110. moria extat in antiquis monumentis Auenionenſibus an. 1110. & 1119.

1126. 34. LAVGERIVS an. 1126. præſens conceſſioni Eccleſiæ S. Thomæ Equitibus Hieroſolymitanis, à Bernardo
1129. Arelatenſi Pontifice 1129. Quo eodem anno memoratur in veteri chartâ Adalaxis Comitiſſę Auenionenſis, quæ „ eſt huiuſmodi: ROMANA Lex pręcipit, „ & antiquâ conſuetudine ſancitum eſt, „ vt quicúmq; donum ſui honoris alicui „ facere voluerit, ſcriptâ authoritate, ac „ teſtium confirmatione corroboretur, „ atque laudetur, vt in ſuccedenti tempore firmâ ſtabilitate permaneat ſubnixum. Igitur ego Adalax Auennicenſis atque Forcalcherienſis Comitiſſa, dono, concedo, & laudo filiis filij meoi Wilelmi Comitis, Bertranno atque Guigoni nepotibus meis, omnem „ meum honorem, totiúſque Prouinciæ „ poteſtatem, atque dominium, vbicúnque mei iuris eſt, retento mihi tantùm „ vſufructu de meis dominicaturis, ad „ victum & veſtitum meum quando vixero. Hanc donationem facio tali „ pacto & tenore, vt nulli alij aliquid „ mei honoris vlterius donare poſſim, „ ſine iſtorum legitimâ laudatione, & „ confirmatione. Facta eſt autem hæc „ donatio in Auennica ciuitate, poſt „ mortem Willelmi Comitis menſe „ Octobri, quo ipſe mortuus eſt, in præſentiâ LAVGERII eiuſdem ciuitatis „ Epiſcopi, & Bernardi Anduſiæ, aliorúmque multorum teſtium, quorum „ nomina ſubſcribuntur. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXIX. In- „ 1129.
dictione VI. Guirannus & Bertrannus „ fratres, Bertrannus de Sagnone, Iſnardus de Dalfino. „

Tomus I.

35. LEODECARIVS circa an. 1136.
Ei & Conſulibus Auenionenſibus con- 1136.
ceſſit Wilelmus Comes Forcalquerij, plenum Poteſtatiuum, vt tabulæ publicæ vocitant, quod nepotes ipſius Guilelmus Comes & Bertrannus confirmauerunt 1206. 4. Non. Iunij. Huius autem depoſitio in Necrologio Abbatiæ S. Andreæ legitur XIII. Octobris.

36. GAVFREDVS nominatur in ſacramentali, ceu clientelaris fidei iuramento Wilelmi domini caſtri Montis-Draconis, Raimundo Arelatenſi
Archiep. 1143. 8. Cal. Iulias cum Wi- 1143.
lelmo de Sabrano Priore S. Saturnini, Hugone Arelatenſi Decano, Wilelmo Porcelleti aliiſve, vt conſtat ex libro Pancartæ nigræ Archiepiſcopatus: Adfuit & tralationi S. Trophimi ab Eccleſiâ S. Honorati in Cathedralem à Raimundo Antiſtite celebratâ, pręſentibus Bernardo Arauſicano, Berengario Vaſionenſi, & Petro Maſſilienſi
Epiſcopis IV. Cal. Ianuar. 1152. Hoc 1152.
eodem anno Arelate in palatio Pontificio, intereſt compoſitioni ab eodem Raimundo factâ, inter Canonicos ſuæ Eccleſiæ S. Trophimi, & Fratres Templi Salomonis quod eſt Ieroſolymis; de conſtitutione cœmeterij apud Arelatem iuxta Oratorium eorum, cum liberâ electione ſepulturæ, & de hâc pactione carta in Authentico tabulario Arelatenſi reperitur. Eiuſdem GAVFREDI meminit Radeuicus Friſingenſis Canonicus, in opere de geſtis

1157. Frederici Barbaroſſæ Imp. an. 1157.
Conſulũ item Auenionenſium aſſenſu,
diſſidentes inuicem ciues ad concor-
1158. diam reduxit 1158. legéſque Conſula-
tus edidit, ac intereſt ceremoniæ quâ
1162. coronatus Fredericus Imp. 1162. Iulij
25. Demùm 1166. interfuit tranſactio-
ni inter Canonicos Metropolitanæ Ec-
cleſiæ Arelatenſis, & Fredolum Maſſi-
lienſem Abbatem, à Raimundo Præ-
ſule compoſitâ menſe Iulio, Raimun-
do Berengario Prouinciæ Comite, in
1166. controuerſiâ antiquæ quæſtionis Ec-
cleſiarum B. Honorati, Sergij & Bac-
chi. Obijt autem Gaufredus 2. Ianua-
rij, quâ die commemoratio anniuerſa-
rij eius agitur, in obituario monaſterij
S. Andreæ. Igitur hallucinatum eſſe
credimus Ceſarem Noſtradamum in
Hiſtoriâ Prouinciæ, qui perperàm ad
an. 1160. *Artaldum* induxit, nec mi-
nus à vero aberrant, qui *Valfridum*
quemdam Epiſcopum Auenionenſem
à Gaufredo noſtro diſtingunt, vt ex
ſubiectis tabulis apertè perſpici po-
teſt.

37. RAIMVNDVS I. ſedebat
1174. an. 1174. ex chartophilacio Auenio-
nenſi.

1177. 38. PONTIVS 1177. accepit à
Frederico I. Imp. iuriſdictionem in
1179. Iudæos 1179. Coniectura eſt ad eum
ſcribere, Petrum Abbatem Cellenſem
„ l. 8. epiſt. 2. vbi anteceſſoris eius gratia
„ laudatur (quidam Gaufridum putant)
„ qui tanquam pius Paſtor & pater, fra-
„ tres ſuos & quod in Epiſcopatu habe-
„ bant, dum vixit ſeruauit, & ab infeſta-
„ tione deffendit. Sub eius Pontificatu,
ingens moles pontis Rhodano impo-
ſiti ædificari cœpit, cuius mentio extat
in MS. Sancti Andreæ, vbi etiam in
necrologio Pontij anniuerſarium legi-
tur 21. Decemb.

39. PETRVS II. in Concilio Late-
1179. ranenſi ſub Alexandro III. Papâ 1179.
menſe Martio.

MARGARITIS. 40. ROSTAGNVS DE MARGA-
RITIS III. nominatur 1185. in cartâ
1185. iurium pontonagij, & libertatem con-
ſtituit ciuitatis Auenionenſis 1187.
Conſecrat Eccleſiam S. Marthæ Ta-
1187. raſconenſis cum Imberto Arelatenſi
Archiepiſcopo 1197. Memoratur etiam
ab Innocentio 3. Pont. Max. vt fun-
1197. dator cuiuſdam domus Grandimon-
tenſis Ordinis.

MONTILIIS. 41. GVILLELMVS DE MON-
A TILIIS, ex Præpoſito Cathedralis
eligitur Epiſcopus. Interfuiſſe credi-
tur Concilio Auenionenſi tempore In-
nocentij III. 8. Id. Septembris 1209. 1209.
vt indicant ipſa temporis ratio, locus
& ſtatuta huius Synodi, conuocatæ
præſentibus Viennenſi, Arelatenſi,
Ebredunenſi, & Aquenſi Archiepiſco-
pis, Epiſcopis item & multis Abbati-
bus; In eâdem Milo Pontificis in Al-
bigenſes Legatus, communi Præſulum
voto Tholoſates diris deuouit, quia
promiſſa ſectarios eliminandi minimè
expleuerant; vt eſt in originali codice.
B Iuratorum vrbis conſilio ſtatuit quòd
aqua Durantij deduceretur ad opus
molendinorũ 1210. compoſuit & diſſi- 1210.
dium militum ac proborum hominum,
cum Bermundo Aquenſi Archiepiſco-
po, atque interfuit homagio Comi-
tis Montisfortis pro caſtro Bellicadri
1214. Eiuſdem etiam ſic meminit ſche-
dâ Albi chartophilacij Archiepiſcopa-
tus Arelatenſis:

*IN NOMINE Domini Ieſu Chriſti
anno 1214. 3. Nonas February, Notum ſit* 1214.
*omnibus, quod nos Simon Comes Liceſtriæ,
Dominus Montisfortis, Dei prouidentiâ
Biterrenſis, Carcaſſonenſis Vicecomes, pro-*
C *mittimus vobis M. Arelatenſi Archiepiſ-
copo, & per vos ſucceſſoribus veſtris, quod
mille marchas argenti boni & legalis, ad
pondus villæ Montiſpeſſulani pro poſſeſſioni-
bus emendis ad vſum menſæ noſtræ ſoluemus
&c. Confitemur etiàm nos, & Amalri-
cum filium noſtrum primogenitum, & Gui-
donem fratrem noſtrum, & G. Mareſcalcum
& Lambertum de Limos, ſupra ſancta Dei
Euangelia hoc iuraſſe, & obliganimus vobis
propter hoc omnia bona noſtra &c. Actum
apud Bellicadrum, preſentibus GVILEL-
MO AVINIONENSI Epiſcopo.
P. Abbate S. Egidy, E. Decano S. Egidy,
R. Præpoſito, B. Decano, P. Præcentore*
D *Arelatenſi.* Ceterùm cum eſſet con-
trouerſia inter Arelatenſem Eccleſiam,
& monaſterium Montiſmajoris ſuper
paludibus exſiccatis, compromiſſi ar-
biter delegatur Wilelmus noſter di-
plomate an. 1215. quod extat in archi- 1215.
uo eiuſdem Abbatiæ; & in necrologio
S. Andreæ obitus aſſignatur die 18. No-
uemb. Legendus Catellus in Hiſtoriâ
Septimaniæ.

42. PETRVS DE CORBARIO CORBARIO.
III. monachus Cluniacenſis, qui &
appellatur *de Corbetâ* in veteri chroni-
co de Geſtis Lud. 7. Francorum Regis,
præfuit anno 1225. vt habetur in anti- 1225.

quo codice ſtatutorum Auenionen- A
ſium, confirmatus in Epiſcopum à Pon-
tificio Legato. Hoc eodem anno graſ-
ſante Albigenſium hæreſi, Auenionen-
ſes qui Raimundo Comiti Toloſano
fauebant, ſuperbiâ elati, Regi Lud.
VIII. cum numeroſo Cruceſignatorum
exercitu vrbis mœnia occludunt; ſed
irâ incenſus ciuitatem obſidione cin-
git trium menſium ſpatio, & ad dedi-
tionem compulit, muris magnâ ex par-
te ob perduellionem proſtratis, vt nar-
rat Guillelmus de Podio-Laurentij in
Chronico. Fuit verò is Præſul acerri-
mus eorumdem Albigenſium inſecta- B
tor, & concionibus ſuis eos vexare non
deſtitit; ſub eius Pontificatu eodem
anno 14. Octob. initium cœpit piæ
cinereorum S. Crucis Pœnitentium ſo-
dalitium.

CORBEIA. 43. NICOLAVS DE CORBEIA
Ordinis religioſi alumnus, ad hanc
1227. Sedem vocatus eſt, eámque adminiſtra-
bat an. 1227.

44. BERNARDVS I. memoratur
1234. 1234. 6. idus Oct. in cartâ iuramenti
Raimundi Porcelleti, Ioanni Arela-
tenſi Archiepiſcopo factâ pro incolis
de Salone, vt eſt in archiuo S. Stepha- C
ni.

45. BENEDICTVS I. 1238. pri-
die nonas Decemb. præſens fuit ſacra-
1238. mento fidelitatis eiuſdem Ioannis Are-
latenſis Antiſtitis, ex eodem tabula-
rio.

46. L.... Auenionenſem Eccleſiam
rexit ſub Innocentio IV. Papâ, qui ad
Summum Pontificatum aſſumptus eſt
1243. 1243. ac Wilelmo Comiti Forcalque-
rienſi morienti adſtitit, vt conſtat ex
ſequenti Bullâ chartarij Montiſmajo-
ris in regeſto Pertuſio, quam hîc ſubji-
ciendam curauimus:

INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus D
Seruorum Dei. Illuſtribus fæminis Comi-
tibus Folchacherienſibus, Guiranno de Si-
mianâ & B. R. Nobilibus viris, Salutem
& Apoſtolicam Benedictionem. Monaſte-
rium Montiſmajoris B. Petri Iuris exiſtit,
& ad Sanctam Romanam Eccleſiam ſpecia-
liter noſcitur pertinere. Anteceſſores ſi qui-
dem veſtri locum ipſum plurimùm diligen-
tes, caſtrum Pertuſium pro animarum ſua-
rum ſalute præfato monaſterio contulerunt.
Vvillelmus quoque Comes poſt longas infe-
ſtationes eidem illatas, iam dictum caſtrum
per manum Fratris noſtri L. AVIGNIO-
NENSIS Epiſcopi prædicto Monaſterio
A *in morte ſuâ reſtituit. Ideóque Nobilitati*
veſtræ per præſentia ſcripta mandamus, qua-
tinus prænominatum caſtrum, iam dictum
Monaſterium ſine inquietatione poſſidere,
& ſine moleſtiâ permittatis, & infeſtatione
de cætero deſiſtatis, alioquin præfatum Mo-
naſterium ſuâ priuari iuſtitiâ nullatenus
patiemur. Datum apud S. Egidium x. Kal.
Octob. Aliud diploma eidem inſcribit
Innocentius, vt per diœceſim ſuam pro-
mulgari denunciet, abſolutionem Co-
mitis Toloſæ, qui Pontificiæ Sedi re-
conciliatus eſt precibus Regis Franco-
rum, menſe Ianuario Pontificatus I.
B referente tabulario Regio Pariſienſi.

47. ZOEN Legatus Sedis Apoſto-
licæ in Prouinciâ, Synodo Valentinæ
intereſt 1248. menſe Decembri poſt 1248.
feſtum S. Andreæ ex Canonibus MS.
huius Concilij: mentio illius extat
etiam in antiquâ membranâ abſolutio-
nis Bertrandi Raymbaudi de Simianâ,
à Gaufrido Aptenſi Epiſcopo, vt in ar-
chiuis eius Eccleſiæ legitur: præſidet
autem Concilio Albienſi de quo Acta
MS. huius Synodi loquuntur hoc mo-
do: Concilium Albienſe factum à «
Domino ZOEN Auenionenſi Epiſco- «
C po Sedis Apoſtolicæ Legato, multis «
Epiſcopis Narbonenſis, Bituricenſis, & «
Burdegalenſis Prouinciarum &c. con- «
gregatum apud Albiam 1254. iuſſu Lu- « 1254.
douici Francorum Regis. Quo anno «
Calend. Nou. teſtis adfuit in hominio
Ioannis Arelatenſis Archiep. Karolo
Comiti Prouinciæ, vt eſt in originali
Arelatenſi. Probat fundationem mo-
naſterij Monialium S. Catharinæ de
Sorp in diœceſi Regienſi, à Fulcone
Antiſtite factam 1255. quod docet an- 1255.
tiquum regeſtum baſilicæ Regienſis.
an. verò 1260. Kal. Nou. Iſnardus de 1260.
Ponteues filius Iſnardi de Antrauenis
D de Agouto, fidem clientelæ præſtitit
Carolo Comiti Andegauenſi, pro ter-
tiâ parte ciuitatis Aptenſis, & caſtro de
Agouto ſecundùm libertates ac hono-
res, quibus Domini de Simianâ vti
conſueuerant, adſtante noſtro Antiſti-
te Auenionenſi ZOEN ex vetuſto, co-
dice homagiorum archiui Aquenſis.
Sepultus iacet in Cathedrali ad latus
principis altaris.

48. BERTRANDVS II. 1264. in 1264.
eâ dignitate annum expleuit, deinde
tranſlatus eſt ad Epiſcopatum Valenti-
nenſem.

49. ROBERTVS DE VCETIA I. VCETIA.

1265. ſucceſſit 1265. exſtat in chartophilacio A
Bonipaſſus, illius tranſactio cum Al-
fanto Priore Carthuſię Bonipaſſus prę-
ſente Giraudo Epiſcopo Cabelliſcenſi,
pro iuribus in portu fluminis Duran-
tiæ aliiſve poſſeſſionibus, de quarum
dominio inter eos controuerſia verte-
1267. batur 1267. 6. Id. Aug. Eius obitus po-
nitur 9. die Martij in necrologio MS.
Sancti Andreæ Auenionenſis.

50. RAIMVNDVS II. cuius no-
men legitur in veteribus membranis
1271. Auęnionenſibus an. 1271.

51. ROBERTVS II. litem habuit
cum Guilelmo de Goneſsâ Seneſcallo B
Prouinciæ, & in pactione huius diſſi-
1273. dij Karolus I. Rex vti voluit conſilio
Alani Siſtaricenſis Epiſcopi 1273. Iunij
22. ex archiuis Boſcaudunenſis Abba-
1278. tiæ. De illo meminerunt adhuc tabu-
laria Auenionenſis Eccleſiæ 1278.

1288. 52. BENEDICTVS II. Epiſcopa-
tum rexit an. 1288.

53. ANDREAS DE LANGVISEL
Langvisel. frater germanus Bernardi Arelarenſis
Archiepiſcopi Cardinalis Portuenſis,
& Bertrandi Nemauſenſis Antiſtitis:
1292. ex ſchedâ MS. anni 1292. 16. Cal. Sept. C
in capellâ Epiſcopali Auenione, ad-
miſit Marqueſium de Mandagoto mo-
nachum S. Andreæ, in Priorem Eccle-
ſiæ S. Saluatoris de Torcularibus. AN-
DREAS verò malè in quibuſdam mo-
numentis appellatur de *Engoliſino*.

Aymini. 54. BERTRANDVS AYMINI
III. ex Præpoſito Eccleſiæ Epiſcopus
1300. an. 1300. fidem hominij iurauit Ro-
berto Regi Siciliæ; carta recognitio-
nis, ex originali antiquo deſumpta ta-
lis eſt:

IN DEI NOMINE. Anno Incar.
1309. *M. CCC. IX. die III. Decembris 8. In-*
dict. Pateat per hoc inſtrumentum vniuer- D
ſis. Quod BERTRANDVS AVI-
NIONENSIS ECCLESIÆ Epiſ-
copus, exiſtens in præſentiâ excellentiſſimi
Principis Domini Roberti Dei gratiâ Ieru-
ſalem & Siciliæ Regis illuſtris, Ducatus
Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ &
Forcalquerij, ac Pedemontis Comitis, ſciens
& recognoſcens eumdem Dominum Regem
fore naturalem, verum heredem & legiti-
mum ſucceſſorem vniuerſalem & in ſoli-
dum, in Regnis & Comitatibus ſupra dictis,
claræ memoria Caroli II. præfati domini
Regis genitoris, quondam prædictorum re-
A *gnorum Regis, & dictorum Comitatuum*
Comitis, eidem Regi Roberto præſenti, reci-
pienti pro ſe, tanquam pro vero Domino, &
inclito Karolo primogenito ſuo & Duce Ca-
labriæ, ac aliis eius hæredibus natis iam,
& inanteà naſcituris, recognouit ſponte, &
conſenſu aſſeruit ſe tenere, & tenere debere
ſeu poſſidere, vel quaſi ab eodem Domino
Rege, & ſub eius dominio, caſtrum de No-
uis, & territorium de Agello cum perti-
nentiis eorundem, pro quibus eidem Regi
Roberto recipienti nominibus ſupra dictis
fidelitatem promiſit verbo tenus abſque vin-
culo iuramenti. Recognouit inſuper & con-
B *feſſus fuit, ſe tenere & tenere debere ſub*
eius dominio & ſenhoriâ iuxta morem an-
tiquum, prout ipſe & prædeceſſores eius præ-
deceſſoribus dicti Regis aliàs recognouerunt,
& eidem, caſtra & villas de Berbentanâ &
de Verqueriis cum pertinentiis eorumdem,
partem etiam territorij de Ayragâ, acquiſi-
tam olim per Auinionenſem Epiſcopum præ-
deceſſorem ſuum, à Petro Amici quondam
domino dicti loci, pro quibus eidem Regi
Roberto requirenti nominibus quibus ſupra,
tanquam vero Domino ſuo propoſitis ſacro-
ſanctis Euangeliis, ſibi prædictis nomini-
bus fidelitatis præſtitit iuramentum. Vnde
ad æternam rei memoriam, dicti Regis &
C *heredum ſuorum certitudinem & cautelam,*
facta ſunt per me infra nominatum Nota-
rium duo conſimilia inſtrumenta, vnum pro
ipſo Rege, & aliud pro dicto Prælato. Actum
Aquis in palatio Regio in aulâ veteri. Te-
ſtes fuerunt ad hæc vocati Franciſcus Gaie-
tanus Epiſcopus, Dominus Ioannes Pipinus,
Herricus de Sancto Seuerino, Rainaldus de
Lerco Seneſcallus Prouinciæ, Andreas de
Iſerniâ, Dom. Petrus de Caſtro nouo, Ioan.
Cabaſſole, Matheus Filmarinus Nic. Ca-
raſulus. Signum Raimondi Vvilermi No-
tarij. Hic autem à nonnullis perpe-
ràm inſeritur in catalogo Epiſcoporum
Guillelmus de Mandagoto, Ebredunen-
ſis certè Archiepiſcopus, Cardinalis D
Prænestinus creatus à Clemente V. Pa-
pâ 1312. nuſquam tamen Auenionenſes
infulas adeptus.

55. IACOBVS DE OSSA I. pa-
triâ Cadurcenſis in Aquitaniâ, familiâ
de Oſsâ vel Deusâ, Arnaldo humilis
generis viro ac tenuis fortunæ parente
natus fuit. Qui cum in adoleſcentiâ
egregiam ſuam indolem Petro Ferre-
rio Archiepiſcopo Arelatenſi, Caroli
Siciliæ Regis & Prouinciæ Comitis
Nomophylaci probaſſet, eiúſque curâ
& ope ſubleuatus, præſtantem operam
doctrinæ ſtudiis nauaſſet, creatus fuit

Ossa. Ecartelé au 1. & 4. d'or au Lyon d'azur à l'orle de huict beſans de meſme. Au 2 & 3. de gueulles à trois faſces d'argent.

Epiſcopus

Epiſcopus Forojulienſis, & mortuo
Ferrerio, factus eſt eius loco à Roberto Caroli filio Cancellarius, deinde à Clemente Papâ primùm Aucnionenſis
1310. Epiſcopus an. 1310. ac poſteà Cardinalis Portuenſis 1312. Decembris 14. tan-
1312. dem 1316. diſſidentibus inter ſe Cardinalibus poſt obitum Clementis Quinti de electione Pontificis, facto compromiſſo de eo recipiendo, quem Iacobus noſter Cardinalis Portuenſis nominaſſet, iſdem Neapoleonis Vrſini ſuaſu, poſt interregnum biennij ſeipſum nominauit, renuntiatus Papa Lugduni 7. Idus Aug. coronatur ibidem in Cathedrali aſſumpto nomine Ioannis eius nuncupationis Vigeſimi-ſecundi vulgo dicti. Fuit is paruus quidem corpore, ſed magnus animo, virtute, & ſcientiâ, cuius geſta in Pontificatu fuſius proſecuti ſunt Ciacconius in vitis Pontificum, Spondanus tomo 1. Annal. Eccleſiaſt. Animam reddidit in palatio Aucnionenſi nonagenario maior, pri-
1334. die Nonas Decemb. 1334. ſepultúſque eſt in Eccleſiâ Cathedrali Beatæ Mariæ de Domnis, magnâ funeris pompâ. Fuit autem bonarum litterarum ſtudioſus, qui Academiam Cadurci in patriâ ſuâ inſtituit: Tantam porrò ſummam auri in ærario reliquiſſe traditur, quantam nullus ante eum Pontifex coaceruauerat; præcipuè ex reſeruationibus fructuum, primi anni omnium Eccleſiarum vacantium, in opus, vt aſſerebat Terræ Sanctæ, quod promouere in animo cupiebat, & contra ceteros hoſtes Eccleſiæ, aduerſus quos iuris Eccleſiaſtici acerrimum deffenſorem ſeſe præbuerat.

De Via. 56. Iacobus de Via ii. Cadurcenſis Ioannis xxii. Papæ ex ſorore nepos, auunculo ad Pontificatum euecto, fit Epiſcopus Aucnionenſis 1316.
1316. & Presbyter Cardinalis Sanctorum Ioannis & Pauli tituli Pammachij Aucnione in primâ promotione creatur eodem anno. Mortuus 8. Cal. Iulij
1317. 1317. multis rebus geſtis in hâc vrbe; tumulatur in Cathedrali Beatæ Mariæ.

De Via. 57. Arnaldus de Via Cardinalis tituli S. Euſtachij, Barjolenſis Præpoſitus & Protonotarius Apoſtolicus, in locum Iacobi fratris ſuffectus: Cardinalium Collegio aſcitus eſt 8.
1317. Cal. Iulij 1317. Sub quo Eccleſia parochialis S. Agricoli in Collegiatam erigitur, ſuffragante Ioanne Pontifice

A 1320. Epiſcopales ædes Aucnione, vrbis 1320.
anriſtiti habitandas pretio comparauit; ac pia quædam in laudem Deiparæ Virginis ſcripſiſſe notatur; fundator etiam is fuit Carrhuſiæ Bonipaſſus, & mortalitatem in Aucnione exuit 1336. in 1336.
æde Collegiatâ S. Mariæ Villænouæ ſecus Aucnionem, ab ipſo conditâ & dotatâ, tumulo inſigni ſepultus.

58. Ioannes xxii. Pontifex Maximus, Epiſcoparum Aucnionenſem 1318.
rexit per Vicarios ſuos ab an. 1318. ad 1334.
1334.

Coiordano. 59. Ioannes de Coiordano iii. aliàs Mirapiscensis ele- B
ctus renunciatur 1336. die 7. Martij, vt 1336.
colligitur ex libro Obligationum Eccleſiæ Romanæ. Ad finem anni 1337.
die 3. Decemb. Pontificis auctoritate 1337.
celebratum eſt in monaſterio S. Ruffi prope Aucnionem, Concilium trium Prouinciarum, cui præfuit Guaſbertus Arelatenſis Archiepiſcopus, eique ſubſcripſêre, Ebredunenſis, & Aquarum-Sextiarum Præſul cum ſuis Suffraganeis. Continet autem 74. capitula ad reformationem morum & diſciplinæ, abuſus tollendos, iura & immunitatem Eccleſiarum ſeruanda. Inter cætera
C ſtatutum fuit, ne Chriſtianis liceret habere ſeruos vel ancillas ex Iudæis, qui in ſuperiori veſte deferrent ſignum rotæ in pectore; prohibitúmque vti in ſuis morbis operâ Medicorum huius ſectæ. Decretum prætereà, vt abſtinerent ab eorum connubio, & ne libitina ante ædes excommunicatorum amplius deferretur, vt fusè recenſetur in actis huius Concilij, cuius exemplaria aſſeruantur in tabulariis Eccleſiarum Arelatenſis & Aucnionenſis, & ſumma eorum capita refert Spondanus in Annalibus. Sub eius Pontificatu
D Clemens vi. 1348. Iunij 9. ciuitatem 1348.
Aucnionenſem ac dominium Comitatus Venaiſcini, pro Eccleſiâ Romanâ cum omnibus eius iuribus, pretio octoginta millium florenorum emit, à Ioannâ Reginâ Siciliæ, approbante Rege Ludouico illius marito; vt patet ex diplomate quod legitur in archiuis Romanis. Sæuiebat eo tempore vbivis locorum grauis peſtilentia, præſertim Aucnione, de quâ Petrarcha lib. 7. epiſt. 8. & Ioannes Villanius Florentinus; idcirco idem Clemens, agrum, campum Floridum nuncupatum acquiſiuit, vbi mandari poſſent deffuncto-

rum cadauera, quæ obeuntium multitudine ſæpe inſepulta iacebant, & ibidem Noſocomium conſtrui iuſſit. Hoc eodem Præſule, monaſterium Monialium Ordinis S. Dominici vulgo Hiſpaniam vocant, ædificauit Petrus Cardinalis S. Praxedis. Notandum etiam eſt, quod Laureta de Sado Pauli militis Auenionenſis filia, Franciſci Petrarchæ celebris viri pœmatibus celebrata, Auenioni tunc apud amitam Stephanetam Gantelmam, mulierem doctrinâ & ingenio præ cæteris celebrem morabatur, vbi nobilium feminarum Academia inſtituta fuit; Quarũ nomina ſunt hæc: Hugueta de Forcalquerio Domina de Tritis, Brianda de Agouto Comitiſſa Lunæ, Beatrix de Agouto Domina de Saltu, Iſoarda de Rocafolio Domina de Anſoiſio, Anna Vicecomitiſſa Talardi, Antonieta de Cadeneto, & aliæ; Laura autem Auenioni
1348. deceſſit 1348. qui fuit poſtremus annus regiminis Epiſcopi de Coiordano, vt ex tabulariis Eccleſiæ conſtat.

60. Clemens vi. Papa, Petrus
1349. Rogerij anteà appellatus, Epiſcopatum Auenionenſem Vicariorum operâ
1352. adminiſtrauit ab an. 1349. ad 1352.

61. Innocentivs vi. Pontifex Max. Stephanus Alberti vocatus, hanc
1353. Eccleſiam gubernauit 1353. & cœnobium Carthuſianorum Vallis-benedictionis dictum, Villænouæ condidit
1362. 1358. Auenionem porrò ad manus ſuas tenuit vſque ad 1362.

Grimoard. De gueulles à quatre rais en pointe d'or en chef.

62. Anglicvs Grimoard Cardinalis Albanus, patriâ Gallus diœceſis Mimatenſis, frater Vrbani v. Papæ non fratris filius, vt Onuphrio, Ciacconio, Marianæ aliiſve placet. Patre Guilielmo Grimoardo domino de Griſaco, (quem ex veteri ſchedâ, penſionem ſexcentorum florenorum auri, à Rege Francorum acceptare vetuit eius filius Vrbanus Pontifex,) matre Feliciâ Monfertanâ natus erat. Canonicus regularis S. Auguſtini, deinde Abbas S. Rufi prope Valentiam, tum ad Auenionenſem Epiſcopatum aſſum-
1363. ptus 1363. eligitur Card. tituli S. Petri ad Vincula 1366. eodémque anno me-
1366. moratur Auenionenſi Pontificatu decoratus in libro Obligationum. Tandem Epiſcopus Albanenſis creatur, & Legatione in Etruriâ, Vmbriâ, Campaniâ, totâque fermè Italiâ functus eſt;

A ad Petrum quoque Caſtellæ Regem cognomento ſæuum miſſus, pacem cum eo & Sede Apoſtolicâ his legibus decreuit, vt tertiam Decimarum quæ Romanis Pontificibus obuenire ſolita erat à ſacerdotiis Caſtellæ, deinde eſſet Regibus belli ſacri ſubſidium aduerſus Mauros, vt ſcribit Mariana de Rebus Hiſpaniæ lib. 17. cap. 11. Idem conſtitutus fuit Vicarius Generalis Pontificis in temporalibus, in partibus Italiæ pro Romanâ Eccleſiâ, potiſſimum in ciuitate Bononiæ; ac probitate morum & regulari obſeruantiâ valde inſignis claruit. Nam & ſanctimonia-
B libus è cœnobio de Furnis Ordinis Benedictini Auenionem profugis, ædes à ſe emptas dedit, templúmque conceſſis amplis redditibus ædificauit. Eccleſiam S. Catharinæ inſtituti Beati Bernardi in eâdem ciuitate conſtruxit, turrim præaltam caſtri de Berbentanâ, oppidũ eſt in Prouinciâ Phocæenſi ditionis Præſulum Auenionenſium, erexit. Nihilominus vero Pontifice relicto, Clementis vii. Antipapæ partes ſequutus eſt. Quantum enim Anglicus Cardinalis ei adhæſerit, innoteſcit ex veteri inſtrumento eius teſtamenti. Ceterùm morti proximus, teſtandi li-
C centiam obtinuit ab Vrbano Papâ v. datis litteris in hæc verba expreſſis:

VRBANVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Venerabili fratri ANGLICO EPISCOPO AVINIONENSI, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis tuæ ſinceritas quam nos olim in minoribus conſtituti, & deinde ad apicem ſummi Apoſtolatus euecti, in negotiis magnis & arduis, experientiâ longâ probauimus, promeretur, vt votis tuis in his præſertim quæ tuæ aliarúmque animarum ſalutem perſpiciunt, fauorabiliter annuamus. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, vt de fructibus, & prouentibus Eccleſiæ tuæ Aui-
D *nionenſis cui præes; & alterius cuiúſque, ad quam fortè te transferri, ſeu cuiuſlibet dignitatis ad quam aſſumi, ac beneficiorum quorumlibet quæ tibi commendari, ſeu de ipſis prouideri contigerit in futurum. Nec non de bonis quæ ex induſtriâ, vel contemplatione perſonæ tuæ, ſeu quocúmque alio modo, & vndecúmque licitè tamen ad te obuenientibus, & in poſterùm obuenturis, poſſeſſiones, redditus, prouentus, hæreditates poſſeſſas per laicos, & quælibet alia, res & bona emere, ſeu acquirere & appropriare ad certum tempus, vel in primum pro tuo arbitrio, pro Capellis conſtruendis, de ipſiſq; fru-*

ctibus, & prouentibus, ac poſſeſſionibus, redditibus, hæreditatibus, & decimis pro tuâ, & progenitorum tuorum, & aliorum de tuo genere, animarum ſalute, Eccleſias ſeu Capellas, ac hoſpitalia, & alia pia loca conſtrui facere, & Capellanias perpetuas inſtituere, ordinare & dotare, nec non tuam & aliorum de dicto tuo genere exſtrui facere ſepulturas ipſáſque poſſeſſiones, redditus, prouentus, hæreditates, decimas ac res, & bona per te empta, ſeu acquiſita, ſeu eorum partes in illa opera pietatis conuertere, & deputare, vbi, quando, quotiens, ac de ſumma, ſeu ſummis quibus tibi videbitur expedire Fraternitati tuæ plenam auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium concedimus facultatem; non obſtante quod Ordinis S. Auguſtini profeſſor exiſtas; & Apoſtolicis, ſeu aliis conſtitutionibus contrariis quibuſcúmque. Datum
1363. *Auenione IV. Nonas Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.*

Quod autem Vrbanus 5. Anglico vt Epiſcopo Auenionenſi, illud ipſum conceſſit vt Albanenſi Antiſtiti Clemens VII. litteris datis Auenioni idibus Iunij an. 7. Testamentum condi-
1388. dit an. 1388. ind. XI. menſis April. XI. præſentibus Arnaudo Guilielmi Abbate de Luco Oleronenſis diœceſis, alijſve Eccleſiaſticis viris: multa autem in autographo notatu digna declarantur. Primùm quidem ſepeliri voluit in Monaſterio S. Ruffi extra muros Valentiæ Ord. S. Auguſtini, vbi à pueritiâ educatus fuerat; idque ante maius altare Eccleſiæ in illo videlicet loco, in quo Diaconus & Subdiaconus in Miſſarum ſolemniis, pedes tenere conſueuerunt; ſub lapide magno & plano, annum diémque mortis latinis verbis indicante. Declarat executores Petrum Corſinum Portuenſem aliàs Florentinum, Guidonem Prænestinum ac Pictauenſem Epiſcopos. Guillelmum tit. S. Stephani in Cœlio monte vocatum de Agrifolio. Petrum S. Marci, aliàs Ebredunenſem. Fayditum S. Euſebij aliàs Conuenarum Presbyteros; Hugonem Sanctæ Mariæ in Porticu, & Guillelmum S. Angeli Diaconos Cardinales: necnon Guillelmum Vilate Abbatem S. Andreæ, Audebertum de Sado Præpoſitum Toloſanum, Petrum Oliuarij de Falgario Canonicum Aquenſem Camerarium ſuum, & Pontium Loberie Præpoſitum Toloſanenſem. Poſtremò heredem bonorum inſtituit Collegium S. Ruffi Montiſpelij, quod ipſe fundauerat ſub certis

Tomus I.

legibus, vt in eo Religioſi alerentur. Moritur autem ANGLICVS Auenione 1388. Aprilis 18. non 1387. April. 1388.
16. vt ex Ciacconio in primâ editione Galliæ Chriſtianę legebatur, vbi etiam mendosè ſcribitur Angelicus Grimaldi pro Anglicus, ſicut clarè ex proprio teſtamento MS. conſtat, vnde ſuperiora de Anglico ſumpta ſunt. Quem Antiphonas quaſdam, ſacráque opuſcula compoſuiſſe tradit Ferd. Vghellus tomo I. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Albanenſibus. cadauer Montempeſſulum delatum, ſepulturæ locum habuit in Collegio quod viuens condiderat.

63. PHILIPPVS Patriarcha Hieroſolymitanus Adminiſtrator Auenionenſis Eccleſiæ 18. Sept. 1366. tunc vacantis per aſſumptionem Anglici ad Cardinalatum; Philippus fuit inde Purpurâ decoratus, ex libro obligationum. 1366.

64. PETRVS GERALDI ſeu GERARDI IV. Sedem Epiſcopalem rexit 1368. ex eodem regeſto obligat. Prælatorum, & an. 1370. Eumdem verò allectum inter Cardinales fuiſſe ſatis non liquet. Geraldi. 1368. 1370.

65. FAYDITVS D'ARFEVILLE Lemouix nobilis familiæ, Cardinalis AVENIONENSIS nuncupatus 1373. Abbas Montiſmajoris, & Epiſcopus Ruthenenſis, in Cardinalium Collegium aſſumptus eſt à Clemente 7. Pſeudo-Pontifice. Eóque ſedente Gregorius XI. Papa Auenione recedens 1376. Italiam versùs nauigauit, Romámque retulit Cathedrâm Pontificiam 17. Ianuarij 1377. ſeptuaginta annis ab eius tranſlatione in Galliam; hortante inprimis S. Catharinâ Senenſi, quæ tunc Auenione eximiâ vitæ ſanctitate clarebat. Sed annus 1378. funeſtus fuit ſchiſmatis ortu, quo nulla ætas diuturnius, aut intricatius vidit; Vrbano Romæ, Clemente Auenione ſedentibus. In Eccleſiâ S. Mariæ de Domnis prope ſepulchrum Benedicti XII. eſt ſequens inſcriptio parieti affixa, quam hic epitaphij loco aſcribimus:

Arfeville. D'azur à 5. eſtoiles d'or de 5. rais, 2. 1. 2. & vne fleur de Lis auſſi d'or, en cœur. 1373. 1376. 1377. 1378.

FAYDITVS DE AGRIFOLIO Gallus, Epiſcopus AVENIONENSIS à Clemente VII. in ſuâ obedientiâ Presbyter Cardinalis creatus Tituli SS. Silueſtri & Martini in Montibus. Obiit Auenione VI. Nonas Octobris M. CCC. XCI. ibidémque ſepultus. 1391.

Eiuſdem gentis de Agrifolio Bernar- A dus Viuarienſis Epiſcopus, & duo Cardinales Guillelmi nomine, primus Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, poſteà Sabinenſis Epiſcopus. Alius creatur Cardinalis ab Vrbano Quinto grati animi memore, quòd ad apicem ſummi Pontificatus promotus fuerat, procurante inter cæteros, Guillelmo de Agrifolio patruo Cardinali Cæſarauguſtano.

CRAMAVD. D'azur à la bande d'or, à l'orle de gueulles ſemée de dix beſans d'argent.

66. SIMON DE CRAMAVD nobilis Picto è Dominis de Cramaud iuxta Rupem-cauardi in Lemouicibus, quem ideò malè quidam patriâ Lemo- B uicenſem vocant ex vico Cramaudo. Fuit is Cancellarius Ioannis à Franciâ Biturícenſis Ducis Pictonum Comitis; ac primò Agennenſis Epiſcopus, ſubinde factus eſt Adminiſtrator Biterrenſis, Carcaſſonenſis, Auenionenſis, & Pictauienſis. Poſteà etiam Archiepiſcopus Dux Rhemenſis, Patriarcha Alexandrinus, ac demùm Cardinalis tituli S. Laurentij in Luciná: doctrinâ & eloquentiâ clarus, pro vnione Eccleſiæ contra ſchiſma ſtetit, fuitque Princeps Legationis Regis & Eccleſiæ Gallicanæ, ad Benedictum Antipapam. Sedit
1391. Auenione 1391. 26. Aprilis, ex libro C obligationum eiuſdem Benedicti. De quo plura in Pictauienſibus Epiſcopis dicemus.

BELLEMARE.

67. ÆGIDIVS BELLEMERE ſucceſſit Simoni 23. Aug. 1393. ſic enim
1393. in regeſto libri obligationum Vaticani legitur. Alius eſt ab Ægidio Epiſcopo Morinenſi Cardinali Tuſculano; & altero cognomine Narbonenſi Antiſtite. Sub eius Præſulatu Petrus de Lunâ dictus à ſuis Benedictus XIII. cùm iam ferè per quinquennium incluſus & obſeſſus in palatio Auenionenſi teneretur, duce armorum Boucicaudo D Mareſcallo Franciæ Gallo, qui vrbem ex conſenſu ciuium ingreſſus erat; ita vt nemini permitteretur ad eum accedere, niſi prius inueſtigaretur quid ferret aut vellet: demùm 12. Martij 1403.
1403. inde clam nocte eductus, ad caſtrum Reynardi ad vnam leucam prope Auenionem ſeceſſit; ex quo inde ſchiſma graue vnionem Eccleſiæ turbauit; De fugâ eiuſmodi Antipapæ meminit Spondanus in Annal. & 1. Seſſio Pſeudo-Concilij Perpiniani, ab eodem Benedicto conuocati an. 1408.

BOVCHAGE.

68. GVIDO DV BOVCHAGE I. extat eius mentio in tabulario S. Mariæ de Domnis 1411. Hoc eodem tempore Catalani, auſpiciis Roderici de Lunâ Pſeudo-Pontificis nepotis, vrbis loca munitiſſima, palatium Pontificium, baſilicam Metropolitanam, turrim pontis, palatium Epiſcopale inuadunt: ſed Auenionenſes ciues, animi robore & vigilantiâ, ſchiſmaticos ad deditionem compellunt, poſt obſidionem 18. menſium, 22. Nou. 1412. Subſcribit autem Guido 1416. codicillis teſtamenti Petri d'Acigné Seneſcalli Prouinciæ. 1411. 1412. 1416.

SPIEFAMI.

69. GVIDO SPIEFAMI II. patriâ Auenionenſis 1420. & 1425. conſtruxit ſacellum S. Ioannis Bapt. apud ædem Domnæam Metropolim, in quo humatus iacet. 1420. 1423.

ROSSILLON. De gueulles à l'Aigle eſployée d'argent.

70. GVIDO DE ROSSILLON III. ex illuſtri familiâ Dominorum du Bouchage 1426. triennio ante 9. Iunij nominatur in teſtamento Guilelmi de Roſſillono Mareſcalli Prouinciæ Delphinatus; vixit adhuc an. 1429. 1429.

CONDELMERIO. D'azur à la bande d'argent.

71. MARCVS DE CONDELMERIIS Venetus, Patriarcha Alexandrinus, Bononiæ Gubernator 1431. referente Carolo Sigonio lib. 4. Is ex familiâ Venetiis populari antiquâ Gabrielis Condulmerij Cardinalis Senenſis, poſt eius electionem ad Summum Pontificatum ſumpto Eugenij IV. nomine Patriciis adnumeratâ, oriundus erat. Eiuſdem Papæ nepos Franciſcus Condulmerius Rom. Eccl. Camerarius, Vicecan. & Patriarcha Conſtantinopolitanus, Cardinalis S. Cæciliæ primo ſedis anno eligitur; qui poſteà Epiſcopi Portuenſis, Veronenſiſque dignitate inſignitus fuit. 1431.

COETIVY. Faſſé d'or & de ſable de ſix pieces.

72. ALANVS DE COETIVY Cardinalis AVENIONENSIS, Legatus à Latere Sedis Apoſtolicæ; ex nobili & antiquâ Aremoricæ Britanniæ proſapiâ, filius videlicet, Alani 4. Domini de Coëtiuy, & Catharinæ du Chaſtel, frater Pregentis Mareſcalli & Admiralis Franciæ, ac etiam Oliuarij Comitis de Taillebourg, Magni Aquitaniæ Seneſcalli. Primùm Dolenſis Epiſcopus 1438. deinde Coriſopitenſis 1445. mox ad Auenionenſem 1438.
Cathedram tranſlatus, in quâ propriis 1445.
ſumptibus Palatium vt nunc videtur Archiepiſcoporum ædificauit. Ab hâc autem Eccleſiâ cum ornatus fuiſſet

Purpurâ à Nicolao v. Pont. Max. an- A
1449. no 1449. titulo adminiſtrationis per-
petuæ iterùm Dolenſi præficitur 1456.
1456. Hunc Calixtus III. ad Regem Chri-
ſtianiſſimum Carolum VII. delegauit
ad expeditionem contra Turcas ſolli-
citandam, qui Regem facilè ob ma-
gnam facundiam quâ pollebat, in eam
adduxit ſententiam, ſed morte Ponti-
ficis ſuperueniente, effectum habere
non potuit magnus ille belli apparatus.
Electioni Pauli II interfuit ALANVS,
vt ſcribit Iacobus Cardinalis Papien-
ſis lib. 2. Commentariorum & epiſt.
310. ac tempore Sixti 4. ſucceſſoris
Pauli, Sabinenſe ſacerdotium in Ita-
liâ ipſi obuenit. Romæ fato functus eſt B
1474. an. 1474. Iulij 22. ætatis 66. ſepul-
túſque apud ſanctam Praxedem rituli
ſui, marmoreo tumulo qui Epitaphio
ſequenti exornatur.

SEDENTE SIXTO IV.

ALANVS Epiſcopus Sabinenſis E. R.
Cardinalis nobiliſſimâ in Britonibus COE-
TIVORVM gente natus, illuſtri Lega-
tione ad Gallos pro Fide functus. Cuius
vita exemplum virtutis, actiones autem
priuatim & publicè ſalutares fuere. Hoc
monumento conditus eſt. Vixit annos
1474. *LXVI. menſes VIII. dies XV. M.* C
CD. LXXIV.

Præſul fuit non modò claritate ge-
neris, ſed doctrinâ & integritate mo-
rum inſignis, cuius cum laude memi-
nerunt Ciacconius, Gobelinus lib. 2.
Commentar. Pij 2. Onuphrius, Ga-
rumbertus, Ferd. Vghellus in opere
Italiæ ſacræ ſub Epiſcopis Sabinen-
ſib. Bertrandus Argentræus in Hiſto-
riâ Britanniæ & permulti alij. Habuit
autem hic Cardinalis in vrbe ſuâ &
diœceſi, Vicarium generalem Pon-
cium Epiſcopum Vaſionenſem, qui
ipſius iuſſu an. 1458. 7. die Septemb. D
ſub maiori altari cum celebritate re-
condidit, corpora Beatorum Magni &
Agricoli in æde eiuſdem Sancti Aue-
nione. Petrus Cardinalis Fuxenſis A-
uenionenſis Legatus Concilium Pro-
uinciale ibidem celebrauit 1457. cum
Roberto Archiepiſcopo Aquenſi, &
Suffraganeis Epiſcopis Prouinciarum,
Arelatenſis, Aquenſis, & Ebredu-
nenſis, cuius exemplar autographum
in archiuis Auenionenſibus relatum
eſt.

AVENIONENSES ARCHIEPISCOPI.

73. IVLIANVS DE LA RO- LA ROVE-
VERE Sauonenſis, in Li- RE.
guriâ natus an. 1443. ex D'azur au
Raphaele de Ruuere Sixti IV. Summi chesne
Pontificis fratre, & Theodorâ Mane- d'or.
rolâ. Eum patruus ex Epiſcopo Car-
pentoratenſi in Galliâ, Preſbyterum
Cardinalem S. Petri ad Vincula crea-
uit; deinde factus maior Pœniten-
tiarius Eccleſiæ Rom. ac demùm ex
Sabinenſi, Oſtienſis Epiſcopus euaſit
1483. cùm paulò ante memoratus Pa- 1483.
pa Sixtus, Eccleſiam Auenionenſem
prius Cathedralem, mortuo Alano
Cardinale Epiſcopo vltimo, ad Me-
tropolis dignitatem erexiſſet 1475. 1475.
Hic palatij Archiepiſcopalis partem,
turrim in capite pontis Rhodani æ-
dificari curauit, Collegium vulgò de
Ruuere dictum inſtituit 1489. ac Ec- 1489.
cleſiam ſibi commiſſam è regulari ſta-
tû in ſecularem reduxit. Poſt Pij 3.
obitum 1503. Summi Pontificatus api- 1503.
cem aſſecutus, IVLII II. nomine in-
ſignitur, quod ſibi attribuit ob belli-
cam Iulij Cæſaris virtutem; Vir vtri-
que magni ingenij, qui totus ante
Pontificatum Gallus, ſed propter pri-
uatas ſimultates, hoſtem ſe aperuit Re-
gis Franciæ Ludouici XII. ex hâc vi-
tâ ſublatus 9. Cal. Martij 1513. Sedit
autem Romæ annos nouem, menſes
tres, dies 21. vixit ſeptuaginta an. ſe-
pulchro corpus relatum eſt in baſilicâ
Vaticanâ.

74. ANTONIVS FLORES nobi-
lis Hiſpanus, ſubuectus eſt ad Auenio- FLORES.
nenſem Præſulatum 1504. Sacellum
Archiepiſcoporum in baſilicâ Deipa- 1504.
ræ Virginis magnifico opere condidit:
ſub Iulio 2. Papâ anteceſſore, Latera- 1510.
nenſi Concilio adfuit 1510.

75. ORLANDVS DE CARETTO
ex Marchionibus Sauonæ & Finalij CARETTO.
1512. Synodo Lateranenſi etiam in- Cotticé
terfuit. Sedebat adhuc 1526. Ex hâc d'or & de
verò nobiliſſimâ familiâ præter Or- gueulles.
landum Carettum, prodiêre in Galliâ 1512.
alij in ſacro Ordine Pontifices, Caro- 1526.
lus Dominicus Cardinalis Finalij tit.
S. Cæciliæ Archiepiſcopus Turonen-
ſis, & Rhemenſis, frater Alfonſi I.

Marchionis Finalij, Fabritij Caretti Magni Equitum Rhodiorum Magiſtri, Ludouici Epiſcopi Cadurcenſis, & Pauli in eâdem Eccleſia ſucceſſoris Abbatis Bonæcumbæ eorum nepotis, de quibus ſuis in locis agemus.

Medicis. D'or a cinq tourteaux de gueulles 2.2.& 1. ſurmôtez d'vn tourteau d'azur en chef, chargé de trois fleurs de Lys d'or, 2. & 1.

76. Hippolytvs de Medicis Cardinalis Sanctæ Praxedis, & Vmbriæ Legatus, Archiepiſcopus Montis Regalis. Hic Purpurâ induitur 1529. à patruo Clemente. Auenione autem ſedebat ſub an. 1527. ad Carolum v. Cæſarem miſſus eſt de Latere Legatus, eúmque Bononiam vſque comitatur, cum prius inaugu- B
rationi eius adfuiſſet. In Pannoniam quoque apud eumdem Imper. bellum
1527. aduerſus Turcas fortiter gerentem, exercitus Legatus, cum ſelectis decem millibus ſtipendiariorum, & fortiſſimi Ducis, ſacrique viri munia impleuit. Anno verò Pontificatus Pauli 3. primo, quem ex patrui voluntate in Papam eligendum curauit, ſalutis 1535.
1535. in agro Fundano deceſſit. Corpus ſummo omnium ordinum luctu ſepulturam accepit Romæ in Eccleſiâ S. Laurentij in Damaſo, cuius cippus tali epitaphio exornatur.

Hippolyto Medici C

Cardinali, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, eximij corporis, ac ingenij, fortunæque muneribus exornatiſſimo. Qui cum ab tantâ rariſſimarum virtutum indole ad LEONIS X. CLEMENTIS QVE VII. patruorum Pontificum gloriam contendit, acerbiſſimâ morte ſurripitur. Anno Salutis M. D. XXXV.
1535. *Idib. Auguſti ætat. XXIV.*

Huius Hippolyti Medicæi vitam fusè omnium, ac præſtanti elogio proſecutus eſt, Paulus Iouius;
» Quem longè omnium eruditi ingenij
» nobilitate, decore vultus, & illuſtri
» vitæ ſplendore florentiſſimum appel- D
» lat: alibi à Sadoleto Epiſcopo cui
» amicitiâ coniunctiſſimus fuit, bonita-
» tis, prudentiæ, liberalitatis, magnifi-
» centiæ, beneficentiæ, excelſi animi ti-
» tulis celebratur. Is námque ſupra ætatis captum qui an. 24. non exceſſit, ante omnia optimas artes adeò callebat & poëſim, ſic vt Virgilij ſecundum Æneidis librum in Etruſcum ſermonem lepidiſſimè verterit, & Hippocratis colloquia, ab arte Medicâ in vſum bellicæ diſciplinæ transtulerit. De cuius Cardinalis laudibus plura A Garimbertus lib. 4. Hiſt. cap. 4. Lellius, Guicchardinus, Victorellus, Vghellus in additionibus ad Ciacconum, aliíque Medicææ familiæ Scriptores.

Farnese. D'or à ſix fleurs de Lys d'azur, 3 2. 1.

77. Alexander Farnese Romanus Cardinalis Oſtienſis, Petro Aloyſio Parmæ & Placentiæ Duce, matre Hieronymâ Vrſinâ natus anno 1520. ex antiquis & nobiliſſimis familijs quæ Principem locum inter Romanas obtinent. Cum à puero mirificâ indole præcelleret, litterarum ſtudijs Bononiæ incumbens, à Clemente VII. Eccleſiæ Parmenſis
B Adminiſtrator conſtitutus, ab auo Pontif. Max. Paulo III. Cardinalis Diaconus S. Angeli creatur, mox ſanctæ Rom. Eccl. Vicecancellarius, Auenionenſi vrbi præfectus 1535. & à 1535.
Carolo Imperat. 1556. Archiepiſcopus Montis Regalis poſtulatur; Hinc S. Mariæ Maioris Archipreſbyter, Patriarcha Hieroſolymitanus, Herbipolenſis Eccleſiæ in Germaniâ Præpoſitus, Baſilicæ S. Petri Archypreſbiter fuit. Sub Iulio 3. Papâ Eccleſiæ Vicenſis Adminiſtrator, ſub Pio 4. Cardinalium Preſbyterorum princeps, Epiſcopus Sabinenſis, Tuſculanus, Por-
C tuenſis, Oſtienſis & Veliternus, Collegiique Sacri Decanus extitit. Ita per ſingulos harum dignitatum gradus aſcendit, vt quantumuis maiorum ſtemmate clarus, nobilitas tamen illi vnica & ſola virtus eſſe potuerit. Quantæ fuerit auctoritatis, grauiſſimæ ab eo obitæ Legationes teſtantur. Nam & adoleſcens, vt ait Antonius Sanderus in elogijs Cardi- 1541.
nalium 1541. ad Cæſarem & Gallorum Regem qui Lutetiæ conuenerant mittitur, vt vtrique Pontificis nomine gratularetur; pro pace etiam inter eumdem Carolum & Franciſcum 1.
D conciliandâ, Pontificius Legatus multùm laborauit. Atque vt erat magnanimus, in illo acri ac periculoſo contra Proteſtantes in Germaniâ bello, cum duabus legionibus Italicorum militum, & mille cataphractis equitibus, Octauio fratre militiæ Duce, Farneſius Cardinalis auxilio Cæſari ſuperuenit. Fuit præterea Auenionenſis & patrimonij Eccleſiaſtici Legatus, Siciliæ, Arragoniæ, Luſitaniæ, Poloniæ, Imperiique Romani Protector. Inter alia quæ pluribus in locis ædificia, Monaſteria, templa, heroïco

ſumptu Princeps iſte excitauit, recenſetur auguſtiſſimum in vrbe Patribus Societatis Ieſu ceu domus profeſſa, quam à fundamentis erexit. Obiit verò ſingulare hoc Eccleſiæ gentiſque
1589. Farneſiæ ornamentum Romæ 1589. IX. Non. Martij, in baſilicâ quam nomini Ieſu fundauerat ſepulturæ mandatur. Huius cum elogio meminêre, Ciacconius, Petramellarius, Vghellus, Sanderus, aliique Hiſtorici.

BVZZATO. Party au 1. d'argent à la bande d'azur. Au 2 d'or à la bande de gueulles chargée de ... [illegible]ons d'argent, au pal d'argent endenté d'azur.

78. ANNIBAL DE BOZZVTO Ioannis Buzzati S. Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis conſanguineus; Protonotarius Apoſtolicus Bononiam Prolegatus 1548. ſub Ioanne Maria Cardinale de Monte Legato miſſus eſt; & hoc anno Iulius III. Papa, eumdem Auenionenſi Eccleſiæ præfecit demiſſione Cardinalis Farneſij. Hunc vnicè dilexit Paulus IV. ac tanti fecit, vt inter eos Patres electus ſit, quorum
1548. conſilio Pont. Max. ad cauſas totius Eccleſiæ cognoſcendas vteretur. Tandem ex Cameræ Apoſtolicæ Præſidente à Pio 4. Papâ factus Cardinalis
1565. S. Siluestri, anno 1565. pridie Nonas Octob. in ſuburbio Chiaiæ viuere deſiit. Eius corpus Neapoli in Metropolitanâ prope chorum, ſepulchro marmoreo conditur cum hoc elogio.

ANNIBAL BOZZVTVS.

Patritius Neapolitanus ex familiâ annos ante CCCCX. Cardinalitiâ, Orator ad Carolum V. Caſ. Aug. an. ætatis ſuæ XXVI. ſummis de rebus è patriâ miſſus Bononienſis Prolegatus à Paulo Tertio. Pontif. Max. Præpoſitus; ARCHIEPISCOPATV AVENIONENSI à Iulio III. decoratus: Bis vacuâ Sede, primùm Iulij 3. deinde Marcelli 2. cui charus imprimis fuit, Vaticano & Conclaui Præfectus. Rerum omnium maximarum, deligendorúmque vniuerſæ ditionis Eccleſiaſticæ Magiſtratuum poteſtate, Clericatu etiam Cameræ Apoſtolicæ gratuitâ Pauli IV. liberalitate honeſtatus; Demùm à Pio 4. Presbyter Card. tituli S.
1565. *Sylueſtri creatus, intra ſeptem menſes dolore calculi, Sal. an. 1565. ætat. XLIV. Menſe 8. die 4. ex hâc vitâ ereptus eſt. Fabritius Bozzutus frater ex teſtamento hæres C. L. P.*

FARNESE. Comme cy-deuant.

79. ALEXANDER FARNESIVS Cardinalis, Auenionenſem Eccleſiam iterum rexit circa an. 1560.

CAPITONO.

80. FELICIANVS CAPITONVS
A Ordinis Seruorum Religioſus, Alexandri reſignatione ſublectus eſt Præſul anno 1566. librum edidit de Iubilæo 1576. quo anno vltimum vitæ diem clauſit. Hoc cœnotaphium Copeſini in Eccleſiâ parochiæ, Narnienſis diœceſis habet, in quâ fuerat natus:

Party au 1. d'or à six fleurs de Lys d'azur, 3. 2. 1. qui eſt FARNESE. Au 2. de ... au Lyon armé & lampaſſé ... vne eſtoile en chef de ....

MAGISTRO FELICIANO

CAPITONO Narnienſi, Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis, Archiepiſcopo AVENIONENSI, à Pio V. Pontif. 1566.
Opt. Max. creato. Concionatori eloquentiſſimo, Carolo IX. Francorum Regi gratiſſ. In omni virtutum & diſciplinarum genere
B *erudiſſ. qui aduerſus hæreſes egregium volumen ſcripſit tanquam de Eccleſiâ benè merito. Fr. Proſperus Boncombius Sacræ Theol. Doct. Poſuit an. Sal. M.C.D.XI.*

ARMAGNAC. Eſcartelé au 1. & 4. d'argent au Lyon de gueulles, qui eſt ARMAGNAC. Au 2. & 3. de gueulles au Leopard lyonné d'or, qui eſt RODEZ.

81. GEORGIVS D'ARMAGNAC Cardinalis, tit. S. Nicolai in carcere, Toloſanus, Ruthenenſis, Vabrenſis, Leſcarienſis, deinùm mortuo Capitono Auenionenſis Antiſtes 1577. Antiquiſſimo genere Comitum Armaniacenſium ortus erat. In aulâ Franciſci I. Regis diu verſatus, Romam Orator mittitur, ac eiuſdem patrocinio inter Purpuratos Patres allectus fuit à Paulo III. Papâ 14. Cal. Ian. 1544. Deinde
C Collega factus Cardinalis Borbonij veteris in Legatione Auenionenſi 1565.
dimiſſâ Toloſanâ Eccleſiâ, ob aëris ſalubritatem ibi ſenectutis ſuæ domicilium fixit. Rotam Auenionenſem inſtituit, Patres Minimos in vrbe fundauit, Cœleſtinos auxit, Pœnitentes S. Georgij quos vocant dotauit; ac demum vir fuit, humanitate & liberalitate inſignis, litteratorum fautor, & munificentiſſimus patronus: His virtutibus quibus vicinos demereri nunquam deſtitit, magis quàm armis, Pontificiam ditionẽ ab hoſtibus & hæreti-
D corum incurſione tutatus eſt; quamuis vt clariſſ. Thuani verbis vtamur, indignam gratiam pro tantis meritis conſecutus, vt Guilielmum Epiſcopum Tolonenſem, cuius fidei ſummam Legationis commiſerat ad Papam delatum, quod in Nauarri & Proteſtantium partes inclinaret, à ſicariis quaſi ante oculos iuſſu Pontificis iniuriosè peremptum viderit; quod ſeni iam annis effœto, ſed adhuc naturali robore vigenti, mortem acceleraſſe dicitur, quæ incidit Auenione in 5. Nonas Iunij ætatis 85. anno 1585. in maiori vrbis 1585.
templo S. Mariæ de Donis & ſacello

Margin: 1565. 1577.

Archiepiſcoporum vbi ſibi viuens mo- A
numentum extruxerat, ſepultus.

GRIMALDI. Fuſelé d'argent & de gueulles, qui eſt GRIMALDI. Au chef de l'EMPIRE, qui eſt d'or à l'Aigle eſployé de ſable, armé, langué & couronné d'or.

82. DOMINICVS GRIMALDI
1. Patricius Genuenſis, Ioannis Ba-
ptiſtæ Montaldei Domini Palatini
Comitis, & Magdalenæ Palauicinæ
filius; Abbas Montiſmaioris, Trire-
mium Sedis Apoſtolicæ Pio v. Pon-
tifice in pugnâ nauali ad Naupactum
aduerſus Turcas commiſſarius gene-
ralis an. 1571. Sauonenſis primùm,
dein Cabellicenſis Antiſtes, tandem
Auenionenſis Archipræſul 1585. Vi-
ce-legatus, & totius pontificiæ mili- B
1585. tiæ in hâc prouinciâ, ſeu armorum
Gubernator, & Præfectus Generalis.
1589. Idem anno 1589. in Legatione Galli-
canâ, cum Henrico Cardinale Caie-
tano adſtitit. Hæreticos è Comitatu
Venaiſino fugauit, Minerbam expu-
1592. gnauit. Obijt verò 1592. iacétque A-
uenioni in Eccleſiâ metropolitanâ.
Nepotem habuit ex fratre Ioanne Ia-
cobo Sancti Fœlicis in regno Neapoli-
tano Barone, Hieronymum Cardina-
lem Grimaldum, Archiepiſcopum
Seleucienſem, Vrbani 8. Pontificis
ad Lud. XIII. Francorum Regem A-
poſtolicum Nuntium.

TAVRGI. De gueulles au taureau montant d'or.

83. FRANCISCVS MARIA TAV-
RVSIVS Politani Hetruriæ oppido
natus, pronepos fuit Cardinalis An-
tonij de Monte, nepos autem Ioan-
nis magni Magiſtri Ieroſolimitanæ
militiæ, qui Iulium III. ſummum
Pontificem habuit patruum. Con-
gregationi Oratorij nomen dedit ado-
leſcens, ſub diſciplinâ S. Philippi Ne-
rij, deinde Generalis Præpoſitus ele-
ctus Neapoli Oratorium fundauit.
Romam illum Pius v. vocauit, &
Cardinali Alexandrino nepoti in Hi-
ſpaniam, Galliam, Luſitaniámque
proficiſcenti, itineris ſocium allegit. D
Reuerſus, ad ſolita pietatis officia de-
nuo rediit, & à Clemente VIII. A-
uenionenſis Præſul inuitus renuntia-
1593. tus eſt 1593. nec multò poſt Cardina-
lis S. Bartholomæi in Inſulâ 1596.
1596. Qui nouus ampliſſimæ dignitaris gra-
dus, temperato viro, ſummâque vir-
tute exornato, nihil dedit nouum,
niſi vt maiore auctoritate prodeſſe
pluribus poſſet. Inde ad Senenſem
Archiepiſcopatum tranſlatus die 15.
1597. Septemb. 1597. poſt Aſcanium Pic-
colomineum. Hinc Eccleſiam ad de-
cem annos multâ cum laude admini-
ſtrauit. Meritò vt Tauruſium Baro-
nius, virum Apoſtolicum vocet, di-
uini verbi ducem, ac cum priſcæ æta-
tis patribus comparandum. Deffun-
cto Clemente 8. in ijs Comitijs in
quibus Leo XI. ad ſedem S. Petri aſ-
cendit, parum fuit quin Tauruſius ob
egregias dotes Pontifex crearetur.
Tandem cum Senenſi Archiepiſcopa-
tui renuntiaſſet, in gratiam Caroli
Burgheſij, etiam purpuratus ad Ora-
torium ſeceſſit, vbi breui fato fun-
ctus, ſepelitur in Eccleſiâ Vallicella-
nâ, ac in eodem monumento, vbi ma-
B gnus ille Cardinalis Baronius non ita
pridem tumulatus fuerat; cenotaphio
hoc epitaphium inſculptum.

DEO OPT. MAX.

FRANCISCO MARIÆ TAVRVSIO Politiano, & CÆSARI BARONIO SORANO. Ex Congregatione Oratorij S. R. E. Cardinalibus, ne corpora diſiungerentur in morte, quorum animi diuinis Virtutibus inſignes in vitâ coniunctiſſimi fuerant; Eadem Congregatio vnum vtrique monumentum poſuit. TAVRVSIVS vixit an. LXXXIII. menſes IX. Dies XIV. Obiit 3. Id. Iu-
C *nij M. DC. VIII. BARONIVS* 1608.
vixit annos LXVIII. menſ. VIII. Obiit pridie Cal. Iuly M. DC. VII.

TAVRVSIVM Cardinalem qui prio-
res tomos Annalium Baronij Italicè
reddidit, laudarunt ipſe Baronius,
Andreas Victorellus præſtanti elogio
apud Alf. Ciacconium, Petramella-
rius, Ant. Galonius in vitâ S. Philippi
Nerij, Iac. Fuligatus in vitâ Roberti
Cardin. Bellarmini, & Ferd. Vghellus
Italiæ Sacræ tomo 1. in Epiſcopis Se-
nenſibus.

84. IOANNES FRANCISCVS
BORDINI Romanus Preſbyter Con-
D gregationis Oratorij, è Cabellicenſi
Epiſcopatu ad Auenionenſes infulas
vocatus eſt 1596. Huius tempore Re-
gina Franciæ Maria Medicæa in vr-
bem recipitur anno Iubilæi 1600. &
P. Cæſar de Bus nobilis Cabellicen-
ſis, Congregationis Doctrinæ Chri-
ſtianæ Auenione inſtitutor claruit, qui
1607. April. 15. ipſo die Paſchæ ad 1596.
meliorem vitam tranſiit, ſepultus in
æde S. Ioannis Baptiſtæ. Author fuit
Bordinus operis Vitarum Pontificum
Romanorum teſte Baronio in notis
ad Martyrologium, ac mortuus eſt 1609.
an. 1609.

BORDINI. D'azur au vaſe à l'antique d'or, ouuragé de meſme, à la roſe en cœur de gueulles, boutonnée d'or.

Dvlci.
De gueulles à vn animal dit voe Douce d'argent, armé, lampaſſé & langué de ſable.

85. Stephanvs Dvlci patriâ A
Vrbeuetanus, religionem Ordinis Præ-
dicatorum profitetur in prouinciâ Ro-
manâ, & diſciplinis optimè eruditus
Philoſophiam, mox Theologiam, in
clarioribus Conuentibus diu interpre-
tatus publicè docendo, Magiſterij gra-
dum aſſequitur. Dein ad Prioratum
S. Mariæ ſuper Mineruam aſcitus fuit,
& in huiuſmodi munere, datis coram
Paulo v. Papâ plurimis doctrinæ argu-
mentis, ab eodem Pontifice ad Offi-
cium Examinatoris Ordinarij Epiſco-
porum in Curiâ Romanâ ſubuectus,
illóque laudabiliſſimè perfungens, ſin- B
gularem ſuarum virtutum apud om-
nium animos, præſertímque Pontif.
Max. promeruit æſtimationem; vt ſub-
inde vacante Archiepiſcopatu Aue-
nionenſi ad eam Sedem fuerit aſſum-
1609. ptus an. 1609. quo exeunte Auenio-
nem veniens, omnium Ordinum ap-
plauſu exceptus vrbem ſuam ſolemni-
1610. ter ingreditur. Anno verò 1610. mor-
tuo Ferrerio Archiepiſcopo Vrbinate
Prolegato Auenionenſi, in eius locum
ſuffectus, iſtud munus per aliquod tem-
pus, cum ſummâ probitatis & religio-
nis laude geſſit; atque interim Lud.
XIII. Iuſtum Galliarum Regem exci-
1622. pit magnificè in ciuitatem 1622. Maij C
17. dum in Occitaniam contra rebelles
proficiſceretur. Tandem Stephanus
noſter, cuius motum dulcedo apprimè
cum nomine & ſtemmate gentilitio
conueniebat, triſte ſui deſiderium Aue-
1624. nionenſibus reliquit an. 1624.

Philonardi.

86. Marivs Philonardvs
Romanus; Philippi Cardinalis tit. S.
Mariæ de Populo, & Alexandri Epiſ-
copi Aquinatis frater, Scipionis ac Bri-
gidæ de Ambroſiis nobilis Anagninæ
filius, & Flaminij Philonardi Cardina-
lis Epiſcopi Aquinatis nepos. Ex baſi-
licæ Sancti Petri Canonico, vtriúſque
Signaturæ referendario, & S. Rom. D
Eccl. Inquiſitionis Aſſeſſore Archie-
1624. piſcopus creatur an. 1624. die 16. Sep-
temb. Prolegatus deinde Auenione &
in Comitatu Venaiſcino fuit. Poſteà
ad Vladiſlaum IV. Poloniæ & Sueciæ
Regem, Nuncius Apoſtolicus ab Vr-
1643. bano 8. Papâ delegatus 1643. ſequenti,
Romæ deceſſit menſe Auguſto.

Pinelli.
De gueulles à 6. pommes de Pin d'or, trois

87. Bernardvs Pinelli II. Pi-
nellâ gente apud Ligures illuſtri natus
ex Clerico Regulari Congregationis
Theatinæ, ab Innocentio X. Papâ Ar-
chiepiſcopatu donatus deſinente anno en chef, deux en faſce, & vne en pointe.
1644. & Auenionenſis Vicelegationis
præfecturâ 1645. mortalitatem exuit
18. Ianuarij 1646. Inter alia conſpicuæ 1646.
huius ſtirpis decora, Dominicus Car-
dinalis Pinellus Epiſcopus Oſtienſis,
Sacríque Collegij Decanus; ac Ioan-
nes Vincentius Patricius Genuenſis,
vir ſingularis eruditionis, & bonarum
artium vndiquáque ſtudioſus; cuius
vita conſcripta eſt à Paulo Gualdo Vi-
centino.

Argelli.
D'argent au Lyon de ſable, armé & lampaſſé de gueulles, au chef d'azur chargé de 3. fleurs de Lis d'or.

88. Cæsar Argelli, Bono-
nienſis anteà Auditor generalis ciuita-
tis & Comitatus Auenionenſis Fede-
rico Sfortiâ Vicelegato; deſignatur
Antiſtes 1647. Hoc anno Romæ con-
ſecratus 12. Maij ab ipſo Cardinali
Sfortiâ. Paulo pòſt ab eodem Pont.
Innocentio Pallio cohoneſtatus, ciui-
tatem ſuam adijt, ſed breuis æui Ponti-
tificatum geſſit; nam cum fortuito caſu 1647.
prolapſus fuiſſet in palatio Archiepiſ-
copali, interijt 30. Iulij 1648. ætatis 74. 1648.
celebri funeris pompâ corpus elatum
eſt, magno Vicelegati, Canonicorum,
Magiſtratuum vrbis, omniúmque Or-
dinum Religioſorum luctu: Et ante
maius altare Beatæ Mariæ de Domnis
ſepultum.

Marini.
D'argent à trois bandes oudées de ſable.

89. Dominicvs Marini II.
Romanus, paterno genere ex familiâ
Genuenſi Patriciâ Marinâ, materno ve-
rò Iuſtinianâ vetuſtæ nobilitatis oriun-
dus. Ex Vicario Generali Apoſtolico
Ordinis Prædicatorum, ab Innocentio
X. Pont. Max. electus Auenionenſis
Archiepiſcopus 1648. Oct. 18. bullas 1648.
obtinet 1649. Martij 1. Conſecratur
autem Romæ in baſilicâ Monialium S.
Sixti religionis Dominicanorum, die
Aprilis XI. eiuſdem anni Dominica in
Albis, à Ioanne Iacobo Cardinali Pan-
zirolo Patriarchâ Conſtantinopolita-
no, aſſiſtentibus dominis Spinolâ Ar-
chiepiſcopo Marcrano, & Philonardo 1649.
Præſule Anagnino; cum priùs ex de-
creto Conſiſtorij fuiſſet Pallio dona-
tus ab Hieronymo Cardinali Colum-
nâ. Vrbem ſuam ingreſſus ſolemniter
eodem anno XI. Iulij ſequentis. Fun-
dauit propriis ſumptibus in Vniuer-
ſitate Auenionenſi 1651. Cathedram 1651.
Lectoris in Sacrâ Facultate Theologi-
câ, vbi quotannis perpetuò doceri vo-
luit doctrinam Doctoris Angelici Bea-
ti Thomæ; quod ſtatim ad bonum
commune ſtudioſorum glorioſè incc-
ptum eſt. Hic Epiſcopale Palatium

tonitru defoſmatum, ampliandum & A inſtaurandum curauit; ac perluſtratâ diœceſi, Eccleſias collapſas morúmque diſciplinam ſedulò reſtituit. Sepulchtum S. Maximini & Beatarum Magdalenæ & Marthæ Taraſcone, ſacello exornato decorauit: Viuit adhuc ſuperſtes, ab eóque maiora pietatis monumenta plerique expectant. Eiuſdem porrò Dominici affines fuêre Leonardus Archiepiſcopus Lancianus in regno Neapolitano Suffraganeus Mantuanus, & Vincentius Marinus ambo Epiſcopi & Comites Albenſes.

PRÆPOSITI
ECCLESIÆ
AVENIONENSIS.

Gvilelmus de Reali I. Præpoſituræ dignitatem, quæ prima poſt Pontificalem obtinuit an-
1187. nis Dom. 1187. & 1199. vt colligitur ex archiuis Eccleſiæ Auenionenſis, ſeu
1199. vetuſtis formularibus Curiæ Epiſcopalis.

1206. *Vvilelmus de Montiliis* II. 1206. qui C mox Epiſcopus creatus eſt.

1219. *Petrus de Aramone* I. 1219. vſque ad an. 1223.

1223. *Roſtagnus* I. 1223. ſedebat adhuc 1245.

Guilelmus de Montiliis III. ſuperiotis
1245. conſobrinus, 1245. vſque ad an. 1253.

1253. *Roſtagnus Canallerius* II. 1253.

1295. *Bertrandus Aymini* 1295. poſteà Epiſcopus.

Roſtagnus de Meſuaga III. eligitur ex
1305. Decano 1305. erat prior Eccleſiarum D caſtri de Berbentanâ an. 1311. viuebat
1314. etiam 1314.

Gerardus de Lautrico ab an. 1319. vſ-
1319. que ad 1328.

1328. *Petrus de Ricani* II. ſeu *Riccani* 1328. & 1363. aut circiter.

Odo Monetij ſeu *Monetary* aliàs *Mo-*
1363. *naty* aut *Monteani* 1363.

1396. *Roſtagnus de Codoleto* IV. an. 1396.

1422. *Guillelmus Raymundus* IV. anno 1422.

Pontius de Sado aliàs *de Sadone* ab an. 1438. ad 1470. qui poſtmodum Vaſionenſis Epiſcopus nominatur. 1438.

Petrus Alberti III. Decretorum Doctor electus eodem anno 1470. 1470.

Manaldus d'Aure ex Vicecomitibus Aſterienſibus 1490. factus deinde Tarbienſis Epiſcopus. 1490.

Antonius de Tende de Laſcaris I. 1492. Regienſis Epiſcopus in Prouinciâ. 1492.

Georgius d'Amboiſe Theſaurarius Eccleſiæ Rotomagenſis ac Præpoſitus an. 1504. 1504.

B *Antonius de la Barre* II. an. 1511. 1511.

Ioannes Petrus de Groſſis Taurinenſis diœceſis 1513. 1513.

Perrinetus de Reuillaſco I. Regius Conſiliarius Taurini 1527. 1527.

Antonius Fartullius III. ex Canonico Eccleſiæ Auenionenſis creatus 1547. 1547.

Perrinetus de Reuillaſco II. per obitum Antonij regreſſus eſt ad Præpoſituram ac ſedit ab an. 1555. ad 1583. 1555.

Hieronymus Barrier aliàs *Barrerius* C 1583. obiit 1590. 1583.

Franciſcus Suares. Rector Comitatus Venaiſſini Conſultor ſancti Officij, ac Præpoſitus 1592. Viuere deſiit 1640. 1592.

Ioſephus-Maria Suares Coadiutor datus Franciſco 1622. Cubicularius à ſecretis Vrbani VIII. Pont. Max. poſteà fuit Vaſionenſis Epiſcopus an. 1633. 1622.

Ludouicus-Maria Suares Franciſci Coadiutor iterùm deſignatus 1634. qui ab anno 1640. 26. die Decembris vſque ad 1653. dignitatem ad Eccleſiæ decorem tenet; iſque ab archiuis Eccleſiæ D hunc Anteceſſorum Catalogum delineauit.

SVARES. D'azur à vne tour d'or maçonnée de ſable, ſurmontée d'vne Aigle éployée, couronnée, becquée, & membrée d'or.

LEGATI
AVENIONENSES.

I. FRANCISCVS DE CONZIÉ I. Archiepiſcopus & Primas Narbonenſis, Sanctæ Rom. Eccleſ. Camerarius, primus reperitur poſt diſceſſum Curiæ & Pontificum factus Legatus Auenionenſis, & conſtitutus an. 1418. 1418.

CONZIÉ. Comme cy-deſſus.

Iulij 27. Gubernaror, Rector, ſiue A Vicarius ciuitatis Auenionenſis,& Comitatûs Venaiſini, à Martino v. Pont. Max.

CARILLIO. Vne tour de … crenelée …

2. ALFONSVS CARRIGLIVS Hiſpanus Cardinalis S. Euſtachij, Legatus Bononiæ, à Concilio Baſileenſi ſubrogatus eſt mortuo Franciſco. Is
1434. vitâ exceſſit Baſileæ 1434. ibidem ſepultus.

FOIX. Comme cy-deuant.

3. PETRVS DE FOIX Cardinalis Albanus, Archiepiſcopus Arelatenſis, Alfonſo ſucceſſit 1435.

BOVRBON. D'azur à 3. fleurs de Lis d'or, à la cottiee de gueulles.

4. CAROLVS DE BOVRBON I. Cardinalis & Dux Borbonius, Archi- B epiſcop. Lugdunenſis Petrum de Fuxo in Legatione excepit 1465.

LA ROVERE Comme cy-deuant.

5. IVLIANVS DE LA ROVERE Cardinalis Oſtienſis S. Petri ad Vincula nuncupatus, Archiepiſc. & Legatus Auenionenſis 1476. & 1485. poſteà
1476. Iulius II. Papa.

AMBOISE. Pallé d'or & de gueulles de ſix pieces.

6. GEORGIVS D'AMBOISE Cardinalis Rotomagenſis, Sedis Apoſtolicæ in Galliâ Legatus; aſſumpto ad Pontificatum Iuliano legationem ob-
1503. tinuit 1503.

GVIBE'.

7. ROBERTVS GVIBE' Brito C dictus Cardinalis Nannetenſis, Epiſcopus Trecorenſis, Redonenſis, poſt Nannetenſis, & Adminiſtrator Venetenſis in Aremoricâ, Legati quoque
1511. officium exercuit an. 1511.

CLERMONT. D'or à trois faſſes de gueulles au chef d'hermines.

8. FRANCISCVS GVILLELMVS DE CLERMONT Cardinalis, Archiepiſc. Narbonenſis & Auxitanus, ab an. 1514. ad 1541.

FARNESE. Comme cy-deſſus.

9. ALEXANDER FARNESIVS Cardinalis, Auenionenſis Antiſtes & Legatus 1541.

BOVRBON VENDOSME. Comme cy-deſſus.

10. CAROLVS BORBONIVS II. Cardinalis, Archiepiſc. Rothomagen- D ſis, hanc Præfecturam ſuſcepit anno 1565.

AQVAVIVA. D'or au Lyon d'azur, lampaſſé de gueulles.

11. OCTAVIVS AQVAVIVA D'ARRAGON, Ioannis Hieronymi Ducis Atriæ, & Margaritæ Piæ Duciſſæ filius; Præfectus Palatio Papæ, ob eximias animi dotes poſt prima Palatina munera, à Gregorio XIV. Pont. Max. Cardinalatus inſignibus tit. S. Georgij in Velabro ornatur 1591. pridie Nonas Martij, mox & Legationem
1593. Auenionenſem adeptus 1593. ea verò ſummiſque pro republicâ Chriſtianâ amplisſimis muneribus functus eſt, demùmque Antiſtes Neapolitanus deſignatur, & Eccleſiam ſibi commiſſam, verbo, exemplo, doctrinâ, cæteriſque præſtantis Cardinalis virtutibus, ad extremum vitæ finem rexit. Sepultus in Metropolitanâ baſilicâ cum marmoreâ inſcriptione.

OCTAVIO AQVAVIVO

ARRAGONIO Card. Archiepiſcopo Neapol. Purpurâ & litterarum max. Græcarum ornamento. Maiorum decora adepto quæ fuerunt E. Republicâ Chriſtianâ in Pontificiis præcipuè Comitiis, atque in AVENIONENSI LEGATIONE cum arderet Prouincia ciuilibus diſcordiis, arderet bello Gallia, ſtrenuè cunctâ executo, in omni vitâ ſingularem magni conſilij, excelſi animi laudem promerito D. Franciſcus Aquiuiuus Marchio Aquauiuæ ex D. Tharſiâ nepote Duce, Hadrianorum XI. pronepote P. Obiit An. Salutis M. DC. XII. Natus annos LII.

ALDOBRANDIN. D'azur à la bande breteſſée d'or, accompagnée de ſix eſtoiles de meſme, 3. en chef, 3. en pointe.

12. CYNTHIVS ALDOBRANDINVS Cardinalis tituli S. Georgij, Aurelio Paſſero & Iuliâ Aldobrandinâ Clementis 8. ſorore natus, Signaturæ Iuſtitiæ & Maioris Pœnitentiarij officium, ac etiam Legationem Auenionenſem conſecutus 1601. Romæ mortalitatis debitum expleuit 1. Ianuar. 1616. corpus in æde S. Petri ad vincula iacet.

BORGHESE. D'azur au dragon aiſlé d'or. Au chef DE L'EMPIRE, qui eſt vn Aigle eſployé de ſable, armé, langué & couronné d'or.

13. SCIPIO BVRGHESIVS Cardinalis S. Chryſogoni, cognomine & ſtemmate gentilitio Burgheſiæ familiæ donatus à Paulo v. Pontif. cuius nepos erat ex ſorore, anteà Scipio Caffarellus nuncupatus, Archiepiſcopus Bononienſis renuntiatur, poſt Romanæ Eccleſiæ Maior Pœnitentiarius, Legatus Auenionenſis 1605. & Epiſc. Sabinus 1629. Romæ obiit 1633. die 2. Octobris.

LVDOVISIO. De gueulles au chef bandé de 3. pieces d'or.

14. LVDOVICVS LVDOVISIVS Cardinalis tit. S. Mariæ in Tranſpontinâ Sanctæ Rom. Eccl. Camerarius & Cancellarius Breuium Signaturæ Præfectus, Archiepiſcopus Bononienſis, Abbas Nonantulæ, Gregorij XV. Papæ nepos, filius Horatij Ducis Fiani aulæ Præfecti, & Lauiniæ Albergaræ. Scipionis ſucceſſor in Legatione Auenionenſi 1621. & die 18. Nouemb. 1621.
1632. ex hâc vitâ migrauit, ſepultúſque eſt in æde Metropolitanâ Bononienſi.

Barbirin.
D'azur à 3. Abeilles d'or, 2. & 1.

15. Franciscvs Barberinvs II. Cardinalis Portuenſis, Florentinus, Vrbani VIII. Pont. Max. nepos, Caroli Barberini Ducis d'Areti & Conſtantiæ Magalottæ filius, Eccl. Rom. Vicecancellarius ac Bibliothecarius, Epiſcopus Card. Sabinus, poſteà Portuenſis, Sacri Collegij Subdecanus, & Annæ Hiſpanæ matris Ludouici XIV. Chriſtianiſſ. Regis Ælecmoſynarius Major, anteà Hiſpaniæ, Arragoniæ, Angliæ, Scotiæ, Græcorum, & Heluetiorum Protector. In Cardinalium Collegium primus à patruo ad Summi Apoſtolatus apicem
1623. euecto cooptatur 1623. 6. Non. Oct. B
inſuper hoc anno Auenionenſi Legatione inſignitus eſt. Sub Pontificatu quoque Vrbani Papæ, totam negotiorum molem in Curiâ Romanâ ſuſtinuit; ab eodem miſſus in Galliam Legatus à latere 1625. & denuò in Hiſpaniam precibus Regis Philippi 1626. ad ſuſcipiendam è ſacro fonte Pontificis nomine, filiam Mariam Eugeniam, necnon ad concordiam inter duos Reges, Galliæ & Hiſpaniæ, de controuerſiâ Vallis-telinæ, & Genuenſium terminandâ.

Barberin
Comme cy-deſſus, au chef de guculles, chargé d'vne Croix pleine d'argent qui eſt Malthe.

16. Antonivs Barberinvs C
Cardinalis patriâ Romanus Franciſci frater, & Thadæi Barberini Principis Præneſtini Ducis de Monterotundo, almæ vrbis Romæ Præfecti, S. R. E. Camerarius, Signaturæ Gratiæ ac Breuium Præfectus; Archipreſbyter S. Mariæ Maioris, olim Franciæ ac Sabaudiæ Protector, Legatus Pontificius & armorum Romanæ Sedis Generalis. Abbas S. Ebrulphi in Galliâ & Epiſcopus Pictauienſis deſignatus an. 1652. Legationem Auenionenſem
1633. obiit 1633. ſub Vrbano VIII. Pontif.
creatus Cardinalis ex Magno Priore Hieroſolymitano 1627.

Pamphilii.
De gueulles a la Colombe d'argent, tenant au bec vn rameau d'oliue au naturel, au chef couſu d'azur, chargé de trois Fleurs de Lys d'or, ſeparées de 2. billettes tenantes au champ de gueulles.

17. Camillvs-Pamphilivs D
I. Neapolitanus Card. S. Mariæ in Dominicâ, Pamphilio Pamphilij & Olympiâ Maidalchini natus; creatur Auenionenſis Legatus à patruo Innocentio X. Papâ 13. Decemb. 1644. in locum Antonij Barberini; deinde fit Sanctæ Rom. Eccl. Gubernator Generalis, & abdicatâ purpurâ, nupſit 1647. Olympiæ Aldobrandinæ Principi Roſſanenſi, Clementis 8. Papæ pronepti, & viduæ Pauli Burgheſij, Principis Sulmonenſis filij.

A
18. Camillvs Astalli cognomento Cardinalis Pamphilivs II. Romanus, familiæ Innocentij X. Pont. Max. nepos aggregatus, ex Clerico Cameræ Apoſtolicæ, in Purpuratorum Collegium aſſumptus an. 1650. 1650.
die 20. Septembris declaratus eſt Auenionenſis Legatus eodem anno Nouembris 21. poſteáque Sanctæ Rom. Eccl. Generalis Gubernator.

Astalli Pamphilii.
Comme cy-deſſus.

PROLEGATI
AVENIONENSES.

B

1. Alexander Campegivs I. Epiſcopus Bononienſis, Laurentij Cardinalis magnæ exiſtimationis viri filius legitimus, Bononiæ natus 2. Aprilis 1504. patri in Epiſcopatu ſucceſſit, an. 1541. & Vicelegatus Auenionem profectus eſt 1542. (quod mu- 1542.
nus eſt Legatis abſentibus totum Comitatum Venaiſini gubernare) præfuit autem vſque ad 1544. Mortalitatem exuit 1554. 12. Cal. Octob. ſepultúſque apud S. Mariam Trans-Tyberim iuxta
C Laurentium parentem, qui tam eruditione, quàm Legationibus ad Maximilianum Cæſarem Henricúmque 8. Angliæ Regem geſtis claruit. Legendus eſt Ferdi Vghellus Italiæ ſacræ Tomo 2.

Campegg.

2. Antonivs Trivvltivs Mediolanenſis, Scaramutiæ Cardinalis Galliæ Protectoris nepos Nuntius Apoſtolicus ad Venetos, Signaturæ Iuſtitiæ præfectus, Epiſcopus Tolonenſis in Galliâ ac Prolegatus 1544. rexit ad 1544.
annum vſque 1547. creatur Cardinalis à Paulo 4. Papâ 1557. è viuis ademptus 7. Cal. Iulij 1559.

Trivvlch.

3. Camillvs Mentvatvs Mentvato.
D Epiſcopus Satrianenſis ab an. 1547. ad 1552. 1547.

4. Theodorvs-Ioannes de Clermont nobilis Gallus, Epiſcopus Sanicienſis ac Prolegatus 1553. 1553.

Clermont.

5. Iacobvs Maria Sala Sala.
Epiſcopus & Comes Viuarienſis adminiſtrauit ab an. 1554. ad 1560. 1554.

6. Alexander Gvidiccionivs II. Epiſcopus Lucenſis Bartholomæi Cardinalis nepos, an. 1560. Aue- 1560.
nionem Vicelegatus Alexandri Card.

Gvidiccioni.

Farneſij profectus eſt, vbi per duos annos munus illud incorruptè impleuit. Faro functus eſt 1605. cum omnium ferè Epiſcoporum Italiæ Decanus haberetur, humatus in Cathedrali ſuâ.

LANTI. De gueules à trois Aigles d'argent, 2. & 1.
7. LAVRENTIVS LANTI I. Epiſcopus Firmanus 1565. quo tempore Georgius Cardinalis de Armaniaco Caroli Borbonij Legati Collega, Auenionem reſedit vſque ad obitum an. 1585.
1585.

GRIMALDI. 1585.
8. DOMINICVS GRIMALDI I. Archiepiſcop. Prolegatus ab an. 1585. ad 1589. annum quo è viuis exceſſit Auenione 1592.

PETRVCCI. 1592.
9. DOMINICVS II. PETRVCCIVS Epiſcopus Biſinianenſis ad an. 1592.

SAVELLI. 1592. 1593.
10. SILVIVS SABELLVS nobilis Romanus Archiepiſcopus Roſſanenſis, deinde Patriarcha Conſtantinopolitanus, rexit à menſe Auguſto 1592. ad menſem Iunij 1593. quo anno Octauius Aquauiua Cardinalis Legatus acceſſit. Creatur Cardinalis tituli S. Mariæ in Viâ, à Clemente 8. 1596. poſteà Vmbriæ Legatus.

BORDINI. 1596.
11. IOANNES FRANCISCVS BORDINVS I. Archiepiſcopus & Vicelegatus ab an. 1596. ad 1599.

COMITIBVS. 1599.
12. CAROLVS DE COMITIBVS Romanus, Polij Ducis frater, Cardinalis tit. S. Chryſogoni renunciatur à Clemente VIII. 1604. Epiſcopus Anconitanus, & Auenione Prolegatus ab an. 1599. ad 1604. vita functus 3. Non. Dec. 1615. Polium in maiorum ſepulchrum defertur.

MONTORIO. 1604.
13. PETRVS-FRANCISCVS MONTORIVS Romanus, Neocaſtrenſis Præſul ab an. 1604. ad 1607.

FERRERI. 1607.
14. IOSEPHVS FERRERIVS Sauonenſis, Archiepiſcopus Coloſſenſis dictus, ac Vrbinas 1597. Vicelegatus ab an. 1607. Obijt 16. Martij 1610.

DVLCI.
15. FRANCISCVS STEPHANVS DVLCI Archiep. Auenionenſis Prolegatus ab obitu Ferrerij vſque ad ſucceſſoris aduentum.

PHILONARDI. 1610.
16. PHILIPPVS PHILONARDVS Epiſcopus Aquinas poſt Flaminium patruum ſuum, Vicelegatus Auenionenſis an. 1610. vſque ad 1614. creatur Cardinalis à Paulo V. 17. Aug. 1611. Romæ deceſſit 1622. menſe Sept.

BAGNY. 1614.
17. IOANNES-FRANCISCVS DE BAGNY II. Card. à Balneo, natus è vetuſtâ Guidiorum à Balneo familiâ in Æmiliâ, parentibus Fabritio Montiſbelli Marchione, Balneique Comite, & Laurâ Columnâ Pompei Zagaroli Ducis filiâ. Ab Vrbano VIII. Archiepiſcopus Patracenſis eligitur anteà Vicelegatus Auenionenſis ab an. 1614. ad 1621. Extra ordinem Nuntius ſedis Apoſtolicæ in Galliâ, deinde Apoſtolicus cum poteſtate Legati à Latere ad Belgas & Burgundiones; mox ab eodem Pontifice Purpurâ donatus eſt an. 1629. & Epiſcopatibus Ceruienſi ac Reatino. Romæ animam emiſit 1641. Iulij 25. in ſuo titulo S. Alexij apud Auentinum montem. Erat frater Nicolai ex Comitibus Guidis à Balneo Athenarum Archiepiſcopi, Pontificis Max. Innocentij X. ad Ludouicum XIV. Regem Chriſtianiſſ. Nuntij.

DV BROC. 1621.
18. GVILLELMVS DV BROC Gallus, Franciſci Domini du Nozet filius, anteà Auditor Rotæ, Archiepiſcopus Seleucienſis & Prolegatus ab an. 1621. ad 1623.

CORSINI. 1622.
19. OCTAVIVS CORSINVS Florentinus Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Archiepiſc. Tarſenſis Nuntius in Galliâ ac Vicelegatus per menſem, 1622. die 25. Sept. Ex hac familiâ nobili apud Hetruſcos Petrus Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, & Americus, ambo Florentini Antiſtites, Andreas & Nerius Corſinius Feſulani Epiſcopi.

BARDI. 1623.
20. COSMVS BARDI ex Comitibus Vernij Ioannis & Lucretiæ Saluiatæ filius, Rauennæ Adminiſtrator ſub Caietano Cardinale, Rector ac Vicelegatus Auenion. ab an. 1623. ad 1629. Epiſcopus Carpentoratenſis in Gallia, demùm Florentinus Archipræſul 1630. expirauit in vrbe Aprilis 18. die 1631. Sepultus in æde Metropolitanâ, cui ſucceſſit Petrus Nicolinius.

PHILONARDI. 1629.
21. MARIVS PHILONARDVS Philippi Cardinalis frater, Archiepiſcopus & Prolegatus Auenionenſis ab an. 1629. ad 1634.

MAZARINI. Comme cy deſſus. 1634.
22. IVLIVS MAZARINVS Romanus vtriuſque Signaturæ Referendarius, extra Ordinem Nuntius Apoſtolicus in Galliam ac Prolegatus ab an. 1634. ad 1637. nominatione Ludouici Iuſti XIII. Regis Chriſtianiſſ. crea-

tur Cardinalis ab Vrbano viii. Papâ A 1641. 16. Septembris.

Bovrdaisiere. 23. Fabritivs de la Bovrdaisiere Romanus, Epiſcopus Cabellicenſis, Prolegatus à die 13. Octob.
1634. 1634. ad 1637. dum Iulius Mazarinus Nuntium Pontificium per aliquot tempus in Gallils ageret.

Sforza. D'argent au Lyon de gueulles, tenant en ſes 2. pattes vne fleur de ſoucy d'or, rigée & fueillée de ſinople.
24. Federicvs Sfortia Romanus ex Comitibus Sanctæ Floræ, Alexandri Ducis de Segni, Principis de Valmonte Equitis Torquati S. Spiritus & Eleonoræ Vrſinæ filius, Marij Sforſæ Ducis d'Onanò frater. Primùm Sedis Apoſtolicæ Protonotarius de numero participantium, vtriúſque Signaturæ Referendarius, Vicelegatus, ac militiæ ſuperintendens Gene-
1637. ralis ab an. 1637. vſque ad 1645. Poſt ad Epiſcopatum Ariminenſem & Catanæ in Siciliâ, promotus fuit, & ſacrâ Purpurâ ornatus ab Innocentio x. ſummo Pontifice.

Pinelli. Comme cy deuant. 25. Bernardvs Pinelli Vicelegatus an. 1645. idémque Archiepiſcopus Auenionenſis vt dictum eſt ſupra.

Cvrsi. Tranché de gueulles ſons ſinople au Lyon de ... de l'vn en l'autre à vne cottice d'argent.
26. Lavrentivs Cvrsi ii. Florentinus Marchionis Curſij frater, Decanus Protonotariorum Apoſtolicorum de numero participantium, Referendarius vtriúſque Signaturæ, Vicelegatus & Gubernator Generalis ciuitatis & Legationis Auenionenſis, pro Innoc. x. Papâ, Pontificiæ militiæ huius ſtatus ſuperintendens Generalis; Ber-
1645. nardo Pinello ſucceſſor datus 1645. viuit adhuc ſuperſtes.

AVSCIENSES ARCHIEPISCOPI ET DOMINI.

Aux en Armagnac ſur le Gers.

Ovempopvlaniæ Metropolis ciuitas Auſciorum dicitur Auguſta Ptolemæo lib. 2. Auſcius in itinerario Burdegalenſi lib. 10. c. 22. Auſcienſis vrbs Gregorio Turonenſi, Auſcium Martyrologio Romano & Vſuardo, Auxis Roderico Toletano in Hiſtoriâ Arabum, vbi eam Vaſconiarum eſſe Metropolim dicit. Magnum certè omni memoriâ fuit, Auſcorum populorum nomen, quos poſterioris ſæculi Scriptores Auxitanos dixerunt, de quibus Cęſar lib. 3. de bello Gallico, & Plinius lib. 4. Inter clariſſimos Aquitaniæ populos cenſentur à Melâ lib. 3. c. 2. Ammianus verò Marcellinus lib. 15. Nouempopulos Auſcis commendari inquit; ac ipſis ius quoque Latij à Romanis tributum fuiſſe author eſt Strabo l. 4. Sub Auſcis hodie cõprehenduntur Eluſates, quorum oppidum primarium Eluſa, quâ euersâ poſtmodùm Prouinciæ totius B Metropolis facta eſt ciuitas Auſciorum, vt legitur in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, quæ temporibus Caroli Magni edita fertur; cum alteri quæ Honorij Auguſti ætate condita videtur; ciuitas Auſciorum Eluſanæ ſubeſſet Metropoli, in quo errant, qui eam perperàm confundunt cum Auſcio. Hodie totius Armaniaci Comitatus caput eſt oppidum Auſcorum, quod olim ad Archiepiſcopum pleno iure ſpectabat, ſed nunc vrbis dominium ex æquò partiuntur Rex Franciæ & Archiepiſcopus, quod definitum eſt ratione cuiuſdam chartæ antiquæ C pareagij vt vocant, inter eos initi. Ex veteri enim Regeſto Chartophilacij Regij Pariſienſis, dicitur Archiepiſcopum Auxitanum, pro temporali erga Regem Chriſtianiſſimum teneri hominium præſtare, eò quod ipſius baſilica Metropolitana à Clodouæo Francorum Rege fundata ſit. Præterea Comites Armaniaci & Feſenſaci; pluréſque ex primâ nobilitate viros feudatarios habet. Capitulo autem non eſt in Gallijs auguſtius; cum nullus inter Canonicos admittatur, niſi aut genere illuſtris, aut doctrinæ præſtantiâ commendandus. D Conſtat quindecim dignitatibus, viginti Canonicis Eccleſiaſticis, & quinque alijs ex ordine laicorum; nimirum Comite Armaniaci, & Baronibus de Montaut, de Pardaillan, de Monteſquieu, & de l'Iſle, qui cum cæteris præſtant ſacramentum, ſedent in choro, & diſtributionibus potiuntur. Inter eos porrò qui obtinent Dignitates, quæ ad omnimodam collationem Antiſtitis pertinent, excepto Prioratu de Niuibus; Primus eſt Præpoſitus poſt Pontificalem major, habet primam Sedem in choro & pro titulo Eccleſiam S. Iuſtini, quæ decem præ-

bendis decoratur ad eius nominatio- A nem. Aliæ Dignitates ſunt Abbates de Faget, de Idrac, & de Cere. Octo quoque Archidiaconi, videlicet d'Angles, de Sabanes, de Sos, de Vic, d'Armagnac, de Magnoac, d'Aſtarac, & de Pardaillan. Duo item Prioratus de Monteſquieu, & Beatæ Mariæ de Neges: Sacriſta qui curam animarum exercet, Canonicus Theologus, 36. ſemipræbendarij communitatis Sanctorum Martialis, Bartholomæi & Iacobi. Octo Capellani dicti de Sancto Spiritu & S. Dionyſio; denique 37. Capellani, aliique clerici, qui cultui diuino inſeruiunt; vt tot quaſi du- B cibus & militibus conſtans Eccleſia, iure vocanda ſit caſtrorum acies ordinata, terribilis hæreticis cæteruis quæ hanc vndequaque Prouinciam perturbare ſuis dogmatibus conatæ ſunt. Primaria Eccleſia Deiparæ Virgini ſacra eſt, ac dicata ſub titulo feſti Natiuitatis, Februarij die 12. pignoribus Sanctorum Taurini, Leotadi, & Auſtindi decorata. Inſigne architecturæ opus, mole auguſtâ & longitudine ampliſſimâ, varijs fulgens ornamentis marmorum, columnarum, imaginum, vitrorum; æterna pietatis Auſcenſium Archiepiſcoporum monimenta, ſed C quorum pars eximior, debetur liberalitati nunc Eccleſiam Auſcenſem digniſſimè moderantis. Ceterùm Auguſtæ Auſciorum diœceſis quæ à Tribunali Toloſano pendet, continet Abbatias de quibus infrà, Prioratus plures, quos inter eminet locupletiſſimum Cœnobium S. Orientij Ordinis Cluniacenſis in vrbe, cum monaſteriis virorum & Sanctimonialium, decem Collegiatis baſilicis, trecentis ſeptuaginta quoque duo Curialibus beneficiis, quæ propter annexas mille ducentiſque quinquaginta ſex parochialibus Eccleſijs conſtant. Sub Metropolitanâ Sede Auſcenſi ſunt Epiſcopatus Suffraganei decem: AQVENSIS, D LECTORENSIS, CONVENENSIS, CONSORANENSIS, ADVRENSIS, VASATENSIS, TARBIENSIS, OLORONENSIS, LASCVRRENSIS, & BAIONENSIS: Abbatiæ verò ſequentes.

Suffragans de l'Archeveſché d'Aux. Acqs. Lectoure. Cominges. Conſerans. Aire. Baſas. Tarbes. Oloron. Laſcar. Bayonne.

SIMORRA, *Simorre*, O.B.

PESSANVM, *Peſſan*. O.B.

CELLA-MEDVLPHI, *Saramon*. O.B.

BARDVM, *Berdoües*. O.C.

GIMONTIS, *Gimont*. O.C.

FLARANVM, *Flaran*. O.C.

DE BOILLANTS, *Bouillas*, O.C.

CASADEI, *La Caſe-Dieu*, O.P.

Porrò Præſules qui in eâ Auxitanâ Metropoli ſederunt ex archiuis illius Eccleſiæ modò dabimus, ſi tamen prius antiquæ Eloſæ Vaſconiæ Aquitanicæ Archiepiſcopos recenſuerimus, quorum memoriam veteres Synodi aut monumenta ſeruant.

ELVSANI ARCHIEPISCOPI.

CIVITAS Eluſa ad Geliſam fluuium vetus oppidum, olim Archiepiſcoporum Nouempopulaniæ domicilium & Metropolis fuit, ſub eâ cum ceteris ciuitas Auſciorum continebatur; teſtantur id non modò veteres Notitiæ Prouinciarum, ac ſubſcriptiones antiquorum Conciliorum Galliæ, quæ Eluſam ab Auſciorum vrbe omnino diſtingunt, in quibus & Nouempulanæ ciuitates hâc ſerie deſcribuntur: Metropolis ciuitas Eluſatium in alijs Eloſaſium, vrbs Aquenſium, & agmen claudit ciuitas Auſciorum. Vrbem opulentiſſimam in Auſciis Eluſaberim Mela eſſe ait, & memoratur à Claudiano lib. 1. ab eâque Eluſâ non oriundus erat Ruffinus ille præpotens inſidiator Imperij Romani, vt volunt quidam; ſed erat potius patriâ Boſphoritanus, teſte Proſpero Aquitano, à Pithæo edito. Et Paulinus, in Nouempopulano pago, Eluſam ſitam indicat cum Barcinone, ad Seuerum ſcriberet; quam Euſam vocant Vaſcones, cuius populos perperam alij legunt Fluſſates, pro Eluſates, & volunt eſſe eos, qui ad Pyrenæos vocantur Fuxenſes; Nec immeritò Sidonius lib. 7. ep. 6. Eluſates Auſcenſibus præponit. Quo loci notare conuenit, Eluſonem, de quo Paulinus loquitur, differre etiam ab Eluſâ, cum is in Narbonenſi, alterâ in Nouempopulanis ſita ſit. Sulpitius Seuerus lib. 2. Sacræ Hiſtoriæ plebis Eluſanæ meminit, ac obſeruauit hanc à Priſcillianiſtis ex Hiſpa-

Eauſe au pays d'Euſan ſur la Geſile.

niâ Romam ad Damaſum per intetio- A
rem Aquitaniam iter facientibus, ne-
fariæ hæreſis ſemine ſparſo primùm
tentatam, ſed plebem tum bonam &
religioni ſtudentem, prauis prædica-
tionibus obſtitiſſe. Sed quo tempore
Metropolitana Sedes Eluſa, Augu-
ſtam Auſciorum tranſlata fuerit, res
eſt obſcura. Falli enim opinione eos li-
quet, qui poſt vaſtationẽ Nouempopu-
laniæ ab Euarige Rege Gotho factam,
id contigiſſe affirmant, illud arguit,
quod Euarigis, ſeu Euridici mortem in
annum 484. confert Iſidorus; cum ta-
484. men diu poſt, Eluſam Epiſcopos ha-
buiſſe, inſcripta poſteriorum Concilio- B
rum actis eorum nomina apetiant: A-
gathenſi enim ſubſcripſerunt an. 506.
506. Clarus Eluſæ Metropolitanus & Ni-
cetius Auſciorum Epiſcopus. Aure-
lianenſi I. an. 511. Leontius & Tedra-
511. dius: Aurelianenſi 5. interfuêre Aſpa-
ſius, & Proculejanus; ac Rhemenſi
Synodo apud Flodoardum ſubſcri-
pſêre pariter Senochus Eloſanenſis
Antiſtes & Audericus Auſcenſis cit-
ca an. 630. ſed, vt ſe habent rerum
630. vices, Eluſâ hoſtili manu euerſâ, for-
tè ob inſignem illam calamitatem &
Normannorum depopulationem, quæ
poſt an. Dom. 848. vniuerſæ Aquitani- C
848. cæ Vaſconiç regiones oppreſſit, ex tunc
Metropolis totius Prouinciæ Nouem-
populanæ facta eſt ciuitas Auſciorum;
Eluſanâ Eccleſiâ, vel Synodo Prouin-
ciali, aut decreto Pontificis ſuis cum
redditibus ipſi vnitâ, quæ tranſlatio
anteceſſit annum 879. vt patet ex epiſt.
879. Ioannis 8. Pont. Max. ad Airardum
Auſcenſem Archiepiſcopum. Vnde
in Notitijs Prouinciarum Galliæ, quæ
temporibus Caroli Magni editæ fe-
runtur, non iam amplius Metropolis
Eluſa, ſed Auſcius dicitur. At Epiſ-
copatus Eluſæ qui deſijt, mentio ad-
huc erat Iſidori ætate, ſed nunc ad D
oppidulum redacta eſt, quod Auſcien-
ſi Archiepiſcopo cum parochijs ali-
quot, quas olim habebat ſubjicitur.
Abeſt verò id ab Auſcorum vrbe, ſe-
ptem tantùm leucis ſed Vaſconicis,
id eſt longioribus, & in eo ædes Ar-
chiepiſcopales habet, vti & in oppi-
dis Auſciorum, Sociatum, de Vic, de
Barran, de Baſſoües, quæ arcis & pro-
pugnaculi locum tenent.

1. Beatvs Ceratius Euan-
gelij per Nouempopulaniam præco,
Saturnini Toloſani Epiſcopi diſcipu-
lus, Aquitaniam, quæ ad Pyrenæum
pertinet, Chriſtianæ fidei dogmati-
bus informaſſe & Eccleſiam hanc Elu-
ſanam inſtituiſſe fertur. Illius ſacræ
reliquiæ miraculorum famâ percele-
bres, Simorræ quieſcunt in Monaſte-
rio antiquiſſimo Ordinis S. Benedicti,
de quo agitur l. 4. c. 9. Rerum Aqui-
tanicarum. Eluſanæ ſedi præfuit annis
43. vt ferunt monumenta Eccleſiæ
Auſcenſis.

2. Paternvs tempore B. Satur-
nini Toloſani Epiſcopi vixit, ac rexit
eamdem Eccleſiam per an. 49. ex ijſ-
dem cartulariis.

3. S. Lvpercvlvs ſeu Lvper-
cvs, Eccleſiæ Eluſanæ Diuus tute-
laris & Patronus, in hâc vrbe paſſus
dicitur ſub Decio, vt eſt in vitis Mar-
tyrum Aquitanorum à peruetuſto &
elegantiſſimo auctore conſcriptis; quæ
citantur à Ioſepho Scaligero lib. II.
c. 7. ad Lectiones Auſonianas: tamen
Card. Baronius Tom. 2. ſub an. 303. 303.
paſſum refert. Hunc conciuem ſuum
prædicant Cæſarauguſtani, & inter
martyres numerat ipſe Prudentius. Ex-
puncto hic eodem Luperculo qui ſe-
dit an. 16. tabularia antiqua interſe-
runt *Optatum & Pompidianum*.

4. Mamertinvs Epiſcopus
cum Leontio Diacono ciuitatis Elo-
ſatium, interfuêre Concilio Arelaten-
ſi 1. an. 314. quibuſdam autem Tolo- 314.
ſatium dicitur, eorum fortaſſe iudi-
cio, quibus minùs nota erat ciuitas
Eloſatium.

5. Servandvs reperitur Eluſa-
nis ius diuinum dixiſſe annis 23.

6. Tavrinvs quem Ioannes Ba-
jolus lib. 2. Hiſt. Sacræ Aquitanicæ
cap. 4. primùm Auſcorum Pontificem
ſcribit, & paſſum in perſecutione Dio-
cletiani Non. Sept. 312. cui non con-
ſentit vetus Auſcienſis Eccleſiæ Anti-
ſtitum catalogus, rejicit enim ad eum
locum Taurini ſedem, ipſique tribuit
annos regiminis XIX.

7. Clarvs Eluſæ Metropolita-
nus ſubſcripſit an. 506. Concil. Aga- 506.
thenſi.

8. Leontivs Eluſanæ Eccleſiæ non
Toloſanæ, vt mendoſè legitur, Pon-
tifex anno 511. adfuit Synodo Aure- 511.
lianenſi 1. poſt Licinium Turonen-
ſem

9. S. As-

9. S. ASPASIVS Conciliis Aurelianenſibus ſecundo, quarto, & quinto
533. ſubſcribit annis Dom. 533. 541. 549. & Aruernenſi II. eodem anno. Hunc
549. verò parùm cautè negat fuiſſe Metropolitam Epiſcopum Ioannes Fileſacus doctus alioqui Theologus Pariſienſis lib. de Sacrâ Epiſcoporum authoritate c. 10. n. 4. Tranſit Meloduni ad Sequanam, vbi colitur vt patronus poſtridie Cal. Ianuar. in Eccleſiâ B. Mariæ.

10. LABAN Synodo Pariſienſi 4. an.
573. 573. intereſt, vbi peccatorem Eccleſiæ Eloſanæ ſe appellat; & Matiſconenſi
585. 2. 585. per Vicarium ſubſcripſit. Viuis B exemptus anno ſequenti.

11. DESIDERIVS ex laïco Eluſenſis Epiſcopus, de cuius electione ita Greg. Tur. Hiſt. lib. 8. c. 22. *LABAN HELOSENSIS Epiſcopus hoc anno*
586. *obiit, cui Deſiderius ex laico ſucceſſit. Cum iureiurando enim Rex pollicitus fuerat, ſe nunquam ex laïcis Epiſcopum ordinaturum. Sed quid pectora humana non cogat auri ſacra fames?*

12. SENOCVS Concilio Rhemenſi
630. ſub Sonnatio interfuit circa* an. 630. referente Flodoardo l. 2. Hiſt. Eccl. Rhemenſis capite 5. Cęterùm Oihenartus in Notitiâ Vaſconiæ, cuius verba in plerîſque hîc tranſcripſimus, Author, inquit, Catalogi Archiepiſcoporum Auſcienſium, qui in cartulario Eccleſiæ Auſcienſis relatus eſt, Epiſcopos Eluſanos in Taurino deſiiſſe perſuaſus, ex eo vniuerſos Pontifices Auſcienſes pro Archiepiſcopis, ſeu Metropolitanis celebrat. Tutius tamen foret, ipſos ad Audericum vſque, qui ſeptimo ſæculo viuebat, non tam pro Metropolitanis, quàm pro Auſcenſibus duntaxat Eccleſiæ Antiſtibus habere: De poſterioribus autem, qui ante Airardum (cuius Pontificatus in annum 879. incidit) illi Eccleſiæ præfuerunt, incertum eſt vtrô titulô cenſeri debeant Epiſcoporum, an Archiepiſcoporum. Porrò ad Airardum quod ſpectat, cùm eum Ioannes Romanus Pontifex epiſtolâ, ad ipſum & alios Epiſcopos ſcriptâ, Archiepiſcopum Auſcenſem nominet, certo iure iam Auſcienſium Archiep. cauſa niti videtur, vt exinde pro Metropolitanis reputentur.

Sed nunc ad inceptam Archiepiſcoporum enumerationem proſequendam redeamus; Eam ex Notitiâ Vaſconiæ, eiuſdem Arnaldi Oihenarti Mauleoſolenſis viri eruditiſſimi, tum ab aliis monumentis & ſcripturis collegimus, atque etiam ex Catalogo antiquo Auſcitanorum Præſulum, quem Dominus de Prunieres ſubminiſtrauit ex libro Rubro Palatij Archiepiſcopalis, & altero Capituli Auxitani: hoc præmonirô, nomina ipſorum quæ hinc vſque ad Auriolum exhibebimus, ſolam habere authoritatem Catalogi illius, cartulario Auſcienſis Eccleſiæ intexti, neque nobis quicquam ferè, de iis, aliunde conſtare.

AVSCIENSES EPISCOPI ET ARCHIEPISCOPI.

1. CITERIVS, quem anno Domini 148. ſediſſe volunt aliqui, ſed apud nullum Scriptorem mentio extat, ne quidem in tabulario Auſcienſi; quanquam vulgati Catalogi velint pręfuiſſe an. XXVI. & ex hâc temporis notâ ſequentibus Epiſcopis epochas adſcribant, quas conſultò omiſimus.

2. ANFRONIVS, non ſecuti ſumus in hoc indice vulgatam collectionem Epiſcoporum cartularij Auſcenſis, in quo *Paterni, Sequandi, Luperculi, Optati, Pompidiani, Taurini, & Citerij* Epiſcoporum nomina pręponuntur Anfronio, cum nimirum Eluſanos Præſules rectius fuiſſe dubium non ſit.

3. APRVNCVLVS.

4. VRSINIANVS.

5. S. ORIENTIVS patronus tutelaris D ciuitatis Auſcienſis, frater Laurentij martyris, patriâ fuit Oſcenſis; Et primò ille in Hiſpaniam melioris vitæ ſtudio in eremum ſeceſſit, ſed cùm latere non poſſet virtutis fama, veritus ne elationis ſpiritu tentaretur, clam tranſiit in Nouempopulaniam, & in valle pagi Beorretani, quæ captaria dicitur, Oratorium poſuit, vbi oratione, ieiuniis, & vigiliis ferè attrito corpore, mortuo Vrſiniano Auſcienſi Pontifice, diuino monitu euocatus eidem in ſucceſſorem ſuffectus eſt, vt legitur in eius vitâ MSS. cuius capita perſtringit Alteſerra l. 4.

Rerum Aquitanic. c.14. & norar aberraſſe Adonem, qui eum Toloſanum Epiſcopum credidit. Nec verius Bernardus Guidonis in vitâ eiuſdem, Orientium ad tempora Theodorici Gothorum Regis reuocat, eúmque ad Littorium Ducem Romanum miſſum narrat, vr de pace ageret. Nam Iulius Dexter in Chronico ſub annum 246. Orientium Confeſſorem Auxitanum Epiſcopum, & Vincenrium Martyrem ac Archileuiram fratres, profitetur natos Orientio & Paſciencià, ex quo peruenire non potuit Orientius ad tempora quibus Gothi rerum potiti ſunt in Aquitaniâ. Auſciis verò ſancto fine quieuit, vr eſt in Marryrologio Vſuardi, cuius viram in antiquitaribus Oſcenſibus Hiſpaniæ Tarraconenſibus pluribus digeſtam vide. Monaſterium autem habet S. Orienrij in ciuirate Ordinis Benedictini, inſigne & locupletiſſimum, fundatum à Benardo Othone Comite Fidentiacenſi.

A

B

6. ARMENTARIVS.

7. MINERVIVS, ſiue *Armerius*.

8. IVSTINVS.

506. 9. NICETIVS an. 506. ſubſcripſit
Concilio Agathenſi, & Aurelianenſi I.
511. 511. Quòd ſi verum eſt *Tetradium* ab
Authore Catalogi Auſcienſis omiſſum
huic Synodo adfuiſſe, vt docet Sirmondus in notis ad epiſt. 6. lib. 7. Sidonij, diſcrepat tamen hoc loco, cum apud eundem Tomo I. in actis illius Concilij Nicetius vocetur.

C

10. MINERVIVS II.

11. ALECIVS I.

12. AMELIVS.

13. SALVIVS.

14. PORCARIVS.

15. PROCVLEIANVS I.

16. PRICIVS.

17. PROCVLEIANVS II. non
533. Proculinus, vt eſt in codice Auxitano,
Interfuir tribus Conciliis Aurelianenſibus ſecundo an. 533. quarto 541. &
549. quinto 549.

18. MARCELLVS.

19. VIGILIVS.

20. POLEMIVS.

21. ALECIVS II.

22. COMVS quem alij Conium vocant.

23. PAVLINVS.

24. FAVSTVS ſubſcribit Concil.
Matiſconenſi 2. 585. migrauit è vitâ 585.
586. teſte Gregor. Tur. lib. 8. coniectu- 586.
ram facit Chriſtophorus Brouuerus in Noris ad Fortunatum, hunc Fauſtum Auſcenſem Præſulem interpretari, quem commendat baſilicæ S. Martini auctorem lib 1. carminum cap. 4. quémque Gregorius Hiſtoriæ ſuæ intulit. Caſtiganda ergò in actis eiuſdem Synodi Matiſconenſis nonnullorum lectio, qui malè, Nicaſium Aquilimenſium id eſt Engoliſmenſis Eccleſiæ Epiſcopum, non Auxitanum, vt in vulgatis exemplaribus ſcriptum eſt, interpretantur.

25. FABIVS, omiſſus ab Authore
Catalogi, ſucceſſit Fauſto anno 586. ex 586.
Gregorio Turonenſi eodem libro Hiſt. Francorum cap. 22.

26. CITHARIVS, vel Citerius.

27. TITHONIVS, aliàs Totonius in tabulario Auſcienſi nuncupatur.

28. DROCOALDVS I.

29. PERPETVVS, poſt quem ambigi hoc loco iure queat, ſi *Licerius* fuerit Epiſcopus Auxitanus; nam is qui Concilio Cabilonenſi adfuit, Vindauſcenſis, hoc eſt Carpentoratenſis erat Præſul, non Auſcenſis, vt vult Binius.

30. AVDERICVS Synodo Rhemenſi à Sonnatio celebratâ ſubſcripſit
an. 630. rectius autem apud Flodoar- 630.
dum lib. 1. cap. 5. Hiſt. Rhemenſis pro *Audicio*, vt habetur in vulgatis Catalogis, legitur Audericus.

D

31. DROCOALDVS II. qui & Ercoaldus in codice Auxitano.

32. S. LEOTADIVS ex Abbate Moiſſiacenſi, in veteribus membranis Eccleſiæ Auſcienſis dicitur mortuus
an. 718. Kal. Nouemb. 10. in cuius 718.
gazophylacio theca argentea reliquiarum ſeruatur. De eo agit Breuiarium antiquum Cluniacenſe & Auxitanum, ac pluribus memoratur ab Hugone Menardo in Notis ad Martyrologium Monaſticum.

33. PATRICIVS.

34. TONTONIVS.

35. ANERIVS.

36. ERNALDVS ſeu Erinaldus.

37. LVPVS.

38. ASTER.

39. ASNARIVS ſiue Aſenarius.

40. REVELIVS vel Remelius.

41. GALINVS.

42. ELISEVS.

43. IOANNES I.

44. AVLOINVS in codice Auſcienſi *Ardoinus.*

879. 45. AIRARDVS an. 879. Idib. Iu-
nij Ioannes VIII. Pont. Max. ad eum
ſcribit epiſt. 198. & Archiepiſcopum
Auſcenſem nominat; hortatur vnà
cum Bigorrenſi, Conuenenſi, & Conſe-
rano Epiſcopis, ad deprauatos populi
mores corrigendos, præcipuè inceſta
matrimonia, vt res immobiles Eccle-
ſiæ nemo ſibi vſurpet, ac Clerici ſub
Epiſcopi ſint poteſtate.

46. ARDINANVS huius mentio
in antiquo otiginali Eccleſiæ Auxita- C
906. næ an. Dom. 906.

47. ODILVS tegnante Lothario, videtur idem eſſe cum *Auriolo Vtziandi*, qui in Catalogo cartularij Bernardum proximè antecedit.

946. 48. BERNARDVS I. 946. tempore
Agapiti Pont. Max. ſub an. 950. cui
950. ſcripſit, vt eſt in cartophilacio Auxita-
no, eiúſque epiſtola oſtendit eum inſti-
tuiſſe Epiſcop. in Hiſpaniâ. Circa hæc
tempora ex veteribus tabulis Otho
Comes Feſenſaci baſilicam Metropo-
litanam variis donis exornauit: ſedit D
960. adhuc an. 960. eâ ætate quâ Bernardus
I. Comes Armaniacenſi regioni do-
minabatur.

978. 49. SEGVINVS anno 978.

50. ODO tempore Benedicti 7. Ro-
980. mani Pont. circa 980. Subſcribit quo-
que inſtrumento fundationis Mona-
ſterij S. Seueri in Vaſconiâ, à Guillel-
mo Sancio Vaſconiæ Duce; de quâ in
Abbatiis dicemus.

982. 51. GARSIAS I. 982. diſſidia ha-
buit cum Aimerico Comite Feſenſaci,
ob dominium de Vic, eúmq; à ſactis in-
A terdixit, extat item in tabulario Auxi-
tano, donatio huic Præſuli facta, à Gar-
ſiâ Comitis Arnaldi Aſtaracenſis filio.

52. OTTO vel ADO an. Chr. 1000. 1000.
aſſenſum dedit electioni Guadallonis
Epiſcopi Barcinonenſis, vt patet ex
cartâ apud Franciſcum Diago relatâ
lib. 2. cap. 33. Comitum Barcinonen-
ſium, vbi dicitur primæ Sedis Auſciæ
Archiepiſcopus, reperitur quoque ſub-
ſcriptus in documento an. 1029. 1029.

53. RAIMVNDVS COPA I. Otto- COPA.
nis ſucceſſor, vnà cum Guillelmo Co-
mite Fidenciacenſi Canonicorum Col-
B legium inſtituit in Eccleſiâ ptimariâ
Auſcenſi B. Mariæ ſacrâ, vt proximo
monumento oſtenditur, è cartulario
illius Eccleſiæ deprompto: *PRIDIE
Kal. Martij, apud ciuitatem Auxiorum
Vvilelmus Comes, & RAIMVNDVS
Archiepiſcopus, conſtruxerunt Canonicam
in ſede Archiepiſcopali, per manum Rainaldi
Presbyteri & Grammatici, per Aquitaniam
& Gothiam ad prædicandum à Deo aſciti.
Hæc pro victu ſuo & Canonicorum donan-
tes, Archidiaconatus S. Iuliages, Sauanes,
Ancles, Armaiac, Mannoac, Eccle-
ſias Deſpans de Sean, medietatem de Ode-
zan &c.* Is etiam ſepulchrum primus
C in templo B. Mariæ inſtituit, quod
conſequutis temporibus ſummi inter
cœnobitas S. Orientij, & Canonicos
illos diſſidij & magnæ litis cauſa fuit.
Raimundus erat in viuis adhuc anno
Incar. 1049. ex cartâ Auſcienſi. Ei- 1049.
dem ſimoniæ criminis falsò, vt volunt,
poſteà conuicto, Pontificatus abroga-
tus fuit.

54. S. AVSTINDVS Clericus Burde-
galenſis, in Raimundi è Pontificiâ ſe-
de deiecti locum ſuffectus eſt, vt fi-
dem facit vetuſtum Prioratus Sancti-
montis Cartularium, ex cuius archi-
D uo, excerpta eſt tabula piæ cuiuſdam
largitionis hâc ſerie verborum: « EGO
« DODO peccator, pro animâ meâ &
« parentum, facio donum Deo & S.
« Ioanni de Sanctomonte, de Eccleſiâ
« Vernede, in honore S. Crucis conſe-
« cratâ; tali tenore vt ibi ſepeliar, &
« fratres Sanctimontis, ab hodierno die
« Eccleſiam poſſideant cum ſuis appen-
« dentijs, &c. Si quis autem dirimere
« præſumpſerit, coactus legibus perſol-
« uat S. Ioanni auri libras centum, &
« argenti pondera millia, &c. Facta eſt
« donatio menſe Martio Feriâ 5. Lunâ
« 7. indict. 1. Anno Incar. Dom. M.

1042. » xlii. regnante Henrico Francorum A
» Rege, Guilielmo Pictauienſium nobi-
» liſſimo Comite, Aquitaniam & totam
» Vaſconiam gubernante, & Avsci-
» siacam vrbem Avstindo Ar-
» chiepiſcopo, patrocinante Armenia-
» cam Prouinciam Bernardo Comite ef-
» fecto monacho, & filijs ſuis Geraudo
» Comite, & Arnaldo Bernardo felici-
» ter præſidente. Anno verò ſalutis 1060.

1060. Iaccæ in Hiſpaniâ in ditione Ramiri Regis, Conuentus habitus eſt Epiſcoporum, Sanctij Arragonij, Paterni Cæſarauguſtani, Arnulfi Rotenſis, Guilelmi Vrgelitani, Heraclij Bigerronum, B Stephani Olorenſis, Gometij Calagurritani, Ioannis Lectorenſis, Auſtindo Auxitano Archiepiſcopo Præſide; in quo ſacri ritus qui temporum iniuriâ deprauati erant reſtituti, & Epiſcopi ſedes qui olim Oſcæ fuerar, Iaccæ conſtituta vt auctores ſunt Zurita in Annalibus, Franciſcus Diago, lib. 3. cap. 5. Epiſcoporum Oſcenſium, & Ioannes Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 9. cap. 5. Eodem Præſule, Bernardus cognomento Tumas Paletius, Comes Armaniaci, ingraueſcente ætate Monaſterium Sanctimonris ad Atutrum amnem in pago C Armaniacenſi à ſe conſtructum ingreſſus, vitæ religioſæ ſe, in eo, addixit; cuius Cœnobij primordia & notitiam ex veteribus membranis Sanctimontis in diœceſi Auxitanâ quas nunc primùm eruere nobis licuit, hîc ſubijciemus.

ANTIQVORVM Patrum induſtriam imitando, qui omnem actuum ſuorum diligentiam ſcripturæ commendabant, vt poſteritas & veneratio eorum, ab omni contumeliâ calumniatorum iuſtâ litterarum oſtenſione quaſi clypeo defenderetur. Nos egentes eâdem defenſione, qualiter & à quibus perſonis hoc Monaſterium ſit D *inchoatum, à primordiis denotare curamus. Sanctus Mons iſte, erat hæreditas quorumdum militum cum matre eorum, patre defuncto. Primus Raymondus, ſecundus Aluarus, tertius Bernardus, mater Auriola &c. Tali occaſione Monaſterium conſtructum; Peſtis graſſabat per hanc regionem, & Raymondus frater maior loci dominus, expaueſcens mortalitatem, quâdam die vidit per ſomnum caput vulnerare lanceis ex æthere expergefactus; cepit cogitare quid facto opus, & reperto conſilio ædificandi Monaſterium &c. Sentiens ſe non poſſe per ſe ſolum opus complere, iunxit ſe* A *Comiti terræ Bernardo cognomento Tumapalerio, qui auditis illius de conſtructione Monaſtery ſermonibus, vix condeſcendit, & ſæpius precibus inſiſtente ei tribuit aſſenſum &c. quadam die adfuerunt loco Comes Bernardus Raymundus, aly Principes terræ, vt coniuraretur Monaſterium ad ſaluamentum ab omnibus. Hoc audito frater, matérque rabido ore minantes mortem contradixerunt, dicentes quod ipſe honor quem ad conſtruendum Monaſterium placitabant, iure hereditario illis debebat; vnde longa inter eos diſceptatio, poſteà in finem contentionis cum prædicto Comite Bernardo* B *conuenerunt Seniores terræ &c. Tum Raymundus habens quietem, fecit donationem honoris S. Ioanni ad conſtruendum Monaſterium, cum iuramento habitum monachalem aſſumendi. Comes quoque Bernardus fecit donationem ſui honoris &c. hoc peracto monuit Bernardus Raymundum, vt iuxta ſponſionem monachus fieret, at ille deceptus amore ſeculi inducias petiit, dicens non poſſe id fieri &c. Comes aggregauit hinc inde duodecim monachos, & dedit illis Patrem venerabilem Trencardum, Raymundus verò manſit poſteà cum ſuâ coniuge, vagando hinc inde inter ſuos parentes quinque annos, genuítque filium* C *Bernardum & Mariam. Abiit vero ad Comitem dicens ſe velle fieri monachum &c. Ego Bernardus Comes cognomento Tumapalerius notum fieri volo, Monaſterium Sancti Montis liberum eſſe volens à poteſtate Principum, & Laicorum, & non niſi Petro & Paulo Apoſtolis eſſe ſubiectum, adſtantibus nobilibus AVSTINDO ARCHIEPISCOPO, & nepote noſtro Centullo, cum vxore noſtrâ Comitiſſâ Ermengardâ & filiis Geraldo, & Arnaldo Bernardo. feci, vt daretur ſaluatio Monaſtery, cum omni honore acquiſito vel acquirendo in circuitu, ſiue in terris, villis &c. Ego Bernardus Comes, Geraldus &* D *Arnaldus filÿ, Garſias Draſque, Villelm. Garſias S. Chriſtinæ, & omnes Armeniaci meliores iurauerunt, Vicecomes Ademarus Poleſtromy, cum filiis Vuillelmo & Odone Fedaco &c. Hoc ſacramentum laudauerunt: poſteà Dux & Comes Aquitanorum & Guaſconum Vuillelmus, Centullo nepos meus, Vuillelmus Aſtenoue; Raymundus Vicecomes Marciani, Petrus Rogerius Vicecomes Gauarret. Actum eſt priuilegium menſe Martio, Lunâ II Indict. 3. Epactâ xx. Feriâ sv. regnante Henrico Francorum Rege.*

Regnante Ieſu Chriſto Anno »
Incar. Domini m. lxi. regnante Fran- » 1061.

„ corum Rege Philippo anno 11. Ego Bernardus cognomento Tumapalerius, totius quondam Guaſconiæ Comes, peccator indignus, deſiderium habens Monaſterium ædificare ſecundum S. Benedicti regulam apud Sanctum Montem, conuocaui omnes milites meos permanentes in Comitatu Armaniaco, vt darent mihi conſilium conſtruendi tantæ religionis locum. Iſti ſunt qui venerunt; Geraldus filius meus, & frater eius Arnaldus Bernardus, Ademarus Vicecomes Polæſtrenſis, & filius eius Vuil. Fedacus, & fratres eius Odo & Fedacus, Garſias Brahe, &c. omnéſque milites venerunt, B & tale mihi & Raimondo Abbati Sancti Montis, qui initij huius inſtitutionis extitit author, conſilium dederunt, vt quoniam non erat mihi poſſibilitas magni honoris ſupradicto Monaſterio mihi dandi, ſaltem huic loco daretur firmiſſimum ſaluamentum, & vt mitterent ibi, &c. Hoc donum ego & alij laudauerunt Bernardus, deinde Geraldus filius meus, Vicecomes Vuilel. Fedacus, & alij inſuper Bernardus Raimundi Abbatis filius, cuius honor ad locum S. Ioannis redire debet. Poſt hanc deffinitio- C nem, venit AVSTINDVS Archiepiſcopus volens redigere hunc locum ſub ſuâ poteſtate, agere Synodos, Placita, Conciliabula ſua, vſus vel conſuetudines Auxienſium Epiſcoporum, vnde magna orta eſt altercatio inter Archiepiſcorum, & Arcmannum Priorem, quæ præualuit in tantum, vt miles Arcmannus Prior interdixerit, ſuper altare S. Ioannis cantare miſſam, ob hanc cauſam AVSTINDVS receſſit inde valde iratus, & cepit cogitare, qualiter loco huic poſſet nocere. Illo tempore inuenit militem D Guilielmum Raimundum de Nogarolio, quem in tantum circonuenit, quoúſque venderet ſibi Nugariolum Alodem ſuum, vt ædificaret ibi Capellam, in quâ poſſet facere miniſterium; Ego autem ſentiens malum eſſe ingenium interdixi, vnde maxima diſſentio inter me & illum, &c. Ego igitur Bernardus Comes cognoſcens tuptam eſſe commutationem, conqueſtus valde apud Archiepiſcopum; donec veniente Abbate Hugone Guaſconiam, ſupradictam pactionem authoriſauimus, & inſuper laudauerunt hanc Canonici Auſcienſis Archiepiſ- A copi, Præpoſitus Arnaldus, Eimericus Archidiaconus, Garſias & alij Canonici. Item Abbas Hugo, & Arcmannus Prior Sancti montis, &c. hanc igitur cedulam ſubſcripſêre Arcmannus Prior in clauſtro Sancti-Montis. S. Ermengardis Comitiſſæ, Geraldi & Arnaldi Bernardi filiorum & alij. Centullus Comes nepos meus hanc laudâuit, & ſubſcripti Pontifices imprimis Gregorius Vicrnenſis, Stephanus Oloronenſis. Petrus Adurenſis, Guilielmus Conuennenſis, Durannus Tholoſanus dignæ memoriæ laudandus. Hæc deſcriptio facta eſt 4. Non. B Maij lunâ primâ, feriâ ſecundâ, indictione 15. temporibus Papæ Leonis IX. Guidone Duce Pictauienſi, Aquitaniam & totam Guaſconiam regente, per commutationem venditionis noſtræ ſcilicet Gaſconiæ, &c. Hæc conſtitutio vt firmior teneatur. Ego Albus Hugo Cardinalis & Legatus S. Romanæ Eccleſiæ hanc ſubſigillaui. Ego Geraldus Cardinalis & Legatus tranſiens Hiſpanias, ego Amatus ſanctæ Rom. Eccl. Cardinalis atque Legatus, ego Guilielmus Auſciorum Archiepiſcopus, ego Bernardus Toletanæ C Sedis Archiepiſcopus ac S. R. Eccleſiæ Legatus, ego Bernardus Vietnenſis Epiſcopus.

Ex hoc documento liquet emiſſe AVSTINDVM terram de Nugarolio, quæ mouebat in feudum à Bernardo Comite, in commutationem monaſterij Sancti-montis, cuius poſſeſſioni Archiepiſcopus renuntiauit, & à Comite pro ſe & hæredibus inueſtituram accepit; poſthæc verò pactis vtrinque conditionibus ambo conuenêre, cum plurimis Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus Nouempopulaniæ, ad ſolemnem dedicationem Eccleſiæ Col- D legialis Beatæ Mariæ de Nugarolio, quam in archetypis tabularij S. Mariæ Auſcienſis contentam, doctiſſimæ Hiſtoriæ Bearnenſi inſeruit lib. 4. c. 7. Illuſtriſſ. vir, digniſſimúſque Toloſatum Archiepiſcopus Petrus de Marca, qui vulgarem æram anni 1062. vitiatam reſtituit, priuilegium illud tali ſermone inſcribitur:

IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Christi, Nouerit tam præſentis quàm futuri æui ætas, quod ego AVSTINDVS Burdigalenſis vrbis indigena, NOVEMPOPVLANIÆ PROVINCIÆ METROPOLITA, emi, acquiſiui, conſtruxi,

atque ædificaui locum qui dicitur Nugarol magno labore, ingenti quo potui vigore, ad honorem & memoriam B. Mariæ ſemper Virginis, ſicut in ſubſequenti narrabitur. Bernardus Comes cognomento Tumapaller, tactus manu diuinâ, reum ſe eſſe cognoſcens, ægrum ſe ſentiens, curari nitens, liberari laborans, monaſticum ſchema aſſumere voluit. Sed tunc temporis monachalis religio penitus infra Vaſconiam ceciderat, donec omnium prouiſore Deo diſponente, doctrinâ & inſtitutione Cluniacenſis Abbatis de nomine dicti Hugonis, quodammodo recaleſcere atque renitiſcere cœpit. Locus quidam infra Armaniacenſem Comitatum habebatur qui ab incolis terræ illius vulgariter, Sanctus Mons dicebatur, erantque Monachi, vel potius cucullati ſeculariter ſeculum poſſidentes, non iuxta Apoſtoli vocem, quâ dicitur, tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes, imo propoſiti ſui falſificatores, quos ad normam atque regulam B. Benedicti, idem Bernardus reducere volens, humilitatem noſtram expetiit, ſuúmque nobis patefaciens animum monachum ſe fieri velle profeſſus; Ego derepente ſpiritum loquentis præſentiſcens, ex induſtriâ diſſimulare cœpi; Eâ ſcilicet de cauſâ, Quia ſupraſcriptus locus, Sanctus Mons, quamuis in Alodio & dominatu dicti Comitis foret, tamen Camera Auſcienſis Archiepiſc. Eccleſiaſtico iure ſemper erat. Ita quod conuentus illic Epiſcopales, vel Clerici, ſine populares, à meis prædeceſſoribus ſemper ibi celebrari conſueuerant. Denique à puſillitate noſtrâ licentia ſibi derogata, ac pro poſſe renitente, monachos, clam venire parat, eóſque inuaſores loci noſtri, & in potentiâ ſui faciens habitare compellit. At ego Auſtindus ægrè ferens, ſed non præualens, tacui quidem in tempore, meis ſucceſſoribus facti ſeriem, & clamandi, querendi, & conquerendi vocem relinquens. Dehinc grauari me ſciens, atque clamans, cum quodam procerum terræ nomine Guillermo Raimundi, conſilio habito, terram ipſius Alodij ab eo emi, datis ſibi xl. ſolidis monetæ, quæ tunc ac illicò diſcurrebat. Poſt hæc Bernardus Comes, vt ſolet fieri in talibus, & vt mos eſt regionis illius fundi empti auctorem à me expetere cœpit, quem præſto habens ſibi obtuli, qui nihil habens quod diceret, tacuit. Fundamenta demum iaciens Eccleſiæ conſtruendæ, villæ ædificandæ pageramenta compoſui. Videns verò Conſul iam dictus, me ita inſiſtere labori atque operam dare, & per ſe ſuóſque rogare inſtantius cœpit, quod Sancti Ioannis monaſterio diſcederem, nec

A *Epiſcopales Conuentus inibi vlterius facerem. Et vt inſuper ſui amore, Quartas Eccleſiarum Vndecim, quarum nomina infrà annotata habentur, ſibi darem. Quæ videlicet Eccleſiæ vna cum villis Curtes Conſulares vocabantur. Et in eo tempore monaſterium illud nihil honoris habere videbatur in toto Armeniaco, niſi tantum duas partes Eccleſiæ, quæ dicitur Arrigada. Satisfeci ergo ſibi principi, & ſecundum quod poſtulaueras ad meum placitum quartas illas dimiſi, tali pacto, vt per ſe ipſum manu ac voce auctor fieret, terram à me emptam eijcio & Gulelmi, filio* B *Guilelmi Raimundi qui pater exiſtens ſupra ſcriptam terram mihi vendiderat, quod facere minimè potuit. Poſtea verò inſiſtentes monachi Armaniacenſes, ſcilicet Prior & cæteri, atque propter inquietudinem quam illis inferebam diſcedere volentes, coactus Comes, ante præſentiam noſtram veniens Guerpitionem fecit tam pro ſe, quàm pro filio ſuo, & filio filij ſui, atque omni genere ex eis, vſque in finem proceſſuram; Ne vnquam clam, nec Saied, nec iuſtitiam, nec conſuetudinem aliquam, in omni Nugarolenſi villâ facere præſumant. His ita peractis Duce Chriſto, Conuentu Epiſcoporum adunato, libuis animo* C *dedicare Eccleſiam Deo, eiúſque Apoſtolo ſanctóque Confeſſori Nicolao. Conuenerunt itaque ex omni Nouempopulaniâ Prouinciâ Epiſcopi, Abbates, Conſules, Proconſules, ceteríque domini fideles, atque vtriúſque ſexus infinita multitudo, deferentes Sanctorum buſta martyrum Lupercij, Mametis, Clari, & Bituricenſis Archiepiſcopi Auſtrigiſilij, & celebrauerunt dedicationem Eccleſiæ, Anno Incarnationis Dominicæ M. LXII. Indictione XV.* 1062.
Præſidente in Romanâ ſede Nicolao Papâ. Gubernacula regni Francorum tenente Philippo, anno ſecundo regni eius. Bernardus quoque Comes Tumapaler, & vxor ſua D *Eumengardis, & filius eorum Geraldus, cum Arnaldo fratre ſuo, ante altare S. Nicolai, in conſpectu totius ſancti Conuentus, & ibi ſub iuriſiurandi atteſtatione reconfirmauerunt Guerpitionem ſupraſcriptam, ne vllo vnquam tempore cenſum, vel conſuetudinem aliquam, ab habitatoribus loci illius expectent; Cluniacenſis Abbas, vel monachi ſui: quod ſi fecerint, ſtatim Auſcienſis Archiep. illud quoque volens, nolens quod de loco Sancti Montis dimiſerat anteceſſor eius, recuperet. Hæc omnia Ego AVSTINDVS AVSCIORVM Archiepiſcopus ſucceſſoribus meis mandare curaui, quo pectoribus eorum te-*

naci memoriâ ſemper habeantur. Nomina vero Eccleſiarum, quarum videlicet Quartas conuentione ſupraſcriptâ Monachis S. Montis dimiſeram, hæc ſunt, Marguet, Caſtaed, Arblade, Alormes, Sarrameiam, Lartiga, Bozon, Fuſtaroal, Fanaroles, Balambits, Ariſcle. A

Interfuit autem cum aliis Præſulibus conſecrationi Abbatiæ Moyſſiacenſis
1063. 1063. ex veteri inſcriptione, ac poſteà ſanctitate vitæ inter ſui æui Pontifices maximè clarus, ad ſuperos euolat 25. Sept. nam hoc die colitur feſtum eius, ac creditur poſt mortem AVSTINDVS, quẽ Oſtendum nominant, inter Diuos relatus, de cuius pietate & laudibus. B Qui plura ſcire deſiderat, adeat Breuiarium & antiquas Horas Eccleſiæ Auxitanæ, quem obſeruant inter Metropolitanos Antiſtites numero Quinquageſimum octauum.

MONTAVT. Ecartelé au 1 & 4 de gueulles au ſautoir d'or Au 2. & 3 eſchiqueté d'or & d'azur.

55. GVILLELMVS BERNARDVS I. DE MONTAVT ex genere Baronum Montaltenſium, Monachus Cluniacenſis, Prior S. Orientij & Archiepiſcopus 1068. Hoc eodem anno adfuit Concilio Toloſano Prǣſide Hugone Cardinale, cum Aymone Bituricenſi Archiepiſcopo, Duranno Toloſǣ,
1068. Geraldo Caturcenſi, Godemaro Santonenſi, aliiſque Aquitaniarum & Vaſconiæ Prælatis; C cuius Synodi vetus fragmentum ex archiuis S. Stephani retulit Guilelmus Catellus in lib. 5. Hiſt. Occitaniæ. Memoratur autem à
1074. Greg. 7. Papâ lib. 1. epiſt. 55. an. 1074. quâ præcipitur Epiſcopo Bigorritano, vt Archiepiſcopo ſuo, ſicut Apoſtolicæ Sedis Legatus iuſſerat, obtemperet: &
1079. lib. 7. ep. 18. an. 1079. mandatur Suffraganeis Auxitanæ Metropolis, ei obedire: nihilominus idem Pont. Max. Guilelmum inobedientiæ arguit, ac iubet vt Pezanenſem Abbatem cogat Aureliacenſi Abbati reſtituere Eccleſiam illi Monaſterio ab Apoſtolicâ ſe- D de conceſſam, contumaci Eccleſiæ introitu interdicto. Fuit is Præſul politiæ Eccleſiaſticæ in ſuâ diœceſi inſtaurator, atque Iſarnum Toloſanum Epiſcopum ſuis conſiliis iuuit, in reformatione Cleri S. Stephani. Subſcribit item cartæ fundationis, & nouæ erectionis Canonicorum Regularium Eccleſiæ Toloſanæ, regnante Philippo I. Francorum Rege; ac præſens nominatur Pompeiopoli, cum Epiſcopus Petrus de Rodá in ſuâ Eccleſiâ Regulam B. Auguſtini Canonicis obſeruandam
tradidit ſub Sancio Rege an. 1083. de 1083.
quâ Sandouallius. Eſt autem in tabulario Regulæ ad Garumnam, vetus inſtrumentum reſtitutionis Bernardi Aquenſis Epiſcopi, de Monaſterio de Pontons, olim iuris Abbatiæ S. Benedicti Floriacenſis factæ adſtantibus Archiepiſcopo noſtro Auſcienſi Vuilelmo, Gaufredo Duce Aquitaniæ, Raimundo Vaſatenſi & Petro Adurenſi Epiſcopis 1084. Eiuſdem quoque 1084.
Vuilelmi expreſſam mentionem fieri in vetuſtis monumentis cœnobij Sanctimontis, liquet ex plurimis tabulis quibus nomen adſcripſit; ſcilicet donationi Azinellæ Odonis Vicecomitis de Lomaniá filiæ, Bernardi Armaniacenſis Comitis matris, Hugoni Abbati Cluniacenſi, Eccleſiæ de Correnzano; item eleemoſynæ Fedaci Vicecomitis caſtri Corneliani, quæ ita legitur:

NOTVM ſit omnibus. Ego Bernardus filius Guilielmi & Brachitæ vxoris, per conſilium vxoris meæ Aſcelinæ, & patris mei Odonis Vicecomitis Lomaniæ, & Bernardi Comitis Armaniaci Monachi Cluniacenſis cognomento Tumapalerij, & aliorum amicorum, donamus Deo & S. Ioanni de Sancto-Monte, Abbati Hugoni Cluniacenſi, Eccleſiam S. Mariæ de Arembodio cum appenditiis &c. & poſt mortem Sanctionis Preſbyteri, aliam Eccleſiam de S. Martino de Ricau &c. Facta eſt carthula menſe Oct. feria 5. Lunâ 30. ſcripta apud Sanctum Montem, Philippo Rege, Guilielmo Duce Aquitaniæ, & Guaſconiam gubernante, AVSCIACAM ciuitatem ARCHIEPISCOPO GVILLELMO. Signum Bernardi Forcenſis & vxoris eius. Sig. Odonis Vicec. Lomaniæ. Fortis Comitis Auſcienſis. Geraldi Comitis & Arnaldi Bernardi fratris eius. Mentio habetur Guilelmi in cartâ fundationis Prioratus S. Fidis Morlanenſis, quæ extat in archiuo Regio Palenſi, cuius ſumma hæc eſt:

EGO CENTVLLVS Vicecomes Viarnenſis memor omnium peccatorum meorum, & conſanguinitatis vxoris meæ, quam contra Dei legem duxeram vxorem, ſciénſque poſt mortem meam nil me boni operaturum, quo poſſim mea delere peccata; adhuc vigens & viuens tribuo Deo, & Beato Petro Apoſtolo Cluniacenſi, Eccleſiam quæ ædificatur in honore ſanctæ Fidis, & ſi quas alias poſt illam apud Morlas ædificandas,

cum omnibus oblationibus quæ offeruntur
pro ſalute omnium fidelium viuorum, vel
defunctorum, & cum primitiis vel decimis
omnium agrorum, quos homines in Burgo
degentes colunt, vel culturi erunt. Dono
etiam decimam monetam partis meæ, &
decimam omnium furnorum, qui ſunt, vel
futuri erunt. Dono etiam vineam meam
propriam, & decimam agrorum S. Fidis, &
omnium propriarum rerum. Ad vltimum
dono iterum totam villam Morlenſem, cum
omni ingenuitate, & cum omnibus rebus
ſibi pertinentibus, cultis & incultis, adqui-
ſitis vel adquirendis, in campis, in landis,
in ſiluis, in vineis, in nemoribus, & in om-
nibus ceteris bonis. Hæc omnia dono Deo
ac S. Petro Cluniacenſi, propter me, & propter
vxorem meam Giſlam, & filium meum
Guaſtonem, vt in præſenti ſeculo precibus
B. Petri Apoſtolorum Principis, Deus noſtri
miſereatur, & in futuro æterna vita cum om-
nibus Sanctis nobis à Domino tribuatur. Ce-
terùm notum ſit omnibus hominibus, quod
hoc donum feci, cum conſenſu, & conſilio
VVILLELMI AVSCIORVM.
Archiepiſcopi, & Bernardi Laſcurrenſis
Epiſcopi, & Amati Holornenſis Epiſcopi, &
Bernardi Tumapalerij Auunculi mei; &
omnium Principum ſub meo dominio de-
gentium, in manu Hunaldi Abbatis Moy-
ſiacenſis, ſub poteſtate Hugonis Abbatis
Cluniacenſis. His verò rebus peractis, miſi
Dompnam Giſlam vxorem meam, in manu
Dompni Vuillelmi Auſciorum Archiepiſ-
copi, & Amati Holornenſis Epiſcopi ad Clu-
niacenſe cœnobium, cauſſa ſumendi religio-
nis habitum. Extat illud diploma lib. 4.
Hiſt. Bearnenſis cap. 13. & 18. agitur
de querimoniâ Epiſcopi Aquenſis ad-
uerſus eumdem Archiepiſcopum Wi-
lelmum, qui Eccleſias quaſdam Epiſ-
copatus ſui violenter inuaſerat, cap. 19.
in diſſidio inter Dodonem Tarbien-
ſem Præſulem & monaſterium S. Petri
Generenſis, cauſa delegatur diſcutien-
da ante Metropolitanum Auſcenſem,
& Comitem Centullum Bigorritanum.
Adfuit porrò dedicationi Abbatiæ Ge-
1096. nerenſis 1096. Id. Octob. xi. Conſtat
autem ex cartulario Laſcurrenſi ante
1097. annum 1097. celebratum fuiſſe Con-
cilium Prouinciale Vaſconiæ, cum
Amato Legato Sedis Apoſtolicæ, Gui-
lielmo Archiepiſcopo, & Comprouin-
cialibus Epiſcopis, congregatis in cau-
sâ Laſcurrenſis Epiſcopi, aduerſus Leo-
francum Vicecomitem Aquenſem, qui
Eccleſiam Murelli inuaſerat, & idcir-
co à Synodo fuerat excommunicatus;

A Demùm ſubſcriptus legitur dono filiæ
Vicecomitis Lomaniæ cuius exemplar
è tabulario Sanctimontis ſic ſe habet:

NOTVM ſit omnibus Chriſtianis,
quod ego filia Odonis Vicecomitis
Lomaniæ, vxor Geraldi Orbeiſani, per
conſilium Geraldi mariti mei & ami-
corum, & Fort-Garſiæ Abbatis Eccle-
ſiæ Coirentiani, donum & teſtamen-
tum quod feci S. Ioanni de Sancto-
Monte, qui eſt ſub poteſtate S. Petri
Cluniacenſis in tempore domini &
Abbatis, per abiectionem Bernardi
Tumapalerij & monachorum, quam
contra voluntatem meam fecerunt Ge-
B raldus dominus meus, videntibus cun-
ctis publicè in manu Archiepiſcopi
GVILIELMI, & A. Prioris Eccleſiæ
Corentianæ, adfirmo illud donum,
cum teſtamenti affirmatione &c. Facta
eſt carta menſe Septemb. in clauſtro S.
Montis. Lunâ nonâ, feriâ tertiâ, re-
gnante glorioſiſſimo Philippo Rege,
Auſcienſem Eccleſiam GVILIELMO
ARCHIEP. gubernante. S. Geraldi
Erbeiſſani & vxoris eius. Teſtes Ber-
nardus Tumapalerius & Raymundus
Monachus.

56. RAIMVNDVS II. frater vteri-
C nus Aſtanouæ Comitis DE FESEN-
SAC, & Arnaldi Aimerici Præpoſiti
Auſcienſis Eccleſiæ ex Biuernâ matre,
Aimerici Comitis Fidentiacenſis vxo-
re; ex Monacho S. Orientij fit Archie-
piſcopus tempore Vrbani 2. Pontif.
Max. à quo Metropolitani Pallio de-
coratur: interfuit autem is Concilio
Santonenſi, quod anno 1096. congre- 1096.
gatum eſt, cum Amato Burdegalenſi
Antiſtite, ac ibidem ſubſcribit priuile-
gio Monaſterij Vindocinenſis 6. Nonas
Martij, pro Eccleſiâ S. Georgij in in-
ſulâ Olerionis. Nominatur in cartâ
Laſcurrenſi an. 1100. quâ dicitur Epiſ- 1100.
copum vrbis, conſilio huius Raimundi
D & Amati, Canonicos regulares S. Au-
guſtini in baſilicâ B. Mariæ inſtituiſſe.
Legitur & in Bibliothecâ Cluniacenſi,
Amelij Toloſæ Præſulis diploma do-
nationis Pontio Abbati Cluniaci de
Eccleſiâ S. Columbæ, ſubſcriptum,
apud ſanctam Eulaliam prope Carcaſ-
ſonam 1110. vixit in Pontificatu vſque
ad annum Dom. 1118. 1118.

57. BERNARDVS II. Monachus
è pago Aſtaracenſi oriundus, ex Baio-
nenſi Epiſcopatu poſt adminiſtratio-
nem annorum 39. traductus fuit ad
Auſ-

1119. Auſcienſem Archiepiſcopatum 1119. A
obiit 1122. cum vtilem pro Chriſti fide
1122. in Hiſpaniâ contra Mauros operam na-
uaſſet.

ANDOZILE

58. GVILLELMVS D'ANDOZI-
LE II. Beati Bertrandi Conuenarum
Epiſcopi fratris filius, non auunculus
vel patruus, vt nonnulli tradidêre: cu-
ius auus Atto Raimundus Dominus
Inſulæ; materno autem genere è fa-
miliâ Montalrenſium Baronum, ſorore
Vuilelmi Bernardi Archiepiſcopi Auſ-
cenſis genitus. Huius virtutem & ſin-
gularem pietatem prædicant paſſim
Eccleſiæ Auſcenſis monumenta, quæ
prorſus præterire religio eſſet. Vetus B
membrana temporibus huius Archie-
„ piſcopi ſcripta; Succeſſit, inquit, Ber-
„ nardo Archiepiſcopo GVILELMVS,
„ qui de proſapiâ Montalrenſium deſ-
„ cenderat, homo alti ſanguinis, ſummâ
„ tam morum, quàm parentum nobili-
„ tate præpollens, tam in diuinis quàm
„ in forenſibus negotiis ſtrenuiſſimus, in
„ propoſito conſtans, Religionis amator,
„ qui intra fines Gaſconiæ tam Ciſter-
„ cienſis, quàm Præmonſtratenſis Ordi-
„ nis decem Monaſteria, & Sanctimonia-
„ lium nonnulla de Ordine Fontiſebral-
„ di in honore omnipotentis Dei funda-
„ uit, & plantauit, quem proſpera vin- C
„ cere, nec aduerſa frangere potuerunt,
„ vir profundi ſenſus, & conſilij & ſin-
„ gularis diſcretionis. Non ſuæ tantùm
Eccleſiæ curam geſſit, ſed de Republi-
câ Chriſtianâ adeò ſollicitus fuit, vt
ſacram in Hiſpaniam expeditionem
contra Mauros ſuſceperit: in quâ quid
egerit dicet Alfonſi ſeu Ildefonſi Ar-
ragoniæ & Nauarræ Regis proximum
diploma quod in Notitiâ Vaſconiæ re-
fertur.

*IN DEI nomine & eius diuinâ cle-
mentiâ Patris & Fily & Spiritus San-
cti. Amen. Ego Ildefonſus Dei gratiâ
Rex, facio hanc cartam donationis &* D
*confirmationis Eccleſia S. Maria Auſcien-
ſi, & vobis Domino Archiepiſcopo VVI-
LIELMO, propter multa & innume-
rabilia ſeruitia, pericula & labores multos
quos Dominus B. Anteceſſor veſter ſuſti-
nuit, cum me in illâ acquiſitione de Hiſ-
paniâ, & propter multa qua vos mihi,
Domine Vvilielme Archiepiſcope, & ve-
ſtra Eccleſia mihi fecit in Hiſpaniâ ſuper
Mauros, & in multis alijs locis vbi mihi
opus fuit, dono & concedo Eccleſia veſtra
Auſcienſi, & vobis Eccleſiam de Ala-
gon cum omni hereditate ſuâ, cum terris
& vineis, & cum omnibus poſſeſſionibus
ſuis, cum decimis & redditibus omnibus,
qua hodie habet, & habere debet, & qua
in tempore Sarracenorum habuit, vt vos
in vitâ veſtrâ, & poſt vos veſtri ſucceſſo-
res Archiepiſcopi DE AVS & Eccleſiâ
Auxienſis, habeat & poſſideat hoc donum,
ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ſaluum & in-
genuum, liberum & francum, ab omni
Regali & Laicali ſeruitute, perpetuâ &
durabili poſſeſſione per ſecula cuncta. Amen.
Signum Regis Adefonſi, facta carta erâ
M. C. LXVIII. in menſe Auguſto,* 1168.
*in Rocathalladâ ſuper Batonâ &c. Co-
mes Rotr. in Tutelâ, Peyre de Marcan in
Tiraſonâ.* Iure Metropolitani iudicium
pronuntiauit, in cauſâ Bernardi A-
quenſis, & Amati Legati Oloronenſis
Epiſcoporum, pro dominio quarum-
dam parochiarum Solenſis Vicecomi-
tatus, quas ſibi iniuſtè abſtractas que-
rebatur Aquenſis Præſul; id patet ex
reſcripto Gregorij VII. Pont. nomina-
túrque menſe Maio 1150. in cartâ do- 1150.
tationis Prioratus d'Ordios, & in Mor-
lanenſi, habetur mentio Concilij apud
Nugarolium celebrati anno 1154. cui 1154.
præfuit Wilelmus, tunc Romanæ Se-
dis Legationem agens; idem poſteà ex-
communicauit Odonem de Cadellio-
ne qui abſtulerat Laſcurrenſi Capitulo
Eccleſiam de Serres. Huius autem Ar-
chiepiſcopi patrem, illius loci, qui
nunc Andohiele dicitur, Dynaſtam
fuiſſe, videtur colligi ex cognomine
Andozilæi, ipſi addito in Necrologio
Monaſterij Caſæ Dei Comitatus Par-
diniacenſis, ſic enim ibi ſcriptũ legitur;
*GVILLELMVS DANDOZILE
Archiepiſcopus Auxitanus & Sedis Apo-
ſtolica Legatus, nepos S. Bertrandi, qui eum
fecit canonizari, multa bona fecit nobis &
multos aduerſarios pacificauit.* Occurrit
eiuſdem mentio in tabulario B. Mariæ
Deauratæ, vbi Aycardus Præpoſitus
in Synodo Claromontenſi quærimo-
niam renouat aduerſus Durannum
Epiſcopum Toloſanum, de ablatâ, Ca-
pitulo S. Stephani Eccleſiâ Deauratæ;
ſed conſilio Archiepiſcopi Auſcienſis
à propoſito deſtitit, quemadmodum
liquet ex membranâ à Catello deſcri-
ptâ. Denique Treugæ ac Pacis Do-
mini promulgationem, iuxta ſtatuta
Generalis Concilij Romani, in ſuâ Pro-
uinciâ Auxitanâ publicari voluit Guil-
lelmus Antiſtes, quam è chartario Laſ-
currenſi in Hiſt. Bearnenſi relatam hâc
ſerie verborum exhibemus:

GVILLELMVS Dei gratiâ AVSCITANVS Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus, cariſſimis in Chriſto fratribus venerabilibus Epiſcopis, aliiſque Eccleſiarum Prælatis, & dilectis filiis Comitibus, Vicecomitibus, aliiſque Baronibus, vniuerſo quoque Clero & populo per Auſcitanam Prouinciam conſtituto, ſalutem & benedictionem. Cum ex Officij noſtri debito teneamur vniuerſis fidelibus curæ noſtræ commiſſis, ſalubri diſpoſitione prouidere, nunc præſertim vrgente Apoſtolici mandati auctoritate, ad quem ſpectat totius populi profectibus inuigilare, oportet nos bono Pacis & Treuguæ Dei, ſubditis noſtris propenſiorem curam impendere. Inde eſt quod iuxta ſtatuta Generalis Concilij Romæ nuper celebrati, Pacem & Treugam Dei in Prouinciâ noſtrâ ex parte Dei, & Domini Papæ, & noſtrâ ab omnibus inconcuſsè & inuiolabiliter præcipimus obſeruari. Forma Pacis & Treuguæ Dei talis eſt. Treugas à quartâ Feriâ poſt Occaſum Solis, vſque ad ſecundam Feriam poſt ortum Solis. Et ab Aduentu Domini vſque ad Octauas Epiphaniæ, & à Septuageſimâ vſque ad Octauas Paſchæ ab omnibus inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Si quis autem Treugam violare tentauerit, poſt commonitionem factam, ſi non ſatisfecerit, Princeps ſuus & Epiſcopus cum Clero & populo cogant eum iniuriis paſſis ſatisfacere, ad arbitrium Epiſcopi & Principis ſui, & aliorum vicinorum Baronum. Quod ſi Princeps, ſeu Barones, vel populus diſſimulauerint, tam Princeps, quàm Barones excommunicentur, & tota terra eorum interdicto ſubiiciatur, omni priuilegio perſonæ, & Eccleſiæ ceſſante. His verò temporibus, & omnibus feſtis B. Mariæ cum præcedenti die, & ſubſequenti, S. quoque Ioannis Baptiſtæ, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli; & à Vigiliâ Pentecoſtes vſque ad Octauas, & Omnium Sanctorum feſto, omnia Pacem & ſecuritatem habebunt. Omni vero tempore perpetuâ Pace & ſecuritate gaudebunt Canonici, Monachi, Presbyteri, Clerici, & omnes religioſæ perſonæ, conuerſi, peregrini, mercatores, Ruſtici, euntes & redeuntes, & in agriculturâ exiſtentes, & animalia quibus arant, & quæ ſemen portant ad agrum. Dominæ cum ſociis ſuis inermibus, & omnes fœminæ, & omnes res Clericorum & religioſorum vbique & molendina; Principibus autem, & Dominis terrarum iura ſua, & conſuetudines non contradicimus in terris ſuis. Eccleſiæ Saluitatem habeant

A *XXX. paſſuum circumcirca, monaſteria verò LX. Hæc verò vt firmius obſeruentur, Comites, Vicecomites, Barones, vniuerſum quoque Clerum in præſentiâ Epiſcoporum, populum in præſentiâ Clericorum, à ſeptem annis & ſupra, iuſiurandum præſtare præcipimus: Forma iuramenti talis eſt. Iurabunt ſe Pacem & Treugam Dei iuxta præſcriptum tenorem obſeruaturos, & violatores Pacis & Treugæ Dei perſecuturos, & quod de rapinâ nihil ſcienter emant. Quod ſi quis huic decreto contraire tentauerit in non iurando, vel in non perſequendo, ſeu in conductitias gentes vel*
B *raptores tenendo, aut fauendo, vel rapinam emendo, Princeps illius terræ & tota eius terra niſi debitam vindictam exſequatur, omni interdicto & excommunicationi ſubiiciatur, omni priuilegio perſonæ, & Eccleſiæ ceſſante. Excommunicati non ſalutentur, non tondeantur capita eis, non abluantur, in mappâ non comedant, neque ad aliam communionem Chriſtianam recipiantur, præter baptiſma paruulorum, & pœnitentias in fine. Princeps autem, & cuncti fideles noſtris obedientes mandatis, qui bonum Pacis ope & conſilio fouerint, & contra violatores Pacis fideliter decertauerint, & præſertim contra con-*
C *ductitias & peſtilentes gentes, ſi in verâ pœnitentiâ in hoc Dei ſeruitio deceſſerint, auctoritate Dei, & Domini Papæ, & Eccleſiæ vniuerſalis, omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent habituros. Ceteris verò qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum ſiue aliorum Prælatorum conſilium, ad eos decertauerint expugnandos, biennium de iniunctâ Pœnitentiâ relaxamus, aut ſi longiorem ibi moram habuerint, Epiſcoporum diſcretioni, quibus huius rei cura fuerit iniuncta committimus, vt ad eorum arbitrium maior eis Indulgentia tribuatur. Illos autem qui admonitioni Epiſcoporum*
D *in huiuſmodi parere contempſerint, à perceptione corporis & ſanguinis Domini iubemus fieri alienos. Epiſcopi verò ſiue Presbyteri qui talibus fortiter non reſtiterint, Officij ſui ſuſpenſione mulctentur, donec Apoſtolicæ Sedis miſericordiam obtinuerint.*

Ex hoc autem veteri inſtrumento obſeruandũ eſt, vt paucis exponamus quæ fusè & diſertè docet Vir Ill. Petrus de Marca l. 5. c. 14. Hiſt. Bearn. tum etiam l. 4. c. 14. de Cõcordiâ Sacerdotij & Imperij; huius Pacis & Treugæ exordium, vt ipſiſmet verbis eius loquamur, cœpiſſe à bellis priuatis, quæ Romanis Rempublicam tenentibus, per Gallias

& ceteras Europæ regiones graſſata ſunt. Tunc enim quiſque ſuam ſuorúmve iniuriam non in iure coram iudice, ſed ferro perſequebatur. His inimicitiis quas Faidas vocabant, leges Longobardorũ & Capitularia Regum modũ præſcripſerunt, cum ingraueſcente in dies malo, cædibus, deprædationibus & incendiis Reſpubl. vaſtaretur, & Gallicani Epiſcopi proſpicere curarunt, non extincto quidem prorſus nefando illo bellorum priuatorum vſu, ſed repreſſo tantum per inducias, quæ aliquot dies otioſos à cædibus redderent. Anno igitur M. C. XLIV. Epiſcopi, & Proceres Prouinciarum in Aquitaniâ primùm, deinde per reliquas Gallias, decreto ſuo priuatis bellis inducias indixerunt, ſub nomine *Treugæ Domini*; à Mercurij ſupremâ die, vſque ad diluculum diei Lunæ ſubſequentis à quibus abſtinendum erat; eâ lege, vt nemo ab inimico vltionem exigeret, nemo prædaretur, pœnâ capitis, aut exilio, aut excommunicatione in rebelles irrogatis. Huius inſtitutionis Rodulphus Glaber meminit, quam apertiſſimis verbis deſcribit, & Iuo Carnotenſis docet, decretas fuiſſe inducias iſtiuſmodi, non ſolùm ab Epiſcopis, quibus infractæ pacis illius cognitio commiſſa erat, ſed etiam à Proceribus, Comitibus & Baronibus cuiúſque diœceſeos, pars illius cognitionis competebat. Id patet imprimis ex Treugæ conſtitutione, quæ lata eſt in Angliâ & Normaniâ, ex conſenſu Epiſcoporum & Baronum à Guillelmo I. Rege an. 1080. apud Ordericum Vitalem, à Raimundo Berengario Comite in Barcinonenſi Comitatu 1060. Recepta autem ſunt & amplificata iſthæc decreta, à Concilio Claromontano ſub Vrbano II. an. 1095. à Romano ſub Paſchali II. 1102. à Lateranenſi ſub Innocentio 2. 1135. & ab altero Lateranenſi ſub Alexandro 3. 1180. Bella iſta priuata à Ludouico ſanctæ memoriæ Principe vetita quidem, ſed rediuiua Philippus IV. Rex conſtitutione ſuâ Toloſæ edita in perpetuum reſecuit anno 1303. Mentio habetur Guillelmi vſque ad 1168. quem præfuiſſe

1168\. 48. annis prodit Eccleſiæ Auſcenſis cartularium. Scripſit verò Epiſtolam ex quâ deprehenditur, quid in Canonibus Concilij Romani ſub eodem Paſchali Papâ celebrati conſtitutum fuerit; extat ea in collectione Conciliorum, quæ Pariſiis è Typographiâ Luparæ Regiis typis prodiit.

59\. GERALDVS DE LA BARTE ex antiquâ gente Bartanorum Dynaſtarum prope Comitatum Conuenarum ortus. Primùm Archidiaconus Auſcienſis, & ex Epiſcopo Toloſano ad hanc Metropolim aſcendit circiter an. 1170. Ad ſacrum deinde bellum in Paleſtinam proficiſcitur, cum Bernardo Lacarrano Baionenſi Præſule, copiis eò à Ricardo Rege Angliæ & Aquitaniæ Duce, miſſis Præfectus 1190. vt commemorat Rogerius Houedenus Hiſtoricus Anglus. Deceſſit Geraldus in iis partibus, ex monumentis Eccleſiæ Marſilliacenſis. Eiuſdem generis fuit Arnaldus Guilielmus Bartanus Epiſcopus Lactorenſis & Albienſis.

LA BARTE. D'or à quatre pals de gueulles.

1170\.

1190\.

60\. BERNARDVS II. nominatur in diplomate confirmationis Gaſtonis Vicecomitis Bearnij pro libertatibus Abbatiæ Siluæ maioris, & donationibus Petri Gauarretani Vicecomitis, quod è chartario Palenſi relatum eſt lib. 5. cap. 28. Hiſt. Bearn. his verbis: „GASTO Vicecomes Bearnenſis & Gauarretanus, Comes de Bigorrâ, & Vicecomes de Marſan, BERNARDO AVXITANO ARCHIEPISCOPO, & omnibus Epiſcopis terræ ſuæ, Abbat. Baronibus, Iuſtitiis, militibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, ſalutem in perpetuum. Sciatis quòd ego Gaſto Vicecomes veniens ad Siluam maiorem, amore Dei & Sanctæ Mariæ iuraui libertatem, & ſaluitatem ipſius Eccleſiæ, & villæ, & ſecuritatem omnium hominum, & rerum cunctarum, quæ ad monachos pertinent vbique, & conceſſi, & confirmaui Deo & S. Mariæ, & Beato Giraldo Siluæ maioris primo Abbati, & monachis ibidem Deo ſeruientibus, totum quidquid prædeceſſores mei Gauarretani Vicecomites, videlicet Petrus cognominatus Sorguers, proauus meus & ceteri Vicecomites Gauarretani conceſſerunt, tertiam ſcilicet partem omnium reddituum qui ratione pedagij vbicúmque pro Gauarreto recipiantur &c. Infra: Conceſſi etiam Eccleſiam cum Stiuariis & appendiтiis, & decimam totam ex integro, ſicut ſupradictus proauus meus eam conceſſerat, cum aſſenſu videlicet & voluntate GVILIELMI tunc Archiepiſcopi AVX. volente quoque hoc idem atque con-

„ firmante Petro Adurenſi Epiſcopo, in
„ cuius Epiſcopatu tunc erat nominatus
„ locus de Gauarreto, qui etiam eidem
„ Eccleſiæ contulit in perpetuum, quid-
„ quid in eâ iuris habebat, præter pro-
„ curationem ſibi ſemel in anno debi-
„ tam, & Capellanorum pręſentationem.
„ Conceſſi quoque eidem Eccleſiæ cal-
„ cadariam iudiciariam cum marmore,
„ ita quod in toto Archidiaconatu non
„ habeatur niſi ibi tantummodò. Infra:
„ Hanc conceſſionem ceu confirmatio-
„ nem, ego Gaſto Vicecomes feci apud
„ Siluam maiorem in capitulo, aſſiden-
„ tibus Dominis Epiſcopis Bernardo O-
„ lorenſi & Sancio Anerij. Teſtes ſunt
„ Arnaldus Guilhelmi de Marſiano, Odo
„ de Cadalon, Garſias Arnaud de Na-
„ uailhas, Arnaldus de Codaraſa & alij
„ plures. Factum eſt hoc an. Incar. verbi
1181. „ 1181. indict. 14. epactâ 3. concurrente
„ 3. cyclo decem nouennali 4. fer. 5.
„ Idus Febr. Philippo rege Francorum
„ regnante 2. an. regni ſui, Ricardo filio
„ Henrici regis Anglorum Ducatum A-
„ quitaniæ obtinente. Signum Gaſto-
„ nis Vicecomitis.

Poſteà verò cùm de huius BERNARDI Auſcitani Archiep. vitæ &
morum fœditate ad Apoſtolicam Se-
dem delatum fuiſſet, hunc Innocen-
tius 3. Papa Regiſt. lib. 2. epiſt. 32. mo-
nuit vt cum ſuſcepto muneri impar,
eique gerendo minus idoneus ſit, ſpon-
tè Pontificatu ſe abdicet; ni pareat,
alium ſe in eius locum ſuffecturum de-
1214. nuntiat. Demùm an. 1214. idem In-
nocentius aliâ ep. numero 5. lib. 4. ex-
poſtulante de Antiſtitis vitâ & peruer-
ſis motibus Canonicorum Collegio,
ad Archiep. Burdegalenſem, atque A-
gennenſem Præſulem de his ſcribens,
poſt narrata quæ in eâ cauſâ geſta eſ-
ſent, eoſdem cum Cœnobiarchâ Clara-
cenſi delegat, vt diligenti factâ inqui-
ſitione ſicut iuſſerat, ſi inuenirent ali-
quid eum commiſiſſe quod ad depoſi-
tionem ſufficeret, in eum ſententiam
depoſitionis proferrent; ſin verò accu-
ſatores deficerent, nihilominus ob fre-
quentes clamores qui contra ipſum ad
Sedem Apoſtolicam delati eſſent, ei
purgationem Canonicam pro more de-
ferrent, cum quintâ manu, hoc eſt vt
loquitur quiſque vicinorum Epiſco-
porum teſtimonio, qui eius conuerſa-
tionem nôſſent; quam purgationem ſi
præſtare negligeret, alium loco eius
Bernardi in Eccleſiâ Auxitanâ ſubſti-

A tuerent Pontificem. De quâ re legen-
dus eſt quoque eruditiſſimus Henricus
Spondanus Appamiarum Epiſcopus
Annal. Tomo 1.

61. GARSIAS DE LORT ſiue DE De Lort.
HORTO II. Sedem Pontificiam ge-
rebat annis 1216. & 1222. declaratus 1216.
fuit executor teſtamenti Vicecomitis
Bearnenſis, cum Epiſcopo Bigorritano
aliiſque, vbi plura Eccleſiæ Auſcenſi
legata conceſſit, vt fidem faciunt co-
dicilli eius teſtamenti XIII. Kal. Mar-
tij an. 1223. quod in antiquis membra- 1223.
nis cartarij Eccleſiæ Tarraconenſis in
B Hiſpaniâ obſignatum, hoc modo deſ-
cribitur Hiſt. Bearn. lib. 6. cap. XXVIII.

*EGO Guillelmus Raymundi de Monte-
catano Vicecomes Bearnenſis facio manife-
ſtum vniuerſis præſentibus & futuris, quod
cum aſſumpto charactere veræ Crucis, de
manu Domini Papæ, pro grauibus & plu-
ribus exceſſibus meis, tenerer in partibus
transmarinis, cum certo numero armato-
rum per quinquennium Domino famulari,
peregrinatione nondum inchoatâ, in ægri-
tudine conſtitutus, compos meæ mentis exi-
ſtens, pro meorum & progenitorum meo-
rum remedio peccatorum, in recompenſatio-
ne peregrinationis ad quam tenebar, de
C Concilio venerabilium Patrum & chariſ-
ſimorum amicorum G. Dei gratiâ AR-
CHIEP. AVX. & A. Epiſcopi Bi-
gorritani, & P. Abbatis Cluniacenſis, con-
tuli atque dedi pro me, & ſucceſſoribus
meis, Domino Deo, & B. Mariæ, &
hoſpitali Ieroſolimitano, ac militiæ Tem-
pli fratribus & domibus, locum de Maza-
ro, vbi quondam egregium caſtrum fuit,
& quidquid in territorio, vel honore eiuſ-
dem habebam, vel habere debebam, ibi-
dem centum & amplius ruſticorum caſalia
aſſeruntur, totum ſiue cultum, ſiue incul-
tum ſit, cum omni iure ad me in ipſo ter-
ritorio, vel dominio pertinente, ab eiſdem
D fratribus perpetuo liberè poſſidenda; exce-
ptis decimis, & aliis iuribus Eccleſiaſti-
cis, ad Eccleſiam Dei pertinentibus, quæ
omnia conceſſi, reſtitui, & donaui pro &
ſucceſſoribus meis, Eccleſiæ Auxienſi in
perpetuum; excepto inde etiam pedagio
viatorum. Hanc donationem in puram
eleemoſinam feci liberè & abſolutè Deo,
& B. Mariæ & prædictis hoſpitalis, &
Templi fratribus, & domibus; & abſque
omni retentione, illum iam dictæ heredi-
tatis ſucceſſorem perennem conſtituens &
hæredem, cuius gratia mihi conceſſa fue-
rant, quæ habebam. Vnde volens ſine mo-*

riar ſine vinam, præfatam donationem robur obtinere, de prædictæ hæreditatis donatione, nominatos patres loco hoſpitalis & Templi inueſtiui liberaliter & deuotè. Præterea, hoc declarari cupio vniuerſis, quod de patrum concilio prædictorum, pro ſalute animæ meæ & parentum, cupiens tranſeuntium grauamina remouere, pedagium ſupra dictum, vel guidagium, & quidquid à mercatoribus vel viatoribus nomine caſtri de Mancied, vel honoris iam dicti, à me vel anteceſſoribus meis exigi conſueuit, remitto plenariè atque quito. Volens firmiter prohibendo, ne de ceterò aliquid à viatoribus exigatur, ſed vniuerſè liberi tranſeant viatores, ab omni exactione liberi atque tuti. Ad hæc adieci nomine teſtamenti, quod ſi contingat me de hac vitâ tranſire, omnes prouentus terræ meæ, (exceptis Elſo & Demul, quæ tradidi & obligaui Domino Archiepiſcopo memorato, in ſolutionem debiti quo ei tenebar à nouem millium ſolidorum Morlanorum ab ipſo tenendâ pacificè & quietè, quouſque de prouentibus eorumdem totum debitum ſit ſolutum) cedant in ſolutionem aliorum debitorum meorum, vſque ad aduentum Guillermi filij mei; Et ex quo venerit, omnibus redditibus terræ meæ computatis, medietas eorumdem cedat in ſolutionem debitorum meorum; quibus ſolutis eadem medietas per biennium in eleemoſynâ pro meæ remedio animæ expendatur. Prædictam autem ſolutionem & eleemoſynam volo fieri ad arbitrium dictorum Patrum Archiep. Aux. & Epiſcopi Bigorritani, & ſi ipſi, citra prædictæ ordinationis conſummationem, viam ingrederentur vniuerſæ carnis, fiat ad arbitrium Laſcurrenſis & Olorenſis Epiſcoporum. Volo etiam & ſtatuo, quod heres, & alij qui ſunt pro tempore ſucceſſuri, præſtent iuramentum pacis Archiepiſcopo Auxit. prout in Reſcripto Apoſtolico continetur, quod ego me recognoſco præſtitiſſe. Adijcio etiam atque mando, quod Guillermus filius meus, villam S. Martialis, quam ego contuli Eccleſiæ Taraconenſi eidem Eccleſiæ reſtituat & faciat eam pacificè poſſidere; & ſatisfaciat eidem de redditibus quos ipſi Eccleſiæ abſtulit violenter &c. Paci quoque terrarum intendere cupiens diligenter, firmaui pacta & fœdera treugarum, pro me & hæredibus meis firmiter obſeruanda, inter me & terram meam & Comitem Bigorræ & terram ſuam, & inter me & terram meam & Comitem Armaniac. Eaſdem treugas Dom. Archiep. Auxit. pro Comite Armaniac & Epiſc. Bigorræ pro Comite Bigorræ firmantibus bonâ fide, & promittentibus inuiolabiliter obſeruandas, aut emendandas prout emendari ſolent treugæ violatæ. Adieci etiam, quod teſtamentum bonæ memoriæ fratris mei Gaſtonis Vicecomitis Bearnenſis integrè obſeruetur; Et libertates & alia dona quæ Eccleſiis & domibus religioſis conceſſit, perpetuam obtineant firmitatem. Et ad prædicta obſeruanda hæredem meum & ſucceſſores volo & ſtatuo obligari. Denique patribus antedictis Archiep. Aux. & Epiſcopo Bigorræ, & Nobilibus viris & fidelibus meis R. G. de Nauales. G. Od de Andons. R. A. de Caudarasâ, meum committo per omnia teſtamentum; Supplicans, quod ſi hæres meus vel aliquis ſucceſſorum huic teſtamento in aliquo præſumpſerit obuiare, Prælati per cenſuram Eccleſiaſticam & Nobiles ad obſeruationem ipſum cogant. Hæc omnia feci & legaui Anno ab Incarnat. Domini M. CC. 1223.
XXIII. decimo tertio Kal. Martij apud Oloren. præſentibus teſtibus, & ad hoc vocatis Patribus prælibatis.

62. AMANEVS I. Gregorij IX. Pont. amiciſſimus, hanc Eccleſiam ad-
miniſtrauit an. 1227. Hic vnà cum Epiſ- 1227.
copo Conuenarum, aliiſque Antiſtitibus ac Procetibus Vaſconiæ, ordinem Militum fidei ac Pacis inſtituit contra bonorum Eccleſiæ direptores, atque ab Honorio 3. Papâ confirmari curauit, vt patet ex reſcripto eius, quod extat in 5. compilatione Decretalium. Eo
Præſule adnitente 1232. Boſo de Ma- 1232.
ſtas, Petronillæ Conuenenſis maritus, tranſegit in manibus Comitis Toloſani, & Amaneui de Lebreto, pro iuribus hæreditatis domus Conuenenſis. Eadem Petronilla Comitiſſa ſcriptis teſtamenti tabulis apud Vic de Begorre
menſe Februario 1239. Amaneuo, qui 1239.
propter eius negotia multas impenſas fecerat, aſſignauit omnes redditus ſuos de Banheres, eò quòd Guilielmo anteceſſori in Sede Auxitanâ ſub onere quinque millium ſolidorum tenebatur. Concilium autem Prouinciale coëgit Amaneuus contra Albigenſes
hæreticos, & inde eius fit mentio vſ- 1244.
que ad annum 1244.

63. HVGO DE PARDAILLAN Epiſcopus Bigorrenſis ſeu Tarbienſis Amaneuo mortuo, à Collegio Canonicorum Beatæ Mariæ Auſcienſis, primò in Vicarium ipſius Collegij, deinde in Archiepiſcopum eligitur: eodem an- PARDAILLAN.
no 1244. fuerit conſecratus nec ne 1244.
haud conſtat; certè prætermiſſum eſt

eius nomen in diptychis cartophilacij
Rubei Capituli.

Maslac. 64. Hispanvs Maslac quem de
Massanis cognominat cartularium
vetus Auxitanum, præfuir eidem Ec-
1245. cleſiæ ab an. 1245. ad annum 1261.
Fuit is acerrimus deffenſor iurium Ca-
thedræ Pontificiæ, qui Armaniaci Co-
mitem Eccleſiæ Auſcienſis feudata-
1261. rium ad clientelæ hominium adegit.
Memoratur etiam in veteri placito
Parlamenti Pariſienſis, in feſtiuitate
omnium Sanctorum an. 1292. de Re-
galiâ Auxitani Pontificatus, quod pro-
fert Renatus Chopinus libro 2. Mo-
„ naſticon hoc verborum tenore. Viſâ
„ informatione factâ ſuper homagio, pro
„ temporali Eccleſiæ Auxitanæ facien-
„ do, repertum eſt per teſtes, dictum ho-
„ magium à quondam Archiepiſcopo
„ Auxitano, Regibus Francis factum
„ eſſe, & Dominum Hispanvm,
„ quondam Archiep. Ludouicum Re-
„ gem Franciæ requiſiuiſſe, tanquam
„ Dominum temporalem, quod Eccle-
„ ſiam Auxitanam, fundatam & dota-
„ tam à Clodoveo. Rege Franco-
„ rum, iuuaret & defenderet ſicut tene-
„ batur. Item quòd Arnaldus de Ar-
„ maniaco, fecit homagium Hispano
„ Archiepiſcopo pro Comitatibus Ar-
„ maniaci & Feſenſiaci, & de iis loquen-
„ dum eſt Domino Regi.

Armagnac. D'argent au Lyon de gueulles.

65. Amanevs d'Armagnac II.
filius Rogerij Vicecomitis Feſenſa-
guelli, & frater Geraldi huius nomi-
nis Quinti Armaniacenſis & Fidentia-
cenſis Comitis: ex Canonico Toloſa-
1262. no fit Archiepiſcopus Auſcienſis 1262.
Anno verò 1268. apud Montem Mar-
tianum præſens fuit, cum aliis Vaſco-
niæ Epiſcopis, ſolemni emancipationi
Gaſtonis Vicecomitis Bearnenſis, pro
matrimonio contrahendo, inter Ema-
nuelem & Conſtantiam eiuſdem Vi-
cecomitis primogenitam, quod tamen
1268. effectu caruir. Eodem anno Pacis or-
do collapſus ipſo procurante reſtitui-
tur, & à Clemente 4. Papâ confirma-
tur, cui Bullam inſcripſit Pontificatus
ſui an. 3. Ex tabulario Palenſi diſcitur,
Amaneuum interfuiſſe in vrbe Tar-
1284. bienſi 1284. cum Seneſcallus Vaſco-
niæ Comitatum Bigorritanum è mani-
bus Eduardi Regis Angliæ accepit, in
diſſidio inter Conſtantiam & Loram
Vicecomitiſſam Turenæ. Porrò ad
hunc Metropolitanum, Laſcarienſis
A Epiſcopi querela defertur, Rogerio
Bernardo Fuxenſi Comite, redditus
Eccleſiæ ſuæ inuadente, quâ in causâ
Prouinciale Concilium congregat, vbi
excommunicati declarantur Comes &
Comitiſſa niſi reſipiſcant; eiſque de-
cretum intimarunt, Præſules Oloro-
nenſis & Tarbienſis, cuius Synodi Ca-
nones MS aſſeruantur in archiuis Ec-
cleſiæ Auſcienſis & ſic incipiunt:

NOTVM ſit quod an. M. CC. XC. die 1290.
ſabbati proximâ poſt feſtum Aſſumptionis
B. Virginis, nobis AMANEO Dei gra-
tiâ Archiepiſcopo AVXITANO, aſſi-
B *ſtentibus apud Nugarolium in Concilio*
Prouinciali cum venerabilibus fratribus
noſtris, Conſeranenſi, Oloreuſi, Tarbien-
ſi, Laſcurrenſi, Adurenſi & S. Quite-
ria Epiſcopis, & Vicario Eccleſiæ Conue-
nenſis Sede vacante, & procuratoribus
aliorum Suffraganeorum Eccleſiæ Auxi-
tanenſis, & Abbatibus Peſſani, Reulæ,
Syluestrenſis, & pluribus Prioribus ſuis or-
dinatum; Quod ſuper ſpoliatione factâ
præfato Epiſcopo Laſcurrenſi, moneatur No-
bilis vir Comes Fuxi, & vxor eius in Bear-
nio, per Tarnienſem & Olorenſem Epiſco-
pos, infra quindecim dies poſt monitionem
iſtam reſtituant dicto Epiſcopo Laſcurren-
C *ſi ciuitatem Laſcurrenſem, caſtra, loca &c.*
alioquin excommunicationis ſententiâ ſint
ligati. Statuta quamplurima, & aliæ
ordinationes ibidem conſcriptæ ad-
uerſus ſortilegos, inuaſores bonorum
Eccleſiaſticorum & libertatis Eccle-
ſiaſticæ infractores. Synodum aliam 1303.
Prouincialem conuocauit apud Nu-
garolium in Armaniaco, cui interfue-
re Suffraganei Epiſcopi an. 1303. nec
non duas alias in vrbe Auſcienſi 1304.
die Martis ante feſtum cathedræ S. Pe-
tri, & ſexto Kal. Decemb. 1308. Tan- 1308.
dem Concilium ſecundum Nugarolij
celebrauit 1316. in quo aderant Aquen- 1316.
D ſis, Vaſatenſis, Laſcurrenſis, Olorenſis,
& Baionenſis Epiſcopi, Augerius de
Caudâ-raſâ Vicarius Generalis Tar-
bienſis, aliique Abbates: ex quibus pa-
tet eum Metropolitam fuiſſe diſcipli-
næ Eccleſiaſticæ aſſertorem vigilantiſ-
ſimum. Ad extremùm ob decrepitam
ætatem, adiutorem & ſocium in mune-
re Archiepiſcopali ſibi allegit Guiliel-
mum Cunabienſem Epiſcopum, &
cum rexiſſet Eccleſiam 57. annis, die- 1318.
bus 15. fato ſuo conceſſit an. 1318.

66. Gvillelmvs de Flava- Flava-
covrt Rotomagenſis diœceſis, ex covrt.

pago Velocaſſino Guillelmi de Flaua- A
curiá filius. Primò Viuarienſis Epiſco-
pus fuit, & iam-tum erat Carcaſſonen-
ſis Antiſtes, cum prolatâ poſt Amane-
ui mortém per aliquot annos noui Præ-
1320. ſulis electione, Canonicorum ſuffra-
giis euocatur; conſtitutiones Synodi
generalis Auxitanæ apud Marſiacum
8. Dec. 1320. publicandas indixit, &
1323. circa an. 1323. Pontificatus poſſeſſio-
nem præſens adipiſcitur, eodémque
anno Kal. Maij frequenti Collegio Ca-
nonicorum, de Eccleſiæ illius rebus ex
fide procurandis & pro virili promo-
uendis, ſolemne ſacramentum præſtat.
Nominatur autem in teſtamento Re-
ginæ de Goto Armaniacenſis Comitiſ-
1325. ſæ 1325. & dedicat Eccleſiam S. Iacobi
Pauperum in vico Dionyſiano Lutetiæ
1326. 18 Maij 1326. & altare Capituli Car-
tuſiæ Pariſienſis 13. Auguſt. 1332. At
verò cum Auxitani Præſules debitum
Regi Chriſtianiſ. fidelitatis obſequium
præſtare detrectaſſent, Senatus Pari-
ſienſis placito iudicatum eſt, Archie-
piſcopum de cæterò teneri fidelitatem
Regi iurare ratione temporalitatis ſuæ
1327. 1327. Iunij XI. Concilium Prouinciale
Auxitanum coëgir, vt patet ex ſequen-
ti Eccleſiæ Auſcenſis tabulario.

» GVILLELMVS permiſſione diuinâ
» Archiepiſcopus AVXITANENSIS,
» G. Lectorenſis, G. Tarbienſis, A. Olo-
» renſis, B. Bajonenſis & G. Adurenſis
» Epiſcopi, præſentibus Raimundo Cle-
» rici Officiali Guillelmi Conuenenſis
» procuratoris eiuſdem, Arnaldo Falcau-
» di procuratoris Epiſcopi Aquenſis,
» Bernardo electo Monaſterij Reulæ
» procurat. Laſcurrenſis, Viuiano de Ru-
» peforti Conſeranenſis, &c. Dominis
» Abbatibus de Simorrâ, de S. Sabino,
» de Taſquâ, de Regulâ, de Luco, apud
» Marciacum Concilium celebrantes
» Prouinciale. Attendentes horrendum
» ſcelus, commiſſum in perſonam bonæ
» memoriæ Domini Aneſſancij quon-
» dam Epiſcopi Adurenſis, quem meur-
» tro nefandiſſimo in inſidiis prope Nu-
» garolium occiderunt. Item quod
» Theobaldum & Manaldum de Barbæ-
» ſano fratres Guillelmi de Moncade,
» Arnaldum Dominum de Motlanâ ma-
» lefactores, &c. Acta fuerunt in Eccle-
» ſiâ B. Mariæ de Marciaco diœceſis
1330. » Auxitanæ XI. Nouemb. an. 1330. Eiuſ-
dem GVILLEMI mentio habetur in
cartulario Regio Pariſienſi 1334. Anno
1337. quoque 1337. functus eſt Vicarij Regij
A munere in Aquitaniâ, Galliáque Nar-
bonenſi: & 1342. Capellanorum Ec- 1342.
cleſiæ ſuæ numerum octo aliis inſtitutis
auxit, aſſignato vnicuiq; eorum de ſuo
idoneo victu. Curam huius Metropolis
geſſit ad annum vſque 1356. quo de- 1356.
mum menſe Decembri ad Rhoroma-
genſem Pontificatum tranſlatus eſt.

67. ARNALDVS AVBERT Le- AVBERT.
mouicenſis, Innocentij VI. Rom. Pont.
nepos & Camerarius, natus in vico
Montium iuxta Pompadorium ca-
ſtrum: (non ex illuſtri familiâ de Al-
breto vt quidam putant.) Is admini-
B ſtratis Agarhenſi, deinde Carcaſſo-
nenſi Epiſcopatibus, demùm Auſcen-
ſem Pontificatum adeptus eſt 17. Kal.
Februar. 1356. Præbendariorum ſtato 1356.
numero nouem alios adiunxit, Con-
cilium Prouinciale conuocauit 1364. 1364.
& caſtrum de Baſſoa in Eccleſiæ ſuæ
fundo condidit, Templi primarij Dei-
paræ Virginis inſtaurationem aggreſ-
ſus tandem vitam cum morte commu-
tauit 3. Idus Iunij 1371. in Borbonio 1371.
vico Auenionenſis diœceſis poſt ſedem
annorum 15. menſium 6. Porrò à non-
nullis, puta Ciacconio in Hiſtoriâ Car-
C dinalium, perperam hîc inſeritur *Ar-
naldus Bernardi de Montemajori*, quem
ex Archiepiſcopo Auxitano & Patriar-
châ Alexandrino, Cardinalem crea-
tum refert ab Vrbano V. 1368. ac obijſſe
Viterbij 1369. ſepultúmque apud Mi-
nores, ex Regeſto eiuſdē Pontificis; at
ipſi omnino refragantur Auſcienſes ta-
bulæ, quæ de illo ſilent, tum etiam
Acta Conſiſtorialia Vaticani.

68. IOANNES ROGER II. Le- ROGER.
mouix, Guillelmi Rogeri Domini de D'argent à
Roſiers ex Mariâ de Chambon filius, la bande
frater Clementis VI. Papæ, Hugonis d'azur, ac-
D Card. Epiſcopi Ruthenenſis, ac Guil- compagnée de ſix roſes
lelmi Rogerij Comitis Belli-fortis, ex de gueulles.
quo Vicecomites Tutenæ. Præſul
Auſcenſis renuntiatur 1371. ſed de hu- 1371.
ius Cardinalatu, vt placet Chenutio,
nulla memoria exſtat in ſcriniis Ro-
manis; Quatuor annis & duobus men-
ſibus, Pontificium munus in hâc Ec-
cleſiâ geſſit, ac ſubinde à Gregorio XI.
Pont. Max. nepote, ad Narbonenſem
traducitur 1374. ex libro obligatio- 1374.
num Curiæ Romanæ.

69. PHILIPPVS D'ALENÇON I. ALENÇON.
Regio Francorum ſanguine natus, pa- D'azur ſe-
rentibus Carolo II. Alençonij & Car- mé de fleurs

de Lys d'or à la bordure de gueulles, chargée de 8. besans d'argent.

notenſium Comite, & Mariâ Hiſpanâ A de la Cerdâ; ſuſceptus è fonte ſacro à patruo Rege Philippo Valeſio. Qui primùm Epiſcopus Beluacenſis, mox Rotomagenſis Archiepiſcopus, pòſt Ieroſolymitanus & Aquileienſis Patriarcha, atque in Cardinalium Collegium euocatus ab Vrbano VI. Pont. Max. tandem Sabinus, Oſtienſis ac Veliternenſis Epiſcopus Sacri Collegij Decanus euaſit, Vicarius etiam generalis Romanæ Sedis in patrimonio, Tuſciâ, Vmbriâ & Peruſiâ, ſummâ cum auctoritate conſtitutus; variis legationibus in Italiâ functus eſt. At tranſlato Narbonam Ioanne Archiepiſcopo B deceſſore, huius Eccleſiæ adminiſtrationem à Gregorio XI. Papâ accepit

1374. 1374. Septemb. 27. factus Commendatarius Auſcenſis Cathedræ, vt ferunt Obligationum libri. Sed mortuo Gregorio Clemens VII. Antipapa à pleriſque Cardinalibus in eius locum ſubſtitutus, breui Philippum noſtrum, quaſi Vrbani VI. veri Pontificis aduerſarij ſui partibus addictum, ab illâ procuratione dimouit, poſt regimen annorum 4. & ferè ſex menſium, vt habet cartularium Auxitanum; atque idem cum fuiſſet à munere iſto ſpoliatus, à C Bonifacio IX. reſtituitur, & demum ad Oſtienſem Epiſcopatum euectus 1392. Romæ moritur 1397. Cal. Sept. 18. ſepelitúrq; in Sanctâ Mariâ Trans-Tyberim, marmoreo tumulo ſuper aram ab ipſo conſtructam, vbi legitur ipſius Epitaphium de quo in Rotomagenſibus.

Flandrin
De à la faſſe de. 2. roſes en chef 1. en pointe

70. Ioannes Flandrini III. diœceſis Viuarienſis, Decanus Laudunenſis & Epiſcopus Carpentoratenſis, anno 1379. menſe Maio, ſiue 14. Nouembris, Archiepiſcopi dignitatem (ad

1379. quam iam ante 1371. Canonicorum ſuffragiis accerſitus fuerat, vt colligitur D ex citato Regeſto Obligationum Vaticani) Clemente VII. Pſeudo-Pontifice concedente aſſequitur. Anno 1383. nouas conſtitutiones promulgauit rei Eccleſiaſticæ promouendæ opportu-

1383. nas. Illum verò Ciacconius nominat Epiſcopum Sabinenſem, ſed de hoc nulla apud Vghellum mentio: creatus Cardinalis ab eodem Clemente, Belcarij ſub tit. SS. Ioannis & Pauli de

1390. Pammachio 1390. menſe Octobri. Poſteà Benedicto XII. dicto XIII. adhæſit, quem à Collegio ſuo deſertum & damnatum nunquam reliquit, ſed in eius obedientiâ ante Concilij Conſtantienſis ſententiam obijt 1391. anno ſedis XI. 1391.

Armagnac.
Ecartelé au 1 & 1. d'Armagnac, au 2. & 3. de Rodez.

71. Ioannes d'Armagnac IV. Ioannis Secundi Comitis Armaniacenſis filius naturalis, Ioannis III. & Bernardi Franciæ Conſtabularij frater; à Clemente 7. procurationem Eccleſiæ Auſcienſis accepit an. 1391. extincto Ioanne Flandrini. Inter Regis Caroli 1391.
VI. ſanctioris Conſiſtorij Conſiliarios nominatur 1401. Fuit etiam is fautor 1401.
Petri de Lunâ aliàs Benedicti XIII. Antipapæ, quocirca Innocentius VII. in mandatis dedit Burdegalenſi Archiepiſcopo, Agennenſi Antiſtiti, & Abbati Clairacenſi, vt Ioannem à Pontificatu deponerent, ſed irrito conatu ob magnam potentiam Armaniaci, qui Petrum ſæpius inuiſere conſueuerat apud Perpinianum in Comitatu Ruſcinonenſi. Eum ibidem è vitâ deceſſiſſe 1408. die Octobris 8. ex argumen- 1408.
to quorumdam Eccleſiæ illius monumentorum creditur, in quibus tamen num per errorem annus 1408. pro 1409. annotatus fuerit, neſcimus. Ciacconius enim vt ait Oihenartus Ioannem Armaniacum inter Cardinales à Benedicto 1409. creatos numerat, atque fuiſſe Archiepiſcopum Rotomagenſem; quam ſententiam vtcúmque confirmat Author Chronici MS. Eccleſiæ S. Andreæ Burdegalenſis, qui eo ſæculo viuebat; Hic enim ſcribit Gregorio XII. Pont. Max. Rotomagenſi Eccleſiæ fratrem naturalem Comitis Armaniacenſis præfuiſſe; qui æmulum paſſus eſt Ludouicum de Haricuriâ, confirmatum Archiep. Rotomagenſem auctoritate Concilij Eccleſiæ Gallicanæ pendente neutralitate 1408.

Gvilhot.

72. Berengarivs Gvilhot diœceſis Caſtrenſis ſiue Albigenſis alumnus, vir doctus, Vicarius Generalis Auſcienſis, cum Ioannes de Armaniaco in aſſiduo comitatu Pſeudo-Benedicti eſſet, eligitur à Canonicis 3. Nouemb. 1408. ætatis anno 70. confirma- 1408.
túrque proximâ die X. menſis Decembris ab eodem Antipapâ, tunc Perpiniani degente, cui in ſchiſmate fauit. Conſecratus Archiepiſcopus 20. die Ianuarij; delati tamen muneris poſſeſſionem neque vacuam nactus eſt, neque integram habuit: Quippe *Petrus* quidam auctore Gregorio XII. aduerſæ Benedicto factionis Pontifice, eamdem

eamdem Cathedram vſurpans, quid- A
quid in ditione Regis Galliæ & Fuxi
Comitis, ad ius Archiepiſcopi Auſ-
cienſis pertinebat, compendij ſui fe-
cit. Vigente autem adhuc ſchiſmate,
de nouâ erectione Epiſcopatus in vr-
be Mirandæ Comitatus Aſtaracenſis
actum eſt, Bermundo Comitis Aſtaraci
filio naturali ad hoc miniſterium deſi-
gnato; ſed Berengarii prudentia
id auertit, qui Archiepiſcoparum ſuum
Philippo tranſmiſit, ac ſedit annis ſep-
tem aut circiter, vt conſtat ex tabulario
Auxitano.

Levis.
D'or a trois cheurons de gueulles.

73. Philippvs de Levis ii.
Cardinalis Arelatensis, ex A- B
gathenſi, ad Pontificatum Auſcenſem
à Martino v. Pont. Max. traducitur.
Concilio Baſileenſi interfuit, & graui
diſcordiâ cum Aſtarenſi Comite ob
patrimonia Archiepiſcopatus conten-
dit: transfertur deinde ad Sedem Ar-
chiepiſcopalem Titularem Tyrenſem,
eiuratâ prius Auſcienſi in gratiam ne-
potis, aſſumptúſque eſt ad Metropo-
1462. litanam Areſatenſem anno 1462. vt
dictum eſt in ſerie Archiepiſcopo-
rum.

Levis.
Comme cy-deſſus.

74. Philippvs de Levis iii.
fratris filius 1454. Cal. Aprilis, patrui C
ceſſione de Eccleſiâ Auſcienſi, eodem
1454. anno Nicolaus v. Papa ratam habuit:,
ex Actis Conſiſtorialibus Vaticani, in
quibus vocatur electus Auxitanus. Sed
eidem Philippo relictam à patruo Pon-
tificatus illius poſſeſſionem vſurpanti,
interceſſit Collegium Canonicorum,
quod de integro in ſequentem Præſu-
lem ſuffragia contulit.

Armagnac Lescvn.
Au 1. & 4 d'argent au Lion de gueulles, qui eſt Armagnac, écartelé de gueulles au Lion leopardé d'argent, qui eſt Rodez. Au 2 & 3. d'argent à la croix patée de gueulles, qui eſt Comings, à la cottice de ſable poſée en barre.

75. Ioannes d'Armagnac v.
cognomento de Lescvn. Ioannis 4.
Comitis Armaniaci filius, & Ioannis v.
ac Caroli Comitum Armaniacenſium
frater naturalis; Hic iam diu à Cano- D
nicis electus in deſertam à Philippo
Leuio Sedem inducitur, & confirma-
tur menſe Martio 1462. de quâ tamen
is anteà authoritate Caroli vii. Gallia-
rum Regis, qui Philippo fauebat, de-
iectus fuerat. Obiit 5. Kal. Sept. 1483.
Fratrem habuit Ioannem Armaniaci
nothum, Comitem Conuenarum, Leſ-
cuni Dynaſtam, Aquitaniæ & Delphi-
natus Proregem, Franciæque Mareſ-
callum Ludouico xi. Rege; ambóque
propatrui fuêre Georgij Cardinalis
1462. Armaniaci, nominis celebritate vbi-
que conſpicui.

Savoye.
D gueulles a la croix pleine d'argent.

76. Franciscvs de Savoye
i. Ludouici Ducis Sabaudiæ & Annæ
Cypriæ filius, Epiſcopus Geneuenſis,
Abbas Alpium, S. Phardæ & S. An-
dreæ de Vercellis, ac Præpoſitus S. Ber-
nardi Montiſiouis, Ioanni Armaniaco
ſucceſſit 1483. 20. Octobris vt habent 1483.
Regeſta Vaticani. Præſul fuit doctri-
nâ excultus & doctorum amantiſſimus,
qui à Blancâ Monferratenſi Caroli
Ducis viduâ, & filij Caroli Ioan. Ame-
dei tutrice vocatus, vt Ducis proximas
vices Philippo fratre Brixiæ Principe
reclamanre cum eâ gereret. Deceſſit
1490. 5. Non. Octob. aliis menſe Sept. 1490.
vel ſequenti anno menſe Maio, vt ha-
bet Philibertus Pingonius in Arbore
gentilitiâ Ducum Sabaudiæ, & libro
Auguſtæ Taurinorum, vbi ſepultus eſt
Franciſcus in ſancti Ioannis Eccle-
ſiâ.

La Tremoille.
Ecartelé au 1. & 4. d'or au cheuron de gueulles accôpagné de 3. Aigles d'azur, membrez & becquez de gueulles. 2. en chef 1. en pointe, qui eſt la Tremoille. Au 2. pallé d'or & de gueulles de ſix pieces, qui eſt d'Amboise. Au 3. d'or ſemé de fleurs de Lys d'azur, au franc carrier de gueulles, qui eſt Thovars.

77. Ioannes de la Tre-
moille vi. Cardinalis tituli S. Mar-
tini in Montibus, Adminiſtrator Pi-
ctauienſis, Abbas S. Benedicti Floria-
cenſis, & B. Mariæ de Granarariâ; Do-
minus de Luçon, de Doué, de la Baſſe-
guerche, de Bournezeaux & de l'Iſle
de Nermontier. Nobiliſſimâ & anti-
quiſſimâ familiâ, Ludouico Tremolio
i. Vicecomite Thoarcij, Talemundi
Principe, ex Margaretâ Ambaſiâ Fran-
ciſcæ Duciſſæ Britanniæ ſorore natus
erat. Hic à Ludouico xii. Rege am-
pliſſimis donatus ſacerdotiis; impri-
mis Archiepiſcopatu Auſcienſi, cuius
regimen adipiſcitur 1490. ex Actis
Conſiſtorialibus Vaticani; ac poſtobi-
tum Petri de Ambaſiâ eidem in ſede
Pictauienſi ſucceſſit 1505. ſequenti an-
no 4. Ianuar. Bononiæ Preſbyter Car-
dinalis creatus à Iulio 2. Pont. Max.
promulgatur rantùm Romæ in Vati-
cano 1507. Maij 17. quem malè Nar- 1490.
bonenſem Archiepiſcopū Onuphrius
Panuinius, vti & Franciſcum Ciacco-
nius, & Frizonius nominant. Ludoui-
cum in expeditionem Inſubricam ſe-
cutus, cum Cardinalibus Ambaſiano,
Ferrarienſi, Sanſeuerino aliiſque, in-
tereſt ſolemnis ingreſſus pompæ eiuſ-
dem Regis apud Mediolanum; ſed
paulò pòſt dum Romano itineri ſeſe
compararet, gratias acturus Pontifici
de ipſius promotione in ordinem Car-
dinalium, menſe Iunio in eâdem vrbe
animam exhalauit, dubium an veneno 1507.
extinctus, vt refert Hiſtoricus Regius
Ioannes d'Authon Abbas Angliæ. Cot

ipſius in eccleſiâ Franciſcanorum Mediolani delatum, corpus verò in æde collegiatâ S. Mariæ caſtri Thoarcenſis in Pictonibus, ſepulchro gentilitio Dominorum de Tremoliâ conditum eſt, ſub marmoreo ſepulchro.

Hic Iacet

Corpus illuſtr. Pr. IOANNIS DE TREMOLIA Cardinalis S.Sedis Apoſtolicæ, ARCHIEPISCOPI AVSCENSIS, qui obiit Mediolani anno
1507. *1507. Orate Deum pro eo.*

AVSCORVM Præſul, ſacro qui Cardine fulget,
Pictauum Antiſtes hâc requieſcit homo.
Ipſe pedo dignus, quo nuſquã ſanctior alter,
Nec fuit ille tamen nobilitate minor.
Mendicos aluit diues, caſtúſque Sacerdos,
Iuſtitiæ cultor, conſcia culpa procul.
Italiam fato quærens, Sanctúmq; Parentẽ,
Ætatis florem mors inopina rapit.
IOANNES TRIMOLIVS ſuperas conceſſit ad auras,
Illic quò nomen lana dedit media.
Quingẽtos ſeptẽ Sol tunc cõpleuerat annos
Milleque, quo Chriſtus natus in Orbe fuit.

Ioannis Card. Auſcenſis hoc Epitaphium Latinis verſibus conſcriptum, Gallicè primus compoſuit, Ioannes Bouchetus Picto in Panegyrico fratris Ludouici Tremolij 2. Vic. Thoarcenſis, Burgundiæ Proregis, viri magni, qui teſtibus Paulo Iouio Nouocomenſi Epiſcopo Nucerino, Franciſco Guicciardino, Arnoldo Ferrono, aliiſque primæ notæ Hiſtoricis, magnis rebus geſtis Dux clarus fuit: Ex eius proſapiâ cum Gabrielide Borboniâ vxore, regiæ ſtirpis Comitum Montiſpenſerij principe, viuit hodiè ſuperſtes Henricus Tremollius Dux Thoarcij, pater Henrici-Caroli Principis Tarentini & Talemundi, Æmiliæ Haſſiæ Lantgrauiæ Caſſelenſis mariti. Ceterùm de Ioanne Cardinali fuſius dicetur in Hiſtoriâ Genealogicâ MSS. huius gentis Tremoliæ, & antiquorum Vicecomitum Thoarcenſium: ſtemma integrum quod prælum expectat, curâ & ſtudio Scæuolæ & Ludo. Sanmarthanorum gemellorum, Regis Hiſtoricorum exaratum eſt.

Clermont Lodeve. D'or à trois faſces de gueulles au chef d'hermines.

78. Franciscvs Gvillelmvs de Clermont ii. Cardinalis Legatus Auenionenſis, filius Triſtani Baronis de Clermont de Lodeue Equitis S.Michaëlis, & Catharinæ Amboſiæ, Georgij Card. Rotom. Archiep. ſororis. Et quidem is primùm Agathenſis Antiſtes, dein Valentinenſis ac Dienſis, tum ex Narbonenſi Metropolitâ Auxitanus factus eſt. In Cardinalium collegium prius aſcitus tit. S. Stephani in monte Celio an. 1503. in primâ creatione Iulij 11. Nouemb. 29. 1503.
Deinde à Clemente vii. non Portuenſem, vt ſcribit Friſonius, ſed Tuſculanam dignitatem obtinuit. Regis Ludouici xii. fuit Orator ad eumdem Iulium Papam 1507. pro deditione vrbis Bononiæ in poteſtatem Pontificis; 1507.
ſubſcribitque diplomati indictionis Concilij Lateranenſis 1511. contra Synodum Piſanam: mox ob ſingularia 1511.
eius merita Legati Auenionenſis dignitate condecoratus, facti Purpuratorum Senatus Decanus moritur an. ſalutis
1540. Auenione ſepultus in Eccleſiâ Celeſtinorum ad Pontem Sorgiæ. 1540.

Tovrnon. D'azur ſemé de fleurs de Lys d'or, party de gueulles au Lyon d'or.

79. Franciscvs de Tovrnon iii. Cardinalis Ostiensis, Iacobi Turnonij Comitis de Rouſſillon, quintus ex Ioannâ de Polignac filius: nominatur Archiepiſcopus Ebredunenſis 1517. ad Bituricenſem cathedram poſteà promotus 1525. & ex ceſſione Card. de Claromonte in Auſcienſi Eccleſiâ ſucceſſit 1538. Iunij 14. vt 1538.
ferunt Acta Conſiſtorialia Vaticani. Eo adnitente & Henrico ii. Francorum Rege ſe interponente, Canonici Auſcienſes (quâ in vrbe Turnonius Collegium fundauit) Regularis vitæ voto, cui obſtricti erant exempti, & ſeculari ſacerdotum lege viuere permiſſi ſunt; datâ etiam eis facultate de rebus & bonis propriis arbitratu ſuo ſtatuendi, teſtamentique condendi decreto, eâ de re à Summo Pontifice facto xi. Kal. Aprilis 1548. Eligitur à 1548.
Clemente 7. Cardin. tit. SS. Marcellini & Petri, ac defuncto Ioanne Bellaio ex Portuenſi ad Oſtienſem Epiſcopatum aſcendit. Sub Franciſco 1. & Henrico 2. gratiam conſequutus res grauioris in Republicâ momenti tractegit; atque vt erat præſtantis ingenij Præſul, legationes varias ad Pontifices, Imperatorem, Regem Angliæ, alióſque Principes obiuit. Adhæc in viros doctos propensâ fuit voluntate, & multis demùm virtutum ornamentis auctus, ad meliorem vitam transmigrauit an. 1562. April. 22. Sepultus in Eccleſiâ Collegij Turnonenſis. De eo 1562.

poſteà plura in Archiepiſcopis Lugdu- A nenſibus.

D'Este Ferrare. Au 1 & 4. d'azur à 3 fleurs de Lys d'or à la bordure endentée d'or & de gueules, qui eſt France. Au 2. & 3. d'azur à l'Aigle d'argent armé & couronné d'or, qui eſt d'Este.

80. Hippolytvs d'Este Cardinalis Ateſtinus Alfonſo I. Ferrariæ Duce Lucretiâque Borgiâ genitus. primùm Mediolanenſis Archiepiſcopus, dein Auſcenſis, Arelatenſis, Lugdunenſis, & Adminiſtrator Eccleſiarum Eduenſis, Ferrarienſis, ac Maurianenſis; patrimonij Eccleſiaſtici Legatus Pio v. Pontifice, Galliæque Protector. Is maximis negotiis à primâ adoleſcentiâ apud Gallos innutritus, propter arctam Herculis II. fratris cum Franciſco I. affinitatem, etiam ad in- B timâ eius conſilia admiſſus, opimiſque beneficiis ditatus, eiuſdem commendatione à Paulo III. Romanâ purpurâ
1538. condecoratur an. 1538. Kal. Ian. 3. tit. S. Mariæ in Aquiro, non publicatus à Pontifice niſi 3. Non. Martij. Senas autem nomine Henrici II. quæ ad Regis patrocinium confugerant, ſummâ prudentiæ & æquitatis opinione biennio moderatus defendit egregiè; ac denique longè maximi momenti legatione ſub Carolo IX. in Gallijs initio belli ciuilis pro tuendâ religione ex Pij Quarti Papæ miſſione functus eſt; ad Cæſarem in Germaniam profe- C ctus, vt inter Chriſtianos pacem ſtabiliret, tandem patrocinium rerum Gallicarum ſuſcepit; in quibus ſanè muneribus obeundis, primi Hippolyti Ateſtini Cardinalis ſe præbuit æmulum. Coluit & ipſe litteratos homines ætatis ſuæ Paulum Manutium, M. Antonium Muretum, Cælium Calcagninum, Arnaldum Oſſatum & alios. Princeps quoque inauditæ liberalitatis, atque elato & magnifico ingenio, quod ingentia ædificia, & horti regali ſumptu ab eo in monte Quirinali & Tybure extructi, ad quæ viſenda toto Orbe etiam hodiè fit concurſus, teſtantur. Romæ ſpiritum reddidit, cum D ſexageſimum ætatis annum nondum
1572. attigiſſet 4. Nonas Decemb. 1572. adminiſtratâ Eccleſiâ Auxitanâ annis 22. menſibus 2. diebus 17. corpus in S. Catharinæ templo depoſitum, ad Tyburis ciuitatem tranſlatum, in Franciſcanorum baſilicâ ſepelitur cum hoc Epitaphio.

Deo Opt. Max.
Hippolyto et Aloysio Cardinalibvs Atestinis S. R. E. Cardinalibvs, Cæsar Atestinvs Marchio; patrvo et patrveli bene de se meritis P. C. M. DC. XVIII.

Ioannes Ant. Petramellarius, Andreas Victorellus, Ciacconius, Vghellus Italiæ Sacræ tomo 2. in Epiſcopis Ferrarienſibus, Paulus Manutius, Iac. Aug. Thuanus Hiſt. lib. 54. eiuſdem Cardinalis elogium euulgârunt.

81. Aloysivs d'Este, patre Hercule II. Duce Ferrariæ, matre Renatâ Ludouici XII. Franciæ Regis filiâ natus 1538. ob egregias animi dotes quibus præfulſit in tantùm à Paulo III. Papâ æſtimatus, vt ab eo adhuc adoleſcens Ferrarienſis Eccleſiæ regimini ex ceſſione patrui Hippolyti præfectus fuerit an. 1553. In Galliam 1553.
D'Este. Comme cy-deuant.
poſtcà profectus Henrici 2. Regis gratiâ nominatur Auxitanus Antiſtes, vltrò abdicante Hippolyto. Creatur à Paulo 4. Diaconus Cardinalis SS. Nerei & Achillei 1561. Februarij 26. & 1561.
quadriennio poſt Maximiliani Imp. ſororem Barbaram, Alfonſo fratri Duci Ferrariæ nuptam Tridenti excepit. Quinimo bis ſub Gregorio XIII. Legatus mittitur ad Reges Chriſtianiſſ. Carolum IX. & Henricum III. vbi Comitijs Cleri Bleſenſibus intereſt
1578. At cum fuiſſet Galliæ Protector 1578.
deſignatus, per quatuordecim annos poſt Hippolytum patruum rerum Francicarum patrocinium Romæ habuit, & calamitoſiſſimis temporibus, fides eius, & animi magnitudo explorata maximè emicuit. Princeps enim fuit nobiliſſimæ indolis, & animi magnitudine, munificentiâ nulli ſecundus, Purpuratorum Collegij lumen, vt fuſius proſequitur Petramellarius in continuatione ad librum Onuphrij, de Summis Pont. & Cardin. Ciacconius, Vghellus Italiæ ſacræ Tomo 2. Paulus Manutius, libro 5. epiſt. 24. & Iac. Aug. Thuanus in carmine conſolatorio ad Annam Eſtenſem Nemotoſij Duciſſam illuſtriſſ. Principem, de morte eiuſdem Aloyſij fratris ſui. Romæ animam emiſit in ſuis hortis Quirinalibus die Martis 3. Calend. Ian.
1586. Cor eius in Auguſtæ Auſciorum 1586.
Eccleſiâ ſepeliendum delatum, viſcera Romæ ad B. Ludouici condita ſunt; corpus verò in æde S. Franciſci Tybure tumulatur iuxta patruum. Guilielmus Blancus Epiſcopus Vencienſis in Prouinciâ, his eruditiſſimis verſibus eius obitum celebrauit:

Cur voluit Princeps Romæ ſua viſcera condi?
An quia viſceribus condita Roma ſuis?
Cur voluit magnũ Gallis cor vt eſſet in oris?
An quoniam cordi Gallia magna ſuit?
Cur voluit pulchro ſepeliri Tibure corpus?
An ne in delicijs, quòd ſibi Tibur erat?
Fallor, habet magnum cor Gallia magna, quòd excors,
Audito patris funere facta fuit.
Viſcera Roma tenet, tàm ſacro principe rapto,
Quod ſua viſa ſibi viſcera Roma rapi.
Tibur habet corpus, quoniã ſua corpora ſenſit,
In partes ſeſe diſſociare ſuas.
Gallus, Romanus, Tibur, cor, viſcera, corpus,
Senſere auferri, reſtituique ſibi.

In huius funere duo celeberrimi totâ Italiâ viri ingenij vim exercuerunt, Bapt. Guarinus, ac Leonardus Saluiatus, vnus Latinè, alter Italicè, mortem oratione, virúmque omni gloriâ digniſſimum planxerunt, quem & Thuanus Hiſt. lib. 84. inquit, » vt auo » cognominem, ſic magnitudine animi » parem, munificentiâ verò in omnes » quibúſuis Principibus longè ſuperio» rem; ita vt in eâ vrbe in quâ tanquam » in publico Chriſtiani orbis Theatrò » tot annos admirationi fuit, Theſau» rus pauperum, ſacri Collegij ſplen» dor, aulæque Romanæ ornamentum » dici meruerit.

De Trapes Ecartelé au 1. & 4. d'argét au cheuron de gueulles acĉopagné de trois chauſſe-trapes de ſable Au 2. & 3. d'azur a la faſſe d'argent, chargée d'vne croix de Hieruſalem entre vne coquille & vn croiſſant de gueulles, accompagnées de 3. molettes d'or.

82. LEONARDVS DE TRAPES Niuernenſis ſacri Conſiſtorij Conſiliarius, ex Senatore Pariſienſi aſſumptus poſt longam huius Metropolis vacationem, Henrico de Sabaudiâ Iacobi Nemoroſij Ducis & Annæ Ateſtinæ Cardin. Aloyſij ſororis filio deſignato Archiepiſcopo, ſed poſſeſſionem non adepto, neque conſecrato, aliquot annos LEONARDVS hanc Cathedram adminiſtrauit. Demùm nominatus fuit ab Henrico IV. Rege 1597. ſacris Ordinibus initiatus Euchariſtiæ ſacramentum celebrat in S. Cyrici Niuernenſis Cathedrali. Bullas tandem obtinuit à Clemente VIII. Nouembr. die 8. 1599. Sequenti fidem clientelarem præſtat 16. Ianuarij & paulò pòſt
1597. conſecratur anno 1600. in Capellâ Epiſcopatus Pariſienſis à Petro Gondio Cardinale, aſſiſtentibus Epiſcopis Arnaldo Pontaco Vaſatenſi, & Leodegario de Plats Lactorenſi. Solemniter ingreſſus eſt Auxitanam ciuitatem 6.
1600. Nouembr. ſequentis vbi omnium feſtiuo applauſu excipitur: cum abhinc centum ferè annis, nullus ex deceſſoribus Archiepiſcopis vrbem inuiſiſſet; Quod euenerat, tam iniuriâ bellorum ciuilium, quàm ex abſentiâ Præſulum, qui per Vicarios Metropolim rexerant; ex quo labes ingens huic diœceſi exorta fuerat, tùm circa mores deprauatos laicorum, tùm circa paſtores & clericos quos ignorantia corruperat; adde & nobilium quorumdam peruicaciam, qui bona Eccleſiaſtica violentâ manu inuaſerant. Quibus malis diœceſeos regimine ſumpto Leonardus cepit mederi, prudentiâ & fortitudine ſingulari, primò generali Eccleſiarum ac parochiarum viſitatione, quam ipſe aggreſſus eſt, inſtitutâ etiam congregatione plurimorum Canonicorum ac piorum virorum, qui prædicationibus & catecheſibus, ſopitam populorum religionem excitarunt. Admiſit Capucinos in vrbem, & pro eorum fundatione plura de ſuo impendit. Virgines quoque Vrſulanas ac Carmelinas opibus ſuis iuuit, plures etiam inopes puellas ære ſufficienti vt nuptum irent, dotauit. Præterea fundauit Auſcijs duodecim Clericos, pluréſque miſſas in Capellâ ſacroſancti Euchariſtiæ ſacramenti. Denique vetuſtate & incuriâ anteceſſorum Archipræſulum collapſa dominij Epiſcopalis ædificia, priſtino ſplendori reſtituit. Quinetiam cùm Eccleſiæ primariæ fornices & tholi, miſerabili ruinâ iacerent, Antiſtes digniſſimus, zelatus pro domo Domini, viginti ſupra centum millia librarum libentiſſimè conſumpſit, vt dignum maieſtate diuinâ templum reſarciret; Et cum tot & tantis nondum eſſet factum ſatis eius liberalitati, auxit altaria ornamentis, donarijſque varijs vſque adeò pretioſis, vt iam Auxitana Eccleſia, omnes Nouempopulaniæ magnificentiâ ſuperet. Interfuit denique Comitijs generalibus regni Pariſienſibus 1614. & Conuentui Notabilium 1614.
Rotomagenſi 1617. ſub Ludouico Iuſto: Anno verò 1614. die Auguſti 30. in honorem Annuntiationis B. Virginis Eccleſia Recollectorum Diui Franciſci 1617.
in ſuburbio S. Martini Lutetiæ à noſtro Archiep. conſecratur, pluribus Martyrum reliquijs, vt eſt in more poſitum, ſub maiori Altari reconditis. Ceterùm paucis diebus antequàm è vitâ decederet, teſtamentum condidit, quo præcepit ſe in habitu religioſo Diui Franciſci cum Crucifixo & Tho-

mæ Kempenſis libello tumulo manda- A
ri. Obijt itaque pio ſed cum mœrore
1629. omnium an. 1629. Octob. die 29. Iacet
in Capellâ ſacroſancti Sacramenti Ec-
cleſiæ Auſcienſis.

DE VIC.
Ecartelé au 1 & 4. de gueulles à deux bras & mains dextres iointes enſemble, mouuantes de 2. flancs, & poſées en faſce le tout d'argent. Et en chef vn eſcuſſon d'azur, chargé d'vne fleur de lys d'or & d'vne bordure de meſme, qui eſt DE VIC. Au 2. & 3. d'azur vne [illegible]ce d'or accompa[illegible] de 3. [illegible]s de meſme, deux en chef, & vn en pointe.

83. DOMINICVS DE VIC,
Emerici Vici Ermenonuillæ Domini,
Comitis de Fiennes, Franciæ Procan-
cellarij filius, natus eſt Lutetiæ 1588.
vix ſeptimum annum agebat, cùm ab
Henrico Magno ad Abbatiam Beatæ
Mariæ de Becco Helluini ſplendidum
in Gallijs Cœnobium nominatus eſt,
Dominici patrui commendatione (ex-
pugnato Sandionyſiano oppido) Am-
bianorum Præfecti Regij, ſpectatæ fi- B
dei erga Principes Henricum 3. & 4.
ac virtutis militaris longo armorum
vſu expertæ famâ præſtantis. Proue-
ctior ætate patrem ſecutus eſt in Le-
garione apud Heluetios, vt inter eun-
dem Regem Henricum IV. & belli-
coſos populos ſociale fœdus renoua-
ter, in quo egregiam publico regni
bono operam nauauit. Prima autem
litterarum rudimenta poſuit DOMI-
NICVS Ingolſtadij in Germaniâ, de-
inde Flexiæ in Andibus, móxque
Theologiæ in Academiæ Pariſienſis
celebri Scholâ Sorbonicâ nomen de-
dit. Ille itaque cum indole eſſet præ- C
clarâ, acri iudicio, littetis & eruditione
in tantum profecit, vt cum paucis an-
nis trigeſimum ſuperaret, tam Eccle-
ſiaſtici, quàm Senatorij Ordinis mune-
riſque particeps fieret, inter ſanctio-
ris Conſiſtorij Conſiliarios allectus à
1621. Rege Ludouico XIII. 1621. quem ſe-
cutus eſt in Occitaniam & apud Tho-
loſates, dum primùm hanc ciuitatem
regni ſecundam, poſt expugnatum An-
geliaci fanum in Santonibus, aliáſque
ſectariorum vrbes, ſolemni pompâ in-
ueheret. At cum Leonardus anteceſ-
ſor Regem ſalutaturus inuiſeret, DO-
MINICVM VICVM, in quo tantæ D
animi dotes prælucebant, enixâ poſtu-
latione in Coadiutorem ſuum depre-
catus obtinuit; quamuis Principes viri
ad eam dignitatem Pontificiam aſſe-
quendam plurimùm aſpirarent. Sic-
que DOMINICVS Antiſtes Auſcien-
ſis deſignatus, Ludouicum in expedi-
tione Occitanicâ, & ad obſidionem
Montpeſſulanam comitatus eſt, in quâ
Emericus Præſulis pater, vitam cum
morte commutauit. Romam poſteà ſe
contulit, vbi benignè exceptus eſt à
Gregorio XV. Pont. à quo accepit reli-

quias Sanctorum Iuliani & Ioannis
Presbyterorum. Cúmque Gregorio
ſucceſſiſſet Vrbanus VIII. Bullas ab eo
Metropolitæ Auxenſis obtinuit Romæ
in Conſiſtorio 27. Ianuarij 1624. Tum 1624.
Galliam reuerſus ſacramentum fideli-
tatis Regi præſtitit, & 1625. Dominicâ
S. Trinitatis, die Maij 25. conſecratur
Archiepiſcopus Corinthius, Coadiu-
tor Auſcienſis in Eccleſiâ Ermenon- 1625.
uillæ, à Leonardo Archiepiſcopo, aſ-
ſiſtentibus Saluaro d'Iarſe Tarbienſi,
& Ioanne de Salerre Laſcarienſi Epiſ-
copis Auſcitanæ prouinciæ Suffraga-
neis. Continuò ſuam adiit diœceſim,
vrbémque ingreditur 16. Febr. 1626. 1626.
ſequenti poſſeſſionem realem adeptus
præſente & gratulante Clero, magi-
ſtratu, & populis. Tum verò ſe totum
functionibus ſacris anno integro ad-
dicit, Ordines confert, Synodos cele-
brat, & in melius exemplo deceſſoris
omnia componit, ac Metropolitanæ
Eccleſiæ ædificia curat; imprimis ca-
ſtrum ſuburbanum nuncupatum de
Maſeres, quod horris, pontibus, ædi-
ficijs, inſtaurauit. Interim 1629. mor- 1629.
te Leonardi Archiepiſcoparus regi-
men ſumpſit; ſed cum lues peſtifera
ciuitatem, populúmque fœdaſſet,
Antiſtes noſter vrbe per quoſdam an-
nos abeſſe coactus eſt, vſque ad diem
11. Nouembr. anno 1634. quo ſedem 1634.
ſuam recuperauit; Et continuò curas
ad ſollicitudinem paſtoralem impen-
dit; Synodos ſex pro rei ſacræ & pro-
phanæ adminiſtratione congregauit:
diœceſim vniuerſam viſitauit, & in
eâ Pontificiæ ditionis luſtratione Con-
ſtitutiones ſacras ad politiam Eccleſiæ
indixit, præcipuè Archipresbyteris &
Parochiarum rectoribus, quibus cer-
tis diebus colloquia de rebus ſacris
facere pro inſtructione parochorum,
ac verbi Dominici interpretatione Ar-
chiepiſcopus noſter demandauit, tum
ſedulò cathechiſmis & prædicationi-
bus animas imbui ſollicitus fuit: ex quo
factum vt plures à fide alieni, in his
partibus Aquitaniarum, abiecta hæreſi
religionem Catholicam amplexi ſint,
ſectarijs reliquis communitatem cœ-
meteriorum ademerit, & quamplures 1635.
etiam nobiles qui decimas tanquam
ex patrimonio ſibi vindicabant, teſti-
tuere compulerit. Cum autem duo
Generalia Cleri Gallicani Comitia
celebrarentur Lutetiæ annis 1635. &
1645. ijs interfuit, & egregiam ope- 1645.

ram nauauit pro eius ſacri Cœtus immunitatibus. Inſtituit verò Cœnobium Recollectorum Sancti Franciſci; domum Vrſulanarum in toparchiâ de Goridrin, & duo monaſteria Clariſſarum Mirandæ, & apud caſtrum de Magnoac. Demùm Ioannes Baiolus Soc. Ieſu Preſbyter dicat Hiſtoriam ſacram Aquitaniæ Dominico noſtro Antiſtiti, ſub cuius ſapientiſſimo moderamine tranquilla floret Eccleſia.

BISONTICENSES ARCHIEPISCOPI, PRINCIPES IMPERII.

Besançon en la Franche Comté ſur le Dou. De gueulles à l'Aigle d'or.

VESONTIO Prouinciæ dictæ Maximæ Sequanorum Metropolis, in vmbilico Burgundiæ Comitatus ad Dubim fluuium, quam veteres omnes Notitiæ ciuitatem Veſontienſium, Biſuntium, & Veſunticum nominant; vrbs eſt ampliſſima & antiquiſſima, Imperialis, ſiue libera in decimo ſcilicet Imperij circulo, qui dicitur Burgundicus. Et quidem primaria nobilitate, & longè cæteris præcelluit Veſontio, quæ vetuſtioribus [illegible]ſue nota; eam Cæſar lib. 1. c. 9. de bello Gallico, maximum & munitiſſimum Sequanorum oppidum appellat. Ammianus Marcellinus lib. 15. Sequanos & Rauracos, inquit, cæteris potiores oppidis, Ptolemæus lib. 2. c. 9. Tacitus 20. Annalium, Auſonius, & Iſidorus eius meminêre. At conſtat Prouinciam iſtam Maximam Sequanorum à Lugdunenſi Prouinciâ auulſam; ideò in Notitiâ Prouinciarũ Galliæ Lugdunenſis v. vocitatur. Diuidebatur Rheno à Germanis, Iurâ ab Heluetiis verſus ortum, Rhodano à Narbonenſi verſus Meridiem, Arari ab Eduis verſus Occaſum, Vogeſo à Lotharingis verſus Septentrionem, quam Ludouicus Gollutus Burgundus, extendit trans Ararim, vſque ad Sequanæ fontes, ſed, vt videtur, id non probat. Conſtat verò Metropolitanum fuiſſe huius ciuitatis Epiſcopum, tum quia in teſtamento Caroli Magni, inter Metropoles Galliæ Veſontio recenſetur ab Eginhardo, cuius & Archiepiſco-

A pus dicitur lib. 2. Capitularium cap. 25. paſsimque in ſubſcriptionibus Conciliorum; vbi notandum eſt in diuiſione regni Lotharij anno 870. illud oppidum Carolo Regi obtigiſſe. Sub eâ Metropoli in ſpiritualibus tres ſubſunt Suffraganeæ Sedes: BELLICENSIS, quæ ſola Chriſtianiſſ. Regi obſequitur, LAVSANENSIS, & BASILEENSIS, in ditione Heluetiorum. Ex veteribus autem Notitiis, ac Synodis in quibus Prouinciæ iſtius Epiſcopi ſubſcripſerunt, apparet Metropolim Biſontinam alias habuiſſe ciuitates, quàm quæ iam ipſi nunc ſubdantur: ac

Svffragans de l'Archeueſché de Besançon. Bellay. Losane. Basle.

B primùm numerantur ciuitas Equeſtrium, ſeu Niuidunum, aliàs Noiodunus, quod oppidum ad Lacum Lemanum, vulgô *Nyon* vocatur, Sedes olim Epiſcopalis quæ nunc Bellicij moratur. Altera Eluetiorum Auenticus, in antiquâ Notitiâ Honorij Auguſti, vt videtur temporibus conditâ, vicus, qui iam dicitur *Auenches*, aliàs *Wiflisbourg*, ditionis Friburgenſium, à quâ tranſlata eſt Lauſannam, Epiſcopatus. Tertia Baſilienſium ſeu Baſilea, quæ à Rauracenſi vrbe diuerſa ſtatuitur. Quarta caſtrum Vindonenſe dicitur, ſeu Vindoniſſenſe in aliis. Quinta Ebredu-

C nenſe, ſeu Ebrodunenſe in Vrbigeno pago, vicus qui vulgò *Yuerdun* nuncupatur, in finibus Heluetiorum, quam videtur confundere cum Ebredunenſi Alpium Maritimarum Metropoli, Hieronymus Zurita in Itinerario Antonini. Sexta Argentarienſe, quod non ita rectè conjicitur legi Argentoratum, pro Argentariâ, námque differunt Argentoratum vulgò *Strasbourg*, Argentaria autem, quæ paſſim *Colmar*; illud Germaniæ, hoc Sequanorum. Septima caſtrum Rauracenſe, à quo Baſilea creditur olim dicta Culonia Raurica.

D Octaua tandem Portus Abucini. Ex dictis liquet, tres tantùm fuiſſe ſubditas Sedes Biſontinæ Metropoli, eas nempe, quæ in Notitiis Ciuitatum nomine inſigniuntur; putà Baſilea, Auenticum, & Equeſtrium: cæteras verò vrbes, quæ referuntur, caſtra fuiſſe ad tuitionem Prouinciæ, non ciuitates Epiſcopales. Prætereà Veſuntio (quæ cultu, & decore regali Imperij Romani clariſſima laudatur in paſſione SS. Ferreoli & Ferrucij) CHRYSOPOLIS etiam appellatur ſub an. 880. à Ioanne Papâ VIII. epiſt. 241. & 245. Glabro Rodulpho lib. 5. Hiſt. cap. 1. Ligurio-

l. 5. Ioan. Sareſberienſi epiſt. 234. au- A
ctori vitæ S. Bernardi l. 2. cap. 5. Huius Cathedralis templum, patronos agnoſcit Sanctos Ioannem Euangeliſtam & Stephanum Protomartyrem, vbi ſepulchra veterum Comitum Burgundiæ. In eo reſident quatuor Dignitates, Decanus, Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, duo Succentores, Canonici XLIII. Capellani XXIV. cuius Capituli inſignia ſunt, Aquila S. Ioannis, & brachium S. Stephani. Non ſolùm autem hanc Baſilicam, ſed & totam vrbem maximè illuſtrat Sancta Sindon, ſeu Sanctum Sudarium B
Chriſti, quod ſolemniter oſtenditur Dominicâ infra Octauas Aſcenſionis, innumeris illuc religiosè confluentibus: Sunt quoque in eâdem ciuitate parochiales Eccleſiæ octo, quinque hoſpitia, plura Monaſteria virorum & monialium, atque Academia à Ferdinando I. Auſtriaco Imperatore fundata. In diœceſi recenſentur 94. Prioratus, parochiæ 780. in quindecim Decanatibus ruralibus & quinque Archidiaconatibus. Nec verò prætereundum eſt, Dolam totius prouinciæ reliquarúmque vrbium primariam, Dubi fluuio impoſitam, arce muniriſſimâ, foro elegantiſſimo, & ſupremo Comitatus Parlamento præcellere. At in amplâ hâc diœceſi enumerantur Abbatiæ ſequentes: C

S. VINCENTII *Ord. Benedictini.* *S. Vincent de Beſançon.*

BALMA, *Baulme lez Nonains.* O.B.

LVXOVIVM, *Luxeu.* O.B.

FAVERNEIVM, *Fauerney.* O.B.

BOIPOLIVM. O.B.

LVRA, *Lure.* O.B.

S. PAVLVS, *Ord. S. Auguſtini.* *S. Paul de Beſançon.*

MONS-BENEDICTVS, O.A. *Mont-Benoiſt.*

GOILLÆ, *Goille.* O.A.

ACEIVM, *Acey. Ord. Ciſtercienſis.*

BALERNA, *Balerne,* O.C.

BELLÆVALLIS, *Belleuaux.* O.C.

BETHANIÆ, *Bitaine.* O.C.

BVLIO-PAVPER, *Bily.* O.C.

DE BATTANIS, *Battans.* O.C.

CARVSLOCVS, *Cher-lieu.* O.C.

CHARITAS, *La Charité.* O.C.

CLARVS-FONS, *Clair-fontaine.* O.C.

GRATIA-DEI, *La Grace-Dieu.* O.C.

LOCVSCRESCENS, O.C.

MONS S. MARIÆ, O.C. *Mont Sainte Marie.*

TRIVM-REGVM, *Les Trois-Roys.* O.C.

ROSERIÆ, *Roſieres.* O.C.

CORNEOLVM, *Cornoüil.* O.P.

Catalogus breuis Archiepiſcoporum exſtat apud Ludo. Gollutum lib. I. Commentariorum prouinciæ Sequanorum, ſiue Comitatus Burgundiæ. Antiſtitum quoque ſeriem publicauit v.c. Ioan. Iacobus Chifletius Eques & Archiater Regis Hiſpaniæ, in opere cui titulus, Veſuntio ciuitas Imperialis. Sed præfuerunt Archipræſules hoc ordine, quorum compendioſam Chronologiam ex Hiſtoriâ Biſonticenſium Archiepiſcop. ſelectiſque ſpicilegiis depromptam, nobis communicauit R. P. Petrus Franciſcus Chifletius Soc. Ieſu Presbyter, Iacobi frater; qui pleráſque rerum à ſe aſſertarum probationes in aliud opus reſeruat. Conſtat enim in nouiſſimâ illâ horum Antiſtitum ſerie, quæ è Veſontionis parte ſecundâ in Chriſtianæ Galliæ primam editionem deriuata fuerat, Antidium, & Claudium II. & Ebrardum alienis locis poſitos: & Vitalem intruſum ex fictitio Magni Gregorij diplomate: & prætermitum Amantium S. Lautheni conſecratorem: & duos factos ex vno binomine, qui & Hugo IV. & Pontius appellatus eſt: & Hugo-
D nis tertij peregrinationem Ieroſolymitanam, malè Hugoni quarto attributam: & eiuſdem Hugonis tertij, ac Stephani Electi, virorum Principum perperam indicatum genus: vt omittamus Ftonimij, atque Abbonis vitiata nomina, alióſque næuos, quos huius noſtri Catalogi cum illo comparatio prodet. Quâ in Chronologiâ ne hiatu quopiam abrumperetur, placuit omnes in numerum vocare, quotquot Biſontinam Sedem quomodocúmque occuparunt, vel qui pleno iure Archiepiſcopi fuerunt, ſiue quòd tantùm electi, non etiam confirmati; ſiue quod

illegitimè promoti, vel quorum no- A
mina ob morum improbitatem ſacris diptychis nunquam indita ſunt. Ceterùm cùm ex his Epiſcopis plures alij, alij pauciores Sanctos prædicêt, admonuimus ſuis locis qui quâ die in Martyrologiis adnotati ſint. At quia non deſunt qui affirment, alios præterea pro Sanctis haberi atque inuocari, quorum feſti dies nullam certam ſedem in ſacris faſtis obtineant; idcirco de induſtriâ ne vni quidem literam S. Sanctitatis vulgarem notam præfiximus, ne cui fortè publici honoris hoc ſpecimen, aut vindicaremus temerè, aut temerè abrogaremus.

1. LINVS Euangelium primus in Metropolim Sequanorum Veſuntionem intulit. Quin & à multis piè creditur à Beato Petro miſſus, ac re Chriſtianâ apud Biſontinos bene geſtâ, cùm ad eum Romam reuertiſſet, eiuſdem in Romano Epiſcopatu vel ſucceſſor fuiſſe, vel ſaltem Vicarius. Quæ ſi fuit vererum Biſontinæ Eccleſiæ rectorum fides, mirùm videri poſſit, cur non eum ſolemni officio, & cum Octauâ (vt vrbium Patroni ſolent) ſed tantùm ſemiduplici colendum decreuerint: C
& in eo toto officio, quod ad XXVI. diem Nouembris perſoluitur, Linum Papam dumtaxat & Martyrem, non etiam Biſonticenſem Epiſcopum appellent, ac Biſontini eius Apoſtolatûs ne verbo quidem meminerint. LINI labores longo licet interuallo excepti ſunt, à Sanctis Ferreolo presbytero ac Ferrucio diacono; inclytis Martyribus, S. Irenæi Lugdunenſis Epiſcopi diſcipulis: qui tempore (vt videtur) Aurelij Antonini Caracallæ, nouellum apud Biſuntinos chriſtianæ fidei agrum, ſanguine ſuo illuſtrarunt, die menſis Iunij XVI. circiter annum vul-
215. garis ſeu Dionyſianæ, Chriſti æræ D
215.

2. MAXIMINVS conſecratus eſt
290. à Caio Papâ circa annum Chriſti 290. Manuſcriptus Epiſcoporum Biſontinorum catalogus ab annis ſexcentis conſcriptus, & in Hugone primo deſinens, ex quo nos infra aliquid ſubinde proferemus, de Maximino hæc habet: Iſte ſexto ab vrbe milliario vitam eremiticam duxit, vbi & requieſcit. In eo ipſo loco extat ſacra ædicula, à S. Maximino appellata; quæ frequenter à fidelibus religiosè adiri ſolet; in quâ eius fortaſſe reliquiæ adhuc conditæ iacent, ſed nuſquam conſpicuo tumulo, & loco planè ignoto. podagricis opitulari creditur; & in Breuiario Biſontino à multis coli putatur die menſis Maij 29. ſub officio de communi Confeſſoris Pontificis. At repugnant Martyrologia Biſontina, in quibus eâ die mentio habetur dumtaxat Maximini Treuirenſis Epiſcopi, nuſquam autem Maximini Veſontionenſis memoria celebratur.

3. PAVLINVS fuit diſcipulus Beati Maximini, poſt cuius obitum in eâ-
B dem eremo ſub perſecutione Maximiani latuit. Requieſcit autem in Eccleſiâ S. Stephani ante altare, ex eodem MS. codice.

4. EVSEBIVS. Hic fuit diſcipulus Melchiadis Papæ, nempe circa an. 313. ac duobus annis Epiſcopatum ad- 313.
miniſtrauit ex MSS.

5. HILARIVS à Silueſtro Pontif. Max. creatur Epiſcopus ex diacono Romanæ Eccleſiæ, Biſontinam S. Stephani baſilicam ad radices montis poſitam (quæ nunc *S. Iohannis* dicitur) primùm à Lino fundatam, Reginæ Helenæ Conſtantini magni parentis liberalitate nouo opere conſtruxit, haud longè ab anno Chriſti 325. Eius 325.
obitus aſſignatur ad diem II. Calend. Auguſti circa an. 330. 330.

6. PANCRATIVS ordinatus eſt à Iulio I. Papâ. Nec ab eo diuerſus videtur PANCHARIVS qui Synodo Agrippinenſi poſt conſulatum Amantij & Albini hoc eſt an. 346. celebra- 346.
tæ conſenſit per legatum. Quanquam de huius Concilij Patribus, ac ſubſcriptionum fide alij viderint.

7. IVSTVS perſequente Iuliano apoſtatâ, ad Euſebium Vercellenſem Epiſcopum amicum ſuum ſe recepit, 362.
anno, vt creditur, Chriſti 362.

8. ANIANVS corpora ſanctorum Ferreoli & Ferrucij Biſonticenſium Martyrum ex improuiſo reperta, honorificè condidit, ac mille & quingentis ab vrbe paſſibus ſacram ædem excitauit; Valentiniano & Valente imperantibus circa an. 370. De quibus Gre- 370.
gorius Turon. cap 71. de gloriâ Confeſſ. & Breuiarium Pariſienſe Nonis Septembr. quâ die Aniani memoria habetur.

9. SI Is

9. Silveſter I. Eccleſiam Veſontione fundauit S. Mauritio & ſocijs Agaunenſibus Martyribus. Sepultum exiſtimant in baſilicâ ſuperiore S. Stephani & cum ea à Valerio, vel ab Hugone primo ampliaretur, tranſlatum cum Aniano deceſſore in eos tumulos ſanè peruetuſtos, qui ad parietem extant prope altare S. Agapiti. Feſtum S. Silueſtri notatur 6. Id. Maij. Eius verò & S. Aniani communis tranſlatio Nonis Iunij.

10. Fronimius ex antiquioribus & melioris notæ Catalogis ita nuncupatur, quæ vox è Græco deducta prudentem ſonat. Sedit ſub Damaſo & Siricio Romanis Pontificibus circi-
390. ter an. 390.

11. Deſideratus. Patronus eſt Ledonenſium Salinenſium: apud quos argentea capſa pereleganti conditus, in Eccleſiâ quam olim in ſolo natali conſtruxerat, die menſis Iulij 27. magno honore colitur.

12. Germanus quieſcit in cœnobio puellarum Palmenſi: paſſus martyrium ab Arrianis die Octob. 11. apud Grandifontem vicum, haud pro-
407. culà S. Vito, anno vt videtur, Domini 407.

13. Leontius præfuit cum laude annis xxv. & in ſacris ædificiis curandis præcipuam operam impendit.

14. Chelidonius. Patriarcha Metropolis, ait codex Iurenſis Monaſterij. Presbyter factus Veſontione ab Hilario; hic excepit brachium S. Stephani Protomartyris, è quo ſanguis copiosè manans per quamplurimas Galliarum Eccleſias pro magnu munere diſtributus eſt. Verus author vitæ S. Romani Abbatis Iurenſis do-
444. cet circa an. 444. habitum Concilium haud procul vrbe Veſontionenſi, quod tamen aliis incerti loci dicitur, in quâ Synodo Chelidonius tanquam viduæ maritus, & qui capitalibus aliquando Iudiciis præfuiſſet, damnatus & ſubinde Epiſcopatu exauctoratus eſt ab Hilario Arelatenſi Præſule; ille autem ad Beatum Leonem Pont. Max. appellauit, Romámque profectus, vt eſt in vitâ Hilarij; eodémque mox ipſe ſe contulit, vt de Chelidonij causâ reſponderet. Sed moræ impatiens exitum Iudicij non expectauit, Chelidonio abſoluto à S. Leone, qui Sedi ſuæ

Tomus I.

A eumdem reſtituit an. 445. Valentinia- 445.
no Auguſto ſextùm Conſule, cuius etiam meminit idem Papa epiſt. 80.

15. Importunus Pſeudo-Epiſcopus intrudit, ſed turpiter eiectus ex citato veteri mss. nimirum qui Chelidonio ſuffectus fuerat, eóque reſtituto, in ordinem redactus eſt.

16. Gelmeisilus. deficiens iſte ad Arrianos, huius nomen è dyptichis expunctum eſt.

17. Antidius à Croco Alamannorum Rege (qui tum vulgò Vanda-
B li communi externorum prædatorum vocabulo nuncupabantur) apud caſtrum Ruffeyum, decimo milliario à Veſontione, interfectus eſt pro Chriſti fide, ad diem Iunij xvii. cuius agonem referendum cenſemus ad illud bellum Burgundicum, quod latè in Sequanis, Æduiſque graſſatum, magniſque vicinorum auxiliis ac moribus geſtum, denique Viennæ Allobrogum Chilperici & Gundomari Regum cæ-
de concluſum eſt, circa an. 477. Quæ 477.
autem de Antidio tradita ſunt Romam à dæmone tranſuecto, cum aſperſas hiſtoriæ fabellas ſecreueris, di-
C gna ſunt veneratione, & exemplis ea non carent. Huius reliquiæ in Eccleſiâ S. Pauli, & anniuerſarius feſti dies in Martyrologio Romano habetur die Iunij 25. Ab Antidio ad Nicetium vſque diu ſedem vacaſſe, admonent Biſontinæ tabulæ: hoc eſt (vt interpretari licet) Epiſcopos euersâ vrbe, vel ab Arrianis occupatâ, alio loco domicilium elegiſſe; ita tamen vt ſuam ſemper Biſontienſium Epiſcoporum appellationem retinuerint: vti nunc videmus Lauſannenſem, Genauenſem, & Baſilienſem Epiſcopos, in-
D tegro amplius ſæculo è ſuis ciuitatibus exturres. Quinque igitur ſequentes Præſules ab externis teſtimoniis reſtituimus.

18. Amantius. Sanctum Lauthenum inſignium duorum in diœceſi Biſontinâ Monaſteriorum Abbatem, iam tum quinquagenario maiorem, conſecrauit presbyterum Amantius Antiſtes: & quidem circa an. 493. vt ex 493.
probâ ac peruetuſtâ S. Lautheni hiſtoriâ colligere licet. Quidni Amantius hic, Biſontinus Epiſcopus fuit; cùm alteri in eius diœceſi ſecundùm Canones id minimè licuerit? Aman-

tium hunc ipſum eſſe opinamur, de A
quo ſic Epternacenſe perantiquum, &
„ alia paſſim Martyrologia; Pridie No-
„ nas Iulij, Niuiduno AMANTII An-
„ tiſtitis. Et fortaſſe Niuidunum ad la-
cum Lemannum, deletâ vel ab Arria-
nis obtentâ Veſontione, Biſontinorum
Epiſcoporum ſedes fuit.

19. CLAVDIVS I. ſubſcribit Con-
cilio Epaonenſi, Agapito Conſule an.
517. Chr. 517. & alteri Lugdunenſi, in cauſâ
Stephani, quod eodem ipſo anno, vel
518. ſequenti 518. celebratum eſt. Sepultus
in Eugendi Monaſterio, quod de ſuo
nomine S. Claudij in Iurâ monte po-
ſtea appellatum eſt, vt auctor eſt Iac. B
Sirmondus in Notis ad Auitum Vien-
nenſem Archiepiſcopum.

20. VRBICVS intereſt anno 549.
549. Synodis, Aurelianenſi quintæ, & Ar-
uernenſi ſecundæ.

21 TETRADIVS I. ab hoc miſ-
567. ſus Cæſarius presbyter an. 567. Indict.
15. Lugdunenſis ſecundi Concilij de-
creta ſanxit; Immò, vt quibuſdam pla-
cet, hic ipſe videtur eſſe Tetradius
555. Epiſcopus, qui ſub an. 555. ſubſcripſit
Synodo Pariſienſi ſecundæ proximè
ante Vincentium Belicenſem.

22. SILVESTER II. Valberti &
Flauiæ filius in vitâ S. Columbani cap.
13. Trium Conciliorum Canones ſuo
573. chirographo firmauit: Pariſienſis IV.
anno 573. Matiſconenſis I. 581. Matiſ-
conenſis II 585. Hoc loco recens in-
585. culcatus eſt *Vitalis Veſocenſium Epiſcopus*,
ex priuilegio monaſterij S. Medardi
Sueſſionenſis, quod à Gregorio Magno
593. conceſſum dicitur ad an. Chriſti 593.
Verùm hoc diploma tot eſt inuſtum
falſitatis notis, vt mirùm ſit nondum
eas fuiſſe ab omnibus deprehenſas.

23. NICETIVS. Monaſterij Luxo- D
uienſis anno 591. fundati altaria con-
ſecrauit. Deinde poſt annos viginti, S.
611. Columbanum an. 611. exulantem, ſe-
mel & iterum Veſontij humaniſſimè
excepit. Adſcriptus eſt Eccleſiæ faſtis
ad ſextum Idus Februarij.

24. PROTADIVS. Clotario II.
Galliarum Monarchæ carus in paucis
620. fuit circa annum 620. Quieſcit in æde
Beati Petri, vbi reliquiæ huius colun-
tur & feſti celebritas agitur die x. Fe-
bruarij.

25. DONATVS Valdeleni Bur-
gundiæ ſuperioris Ducis & Flauiæ fi-
lius, Valdoleni primi Bezuæ Abbatis
frater; de cuius ortu mirabili è ſterili-
bus parentibus, videndus Ionas in vitâ
S. Columbani Luxouienſis Abbatis
cap. 13. ſub eius diſciplinâ in Luxo-
uienſi monaſterio ſapientiâ & pietate
inſtitutus, ſubinde Archiepiſcopatum
Biſontinum clariſſimè gubernauit, vt
eſt in Chronico Beſuenſi: poſteáque
in amorem eiuſdem Beati Columbani
ex ipſius Regulâ, Monaſterium viro-
tum conſtruxit, quod Palatium nun-
cupant, referente alio Chronico MS.
Ei Synodo interfuit, de quâ Flodoar-
B dus lib. 2. Hiſt. Remenſis cap. 5. quam
quidem Sueſſione non Remis, & pri-
mo anno Dagoberti, Chriſti 630. ce- 630.
lebratam alij volunt. Adfuit etiam
Cabilonenſi Concilio circa an. 650.
& nominatur in diplomate pro Dyo-
niſianis an. 658. Ex citato codice Bi- 658.
ſontino manuſcripto per hunc Anti-
ſtitem Donatum, recepit Eccleſia vil-
las Domblingum, & Atſlatum. Ædifi-
cauit autem Eccleſiam Sancti Pauli,
in quâ cum patre in Domino requie-
uit, & Iuſanum Monaſterium B. Ma-
riæ cum matre ſuâ Flauiâ, quæ ibi ſe-
pulta eſt: Eius corpus è baſilicâ S.
C Pauli, deinde tranſlatum eſt in vici-
nam parochialem Eccleſiam, quæ ab
ipſo S. Donato nomen habet, & colitur
VII. Idus Aug. Hic ipſe eſt Donatus
Archiepiſcopus, cuius regulæ memi-
nit Benedictus in Concordiâ: qui e-
tiam, vt putamus, auctor fuit Com-
monitorij ad fratres Pauli & Stepha-
ni, de quo idem Benedictus; quo ni-
mirum & monachos S. Pauli, & Ca-
thedralis Eccleſiæ S. Stephani Cano-
nicos regulares, ipſe vtrorúmque pater
ac Præfectus ad omnem morum ho-
neſtatem inſtituebat.

D 26. MIGETIVS: hic anno 665. S. 665.
Valberti Luxouienſis Abbatis amici
ſui funus curauit. Iacet in S. Paulo.

27. TERNATIVS deceſſorum
ſuorum Veſontienſium Epiſcoporum
Chronicon ſcripſit circa an. 675. hu- 675.
matur autem in S. Paulo.

28. GERVASIVS Ternatio fratri
ſucceſſor datus eſt circa an. 680. 680.

29. CLAVDIVS II. Religioſus &
Abbas Iurenſis. Corpus eius etiamnum
incorruptum, magno in honore habe-
tur in Iurenſi Monaſterio S. Eugendi,

in quo ipſe per quinque & quinquaginta annos Abbas fuit; colitur octauo Idus Iunij, miraculis latè celebris. Quod verò hunc locum in ſerie Biſonticenſium Præſulum obtinere debeat, non quem recentiorum opinione occupauit inter Protadium & Donatum: quódque priùs Abbas fuerit quàm Epiſcopus, tametſi rursùm ex Epiſcopo Abbas fuit, oſtendet idem Petrus Franciſcus Chiffletius vir de Hiſtoriâ bene meritus, in opere quod de inclyto S. Eugendi, ſeu S. Claudij monaſterio iamdudum animo deſcripſit: Ex quibus etiam corrigenda temporum ratio apud Illuſtriſ. & eruditiſſimum Cardinalem Baronium, aliàs verè Cæſarem, id eſt, inter Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Principes, ſummum Principem.

30. Felix. Longè aberrat Gilbertus Cognatus, vbi Felicem hunc confundit cum illo Felice Orientalium Anglorum Apoſtolo, de quo Beda lib. 2. Hiſt. cap. 15. & lib. 3. cap. 20. Polydorus Virgilius lib. 4. rerum Anglic. & Franciſcus Godwinus in Commentario de Præſulibus Angliæ, in Epiſcopis Norwicenſibus. Fuit ille quidem de Burgundionum partibus (vt ait Beda) vbi ortus & ordinatus eſt: ac fortaſſe vitam anachoreticam aliquandiu duxit in ſpeluncâ propè Veſontionem, quæ nunc quoque vulgò appellatur crypta S. Felicis; cæterùm à Felice Vesontiensi Epiſcopo diuerſiſſimus. Hic videlicet ſolo nomine Felix fuit, moribus infeliciſſimus: ille ſuæ appellationis vim omnem impleuit. Hic ob vitam improbam eraſus eſt è ſacris diptychis: illius nomen in Eccleſiæ tabulis ad octauam diem Martij menſis immortalitati conſecratum eſt. Denique Biſontinam Eccleſiam iſte vexauit circiter annum
710. 710. Dunwicenſem ille, ad Orientale
Britanniæ littus poſitam, ſummâ cum laude rexit, ab anno 631. per annos ſeptemdecim vſque ad 648. vt colligitur ex Bedæ citatis locis.

31. Tetradivs II. Iſte nequitiâ ſuâ, ac vitæ perditiſſimæ exemplis Eccleſiam ſuam in ſtatum calamitoſiſſimum redegit: è medio tollitur, cùm in venatione militem ageret, percuſſus ab apro, quem inſequebatur.

32. Abbo vir magnæ abſtinentiæ fuit, pro quâ Epiſcopatum obtinuit, vt

conſtat ex ms. codice, nimirum Luxouij ad regularem vitam inſtitutus, reſtituendæ Canonicorum ſuorum planè collapſæ diſciplinæ cum Adono Priore Luxouienſi operam dedit.

33. Vvandelbertvs.

34. Evroldvs Eccleſiâ ſuâ ſapienter adminiſtratâ, anno ſui Epiſcopatus XII. è viuis exceſſit.

35. Arvlevs. Natalium ſuorum claritatem, prudentiâ ſingulari, morúmque integritate illuſtrauit, virginitatis & puritatis amator.

36. Ervevs.

37. Gedeon cognomento Mitissimvs. cum Ricberto Abbate monaſterij S. Eugendi Iurenſis, de Cellâ S. Lupicini diſceptans, Karolo Magno Regi occaſionem dedit XI. Cal. Octob. anno Regni XXII. eos ditionis Iurenſis terminos, dato Remis diplomate ſanciendi, qui hodiéque aſſeruntur. Porrò annus Karoli Magni in Burgundiâ regnantis poſt obitum Katlomanni fratris, cenſebatur 793.
Chriſti 793.

38. Bernvinvs cognomine Bonvs, qui & Adam dictus videtur in diplomate Lotharij Regis, de quo
infrà. Subſcripſit anno 811. teſtamen- 811.
to ſeu diuiſioni theſaurorum Caroli
magni Imper. Ad hæc 822. appellatur 822.
in Capitulari Ludouici Pij, lib. 2. cap.
25. tum ad annum 828. & 829. in Ca- 828.
pitulari III. c. 1. & in Conciliis Lugdunenſibus. Miſſi Dominici legatione functus eſt ſub eodem Ludouico Pio Imperatore anno 823. ac Synodo Moguntiacenſi intereſt 828. & Pariſienſi 6. an. 829. Obijt cùm multos an-
nos præfuiſſet pridie Idus Auguſti: ſe- 829.
pultus autem in monaſterio S. Viti tribus ab vrbe leucis. His temporum certiſſimis notis parùm congruit, quod refertur in Bibliothecâ Cluniacenſi, ex auctoribus Chronologiæ, & Chronici Abbatum Cluniacenſium non perantiquis; S. Odonem Abbatem an. 926. à Bernoino, Bernonem verò eius deceſſorem an. 910 à Gedeone Biſontinis Archiepiſcopis fuiſſe conſecratos. Vide Alcuinum.

39. Amalvvinvs ſubſcribit edi-
cto Lotharij Imperat. an. Cht. 840. 8. 840.
Calend. Iulij indictione 3. de reſtitu-

tione ſedis & diœceſis Remenſis Eboni Archiepiſcopo, cuius exemplar habetur apud Flodoardum Hiſtoriæ libro 2. cap. 20.

40. ARDVICVS interfuit Conci-
859. lio Tullenſi apud Saponarias an. 859. & alteri Tullenſi apud Tuſiacum 860. nominatúrque in epiſtolâ Synodali ad
860. Venilonem Archiepiſcopum. Impetrauit etiam ius cudendæ monetæ ab Imperatore, ipſiúſque meminit Flodoardus lib. 3. cap. 20. & 21. Ex citato Codice MS. acquiſiuit Eccleſiæ S. Stephani ad luminaria concinnanda, ſalarium Ledonis de manu Lotharij nepotis Caroli Regis. B Abbatiam verò de Bergillis, & teloneum Biſontij obtinuit à Rege Carolo. Accepit etiam ab eodem Principe Lothario iuniore Romam eunte an. regni 14. Chr. 870.
870. 11. Cal. Februarij. Abbatiſſam Carnonis caſtrum in pago Scodingorum, vnà cum cellulâ vocabulo Balmâ in eodem pago: ad compenſandas villas Cauennacum, Campanias, & Toliſiacum, quæ olim poſſeſſæ fuerant ab Epiſcopis deceſſoribus, Gedeone ſcilicet, & Adam; tunc autem ab Attone Comite obtinebantur. Hic ergò *Adam* interpretatur BERNVINVS, cóſque binomines fuiſſe cenſemus. C

41. THEODERICVS I. ſubſcripſit
876. Synodo Pontigonenſi ad an. 876. & Trecaſſinæ 2. an. 878. in quâ libellum obtulit de Verſinde feminâ velatâ, quæ coniugium ſortita erat: conqueſtus eſt autem ſuper Suffraganeos qui ſynodicè vocati audientiam præbere noluerunt. Intereſt quoque Conuentui Manta-
879. lenſi 879. & in coronatione Boſonis Regis. Sunt de illo, vel ad illum epiſtolæ plures Ioannis VIII. Papæ, 109. quâ Epiſcopum Lauſanenſem ordinati vetat. 110. 151. 163. 243. 245. datæ an- D
880. nis Chriſti 878. 879. 880. in quarum poſtremis duabus & vnâ ad Carol. Craſſum Italiæ Regem ſcriptâ appellatur *Sancta CHRYSOPOLITANÆ Sedis Archiepiſcopus*. Per hunc Præſulem reſtituit Zuenteboldus Rex, Eccleſiæ S. Stephani villam Pauliaci, ex MS. Sed & in archiuo Eccleſiæ Biſontinæ legitur chirographum vetus, quo Pharulfus presbyter, baſilicæ S. Ioannis Euangeliſtæ quæ conſtructa eſt in caſtro Veſontico, vbi tunc Theodoricus Pontifex præerat, dat Eccleſiam in honore S. Mauricij & ſociorum eius fundatam in villâ Coldrinico, & alia nonnulla; die Dominico tertio Nonas Februarij anno 5. regnante Rodulfo Rege, Chriſti verò an. 894. 894.

42. BERENGARIVS nepos Theoderici, cui ſucceſſit, in Archiepiſcopatum raptus, & inthronizatus communi electione ante altare S. Stephani, cuius erat Canonicus; ſed propter Ayminum hæreticum excæcatus, Vicarium habuit in officio Pontificali Stephanum Belicenſem Epiſcopum, ex citato MS. Biſonticenſi. is corpus S. Maimboldi tranſtulit ad caſtrum Montis-Beliardi. Additur & in alio codice; decimotertio ſui ſacerdotij anno, poſt multos agones & multas patientiæ ſuæ coronas in pace quieuiſſe.

43. AYMINVS inuaſor, vocatur Pſeudoepiſcopus, non tamen receptus. Idem ipſe vt credimus, qui ſubſcribitur Eiminus Veſontionenſis in Concilio Cabilonenſi an. 915. Indictione 915.
tertiâ, vt rerum Burgundicarum ſcriptores narrant, quem item Leoninum vocant: cùm intereà per ſcelus atque iniuriam pro Biſontino Archiepiſcopo ſe gereret.

44. GONTERIVS Aymino ſucceſſor datus, vt docet ſcriptor Biſonticenſis manuſcripti.

45. GIRFREDVS ſiue GOFFRIDVS. Synodo Trenorchianæ in monaſterio congregatâ, interfuiſſe cum Guidone Lugdunenſi & permultis Epiſcopis an. 944. auctor eſt Petrus à 944.
ſancto Iuliano in originibus Trenorchianis. Ex antiquis tabulis præfuiſſe reperitur, annis Conradi Regis, VIII. XII. & XIV. hoc eſt Chriſti 947. 951. & 947.
953. Sed & longè ante hæc tempora ſediſſe GIRFREDVM, ex eo appa- 953.
ret, quòd agente & rogante Conradi patre Rodulfo Iurenſium Rege, ſimul & ſemel ordinauit Epiſcopos tribus Eccleſiis, Beronem Lauſanenſi, Ieronymum Belicenſi, Aſmundum Sedunenſi, vt refert vetuſtus codex Eccleſiæ Biſontinæ. Rodulfus porrò Rex, Conradi pater, obiit an. 937. vt teſtatur Hermannus in Chronico. Immò in catalogo Epiſcoporum Lauſannenſium hæc ipſa conſecratio Beronis Epiſcopi, à Girfredo facta dicitur an. 932.

46. GVIDO.

47. GVICHARDVS ex Abbate

Vallis S. Georgij in Germaniâ, electus A
ſub Ottone III. Imperatore, de quo
Munſterus in Coſmogr. lib. 3. Germa-
niæ & Vion. lib. 2. cap. 19.

» 48. LEOTOLDVS ex veteri cartâ
993. » an. Incar. 993. inluſtris clericus S. Ste-
» phani Canonicus & Leuita, nomine
» Alcherius, qui Canonicam ſuam du-
» dum ab Archiepiſcopo ſanctæ Veſon-
» tionenſis Eccleſiæ Leutoldo & fratri-
» bus loci acceperat, dedit loco ſancti
» Stephani ad menſam fratrum villam
» Louetingem cum omnibus appendi-
» ciis ſuis, ſitam in Comitatu Amoenſe:
» laudante LEVTOLDO Archiepiſcopo, B
» & omnibus Canonicis ſancti Proto-
» martyris Stephani. Dudùm ergò ante
993. præfuerat Leutoldus, qui dudùm
antè eumdem annum Alcherium ad
Canonicatum promouerat. Sequenti
994. an. 994. Leotoldus idem S. Odilonem
ipſo die Pentecoſtes Abbatem Clunia-
cenſem conſecrauit.

49. HECTOR: vetera Necrologia
obitum huius notant VI. Kal. Nouem-
bris, quâ die Luxouienſis codex ita
» habet; HECTOR CHRYSOPOLI-
» TANVS Archiepiſcopus, Luxouij vbi-
» que adiutor bonus: carta verò S. Leo- C
nis IX. Pontificis Max. data 6. Cal. De-
cemb. huius etiam meminit ſub annum
1049.

50. BERTALDVS intruſus Pſeudo-
pontifex, non tamen receptus fuit, vt
liquet ex memorato MS.

51. VVALTERIVS I. adfuit Syno-
1025. do Anſanæ 1025. Hugonem ſucceſſo-
rem ſuum ſacri Baptiſmatis vndâ reno-
uatum ſuſcepit ac tenuit; vt ipſemet
Hugo refert in quodam diplomate.
Ad hæc à Beato Agapito, Prænestino
Martyre, cuius caput in baſilicâ S. Ste-
phani defoſſum latebat, ex morbo dif- D
ficili perſanatus eſt. Indéque S. Ste-
phani ædem ampliare cœpit: ſed è vi-
1030. uis excedens an. 1030. IV. Nonas Octo-
bris, eius ædificij perfectionem ſucceſ-
ſori tranſmiſit. Ad eum quoque ex-
ſtat Benedicti VIII. Papæ, vti & ad
Epiſcopos Burgundiæ & Aquitaniæ
ſcripta epiſtolâ, pro tutelâ Cluniacen-
ſis Monaſterij.

SALINS. D'azur à vne tour d'or.

52. HVGO DE SALINS I. na-
tus Salinis patre Humberto Domino
Salinenſi, ex Hermenburgâ, cogno-
mento Salinarius. primùm Canonicus
Biſontinus fuit & Rodulfi Burgundiæ
num Regis ſacello præfectus; deinde
S. Pauli Biſonticenſis Abbas poſt Al-
bericum. Nondum Archiepiſcopus
Salinenſem Eccleſiam S. Anatolij ex-
ſtruxit, & in eâ Canonicos conſtituit.
Cuius ſancti reliquiæ in Eccleſiâ Beati
Symphoriani requieſcunt; quam ædem
ſacram S. Benigno Diuionenſi conceſ-
ſit, & illud donum poſteà confirmauit
Rodulfus Burgundiæ Rex, vocans
HVGONEM dilectiſſimum, valdè no-
bilem, cariſſimum, ac venerabilem
Pontificem. Factus Archiepiſcopus ea
præclarè geſſit, quæ ſi diffuſiùs narren-
tur, iuſtum opus conficiant; de quibus
inter alios Petrus Damiani lib. 3. epiſt.
8. Vigbertus in vitâ Leonis 9. Papæ
lib. 2. cap. 4. & vitâ S. Hugonis Clu-
niacenſis conſecratus eſt. 7. Idus No-
uembr. die Dominicâ anno 1031. ex 1031.
Chronico Diuionenſi. Sequenti ele-
ctum refert Albericus monachus in
Chronico, quem tamen perperam tra-
dit ortum fuiſſe de ſtirpe Comitum
Burgundiæ, ac fratrem Raimundi Co-
mitis in Hiſpaniâ. Pallium accepit à
Benedicto IX. Pontifice April. 15. an.
1037. quo Alinardum Lugdunenſem 1037.
ſacrauit. S. Marcello Cabilonenſi Ec-
cleſiam S. Aniani de Ruffeio in dedi-
catione Eccleſiæ Vallis contulit. Idem
condidit teſtamentum, ſiue diſpoſitio-
nem pro Religioſis S. Pauli 1044. Cal. 1044.
Aprilis 8. & triennio poſt adſcriptus
legitur in tabulario Abbatiæ Santo-
nenſis, inter Præſules qui adfuère de-
dicationi monaſterij ſanctimonialium
Beatæ Mariæ. Interfuit 1049. Conci- 1049.
lio Remenſi, vt patet ex Chronico S.
Benigni; eodémque anno in feſtiuita-
te cathedræ B. Petri ſanctum Hugo-
nem Abbatem Cluniacenſem ordina-
uit, referente cartulario Cluniacenſi.
Circa hoc tempus inſtituti fuère ab
eodem Leone Papâ Veſuntione Car-
dinales Canonici ſeptem. Anno Chri-
ſti 1050. Hugonis Archiepiſcopi nono 1050.
decimo, Leo nonus ipſe Pontifex
primarium altare ſuperioris baſilicæ S.
Stephani Biſontini ritu ſolemni con-
ſecrauit, non autem, vt hactenus vul-
gò creditum eſt, anno 1048. Ex quo
emendandus error qui ex Veſontione
tranſlatus in tomum primum Italiæ ſa-
cræ, vbi agitur de Sutrinis Epiſcopis:
nempe Kilinum Sutrienſem Epiſco-
pum qui ſubſcriptus eſt tabulis conſe-
crationis altaris S. Stephani Biſontini,
illum ipſum eſſe qui ſimoniæ delatus

in Concilio Romano, poſt paucos dies
miſerè interiit. Cùm enim ex præmiſ-
ſis Kilinus Veſontione præſens fuerit
quinto Nonas Octobris an. 1050. eum
diuerſum eſſe oportuit à ſimoniaco il-
lo Sutrienſi Epiſcopo, qui verno tem-
pore anni 1049. Romæ exſtinctus fue-
rat. Vt fruſtrà ſit quæſtio de validita-
te indulgentiarum, & priuilegiorum
conceſſorum à Leone 9. nondum ca-
nonicè electo. Nam Hiſtoriæ conſe-
crationis huius tabulam à ducentis cir-
citer annis deſcribens Iohannes Ban-
neleti Notarius Apoſtolicus, annum
1048. qui in antiquis non habetur, im-
peritè de ſuo adiecit. Porrò Hugo-
nis Archiepiſcopi ſequens charta in
tabulario Benigniano Diuionenſi ſer-
uatur:

*IN NOMINE Sanctæ & Indiui-
duæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente
clementiâ Romanorum Imperator Augu-
ſtus. Si iuſtis petitionibus fidelium noſtro-
rum aurem libenter accommodauerimus,
nobis ad ſalutem animæ noſtræ profuturum
minimè dubitamus. Quapropter omnium
fidelium noſtrorum præſentium videlicet,
& futurorum nouerit induſtria, qualiter
SANCTÆ CHRYSOPOLITANÆ
ECCLESIÆ ARCHIEPISCO-
PVS HVGO, noſtram adiit imperia-
lem clementiam humiliter obſecrans, vt
bona quæ Eccleſia S. Renigni Diuionenſis
Cænobij in noſtro regno haberet, noſtrâ il-
li confirmaremus auctoritate Imperiali.
Concedimus igitur ob interuentum dile-
ctiſſimæ coniectalis noſtræ Agnetis, &
corroboramus per hanc præcepti noſtri pagi-
nam, & propter petitionem fidelis noſtri
prædicti Archiepiſcopi Biſontinenſis, & Co-
mitis Rainaldi quicquid in regno noſtro
iure ac legaliter præfata Eccleſia Sancti
Benigni acquiſiuit, Albiniacum videli-
cet villam cum Eccleſiâ Sancto Marcello at-
titulatâ, aliam in Cumbiliaco villâ, tertiam
in villâ quæ vocatur Duellaris villare, cum
poſſeſſionibus ad eaſdem Eccleſias pertinen-
tibus, ſcilicet cum cellis & Eccleſiâ Ottonis
villæ antiquitùs Abbatis in memoriam S.
Martyris, & Epiſcopi Leodegarij conſecratâ,
& omnibus pertinentiis eius, ſicut Burchar-
dus, cuius beneficium fuit, eidem Eccleſiæ
tradidit. Corroboramus etiam domum Cal-
deriacam in ſalinis vico, cum ſedibus ſuis,
quas tradidit ſupradictæ Eccleſiæ Comes
Otto, cognomento Vuillelmus, & vt in his
quæ pro expiandis peccaminibus benefa-
ctorum loci ipſius à fratribus inibi Deo fa-
mulantibus aguntur, noſtræ recordationis
A temporibus ſuccidua interſit memoria; ſta-
tuimus atque decernimus, vt quod ad præ-
fati loci vtilitatem, in iam dictis cellis
emptum eſt vel collatum, futuriſue tempori-
bus legaliter emendum, atque donandum,
per huius noſtræ auctoritatis præceptum ra-
tum habeatur. Ita vt à nullis noſtris ſuc-
ceſſoribus, aut aliquibus aliis contradicto-
ribus aliqua poſſit temeritate vel ratione vio-
lari. Si quis autem &c. Signum Dom. Hen-
rici II. Romanorum Tertij Regis inuictiſſi-
mi, Imperatoris Auguſti, religioſi Principis
Burgundionum primi. Hugo Cancellarius
vice HVGONIS Archiepiſcopi & Ar-
chicancellarij recognouit, anno ab Incar.
B Domini M. LVI. Indictione VIII. anno 1056.
verò Domini Henrici 3. Regis inuictiſſimi,
Imp. 2. ordinationis eius XXVI. regni qui-
dem XV. Imperij autem VII. Actum Vor-
matiæ feliciter. Amen.*

Adfuit Hugo Nicolai Papæ Le-
gatus, ſacro Philippi Henrici I. Regis
filij, à Geruaſio Remenſi Archiepiſco-
po peracto 1059. vt habet fragmentum 1059.
Hiſtoriæ Francorum. Anno verò ſalu-
tis 1062. 2. Non. Aptil. apud Andega-
uam ciuitatem dedicatum eſt mona-
ſterium nouum in honorem S. Salua-
toris Mundi, pet venetabiles Epiſco- 1062.
pos Hugonem Veſontionenſem Ar-
C chiepiſcopum, Euſebium Andega-
uorum, Vulgrinum Cenomanorum,
atque Nannetenſem Epiſcopos; ex
Chronico Vindocinenſi. Tranſtulit
etiam 1063. Maij 28. corpora ſancto- 1063.
rum Ferreoli & Fetrucij, ac ſedit ab
obitu deceſſoris per annos quadtagin-
ta; vt notat membrana vetus tempore
Hugonis tertij deſcripta. Moritur an.
1070. VI. Cal. Auguſti. Inſcriptio mat- 1070.
moris, quod Hugonis cordi impoſitum
eſt in æde ſanctæ Magdalenes hæc le-
gitur;

HVGONIS primi cor veneratur ibi,
Tum ad otas quadrati ſcriptum eſt.
D *Pro fundatore per quē ſumus hic in honore*
Fratres oremus . . . .
Poſtremum hemiſtychion, in exaeſo
marmore aſſequi non poteſt.

53. Hugo de Montfaucon Montfaucon.
II. ortus eſt nobili familiâ de Monte-
Falconis ex monacho & notario, ſeu
Cancellario electus Archiepiſcop. ad
annos quindecim ſedit. Eduenſi Sy-
nodo adfuit 1072. At è mendoſo apo- 1072.
grapho deſumptum fuit quod refertur
in Veſontione, Hugonem electum Bi-
ſontinum conueniſſe Spiræ Henricum

Regem, atque interuentu eius matris A
Agnetis Auguſtæ, obtinuiſſe priuile-
gium pro Eccleſiâ S. Pauli Biſontinen-
ſis an. Incar. 1067. Indict. IV. ordina-
tionis autem Henrici 4. Regis 14. re-
gni XX. Nam Hugonem primum adhuc
anno 1067. ſuperſtitem fuiſſe conſtat,
ac in Italiâ tum egiſſe Agnetem Augu-
ſtam; cui Henricum filium Lambertus
Schafnaburgenſis illius æui accuratiſ-
ſimus ſcriptor, an. 1072. in natali S. Ia-
cobi, nempe 25. Iulij, Wormatiæ oc-
curriſſe aſſerit, de Tranſalpinis parti-
bus redeunti, vbi ſex, aut eo amplius
annos iam demorata fuerat: ac Ru-
dolpho Duce Sueuiæ propter quem B
venerat, Regi reconciliato, ſtatim à
filio abſceſſiſſe. Hinc reſtituas licèt
epochas prædicti priuilegij, quod in
huc ipſo Henrici Regis cum matre A-
gnete congreſſu conceſſum eſt; Et qui-
dem, vt videtur, exeunte Iulio; & anno
regni XX. vt ibi notatur: quo ex chara-
ctere, & iam dictis temporũ notis appa-
1072. ret, datum diploma 1072. qui erat vul-
garis æræ, ſeu Dionyſianæ 1071. Ind. IX.
an. autem ordinationis, Henrici quarti
Regis XVIII. regni XX. Etenim regnare
cœperat Henricus ipſo die Natalis
Domini, primo ſcilicet die anni Dio-
nyſiani 1052. ordinatus autem ſeu co- C
ronatus fuerat Aquiſgrani IX. Cal.
Iulij anni Dionyſiani 1054. qui cenſe-
batur Incarnationis 1055. à XXV. Mar-
tij. Ceterùm iſte HVGO II fundauit
Benedictinis in vrbe monaſterium S.
Vincentij; in quo & ſepultus eſt, cùm
obijſſet 4. Cal. Octobris ãn. Chriſti
1085. 1085. Ex eadem gente Montis-Falco-
nis Rainaldus, Iſabellis de Cortenaiu
Roberti magni Franciæ Buticularij
filiæ, maritus, de quo in Hiſtoriâ Ge-
nealogicâ Domus Franciæ Sanmartha-
norum fratrum tomo II. lib. 36. Non
ergo natus erat ex ſtirpe Habſpurgen-
ſi, vt quidam ſcribunt. D

BOVRGONGNE COMTÉ. De gueulles à l'Aigle d'argent.

54. HVGO DE BOVRGONGNE III.
Guillielmi magni Comitis ſuperio-
ris Burgundiæ, Matiſconis & Viennæ
filius, ex Gertrude Matiſconenſi, ne-
pos Ragenaldi primi Comitis, Othu-
nis Guillelmi pronepos, frater autem
Guidunis Archiepiſcopi Viennenſis,
poſteà Calixti II. Papæ. Præfuit ex
quo tempore electus, haud multo poſt
obitum deceſſoris: tametſi anno dum
1088. taxat 1088. ordinatus eſt. Raimundo
fratri ſuo Caſtellæ Regum futuro pa-
renti, cùm eſſet in procinctu ad Hiſ-
panicam expeditionem, dedit ſepties
mille ſolidos, monetæ denariorum;
pro quibus viciſſim Raimundus eius
Eccleſiæ multos fundus largitus eſt.
In S. Vincentij monaſterio, quod eius
deceſſor Hugo II. fundauerat, Achar-
dum venerabilis vitæ virum Abbatem
conſtituit, 5. Cal. Nouembr. indict.
15. an. 1091. ſuæ ordinationis quarto. 1091.
Præſens fuit donationi Biſuntij, quar-
tæ partis Eccleſiæ S. Martini, Stepha-
no Abbati Beſuenſi 1098. vt eſt in
Chronico eiuſdem Abbatiæ; ſuntque 1098.
aliæ huius Archiepiſcopi litteræ, qui-
bus ſubſcribit Pontius Præſul Belicen-
ſis, eodem anno 3. Non. Ianuar. in-
dict. 6. Ad vltimum, an. 1100. cum al- 1100.
tero fratre Stephano Burgundiæ Co-
mite in Palæſtinam proficiſcitur, quo
in itinere extinctus eſt anno 1101. Idi- 1101.
bus Septembris. Meminit non vno di-
plomate Calixtus Papa 2. fratris ſui "
Hugonis Archiepiſcopi, qui in Ieroſ- "
ſolymitanâ peregrinatione ad Domi- "
num migrauit. Non eſt conſentaneum "
quod à nonnullis aſſeritur, ortum eſſe
HVGONEM III. ex Dominis Sali-
nenſibus. Porrò Maura, ſeu Moreta,
Galcheri Domini Salinenſis filia &
ex aſſe hæres, Gerardo ex Comitibus
Burgundiæ, Viennenſi & Matiſconen-
ſi Comiti, Guillelmi magni nuncupati
Teſtehardie Comitis Burgundiæ pro-
nepoti nuptui tradita, Salinenſem to-
parchiam Comitum Burgundiæ ditio-
ni prima adiecit.

55. PONTIVS, qui & HVGO IV.
binomen hic fuit: & quidem vt cen-
ſemus, PONTIVS nomine, cognomi- 1102.
ne HVGO; quia ſe ipſe Pontium ſem-
per appellat, ab aliis verò interdum
Pontius, ſæpiùs Hugo quartus dictus
reperitur. Pallium accepit à Paſchali
Papâ II. an. 1106. pridie Kalendas Ia- 1106.
nuarij Indict. XIV. Multa Eccleſijs
contulit ad annos 1102. 1106. 1107.
quo mentio eius habetur in cártulario
Cluniacenſi Prioratus Mortuæ aquæ.
Obiit 1108. Kal. Februarias XVI. 1108.

56. GVILELMVS D'ARKEL II. ex
nobilibus Dynaſtis de Arguello. Hu-
ius meminit Cluniacenſe tabularium
numero 137. de Eccleſiâ Altepetræ
Pontio Abbati conceſsâ ab Archiepiſ-
copo, cuius diploma habes in Biblio-
thecâ Cluniacenſi ſub hâc verborum
formulâ:

ARKEL. D'argent à la faſſe de deux pieces breteſſee & contrebreteſſée de gueulles.

GVILLELMVS Dei gratiâ SANCTAE BISVNTINENSIS Eccleſiæ ARCHIEPISCOPVS, venerabili Patri domno PONTIO CLVNIACENSI Abbati, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Paſtoralis officij eſt, vt euellat & deſtruat, vt diſperdat & diſſipet, vt ædificet & plantet. Quia ad hoc nos præfecit populo omnipotens Deus, vt vineam Domini Sabbaoth diſciplinis regularibus excolamus, vt vitia euellere, ſuperflua deſtruere, virtutúmque plantaria inſerere ſtudeamus; dum hoc viribus noſtris ſine coadiutoribus adimplere non poſſumus, oportet nos agricolas peritos virtutum viros vndecumque conducere, qui vſque ad veſperum viriliter laborantes, ad vbera noſtræ conſolationis ſub vmbraculo diuinæ protectionis confugiant, & nobiſcum labores manuum ſuarum manducantes, æternæ beatitudinis denarium ſibi & nobis adquirant. Et quoniam Cluniacenſis Eccleſia, præ cæteris Galliarum Eccleſiis huiuſmodi ſpiritalis agriculturæ peritiſſimos agricolas, & multo plures habere cognoſcitur; Venerabilis fratris noſtri Vvalcherij Gigig.... Prioris petitionibus annuentes, Alte-petrenſem Eccleſiam religione quondam Monaſticâ deſtitutam, tibi Deo dilecte Cluniacenſis Abbas, ſanctiſſimóque eiuſdem loci Conuentui dedimus, conceſſimus ad inhabitandam, & in religione Monaſtici Ordinis Deo auctore vigilantius informandam. Actum Biſuntij in Eccleſiâ ſancti Ioannis, laudante Pontio Alte-petrenſi Priore, Stephano eiuſdem Eccleſiæ Canonico, & Biſuntino Cantore, Mainerio Decano, domno Bernardo Magiſtro, domno Manaſſe Archidiacono, Stephano Theſaurario, Burchardo & Hugone Archidiaconis, & aliis multis. Poſtea Cluniaci III. Idus Auguſti per memetipſum in Capitulo veſtro interfui, & idipſum cum his qui mecum aderant, laudaui & confirmaui, ſaluis iuſtitiis & debitis conſuetudinibus noſtris, &c. Amen. Sedit annos circiter nouem, & abdica-
1117. uit Epiſcopatum 1117. quâ fortaſſe ex
causâ locum non habuit in Antiſtitum Catalogis, in quibus omnibus Hugoni quarto proximè ſubijcitur Anſericus.

57. ANSERICVS Decanus Eduenſis dicitur in Calendario S. Sympho-
1117. riani, & ſedem inijt anno 1117. nam
duas chartas legimus ab eo datas 1124.
Indict. III. Pontificatus eius octauo
1123. Anno 1123. Petrum cognomento Ve-
nerabilem, Cluniacenſibus Abbatem
conſecrauit die octauæ Aſſumptionis. idem Conuentui Imperiali Argentinæ interfuit 1125. & Baſileenſi 1129. Mor-
tuus eſt XII. Kal. Maij 1134. quo anno 1134.
cartam conceſſit monaſterio Charitatis in Burgundiæ Comitatu, teſtibus Valthero Cabilonenſi, Henrico Tullenſi & Alberone Baſileenſi Epiſcopis.

58. HVMBERTVS eligitur ex Canonico S. Pauli; & memoratur cum Petro Lugdunenſi Archipræſule, in tabulâ pacificationis Vuidonis Lauſa-
nenſis Epiſcopi circa an. 1135. vt docet 1135.
carthophilacium Sauiniacenſe; adfuit etiam conſecrationi Altaris maioris ab
Eugenio III. Papâ 1148. III. Nonas 1148.
Maij, & Landericum Lauſanenſem Epiſcopum inaugurauit 1160. Sedit annos ferè XXVII. & exceſſit è viuis 1161. Calendis Oct. ſepultus in æde Biſontinâ S. Pauli, cuius Canonicum fuiſſe legitur: ſed opinamur redditum tantùm in extremâ vitæ periodo. Alioqui non diceret HVMBERTVS in tabu-
lis, datis anno 1161. Indict. nonâ, & vt 1161.
cenſemus non multò ante obitum; ſe ornare atque augere velle Eccleſiam illam (nempe matricem Biſontinam S. Ioannis) quæ lacte ſui beneficij me puerum nutriuit, prouectum in Pontificali Cathedrâ collocauit, ſenem baculo dignæ compaſſionis ſuſtentauit.

59. VVALTHERIVS DE BOVRGONGNE II. regali Francorum Principum proſapiâ natus, Hugone II. Duce, & Mathilde Turenâ; Odonis 2. frater, patruúſque Hugonis III. Burgundiæ Ducum. Ex Decano S. Stephani Biſonticenſis ſuffectus eſt Humberto. Quamdam Belleuallenſis mo-
naſterij controuerſiam diremit, 1162. 1162.
tantum *Biſuntinus Electus*, quo anno habita eſt Dolæ in territorio Biſonticenſi Synodus teſte Alberico in Chronico. Nec multò poſt ex imperio in regnum remigrauit, factus Epiſcopus Lingonenſis, an. 1163. ne ſcilicet ſicut Humbertus eius deceſſor, Friderici Imper. ſchiſmate pollueretur; aut à partibus diuideretur Ludouici Francorum Regis, fratriſque ſui Odonis Burgundiæ Ducis, qui à legitimo Romano Pontifice ſtabant. De eodem Walterio plura habentur in Epiſcopis Lingonenſibus.

BOVRGONGNE. FRANCE. Bandé d'or & d'azur de ſix pieces, à la bordure de gueulles.

60. HERBERTVS à Friderico I. 1163.
Imper. intruſus, homo perditæ vitæ, ſedem

ſedem Biſontinam per octo circiter an-
1163. nos occupauit; nam plurima legimus
ab eo confecta diplomata annis 1163.
1170. 1164. 1166. 1169. & 1170. Funeſtam
eius mortem deſcribit Gaufridus Abbas Altæcumbæ; quam in an. Chriſti 1170. aut 1171. ineuntem referemus; quia Ebrardi eius ſucceſſoris extant tabulæ apud Bellamuallem datæ anno
1172. 1171. & 1172. in quibus *Electus* adhuc
appellatur. Schiſmatici poſtmodùm acta reſciſſa atque exauctorata ſunt.

61. EBRARDVS. Verus hic locus ſedis ipſius, non quem habet in recentiori ſerie. Multa eius exſtant in Eccleſias beneficia, obſignata annis 1171.
1173. 1173. 1175. 1178. 1179. & aliis quæ videre
eſt in variis archiuis diœceſis. Interfuit funeri S. Petri Tarentaſienſis Archiepiſcopi, vitâ defuncti in monaſterio
1175. Bellæuallis an. 1175. vt fidem facit eius
epitaphiũ, teſtatúrq; Gaufridus Abbas in eius vitâ MS. non autem an. 1171. vt
1177. eſt apud Surium. Anno item 1177. VII.
Idus Octob. conſecrauit altare monaſterij de Roſeriis, per Galcherũ Dominum Salinenſem olim fundati; nam is an. 1175. è viuis iam exceſſerat: Et Raynaldum Epiſcopum Belicenſem oleo
1179. ſacro inunxit 1179. quo anno, vt vide-
tur, fato functus eſt Ebrardus, 3. Non. Octobris.

MONTFAVCON.

62. THEODERICVS DE MONTFAVCON II. frater Amedei Montisbeliardi Comitis, Richardo Domino Montisfalconis, ex filiâ Theoderici Comitis Montisbeligardis genitus, vt auctor eſt Albericus monachus in chronico ad annum 1158. expeditionem in terram ſanctam aggrediens cum Fride-
1189. rico Sueuo 1189. Amedeum reliquit
Epiſcopatus ſui Adminiſtratorem; Vicarium verò Oliuerium Luxouienſem Abbatem. Obiit peſte in Oriente IX.
1191. Cal. Decembris 1191. poſt expugna-
tam Acconam: húncque citatus Albericus, in exercitu Chriſtianorum eminentiorem indigitat.

VIENNE MASCON. De gueulles a l'Aigle d'or eployé & armé d'azur.

63. STEPHANVS DE VIENNE, Gerardi Comitis Viennenſis & Mariſconenſis, ex Maurâ hærede Galcheri ſenioris Domini Salinenſis filius fuit; non verò Othonis III. Meraniæ Ducis, & Aleidis Comitiſſæ Burgundiæ, vt quidam ſcribunt. Electus Archiepiſcopus biennio tantùm præfuit, ſed conſecrari non potuit per ætatem. Fallit autem inſcriptio ducta à ducentis ferè annis ad S. Stephani parietem, & duos Stephanos in vnum conflat; in quâ appellatur ac depingitur in medio octo Comitum, *STEPHANVS de Burgundiâ Electus Biſontinus, frater Othonis Comitis.* Nam STEPHANVS noſter Electus Biſontinus, Gerardo Comite Viennenſi natus erat: cúmq; annis duobus adminiſtraſſet, obiit IV. Idus Iunij an. (vt
vero ſimilius eſt) 1194. At Stephanus 1194.
Canonicus Biſontinus, Hugonis Burgundiæ Comitis filius, Othonis frater, integro amplius ſæculo poſterior fuit, & Romæ deceſſit 4. Aprilis 1299. priùs condito teſtamento Veſontione, 5. Idus Maij, 1298. quo multa legans Eccleſiis & pauperibus totius diœceſis, hæredem ſcripſit Othonem fratrem ſuum, Comitem Burgundiæ Palatinum & Dominum Salinenſem.

TREMELAY. D'or au chef de gueulles.

64. AMEDEVS DE TREMELAY, nobilis generis, Guidonis filius, Fromundi de Tremelay frater, ſedem adeptus circa 1195. in eâ vixit annis 25. teſte
Alberico, qui eum virum ſapientem & 1195.
emeritum vocat. Subſcriptus reperitur diplomati Friderici 2. Imp. pro Arelatenſibus. Capitulo ſuo Biſonticenſi ſcribit Innocentius Papa anno 15. Pon-
tificatus, Nonis Oct. 1212. quòd licet 1212.
eorum Eccleſiæ lignea ædificia fuerint caſu igne conſumpta, parietibus illæſis & menſâ principis altaris in ſui extremitate modicam paſsâ fracturam, nec Eccleſia nec altare debeat iterùm conſecrari. Quæ autem referuntur de Henrico Camerario curiæ Biſontinæ, qui functus eſſet vice & auctoritate Domini Archiepiſc. Biſonticenſis, dum idem eſſet in partibus tranſmarinis, poſteriùs licèt dicta, tamen ad Theodericum II. haud dubiè ſpectant. AMEDEVS iam
ſenio grauis anno 1220. Epiſcopatu 1220.
ceſſit: ac tum electus Conradus qui à Romano Pontifice non eſt conceſſus: Albericus in chronico; *Duæ*, inquit, *ſunt in ciuitate (Biſontinâ) Eccleſiæ contendentes de maioritate, S. Stephani, ſcilicet & S. Ioannis, vnâ die in ambarum Capitulis cum fieret electio, & altera ignoraret quem altera eligeret; nominatus eſt CONRARDVS Legatus, & de communi tandem conſenſu ipſum à Papâ poſtulauerunt, nec tamen obtinuerunt; quia eum ſuper gentes & regna conſtitutum, ad lucra maiora Dominus Papa ſibi reſeruabat.* Moritur deinde AMEDEVS priuatus IV. Kal. Februarij, ſed incertum quo anno.

Rogemont. 65. Gerardvs de Rovge- A
mont i. S. Ioannis Decanus, & Ar-
chidiaconus, Pontificatum iniit 1220.
nam Albericus eodem loco proſequi-
» tur : Electus eſt igitur in Archiepiſco-
» pum vir nobilis Gerardus, filius Theo-
» baldi de Rogemont, filij Humberti,
1220. » Comitis Stephani conſobrinus, & ha-
» buit fratrem Humbertum & Theobal-
» dum ; Humberti filius Hugo, & filia
» Haymonis de Falcogneis genuit Hay-
» monem modernum. Idem Gerardus
1223. 1223. firmat donum Idæ Matiſconenſis,
Guillelmi 2. Comitis ſororis, Eccleſiæ
Beatæ Virginis de Goille : ac nomina-
tur in tabulâ Hugonis Lingonenſis B
1225. 1224. Migrauit è vitâ an. 1225. Idibus
Martis, cùm ſextum iam annum ſede-
ret. Sepultus ante maius altare Mona-
ſterij Bellæuallis.

Abbavilla. 66. Ioannes de Villa-Ab-
batis i. Decanus Ambianenſis, au-
ctoritate Romani Sancti Angeli Dia-
coni Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Le-
1225. gati in Franciam, anno 1225. Remis,
» poſtridie beati Lucæ (inquit ad eum
» annum Albericus) Magiſter Ioannes
» de Villâ Abbatis, vir honeſtus moribus
» præditus, ad prædicandum optimus
» Theologus, Ambianenſis Decanus cõ- C
» ſecratur in Archiepiſcopum Biſonti-
» nenſem. Hunc alij auctores mendosè
Ioannem Algrin nuncupant, & ex mo-
nacho Cluniacenſi ac Priore S. Petri
Abbatisvillæ, Biſontinum Antiſtitem
1227. creatum. Ceterùm anno 1227. dela-
tum ſibi Patriarcharum Conſtantino-
politanum non admiſit Ioannes noſter
Archipræſul, qui omni diſciplinarum
genere excultus, inter cetera ingenij
monumenta, pulchram, plenámque iu-
dicij expoſitionem in Cantica Canti-
corum edidit, cum multis diuinis con-
cionibus, quarum cum laude meminit
Trithemius. In Pariſienſi autem Aca-
demiâ ad liberales artes inſtituit plu-
rimos ; & vix ſub Gregorio 9. Papâ D
Purpuratorum pileo fuerat inſignitus,
cum ad prædicandam Cruciatam, vt
vocant, contra Saracenos ſtatim in
Hiſpaniam ac Luſitaniam delegatur;
Functus ſub eodem Pontifice ſecundâ
Legatione ad Fridericum, ita felici
euentu, vt ſchiſmatis abiectis conſilijs
ad pacis fœdus cum Gregorio ſan-
ciendum, facili negotio illum indu-
xerit: id docent Vghellus in Epiſcopis
Sabinenſibus, Onuphrius, aliique ſcri-
ptores Cardinalium. Obiit Romæ
1237. Cal. Octob. 4. non 1240. vt pla- 1237.
cet Ciacconio, iam ab annis decem
Sabinenſis Epiſcopus Card. à Pontifice
creatus. Ex quibuſdam ſchedis electus
dicitur Ioanne tranſlato ad Sabinen-
ſem Eccleſiam, Abbas S. Benigni Di-
uionenſis anno 1227. 1227.

67. Nicolavs de Flavigny Flavigny.
natus in Æduorum oppido Flaui-
gneio, inſignis Theologus ac diuini
verbi Prædicator ex Decano Lingo-
nenſi fit Archiepiſcopus 1228. Ioanne 1228.
ad Sabinenſem Epiſcopatũ prouecto :
Eidem probitate & eruditione cele-
bri, filium ſuum commendat Guiliel-
mus Vergiacus Burgundiæ Seneſcal-
lus. Releuauit corpus S. Anatholij Sa-
linenſium patroni 1. die Septembris.
Anno verò 1235. reuerſus Moguntiâ è 1235.
Comitiis Imperialibus, mox extinctus
eſt vii. Idus Septembris, vt teſtatur
Albericus.

68 Gavfridvs ex Archidiaco-
no Pariſienſi electus 1236. Alberico. 1236.
Cùm Romam nauigio iret ad Conci-
lium Lateranenſe, cæſus eſt, & in ma-
re à ſchiſmaticis demerſus inter por-
tum Piſanum & Corſicam inſulam, vi.
Nonas Maij, anno 1241. 1241.

69. Ioannes de Francio- Franciogia.
gia ii. creatur Archiepiſcopus 1244.
poſt trriennij interregnum ; ſublato è
viuis Gaufrido; eâ de causâ vt credi- 1244.
mus, quòd eumdem cum alijs itineris
ſocijs captiuum abductum, non etiam
interemptum fama vulgaſſet. Hoc ip-
ſo anno exeunte volunt permulti au-
ctores, Presbyterum Cardinalem tit.
Sancti Laurentij in Lucinâ, in qua-
tuor temporibus Aduentus declara-
tum Franciogiam, ac triginta poſt an-
nis, mortuum Lugduni in Concilio
generali ſub Gregorio Papâ x. anno
1274. pridie Idus Iulij : ſed probat 1274.
Ferdin. Vghellus, Italiæ ſacræ tom. i.
in Epiſcopis Portuenſibus, Ciacconiũ,
Chiffletium, Claudium Robertum,
Frizonum, aliόſque erraſſe, dum Fran-
ciogiam Gallum, (qui tamen nun-
quam eius iudicio in viuis extitit) Ar-
chiepiſcopum Biſontinum, & Cardi-
nalem gratis effutiêre, cum ea omnia,
quæ iſti Ioanni affixa ſunt, in alterum
cognominem Ioannem Angelum de
Toleto, monachum Ciſtercienſem
Cardinalem, Epiſcopum Portuenſem,
non Lugduni, ſed Romæ creatum ab
Innocentio iv. 1244. veriſſimè ca-

dant, quã re & in ſuis ad Ciacconium A noris olim deluſum fuiſſe fatetur Vghellus. Quinimo addit Ioannem Monachum ab Innocentio purpurâ donatum, nunquam ad Archiepiſcopatum Biſuntinum electum fuiſſe. Teſtes adducit Vaticana regeſta, quæ aſſerunt, defuncto Gaufrido Antiſtite vacante Biſuntinâ Eccleſiâ, eumdem Innocentium 1245. Willelmum Cabilonenſem Præſulem, ad eam ſedem traduxiſſe: quo etiam in loco fuſiorem habes de Pontificatu Ioannis Franciogię, Vghelli diſſertationem.

La Tour. 70. Gvilelmvs de la Tovr B II. filius Odonis de Turre, Militis: quam Guilelmi familiam in manuſcripto codice Imperatoriam nuncupatâ legimus. Iniit Biſontinam ſedem an-
1245. no 1245. priùs Cabilonenſis Epiſcopus, & diplomate Innocentij 4. Pont. Maximi huc tranſlatus eſt, quod refert ex epiſtolâ Regeſti Vaticani inſertâ numero 429. Vghellus in Epiſcopis Portuenſibus ſequenti tenore:

INNOCENTIVS EPISCOPVS Seruus ſeruorum Dei, Suffraganeis Eccleſiæ BISVNTINAE. Diuinæ ſapientiæ inſcrutabilis altitudo, quæ ſacro-ſanctam Romanam Eccleſiam, in huius latitudine ſtabiliuit, ita regimen & gubernatorem ipſius immutabili prouiſione diſpoſuit, vt in eadem ſalubriter gubernandâ, plures affirmarentur in partes ſollicitudinis; quamuis pro militantis Eccleſiæ firmamento, vnus obtineat plenitudinem poteſtatis, voluit enim pro eius patribus filij naſcerentur, qui ſuper omnes Principes conſtituti, eſſent memores ſui nominis, & præcones inclyti Euangelicæ veritatis. Vnde nos, qui licet inſufficientibus meritis, in ſublimi ſumus eiuſdem Eccleſiæ ſpeculo conſtituti, ita intendimus diuino adiutorio iniunctum nobis miniſterium, circa proximas Eccleſias gerere, vt in illis etiam à quibus locorum poſitione diſtamus opportunæ debeat prouidentia non deeſſe. Cum igitur Eccleſia Biſuntina, quæ diutius Paſtore vacaret, fuiſſet ad nos prouiſio deuoluta, nos ei de tali perſonâ prouidere volentes, quæ meritis vitæ pollens, placens Deo, & hominibus, verbo potens & opere, velut ſidus nitens irradiet ſubditos, lumine verbi Dei, cum ſuper candelabra Eccleſiæ Biſuntinæ Paſtoris ſui obitu viduatæ lucerna debeat collocari, quæ luce doctrinæ reuocet errantes à deuio veritatis, & zelo iuſtitiæ in ſpiritu iudicij & ardoris, abſque perſonarum acceptione contra noxas attendat. Venerabilem fratrem noſtrum VVILELMVM quondam Epiſcopum Cabillonenſem, virum vtique ſecundum cor noſtrum, famæ celebris, & notæ ſcientiæ, à vinculo Cabillonenſis Eccleſiæ abſolutum proficiendum duximus in Archiepiſcopum & Paſtorem Eccleſiæ Biſuntinæ, ſperantes firmiter, quod ſub eius regimine, grata in domino ſuſcipiet in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa, mandantes quatenus ſibi, tamquam membra capiti obſequentes, exhibeatis ei obedientiam, & reuerentiam debitam, & deuotam, ita quod mutua inter vos gratia, gratos ſortiatur effectus, & nos deuotionem veſtram poſſimus in domino merito commendare. Datum Lugduni 12. Kal. Aprilis anno 2.

Aliæ tres ibidem ſubſequentes, eiuſdem Innocentij epiſtolæ exaratæ ſunt, prima ad eumdem tranſlatum Vuilelmum, ſecunda Baronibus, militibus, populo ciuitatis & diœceſis Biſontinæ, tertia clero ciuitatis & diœceſis eiuſdem Archiepiſcopalis Eccleſiæ. Cùm autem à tempore Guilelmi primi nata controuerſia inter Canonicos S. Ioannis, & S. Stephani de ſuarum Eccleſiarum præcellentiâ, ad centum ferè & quadraginta annos tenuiſſet; C tandem ſedente Guilelmo ſecundo ita diremptа eſt ab Hugone tit. S. Sabinæ Preſbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, vt ex duobus Capitulis vnum fieret, cuius Canonici pro domiciliorum opportunitate ac ſitu, in duas turmas diſtributi, diuina officia in vtrâque baſilicâ pari ſolemnitate perſoluerent. Vnionis huius originale datum eſt Bellicij pridie Kal. Oct. Pontificatus Innocentij Papæ IV. anno vndecimo qui erat Chriſti 1253. 1253.
Paulò ante 1248. Eccleſia Collegiata Canonicorum fundatur Poligniі ab Othone Comite. Inſtaurauit idem D Guilelmus Archiepiſcopium, & nominatur in chartâ Franciſcanorum Diuionenſium 1260. menſe Iulio, cum ante proximum decennium fuiſſent fun- 1260.
dati Franciſcani Lonſonerij à Guillelmo de Viennâ M. CC. L. ſedit omnino Gvilelmvs de Tvrre annos XXIII. Obiitque 13. Cal. Septembr. 1268. ſepultus in baſilicæ Metropolitanæ capellâ S. Nicolai ab eo fundatâ. 1268.

Rovgemont. Comme cy-deuant. 71. Odo de Rovgemont ex nobilibus toparchis de Rubeomonte, multis rebus præclarè geſtis Pontifex

confirmatur Viterbij 5. Idus Februarij A
à Collegio Cardinalium ſede vacan-
te, mortuo Clemente 4. Papâ. Et quia
Odonis tranſactio cum Iuone Abbate
Cluniacenſi reperitur 17. Cal. No-
1269. uembr. 1269. pro Eccleſiâ Balmenſi
data Belnæ in Bibliothecâ Floriacenſi,
ideò credibile eſt ipſum Odonem con-
firmatum 1269. qui nominatur in char-
tâ Franciſcanorũ Diuiſionenſiũ menſe
1270. Maio 1270. Inſupérque ſubſcripſit di-
plomati menſis Maij 1278. quo Phi-
lippus de Vienna Dynaſtes de Pagnia-
co, & de Sororio (oppidum eſt mu-
nitiſſimum ad Ararim Ducatus titulo
inſignitum, quod in gratiam Rogetij B
de Bellegarde Burgundiæ proregis,
nomen nouum Belgardæ aſſumpſit,
antiquâ appellatione Sororij abroga-
tâ) ex conſenſu matris ſuæ Alcidis do-
minæ de Poüilly, & Agnetis Burgun-
dæ vxoris, ac Hugonis primogeniti,
dat ius communiæ, & maioritatis ho-
1278. minibus de Seurre, mediante ſummâ
quatuor millium librarum Viennen-
ſium, præſentibus Odone Archiepiſ-
copo Biſontinenſi, & Roberto Duce
Burgundiæ. Denique recenſetur in ta-
1296. bulario Cariloci 1296. ſiue in dona-
tione Anſelmi Fontiſuenæ: viuere de- C
ſijt IX. Kal. Iulij, anno Epiſcopatus 33.
1301. Chriſti 1301. humatus ante maius al-
tare Bellæ-vallis.

CHALON
De gueulles à la bande d'or.

72. HVGO DE CHALON V. fi-
lius Ioannis Comitis Burgundiæ, &
Cabilonenſis, ac deinde domini Sali-
nenſis, ex Laurâ de Commerceyo,
frater Ioannis Epiſcopi Lingonenſis.
Cognomen habuit de Cabilone, vti
& cæteri omnes Ioannis eiuſdem po-
ſteri, ex quo Mathildem Comitatus
Cabilonenſis hæredem ſibi deſpondit.
Fuit autem Hugo primùm Leodienſis
Epiſcopus ad ſex ferè annos, deinde
Biſontinus Archipræſul annis circiter
decem: nam extat diploma pro S. Pau- D
1311. li monaſterio ab eo datum an. 1311.
vltrà quod tempus non diu ſediſſe cog-
noſcitur ex alio eiuſdem archiuij au-
tographo, ſcripto ad an. 1312. à Vi-
tali eius ſucceſſore. Ædificauit Eccle-
ſiam Bellipratι Archiepiſcopus noſter;
Hugo autem de Biſontio cuius memi-
nit Ioannes Tilius ad annum M. CCC.
XVI. ab iſto Hugone Cabilonenſi
longè diuerſus eſt, & inter Pariſienſes
locum habet. Poſteà traducitur ad
Epiſcopatum Lingonenſem vbi plura
de eo.

73. VITALIS natione Vaſco, no-
bili proſapiâ ortus, vir ſtrenuus, præ-
fuit annis XXII. huius fit mentio in
membranâ veteri S. Pauli 1312. & eo 1312.
præſente 1319. Indict. 2. die XV. Sep- 1319.
tembris, à fabro quodam murario ex
improuiſo repertæ ſunt reliquiæ San-
ctorum Innocentium, & SS. Marty-
rum Epiphanij & Iſidori, in quodam
altari in confeſſione ſubtùs maius al-
tare baſilicæ S. Ioannis. Quæ reliquiæ
ſequenti anno repoſitæ ſunt in pretio-
ſâ capsâ argenteâ, dono tranſmiſsâ à
Iohannâ Reginâ Francorum, Othonis
Burgundiæ Comitis filiâ. Deceſſit
VITALIS, 1333. 6. Calend. Septem- 1333.
bris ante maius altare Franciſcanorum
delatus.

VIENNE.
De gueulles à l'aigle d'or.

74. HVGO DE VIENNE VI. pa-
tre natus Philippo Domino de Pagny,
Lons-le Saulnier & de Seurre, matre
Ioannâ de Gebennâ; Simonis dynaſtæ
de Pimont Biſontini Archidiaconi fra-
ter, vterque procreatus ex clariſſimâ
familiâ Viennenſi in Burgundiâ. Ec-
cleſiam ſuam regere incœpit 1333. De- 1333.
dicauit templum Trinitariorum ſan-
cto Vincentio in ſuburbio Attreba-
tenſi, Dominicâ infra octauam Apo-
C ſtolorum 1346. vt auctor eſt Ferreolus 1346.
Locrius: Concordiam item concilia-
uit cum Burgundiæ Duce & proceri-
bus; celebratur anniuerſaria eius com-
memoratio in libro obituariorum Ab-
batiæ Bellæ-vallis, cui viginti libras
legauit; in eóque monaſterio Domini
de Viennâ, ex lineâ dynaſtarum de
Roullans tumulati ſunt. Marmoreo
ſepulchro conditus fuit, ad ſiniſtram
primarij altaris chori baſilicæ S. Ste-
phani cum ſubiecto epitaphio.

HIC IACET

Venerabilis Pater Dominus HVGO
DE VIENNA, quondam Archiepiſ-
D *copus, qui BISVNTINAM Eccle-*
ſiam rexit annis XXII. Obiit autem IV.
Idus May, Anno Domini M. CCC. LV. 1355.

VIENNE.
Comme cy-deſſus.

75. IOANNES DE VIENNE III.
nepos ſuperioris ex fratre Ioanne de
Viennâ domino de Roullans 1355.
transfertur ad Merenſem Epiſcopa-
tum 1361. in cuius Eccleſiæ chronico 1361.
MS. dicitur: quod Burgundiæ Ducem „
moderatus fuerat, in quâ prouinciâ „
vtebatur iure, Iuſtitiâ, & æquitate, „
qui etiam erat Antiſtes pulcher, di- „
ues, ac ſapiens, qui ſuâ ætate nihil de „
Epiſcopatu abſtulit, aut oppignerauit: „

Quamobrem ſi nonnullis dicatur bellicoſus, & litigioſus, id accipiendum eſt, quod fuerit iuris Eccleſiaſtici propugnator acerrimus. Declaratur executor teſtamenti Philippi Burgundiæ Ducis, cum Cardinalibus de Boloniâ
1366. & de Cluniaco, vt eſt in regio Franciæ tabulario. Inde Ioannes ad Epiſcopatum Baſileenſem transfertur 1366.
1382. in quo moritur 1382. Octobris XIII. Porentruti ſepultus. Patruus hic fuit ſtrenuiſſimi militis Ioannis de Viennâ domini de Roullans Franciæ Admiralis.

Montbeliard. De gueulles à deux truttes adoſſées d'or.

76. Lvdovicvs de Montbeliard. Henrici Comitis Montisbeligardis filius, præfuit non ſolido anno, tantùm per nouem menſes. Iacet ad cornu Euangelij, prope maius altare chori Eccleſiæ S. Stephani defunctus 25. Iulij, cuius tale epitaphium cenotaphio inſculptum:

Hic Iacet

Reuerendus Pater Dominus LVDOVICVS DE MONTEBELICARDO quondam Archiepiſcopus BISONTINVS,
1362. *qui obiit 2. Cal. Aug. anno M. CCC. LXII.*

Villers-sexel.

77. Aymo de Villiersſexel ex illuſtribus dominis de Villario-Sexel. Primùm Archidiaconus maior, deinde ex Decano Archiepiſco-
1362. pus 1362. Cùm in æde S. Stephani ex incendio reſtituendâ plurimùm elaboraſſet è viuis abiit IV. Idus Decembris, ſepulturæ mandatus in baſilicâ Metropolitanâ cum hâc inſcriptione,

Hic Iacet

Reuerendus Peter Dominus AYMO DE VILLARIO Archiepiſcopus BISONTINVS, qui obiit Quarto Idus
1370. *Decembris 1370. Dominus ſit ei propitius. Amen.*

Vergy. De gueulles à trois quintefeuilles percées d'or.

78. Gvilelmvs de Vergy III. antiquâ, ſplendidâque dynaſtarum de Vergeyo familiâ ortus, Ioanne Domino de Fonuens & de Champlite, Seneſcallo Burgundiæ, ex Gileta de Viennâ vxore, Prior de Bellomonte Rogerij & de S. Iſmaro in Normaniâ
1370. ſedit an. 1370. Memoratur interfuiſſe conſilio Regis Caroli V. 1374. die
1374. Martij XIX. & paulò antè 1372. fundantur Franciſcani Dolæ à Ioanne & Theobaldo de Rye. Eius quoque fit
1385. mentio in tabulis Luttenſibus 1385. Indict. 8. atque idem etiam abſoluit ci-

A ues vrbis Biſontinæ, qui vigente bello inter nobiles Burgundiæ, & Aymonem deceſſorem, palatium Archiepiſcopale ſuburbanum deſtruxerant. Philippum Ducem & Comitem Burgundiæ, vinculis excommunicationis obſtrinxit, quòd contra iura vetera ciuitatis Biſonticenſis, monetam cuderet Axonæ; quamobrem Philippus Ariſtitem Gaci tunc commorantem obſedit, & demùm huius principis iracundiâ, pro bono pacis Archiepiſcopatui renuntiauit, factus Cardinalis Auenione à Clemente VII. Antipapâ 1391. 17. Cal. 1391.
B Maij, cui bona fide adhæſit. Purpurâ decoratus vixit, ex Ciacconio vſque ad 1407. quo tranſiit à ſæculo, iacétque 1407.
in capellâ S. Nicolai ad Metropolitanam Eccleſiam. Ceterùm in Chronico MS. Canonici Regularis Abbatiæ S. Victoris Pariſienſis, de graui diſſidio cum Principe Burgundo hæc deſcribuntur: « Cùm orta fuiſſet diſcordia « inter Philippum Ducem Burgundiæ, « & Gvillelmvm de Vergeyo « Archiepiſcopum Bisvntinensem, « tam ſuper certis iuribus Eccleſiæ, quàm « aliquibus aliis, duraſſetque diu, nec « bono modo poſſet ſedari, dicto Gvi- « lielmo eidem Eccleſiæ præſidente, «
C cum memoratus Dux ipſum quodammodo, odio perſonali proſequi videretur, tam ad eius Ducis inſtantiam, quàm « etiam tandem pro bono pacis, & quia « etiam homo ipſe bene merebatur, cùm « eſſet bonus & valens Prælatus, & magnus pugil, & deffenſor notabilis iurium Eccleſiæ ſuæ reputatus, præfatus « Clemens anno 1391. ipſum aſſumpſit « in Presbyterum Cardinalem. Vide quæ « habet v. c. doctiſſimúſque Andreas du Cheſne lib. 4. Hiſtoriæ Genealogicæ huius antiquæ gentis de Vergeyo, quam poſteritati tranſmiſit.

Athies.

D 79. Girardvs d'Athies II. nobilis Picardus, prius monachus Bened. S. Eligij Nouiomenſis, ac Regis Conſiliarius ab an. 1391. ad 1404. Hoc verò 1391.
Præſule 1392. Ioannes de Viennâ dominus de Roullans Franciæ Admiralis, 1392.
cum vxore Ioannâ d'Oyſelet fundauit Conuentum Carmelitarum, diplomate ſcripto Lutetiæ: Et 1393. conſtituitur 1393.
alter Conuentus Auguſtinenſium apud Sanctum Georgium, à Guilelmo de Viennâ, domino d'Antigny. Emit quoque palatium de Sancerrâ Pariſiis, à Ludouico Franciæ Conſtabulario
1397. Septembris 27. tribus millibus 1397.

libris, ſcuto aureo pro viginti duobus A ſolidis, & ſex denariis computato. Nominatur etiam Girardus Præſes
1398. Curiæ iuuaminum Pariſiis 1398. vbi expiauit 22. die Nouem. 1404. Cor ſuum,
1404. ex ipſius præcepto, ad partem dextram maioris altaris metropolis Biſontinæ conditum transferri voluit; reliquum corpus in S. Eligij Nouiomenſis Eccleſiâ ſepeliri, vbi fuerat monachus Benedictinus. Itaque moritur ante Guil. … num de Vergeyo prædeceſſorem ſuum, vitâ defunctum M. CCCC. VII. Notatur verò Girardus de Athiſio obiiſſe 28. Nouembris in Necrolo- B gio Pariſienſi. Et in Calendario Car… domus Inſulæ, Trecenſis diœ… XII. Decembris, legitur an… …rium domini Girardi Archiepi Biſontinenſis; qui multa bona fecit monaſterio.

80. THEOBALDVS DE ROVGEMONT ex nobilibus de Rubeomonte; anteà Epiſcopus Matiſconenſis, tum Viennenſis Archiepiſcopus, denique poſt Girardum Biſontinus fuit ad annos ferè viginti quinque. Intereſt
1407. 1407. Decemb. 26. ſolemni publicóque tribunali Iuſtitiæ in Senatu Pariſienſi à Carolo VI. Francorum Rege C celebrato; & Concilio Conſtantienſi
1414. ſeſſione VI. 1414. Quo loco Spondanus tomo II. Annalium Eccleſiaſticorum, ex diariis huius Synodi in Bibliothecâ Regiâ aſſeruatis, refert hunc THEOBALDVM Biſontinum Archipræſulem, ex priuilegio Eccleſiæ ſuæ conceſſo prætendiſſe, Papam in viſitatione, tertiis ſibi tribus paſſibus occurrere: Pontificem tamen id recuſaſſe: & cauſam Placentino & Aquileienſi Cardinalibus commiſiſſe; quid verò à prædictis in hac cauſâ fuerit pronun… acta non ponunt. Appoſuit D … lapidem Balmetæ, ſeu Ec… …anciſcanorum Seriacenſium … à Margaritâ Bauarâ But… D…ciſsâ, & Comitiſsâ: hoc eo… …pore conſtruitur Minorita… …nuentus Sellenis à Guilelmo … domino de Sancto Geor… …xcitatur etiam Academia Dola… an. 1423. à Philippo Bono Duce Co… te Burgundiæ. Reformantur quoque Sorores ſanctæ Claræ Vrbaniſtæ in Obſeruantinas 1408. à B. Coletâ in hac vrbe Veſuntinâ, quarum monaſterium fundatur Auxonæ 3. Nouembris 1412. ab eodem Guilelmo Vienenſi, & anno 1422. Octobris 24 Seruræ, ſeu 1422.
Sororij, earumdem conuentus fundamenta iaciuntur. Obiit Theobaldus Romæ 1429. XVI. Septembris & ſepe- 1429.
litur in æde Vaticanâ S. Petri in ſacello S. Thomæ.

ROCHE-TAILLEE. De … à la bande chargée de trois dauphins de…

81. IOHANNES DE LA ROCHETAILLEE IV. Cardinalis Rotomagenſis, dictúſque de Rupeſciſsâ à natali ſolo, viculo nimirùm ad Lugdunum ſito; vbi obſcuram ſortitus originem, âmen à puero educatus inter ſymphoniacos Lugdunenſes, in magnum poſtcà virum creuit: & multarum literarum, dignitatúmque Pontifex fuit, de quibus accuratè ſatis agit Veſontio. Nam Officialis Rotomagenſis, & variis temporibus Geneuenſis, Pari-
ſienſis, Rotomagenſis, Biſontinus 1429. 1429.
demùm Patriarcha Conſtantinopolitanus, Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucinâ, S. Rom. Eccleſiæ Vicecancellarius, & Bononiæ Legatus extitit. Quo in munere deceſſit 9. Calend. Aprilis
Dominicâ in Ramis palmarum 1437. 1437.
depoſitus in naui cathedralis Lugdunenſis.

CONDELMERIIS. D'azur à la bande d'argent.

82. FRANCISCVS DE CONDELMERIIS I. Cardinalis DE VENETIA tituli S. Cæciliæ, deinde S. Clementis, Rom. Eccleſiæ Camerarius ac Vicecancellarius, Vetonenſis, & Portuenſis Epiſcopus, Patriarcha Conſtantinopolitanus; multis pro ſede Apoſtolicâ legationibus ad diuerſos Principes, ſub Eugenio IV. Papâ eius patruo functus eſt, qui illum ad Pontificatum Biſonticenſem promouit; cùm aduerſarium haberet *Ioannem de Fruino* Decanum, electum à Capitulo Biſontino
24. Aprilis 1437. mortuo in Curiâ Ro- 1437.
manâ Ioanne de Rupeſciſsâ: nihilominus ceſſit iure ſuo Franciſcus 1438.
& Romæ ſpiritum emiſit 1453. Nonis 1453.
Sept. ſepultúſque in Vaticano apud S. Petrum. Eo ſedente 24. die Septembris 1438. Veſontione moritur Iacobus Borbonius, Rex Siciliæ, Hungariæ & Hieruſalem, Comes Marchiæ; qui liberatus è cuſtodiâ Ioannæ vxoris, à quâ multo tempore detinebatur, interim dum illa in palatio laſciuiæ ſuæ abſque vllo pudore indulgeret, primò Tertio S. Franciſci Ord. ſeſe dedidit, eâque mortuâ Regulam primi Ordinis, eiúſque habitum hortatu B. Colletæ Clariſſarum reformatricis ſuſcepit Biſontij, & manſit ibi vſque ad obitum functus in Eccleſiâ Clariſſarum. De

quo Ioan. Iac. Chiflctius, Sanmarthaꝰ A
ni fratres, tomo 2. lib. 24. Hiſt. Genea-
logicæ Domus Franciæ, curioſiſſimi
indagatores petitiſſimique Scriptores,
inquit Robertus, ac Spondanus tomo
2. Annal. Eccleſiaſticorum.

N. rry. De gueulles à la faſce d'argent.

83. Ioannes de Norry v.
Petri domini de Notry & Ioannæ de
Montboiſſier filius; à Viennenſi Ar-
chiepiſcopatu ad Biſontinum tranſla-
tus ab Eugenio iv. Papâ, cedentibus
Franciſco & Ioanne deceſſoribus. Mo-
1438. ritur Gyaci in Epiſcopatu Biſuntino,
1438. nondum in nouam ſuam Metro-
polim ſolemniter inuectus; & in Gya- B
cenſi eccleſiâ ſepelitur, ante altare S.
Symphotiani.

Minart. D'azur, à vn c. ron d. pou pre, cha gé de trois croix d'argent.

84. Qvintinvs Menart,
Canonicus & Theſaurarius Sanctæ
Capellæ Diuionenſis, Duci Burgun-
diæ à ſecretis epiſtolis, Præpoſitúſque
S. Audomari creatur Antiſtes Veſon-
tionenſis, circa 1438. fundator Cano-
1438. nicorum S. Geneſij loci natalis Flaui-
gneij, Eduorum oppidi. Memoratur
in diplomate Franciſcanorum Diuio-
1440. nenſium 1440. Sept. 2. & in fundatio-
ne Capellæ B. Mariæ de Pietate à
Ioanne Germano factâ in Eccleſiâ ſuâ
Cabilonenſi. Locrius tamen Quinti- C
num obiiſſe malè notat 1436. apud
quem etiam non reperitur in ſerie Epiſ-
coporum Attrebatenſium, vnde tamen
euectum fuiſſe ad hanc ſedem tradit
Chiflctius. Defunctus eſt Gyaci Sa-
1462. batho 18. Decemb. 1462. & terræ man-
datur ante maius altare Stephanienſe;
in Martyrologio baſilicæ S. Capellæ
Diuionenſis, anniuerſarium habet ad
diem xix. Ianuarij.

Nevfchastel. De gueulles à la bande d'argent.

85. Carolvs de Nevfcha-
stel duxit originem à Baronibus de
Nouocaſtro, filius nempè Ioannis do-
mini de Montcacuto Equitis aurei vel-
leris & Margaritæ de Caſtro, ex Ad- D
miniſtratore Bajocenſis Eccleſiæ & pri-
mo Abbate commendatario S. Pauli
1462. electus anno ætatis xxi. obtinuit litte-
ras abſolutionis à Rege Franc. Ludo-
uico xi. quoniam ſequutus fuerat par-
tes Archiducis Maximiliani & Mariæ
Burgundæ eius vxoris, quemadmo-
dum recitant regeſta Senatus Pariſien-
1495. ſis. Edidit ſtatuta Synodalia 1495. &
Breuiarium correctius. Morte ſubla-
1498. tus eſt poſt ſedem annorum 36. 1498.
Cal. Auguſti xiii. Ex eadem perno-
bili familiâ nati, Ioannes Cardinalis de
Nouocaſtro Præſul Niuernenſis, Hum-
bertus Baſileenſis & Antonius Tullen-
ſis: è quâ item nonnulli Dynaſtæ in
Ordinem Equitum eiuſdem aurei vel-
leris adſcripti ſunt.

Buslaydin.

86. Franciscvs de Bvsley-
den Luxemburgenſis, Arlonij in lu-
cem editus, Philippo Auſtriaco Caſti-
liæ Principi poſtea Hiſpaniæ Regi, ex
Mariâ Burgundâ Maximiliani Imp.
filio erudiendo magiſter electus eſt,
cum Ioanne Carondeleto, vnde & illi
patuit ad Principis aulam aditus; Nam
multa præclarè geſſit, multiſque au-
ctus honoribus fuit Præpoſitus Leo-
dienſis, tum S. Donatiani Brugenſis,
& ex Decano Antuerpienſi honeſtari
meruit Pontificatu Biſontino 1498. 1498.
Huius tempore 1500. fundatur Dolæ
Collegium S. Hieronymi pro ſtudioſis
Cluniacenſibus, auctore Antonio de
Rupe Priore maiore, ab eóque Archie-
piſcopo reſtauratur caſtrum Gyacenſe.
Emiſit animam Toleti, 10. Cal. Sept.
1502. cuius corpus ſepultum in hoſpi- 1502.
tali ſancti Bernardi. Cor verò rela-
tum in ſuæ metropolis ſacello S. Aga-
piti quieſcit.

Vergy. Comme cy-deuant.

87. Antonivs de Vergy i.
Guilelmi Quarti domini de Vergeyo
Baronis de Bourbonlanceis, Mareſcalli
Burgundiæ, Proregis Gueldriæ, filius
ex Annâ de Rochechouart: Biſonti-
nam ſedem feliciter rexit, electus aut
potius poſtulatus à Capitulo, ætatis an-
no decimo quarto die Octob. x. 1502. 1502.
Anno ſubſequenti fidem clientelarem
Maximiliano Romanorum Regi præ-
ſtitit die 27. Sept. auctore Antonio
de Lalain, in deſcriptione itinerum
Hiſpaniæ Philippi Archiducis. Pri- 1502.
mum lapidem impoſuit Eccleſiæ B.
Mariæ Dolenſis ix. Februarij 1508. de- 1508.
múmque ſolemni inaugurationis pom-
pâ vrbem ſuam inuehitur 27. Auguſti
1513. Mox Caroli v. Imp. iuuentuti 1513.
moderandæ præfectus, eo munere per-
functus egregiè, ad ſuam diœceſim ſe-
ceſſit ab aulâ, quam ſummâ cum lau-
de gubernauit; Is enim à liberalitate
ſuâ erga egenos Patris pauperum, &
boni Archiepiſcopi cognomentum
ſortitus, dignus iudicatus eſt, cuius tu-
mulo inſcriberetur, *Generoſorum & pau-
perum remedium qui fuerat præſentiſſimum
hâc tegitur vrnâ.* Spiritum de grege ſuo
benè meritum Deo reddidit 29. De-
cembris 1541. Funeratus in baſilicâ 1541.

S. Stepham. Ipſius cum laude memi-
nerunt Chifletius in Veſontione ſuâ,
Gollutus, & Andreas Quercetanus lib.
7. Hiſtoriæ Vergiacæ.

LA BAVME. D'or, a la bande vi-urée d'azur.

88. PETRVS DE LA BAVME Car-
dinalis ſanctorum Ioan. & Pauli tit.
Pammachij, Abbas S. Claudij, B. Ma-
riæ Pineroli, S. Iuſti Secuſienſis, & mo-
naſterij Reomenſis, natalium ſplen-
dore clarus, patre Guidone IV. Co-
mite de Montreuel Equite aurei velle-
ris, & Ioannâ de Longuy genitus.
Primò Epiſcopus Tarſenſis & Gene-
uenſis, deinde Coadiutor Biſuntinus
declaratur à Clemente VII. Papâ Bo-
1529. noniæ 1529. cuius Metropolis cum fu-
tura ſucceſſione, viuente Antonio
poſſeſſionem cepit 17. Decemb. 1532.
ſacrum galerum à Paulo III. Pontif.
1539. obtinuit 1539. Cal. Ianuarij XIV. ob
egregiam Eccleſiæ operam præſtitam
in illâ Gebennenſium à fide Catholi-
câ defectione, pro quâ Paſtor opti-
mus caput obtulit, in vitæ propriæ diſ-
crimen adductus à ſectarijs vrbe abſce-
dere cogitur. Præfuit ille vltrà bien-
1544. nium, vſque ad an. Domini 1544. 4.
Maij, quo die ſanctis operibus plenus,
& de Romanâ Eccleſiâ benè meritus,
ex hâc mortali vitâ deceſſiſſe laudatur
à Ciacconio, Arboſij in Burgundiâ
humatus, ad ædem S. Iuſti prope fra-
trem Burgundiæ Gubernatorem. Ce-
terùm mortuo Cardinali de Balmâ
FRANCISCVS BONVALLOT, Ab-
bas Luxouienſis, Theſaurarius & Vi-
carius Petri, legatus ad Franciſcum I.
Galliarum Regem deſignatur Antiſtes
à Canonicis 16. Maij, ſed poſteà tran-
ſactio inita eſt, quâ remanſit Admi-
niſtrator Biſontinus, tantiſper dum
Claudius ſequens Præſul adoleſceret;
ceſſitque omnino regimine abdicato
1556. Aprilis 3. & fato functus eſt 1560.
Decembris 18.

LA BAVME. Comme cy-deſſus, Briſé d'vn dragõ d'azur au canton ſeneſtre.

89. CLAVDIVS DE LA BAVME
III. Cardinalis tituli S. Pudentianæ,
Petri nepos ex fratre Claudio Barone
du Mont S. Sorlin, Equite aurei vel-
leris, Mareſcallo & Gubernatore Co-
mitatus Burgundiæ, & Guillemetâ d'I-
gny ipſius vxore. Ille meritis ſuis &
egregiâ virtute, Caroli V. Imp. gra-
tiam conſequutus, decimo ſexto æta-
tis anno, Coadiutor Biſonticenſis re-
1543. nuntiatur Parmæ, menſe Iulio 1543.
ætate prouectior, regimen huius Ar-
chiepiſcopatus ſumpſit 8. Decembr.
A 1545. variiſq; inſuper beneficijs abun-
dè cumulatus fuit; nam Abbas Ca- 1545.
riloci & S. Claudij, Prior Arboſij,
Gigniaci, Nantuaci, & libellorum
ſupplicum Regis Catholici dignita-
te ornatus, ſanctiorique Conſiſtorij
Conſiliarius, demùm regni Neapolita-
ni Prorex nominatus, abſens à Gre-
gorio XIII. 1578. Cardinalis deligitur; 1578.
ſed commiſſum ſibi populum verbis
ac vitæ exemplo egregiè pauit, & cu-
ram Biſontinæ Eccleſiæ nuſquam de-
ſeruit. Is enim Tridentinæ Synodi de-
creta promulgari curauit in ſuâ diœ-
ceſi, & vigilantia eius ac fortitudo in
B propulſandis hæreticis emicuit, cum
vrbem ſuam inuadere conati ſunt,
quibus factus, in grege ſuo à prauita-
te hæreticâ tuendo, fortiſſimi Præſu-
lis, & ſanctiſſimi Paſtoris præclarum
ſpecimen præbuit. Eccleſiam ſuam ad
quadraginta annos moderatus eſt, do-
nec an. 1584. Arboſij ad meliorem vi- 1584.
tam tranſiit 14. Iunij, in procinctu iti-
neris de adipiſcendâ regni Neapolita-
ni præfecturâ: ibidem in B. Iuſti tem-
plo iuxta Petrum Cardinalem patruũ,
& patrem, ſepulturæ datus; non in
Metropolitano, vt affirmant Petra-
mellarius & Ciacconius; eius elogium
C extat parte 2. Veſontionis, ac de his
duobus Cardinalibus plura etiam re-
fert Samuel Guichenonius in Hiſtoriâ
Brixiæ & Bugeij.

90. ANTONIVS PERRENOT II.
Cardinalis Granuellanus, Veſontione
Sequanorum natus erat, Nicolao Per-
renoto Granuellæ Domino, magno
Imperatoris ſcrinij Magiſtro, ac Mer-
curini Gattinaræ ſucceſſore; qui arca-
norum omnium Caroli V. conſcius &
tranſactor; conſtantem illius Cæſatis
gratiam, totos viginti annos ad extre-
mum vſque diem raro exitu potentiæ
obtinuit. Mater Antonij fuit Nicolea
D de Bonualot, Franciſci Adminiſtrato-
ris ſoror. Ille autem cùm ab adoleſ-
centiâ bonis ſtudiis egregiè imbutus
eſſet, Canonicus Biſontinus, tùm Ar-
chidiaconus, literas in pleriſque Aca-
demijs Europæ didicit, ac facilè ade-
ptus ſub parentis diſciplinâ ſolertiam
rerum agendarum, eidem in munere
feliciter ſucceſſit; ſummis honoribus
ſub Carolo Quinto primùm, deinde
Philippo II. Rege in Belgio, aulâ Ro-
manâ, regno Neapolitano, Hiſpaniâ-
que perfunctus. His ergo meritis At-
trebatenſem Pontificatum obtinuit, &
pro

PERRENOT GRANVELLE. D'argent à la bande de ſable, de trois pieces, au chef de l'EMPIRE.

pro eodem Carolo luculenter in Sy-
nodo Tridentinâ orauit, eiuſdémque
nomine in Galliis & maiori Britanniâ
plurimas legationes obiuit. Mox ad
Machlinienſem Archiepiſcopatum pri-
1559. mus nominatur 1559. cum nouorum
Epiſcopatuum inſtitutionem in Belgio
induſtriâ ſuâ promouiſſet. Intereà re-
nunciatus eſt à Pio IV. Pont. Cardinalis
ſancti Bartholomæi, mox S. Priſcæ &
1561. Anaſtaſiæ titulo aſſumpto 1561. 4. Cal.
Martij & Beatæ Mariæ Transtyberim,
tandem Epiſcopus Sabinenſis eligitur
1578. die 3. Octob. Aſcitus eſt verò in-
ter ſupremos Imperij, Belgijque Con-
ſiliarios, ac tranſiit à Cæſare, cùm ipſe
Imperio abdicato ceſſit ad Phil. 2. Hiſ-
pan. Regem, cum perhonorificâ teſti-
ficatione meritorum; Vnum eſſe An-
tonium Granuellanum, cuius operâ
vti filium in ſummis quibúſque rebus
exoptaret, arcanorum omnium, atque
adeò gratiæ hæres inſtitutus. Vtque
erat ingenio facili, illico in mores
Hiſpani Principis immigrauit; itavt
toto eo tempore quo ſubſtitit in Bel-
gio, nihil fermé ſancitum cum Regi-
bus & populis vicinis, niſi Adminiſtro
& interprete Granuellano. Quin è Bel-
gio Philippus abiens in Hiſpaniam,
hunc Margaretæ Parmenſi Duci Gu-
bernatrici, præcipuum regiminis in-
ſtrumentum reliquit, adeo potentiâ
valuit, quæ inuidiam Nobilium &
æmulationem conciliauit. Sed, vt erat
animo præfidenti, facilè omnes æmu-
lorum minas contempſit; donec apud
Gubernatricem odio laborans, ſiue
hominis pertæſi, quaſi moderatoris, è
Belgio in Hiſpaniam euocatus eſt
Granuellanus, arcanis conſiliis adhi-
bitus, ac poſtmodùm in Burgundiam
patriam à Rege Catholico: hinc Ro-
1565. mæ 1565. mortuo Pio 4. ad comitia
de electione noui Pontificis Pij Quin-
ti profectus, ab eodem Philippo II.
rurſus ad intima regni negotia admo-
uetur, tranſacto Chriſtianorum Princi-
pum ſacro fœdere contra Turcas. In-
de regni Neapolitani Prorex anno
1571. 1571. Ioanni Auſtriaco Vexillum, Sce-
ptrúmque, inſignia militaris Imperij
miſſa à Pio V. tradidit, quo vitâ functo
author fuit Granuellanus, vt Grego-
rius XIII. Papa crearetur, cuius tamen
animum offendit, dum aduerſus Ar-
chiepiſ. Neapolitani iura impotentius
1575. ſe tulit. Quâ ſedatâ controuerſiâ 1575.
poſt triennium accitus, Conſilio rerum

A Italicarum iterum præpoſitus in Hiſ-
paniâ ſummâ cum authoritate, cuius ad-
miniſtrationis curam commiſit Gran-
uellano Philippus, dum ad capeſſen-
dum Luſitaniæ regnum profectus eſt.
Multorum igitur titulorum Cardina-
lis, Eccleſiam Biſontinam rexit ad
biennium; Epiſcopatum enim nondum
ingreſſus cum Cæſaraugustâ reuerſus
fuiſſet, quâ in vrbe Catharinam Phi-
lippi filiam cum Carolo-Emanuële
Sabaudiæ Duce matrimonio iunxerat,
Mantuæ Carpetanorum, ſeu Madriti
in Hiſpaniâ, tandem ſeptuagenarius
B fato conceſſit 1586. in feſto S. Mathæi 1586.
XI. Calend. Octobris, eo ipſo die, quo
Carolus V. Imp. ante 37. annos obie-
rat. Corpus Veſontionem illatum ſi-
cuti teſtamento mandauerat, apud
Carmelitas iuxta patris oſſa ſepultum
eſt. Vir, (vt luculenter deſcribit Fa-
mianus Strada eloquens Hiſtoricus)
eo maximè nomine familiaribus & con-
tinuis Principum obſeruandus, quòd
abſque adulationis tormento, quadra-
ginta circiter annos, incorruptâ fide
arcem obtinuerit principalis aulæ: na-
ctus Principem, apud quem libertatem
& gratiam rarâ felicitate ad extremum
vſque tenere licuerit. Multis æqua-
C uit patrem, multis ſuperauit, ingenij
celeritate, fatigatis interdum quinque
ſimul amanuenſibus inſtar Cæſaris; Et
quidem variis linguis epiſtolas dictan-
do (nam callebat linguas omnino ſep-
tem,) ſed imprimis facundiâ, in quâ
nemini ceſſiſſe dicitur illâ ætate. Hu-
ius Cardinalis diffusè meminerunt per-
multi Hiſtorici, Paulus Iouius lib. 45.
Hiſt. ſui temporis, Iac. Aug. Thuanus
lib. 84. qui virum rarâ eruditione, lin-
guarum multarum peritiâ, facundiâ
non fucatâ, longo rerum maximarum,
quas totâ vitâ adminiſtrauit vſu clarum
celebrat. Petrus Bembus lib. 6. epiſt.
D Famianus Strada Soc. Ieſu, Romanus,
de bello Belgico decade I. Chifletius
in Hiſtoriâ Biſontinâ, Vghellus in Epiſ-
copis Sabinenſibus. Petramellarius,
Nomenclator Cardinalium; Iuſtus
Lipſius Academiæ Biſonticenſis alum-
nus, quæ à Granuellano Cardinali re-
ſtaurata eſt, vbi & Gymnaſium inſtituit,
dum varias lectiones, primum ingenij
ſui fœtum ei dicat, Antonius Delrio,
Solinum, Fuluius Vrſinus in epiſtolâ
dedicatoriâ ad ſelecta Polybij, Nico-
laus Ellebodius, Pighius, Ioannes Mo-
lanus, Franciſcus Suuertius, Sanderus,

Ioannes Baptiſta Saccus, qui mortuo oratione parentauit, & Aubertus Miræus in elogiis Belgicis.

De Rye. Ecartelé au i. & iv. d'azur à vne aigle d'or, qui eſt de Rye. Au ii. & iii. d'azur à la bande d'or, qui eſt Longvy.

91. Ferdinandvs de Rye maioribus ſanguine nobiliſſimis ortus erat, parentibus Girardo de Rye domino de Balançon, & Ludouicâ de Longuy; Cardinalium à Baumâ conſanguineus, nepóſque Philiberti & Ludouici Epiſcoporum Gebennenſium: frater autem Marci marchionis de Varembon Equitis aurei velleris, & Philiberti Comitis de Varax. Abbas fuit ſancti Claudij & Cari-loci, Prior Gigniaci, Arboſij, & S. Marcelli, Baro de Chaſteauuieil, Regis Catholiei libellorum ſupplicum Magiſter in ſupremo Senatu Dolenſi, ac Comitatus Burgundiæ Gubernator Philippo iv. Hiſpaniarum Rege. Natus hic Ferdinandus Dolæ 1556. paulò grandior factus, ibidem Laurentij Chifletij Senatoris Regij domicilio vſus, ſcientiâ inſtitutus eſt; libatis deinde belli rudimentis, Romam profectus, vbi adoleſcentiæ annos in aulâ Pontificiâ tranſegit: ac ſacris initiatus Cardinali Granuellano ſucceſſit in ſede Biſontinâ, poſſeſſionem adeptus 1586.
1586. Quinquaginta quatuor vtriúſque ſexus collegia, conuentus & Monaſteria, per vniuerſam ſuam diœceſim diſtribuit. Sub illius enim Pontificatu Societas Ieſu Collegiis quatuor donata eſt, cum miſſionibus ſeptem. A Minimis verò inſtituti ſancti Franciſci de Paulâ, ſex conuentus exſtructi; excitata Capucinorum quatuordecim cœnobia, & Biſontinum præ cæteris elegans, ab eo fundatum & conſtructum eſt; quibus & eiuſdem inſtituti miſſio addita; acceduut Carmelitarum excalceatorum monaſteria duo, totidémque Congregationes Oratorij. Monialium verò clauſtra recenſentur Tertij Ordinis ſancti Franciſci tria; Annunciatarum inſtituti venet. Matris Mariæ Victoriæ Genuenſis, ſex: Virginum Viſitationis B. Mariæ, duo, denique quinque domus congregationis S. Vrſulæ ſub illius tegimine admiſſæ. Edidit Breuiarium Eccleſiæ ſuæ correctius, Ferdinandus noſter, cui Faſtos ſuos Belgicos & Burgundicos dicat Aubertus Miræus Antuerpienſis Decanus. Suffraganeis vſus eſt in Pontificalibus Claudio de la Batre, ex miniſtro Prouinciali Minoritarum & Theologiæ Profeſſore doctiſſimo, creatus Epiſcopus Andropolitanus; cui ſuffectus Philippus Patronay Ordinis Minimorum. Cum verò exploratæ eſſet fortitudinis & prudentiæ; Iſabella princeps, ei vnà cum ſupremæ Curiæ Dolanæ Senatoribus, Cleriado Vergeyo Comite Champlitenſi mortuo, vniuerſam totius prouinciæ præfecturam demandauit, litteris datis anno 1630. 4. Idus Decembris. Sed 1630.
eius animus tum maximè enituit, cùm inſperati Galli Comitatum Burgundiæ hoſtiliter ingreſſi ſunt 1636. 6. Kal. Iunij; Eodem enim irruptionis die cum Balançonij ageret, Dolam ipſam, cui parabat, Francorum exercitus obſidionem profectus eſt. Morbo correptus, ipſo receptæ libertatis die Aſſumptæ Virgini ſacro, extremum ſpiritum proximè adeſſe ſuſpicatus, omnibus prius muniri ſacramentis Eccleſiæ ritè voluit, quàm vrbem vti medicorum conſilium erat desereret. Igitur 18. Cal. Sept. ſolutâ obſidione quam per dies octoginta difficillimam ſuſtinuerat, putiorem auram ruti quærens vrbe egreſſus eſt, Villam-faum pergens, eò tamen peruenire morbi grauitas prohibuit: nam in Prioratu Curtifontis Ord. S. Auguſtini, Iubilei Epiſcopi titulum in tumulum intulit; Etenim pietate Chriſtianâ in ſuâ diœceſi plurimùm amplificatâ, extinctus eſt labente anno Epiſcopatus quinquageſimo: Chriſti ſcilicet 1636. ipſo die 1636.
natali S. Bernardi. Verùm quo viuus peruenire non potuit, mortuum ſeſe inferri voluit, & penes matrem Longouicæ gentis hæredem tumulari.

De Rye. D'azur à vne aigle d'or.

92. Franciscvs de Rye iii. Philiberto Comite de Varax Equite ordinis Velleris aurei, & Claudiâ Turnoniâ Franciſci Cardinalis Turnonij ſorore genitus. Iuuenis admodum Romam miſſus eſt ſtudiorum causâ, vbi tum primum illi ſacerdotium fuit Prioratus de Donnâ-petrâ in Comitatu Burgundiæ, cuius appellatione aliquamdiu vſus eſt. Sed poſtmodum Abbatiam Accinctum à Petro Erneſto Comite Mansfeldij, Belgij & Burgundiæ præfecto obtinuit; alteram deinde Perſaniam nomine diœceſis Cenomanenſis, in gratiam illius reſignauit Card. Turnonius. Exindéque Decanus maior Eccleſiæ Veſontinæ à capitulo electus, paucis annis interiectis in Belgium, totius Eccleſiaſtiei ordinis nomine deſtinatus eſt: vbi Sereniſſ.

Principes Albertus & Iſabella Archi-A duces, cum in ſacræ Cortinæ Præfectum apud ſe retinuerunt; Tum Archicapellani dignitare & officio ab ijſdem donatus, eo munere rriginta plus minus annos, ita ſedulò & diligenrer functus eſt, vt omnibus admirationi eſſet. Interim euenit, vt ex capituli electione & commendatitiis Archiducum litteris, parruus Ferdinandus, eum ſibi Coadiutorem dignitatis cum futurâ ſucceſſione deſignarit: Quocirca in Archiepiſcopum Cæſarienſem ſolemni ritu in ſacello domeſtico Regiæ Bruxellenſis conſecratus
1626. eſt, anno 1626. Kal. Iunij. Prætetea B Iſabella Princeps, Coadiuroriam Abbatiæ Cariloci in Com. Burgundiæ, à Ferdinando in gratiam illius factam permiſerat. Duo hunc Antiſtirem maximè commendant, nimirum ſedulitas, & ſtudium in ſarciendis beneficijs, quod adeò ſingulare fuit, vt inrerdum integros prouentus huiuſmodi ſumptibus applicaret. Acceptâ patrui morte itineri ſeſe accingere ſatagens, non totis octo menſibus ei ſuperſtes fuit: ſeptuagenarius enim morbo repente oppreſſus eſt, cum iam expiaris ſalutari pœnitentiâ delictis, ſacroſanctum C Euchatiſtiæ ſacramentum tecceptum iret. Contigit die 17. Aprilis fetiâ ſex-
1637. tâ hebdomadæ paſchalis, 1637. Bruxellis, pridie quàm pallio à Sede Apoſtolicâ Mechlinienſi Archiepiſcopo deſtinato, inſigniretur, dum ſe ad Eccleſiam ſuam Biſontinam primò adeundam compararet. Defuncti corpus depoſitum eſt in templo Patrum Soc. Ieſu.

D'ACHAY Eſcartelé au 1 & 4 de gueules à [illegible] de 2 haches d'or addoſſées, [illegible] qui eſt D'ACHEY. Au 2 & [illegible] vairé d'or & de gueulles, qui eſt BAVFFREMONT.

93. CLAVDIVS D'ACHEY IV. Ex illuſtri in Sequanis familiâ d'Achey, Domini de Toraiſe & Roſæ de Bauffremont de Liſtenois filius. Priùs Abbas commendatarius Balmenſis, D deinde Montis-benedicti, Archidiaconus maior & Eccleſiæ Biſontinæ Decanus, communi totius Capituli conſenſu (huic enim iure Germanico, ius eligendi competit) Archiepiſcopus renuntiatur mortuo Franciſco die Maij 23. 1637. in baſilicâ S. Ioannis Euan-
1637. geliſtæ cum eo Canonicorum elogio:
» Nimirum qui eſſet ex illuſtriſſimo Ba-
» ronum & nobilium genere procreatus,
» magnæ litteraturæ, prouidus ſcientiâ,
» prudentiâ & diligentiâ non modicâ,
» atque perſpicuus in rebus & negotiis
» agendis, tàm ſpiritualibus quàm tem-A poralibus. Quæ hactenus ab electione geſſit, hic Pontifex, pia planè & temporum calamirati peropportuna fuerunt. Enimuerò officium immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis per octo annos, ab vniuerſo ſuæ diœceſis Clero celebrari cum octauâ inſtituit. Prudentiſſimos inſuper rei Eccleſiaſticæ promouendæ Miniſtros ſibi delegit: viuit adhuc Archipræſul, & Biſontinum Pontificatum ſibi commiſſum, cum laude adminiſtrat.

DECANI
MAIORES
ECCLESIÆ BISONTINÆ.

ECclesia Metropolitana Biſontina, duabus conſtat baſilicis, quarum vna Diuo Ioanni Euangeliſtæ, altera Prothomartyri Stephano dicata eſt; in quarum ſingulis quatuor olim Dignitates erant conſtitutæ, videlicet Decanus, Archidiaconus, Præcentor, & Theſaurarius: Inter duas baſilicas præfatas, multoties de præeminentiâ, ſeu, vt vocant, matetnitate, corâm ſummis Pontificibus, Sedis Apoſtolicæ Legatis, & Archiepiſcopis Biſontinis diſceptatum fuit; donec ſub Innocenrio Papâ IV. & Guillelmo ſecundo Antiſtite Biſontino, per Hugonem de ſancto Caro ex Ordine Prædicatorum, presbyterum Cardinalem S. Sabinæ nuncupatum, Capitulorum præfatæ vtriúſque maioris Eccleſiæ facta fuit vnio 2. Cal. Octobris, anno 1253. itavt 1253. omnes vtriúſque Eccleſiæ Canonici, vnum collegium, vnum & idem corpus componerent, licet in duobus templis D Domino deſeruirent; vna eſſet Eccleſia, quæ deinceps Metropolitanæ Biſontinæ ab omnibus cenſeretur, vnum Capitulum, vnus theſaurus, vnum ſigillum, vnum Officium Eccleſiaſticum, vnus Decanus, Archidiaconus, Præcentor, Theſaurarius: Decanus ſuperſtes præmortuo ſuccederet, & ita de aliis dignitaribus. Hic porrò Decanus maior Pontificatu vacante, in ſpiritualibus Adminiſtrator exiſtit, ac de Officiis tam eccleſiaſticis quàm ſæcularibus à dictâ Sede dependentibus prouidet; omnéſque diœceſis Prælatos antecedit: is enim in Concilio

prouinciali, præſidente Archiepiſcopo A tribúſque Suffraganeis, ſolus ad ſiniſtram Archipræſulis toto Capituli metropolitani Collegio inſequente, itémque in Comitiis generalibus liberæ Burgundiæ, primam ab Archiepiſcopo Biſontino ſedem obtinet, eo abſente Præſidis locum tenet, omnéſque Abbates etiamſi Epiſcopatus honore fulgeant, præcedit; & cum ſolemniter ſacra facit, mitrâ cæteriſque ornamentis Pontificalibus vtitur; quæ priuilegia in veteri eiuſdem Eccleſiæ rituum codice ſupra nongentos annos inſtitutorum adnotantur. Series autem Decanorum hæc eſt, quam habuimus B beneficio Caroli Emmanuëlis de Gorreuod, baſilicæ metropolitanæ Biſontinæ Decani, & Ioannis Collarti Ordinis Ieroſolymitani, Sedis Apoſtolicæ Protonotarij.

DECANI S. IOANNIS ANTE VNIONEM.

Stephanus 1. anno Domini 620.

1049. *Theodericus* in veteribus Eccleſiæ tabulariis nominatur C 1049.

1060. *Manegaudus* 1057. & 1060.

1092. *Magnerius* ſeu *Mainerius* 1092. ſubſcribit cartæ donationis Biſonticenſis Antiſtitis de Vallecluſâ & de Mortuaaquâ, Hugoni Cluniacenſi Abbati

1107. 1107. cuius etiam mentio adhuc M. C. X I.

1122. *Manaſſes*, 1122. 1130.

1138. *Rodulphus*, 1138.

1140. *Ludouicus*, 1140.

1141. *Stephanus*, 11. 1141.

1152. *Galtherius*, 1152.

1157. *Landricus de Darnac* 1157. poſteà Epiſcopus Lauſanenſis 1160.

1178. *Stephanus* 3. 1173. 1178.

1204. *Vuilelmus* 1204. & 1218.

1219. *Stephanus* 4. 1219.

Bourgongne. *Alexander de Bourgongne* ex regiâ Ducum Burgundiæ ſtirpe, & lineâ Do-

1240. minorum de Monteacuto, 1240. 1244. aſſumptus deinde ad Epiſcopatum Cabilonenſem.

DECANI S. STEPHANI ANTE VNIONEM.

Aymnus ſedebat anno 620.

Stephanus 1. ex Decano Vicarius generalis Berengarij Archiepiſcopi, hinc factus Bellicenſis Epiſcopus.

Stephanus 2. 960. 960.

Ermenfridus, 967. 967.

Lambertus, 1049. 1049.

B *Godefridus*, 1066. 1066.

Manegaldus, 1086. 1086.

Hugo de Valletrauersâ, 1092. 1106. 1092.

Guido 1. 1110. 1110.

Petrus de Trena, 1133. & 1148. 1148.

Theodericus de Montbeliard 1179. ad Archiepiſcopalem ſedem euectus. Montbeliard.

Guido 2. 1183. 1200. 1183.

Vuilelmus 1. 1202. 1202.

Girardus 1208. 1218. dein Præſul Bi- 1208.

C ſontinus.

Guilelmus de Turre 11. 1218. 1233. is ab Epiſcopatu Cabilonenſi ad Biſonticenſem traductus eſt cathedram. La Tour.

Stephanus de Montbeliard, 1245. 1245.

Pontius de Cicon, 1250. & 1254. vltimus S. Stephani Decanus fuit. Cicon. D'or à la faſſe de ſable.

DECANI MAIORES BISONTICENSES.

D *Ioannes* 1. poſtremus Sancti Ioannis Decanus, vltimo Beati Stephani vitâ functo, primus Eccleſiæ Biſontinæ Decanus maior conſtituitur, ſecundum id quod in vnione Eccleſiarum fuerat ab Apoſtolico legato præſcriptum. Sedit autem annis 1257. & 1257. 1258.

Vuilelmus de Ioinuille 1. ex Archidiacono Salinenſi, votis Capituli nominatur 1263. Ioinville. 1263.

Bernardus de Vallegranoſa, 1266. 1266.

Odo de Neufchaſtel annis 1267. & 1280. Neufchaſtel.

[illegible] D'or à trois bandes de gueulles.

Theobaldus de Faucougney electus è A
Theſaurario 1285. Obiit 24. Februarij
1300 depoſitus in ædis S. Stephani ſa-
cello B. Mariæ maioris.

Henricus de Faucougney I. ex Theſau-
rario 1304. migrauit à ſæculo 19. Fe-
1327. bruarij 1327. Iacet apud S. Stephanum
in atrio maiori. Eiuſdem familiæ Ioan-
nes Baro de Faucougneio, qui vxo-
rem duxit Iſabellam, Philippi Longi
Galliarum Regis ex Ioannâ Burgundâ
filiam.

V[illegible]a.

Hugo de Vienne 1333. poſt Archiepiſ-
copus creatur.

Cal[illegible]niaco.

Ioannes de Calmgniaco. II. prouiſus B
poſt promotionem Hugonis ad Ponti-
ficatum.

C[illegible]ondray.

Ioannes de Corcondray III. ſuperioris
reſignatione eligitur 1341. Deceſſit 22.
1341. Octobris 1360. iacet in clauſtro S. Ste-
phani & ſacello Diui Martini.

1361. *Ludouicus de Montbeliard*, 1361. Archie-
piſcopus.

Vi[illegible]ers-Sexel.

Aymo de Villiers-Sexel ex Archidia-
cono maiore 1362. Archipræſulatum
adeptus.

Picque.

Richardus Picque Iuris vtriúſque Pro-
feſſor & Decanus 1370. demùm Ar-
chiepiſcop. Remenſis. C

Gulielmus de Porta II. 1396. ſpiritum
1415. emiſit 6. Iunij 1415. cineres depoſiti
apud S. Stephanum prope ſacellum S.
Agapiti.

Ma[illegible]enti.

Leo Macencti oriundus è Nozereto
Decanatum obtinuit 1415. defunctus
1434. 1434. 10. Decembris, humatur in atrio
maiori Eccleſiæ S. Stephani.

Fruin. De gueulles au cheuron d'argent, accompagné de 3. eſtoilles d'or.

Ioannes de Fruin IV. patriâ Polignia-
cenſis, Canonicus S. Capellæ Diuio-
nenſis ac Conſiliarius Ducis Burgun-
diæ, ex Theſaurario Antiſtes eligitur
ſuffragiis Capituli contra Franciſcum D
Condelmetium, ſed iure ſuo ceſſit.
1458. Mortuus 14. Sept. 1458. ſepelitur in
atrio maiori S. Stephani.

Povpet.

Ioannes de Poupet V. hanc dignitatem
1458. regendam ſuſcipit 1458. poſteà Epiſco-
pus Cabilonenſis.

Hugolinus Folain ex Archidiacono
maiore poſt promotionem Ioannis de
1476. Popeto, obiit Romæ, ibíque tumulatus
1476.

Bergves.

Henricus de Bergues II. 1476.

Claudius Carondelet I. reſignatione
Tomus I.

A Henrici 1478. Ianuarij 20. fato fun-
ctus eſt Machliniæ 10. Iunij 1486. vbi
ſepulturæ locum habuit.

Carondelet. D'azur à vne bande d'or accompagnée de ſix beſans de meſme.

Ioannes Carondelet VI. Archiepiſco-
pus Panormitanus, Primas Siciliæ, Pre-
poſitus S. Donatiani Brugenſis & S.
Vualpurgæ Furnenſis, Abbas Montis-
benedicti Cancellarius perpetuus Flan-
driæ, inſtitutus Decanus 1486. interiit 1486.
Machliniæ 7. Februarij 1543. ætatis
75. quieſcit in Eccleſiâ S. Donatiani.

Claudius Carondelet II. nepos patruí-
que Coadiutor 3. Febr. 1531. Præpoſi- 1531.
tus item vltimus S. Donatiani 1557.
B quo viuente, hæc dignitas annexa fuit
Epiſcopatui Brugenſi: ex hâc luce mi-
grat Brugis 1564. ibíque reſurrectio-
nem expectat.

Grandmont.

Franciſcus de Grandmont I. Abbas
Montis-benedicti, & de Fauerneyo
1564. moritur 1591. Iunij 6. corpus re- 1564.
latum in atrio maiori Eccleſiæ S. Ste-
phani.

La Bavme. D'or, à la bande viurée d'azur.

Proſper de la Baume Abbas S. Pauli Bi-
ſontini, Cariloci & Miratorij, ſedis
Apoſtolicæ Protonotarius, Prior de
Marbos, frater Antonij Comitis de
Montreuel; reſignatione Franciſci ade-
ptus eſt Decanatum 1591. ſepultus in 1591.
C atrio B. Stephani, cum ſequenti epita-
phio, quod refertur in Hiſtoriâ Bri-
xiæ & Bugeij.

DEO OPT. MAX.

*PROSPERO A BAVMA Fran-
ciſci Comitis Montiſreuelli F.V. gentilitiâ
Nobilitate, æquè ac moribus, pietatéque
perilluſtri, huius Metropolit. Eccleſiæ DE-
CANO Monaſt. Cariloci & D. Pauli Bi-
ſunt. Cœnobiarchæ, qui dum per veſtigia
Petri & Claudij patruorum S. R. E. Cardi-
nalium ſibi meritis, ad maiora viam parat,
in medio ætatis flore, mortalia faſtidiens
ad immortalem vitam regreſſus, mortales
D exuuias matri, turbato mortalitatis ordine
condendas reliquit.*

*Franc. à Baumâ M. quod ſibi à F. fieri
cupiuerat contra votum F. B. M. F. C.*

Obiit 7. Iunij CIↃ. IↃ. XCIX. 1599.

De Rye. Comme cy-deſſus.

Franciſcus de Rye II. Archiepiſcopus
Cæſarienſis, Coadiutor Biſontinus; ele-
ctus 1599.

D'Achey. Comme cy-deuant.

Claudius d'Achey III. ex Archidiaco-
no maiore, ſuffragiis Canonicorum
creatur 1636. ceſſante Coadiutoriâ Ar-
chiepiſcopatus Biſonticenſis, per obi- 1636.
tum Ferdinandi de Rya, euectus fuit
ad Pontificatum vt diximus.

VIENNE.

Claudius Chriſtophorus de Vienne, dictus de Bauffremont, Marchio de Liſtenois, renuntiatus 1638. moriénſque 15. Martij 1639. ſepulchrum in atrio Cathedralis accepit.

1638.

GORREVOD. D'azur au chevron d'or.

Carolus Emanuel de Gorreuod, Romani Imperij Princeps, Marchio de Marnay, dominus & Baro de Courcondray, Leopoldi Guillelmi Archiducis Auſtriæ, ſupremi Belgij gubernatoris ſacræ Cortinę prę fectus, Caroli Emanuëlis Ducis de Pont de uaux Equitis Ordinis velleris aurei, Ducatus Limburgenſis, totiúſque ditionis Vltramoſanæ Protegis & Capitanei generalis ex Iſabellâ Burgundâ, Hermanni Faleſienſis Comitis filiâ natus, Philippi Eugenij Ducis de Pont de uaux fratet; præſidet à die 29. Martij 1639.

1639.

ARCHIEPISCOPI

PATRIARCHÆ

BITVRICENSES

AQVITANIÆ PRIMATES.

BOVRGES en Berry ſur Eure, porte, D'azur a trois moutons d'argent, accollez de gueulle, clarinez d'or, 2.1. à la bordure dentelée de gueulle.

CIVITAS Biturigum Aquitaniæ primæ Metropolis, ſiue Auaricum, Cuborum caput, ad confluentem Auarici amnis in Euram poſita eſt; qui fluuij ſociatim ineuntes incidunt in Charum, hicque adoptatus, nomen amittit obſcurius in Ligerim. Hanc in meditullio Galliarum & Aquitaniæ, amœnitate ſoli & vbertate, inter alias prouincias regni florere cenſent Hiſtorici, vnde à Saluiano presbytero, libro de gubernatione Dei, imago Paradiſi meruit appellati. Memoratur & à Plinio lib. 4. cap. 17. Strabone l. 4. Ptolemæo l.2.c.7. Iulio Cæſare l. 7. commentarior. de bello Gallico cap..3. qui Auaricum Biturigum oppidum maximum, munitiſſimúmque, atque agri fertiliſſimâ regione ſitum, & pulcherrimam prope totius Galliæ vrbem, vocitat. Eam oppugnauit ipſe Iulius, tuente Vercingetorige Aruerno Duce; at cùm imminente obſidione Cæſarianâ, & re in conſilium deductâ, an ſuccendi, an deffendi præſtaret, vicêre Bituriges, ac tuendam recepêre, ex eo quod facilè ſe loci naturâ defenſuros dicerent, quod prope ex omnibus partibus, flumine & palude circumdata, vnum habeat peranguſtum aditum. Sanctus Hieronymus, Abbo de obſidione Luteriæ, & alij ſcriptis ſuis hanc vrbem commendant. Biturix quoque nuncupatur à Sidonio Apollinari, Gregorio Turon. l. 1. Hiſt. c. 31. Guilelmo Britone lib. 1. Philippidos, vbi laudat, *prædia Biturea, celebrem parientia Bacchum*; demùm lib. 8. ſitum vrbis ac populos ſic carmine laudat:

Fortis enim, & nimium locuples, populoſáque valde
Vrbs erat, armatiſq; viris, ac milite multo.

Bituriges autem olim erant ſub Præſidibus, & illi ſub diſpoſitione Præfecti Prætorio Galliarum. Vnde Liuius libro 5. *Priſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliarum tertia eſt, penes Bituriges ſumma Imperij fuit. Ij Regem Celtico dabant.* Vbi notandum Biturigas rectè in Celtis poni à Liuio loquente de Tarquinij tempore; nam Aquitania cœpit tantùm Auguſti imperio à Ligeri extendi ad Pyrenæos montes, & Oceanum Occidentalem, cùm anteà Garumnam haberet limitem; ex quò apparet error Marcellini, qui Biturigas locat in primâ Lugdunenſi. Sunt verò duplices Bituriges in Aquitaniâ, alij enim Bituriges Cubi ad Ligerim, quorum Metropolis Auaricum, alij Bituriges Viuiſci ad Garumnam, & ij ſunt Burdegalenſes. Hinc Tautomachus apud Caniſium lib. 2. lectionum antiquarum, Biturigas nominat munitiſſimum caput Aquitaniæ; Adreualdus Floriacenſis cap. 33. de tranſlatione S. Benedicti, caput regni Aquitanici, auctor vitæ S. Genulphi lib. 2. c. 6. & Gemmeticenſis lib. 1. c. 8. primæ Aquitaniæ caput. Eam ciuitatem illuſtrat celebris Academia, à Carolo Biturigum Duce Ludouici XI. Regis fratre fundata, ceu potius reſtaurata diplomate Pauli Pont. pridie Kalend. Decemb. 1464. Vbi dicitur inter alias Ducatus Aquitaniæ Primatum obtinere: Cuius Academiæ idem eſt Cancellarius, qui Eccleſiæ Patriarchalis. Conſtat Vniuerſitas quinque Facultatibus, nempe Theologicâ, iure Canonico, Ciuili, Medicinâ, & Artium liberalium; quam Geographus quidam Batauus appellat, doctiſſimorum hominum genitricem & emporium, cui nulla per totam Galliam par ſit. In hâc cum ſummo apparatu, clariſſimi

variis temporibus Profeſſores Iuriſprudentiam docuerunt, quos inter Andreas Alciatus, Decius, Boërius, Franciſcus Duarenus, Eguinarius Baro, Franc. Balduinus, Ant. Contius, Franc. Hotomannus, & Iacobus Cujacius, Iuriſconſulti ætate ſuâ celeberrimi.

Primatus Bituricenſis. De Primatu autem huius Eccleſiæ, plura in chronologiâ Præſulum Bituricenſium, ac multa alia etiam notat Ant. Dadinus Alteſerra l. 4. c. 4. rerum Aquitanicarum. Primùm quidem; vt ſcribit, Sulpitius Bituricenſis, Patriarchæ nomine decoratus eſt in epiſtolâ Deſiderij Cadurcenſis, cum re verâ eſſet tantùm Metropolitanus, ſed id ætatis Patriarchæ nomine deſignari ſolebant Metropolitani, vt liquet ex Priſco & Nicetio Lugdunenſibus Archiepiſcopis, de quibus Greg. Turon. At Primatus Bituricenſis exordia aſſi-
878. gnantur ad an. 878. ſub Ermenberto
Archipræſule. Nam tempore Caroli Magni, Primatis nomen neſciebat Bituricenſis, ſolóque Metropolitani honore gaudebat, vt colligitur ex teſtamento eiuſdem Caroli apud Eginartum. Primus inter Pontifices ſummos Nicolaus I. Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum Primatem agnouit, & Patriarchæ titulis cohoneſtauit, in epiſtolâ quæ legitur in Gratiani & Iuonis Decretis. Poſtmodum Aquitaniâ è prouinciâ in regnum commutatâ ab eodem Carolo, & Ludouico filio adhuc vagiente in cunis Regni ſtemmate donato, Auaricum, id eſt Biturigum oppidum, caput regni Auarici extitit,
781. an. 781. teſte Adreualdo Floriacenſi.
Hinc ſecutum eſt, vt quæ ciuitas erat primaria totius Aquitaniæ in ciuili politiâ, Primatum etiam adipiſceretur in rebus ſacris. Multis ſæclis Bituricenſis Archiepiſcopus iure Primatûs inconcuſſo potitus eſt, ſed poſtquàm Aquitania infelici Galliarum fato, tranſiit in ditionem Anglorum, Burdegalenſis Antiſtes, Bituricenſi Primati ſuo ſeſe ſubducere adniſus, controuerſiam mouit de Primatu Aquitaniæ Geraldo Bituricenſi: eâ de re ſcripſit Philippus Aug. Rex ad Innocentium 3. Papam. Lis ab eodem Pontifice terminata non eſt, quinimo inſtaurata coram Gregorio IX. qui ſecundum Bituricenſem de poſſeſſione ſententiam pronuntiauit; & eo pacto Burdegalenſes Archiepiſcopi Primatem Bituricenſem agnouerunt. Vnus Clemens V.

Pont. Max. in Eccleſiam Burdegalenſem; quâ ſederat, propenſior, Primatum Aquitaniæ circa annum 1305. è 1305.
cathedrâ Bituricenſi ad Burdegalenſem tranſtulit, vt auctores ſunt Mathæus Veſtmonaſterienſis & Walſinganus, quam Primatus prærogatiuam etiamnum hodiernâ die vſurpare ſolet. Et hæc de Primatu huius Eccleſiæ diſcutiendo ad propoſitum ſufficiant; de quo meminêre Otho Friſingenſis Chron. lib. 6. cap. 13. Gulielmus Crucius in Pontificio Cadurcenſi, Ioannes Chenu in chronologicâ Hiſtoriâ Bituricenſium Archiepiſcoporum, Iacobus Seuertius in ſummâ excommunicationum, atque illuſtriſſ. vir Petrus de Marca in tractatu de Lugdunenſi Primatu. Cathedralis Bituricenſis baſilicâ S. Stephano Protomartyri dicatâ inter alias Galliæ ſplendet: cœpit primùm ædificari ſub an. Dom. CCLIV. Decij temporibus; cùm eo tempore Chriſtiani, teſte Gregorio Tur. ædes à Leocadio nobiliſſimo Senatore de ſtirpe Vettij Epagathi martyris Lugdunenſis vltro donatas, in Eccleſiam commutarunt. *Hæc eſt*, inquit, *nunc Eccleſia apud Biturigas vrbem prima, miro opere compoſita, & primi martyris Stephani reliquiis illuſtrata.* Dum in eâdem ſacra facit Archiep. tanquã Patriarchæ duo cerei ſemper in Eccleſiâ prælucet, ſicuti lampas coronata Patriarchis in Oriente præferebatur, vt eſt apud Curopalatem & Balſamonem. Porrò in vrbe ſunt plures baſilicæ, ſeptem Collegiatæ, quarum anteſignana Regia capella Canonicorum, ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, à Ioanne Biturigum Duce fundata, Sanctorum Vrſini, Auſtregiſili de caſtro, Petri Puellaris, B. Mariæ de Salis, & aliæ, cum plurimis virorum, ac monialium cœnobiis, inter quæ Virginum Annuntiatarum S. Claræ eminet, cum tribus Abbatiis. Demùm ampliſſima eſt hæc Diœceſis, extenſa ſcilicet ab oppido Caſtilionæo ſupra Indram fluuium in Turonibus, verſus Occidentem, ad Molinas, ceu Gergobiam Boiorum cis Elauerim ſpatio XXXV. leucarum, ad Orientem, & à Nauis in Archipreſbyteratu Cantelæ, verſus Gianum cis Ligerim ad Septentrionem ſpatio 37. leucarum, à quâ vrbe ad Oblincum lineâ rectâ longiore XL. leucæ numerantur, & in eo toto terrarum ſpatio comprehenduntur 900. ferè Eccleſiæ parochiales; diuiſæ

in IX. Archidiaconatus, & XX. Archi- A preſbyteratus, triginta quatuor Capitula Canonicorum ſæcularium, plures Prioratus, multa cœnobia Religioſorum, ac Præceptoriæ decem Equitum ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, de quibus ſuo loco agemus, pia loca & alia Monaſteria recenſentes. Continentur quoque Abbatiæ XXXV. quarum elenchum infra habes.

S. SVLPITII, *Ordinis Benedictini. S. Sulpice de Bourges.*

S. LAVRENTII *feminarum* O.B. *S. Laurens de Bourges.*

BVRGIDOLENSIS, *ſuppreſſa* O.B. *De Bourgdieux.*

CASALIS-BENEDICTI, O.B. *Chezail-Benoiſt.*

EXOLDVNVM, *Iſſoudun.* O.B.

FONTISCOMBAVDI, O.B. *Font-combaut.*

S. GILDASII, *ſuppreſſa. S. Gildas.* O.B.

S. GENVLPHI, *S. Genoux.* O.B.

MASCIACVM, *Maſſay.* O.B.

MOLIS-BECCVS, *Maubec.* O.B.

MISERAYVM, *Miſeray.* O.B.

PODIVM-FERRANDI, O.B. *Puy-Ferrand.*

S. SIGIRANI, *S. Cyran.* O.B.

VIRZIO, *Vierzon.* O.B.

CHARANTONIVM *feminar.* O.B. *Charanton.*

S. MENVLPHI *fem. S. Menoul.* O.B.

S. AMBROSII *in vrbe. Ord. Auguſt. S. Ambroiſe de Bourges.*

PLENI-PEDIS, *Plain-pied.* O.A.

S. SATYRI, *S. Satur.* O.A.

SELLA, *Selles.* O.A.

VERNVCIA, *la Vernuce.* O.A.

ALBIGNIACVM, *Aubignac. Ord. Ciſterc.*

BARZELLA, *Barzelle.* O.C.

CHALIVEIVM, *Chalivoy.* O.C.

FONS-MORIGNIACVS, O.C. *Font-Morigny.*

LANDESIVM, *Landais.* O.C.

LOCVS-REGIVS, *Loroy.* O.C.

NIGERLACVS, *Nerlac.* O.C.

OLIVETVM, *Oliuet.* O.C.

DE PETRIS, *des Pierres.* O.C.

PRATEA, *la Prée.* O.C.

VARENNÆ, *Varennes.* O.C.

BELLVS-VISVS *fem. Beauuoir.* O.C.

BVXERIA *fem. in vrbe, Buxiere.* O.C.

Hic autem Archiepiſcopus vtitur triplici iuriſdictione, Primatiali, Me- B tropolitanâ, & Patriarchali. Primariæ ſubjiciuntur Archiepiſcopatus quatuor, AVXITANVS, NARBONENSIS, BVRDEGALENSIS, ET TOLOSANVS, & ſedis Metropolitanæ numerantur vndecim Epiſcopatus Suffraganei nimirum, CLAROMONTENSIS, PODIENSIS, SANCTI-FLORI, MIMATENSIS, RVTHENENSIS, VABRENSIS, CASTRENSIS, ALBIENSIS, CATVRCENSIS, TVLLENSIS, ET LEMOVICENSIS. Cęterùm Bituricenſium Archiepiſcoporum Catalogum peculiari libello edidit Ioannes Chenu Iu- C riſconſultus in Chronologicâ hiſtoriâ Antiſtitum Galliæ; itaque ſequentem hanc ſeriem auctam vberiori monumentorum & chartarum variâ cognitione, hoc ordine digeſtam, proferemus; è quibus Præſulibus, octo Cardinalatus honore decorati, plures in Sanctos relati, alij eruditione & genere illuſtres vixêre.

SVFFRAGANS De la Primatie DE BOVRGES. AVX. NARBONE. BORDEAVX. TOVLOVSE. De l'Archeueſche, CLERMONT. DV PVY. S. FLOVR. MENDE. RODES. VABRES. CASTRES. ALBY. CAHORS. TVLLES. LIMOGES.

I. S. VRSINVS vulgò fertur à Diſcipulis Apoſtolorum miſſus in Aquitaniam, qui cum feliciter Bituricenſibus Euangelium prædicaſſet, primus Epiſcopatum vrbis adeptus eſt, vt legitur D in eius vitâ, quæ in actis perantiquis ſcripta reperitur, & in Martyrologiis Romano, Bedæ, Vſuardi, Adonis, chronico Altiſſiodorenſi, Victorino, Turonenſi, Lemouicenſi, magno Belgico; tum apud Antoninum, Vincentium Beluacenſem, Petrum Equilinum, & Cardin. Baronium. Id etiam teſtatur Gregorius Turonenſis lib. de gloriâ Confeſſorum cap. 80. Bituriga « vrbs, inquit, primùm à S. VRSINO, « qui à Diſcipulis Apoſtolorum Epiſco- « pus ordinatus in Gallias deſtinatus eſt, « verbum ſalutis accepit, atque Eccle- « ſiam Biturigenſem primùm inſtituit, « rexitque,

» rexítque, qui migrans à ſæculo, in cam- » po inter reliqua ſepulchra populorum » ſepulturæ locatus eſt. Verùm hæc verba refragantur ſententiæ ipſiúſmet Greg. lib. 1. Hiſt. Francorum cap. 28. cum ea, quæ de Biturigum ad Chriſti fidem conuerſione narrat; vulgari Vrſini & aliorum Pontificum epochâ longè poſteriora eſſe demonſtrant; quos ad tempora Decij Imper. veniſſe tradit. Vt autem locus Gregorij de gloriâ Confeſſ. expendatur cum Hiſtoriâ Francorum, quam aliqui poſterius ſcriptam eſſe contendunt, remittimus ad diſſertationem, quæ nouiſſimè edita eſt, de loco Gregorij Turon. de ſeptem Epiſcoporum miſſione in Gallias vindicato.

2. S. SEVITIANVS iacet in baſilicâ ſanctæ Crucis quam conſtruxerat: Vita B. Vrſini in vetuſto codice Hetiuallenſi ſic deſinit: *Conſtituto, imò conſecrato SENITIANO, viro ſatis religioſiſſimo, atque ſanctiſſimo in opere Pontificis, XXVII. anno prædicationis ſuæ, die IV. Kal. Ianuariarum, Abrahæ ad patriam felici migrauit exceſſu.*

3. ÆTHERIVS in æde S. Crucis tumulo mandatur.

4. THECRETVS, qui pleriſque in Catalogis Bituricenſium Præſulum, ſucceſſor legitur; veriſimile eſſe tamen vt alij conjiciunt, Ætherium deſignari.

5. S. MARCELLVS.

6. VIATOR quieſcit in ſanctâ Cruce.

7. LEOTHERIVS.

8. PAVPER: eius nomen enuntiatur in antiquiſſimo MS. Bituricenſi.

9. S. PALLADIVS conditus in Eccleſiâ parochiali pagi de ſuo nomine, quatuor leucis ab vrbe Bituricenſi diſtantis, in ditione ſpirituali & temporali Archiepiſcopi; vbi feſtum eius agitur die Maij x. & recenſetur in additionibus Molani ad Vſuardum; quem tamen natalem tribuit alteri Palladio Ioannes Sauaro in Concionem Sidonij.

10. VILICIVS, vel Silicius.

11. AVITVS.

12. S. LEO præfuit Concilio An-
453. degauenſi anno 453. in causâ ordinationis Talaſij celebrato, ac ſubſcribit Synodo Turonenſi I. 461. tempore 461.
Perpetui Epiſcopi. Extat autem tomo I. Conciliorum ſcripta Epiſtola huius LEONIS Bituricenſis circiter an. Chriſti 454. ad Epiſcopos prouinciæ Tertiæ, vt Clerici non experant ſæcularia iudicia, quæ eſt huiuſmodi:

DOMINIS FRATRIBVS merito Beatiſſimis in Chriſto venerabilibus, Sarmationi, Chariatoni, Deſiderio Epiſcopis, & presbyteris omnium Eccleſiarum, quæ ſunt intra prouinciam Tertiam conſtitutæ, LEO, Victurius, & Euſtochius Epiſcopi. Tantam ſæculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem reuerentiam prævalere voluerunt, vt etiam ij, quos ſub Imperiali nomine terris diuina potentia præeſſe præcipit, ius diſtringendorum negotiorum Epiſcopis iuxta diualia conſtituta permiſerint. Quod cùm & iuris antiqui formulis, & inlatis frequentiùs ſit legibus confirmatum, præſenti tempore à pleriſque inuenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo ſacerdotali iudicio, paſſim ad examen ſæculare tranſierunt. Idcirco nobis viſum eſt, vt hanc & ſacræ legis, & noſtri ordinis contumeliam & ad præſens vlciſceretur plena diſtrictio, & obſeruandam formulam conſtitueret in futurum. Cenſuimus itaque, vt quicúmque prætermiſſo ſacerdote Eccleſiæ ſuæ, ad diſceptationem venerit ſæcularium, ſacris liminibus expulſus à cæleſti arceatur altario. Neque vllus poſt hanc definitionem, quæ communi ſedis arbitrio, quicquam ſibi vltrà præſcriptum vindicare nitatur, ita fiet, vt & hi qui antè errauerunt congruâ emendatione ſe corrigant, & quiſquis ſub obſeruatione clericali cæleſti ſeruire probatur officio, ex clerico habendum ſe norit, ſi prætermiſſo ſacerdotum iudicio ſæcularem adierit poteſtatem. Quod ideo ſingulos, vniuerſóſque voluimus agnoſcere, vt quod pleno iuſtitiæ & iuris ordine conſtitutum eſt, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotiis ſortiatur. Sanè ſi clericum laicus pulſet, prius audiri ſe ab Epiſcopo poſcat, tùm ſi petitioni ſuæ laicum viderit obuiare, ex permiſſu Epiſcopi ſui in ſæculi moderatoris diſceptatione confligat. LEO Epiſcopus ſubſcripſi. Victurius Epiſcopus ſub- 454.
ſcripſi. Euſtochius Epiſcopus ſubſcripſi. At Leonis nomen pleróſque omnes hactenus induxit, vt hanc epiſtolam Leoni Papæ adſcriberent, atque inter eius epiſtolas collocarent numero XCVI. cùm reuera, ſit LEONIS BITVRICENSIS Epiſcopi, qui vnà cum Victurio Cenomanenſi, & Euſtochio Turonenſi, eam ſcribit ad Epiſcopos

& preſbyteros prouinciæ, non Thra- A ciæ, vt inter Leonis epiſtolas vulgatum eſt, ſed Tertiæ, quo nomine Turonica prouincia deſignatur, quæ eſt Tertia Lugdunenſis, vt rectè animaduerrit Sirmondus in doctiſſimis notis ad Concilia Galliæ.

13. EVLODIVS ſublatus eſt è vitâ
472. ſub annum 472.

14. S. SIMPLICIVS electus circa
472. an. Domini 472. à Sidonio Apollinari Epiſcopo Aruernorum: Nam, vt ipſe ait, lib. VII. epiſt. 5. ad Agrœcium Metropolitanum Senonenſem, quem ad Bituricenſis Epiſcopi electionem B propterea inuitat, quòd prouincialium Epiſcoporum numerus deficeret, cùm in varias partes de nouo ſubſtituendo Præſule, Clerus ac populus diſtraheretur; Eccleſiâ nuper ſummo viduatâ Pontifice, decreto ciuium euocatus, Biturigas venit Sidonius, & factâ illi ab omnibus arbitrio ſuo deſignandi, creandíque Antiſtitis poteſtate, Simplicium, quem ſibi ordinari rogabant, renuntiauit; perito priùs conſilio ab Euphronio Auguſtodunenſi
» lib. 7. epiſt. 8. his verbis: Quia SIM-
» PLICIVM ſpectabilem virum, Epiſ-
» copum ſibi flagitat populus Biturix C
» ordinari, quid ſuper tanto debeam ne-
» gotio facere, decernas. Huius es nam-
» que vel erga me dignationis, vel erga
» reliquos auctoritatis, vt ſi quid fieri
» voles, (voles autem quicquid æquiſ-
» ſimum eſt) non ſuadere tam debeas,
» quàm iubere. De quo tamen Simpli-
» cio ſcitote narrari plurima bona, at-
» que ea quidem à plurimis bonis. Quæ
» teſtimonia mihi primâ fronte collo-
» quij non ſatis gratâ, quia ſatis gratioſa
» iudicabantur. At poſtquam æmulos
» eius nihil vidi amplius quàm ſilere,
» atque eos maximè qui fidem fouent
» Arrianorum; neque quippiam nomi- D
» nato, licet necdum noſtræ profeſſio-
» nis, illicitum opponi: animum aduerti
» exactiſſimum virum poſſe cenſeri, de
» quo ciuis malus loqui, bonus tacere
» non poſſet. Rogatu verò Perpetui Turonenſis Epiſcopi, Sidonius ipſi orationem mittit, ſiue elegantem concionem, quam habuerat in eiuſdem Simplicij electione; luculentum elogium ibidem inſertum, ex parte hîc placuit apponere:

REFERT hiſtoria ſæcularis, dilectiſſimi &c. mihi peculiariter pagina decretalis A *oblatu Pontificis eligendi mandaſtis arbitrium coram ſacroſancto & pontificatu maximo, digniſſimo Papâ, qui cùm ſit ſuæ prouinciæ caput, ſit etiam mihi inſtitutione, facundiâ, priuilegio, tempore, ætate, præſtantior; ego déque, corámque Metropolitano verba facturus & prouincialis & iunior, pariter fero imperiti verecundiam, procacis inuidiam. Sed quoniam veſtro ſic libitum errori, vt ipſe prudentia carens prudentem vobis, in cuiúſque perſonam bona multa concurrant, ſub ope Chriſti Epiſcopum exquiram; Et infra: Si quempiam nominauero monachorum, quamuis illum Paulis, Antoniis, Hilarionibus, Macariis con-* B *ferendum ſectata anachoreſeos prærogatiua comitetur, aures illicò meas incondito tumultu circumſtrepitas ignobilium pumilionum murmur euerberat conquerentium. Hic qui nominatur, inquiunt, non Epiſcopi, ſed Abbatis complet officium; Sed quis non exacerbeſcat? Si eligimus humilem, vocatur abiectus; ſi aliquatenus doctum, propter ſcientiam, clamatur inflatus, &c. Si militarem dixero fortè perſonam, protinus in hæc verba conſurgitur: Sidonius ad clericatum quia de ſæculari profeſſione tranſlatus eſt, ideo ſibi aſſumere Metropolitanum de religioſâ congregatione diſſimulat; na-* C *talibus turget, dignitatum faſtigatur inſignibus, contemnit pauperes Chriſti. Quapropter in præſentiarum ſoluam quam non tam bonorum caritati, quàm maledicorum ſuſpicioni debeo fidem &c. Benedictus SIMPLICIVS hactenus veſtri, iámque ab hinc noſtri (modò per vos Deus annuat) habendus ordinis comes, ita vtrique parti, vel actu, vel profeſſione reſpondet, vt & Reſpublica in eo quòd admiretur, & Eccleſia poſſit inuenire quod diligat. Si natalibus ſeruanda reuerentia eſt, quia & hos non omittendos Euangeliſta monſtrauit, (nam Lucas laudationem Ioannis aggreſſus, præſtantiſſimum computauit, quod Sa-* D *cerdotali de ſtirpe veniebat, & nobilitatem vitæ prædicaturus, priùs tamen extulit familiæ dignitatem) parentes ipſius, aut cathedris, aut tribunalibus præſederunt, illuſtris in vtráque conuerſatione proſapiâ, aut Epiſcopis floruit, aut præfectis. Ita ſemper huiuſce maioribus, aut humanum, aut diuinum dictare ius vſui fuit. Si verò perſonam ſuam tractatu conſilioſiore penſemus, inuenimus eam tenere iſtic inter ſpectabiles Principes locum. Sed dicitis viros Eucherium & Pannychium illuſtres haberi ſuperiores. Quod hactenus eos eſto putatos. Sed præſentem iam modò, ad cauſam illi ex canone non requiruntur, qui ambo ad*

ſecundas nuptias tranſierunt. Si annos ipſius computemus, habet efficaciam de iuuentute, de ſenectute conſilium. Si literas vel ingenium conferamus, certat natura doctrinæ. Si humanitas requirenda eſt, cuiuis, clerico, peregrino, minimo, maximóque etiam ſupra ſufficientiam offertur; & ſuum ſæpius panem ille, qui non erat redditurus agnouit. Si neceſſitas accipiendæ legationis incubuit, non ille ſemel pro hac ciuitate, ſtetit ante pellitos Reges, vel ante Principes purpuratos. Si ambigitur quo magiſtro rudimentis fidei fuerit imbutus, vt prouerbialiter loquar, domi habuit vnde diſceret. Poſtremò iſte eſt ille, cariſſimi, cui in tenebris ergaſtularibus conſtituto multipliciter obſerata barbarici carceris diuinitus clauſtra patuerunt. Iſtum, vt audiuimus, tàm ſocero quàm patre poſtpoſitis, ad ſacerdotium duci oportere vociferabimini, quo quidem tempore plurimum laudis domum retulit, quando honorari maluit parentum dignitate, quàm propriâ &c. Vir eſt, totius popularitatis alienus, gratiam non captat omnium, ſed bonorum; non indiſcretâ familiaritate vileſcens, ſed examinatâ ſodalitate pretioſus: In aduerſis conſtans, in dubiis fidus, in proſperis modeſtus; in habitu ſimplex, in ſermone comis, in contubernio æqualis, in conſilio præcellens: Infra: Vxor illi de Palladiorum ſtirpe deſcendit, qui aut literarum, aut altarium cathedras cum ſui ordinis laude tenuerunt. Et quia ſententiam paruitatis meæ in hâc electione valituram eſſe iuraſtis, (ſi quidem non eſt validius dicere ſacramenta, quàm ſcribere) In nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, SIMPLICIVS eſt, quem prouinciæ noſtræ Metropolitanum, ciuitati veſtræ ſummum ſacerdotem fieri debere pronuntio. Vos autem de viro, de quo loquimur, ſi nouam ſententiam meam ſequimini, ſecundum veſtram veterem conſonate. Sepultus fuit in Eccleſiâ Collegiatâ S. Auſtregiſili de Caſtro in ſuburbio Bituricæ ciuitatis.

15. TETRADIVS adfuit Concilio
506. Agathenſi 506. mendum videtur in codice Tiliano, vbi dicitur primus ſubſcripſiſſe Synodo Aurelianenſi 1. anno
511. 511. cuius nomen Bituricæ Eccleſiæ Metropolitani, inter cereros Epiſcopos poſt Cyprianum Burdegalenſem legitur. Is pietatis monumentis commendatur, & Eccleſiæ S. Iuliani Briuatenſis villam reliquiſſe memoratur à Greg. Turon. lib. 2 miraculorum cap. 14. Sigiualdus, inquit, cum Rege præpotens, cum omni familiâ ſuâ in Aruernam regionem ex Regis iuſſu migrauit: vbi dum multorum res iniuſtè compereret, villam quandam quam glorioſæ memoriæ TETRADIVS Epiſcopus BITVRIGENCIS, baſilicæ S. Iuliani reliquerat, ſub ſpecie obumbratæ commutationis auidus peruaſit: ſed menſe tertio, poſtquam aggreſſus eſt, correptus à febre & ſine ſenſu effectus declinauit caput ad lectulum. Nonnulli cenſent Tetradij nondum Epiſcopi, Sidonium meminiſſe Epiſt. x. lib. 3. eum vocans meraciſſimum fontem ſcientiæ.

16. RORICIVS.

17. SIAGRIVS. Ambigi hoc loco iure queat, ſi *Humatus*, quem vulgari omnes Catalogi præponunt S. Honorato, certam ſedem habeat; cuius tempore patratum miraculum tradunt, de puero Iudæo, qui à parente ob ſacram ſynaxim ſuſceptam in fornacem ignis coniectus, illæſus euaſit, eo loco, vbi poſteà condita eſt Eccleſia S. Mariæ de Furno-calido: cui hiſtoriæ ſimilem in Oriente narrat Greg. Turon. l. 1. miracul. cap. 10. Euagrius l. 4. c. 36. & Nicephorus l. 17. c. 25. Coniectura eſt porrò, vt aliqui putant, ex corrupto vocabulo Humati, Honoratum debere appellari, rectiuſque ex duobus Honoratis Bituricenſibus Epiſcopis, quorum alter Arcadio ſucceſſiſſe dicitur, vnicum interpretari probabile eſt.

18. S. HONORATVS præfuit Concilio 2. Aurelianenſi an. 533. 9. Kal. 533.
Iul. & Aruernenſi 535. in quo epiſto- 535.
lam ad Theodebertum Regem nomine Synodi eiuſdem Aruernicæ ſcripſit, nunc primùm editam ex codice S. Petri Foſſatenſis tomo 1. Concil. vt clerici, qui Regum aliorum dominio ſubiacent poſſeſſionibus, quas in eius regno iure obtinent, non fraudentur.

19. S. ARCADIVS Concilio 3.
Aurelianenſi ſubſcribit anno 538. Me- 538.
moratur cap. 10. de Vitâ Patrum à Greg. Turon. Et in vitâ S. Patrocli, apud Surium 19. Nouembris, eiuſque memoria agitur Calend. Auguſti in Bituricenſi breuiario, ſed fit feſtum duplex in Eccleſiâ S. Vrſini, vbi humatus.

20. S. DESIDERATVS cognomine THEODVLVS, Augino, & Agiâ parentibus procreatus, ex Regis

Clotarij Auriculario & annuli Rega-
lis cuſtode, in locum Areadij creatus
eſt Epiſcopus, vt docet antiquus vitæ
ipſius Deſiderati ſcriptor his verbis:
Tres fuerunt fratres nobili genere è Sau-
ciaco oppido Sueſſonico; Deſiderius mona-
chus & martyr, Deodatus custos Theſauro-
rum Regalium ab æmulis necatus, DESI-
DERATVS Auricularius Regis Sigillum
gerens, à Rege Clotario ad Archiepiſcopa-
tum Bituricenſem poſt Arcadium promotus.
Synodis Aruernenſi II. & Aurelianen-
549. ſi V. 549. alijs 552. ſubſcripſit, ac Do-
minicâ vti prædixerat, febre diſſolu-
552. tus animam Deo reddidit an. 552. vel
557. vt habet ipſius vita in breuiario
Bituricenſi, vbi feſtum agitur 9. Le-
ctionum die 8. Maij, quæ forte eſt ip-
ſius tralatio. Hic autem notandum Ec-
cleſiam S. Martini prope caſtrum in
Bituricenſi ſuburbio, fundatam eſſe à
S. Auguſto, Beati Deſiderati famu-
lo, quem Gregor. de gloriâ Confeſ-
ſor. c. 8. ſcribit oratorium ædificaſſe
apud vicum Brias, ſub inuocatione S.
Martini, & monachos congregaſſe ſub
regulâ viuentes; quibus Deſideratus,
Auguſtum Abbatem præpoſuit, in ba-
ſilicâ S. Symphoriani, quam conſtru-
xerat in conſpectu murorum ciuitatis
Bituricæ.

21. S. PROBIANVS Franconis &
Periculoſæ filius, adhuc infans B. Hi-
larij interceſſione ſanatus, presbyter
fuit ſub Arcadio Epiſcopo. Eius men-
tio extat lib. 2. c. 11. miraculorum S.
Hilarij, & in vitâ B. Germani Pari-
ſienſis apud Surium 28. Maij vbi loqui-
tur de tralatione S. Vrſini in Eccle-
ſiam ſancti Symphoriani, quæ nunc eſt
intra vrbem collegiata & parochialis.
555. Interfuit Concilio Pariſienſi II. 555.
præfuitque Synodo Tertiæ in eâdem
557. vrbe celebratâ circâ an. 557. Meminit
Greg. Probiani Epiſcopi cap. 80. de
gloriâ Confeſſor. qui Romæ è viuis ex-
ceſſit, ac ſepulchro conditus eſt in
æde S. Laurentij, extra muros viâ
Tiburtinâ.

22. FELIX ordinatus à Beato Ger-
mano Pariſienſi Præſule, vt eſt in ip-
ſius vitâ. Concil. Pariſienſi IV. intereſt
573. 573. ſubſcripſitque cum alijs Præſuli-
bus epiſtolæ Synodi eiuſdem ad Sigi-
bertum Regem, vt Promoti, qui in
caſtrô Dunenſi Epiſcopus fuerat pro-
motus, reluctante Pappolo Carnoten-
ſi, cauſam non defendat. In eius Tur-
rim luſit feſtiuè Fortunatus lib. 3. car-
mine 23. nam vt Chriſtophorus Brou-
uerus in Notis ad eumdem Venantium
Fortunatum inquit, illuſtre profert
exemplum aſſeruari propatulò hâc ærata
te corporis Domini, eóque vaſis ge-
nere, quod plurimum in Franciâ, Ger-
maniæque prouincijs hodie perdurat,
turris ſcilicet in morem fabrefacti.
Valde autem opportunè hanc Felicis
noſtri Bituricenſis Hierothecam ſcri-
ptor celebrat: quia Synodus Turonen-
ſis II. can. III. paulo ante hoc tempus
decreuerat; Vt corpus Domini in al-
tari, non in imaginario ordine, ſed
ſub crucis titulo componeretur. Me-
moratur Felix à Gregor. lib. 1. mira-
cul. c. 33. & de gloriâ Confeſſor. cap.
102. vbi teſtatur in illius tumulo mar-
moreo, poſt annum ferè duodecimum
ab obitu, inuentum fuiſſe corpus ſan-
cti Confeſſoris, incorruptum: quod
quieſcit in Eccleſiâ Beati Auſtregiſili
de Caſtro.

23. REMEDIVS, ſeu REMIGIVS
nuncupatus à Gregorio, Aimone, A-
done in Chronico, in codicibus Bel-
louacenſi & Lugdunenſi, ipſóque Fre-
degario Scholaſtico in appendice ad
Gregorium. Hic enim Concilio I.
Matiſconenſi intereſt 581. Cal. No- 581.
uemb. 5. ac nominatur in Synodo Mel-
denſi can. 73. Obitum eius expreſſit
Aimoinus lib. 3. c. 55. de geſtis Fran-
corum & Greg. l. 6. c. 39. vbi ait, poſt
eius tranſitum maximam vrbis partem
crematam.

24. SVLPITIVS I. Senatoriâ di-
gnitate, doctrinâ, & virtute præſtans,
nominatus eſt ad Epiſcopatum à Gun-
tramno Rege: in ceteris elegans eſt te-
ſtimonium Greg. Turon. lib. 6. Hiſt.
Franc. cap. 39. quo eum mirificè lau-
dat, & de eius electione loquentem
Regem induxit, dum præferendo Sul-
pitium cæteris ambientibus, inquit:
REMIGIVS BITVRIGVM Epiſ-
copus obiit. Cuius poſt tranſitum, SVL-
PITIVS in ipsâ vrbe ad Sacerdotium,
Guntchramno Rege fauente, præeligitur.
Nam cùm multi munera offerrent, hæc Rex
Epiſcopatum quærentibus reſpondiſſe fertur:
Non eſt principatus noſtri conſuetudo, Sa-
cerdotium venundare ſub precio, ſed nec ve-
ſtrum, cum præmiis comparare: ne & nos
turpis lucri infamiâ notemur, & vos Mago
Simoni comparemini. Sed iuxta Dei præ-
ſcientiam SVLPITIVS vobis erit Epiſ-
copus. Et ſic ad Clericatum deductus, Epiſ-
copatum Eccleſiæ ſupradictæ ſuſcepit. Eſt

enim vir valde nobilis, & de primis Senatoribus Galliarum, in literis benè eruditus rhetoricis, in metricis verò artibus, nulli ſecundus. Subſcribit ille Concilio
585. Matiſconenſi II. 585. præſidente Priſco Lugdunenſi, ſed nullo ibi epitheto vel cognomine Seueri; & Aruernenſi
588. an. 588. hæc enim Synodus celebrata eſt ab eodem Metropolitano cum ſuis prouincialibus Aquitaniæ primæ, in causâ parochiarum Cadurcenſium, quæ repetenti Epiſcopo Ruthenenſi adiudicatæ ſunt; quod illius de ortâ inter vtrúmque Antiſtitem controuerſiâ iudicium fuerit, apud Greg. legere eſt lib. VI. Hiſt. cap. 38.

Severvs Svlpitivs hiſtoricus.

Hunc autem Svlpitivm Bituricenſem Præſulem, alium eſſe à Seuero Sulpitio Nitiobrige Aquitano, presbytero Primuliacenſi, monacho & auctore vitæ S. Martini, & hiſtoriæ ſacræ Scriptore, ex eo colligitur, quod hic Seuerus Sulpitius presbyteratus ordinem non exceſſerit, & ratione temporum, id etiam manifeſtius euincitur, cùm inter tranſitum B. Martini Turonenſis anno 397. cuius hic fuit diſcipulus, & Sulpitij noſtri Bituricenſis ordinationem, quæ contigit ſub Gunttamno Rege, intercedant anni circiter centum nonaginta. Merito illum Gennadius & Honorius, virum genere & literis nobilem, Auguſtinus doctrinâ & ſapientiâ pollentē, Idacius virum ſummum in Chron. celebrant. Huic nomen Seuerus fuit, cognomen Sulpitius, Greg. Turon. alijs Sulpitius Seuerus dictus, etſi Paulino & Auguſtino ſimpliciter Seuerus vocitetur. Aquitanum fuiſſe Gennadius teſtatur, & Aginnenſem ipſum ſe vocat lib. 2. Hiſt. ſacræ, nobiliſſimáque ſtirpe ortum memorat Paulinus lib. 5. de vitâ S. Martini. Primùm autem in foro verſatus eſt ſummâ cum eloquentiæ laude, vxore ductâ ex Conſulari familiâ, ſed eâ præmaturâ morte ereptâ, viduitatis ſolatium in Deo quærens, presbyter factus eſt. Hinc ſtudio diſtrictioris vitæ inſtitutum arripuit, diſcipulum S. Martini Turonenſis Epiſcopi profeſſus, vt paſſim ſignificat in vitâ eiuſdem, quam ſcripſit, Beato Paulino literarum & pietatis commilitio carus, & valde familiaris, vt ſatis laudes luculentæ in eius epiſtolis teſtantur. Sed is prouectæ ætatis lapſus eſt in Pelagij hæreſim, opinionem Millenariorum ſecutus, teſte Diuo Hieronymo in Ezech. cap. 36. Verùm cognito errore deſtitit, ac vitâ exceſſit an. 410. Inter alia, duos libros de ſacrâ Hiſtoriâ, eleganter breuitérque compoſuit, quos à Mundi initio exorſus, perduxit vſque ad Conſulatum Stiliconis, & Aureliani; hoc eſt annum Chr. cccc. Scripſit & vitam B. Martini; treſque epiſtolæ extant & Dialogi de eius virtutibus: Igitur minus exactè Guibertus, Sigonius, Galeſinus & alij nonnulli, Sulpitium hiſtoricum eumdem eſſe putant, cum Bituricenſi, vt rectè notatum à Ioſepho Scaligero in prolegem. libri de emendatione temporum, eiúſque iudicio: dictione vtitur eleganti, adeò vt Eccleſiaſticorum puriſſimus Scriptor laudetur. Quædam alia de Seuero ſuppeditant Scriptores Eccleſiaſtici, Baronius tom. 5. Annal. Bellarminus, & Poſſeuinus in Apparatu ſacro. De eo quoque Trithemius, Gerardus Ioannes Voſſius libro de Hiſtoricis Latinis cap. 12. Alteſetra rerum Aquitanicarum libri v. cap. 6. & 8. & Georgius Hornius Batauus, qui Seueri opera omnia typis Elſeuirianis edidit Leydæ, commentariis illuſtrata. Deceſſit Svlpitivs Bituricenſis poſt annum xxx. Guntramni Regis, Gregorio, & Aimoino lib. 4. cap. 16. cuius corpus illatum ex S. Iuliano ad Beati Vrſini templum IV. Cal. Febr. vbi feſtum eius ſolemniter celebratur.

25. Evstasivs, ſiue Evstachivs ſedem adeptus ex Diacono Eccleſiæ Auguſtodunenſis, Greg. Turon. lib. x. cap. 26. vitam cum morte commutauit pridie Cal. Ianuarij.

26. S. Apollinaris iacet in æde ſacrâ de Caſtro in ſuburbio Bituricenſi, cuius memoria agitur pridie Non. Octob. nominatur in vitâ ſancti Auſtregiſili ſucceſſoris, & apud Sutium.

27. S. Avstregiſilvs patriâ Bituricus, S. Aregij Niuernenſis Epiſcopi frater, Gundino parente natus erat: primùm quidem in aulâ Guntramni educatus, Mapparij officio Regis gratiam conſequutus eſt, ſed Betellini hominis Palatini æmulatione, falſitatis crimine inſimulatur, quòd quædam ſcripta abſque iuſſione principis confeciſſet. Guntramnus igitur diſſidentes inter ſe duello calumniam dirimere iuſſit, indictóque die ad cer-

tamen, aduerſarius diuino iudicio, ex
equo delapſus interiit, referente Ai-
moino lib. 4. c. 2. ac eiuſdem Auſtre-
giſili vitâ ab æquali auctore conſcri-
ptâ. Poſthæc cùm factus fuiſſet Cle-
ricus ab Aunario Præſule Autiſſiodo-
renſi, preſbyter & Abbas S. Nicetij ab
Ætherio Archiepiſcopo Lugdunenſi,
mortuo Apollinari Rege annuente no-
617. minatur Antiſtes 13. Februarij an. 617.
quem ſedem XII. annis adminiſtrauit,
& admirandis in mundo virtutum eni-
tuit bonis, Aimoino; vir quoque in
rebus Dei magnificus, atque inſignis
dicitur in vitis ſanctorum Amandi &
Landoaldi, apud Surium. Meminere
quoque Auſtregiſili tanquam magnæ
Metropolis Bituricenſis Archiepiſco-
pi, vita B. Genulfi, Sigebertus in Chro-
nico, Vincentius Bellouacenſis lib.
23. c. 26. Harigerus in hiſtoriâ Leo-
dienſium Epiſcoporum & alij. Sepul-
tus eſt in Eccleſiâ ſui nominis in ca-
ſtro Bituricenſi, cui & alia parochialis
in vrbe conſecrata; Feſtum habet du-
plex, Maij 20. quo die apud Surium
eius vita habetur; exſtátque etiam To-
mo 1. Francorum Hiſtoriæ Scripto-
rum coætaneorum.

28. S. SVLPITIVS II. cogno-
mento PIVS. oriundus è Vaſtino op-
pido Biturigum, dicitur Archidiaco-
nus Bituricenſis, ſub Auſtregiſilo, in
vitâ S. Remacli Traiectenſis. Anno
VIII. Dagoberti Regis, S. Deſiderium
ſuffragiis populi ad Epiſcopatum Ca-
durcenſem electum, conuocatis Pro-
uincialibus Metropolitanus conſecra-
uit; quâ de re Indiculus breuis Dago-
berti ad Sulpitium, ſcriptus extat, in
vitâ eiuſdem Deſiderij nondum vul-
garâ, & nunc primùm in lucem pro-
dit ex vetuſtis membranis, quarum co-
piam fecit V. C. Antonius de Vyon
D. d'Herouual ſupremæ Rationalium
Cameræ Auditor, in perſcrutandis an-
tiquis manuſcriptis peritiſſimus, qui
plurima, aliis in locis huius operis, mo-
numenta nobis ſuppeditauit. Excer-
ptum igitur diploma tale eſt:

*DOMINO Sancto & Apoſtolico Do-
mino Patri SVLPITIO DAGO-
BERTVS REX. Deo & veſtra San-
ctitati credimus eſſe compertum, qualiter
noſter fidelis verè illuſtris Deſiderius The-
ſaurarius, nobis adoleſcentia tempore fide-
liter deſeruiuit. Nos deuotiſſimam ac mo-
naſticam conuerſationem eius habemus be-*
A *nè compertam, ideò nos cognoſcite taliter
decreuiſſe, vt in ciuitate Caturcâ, vbi ger-
manus eius dominus Ruſticus præiuit, in
locum ipſius honorem Epiſcopatus in Dei
nomine debeat accipere; quia diuinâ in-
ſpirante potentiâ talis noſtra deuotio manet,
vt eos quos moribus ornatos & ſanctis
operibus deditos perſpicimus, ſicut eſt iſte
fideliſſimus Dei & noſter Deſiderius, hos
ad Epiſcopale culmen prouehere debeamus,
quia ſic decet Regiam Celſitudinem, vt
quos cognoſcit in Dei timore conuerſari, &
fidem catholicam integrè cuſtodire, vel
Euangelica præcepta omnimodis ad Ponti-
ficale officium ſtudeat promere. Proinde*
B *dum vos Archimetropolitani ſcimus tenere
præſentes apices, cum debito ſalutationis
officio almitati veſtræ ſtuduimus deſtinare
petentes, vt ad eum benedicendum prope-
rare debeatis, & literas ad comprouincia-
les fratres veſtros dirigatis, vt illi adeſſe
debeant, vt canonicè & iuxta Apoſtolicam
inſtitutionem ſub veſtri præſentiâ in ſan-
ctâ Paſchali ſolemnitate Pontificali bene-
dictioni debeat eſſe conſecratus; illud etiam
ante omnia ſupplicamus, vt nos in ſanctis
ac Deo placitis orationibus veſtris Domino
commendetis, & ad explendum hoc nego-
tium nullam moram faciatis. Quod verò*
C *indicimus, manus noſtra ſubſcriptione vt
mos eſt, decreuimus roborari. Dagobertus
Rex ſubſcripſit.*

Interfuit Concilio Remenſi an. 630. 630.
pro causâ Sonnatij Epiſcopi, apud Flo-
doardum lib. 2. c. 5. Patriarcha verò
nuncupatur Diuus SVLPITIVS, nec-
non & Papâ beatiſſimus in Epiſtolâ
XII. Deſiderij Cadurcenſis Epiſcopi;
ſic incipiente: Sancto PATRIARCHÆ "
SVLPITIO, condecet primæ Sedis An- "
tiſtitem, vt ſolers circa eum conſacer- "
dotum exhibeatur ſollicitudo; quam "
videre eſt apud Henricum Caniſium
in Promptuario Eccleſiaſtico, ſeu to-
D mo 5. Antiq. Lectionum; vbi etiam
leguntur epiſtolæ SVLPITII ad ip-
ſum Deſiderium, vti & ad Verum Ru-
tenæ Eccleſiæ Epiſcopum. Memoratur
autem in vitâ S. Euſtadiolæ & S. Au-
ſtregiſili deceſſoris, cuius Diaconus
ſanctiſſimus, piúſque dicitur in vitâ
Sanctorum Amandi & Landoaldi; de-
nique Bituricæ vrbis Paſtor egregius
commendatur in breuiario Aquenſi,
& apud Aimoinum l. 4. c. 16. Migra-
uit ad Dominum an. 640. vel 641. 640.
poſt diem Ianuarij 17. & in Monaſte-
rio ſui nominis ad vrbem tanquam
Patronus religioſiſſimè colitur. Huius

tempore S. Euſicius, & S. Remaclus A Epiſcopus Leodienſis; qui Sulpitio tanquam educatori, & Præceptori ſuo in lege Dei, multas in Leodienſi diœceſi dicauit Eccleſias, teſte Molano in Natal. Belg. Vitam Sulpitij ediderunt tomo 1. de Vitis Sanctorum Surius & Ioannes Bolandus.

29. VVLFOLEDVS, ſubſcripſit cuidam priuilegio Foſſatenſis Monaſterij in ſupplemento Antiquitatum Pariſienſium Iacobi Brulij. Sed ibi legitur corruptè Preſtelandus: intereſt
650. Concil. Cabilon. circa an. 650. VIII. Kal. Nouemb. Obiit 4. Calend. Ian- B
660. uar. ſub annum 660.

30. ADO, exceſſit è vita 8. Idus
682. Octob. an. 682. poſt ſedem annorum XXI. & ſex menſium, vt legitur in Bituricenſis Eccleſiæ tabularius.

31. AGOGENVS, vel Adolenus.

32. ROCHVS, ſiue Rocho, qui & Rochonus in veteri codice appellatur; adfuit funeri S. Euſtadiolæ Maij 10. ſepultæ ad ædem S. Pauli extra muros, quam conſtruxerat, vt liquet ex MS. exemplari Medij Monaſterij, tunc Monialium, nunc Canonicorũ in vrbe. C

33. SIGINVS, iacet in Eccleſiâ S. Ambroſij; præfuiſſe illum adnotant cartularia annis XXIV.

34. LANDOARIVS.

35. DEODATVS.

36. SEGOLENVS.

37. S. DAVID ſepultus in Monaſterio S. Laurentij, condito vt ferunt à Carolo Magno in vrbe, licet continuator Aimoini lib. 5. c. 3. fundationem illius adſcribat, Ludouico Pio Imperat. eius nato; cuius Caroli filia D ſpuria Eufraſia, conſtituitur prima Abbatiſſa.

38. BERTOLENVS, aliàs BERTELLANVS mendosè *Berlamus* dictus, ſedit tempore Pipini Breuis Francorum Regis, vt conſtat ex collectione Hiſtoricâ quam Caniſius Tom. 2. antiquarum lectionum tribuit Tauromacho. Is adhæſit partibus Vuaifarij Principis Aquitaniæ, teſte Fredegario Scholaſtico in Chronico, quod iubente Childebrando Comite, Pipini patruo ſcri-
761. » pſit; Sic enim ille ad an. 761. Vuai-
» farius, inito iniquo conſilio, contra Pipinum Regem Francorum inſidias parat, exercitum ſuum cum Vniberto Comite Bitorino & Blandono Comite Aruernico, qui dudum ante annum ſuperiorem ad Pipinum cum BERTELLANO Epiſcopo Bitoricæ ciuitatis miſſus fuerat, & animum Regis ad iracundiam nimiùm prouocaſſet, cum reliquis Comitibus, clàm hoſtiliter vſque Cauallonum, omnem exercitum ſuum tranſmiſit. Addit Pipinum ſequenti anno Biturigas vrbem muni- 762.
tione fortiſſimam & caput Aquitaniæ in deditionem ſuam accepiſſe, ac in eadem prouinciâ Argentonum caſtrum à fundamento miro opere reparaſſe.

39. HERMINARDVS an. 769. in- 769.
terfuit Concilio Romano à Stephano III. Papâ in baſilicâ Lateranenſi celebrato; in quâ Synodo, vt Anaſtaſius Bibliothecarius in Stephani vitâ refert, diſcuſſa primùm, ac reſciſſa Conſtantini Pſeudo-Papæ acta fuerunt. Epiſcopi Fräciæ, ait Sirmondus tomo 2. ad Concilium hoc miſſi, quorũ nomina in Anaſtaſij codicibus exciderũt, quantum ex ſchedis Panuinianis, colligere licuit: hi fuerunt, Wilicarius Senonenſis, Lullus Moguntinus, Gauienus Turonenſis, Addo Lugdunenſis, HERMINARDVS BITVRICENSIS, Daniel Narbonenſis, Tilpinus Remenſis, Herulfus Lingonenſis. Item Herembertus, Babulfus, Giſelbertus, & Ioſeph, quorum ſedes non ſatis apertè deſignabantur.

40. ERMEMBERTVS, Caroli Magni Imperat. petitione Hadrianus Papa epiſtolâ 87. cod. Carolini, Pallij vſum Ermemberto conceſſit an. 786. 786.
cuius priuilegium relatum eſt in Tom. 2. Conciliorum his verbis:

DOMINO EXCELLENTISSIMO Filio, noſtróque ſpirituali compatri, CAROLO Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Hadrianus Papa. Directus à Regali potentiâ veſtrâ reuerentiſſimus & ſanctiſſimus vir, ſcilicet ERMEMBERTVS Epiſcopus, noſtriſque adpræſentatus Apoſtolicis adſpectibus, obtulit nobis præcelſæ Excellentiæ veſtræ ſagaciſſimos, atque honorabiles regales affatus; quos cum nimio amplectentes amore, regi regum, in cuius poteſtate ſunt omnia regna mundi, gratias egimus, qui nos de veſtrâ inclytâ ſoſpitate lætos crebrò efficit, eo quòd vos per huius mundi regna,

cæleſtia magis ambire, atque hereditare concedit, per B. Petrum Apoſtolorum principem de ſæuitiâ aduerſariorum triumphantes. Reperimus quippe in ipſis regalibus affatibus veſtris, vtprælibato ERMEMBERTO Epiſcopo Pallium ſacerdotalibus infulis decoratum ex Apoſtolicâ auctoritate concederemus: quia ciuitas Metropolis in Aquitaniâ videtur eſſe patria, quæ Bituricas nuncupatur, vbi nunc præfatus venerabilis vir præeſſe dinoſcitur, curámque paſtoralem deuotus exercere videtur. Quatenus ignorantes, ſi canonicè in prouinciæ partibus illis iam ordinatus, tam à prædeceſſoribus noſtris, quámque à nobis fuiſſet, enucleatius eum indagari curauimus, ne vſurpationis locus aliquis ſacerdotibus in alterius iure concedatur. Qui præfatus ſanctiſſimus vir nobis confeſſus eſt, vt ſub nullius Archiepiſcopi iuriſdictione eſſe videretur. Quapropter pro nimio veſtro regali ex intimo cordis amore, prædicto Ermemberto, à noſtrâ Apoſtolicâ ſacratiſſimâ ſede, atque auctoritate, Archiepiſcopo conſtituto in Metropolitanam ciuitatem, quæ Bituricas cognominatur, ſicut dudum mos extitit, ſub iure ſanctæ Romanæ Eccleſiæ degenti, vſum Pallij conceſſimus fruendi. Et ideo quæſumus, vt per veſtrum præcelſum regale adminiculum, miniſterium ſibi commiſſum dignè ſibi valeat & canonicè diſpenſare, ſacerdotali moderamine ſuſcipiente affectum: vt dum plebs ſibi conceſſa ab inſidiatoribus inconuulſa atque intacta permanſerit, ſimúlque à veſtro regali culmine tuta fuerit, ab ipſo clauigero regni cælorum Beato Petro Apoſtolo dignam mereamini ſuſcipere retributionem: vt vnà cum excellentiſſimâ & ſpiritali filiâ domnâ Reginâ, veſtrâque præcelsâ ſobole, redemptor omnium Deus, longo ac proſpero ſenio amplius exaltati regni gubernacula faciat perfrui, & vitam æternam pariter vobis tribuat poſſidendam. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Obiit Ermembertus die Maij XXI. poſtquam ſediſſet annis 5. diebus 3.

41. EBROINVS. Eius Formatæ epiſtolæ exemplar pro Dodoberto preſbytero, vt in eius parochiâ apud Hercambaldum manere poſſit, inſcribitur ad Magnonem Archiepiſcopum
810. Senonenſem ind. IV. an. Chriſti 810. Porrò in Eccleſiâ vſus antiquus Formatarum inter Epiſcopos frequentiſſimus fuit, Clericorum maximè causâ cum alio migrabant, quia ſine Formatis ad communionem illos recipi, vel in aliâ Eccleſiâ ordinari nòn licebat. Græcam earum originem Græcæ literæ oſtendunt, quarum in his numeros, etiam in Latinis nominibus obſeruabant. Nicænorum quoque Patrum authoritate inſtitutas fuiſſe, tum alij vulgo tradunt, tum ipſa quæ Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani titulo circumfertur, vetus conficiendarum Formatarum exemplum docet, quarum formulas legere eſt tomo 2. Concil. Citatur Ebroinus cum Magnone Archiepiſcopo Senonenſi in formulis poſt Marculfum num. XII. idémque in vulgatis Catalogis dicitur præfuiſſe Bituricenſi Metropoli, tantùm triginta diebus, ſed vix ſibi conſtat temporum ſedis ratio quæ in eo codice adſcripta eſt.

42. STEPHANVS I. tumulatur in Eccleſiâ S. Auſtregiſili de Caſtro, mortuus 13. Ianuarij.

43. AGIVLFVS ſiue AIGVLFVS, vir fuit ſanctitatis famâ clarus, ex epiſtolâ 4. lib. IV. carminum, Theodulfi Epiſcopi Aurelianenſis, quâ egregias eius animi dotes, pietatem, doctrinámque commendat. Liquet Epiſcopum iam fuiſſe cùm Theodulfus Andegauis exularet, hoc eſt ante annum D. CCC. 820.
XX. contrà quàm vulgò tradunt, qui de Epiſcopis Bituricenſibus ſcripſerunt, vt animaduertit Sirmondus in notis ad Theodulfi opera. Memoratur in Capitulario III. Ludouici Pij Imp. de iis quæ Aquiſgrani priuato in placito ſub finem anni 828. conſtituit, 828.
quando Epiſcoporum Concilia quatuor in locis congregari iuſſit, & Miſſos Dominicos per vniuerſum regnum delegauit: hícque dicitur conueniſſe ad Synodum Toloſanam cum Suffraganeis an. 829. Iudex cum aliis Epiſ- 829.
copis electus eſt ab Ebone Remorum Antiſtite in Concilio Theodoniſ-uillæ 835. cum damnatus, gradu ſuo deiectus 835.
eſt. Denique Primatum Bituricenſem gubernauit circiter annos viginti quatuor. Depoſitus quieſcit in Eccleſiâ parochiali ſui nominis in Archipreſbyteratu Caſtri-Rodulphi, & dies anniuerſarius colitur in eadem baſilicâ XI. Iunij. Verùm huius Epiſcopi quem Theodulphus Bituricenſem primæ ſedis Patriarcham appellat, inſigne præconium exſtat, carminum lib. IV. Sic enim illum affatur:

Hoc AIVLFE *tibi Præſul ſanctiſſime, mitto*
Teudulfus carmen exul ab exilio.

Nobilis

A *Nobilis & pulchra fueras puer indolis olim,*
Nunc vir es ornatus nobilitatis ope.
Quæ fuit in puero docilis ſolertia paruo,
Nunc manet in magno dãte Tonãte viro.
Signa puer magna ſemper virtutis habebas
Magna, docens magnũ te fore ſorte virũ.
Ingenuas artes ſtudium tibi diſcere tandem
Extitit, & cultum his pectus habere ſatis.
At nunc diuini tibi tradere dogmata verbi
Eſt labor, & populis iura referre poli.
Qui tunc Grammatico ſumebas pocula fonte,
Ambroſio mentes nunc bene rore rigas.
Viuere te ſanctè rumor diſpergit vbique,
Magna per ora virûm ſat tua fama volat.
Cuncta quis expediet laudis præconia veſtra, B
Quæ Suitegaudus iſte referre ſolet? &c.
Rettulit ille mihi ſtudiúmque; decúſque, modúmque,
Quo vehis officij pondera digna tui.
Qualiter exemplis & verbis ferre ducatum
Non ceſſas populis ad pia regna poli.
Es bona magna gerens, vt agas maiora precamur,
Poſcimus optatã vt det tibi Chriſtus opẽ.
Sunt exempla tibi patrum ſectanda priorũ,
Exemplo & verbis vt doceare tuis.
Et tua continuis creſcat doctrina diebus,
Atq; vt qui caput es per pia membra meet,
Es Patriarchali Primæ Prælatus honore
Sedis, & alma patrũ eſt ſubdita turba tibi.
C *Inde manere tibi prudens ſollertia debet,*
Omnibus vt ſpecimẽ ſis, decus, ordo, modus,
Quo magis es celſus, humilis magis eſſe memento,
Gratia te altithroni ditet vt alma Dei.
Eſto bonis agnus, leo feruidus eſto malignis,
Pars amet iſta patrẽ, vt illa pauescat herũ,
Cúmq; piis fueris pius, & diſtrictus acerbis,
Te pars hæc matrem ſentiat, illa patrem.
Sit tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba,
Sis probus & ſolers, promptus ad omne bonum, &c.

Plura autem in hoc carmine prolixiori canit Theodulfus de laudibus
D Agiulfi, cum deſignat eum cunctorum
„ redimitum flore bonorum, lampade
„ virtutum rutilare, gratiâ Chriſti etiam
„ pollere; orat quoque vt eius precibus
„ ac Coepiſcoporum fratrum ab exilio
„ releuetur, inſimulatus tanquam parti-
„ ceps coniurationis Bernardi Regis Ita-
„ liæ, aduerſus Ludouicum patruum;
„ mox fratrem ſanctiſſimum appellat, ei-
„ que felicia in Deo tempora, ætatémque longæuam exoptat.

TVRENNÆ. 44. S. RODVLFVS antiquâ & nobili proſapiâ natus, Abbas Floriacenſis, Rodulphi Comitis Turenæ & Caturci, ex Ayguâ filius, Gotofredi, Robertique Comitum Turenæ, & Ioannis Abbatis Belli-locenſis frater fuit. Adoleſcens à parentibus ad clericatus ordinem informandus, ſub Bertranno religioſo viro traditur, vti fidem facit monaſterij S. Petri Bellilocenſis charta donationis, villæ indominicatæ Bellomontis in pago Lemouico. Bituricenſi autem præfuit Metropoli anno
841. ex tabulis Abbatiæ S. Sulpitij, & 841.
Belliloci, vt ſequenti conſtat cartulario.

B *EGO in Dei nomine RODVLPHVS PRIMAE SEDIS Epiſcopus, per hoc teſtamentum, Dominum ſaluatorem omnium, mihi hæredem de quibuſdam proprietatis meæ rebus eligo, quæ ſunt in pago Caturcino in Vicariâ Caſiliáceuſe, Sarrazacum ſcilicet, cum Eccleſiâ S. Geneſij martyris. Necnon & in alio loco in orbe Lemouicino, in Vicariâ Aſnacenſe caſam noſtram dominicariam ſuper fluuium Sordariam ſitam, cuius vocabulum eſt Veterinas, cum manſis ad ſe pertinentibus & vtriúſque ſexus mancipiis ibidem commanentibus &c. & omnia quæ mea genitrix Aygua, per teſtamenti cartulam mihi conceſſit, Domino offero & Siluio Abbati contrado, ita dunta-*
C *xat vt idem Siluius, vna mecum in Veterinas, monachorum ſub regulâ S. Benedicti degentium, in honorem Dei Saluatoris noſtri, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium Apoſtol. cœnobium conſtruat, vt ibi propria recordationis nomine genitoris mei Rodulphi, iugis oblatio fiat, &c. RODVLPHVS Primæ ſedis Epiſcopus huic teſtamenti cartulæ ſubſcripſit. S. Aiguæ S. Landrici. Datum menſe Martio anno 1. Caroli Regis.*

Anno Dom. 855. Monaſterium Belli- 855.
loci condidit, B. Petro Apoſtolo dicatum in fundo ſuo Lemouicino patrimonij auorum, & territorio Ture-
D næ ſuper fluuium Dordoniæ, olim à ruſticis Vellinus, poſteà Bellus locus dictum; redditibus item ampliſſimis dotauit, vt colligere eſt ex chartâ fundationis, ac etiam Ademaro in commemoratione Abbatum Sancti Martialis, Chronico, actíſque manuſcriptis Concilij Lemouicenſis. Hoc eodem anno, vnxit Carolum in Regem Aquitaniæ, apud Lemouicas Stodilo Epiſcopo, teſte S. Martialis Chronico. Sed præſtat hic referre diploma Pipini Regis, quod ab eo Rodulphus impetrauit pro confirmatione villæ

Camayraci cœnobio Belliloci con- A
ceſsâ; extat illud in tabulario huius
Abbatiæ: *PIPINVS Dei gratiâ Rex*
Aquitanorum, &c. Notum ſit omnibus
fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris præ-
ſentibus atque futuris, quia petiit manſue-
tudini noſtræ, RODVLPHVS venera-
bilis Bituricenſis Archiepiſcopus, vt ſibi
de quibuſdam rebus, noſtræ proprietatis con-
cederemus, atque in eius ius & dominatio-
nem, libertatis noſtræ gratiam conferre di-
gnaremur: Concedimus itaque eidem ve-
nerabili Epiſcopo ad proprium, quaſdam res
iuris noſtri, quæ ſunt ſitæ in Comitatu Le-
mouicino, villas nuncupatas Cameriacum, B
ſiue Danilsolas, in Vicariis Nacenſium, ſiue
Vſienſium, cum omnibus apendiciis. Vnde
& hoc authoritatis noſtræ præceptum eidem
fideli noſtro Rodulpho venerabili Epiſcopo
fieri ac dari iuſſimus, per quod prædictas
villas, cum omni integritate, id eſt cum do-
mibus, ædificiis, vineis, terris cultis & in-
cultis, ſiluis, pratis, aquis, aquarúmue de-
curſibus, exitibus & regreſſibus, & cum
mancipiis ibidem commanentibus vel per-
tinentibus condonamus atque transferimus.
Et vt obtineat hæc noſtra largitio authori-
tatis firmitatem, annulo noſtro ſigillari iuſ-
ſimus. S. Pipini præcellentiſſimi Regis.
Data III. Idus Ianuary Indictione XI.
anno decimo regnante Pipino inclyto Rege. C
Actum Bituricis in Dei nomine.

Interfuit RODVLFVS Concilio
Meldenſi an. 845. Tullenſi in villâ
apud Saponarias menſe Iunio 859. in
859. quo Iudex eligitur cum Remigio Lug-
dunenſi, pro cauſâ Wenilonis Archie-
piſcopi Senonenſis, aduerſus quem in
eadem Synodo libellum proclamatio-
nis protulit Carolus Caluus Rex; Epi-
ſtolæ verò omnium adſtantium Epiſ-
coporum, & alteri ad Britanniæ Præ-
ſules directæ, qui ab Herardo Turo-
nenſi Metropolitano ſuo deſciuerant
ſubſcripſit; tum Concil. Tullenſi 2. D
860. apud Tuſiacum 860. vbi Hincmarus
Archiep. Remenſis, literam iuſſu Sy-
nodi ad hunc Rodulfum Bituricen-
ſem, & Frotarium Burdegalenſem mi-
ſit; in quâ continetur Conuentum
Epiſcoporum eis, qui *Primarum Sedium*
Regni Aquitanici erant, cauſam de nu-
ptiis Stephani & filiæ Regimundi Co-
mitis, cum Coepiſcopis, & terræ pri-
moribus definiendam commiſiſſe, vt
refertur tom. 3. Concil. Prætereà Mo-
guntino Concilio adfuit ſub Rabano
an. 848. ſi fides Trithemio. Ceterùm,
vt diximus primus Pont. Romanorum

A Nicolaus I. Rodulfum Bituricenſem
Archiepiſcopum PRIMATEM Aqui- PRIMATVS AQVITANIAE.
taniarum agnouit, & Patriarchæ titu-
lo decorauit in epiſtolâ quæ legitur
in Gratiani Decret. lib. 4. epiſt. 65. &
236. ac Iuonis Decret. datâ circiter
an. 864. ex quâ ſumitur c. Interfectò- 864.
res 33. quæſt. 2. qui canon habetur e-
tiam l. 4. Sentent. d. 33. a. 2. Item. c.
Conqueſtus 9. q. 3. vbi fit mentio Pa-
triarchatûs Bituricenſis, quem Cano-
nem referens Iuo l. 4. Decret. ep. 12.
& 236. vel 238. vocat Aquitaniarum
Primatem, & Aquitanorum Archiepiſ-
B copum Ado Viennenſis in Chron. an.
866. Huius Rodulfi conſultis reſpon-
dit Nicolaus Papa 864. ad eum ſcri-
bens de Theutgaudo & Guntario à ſe-
de Apoſtolicâ damnatis; monétque vt
ab eorum communione penitus abſti-
neat. Hincmarus Remenſis ei quoque
literas commendatitias miſit, pro tu-
telâ bonorum Abbatiæ S. Remigij,
apud Lemouicas, Flodoard. lib. 3. c. 14.
In notis ad Caroli Calui Regis Capi-
tula, ad Synodum apud Saponarias
cap. XII. Archimandritam fuiſſe mo-
naſterij Flotiacenſis legitur, Abba-
tiámque tunc etiam Archiepiſcopum
retinuiſſe. Sed munificentiſſimus fuit
C erga Monaſterium Belliloci, vt pluri-
mis chartis & donationibus conſtat,
præcipuè ex inſtrumento veteri com-
mutationum, quas cum Stolido Le-
mouicenſium Epiſcopo & Regimundo
Comite fecerat, confirmatas ab Odo-
ne Rege 889. & aliis diplomatibus,
quæ in gratiam eiuſdem Abbatiæ re-
gali præcepto ad Imp. Carolo, Pipino,
aliiſue Principibus impetrauit; Nám-
que an. 864. baſilicam S. Chriſtophori
in tractu Lemouicino & S. Saturnini,
pluréſque villas ab Immenâ ſorore
apud Saraziacum religiosâ emptas, B.
Petri cœnobio ob animæ ſuæ reme-
D dium conceſſit. Earum donationum
membranæ ex tabulario Belliloci, ty-
pis mandatæ ſunt in ſtemmate Genea-
logico Comitum Aruerniæ, domi-
norum de Turre, & priſcorum Comi-
tum & Vicecom. Turenenſium à v. c.
Chriſtophoro Iuſtello, qui l. I. cap. 2.
de Rodulpho multa commemorat.
Mortuus eſt autem 866. regnante Ca- 866.
rolo, vt habet vetus fragmentum, to-
mo 2. Hiſtoriæ Scriptorum Franco-
rum; quo eodem anno Carolus Rex A-
quitanorum & Rodulphus auunculus
eius, primus palatij fato ſuo funguntur.

Iacet in Abbatiâ S. Sulpitij Bituricenſis, Chronico S. Stephani Lemouicenſis; alij verò obſeruant eum quieſcere in B. Vrſini Eccleſiâ, vbi feſtiuus dies celebratur Officio duplici die Iunij XXI. ſeu VII. Cal. Iulij ex memorato Lemouicenſi Chronico.

45. VVLFADVS Rodulpho ſuf-
866. fectus eſt anno D. CCC. LXVI. à Carolo Caluo Imper. cuius filium Carlomannum educauerat; vt patet ex epiſtolâ eiuſdem Regis ad Nicolaum Papam, paulò antè Synodum Sueſſionenſem ſcriptâ cum ait: „Rodulfus Bituricenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus nuper defunctus eſt, & ipſa Eccleſia, ſapienti & ſtrenuo, virilique Paſtore indiget, propter quorumdam leuitatem morum & inconſtantiam ipſius gentis. Vnde conſilio accepto omnes Epiſcopi, & fideles regni noſtri, ipſáque etiam diœceſis, vnanimiter in electione prædicti VVLFADI conſenſerunt. Qui primò Canonicus B. Mariæ & Remorum metropolis Oeconomus, eo nomine interfuit Synodo apud Cariſiacum 848. Clericus autem ordinatur ab Ebbone Remenſi. Idcirco ad Concil. Sueſſionenſe II. comparere non valuit, ob ægritudinem quâ detentus erat, in monaſterio S. Medardi; quamobrem Hincmarus Archiepiſcopus, Sigloardum Archidiaconum ad eum miſit, qui libellum porrigeret, à Vulfado libenter ſubſcriptum; nihilominus id non obſtitit quin cum ſociis in eâ Synodo gradu priuaretur. Attamen Nicolai Papæ decreto eius cauſa & collegarum retractari iuſſa eſt in Concil. Sueſſionenſi III. 866. in quâ Pont. Max. Herardo Turonenſi Archiepiſcopo præcepit, vt niſi Hincmarus Vulfadum & ſocios abſoluat, Synodi Patres iuſſu Sedis Apoſtolicæ id exequantur. Quâ re diligenter diſcuſsâ, Synodus epiſtolam ſcripſit ad Papam, vt excuſaret Hincmarum, quòd non auſus fuiſſet ſuâ & Comprouincialium Epiſcoporum auctoritate, Vulfadum in priſtinum honorem reducere, ſed eius reſtitutionem Pontifici reſeruandam fore. Interim cum vacaret Primatus Bituricenſis, ab obitu deceſſoris, Carolus Caluus Vulfadum Epiſcopum renuntiauit, quem hactenus abſque Sedis Apoſtolicæ determinatione diſtulerat; Vnde & in epiſtolâ eiuſdem Regis ad eumdem Nicolaum ſic loquitur: „Quia fratrem VVLFA-
A DVM, vt veſtræ ſanctitatis apices exponunt, moribus & ſcientiâ penes nos vigere comperimus, Biturigenſem Eccleſiam, ceu ſanctæ paternitati veſtræ aliis litteris ſignificauimus, quia dare abſque Apoſtolatûs veſtri determinatione diſtulimus, commendare ſibi eandem Eccleſiam cum rebus ſibi pertinentibus accelerauimus, ſcilicet vt in deſtructione earum non tantùm ſæuiens valeret quorumlibet prauorum inſtantia, quærentium diripere, non ſua, & vaſtare crudeliter aliena &c.“ Excuſat autem Vulfadi promotionem acceleratam Carolus an. 869. & Pal- 869.
B lium Archiepiſcopi pro eo petit his verbis, quæ ex aliâ Epiſtola editâ tom. 3. Concil. Sirmondi partim exſcripſimus:

NECESSARIVM duximus, nos humillimè & deuotiſſimè ante conſpectum maieſtatis veſtræ noſtris apicibus excuſabilem reddere, eo quòd ante reuerſionem Egilis venerandi Archiepiſcopi, vel reſcriptionem veſtri Præſulatûs, præfato VVLFADO ſedem Bituricenſis Archiepiſcopatûs commendauimus, & cum Epiſcopi nullâ temeritate, ſed magnâ incumbente neceſſitate, fiſi de magnitudine miſericordiæ veſtræ, ad
C *honorem Epiſcopatus prouexerunt. Ideo enim cum in illas Aquitaniæ partes, ad filium & æquiuocum noſtrum direximus, & Eccleſiam illâm ei commendauimus, quoniam cum in educatione alterius fily noſtri, Karlomani ſcilicet ſerui veſtri, quem veſtræ Beatitudini ſpecialiter commendauimus, & aliis vtilitatibus noſtris, experti ſumus & ingenio ſtrenuum, & moribus probum, & nobis in omnibus fideliſſimum. In quâ acceleratione, ſi quid veſtræ ſanctæ ſerenitatis animo diſplicuit, veſtrâ ſanctâ paternitate nobis donari depoſcimus. Et quia in eodem regno magna paganorum perſecutio*
D *graſſabatur, quos miſericors Dominus per filium noſtrum ſæpè proſtrauit, & eâ occaſione non minor malorum Chriſtianorum infeſtatio latiùs efferuebat, ſicut hic noſtrarum apicum gerulus viuâ voce vobis indicare poteſt; ipsâ vrgente neceſſitate ipſius regni excitati Epiſcopi, ne maiora mala ſupercreſcerent, & præſentia ſedarentur, & quoniam illius regionis ſedes illa, Principatum obtinet, vt eius prudentiâ & vigore, auctoritate etiam ſedis freti, faciliùs mala exorta compeſcerent, tempori conſulentes eius ordinationem maturauerunt. In cuius ordinationis maturatione, quia veſtra licentia, pro dicto imminente periculo, expectata non eſt, veſtrâ benigniſſimâ ſanctitate petimus*

indulgendum. Prætereà veſtram glorioſam A
& amplexabilem paternitatem ſuppliciter
exoramus, vt quidquid in prædictis dimit-
tendum eſt dimittatis, & prædictum fide-
liſſimum ſeruum veſtrum VVLFADVM
Pallio Apoſtolicæ auctoritatis exornando
decoretis & decorando confirmetis. Impe-
rátoris precibus annuit Hadrianus II.
Papa epiſt. IX. ad Synodum Tricaſſi-
868. » nam 4. Nonas Febr. 868. quâ Vulfado
» Antiſtiti ſecundum priorem conſuetu-
» dinem, vſum Pallij, ad genium & de-
» cus Eccleſiæ ſibi commiſſæ, conceſſit:
Primo Epiſcopatus anno, indict. 14. re-
gni Karoli XXVI. ſubſcripſit cum aliis
Galliarum Præſulibus priuilegio à Sy- B
nodo Sueſſionicâ collato, Sollemnia-
cenſi monaſterio in Lemouicibus, vbi
S. Metropolis Bituricenſis indignum
Epiſcopum ſe nuncupat. Diem clau-
876. ſit extremum Kalend. Aprilis an. 876.
corpus ſepulturæ mandatum in mona-
ſterio S. Laurentij, cum præfuiſſet annis
decem.

*46. FROTARIVS Abbas S. Hila-
rij Maioris Pictauenſis, & S. Iuliani
Turonenſis, à Burdigala Metropoli, Pi-
ctauos migrauit, inde ad Bituricenſem
Eccleſiam euehitur fauore Caroli Cal-
ui Imper. poſtquam id impetraſſet à C
876. Ioanne VIII. Pontifice Max. an. 876.
Hic enim ſicut ſcribit epiſt. XIII. cùm
à Leone Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ
Apocriſiario didiſciſſet, totam penè
prouinciam Burdegalenſi Metropoli
pertinentem, eſſe paganorum perſecu-
tionibus deſolatam, eumdem Frota-
» rium Archiepiſcopum probis, ait, mo-
» ribus, actibúſque præclaris, & ad lu-
» crum animabus hominum conferen-
» dum, idoneum eſſe comperiens, ne ta-
» lis tantúſque vir otio, quo prodeſſe
» aliis valeat, minimè vacet, eidem Bitu-
» ricenſis Eccleſiæ curam paſtoralem
» committit, ſequenti Epiſtolâ ad Epiſ- D
copos prouinciæ Bituricenſis ſcriptâ,
quam Sirmondus tomo 3. Concil.
Galliæ inſeruit:

IOANNES reuerentiſſimis & ſanctiſſimis fratribus noſtris Epiſcopis per Bituricenſem prouinciam conſtitutis. Quia Burdigalenſem vrbem, ſed & totam penè prouinciam quorumdam veſtrûm literis, ſed & Leonis Apoſtolicæ ſedis Apocriſiarij expreſſâ relatione didiſcimus, diuerſis cladibus, ſed præcipuè incurſibus Nortmannorum deletam, & in ſolitudinem partim gladiis, partimque captiuitate deductam, neceſſaria rerum, vt cum ſancto Papâ Gelaſio deceſſore A *noſtro dolentes, gementéſque fateamur, diſpoſitione conſtringimur, & Apoſtolicæ Sedis moderamine conuenimur, ſic canonum paternorum decreta librare, & retro Præſulum deceſſorúmque noſtrorum præcepta metiri, vt quæ præſentium neceſſitas temporum pro inſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibitâ conſideratione diligenti, quantum poteſt fieri, temperemus. Ecce enim, ne de ciuitate ad ciuitatem Epiſcopi tranſmigrent, ſancti canones prouidè ſanciunt. Sed ſi huiuſmodi ſanctiones ſine vllâ diſcretione vel diſpenſatione ducimus obſeruandas, nullam compaſſionem fratribus exhibemus, quos gentilium gladios paſ-* B *ſos causâ fidei Chriſtianæ ſeruandæ videmus egentes, anguſtiatos, afflictos, hac illácque palantes incedere: præſertim cùm nonnulli eorum ita ſint Dei gratiâ illuſtrati, vt non ſolùm ſcientiâ, ſed & moribus, non ſolum verbo, ſed exemplo plurimos valeant erudire. De quorum numero quia FROTARIVS Burdegalenſis dudum Antiſtes, vt teſtatur veſtra fraternitas, extat; neceſſariò duximus eumdem virum alij Eccleſiæ præponendum & incardinandum: BITVRICENSI videlicet, quæ & vacans eſſe nobis denuntiata eſt, & tanti viri digna regimine: ne per minus idoneum rectorem* C *ſalubre ſaluandarum animarum deſit ei præſidium, & nos è contra ingentis culpæ inuoluamur annexu, ſi tanto vrgente diſcrimine, tantæ minùs conſulamus Eccleſiæ, propugnatori hanc probabili minimè committentes. Prioribus itáque manentibus regulis inconuulſis, quæ vbi nec rerum, nec temporum vrget neceſſitas, iure conuenit obſeruari, vacante ſede, FROTARIVM fratrem & Coepiſcopum noſtrum in ſede Bituricenſi præficiendum ordinauimus Sacerdotem: ita vt in eâ incardinatus, & quodammodò auctoritatis Apoſtolicæ priuilegio radicatus, cætera metropolitana Bituricenſis Eccleſiæ ac diœceſeos iura, tamquam Deo* D *contemplante, obtineat, diſpenſet, & ordinet, omni poſthac querimoniâ inuidorum prorſùs ablatâ. Cui vos tanquam proprio metropolitano conuenit obedire, & competentem exhibere, ſecundum priſtinum morem, reuerentiam, & honorem. Sanè latere vos nolumus, ſic nos iſtâ interueniente non modicâ barbâricâ neceſſitate nunc concedere, vt tali neceſſitate remotâ, conſuetudinariè vlterius non requiratur, quod remoueatur etiam illud, quod neceſſitas imperaret. Optamus ſanctam fraternitatem veſtram in Chriſto nunc & ſemper valere. Data V. Kalendas Nouembris, Indictione X.*

Plures hâc de re eiuſdem Pontificis

literas legere eſt in Conciliis, ſcriptas ad Carolum Reg. ad Clerum, plebem, & ordinem Bituricenſem, Epiſcopos Prouinciæ, ipſumque Frotarium Archiepiſc. Eius migrationem ad Bituricenſem cathedram etſi iuſſu Imperatoris factam, non admiſit Synodus
876. Pontigonenſis anno 876. menſe Iulio, cui interfuit: cum verò Patribus reſpondiſſet, id per adulationem Imperatori placuiſſe, quamuis contra regulas ad aliam ſedem migraſſet; (lecta eſt enim illius proclamatio quod non poterat commorari Burdigalæ, propter infeſtationem paganorum, & vt liceret ei Bituricenſem Metropolim occupare) nullatenus tamen eius poſtulationibus Conuentus Epiſcoporũ adquieuit. Pontificatum nihilominus ſibi à Papâ delatum egregiè adminiſtrauit; donec grauis inter eum & Bernardum Aruerniæ Comitem ſimultas accidit circa eumdem annum: is quippe læſæ majeſtatis, & proditionis crimine Frotarium accuſauit, quòd vrbem Biturigum perduellibus Regis tradere coniuraſſet, quam idem Comes inuaſit, & Archiepiſcopum fugâ ſe ſurripere coëgit. Interim Ioannes Pont. ei ſcripſit, vt patienter vrbe ſuâ eiectus ab hominibus Bernardi Comitis iniuriam toleraret; monuit tamen illum Synodo Trecenſi, cum Suffraganeis Septembri proximo intereſſe
878. an. 878. vt coram Præſulibus reſponderet de ſedis Epiſcopalis mutatione, quam contra canones Conciliorum Sardicenſis, & Africani, ac decreta Leonis Papæ fecerat, vt legitur in appendice Aimoini lib. 5. cap. 33. & 37. Epiſt. CXII. eiuſdem Pontificis, ei ſignificat, vt ad Concilium veniens priuilegium de Sedium migratione, ſi quod ipſe, vel deceſſores habuerint, deferat, ſicque cauſâ iuſtitiæ intercedente innocens recedere valeat. Igitur FROTARIVS falſo obiectæ infidelitatis ſcelere erga ſuum principem Ludouicum, ſeſe purgare volens, ad Synodum profectus eſt, cui intereſſe diffidens Bernardus, à Papâ tertiò monitus & à Rege literis inuitatus, tandem anathemate multatur, quòd Frotario ciuitatem, & omnia quæ habebat ſuſtuliſſet. In eo quidem Conuentu Trecaſſino diſcuſſa eſt eius cauſa, quam recitat Aimoinus lib. V. cap. XXXVII. ſed nihil certi de definitione colligitur. Malè enim vulgati Annales memorant, coactum Burdegalenſem priorem Eccleſiam hoc eodem anno repetere, quod falſum eſt, cum ex epiſt. Ioannis 8. Pont. Kal. Octobris VIII. ad Hugonem Abbatem ſcriptâ appareat, huic Sedi adhuc præfuiſſe an. 882. quo ſuſpenſus erat à 882.
communione, cum Ioanne Rotomagenſi, & Adalardo Turonenſi Archiepiſcopis; quo pacto, hactenus incognitum, niſi velint ideò à ſacris interdictum, quòd ad Burdegalenſem Pontificatum regredi detrectaſſet: certè ſi repulſam in hâc Synodo paſſus, poſteà tamen Bituricenſem Cathedram obtinuit, & annis aliquot rexit, vt ex poſterioribus tabulis conſtat. Frotarij mentio habetur in chartâ Monaſterij S. Crucis Pictauienſis an. II. Karlomanni Regis, pro commutatione ab eodem Archiepiſcopo & Abbate Sancti Hilarij cum Guarino Nobiliacenſi, de quibuſdam rebus ſitis in pagi Pictaui, vicariâ Rauciacenſi. Idem; priuilegium pro Abbatiâ Belli-loci obtinuit à Carolo Caluo Imp. vt ex his donationis verbis apparet:

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, CAROLVS gratiâ Dei Imperator Auguſtus &c. Notum ſit omnibus, quia complacuit, clementiæ ſerenitatis noſtræ, ad deprecationem FROTARII BITVRICENSIS Archiepiſcopi, & dilecti nobis Gayrulphi monaſtery Belli-loci Abbatis, quod eſt in honorem Beati Petri conſtructum, vbi requieſcit corpus ſanctæ Felicitatis martyris Chriſti, quod eſt ſitum in pago Torinenſi, ſuper fluuium Dordoniæ, de quibuſdam noſtræ proprietatis rebus iam dicto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus, necnon & monachis ibidem Deo famulantibus, tam præſentibus quàm futuris honorare ſtipendiis & vſibus eorum: quæ ſiquidem res ſunt ſitæ in Comitatu Lemouicino, in villâ Exandonenſe, ſecus fluuium Viſeræ &c. vt autem noſtræ authoritatis largitio maiorem obtineat firmitatem vigoris, manu noſtrâ eam ſubter firmantes, annullíque noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus. Carolus. S. Caroliglorioſiſſimi Imperatoris Auguſti: Data III. Idus Iuly Indict. VIII. anno XXXVI. regnante Carolo glorioſiſſimo Imperatore, & in ſucceſſione Regni Lothary anno VI. Impery autem eius anno I. Actum Pontioni Palatio Imperiali in Dei nomine feliciter. Amen.

Repetiuntur etiam in eodem chartatio Belli-loci, literæ patrocinij datæ Guarulpho Abbati, quas eo tenore

„ legere eſt. KARLOMANVS gratiâ A
„ Dei Rex. Nouerint qualiter acceden-
„ tes venerabiles viri ad noſtræ altitudi-
„ nis clementiam, FROTARIVS AR-
„ CHIEPISCOPVS BITVRICEN-
„ SIS, nec non & Guarulfus Belli-loci
„ monaſterij Abbas, innotuerunt quo-
„ modo quondam Rodulfus eiuſdem
„ primæ ſedis Archiepiſcopus, in ſuæ
„ proprietatis rebus, in pago Lemoui-
„ cino ſitis, Monaſterium in honorem
„ B. Petri principis Apoſtolorum quod
„ dicitur Bellilocus conſtruxit, & inibi
„ monachorum Deo famulantum pro
„ ſua abſolutione peccarorum conſti-
„ tuit. Denique ſubmiſſus noſtræ ſere- B
„ nitatis clementiæ, humili poſtulaue-
„ rit prece, vt idêm Monaſterium, ſub
„ noſtræ tuitionis mandiburdo ac muni-
„ mine defenſionis, cum rebus omnibus
„ & mancipiis ad eundem locum perti-
„ nentibus, recipere dignaremur, &c.
„ quorum preces rationabiles eſſe intel-
„ ligentes, hoc noſtræ altitudinis ſcri-
„ ptum fieri iuſſimus, per quod Mona-
„ ſterium, cum Abbate Garulfo & mo-
„ nachis, cum Eccleſiis, & vtriúſque
„ ſexus mancipiis, terris cultis, & in-
„ cultis, omnibúſque ad monaſterium
„ iure pertinentibus, ſub noſtræ defen-
„ ſionis, ac tuitionis mandiburdo, re- C
„ cepimus, &c. Statuimus prætereà vt
„ ex ſeſe poſt Garulfum eiuſdem loci
„ Abbatem eligendi habeāt poteſtatem,
„ &c. S. Karolomani glorioſ. Reg. Nor-
„ bertus. Notarius poſt obitum magiſtri
„ ſui Wlfardi iuſſione Reg. Datum 18.
„ Kalend. Iulij, anno IV. Regni Kar-
„ lom. glorioſiſſ. Reg. Indict. xv. Actum
„ apud Lipciacum villam Andegauen-
„ ſem. Vetus autem pancharta nigra S. Martini Turonenſis c. XXXII num. 37. continet exemplar commutationis, de rebus congregationis S. Martini & S. Iuliani, quod ex eodem tabulario depromptum ſic enarrat. D

CVLTVM *omnimodis tenetur, &c. Igitur placuit, atque omnimodis congruum & oportunum extitit, vt prædia diuerſa, fundóſque per plurima conſiſtentes, Congregationes præſtantiſſimi Confeſſoris Chriſti, S. Martini Turonum Præſulis & S. Iuliani martyris, Brundenſis quidem monaſtery, per conſenſum & promptiſſimam etiam voluntatem, Odonis inſignis prælibata S. Martini congregationis Abbatis, necnon & Domini* FROTHARII *clariſſimi Archiepiſcopi* BITVRICAE *ciuitatis & venerabilis Abbatis prænominata fraternitatis, ſcilicet S. Iuliani martyris; inter ſe pro communi compendio commutare deberent, quod & fecerunt. Dedit igitur congregatio venerabilis martyris S. Iuliani Brundenſis monaſtery, conſentiente, & cooperante Sanctiſſimo Archiepiſcopo præſcripta vrbis, & præclariſſimo Abbate eiuſdem congregationis Domino Frothario, parti S. Martini ſuaque congregationi, quaſdam villas, ſitas in pago Biturico in vicariâ Cortininſe, nuncupatas Balneacum, & vineas cum omnibus rebus ad ipſas pertinentibus, ſcilicet cum terris cultis & incultis, inquiſitis & adinquirendis, curtiferis, ædificiis, mancipiis, vineis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, & omnibus appendentiis, totum & ad integrum, de ſua poteſtate & dominatione, in ius & poteſtatem ſuperius nominatæ congregationis S. Martini, & eiuſdem Abbatis Odonis tradidit; ita vt ab hodiernâ die, & in reliquum, quidquid facere voluerint, & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. E contra dedit congregatio prælibati patris D. Martini, per conſilium Odonis Abbatis partibus S. Iuliani martyris, ſuæque congregationi Brundenſis monaſtery, villas ſitas in pago Aruernenſi, & Tolorinſe, quarum vna Marciacus ſita in pago Aruernenſi, cum reliquis villis ſibi adiacentibus; altera verò Dronius videlicet in pago Tolorinſe, cum aliis ad ſe pertinentibus, quas per præcepta Regalia ſibi delegatas habebant, ad eorum quidem calceamenta cum terris cultis & incultis, &c. ad integrum in poteſtatem prædicta congregationis, & eiuſdem Abbatis Frothary tradidit, vt libero dominio omnes res prædictas perpetuo poſſideant. Hæc quidem ſibi inuicem pars parti tradiderunt, vt faciat quæque congregatio ex rebus quas accepit, quidquid voluerit pars S. Martini eas res quas charta commutationis ſibi vindicauit, &c. pars S. Iuliani, rurſus res quas ſpontaneâ voluntate commutauit, perpetuò poſſideat, lege eâdem, quâ alias res ſibi ſubditas regit & poſſidet. Si verò quòd nullatenus fieri credimus, fuerimus nos ipſi, aut aliqua intromiſſè perſona, quæ contra has permutationes vno tenore conſcriptas, venire aut aliquam calumniam generare præſumpſerit, ſolidos auri ad purum excocti D. coactus exſoluat. Sed hæ commutationes, firma & ſtabiles omni tempore permaneant.* FROTHARIVS *quamuis indignus Epiſcopus, atque Abbas S. Iuliani martyris, hanc commutationem à me factam recognoui, & ſubſcripſi. Caſtellanus Præpoſitus, Hildegarius Decanus, Garardus*

Archiclauis. Data in menſe Maio anno vi. in Italiâ, & in Franciâ iv. & in Galliâ ii. regnante ſereniſsimo & piiſsimo Imperatore Karolo.

Demùm FROTARIVS eiuſdem monaſterij Bellilocenſis Abbati Garulfo, dedit Orbaciacum villam, vt eſt in membranâ Odonis Regis Aquita-
889. norum menſe Iunio 889. & in chartâ confirmationis Eccleſiæ de Camayraco, ſanctitate glorioſus, & Bituricenſi Primatu magnificus nuncupatur; qui & de anniuerſario ſuo ſollicitus, hanc Teſtamenti dotationem annuatim celebrari conſtituit, quæ ex ſequenti tabulario exhibetur hoc modo: EGO IN DEI NOMINE FROTARIVS BITVRICENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus, tactus diuinâ inſpiratione pro amore Dei; & veneratione Petri Apoſtoli Belliloci, necnon pro animâ Regimundi, filiorúmque eius Bernardi, & Odonis, atque Arberti, vt in expiationem proueniant noſtrorum delictorum, cedo ſtipendiis fratrum ibidem Domino famulantium; res meas, quas de Odone Comite comparaui, quæ ſunt ſitæ in Comitatu Lemouicino in villa Exandonenſe, hoc eſt; villa quæ vocatur Orbatiacus cum vineis, pratis, tertis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, ſecus fluuium Viſcrain, cultis & incultis, necnon & mancipiis vtriúſque ſexus deſuper commanentibus; & omnibus de iure adſpicientibus, cum pleniſſimâ integritate volo ibi per cuncta eſſe indultum atque condonatum. Petimus námque ab Abbatibus & prælatis huius ſanctiſſimi loci, vt annis ſingulis fratribus inibi Domino famulantibus, ob noſtri memoriam refectionem exhibeant. Poſt funus quoque noſtrum, in die depoſitionis noſtræ idipſum depoſcimus adimplere. Iterum petimus annuatim ex ſupradictis rebus, cuſtodi Eccleſiæ, vini modij x. tribuantur, vnde ſactificium quotidie Domino offeratur. Licet námque in ceſſionibus pœna minimè ſit inferri neceſſaria, nobis quoque pro firmitatis ſtudio placuit inſerere, quod ſi nos ipſi, aut vllus de noſtris hæredibus ceu quælibet vlla immiſſa perſona, quæ contra hanc meæ mentis donationem quam ſanâ mente integrâque fide decreui, vendere aut eam refragare præſumpſerit, primo ex virtute ſancti Spiritus, & noſtro miniſterio eum innodamus, & ſecundum ſæculi *. auri lib. v. argent. lib. xx. componere cogatur, ſuáque repetitio nullum obtineat effectum Quod ſi in talibus perſeuerarent, iram Trinæ Maieſtatis incurrat, & cum S. Petro in extremâ iudicij die ratiocinaturus veniat, niſi ante confeſſionem & emendationem venerit. Et vt ceſſio firmiorem obtineat ſtabilitatem, eam ſubter firmauimus. S. FROTARIVS SANCTÆ BITVRICENSIS Eccleſiæ Epiſcopus ſignauit S. Hecfridus Pictauenſis Epiſcopus, Wilelmus Cadurcenſis Epiſcopus. S. Adolenus, Abb. D. hæc ceſſio cartulæ in Auguſto anno iv. Imperante Carolo iii in Galliis. S. Adrabaldus Leuita, S. Rainulfus. S. Adraldus. Carolus. Ioſeph, &c. De Frotario agunt Flodoardus l. 4. Hiſt. c. 1. Baronius in Annal. Sirmondus tomo 3. Concil. Ioannes Beſlyus in hiſtoriâ Comitum Pictauenſium cap. viii. & alij; Eius verò Epiſtolas MS. circiter XL. reperiri ſcribit Andreas Quercetanus in Bibliothecâ Hiſtoricorum Franciæ. Perperam autem nonnulli Frotarium ſepultum adnotant, in Abbatiâ B. Cypriani Pictauenſis, quæ ab alio Frotherio poſt Ecfridum in huius vrbis Epiſcopatu Antiſtite condita eſt.

47. ADACIVS in Pancartâ nigrâ Beati Martini Turonenſis, Primæ ſedis Aquitanicæ, Eccleſiæ Protomartyris Stephani Bituricenſis vrbis Archiepiſcopus nominatur; Vnde patet illos malè ſcripſiſſe, qui Pontificatum Adacij numerant ab anno 879. vti liquet ex iis quæ referuntur in vitâ Frotarij. Eccleſiam ſuam rexiſſe dicitur annis iii. menſibus viii. diebus decem.

48. MADALBERTVS cognomento IANVS, quidam hunc *Moalbertum*, alij Maalbertum appellant, ſeditque temporibus Arnulphi Imper. & Caroli Simplicis Francorum Regis. Subſcripſit apud Biturigas donationi, ſeu Teſtamento Guillelmi Comitis Aruernorum, Ducis Aquitaniæ, quo prima celebris Cluniacenſis Monaſterij fundatio inſtituta eſt an. 910. cuius diplo- 910.
ma inſeritur Bibliothecæ Cluniacenſi, in quo Madalbertus, peccatorem & Bituricenſem Archiepiſcopum ſeſe nominat.

49. GERONTIVS Ebbonis Domini Dolenſis, huius Abbatiæ in Biturigibus conditoris, patruus vel auunculus; ex antiquo & nobili genere Dy-

naſtarum Dolenſium ortus erat. Is non ante an. 908. vel 910. ad Primatiam Bituricenſem promotus, ſubſignat literas fundationis Monaſterij Burgidolenſis, ſicut habet fragmentum vetus tabularij Cœnobij Dolenſis, quod hic adjicere viſum eſt:

Ego Ebbo *nutu Dei commotus ſollicitè perpendens, ac propriæ ſaluti dum licitum eſt, prouidere cupiens &c. Notum ſit quod ob amorem Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, res iuris mei Beatæ Virgini Mariæ, & S. Apoſt. Petro videlicet & Paulo, de propriâ trado donatione; hoc eſt in villâ Dolis in territorio Bituricenſi, in vicariâ Brinenſe, Capellam in honore S.* B *Germani, & quantum in ipsâ villâ viſus ſum habere. Item in ipsâ villâ Capellam in honore S. Mariæ ſuper Andram fluuium, manſum indominicatum, cum molendinis duobus, &c. Trado Eccleſiam S. Dyoniſij ſuper fluuium Audram, prope villam Dolis, &c. Item do Capellam S. Martini infra caſtrum Dolis, cum caſtro & omnibus adherentibus, Germiniacum etiam alodum in Albari villâ, &c. Dono igitur hæc omnia & confirmo, ego Ebbo & vxor mea Hildegardis iam dictæ B. Mariæ, & pro animâ Senioris mei Vuilelmi Principis, &c. eo ſi quidem tenore, vt in* C *Dolis, in honore B. Mar. Virg. & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Monaſterium regulare conſtruatur; ibique monachi, iuxta regulam Sancti Benedicti viuentes congregentur, qui iſtas res, perenni tempore poſſideant, &c. Sintque ipſi monachi cum omnibus rebus præſcriptis, ſub poteſtate Bernonis Abbatis. Poſt deceſſum verò eius, habeant ijdem poteſtatem, quemcúmque ſui Ordinis ſecundum ordinem & regulam S. Benedicti eligere maluerint Abbatem, &c. Sed & huius firmitas teſtamenti, omni authoritate ſuffulta, vt ſemper inconcuſſa ſubterfirmans, inclyto Seniori Vuilelmo, & cæteris viris corroborandam tradidi.* D *Actum Bituricâ ciuitate publicè. S. Ebbonis. S. Hildegardis, S. Odolrici, Otgarij, Berengarij, Geraldi. Lamtonis. Aldrardi. Oddonis, Gondonis, Valterij, &c. Vuilelmus Comes. GERONTIVS S. BITVRIGENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPVS. Turpius Epiſcopus Lemouicenſis. Arnoldus Epiſcopus Aruernenſis. Hildebertus Epiſcopus indignus. Data per manus Gerlamni Diaconi, ad vicem Cancellarij, iuſſu Vuilelmi Principis IV. Non. Sept. anno XX. Regnante Karolo Rege.* Nominatur in chartâ tranſlationis monachorum Doueren- A ſis Eccleſiæ, in cellulam caſtri Virſionenſis, data menſe Nouembri, in feſtiuitate S. Clementis, quarto anno Rodulphi Regis, curantibus Decano & Canonicis baſilicæ Cathedralis, & iuuante Gerontio Pontifice; memoratúrque in diplomate eiuſdem Principis pro S. Martino Turonenſi an. 929. cum Turpione Epiſcopo. Curauit transferendum S. Paterni corpus in monaſterium Exoldunenſe cui viginti circiter Eccleſias dedit. Approbat verò fundationem Prioratus S. Vincentij Cantellæ, cuius exemplar ſic habetur ex authentico originali:

B Notum eſt in toto orbe terrarum &c. Idcircò ego Airaldus, conſentiente vxore mea Rothilde, in nos reuerſi, cogitauimus de Dei timore & gehennis ignis: & vt pius Dominus nobis, omnibúſque parentibus noſtris tribuere dignetur veniam in die vltimâ, decernimus conſtruere Monaſterium, ad quamdam Eccleſiam, quæ in honore Beati Vincentij martyríſque, quondam fundata eſt in Chriſti amore, pro cuius nomine cuncta iubentur facere, optantibus quoque conſanguineis noſtris, ſeu vicinis Cantellenſi pago degentibus. C Eſt autem prætitulata Eccleſia ſita in pago Biturico iam dicto, in confinio Aruernenſi, ſuper fluuium qui dicitur Bubula, quam funditus B. Petro Principi Apoſtolorum, necnon Vitrado Præpoſito, cæteríſque Canonicis Euahonenſis cœnobij ſub eo degentibus trado, ad conſtruendum cœnobium, quatenus illic ſanctus canonicalis ordo releuetur, & indeſinenter ſit conſtitutus. Quocirca, vt ſupra diximus, Eccleſiam cum omnibus rebus ad ipſam pertinentibus, prædicto Præpoſito & Canonicis tradimus, &c. Peracta eſt charta vel editio iſta VII. Ka-
D lend. Aprilis, anno ab Incarnatione
Domini DCCCC. XXXVI. Indictio- 936.
ne 6. Anno VIII. regnante Ludouico Francorum & Aquitanorum Rege. S. Gerunti Archiepiscopi Bitvrigensis S. Turpionis Epiſcopi Lemouicenſis. S. Armoldi Epiſcopi Aruerni. S. Odonis Abbatis. S. Emerici Abbatis. S. Walonis Abbatis. S. Guidonis Comitis Borbon. S. Guillelmi Comitis. S. Alberti. S. Hildegarij Vicecomitis. Monaſterijs autem ſuæ diœceſis multa contulit Gerontius, qui viuere deſijt anno ſalutis
DCCCC. XLVIII. teſte Flodoardo 948.

in Chronico, vbi eumdem Geruncum vocat.

50. Lavno Pontificis Maximi Legatus, ſeu Vicarius, frater Ebbonis Dolenſis, nepos Gerontij, ex Archidiacono ad Cathedram euehitur. Ebbo verò ille Dominus Dolenſis, pater fuit Radulphi Largi, qui ædificauit Caſtrum Radulphi, quod è proſapiâ Dolenſi tranſiit in familiam de Caluiniaco, & poſteà Ducatus & Patriciatus Franciæ titulo donatum eſt. Fato fungitur Launo Kalendis Iunij
950. VII. an. DCCCCL.

51. Richardvs I. natalium ſplendore nobilis, Richardo Comite Trecenſi, & Richilde Roberti II. Ducis, Marchionis Franciæ, dicti Fortis, ex Adelaide, Ludouici Imp. filiâ ortus, nepos Odonis & Roberti Regum
956. Franciæ. Præfuit anno Domini 956.
mortuus 959. ceu potiùs 965. poſt ſe-
959. dem annorum nouem & menſium ſex;
vt refert auctor Chronici MS. Archie-
965. piſcoporum Bituricenſium, qui eum nepotem ex ſorore Odonis Regis nominat. Eius fit mentio in chartâ Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, cum Letgardâ Comitiſsâ; ſed longè diſſimili elogio à deceſſore, qui cognomento Magnanimi inſignitus eſt, nuncupatur auarus Richardus; quod vitium cùm in omnibus, tùm maximè in Præſulibus malè audit.

52. Hvgo Richardi nepos ex fratre Theobaldo I. Carnotenſi, Bleſenſi, & Turonenſi Comite, & Letgardâ, Herberti 2. Comitis Viromanduenſis filiâ; patruus autem Rogerij Epiſcopi Bellouacenſis, electus, aut certè deſignatus fuit patruo Richardo viuente Coadiutor, námque Archiepiſcopus
956. nominatur iam ab an. 956. cum Hildemanno Senonenſi, Ioſepho Turonenſi, & aliis Epiſcopis, in tabulâ inſtaurationis Abbatiæ S. Petri in Valle, per Ragefredum Epiſcopum Carnotenſem, vt conſtat ex libro Aganonis veteri, ſiue chartulario S. Petri, vbi ſequentes donationis reperiuntur literæ.

MIRABILITER laudabilis, & laudabiliter ſemper mirabilis prouida diſpenſatio &c. Ego Ledgardis inſtinctu diuino ammonita, propoſui in cordis mei ſecretario, quatinus de prædiorum meorum poſſeſſionibus, hæreditariam facere ſanctam Dei Eccleſiam. Ergo tam pro meis crimini-

A *bus veniam impetrandis, quàm pro nobiliſsimi Senioris mei, atque glorioſi Comitis Tetbaldi, vt vtriſque Dominus indulgere dignetur omnium remiſsionem peccatorum, conſentientibus omni honore digniſsimis, ABCHIPRESVLE ſcilicet HVGONE, & Excellentiſsimo Comite Odone filiis meis, cedo ad locum S. Petri Carnotenſis, Eccleſiam in honore Apoſtolorum Principis clauigeríque regni cælorum Petri conſecratam, in loco, qui dicitur vulgariter Gizei, cum villâ eodem vocabulo dictâ Gizei, cum manſis XVI. cum terris, cultis & incultis, hoſpitiis, pratis, vineis, aquis, aquarúmque decurſibus. In alio quoque loco*
B *quamdam poteſtatem vocabulo Fontenedum, cum Eccleſiâ in eadem poteſtate poſitâ, & omni integritate &c. item in alio loco, in aliâ villâ, quæ lingua ruſticâ nominatur Limau, quantumcúmque ad me videtur pertinere. Sunt autem præfatæ res in pago Velcaſino ſuper fluuium Sequanæ; hæc omnia, vt præſcriptum eſt, trado, & traditum eſſe volo in perpetuas æternitates. Si quis verò contra hanc donationem noſtram, quod abſit, venire, aut eam infringere tentauerit, aut aliquam inferre calumniam, Domini omnipotentis indignationem incurrat &c. Vt autem hæc donatio inuiolabilem obtineat*
C *firmitatem, manibus propriis eam firmauimus, & fidelium noſtrorum manibus roborandam decreuimus. In calce quoque huius ſcripturæ intimare volui, quia ſicut pro animâ meâ, omnia præfata Chriſto & B. Petro Apoſtolo, monachis famulantibus in eorum vſus conceſſi, ita pro animâ patris mei Heriberti Trecaſsini Comitis, qui mihi præfatas res in hæreditatem dedit atque conceſſit. Odo Comes, HVGO SANCTAE BITVRIGENSIS Eccleſiæ ARCHIEPICOPE, Odo Carnotenſis Præſul, Ledgardis Comitiſſa quæ hæc largita eſt, Emma Comitiſſa Pictauæ vrbis, Landricus, Hilgaudus, Suggerius, Rotrocus, Ar-*
D *duinus, Hucbertus, Fulcherius, Teudo, Vuitgerius, Erembertus, Hugo de Aloia, Geldu inus, Aueſgaudus, Iſaac. Huic maternæ donationi idcirco ego HVGO PRIMORVM PRIMVS ARCHIPRESVL, & Odo Comes Ditiſsimus aſſenſum præbuimus, vt quotidie, exceptis feriatis diebus, Pſalmus nobis à fratribus prænominati loci, Inclina Domine aurem tuam decantetur; & memoria noſtri aſsiduè fiat in officiis matutinalibus, quamdiu ſuperſtites vixerimus. Poſt exceſſum verò noſtrum, Anniuerſaria dies noſtrorum officioſiſsimè cum antiphonis & reſponſoriis, interpoſitis lectionibus conſuetudinariis, & miſſarum,*

perſolemnis celebretur. Adſit etiam ita pro
nobis laborantibus fratribus, copioſus in cibo
& potu eadem die apparatus. Et hoc me-
moriale noſtrum nullâ obliuione deleatur,
dum duo fratres ſupernixerint in genera-
tione generationum, ante Dominum & S.
Petrum eiuſdem loci cuſtodem & protecto-
rem continuum. Data Non. February die.
regnante Lothario Rege anno XXIV. pro-
piciante Domino. Memoratur HVGO
in chartâ eiuſdem tabularij Odonis
Epiſcopi Carnotenſis, & in aliâ Ro-
berti pro Monaſterio Cenomanico de
Euron, cui ſubſcripſêre Hugo Dux,
Odo Comes, HVGO Archiep. Let-
gardis & Berta Comitiſſæ; itémque al-
teri priuilegio, quod Salmurienſis ca-
ſtri cœnobio ab Odone Comite Tu-
ronis conceſſum eſt, regni Lotharij
anno XXIV. Dedicauit porrò Eccle-
ſiam Cluniaci ad preces S. Mayoli Ab-
981. batis Kal. Martij 16. an. 981. & acce-
ptum ab Hugone Francorum Duce,
Hugonis Capeti Regis parente Maius
Monaſterium, poſteà reformandum
tradidit eidem Mayolo Cluniacenſi,
qui pulſis inde Canonicis, antiquam
diſciplinam monachorum illic reſti-
tuit; Abbatiâ verò S. Sulpitij ampli-
ficatâ an. 983. Indict. II. Herberto Ab-
bate: tandem naturæ debitum ſoluit
985. Ianuarij 1. die 985. Chronico Mallea-
cenſi MS. at in Obituario S. Mariæ
Carnotenſis 4. Non. Ianuarias, ſepul-
tus in capitulo Maioris-monaſterij
cum fratre Odone Comite Carno-
tenſi, & Letgarda, vt patet ex ſchedâ
eiuſdem Abbatiæ ſcriptâ à Stephano
Comite Bleſenſi: cuius Letgardis &
Hugonis filij diploma dotationis, ex
Pancartâ Nigrâ Turonenſi hîc attexe-
re non incongruum duximus:

MVLTIPLICITER multiplex
miſericordia Dei &c. Quocirca in nomine
ſummi ſaluatoris Domini, ego Ledgardis
Comitiſſa, necnon HVGO EPISCO-
PVS & filius meus, & item filius meus
Odo Comes, Omnipotentis Dei magnam con-
ſiderantes deuotâ mente clementiam, atque
fragilitatis noſtræ modum intendentes, ac
etiam paueſcentes vltimum diem tremendi
Iudicij; offerimus Deo & S. Confeſſori eius
Martino, quatenus ipſum pium Antiſti-
tem, propitium mereamur habere in noſtris
neceſſitatibus ſuffragatorem; Donamus, do-
natúmque eſſe volumus eidem, vt dictum
eſt, prælibato Præſuli Domino noſtro Marti-
no ſuæ ſcilicet congregationi, cui præeſſe
videtur venerabilis Hugo Abbas, tam
A *pro animâ Theobaldi Comitis quondam ſe-*
nioris mei, ſimúlque mercede noſtra in fu-
turo remunerationis; necnon & pro animâ
Richildis quondam Sanctimonialis, eiúſ-
que filij RICHARDI Epiſcopi, qui
etiam eandem poteſtatem præfato S. Mar-
tino moriens deuouerat, pro emendatione
alterius nomine Gaudiaci, quam præfata
mater eius ſæpefato Martino per præceptum
deuotâ mente dederat, ſed idem prædictum
mortuâ matre non valens à fratribus tan-
tum in vitâ ſuâ ea impetrare, violenter per
conſenſum iam dicti Comitis, & fratris ſui
Theobaldi in vitâ ſuâ tenuit. Quorum
eleemoſynam, & S. Martini rectitudinem
B *recognoſcentes offerimus, vt ſuperius dictum*
eſt, eidem Domino Martino patrono noſtro,
tam pro animâ eorum quàm pro noſtrâ
ipſâ ad ipſius poteſtatem, hoc eſt Calixtam
nouam cum Eccleſiâ in honore S. Georgij
conſtructâ, & in omnibus rebus ad ipſam
poteſtatem aſpicientibus, hoc eſt cum villâ
Puteo-Flodulphi, & cum alterâ villâ Can-
tegrello nomine, cum quadam mancile Or-
dono ſcilicet tribus manſis, & medio & in
Pelgiaco villâ, manſis 7 inter ſiluam & ter-
ram arabilem, & in Corbedino tria hoſpi-
tia & terram arabilem, & in villâ Tedors
manſum vnum cum pratis, & in curte
C *Agoldi vnde exeunt* D. VI. *& inſuper ter-*
tiam partem ſiluæ Ferrarias, cum villâ
Mergelli, vnde exeunt D. XII. *Hæc om-*
nia prælibato S. Martino, ſuíſque Canonicis
ad eorum peculiare, cedimus, tradimus at-
que transfudimus, ſita in Comitatu Trecaſ-
ſino in pago ſcilicet Mortrenſi, à die præ-
ſenti & deinceps, ita vt ab hodiernâ die
quicquid ex ipſis rebus facere voluerint li-
beram in omnibus habeant faciendi pote-
ſtatem, & de noſtro iure, in ſui poteſtatém-
que S. Martini ipſorúmque Canonicorum
cedimus. Si quis autem hanc noſtram elee-
moſynæ oblationem, aliquis ex hæredibus
noſtris, vel etiam præfatæ Richildis & RI-
CHARDI filij, ſeu aliqua aliunde intro-
D *miſſa perſona refringere tentauerit, impri-*
mis S. Confeſſorem Martinum contra ſe of-
fenſum ſentiat, niſi citiſſimè à ſuâ maleuo-
lâ cupiditate conuerſus fuerit, & niſi parti-
bus ipſius Eccleſiæ libras auri triginta co-
actus exoluat. Sed hæc noſtra donatio no-
ſtris, aliorúmque bonorum hominum mani-
bus roborata firma & ſtabilis omni tempore
permaneat. HVGO BITVRIGEN-
SIS Archiepiſcopus. Signum Odonis Co-
mitis.

53. DAGBERTVS anno 987. In- 987.
dict. 1. ſubſcribit priuilegio Hugonis
Capeti Regis, pro confirmatione Re-

galium Monaſtetij Corbeienſis Abba-
ti Mangaudo conceſſâ, cum Remenſi,
Senonenſi, aliiſque Præſulibus; nec-
non eodem anno Indict. xv. antiquo
originali fundationis Eccleſiæ colle-
giatæ S.Petri Dorarenſis à Boſone Co-
mite Marchiæ, aſſenſum præbentibus
Turonenſi Archiepiſcopo, Pictauenſi,
Aurelianenſi, & Lemouicenſi Epiſco-
991. pis. Interfuit Synodo Remenſi an.991.
Kal. Iulij 15. in baſilicâ S. Baſoli. Poſt-
hæc ſuſpenſus cum Rocleno Niuer-
nenſi Præſule, apud Baronium num.
xii. quòd non ritè conſecraſſet Ste-
phanum Epiſcopum Amicienſem, ſed
re benè perſpectâ à Pont. Max. hono-
tificè reſtitutus eſt. Huius tempore,
loco Monialium, inducti ſunt Cano-
nici in Eccleſiam S. Petri Puellarum
& Beatæ Mariæ de Salis: eóque ſeden-
te inſtauratur Monaſterium S. Am-
broſij, à Gaufrido Vicecomite Bituri-
cenſi, cuius priuilegio Robertus Rex,
Dagbertus, ceteríque proceres Bituri-
cenſis prouinciæ ſubſcripſerunt, tertio
Nonas Auguſti regnante Roberto an-
no decimo, præſidente in cathedrâ
Bituricenſi, Dagberto Præſule anno
octauo. Præterea in vitâ S.Menulphi
Epiſcopi, dicuntur oſſa ipſius eodem
præſente reuelata, tempore Adalgaſiæ
Abbatiſſæ in vico Malliaco, qui nunc
de eius nomine S. Menulphus dicitur.
Animam emiſit xv. Calend. Martij
1012. 1012. ſepultúſque eſt ad læuam chori
Eccleſiæ S. Auſtregiſili. Vacauit ſedes
aliquot menſibus, conſtat quippe ex
chartâ Gaufridi Vicecomitis pro æde
Beati Vrſini, Bituricenſem ciuitarem
hoc anno M. XII. tunc caruiſſe Pon-
tifice, quia DAGBERTVS iam ab hac re-
ceſſerat luce.

54. GAVSLINVS Hugonis Cape-
ti Galliarum Regis filius naturalis, ex
Abbate Floriacenſi ad Ligerim electus
1013. Archiepiſcopus an. 1013. Sub Abbone
Magiſtro ſcientiæ ſpiritalis, in eodem
monaſterio literis abundè inſtructus
eſt; deinde propter ſuorum probita-
tem morum, & animi libertatem, ait
vetus Chronicon, cum Abbatiâ Floria-
cenſi Bituricenſem obtinuit Præſula-
tum. Primùm quidem Abbas ordi-
natus fuit à Rege Roberto fratre, ſed
» quamuis, vt habet Codex MS. genere,
» ætate, religione & diſciplinis liberali-
» bus clarus haberetur, vix tamen ad-
» miſſus fuit ad hanc dignitatem, eò
» quòd non eſſet legitimo connubio na-

A tus; nam teſte Ademaro Cabanenſi in «
Chronico, repugnarunt Monachi no- «
lentes ſibi præeſſe filium ſcorti: erat «
enim ipſe nobiliſſimi Francorum Prin- «
cipis filius Manzer, à puero in mona- «
ſterium S. Benedicti nutritus; quem «
Rex Archiepiſcopum Bituricenſem «
fecit, poſt mortem Dagberti; ſed & «
ipſi Bituricenſes, quinquennio poſt ſe- «
ditionem agentes, noluerunt eum in «
ciuitatem recipere, dicentes vnâ voce; «
non decet dominari Eccleſiæ, filium, «
ſcorti; Poſtmodum tamen voluntas «
Regis præualuit, & Dei nutu in ſede «
B ſuſceptus eſt. Refert autem Ademari «
codex, non potuiſſe an. 1016. conſe- 1016.
crare Geraldum in Antiſtitem Lemo-
uicenſem, quia nondum ad Cathedram
admiſſus erat. Sed colligitur ex chro-
nico Senonenſi, celebratum fuiſſe ma-
gnum in pago Autiſſiodorenſi Con-
uentum Epiſcoporum à Leotherico
Archiepiſcopo Senonenſi, cui Gauſli-
nus interfuit, ibique multa fuerunt or-
dinata ad vtilitatem Eccleſiarum. Hel-
gaudus Floriacenſis monachus in Epi-
tome vitæ Roberti, auctor eſt eumdem
cum aliis Epiſcopis Galliarum, leuaſſe
corpus B. Aniani, & in nouum tem-
plum ab ipſo Roberto Rege fundatum
C in vrbe Aurelianenſi, ſolemníque ritu
à ſanctis ſacerdotibus benedictum an.
Dom. 1029. tranſtuliſſe. Idem Adema- 1029.
rus diſſidij meminit inter eum & Iot-
danum Lemouicenſem Præſulem, qui
cùm à Burdegalenſi, Pictauienſi, & Pe-
tracoricenſi Epiſcopis fuiſſet conſecra-
tus, iubente Guilelmo Duce Aquita-
niæ, Lemouicam deductus, ſedem S.
Martialis adipiſcitur, vt hæc Bernardi
Guidonis poſt Ademarum verba oſten-
dunt: GAVSLENVS Archiepiſcopus «
Bituricenſis: ad quem Lemouica per- «
tiner, quod ille pro impoſitione ma- «
nuum pecuniam requirebat, ac fuerat «
D ſine illius auctoritate conſecratus, col- «
lectâ Synodo in Franciâ coram Rege «
Roberto vbi ſeptem Archiepiſcopi «
cum ſuis Suffraganeis Epiſcopis, die «
Pentecoſtes, adfuerunt; totum Le- «
mouicinum excommunicauit præter «
locum S. Martialis, ipſúmque Iorda- «
nũ ab officio Epiſcopali prohibuit. Qui «
quidem cùm rationem reddere poſſet, «
ſi vellet, necnon à culpâ ſe purgare co- «
ram Pontifice, id tamen non præſtitit, «
quod proprium Archiepiſcopum con- «
tempſiſſet, ex cauſâ ſimoniæ vitandæ. «
Poſtea verò ſatisfaciens, nudis pedibus «

» ſedem Bituricenſem adiit, cum centum A
» Clericis, omnibúſque Monachis ſi-
» militer diſcalciatis, cui Archiepiſco-
» pus cum Clero obuiam venit, & quos
» priùs ligauerat, eos honotificè abſol-
» uit. Porrò extat eiuſdem Epiſtola ad
Regem Robertum num. XCVI. apud
Fulbertum Carnotenſem de cauſis plu-
uiæ ſanguinis, de quibus fuerat ab eo-
dem Rege interrogatus, quod narrat
Scriptor veteris fragmenti hiſtoriæ,
» apud Pithœum; In regione ſcilicet
» Aquitaniæ ſecus maritimâ ante ſolem-
» nitatem S. Ioannis Baptiſtæ, tribus die-
» bus pluiſſe ſanguinem, qui cadens ſu-
» per carnem hominis, aut ſuper veſti- B
» mentum, aut ſuper lapidem, non pote-
» rat lauari. Gauſlino, cui ſuum de Mi-
raculis S. Benedicti librum dicauit Ai-
moinus, ſcribit Fulbertus Carnotenſis
epiſt. 39. 44. & meminit Baronius in
Annalib. ad annum 1029. quo loco
» notat ex Helgaudo, Præſulatum Bitu-
» ricenſem tenere Principatum Aquita-
» niæ, & eſſe decus & honorem Franciæ.
De eo præter iam dictos agunt, Albe-
ricus in Chronico ſub an. 1060. quem
vocat Radulfum fratrem Henrici Re-
gis Franciæ, vita S. Gildaſij, Biblio-
theca Floriacenſis, & Sanmarthani lib.
XII. Hiſt. Franc. aliíque. Tandem C
1029. vitâ exceſſit Gauſlenus an. Dom. M.
XXIX.

55. AYMO DE BOVRBON clariſ-
ſimo ſanguine genitus patre Archem-
baldo II. Comite Borbonij, matre
Ermengardâ de S. Mauticio; frater
Archembaldi III. Geraldíque de Bor-
bonio, domini de Monluçon. Con-
firmauit dotationem Abbatiæ Cano-
nicorum S. Satyri ptope Sancerram,
per Mathildem filiam Gimonis Eccle-
ſiæ S. Stephani Bituricenſis militis,
& caſtri Sancti Satyri dynaſtæ, re-
gnante Henrico anno quarto, men-
ſe Auguſto, cui ſubſcripſere Aimo D
Archipræſul, Comites Odo, & Hen-
ricus cognomine Stephani, Ermen-
gardis & Adela Comitiſſæ; Epiſco-
pi Aniciensis, Aruernenſis, Gabali-
tanus, & alij Abbates, vti legitur in
archiuis S. Stephani. Concilium pro-
uinciale conuocauit Lemouicis men-
ſe Nouembri, cuius canones chito-
grapho firmauit, cum Suffraganeis
Præſulibus, & alterum in vrbe ptima-
tiâ; Vndè non erit alienum hîc exhi-
bere ſequentia Synodi Bituticenſis,
ex ſchedis v. c. Ioannis Cordeſij Le-

BOVRBON. D'or au Lyon de gueulles, à l'orle de 8. coquilles d'azur.

mouicenſis Eccleſiæ Canonici:

IN NOMINE DOMINI. EGO AYMO ARCHIEPISCOPVS
an. Incarnationis Dominicæ M. XXXI. 1031.
Indict. 14. in Concilio Bituricenſi quod
actum eſt, cum conſenſu Coepiſcoporum, ſeu
Abbatum, reliquorúmque fidelium qui ibi-
dem præſentes adfuerunt, decreui, & pro-
priâ auctoritate firmaui, vt priuilegium
Domini Ioannis Romanæ Sedis Papæ, quod
idem Dominus inſtituit, & Epiſcopis, &
Abbatibus, & reliquis fidelibus totius Gal-
liæ miſit, inconuulſum, & inlibatum per-
maneret, ſcilicet, vt beatus Martialis, in
numero Apoſtolorum tam in Litanijs, quàm
in omnibus diuinis Officijs computaretur, &
eſſet. Nec immeritò; eſt quippe dignum ſi-
cut in geſtis eius reperimus inſertum, illum
videlicet, tàm in Cœnâ Domini, quàm in
Paſſione, necnon in Reſurrectione, Aſcen-
ſione quoque præſentem adfuiſſe, & cum
cæteris Apoſtolis Spiritum Sanctum ac-
cepiſſe. Quia etſi reliquarum gentium A-
poſtolus non eſt, totius tamen Galliæ ad
Chriſtianiſmum conuertendæ Princeps, &
Apoſtolus eſt. Hoc autem noſtrum edictum
Epiſcopis, Abbatibus & Reliquis fidelibus
totius Aquitaniæ direximus, obſecrantes,
vt ſicut Priuilegium à Sede Apoſtolicâ de-
latum inuiolabiliter cuſtodiatur. Et qui
huic Priuilegio Apoſtolico, & noſtro edicto
contrarius extiterit, contraire ſe nouerit
Præceptis Apoſtolicis, & iram ipſius incur-
rere noſtri Redemptoris, cuius ipſe, de quo
loquimur, Apoſtolus Martialis inuincibilis
extitit teſtis. Hæc ſunt nomina Epiſcoporum
qui interfuerunt. AYMO ARCHIEPIS-
COPVS BITVRICENSIS, Iordanus
Lemouicenſis, Stephanus Valacenſis, Renco
Aruernenſis, Amelius Albigenſis, Deuſdet
Cadurcenſis, Raymundus Mimatenſis, &
Azenerius Abbas Moſiacenſis, cum pluri-
mis Abbatibus, & Religioſis viris, Sede
Rutenenſi vacante. Idem cum Archie-
piſcopatum Burdigalenſem iure & au-
ctoritate Primatiæ viſitaret, conſecta-
uit Monaſterium S. Frontis Petroco-
ricenſis; interfuítque dedicationi S.
Mariæ Santonenſis 1047. teferente ta- 1047.
bulatio eiuſdem Abbatiæ; Biennio
poſt baſilica S. Sepulchri conditur,
aut ſaltem Collegium Canonicorum
in eâ inſtituitur. Anno autem Dom. 1049.
1064. menſe Iulio confirmauit in Ca-
pitulo Bituricenſi, chartam conceſſio- 1064.
nis Eccleſiæ S. Iacobi ad Capellam
Gilonis, redditæ Cœnobio S. Sulpitij;
Interfuit Concilio Toloſano 1068.
tandémque fato ereptus eſt M. LXXI. 1071.

Aymo Borbonius, qui & de Soliaco à A
nonnullis nuncupatur.

56. Richardvs ii. conſecra-
tur Senonis à Richerio Archiepiſco-
po, ſolemni die Paſchæ ix. Cal. Maij
1071. 1071. Nominatur apud Gregorium
7. Papam lib. 2. epiſt. 5. cum eodem
Richerio delegatus 1077. in cauſâ
Raynerij Epiſcopi Aurelianenſis apud
Baronium, & epiſt. 19. idem Pont. ſi-
1077. gnificat ſe ei & Turonenſi Præſuli;
litem Abbatis S. Sulpitij cum Dolen-
ſi monaſterio commiſiſſe. Richardi
Pontificis meminit Baldricus Abbas
Burgulienſis in carmine hiſtorico Petri B
Dolenſis Prioris; præſenſque legitur
in confirmatione immunitatum datâ
Monachis S. Dionyſij, cuius Priuile-
gij tenor talis eſt.

*EGO ARCHIMBALDVS BVR-
BONENSIS, cognomine Fortis, filius
Archimbaudi de Monticulo, videns lo-
cum de Capellâ constructum in terrâ, quæ
eſt ſub defenſione meâ, agnoſcens etiam pa-
trem meum ampliſſimè augmentaſſe res S.
Dionyſij, ego imitator patris volens ampli-
ficare Monaſterium S. Dionyſij, pro ſalute
animæ meæ & patris mei, in præſentiâ Do-
mini RICHARDI BITVRICENSIS* C
*Archiepiſcopi, conſilio vxoris meæ, & vo-
luntate ac conceſſione Archimbaldi filij
mei & optimatum meorum, ſicut pater meus
dederat & conceſſerat in Curiâ Philippi
Francorum Regis in palatio Pariſienſi die
S. Pentecoſtes, ita concedo Deo & Monaſte-
rio S. Dionyſij apud Capellam fundato, to-
tum fiſcum S. Ioannis de Capraſio, ita inte-
grè, ſicut Ioannes de patre meo & anteceſſo-
ribus habuit & quietè poſſedit. Concedo
etiam authoritate meâ immunitatem Ca-
pellæ, & omnium intra iv. cruces exiſten-
tium, ſicut pater meus conceſſit & confirma-
uit, in præſentiâ Philippi Reg. Franc. teſti-
ficans, vt quiſq; de genere ſuo terram eſſet hæ-* D
*reditaturus, maximè tamen ſub defenſione
Domini caſtrum Burbonenſe habentis, eſſet
locus Capellæ, & omnia quæ ſub iure eiuſ-
dem loci erant vel futura erant. Hoc
actum eſt apud Montem Lucium vigiliâ
Beati Ioannis Bapt. in præſentiâ Richar-
di Bituricenſis Archiepiſcopi, regnante
Philippo Reg. Franc. Signum Archimbaldi
Burbonenſis. S. Archimbaldi filij ſui. Hugo-
nis Prioris de Capellâ. Humbaldi Vriacen-
ſis. Amely Cambonenſis. S. Guilelmi de Bo-
natac. Aimonis de Velaiâ. Petri de Pinthac.
S. Vmbaldi Burbonenſis. Barthol. Burbo-
nenſis, &c.* Concilio Meldenſi adfuit

an. 1080. ac memoratur in pancartâ
Philippi Regis pro Eccleſiâ Compen- 1080.
dienſi, & in donatione Stephani Bitu-
ricenſis Vicecomitis monaſterio Vir-
zionenſi, de Abbatiâ S. Gundulfi ſu-
per Ligerim 1092. Indict. xv. Ri- 1092.
chardo, inquit tabula, incompa- "
rabili ſuis temporibus Bituricenſi Ar- "
chipræſide. Monaſteriorum acerrimus "
defenſor is fuit, in Plenipedenſi ſepul-
tus, quod amplis redditibus ditaſſe
fertur.

57. Avdebertvs frater erat
Guarnerij de Monte-mavre-
lionis Militis illuſtris, poſtmo-
dùm Caſæ Dei Monachi: perhono-
tifica huius ordinationis mentio ex-
tat apud Odericum Vitalem lib. viii.
Hiſtor. Hildebertvs, inquit, "
Dolenſis Abbas ad Archiepiſcopatum "
Bituricenſem promotus eſt, multiſque "
pollens virtutibus ſanctitatis documen- "
tum ſequentibus Chriſtum verbo & "
actione largitus eſt. Religionem enim "
profeſſus eligitur Abbas Dolenſis, tum
ad Primatum Bituricenſem euehitur
1093. aut 1092. vt eſt in Chronico Do- 1093.
lenſi. Vrbanum 2. Pont. Max. Le-
mouicas comitatus, cum aliis Præſu-
libus, confirmat donationem Mauſaci
1094. hoc eodem anno in Chartula- 1094.
rio Cluniacenſi, abſolutioni Fulconis
Richini Comitis Andegauenſis præ-
ſens recenſetur, ſolemnique dedica-
tioni Eccleſ. S. Stephani, ac S. Mar-
tialis Lemouicenſis, 2. Cal. Ianu. ab
Vrbano celebratâ 1095. vt eſt in Chro- 1095.
nico Lemouicenſi, & Gaufredi Voſien-
ſis. Interfuit Concilio Claromonta-
no; vbi inter cetera actum de bello
ſacro aduerſus Infideles; pro cuius ex-
peditione à Chriſtianis Principibus
poſteà ſuſceptâ, Odo dictus Arpinus
Vicecomes Bituricenſis vltimus, poſt
obitum vxoris Vicecomitatum Philip-
po I. Regi vendidit ſexaginta milli-
bus aureorum, ſcribente Tilio. Præ-
fuit quoque Abbatiæ Dolenſi etiam
Archiepiſcopus, & Primas, vt patet ex
tabularij Lemouicenſis titulo qui ſe-
quitur:

*VVILELMVS Lemouicenſis Epiſco-
pus cum vniuerſo Clericorum Lemouicæ ſe-
dis conuentu, rogatu & voluntate Domini
AVDEBERTI BITVRICEN-
SIVM EPISCOPI, & Dolenſium
Abbatis, ad ſopiendam controuerſiam diu-
turnam inter Dolenſes & Canonicos Lemo-
uicenſes, pro Eccleſiâ de Turri, præſente*

Priore R. conceſſerunt Eccleſiæ Dolenſi, monaſterium Turrenſe, & quod ius habebant in manſo Capellæ de Boiaco, & alias Eccleſiis, quas Dolenſes in Lemouicenſi pago domini Epiſcopi poſſidere videbantur, retentis quindecim ſolidis, ſcilicet, monaſterio Turrenſi, in feſto inuentionis S. Stephani reddendos. Et quindecim ſolidos ſimiliter in Eccleſiâ quam acquirerunt in Lemouicino. Hæc conuentio lecta & confirmata in Synodo; & vt amicitia germanitatis in poſterum conſeruaretur, placuit, vt Canonici clamores monachorum in Conciliis & Synodis ſuſtineant, & res eorum ac loca quaſi ſua tueantur, & monachi itidem canonicorum, & mutuo ſe in omnibus locis ſuis honorificè hoſpitentur. viii. Idib. Nouembr. lunâ v.

1095. *Anno ab incarnatione* M. XCV. *temporibus Vrbani II. Papæ, qui tunc temporis in Galliis morabatur. Philippo Francorum Rege, AVDEBERTI PRIMATIS BITVRICENSIS, Vuilelmi Præſulis Lemouicenſis: Componet calumniator cui litem intulit centum libras auri. Signum Dom. V. Antiſtitis, Goſberti Decani & Archidiaconi. Humberti magiſtri. Gauſfrido Helia fratre Epiſcopi & aliorum.* Ad vltimum Concilio Turonenſi interfuit & ſubſcripſit fundationi Abbatiæ B. Ma-

1096. riæ de Rotâ in Andibus 1096. Philippo Rege Francorum Imperium tenen-

1097. te; ſublatus è viuis an. 1097. Chronico Malleacenſi in Pictonibus. Baldricus Andegauenſis Abbas Burguliensis, mortuo in carminibus Hiſtoricis parentauit, & iuuenilibus annis adhuc valentem deceſſiſſe, Biturigúmque ciuitatem eius obitu valdè turbaram memorat. Ex multis autem epitaphiis quæ poſteritati mandauit, hæc duo ſe legimus.

Auditor vatum, vatum moderator & ipſe
PRÆSVL BITVRIGAS, *Dolis autem Præſul & Abbas.*
Qui iuuenum proprios tranſcendens moribus annos,
Se iuuenem vouit Monachorum religioni.
HIC AVDEBERTVS *ſolemni more ſepultus*
Dormit, qui vitam condigno fine ſacrauit,
Nunc quoque cum CHRISTO *nos ſæpè reuiſat ab alto.*

De eodem aliud ibi legitur:

AVDEBERTE *Pater, Pater & ſanctiſſime Præſul,*
Te Dolis ecce dolet, te dolet vrbs BITVRIX.
His Pater, his Præſul, loca ſic præfata regebas,
Vt neuter vacuus eſſet amore tuo.
Ecce iaces, corpus ſi ſit cinis, oſſáque corpus,
In Domino requiem ſpiritus inueniat.
Ipſum cuius in hac corpus tellure quieſcit,
Ditarat diues littera Pontificem.
Abbas ipſe Dolis, Biturix ſimul ipſe ſacerdos,
Vnus vterque loco proderat & præerat.
Huic AVDEBERTO *licèt in iuuenilibus annis*
Curam communem mors inopina tulit.
Hic igitur poſitum corpus fouet hoc monumentum,
Omnipotens, animam Pontificis foueat.

58. LEODEGARIVS Audeberto ſucceſſit anno 1097. in Chronico Malleacenſi: Ei ſcribit Iuo Carnot. ep. XC. de Arnulfo Virſionenſi & 177. in cauſâ Domini Hugonis Maidunenſis. Huius Archiepiſcopi Curiam adiit Radulphus Prior Capellæ, & conqueſtus eſt de Humbaldo Vriacenſi, quòd S. Dionyſio damna intuliſſet, indictóque die apud S. Deſideratum coram Antiſtite & proceribus, auditis vtrinque rationibus, Humbaldus, de inuaſione villæ Capellæ & fractione clauſtri conuincitur, vt eſt in antiquo originali. Nominatur & in chartâ Philippi I. Francorum Regis, confirmantis Abbatiæ S. Ambroſij, donationes Gaufredi Biturigum Vicecomitis; ſcripto diplomate die feſto S. Ambroſij, an. 1102. 1102.
Indict. v. Olympiade XXXII. Albericus in Chronico, Leodegarij meminit, qui adfuit Concilio Lateranenſi ſub Paſchali 2. per procuratorem, apud Baronium an. 1112. in cuius Pontificis 1112.
diplomate, apud Siluiniacum memoratur M. CVII. 8. Cal. Iunij, cum Girardo Engoliſmenſi & Hildeberto Cenomanenſi Epiſcopis. Laudatur autem ab Orderico lib. VIII. ſenex Leuterius Bituricenſi præſidens Metropoli, cum religioſis & eruditis Galliæ Præſulibus florens, ac lib. 12. teſtatur an. 1119. eum Synodo Remenſi interfuiſſe, vbi legitur Leotherius. 1119.
Cæterùm toto vitæ tempore maximâ familiaritate eum Roberto de Arbreſello inſignis Monaſterij Fontebraldenſis fundatore coniunctus fuit; id enim tradir vitæ eius ſcriptor Baldricus Dolenſis Præſul: Eadem tempeſtate LEODEGARIVS, vir vitâ floridus & ætate, Bituricenſis diœceſis Archiepiſcopatum tenebat, quem inſeparabilis dilectio Magiſtro Roberto conglutinabat, tanto námque amore inuicem coniungebantur, vt quod vnus vellet, alius vix denegaret. Idem præconia ipſius

amplius commemorat ; éſtque Oratio, A
quâ ſuum Archiepiſcopum Primatem
ac Patriarcham appellat, in quâ conti-
nentur egregia Leodegarij facta : is
námque eius precibus in hâc Diœceſi
Vrſanum Prioratum Ordinis Fontiſe-
braldi, cum Alardo & Agnete Vrſani
quondam dominis fundauit: cum au-
tem in extremis ageret Robertus an-
1117. no Domini M. C. XVII. cum Archipræ-
ſul noſter præſentiâ ſuâ ſolatus, morien-
tis ſpiritum hauſit ; tùm vltimæ volun-
tati de loco ſepulturæ obtemperans,
Roberti corpus vſque Fontebraldum,
cum ingenti nobilium ac populi co-
mitatu duce Petronillâ Abbatiſsâ & B
ſuis monialibus perduxit, diéque Mar-
tis poſt obitum duodecimâ iuxta maius
altare templi tumulo condidit. Inter-
fuerunt exequiis ipſe Archiepiſcopus,
Radulphus Turonenſis, & Andegauen-
ſis Epiſcopus, de quibus notanda eſt
chartâ Fontebraldenſis tabularij, fol.
XLIX.

ANTIQVORVM Patrum ſanciuit authoritas, vt quicquid Eccleſiis tribueretur litterarum memoriæ traderetur, ne obliuionis caligine deleretur. Notum ſit omnibus tàm futuris quàm præſentibus, quod eodem die quo Magiſtri Roberti de Arbreſſello corpus (Dei gratiâ de longinquò allatum, C *in loco Fontis-Ebraldi quem Deo auxiliante fundauit) humatum fuerat, non minima multitudo Religioſarum perſonarum ad tanti viri funeris obſequium illic congregata fuerat, quarum vna fuit LEODEGARIVS BITVRICENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus, altera Radulphus Turonorum Archiepiſcopus, cum Raginaudo Andegauorum Epiſcopo, multiſque aliis tam Abbatibus quàm ſacerdotibus, quorum non erat numerus. Ibi fuit Fulco Iunior, Fulconis Comitis Andegauorum filius, cum innumeris populis. Ipſo die petiit Gaufridus de Blaſone, vtpotè valdè deſiderans animæ* D *ſuæ ſalutem, vt Petronilla Abbatiſſa Fontis-Ebraldi à ſupradictô Fulcone Comite impetraret, quatenus omnia quæ antea Eccleſiæ Fontis-Ebraldi ipſe Gaufridus pro ſalute animæ ſuæ dederat, ſcilicet domos ſuas, cenſus, vineas, necnon & filias ſuas, & omnia quæcumque in hoc ſæculô habere videbatur; ipſe Comes iterum in plenô capitulô audientibus cunctis concederet : quam petitionem ſupradictus Comes libenter exaudiens, & voluntati Abbatiſſæ, & ſupradicti Gaufridi deſiderio illicò in capitulo ſatisfecit. Huic conceſſioni interfuerunt Berlaius de Monſterolo, & Gauterius de Monte-ſorello, Robertus de Blodô & Giſlebertus de Loſdunô, multíque alij. An. ab Incarnatione*
Domini M. C. XVII. *regnante Ludouicô* 1117.
Francorum Rege, & Guilelmô Aquitanorum Duce.

Iuſtis deinde ſolemni ritu ſolutis, Leodegarius in Capitulo Sanctimonialium orationem funebrem habuit, quâ defuncti Roberti laudes, ſanctitatem, virtutes eximias cum antiquis ſigillatim Patriarchis conferens perſecutus eſt ; Et quidem de his fusè diſſeruit Michaël Coſnier Pictauenſis, Fontebraldenſis Parochus, in notis ad Baldrici Dolenſis Præſulis opuſculum de vitâ eiuſdem Roberti Arbreſellenſis; At in Abbatiæ Fontebraldenſis cartophilacio, continetur donum Azelardi de Caſtro Mellano & Maalinæ vxoris, de ſiluâ de Groſbois & Villæurſæ, cum quibuſdam terris ; ſtabilitâ eleemoſynâ in manu Leodegarij, concedente Radulpho Dolenſi, & teſte Wilelmo Archidiacono Archiepiſcopi nepote. Dedicauit Eccleſiam Caſalis Benedicti octo leucis ab Auarico,
& animam Deo reddidit an. M. C. XX. 1120.
Martij 31. ſepulturæ locum, ſic enim iuſſerat ; iuxta monumentum cordis Roberti de Arbreſello elegit, quod in Eccleſiâ conuentus de Vrſano incluſum eſt Pyramide ; cuius cenotaphium non ante multos annos detectum eſt, ac ſigillum æneum repertum, cum hâc inſcriptione ; „LEODEGARIVS Archiepiſcopus Bituricenſis, Aquitaniæ Primas ; Quippe in tantum vnicè coluerat Robertum cùm in viuis eſſet, vt mortuus ab eius corde noluerit remoueri.

59. VVLGRINVS dedicauit Eccle-
ſiam Sancti Gildaſij anno 1128. Mart. 1128.
XXV. die Annuntiationis B. Mariæ,
Epiſcopis ſexdecim & Abbatibus LVI.
præſentibus. Interfuit Sacro Philippi
Regis filij Ludouici Craſſi 1129. die 1129.
Paſchatis Aprilis 14. & Concilio La-
teranenſi 1132. ac Piſano 1134. In ve- 1134.
teri regeſto cartarum Theſauri Regij
Pariſienſis, legitur diploma in gratiam
vrbis Bituricenſis hoc modo: „LVDOVICVS Dei gratiâ Rex Francorum & Dux Aquitaniæ, Notum &c. Quia Bituris veniens genitor noſter venerabilis memoriæ Ludouicus, quaſdam conſuetudines, quas ibi tenebant Bituricenſes, tam Cleri quàm populi ſubmiſſi precibus, exhortati conſilio WLGRINI tunc temporis Archiepiſ-

» copi pro amelioratione prædictæ ci- » uitatis, benignitate Regiâ relaxare » curauit; Cui nos instirurioni fa- » uentes, emendatas conſuetudines à pa- » tre noſtro pari indulgentiâ reforma- » mus, &c. Actum apud Lorris, Anno » regni VIII. Dara per manum Cad. » Cancellarij. Conſtituit porrò, vt Decanus Eccleſiæ Metropolitanæ Prior eſſet Canonicorum de Aiis, quâ de re ſequens Priuilegium ex MS. codice relatum eſt:

QVAE ad honorem & vtilitatem Eccleſiarum Dei conſtituuntur, memoriæ literarum tradere religioſa præcedentium Patrum prouidè conſueuit authoritas, ne rebus geſtis in obliuionem labentibus, à memoriâ excidant, quæ debent memoriter conſeruari, & ne contentiones oriantur inter ſeruos Dei, quos litigari non oportet. Igitur VVLGRINVS miſeratione diuinâ BITVRICENSIS Archiepiſcopus, memoriæ fidelium tam præſentium quàm futurorum, volo præſentis ſcripturæ teſtimonium commendari, quia Canonici Eccleſiæ Aiacenſis, ſocietatem Canonicorum & matricis Eccleſiæ B. Stephani expetierunt, poſtulantes, vt deinceps Eccleſia Aiacenſis, & res ipſius, in diſpoſitione Canonicorum B. Stephani ac protectione conſiſtant in perpetuum. Itaque inter eos communi aſſenſu vtriúſque partis, ſocietas hoc modo conſtituta eſt, vt vnus ex Canonicis B. Stephani in Priorem Aiacenſem accipiatur, & per capitulum B. Stephani eligatur, eóque decedente ſimiliter alius ſubſtituatur, & ſic in perpetuum. Hoc quoque ſtatutum eſt, vt in Eccleſiâ Aiacenſi ſint tantummodo Canonici ſex, ipſe Prior & quinque alij, ita tamen vt illi qui modò ſunt Canonici in eadem Eccleſiâ, in vitâ ſuâ Canonici permaneant, illis verò decedentibus numerus Canonicorum ad ſex, ſicut prædictum eſt, redigatur, illi autem qui inſtituentur præſentabuntur Capitulo B. Stephani, & non niſi per aſſenſum capituli Canonici fient. De omnibus redditibus Aiacenſis Eccleſiæ tam de his quæ hodie poſſidet, quàm de illis, quæ in futurum poſſidebit & Domino largiente conquiret, Canonici S. Stephani tertiam partem habebunt, Canonici Aiacenſes reliquas duas. In Eccleſiâ S. Stephani in choro, in capitulo Canonici Aiacenſes, & hi, qui modò ſunt, & illi qui ſubſtituuntur, ſedem habebunt quaſi Canonici: in cauſis, & negotiis Aiacenſis Eccleſiæ, Canonici B. Stephani, vtpote pro ſuis laborabunt, & de ſumptibus qui neceſſarij fuerint, ponent tertiam partem, & reliquas duas Aiacenſes Canonici; Hæc in præſentiâ noſtrâ & ab vtrâque parte conceſſa insuper in manu noſtrâ firmauerunt, tam Canonici B. Stephani quàm Aiacenſes, vt hanc conſtitutionem & ſocietatem alij erga alios fideliter teneant & obſeruent; Nos autem, vt memoriter teneantur & in perpetuum inuiolabiliter obſeruentur, præſenti ſcripto commendauimus, & ſigilli noſtri impreſſione roborauimus. Adfuerunt autem præſentes huic conſtitutioni Comes Vuilelmus dominus Aiacenſis caſtri, & Agnes vxor eius. Et Odo de Soliaco filius eorum, laudantes & aſſenſum præbentes, quantum in ipſis erat. Ipſe etiam Vuilelmus chartam hanc ſigillo ſuo muniuit. fuerunt & alij multi, quorum nomina ſubſcripta habentur. Signum VVLGRINI Archiepiſcopi. Simonis Decani. Gaufridi Cantoris. Hugonis Archidiaconi, Americi, Herberti, Badulfi, Archidiacon. &c. Iſti laici adfuerunt ex parte Canonicorum S. Stephani, Sarlo diues, Robertus Gauchery, Maiuerius Corbel, Ramnulfus Aiacenſes Canonici ſunt iſti, &c. S. Comitis Guillermi, Agnetis Comitiſſæ, Odonis de Soliaco, Ricardus de Capellâ, &c.

Benedixit Vulgrinus Sugerium Abbatem Sancti Dionyſij, & depoſuit Gerardum Engoliſmenſem Epiſcopum ſtantem à partibus Anacleti. Obijt VI. Idus Ianuarias 1136. in Dolenſi tabu- 1136.
lario, non 1137. aut 1139. vt teſtantur Chron. Senonenſe & Voſienſe. Sepultus in Cathedralis choro cum hâc inſcriptione: *Dominus VVLGRINVS Archiepiſcopus Bituricenſis.*

60. ALBERICVS Scholarcha Remenſis, literarum ſcientiâ & conſilij prudẽtiâ clariſſimus dicitur à Roberto de Monte in ſupplem. Sigeberti: Diſcipulus hic fuit Anſelmi Laudunenſis Epiſcopi, apud Othonem Friſingenſem lib. I. cap. XLVII. Electúſque in Catalaunenſem, non obtinuit Pontificatum, factus tantùm Canonicus Laudunenſis, vnde traductus eſt ad Patriarchatum Aquitaniæ non M. C. XXXVII. ſed rectius 1136. hoc enim 1136.
anno, confectum extat vetus ſcriptum in chartulario Briuatenſi, vbi teſtatur præſentem ſe fuiſſe concordiæ Roberti Comitis Aruerniæ, vnà cum Briuatenſi Eccleſiâ. Meminit Alberici Chronicon Senonenſe MS. & Richardi » Pictauienſis monachi Cluniacenſis ad an. 1137. his verbis: Circa tempora » Ludouici Regis, floruit Giſlebertus, » cognomento Vniuerſalis, natione Brito, » in philoſophiâ clarus, poſtea Epiſcopus

» copus, poſtquam Remis ciuitate ſur-
» rexit Albericvs, non illo famâ
» minor, qui prouectus in Archiepiſco-
» pum modico durauit ſpatio. Adfuit
Burdigalæ eodem anno in ſolemnita-
te nuptiarum Ludouici vii. Regis
cum Eleonorâ Aquitaniæ Duciſsâ,
quemadmodum refert Gaufredus Prior
Voſienſis in Chronico, qui Albericum
Bituricenſem Patriarcham appellat.
Hunc verò hominem ſanæ fidei &
doctrinæ, in diuinis pariter, & hu-
manis prudentem, S. Bernardus epiſt.
13. & Vincentius Beluacenſis, ſcientiâ
literarum & conſilij prudentiâ clariſ-
ſimum laudant. At de Alberico &
aliis Præſulibus captiuis, in reditu à
Concilio generali ſub Innocentio Se-
cundo Pont. Max. videnda, Petri Ve-
nerabilis Abbatis Cluniacenſis ep. 27.
» lib. 1. in Biblioth. Cluniacenſi. Aderat,
» inquit, in comitatu noſtro non igno-
» bilis, neque vltima pars Eccleſiæ Dei,
» Archiepiſcoporum, Epiſcop. Abba-
» tum, Monachorum non paruus nume-
» rus. Horribile ſpectaculum, tantas
» Eccleſiæ Dei perſonas videre diſtrahi,
» diſſipari, vulnerari, atque gladiis in-
» ſequentibus per diuerſa fugari. Epiſ-
» coporum, atque Abbatum plurimi ad
» proxima caſtra violenter abducti, &
» quidam eorum poſt verbera & vulne-
» ra, barbaricâ immanitate incarcerati
» ſunt. Inter quos Dominus Remenſis,
» cui nec ætas, nec dignitas adeſſe potue-
» runt, poſt multas iniurias, & vulnera
» turri concluſus tenetur. Sed quid ego
» de ſingulis quaſi loquor, cum Bituri-
» cenſis & Senonenſis ſuis pene omni-
» bus amiſſis, vix ad Pontem Tremu-
» lum, tremuli & anheli peruenerint;
» & ibi cum Ebredunenſi Trecenſi ictu
» haſtæ de equo deiecto, & inde grauiter
» infirmato: cum Lemouicenſi, Atreba-
» tenſi, Belicenſi, Redonenſi, atque
» aliis Epiſcopis &c. ſecundo carcere
» incluſi teneantur. Moritur Albericus
1140. an. 1140. in Chronico Senonenſi, hu-
matus ante maius altare Monaſterij
Loci-Regij, vbi in eius tumulo ſcri-
bitur,

Hic ALBERICVS requieſcit Bituricenſis
Primas magnificus, modò major in arce
polorum.

La Chastre. De gueulles à la croix ancrée de vair.

61. Petrvs de la Chastre I.
ex nobili & antiquâ ſtirpe Domino-
rum de Caſtrâ in agro Bituricenſi,
Aimerici Eccleſiæ Romanæ Cancella-
rij conſobrinus, & diſcipulus Alberici
in Chronico Senonenſi; ab Innocen-
tio ii. Pont. non interueniente regiâ
auctoritate promouetur, quòd hæc
Gaufredi Voſienſis verba oſtendunt:
Petrvs cognomento Effenard, ex
Militibus de la Chastre Archie- «
piſcopus Alberico ſucceſſit. Hic ad «
tempus in Ruthenico metu Ludouici «
Regis delituit; electus quippe abſque «
illius nutu fuerat, imóque contra eius «
ſententiam dictauerat, victus denique «
precibus religioſorum iuramentum «
fregit, ſedéſque vacua Præſulem ad- «
miſit. Audiendus & Vuilelmus Nan- «
gius cum ait: Anno m. c. xlii. De- « 1142.
functo Bituricenſi Archiepiſcopo Al- «
berico, miſſus eſt Petrvs à Papâ «
eiuſdem Eccleſiæ Paſtor conſecratus. «
Sed à Rege repudiatus: nec in vrbe «
recipitur, eò quòd ſine eius aſſenſu «
fuerat ordinatus. Ipſe verò Rex con- «
ceſſerat Eccleſiæ Bituricenſi liberta- «
tem eligendi Epiſcopum quem vellent «
(excepto dicto Petro) publicéque iu- «
rauerat, quod ſe viuente non erat fu- «
turus Archiepiſcopus. Qui tamen ele- «
ctus Romam profectus eſt, & conſe- «
cratus fuit à Papa Innocentio: Rex «
verò Archiepiſcopum excluſit. Re- «
deuntem eum enim Comes Theobal- «
dus Campaniæ recepit in terrâ ſuâ, & «
omnes ei Eccleſiæ obediebant. Locus «
item Chronici Maurigniacenſis Mo-
naſterij, id non obſcurè licet fuſiùs
exponit, vbi iſta legas. *Tunc temporis
Eccleſia Bituricenſis ſui Paſtoris defunctio-
ne non mediocriter deſolata, grauis & im-
portuni ſchiſmatis morbo inſolente concuſſa
eſt: Quidam enim prædictæ Eccleſiæ Cle-
rici aſſentiente Rege, Cadurcum quendam
ſibi volebant præficere. Altera pars illorum
PETRO, Haimerici Romani Cancella-
rij conſobrino, prærogatiuam illius honoris
affectabant. Papa verò Cancellarium dili-
gens, contribulem quoque ſuum pro ipſo di-
ligebat. Vnde & ipſi conſecrato in Ar-
chiepiſcopum ſuum integrè auxilium im-
pendebat. Et licet contra Regis volunta-
tem ipſe præficiendus eſſet, ipſum miſit Bi-
turiges, Cadurcum verò omni Eccleſiaſtico
honore priuauit; Vnde videns Rex volun-
tatem ſuam ad efficaciam non potuiſſe per-
tingere, non modico fremitu iræ concuſſus
eſt, & quaſi in auctoritatem Apoſtolici vo-
lens indignationem conceptam retorquere,
PETRO totius terræ ſuæ introitum inter-
dixit. Innocentius verò gladium Eccleſia-
ſticum in vltionem exerens, per omne Re-
gis dominium diuini celebrationem officij*

interdixit. Eius inaugurationem quam
Innocentio tribuunt, alijs poſterio-
rem cenſet Matthæus Paris mona-
chus Albanenſis, vti verba illa Hiſto-
1146. riæ Angl. ad an. M. C. XLVI. reſtan-
» tur. Eodem anno, Papa Eugenius Pa-
» riſiis veniens, conſecrauit PETRVM
» quendam Aimerici Eccleſiæ Romanæ
» Cancellarij nepotem, in Archiepiſco-
» pum Bituricenſem, contra Ludouici
» Regis Franciæ voluntatem. Quod Rex
» in iniuriam ſuæ dignitatis factum, ve-
» hementer indignatus, propoſitis pu-
» blicè ſacroſanctis reliquiis, in præſen-
» tiâ multorum iurauit, quòd Archie-
» piſcopus præfatus, quamdiu ipſe viue-
» ret, ciuitatem Bituricam non intraret.
» Sic per triennium Regis perſona ſub-
» iacuit interdicto. In quamcunque ci-
» uitatem, vicum vel caſtellum intra-
» bat, ſuſpendebatur celebratio diuino-
» rum. Tandem Bernardo Abbate Cla-
» reuallenſi perſuadente, ad hoc eſt cor
» Regis inclinatum, vt Archiepiſcopum
» reciperet, & pro tranſgreſſione periu-
» rij, Hieroſolymam ſe promitteret pro-
» fecturum. Huius diſſidij idem S. Ber-
nardus epiſt. 219. Petrus Venerabilis
l. 4. epiſt. 3. Robertus de Monte in
ſupplemento Sigeberti, Baronius in
Annalibus, Papirius Maſſonus lib. 3.
Annal. Franc. & alij meminere. Igitur
Diui Bernardi curâ Ludouico recon-
ciliatus Petrus de Caſtra, cum eodem
adfuit dedicationi templi S. Saluato-
ris Lemouicenſis, chronico Voſienſi,
& in Dolenſi cartâ legitur benedixiſſe
Eccleſiam Vodolionis. Porrò in Bitu-
ricenſi tabulario ei ſcribit Eugenius
1145. III. Papa 1145. per manum Roberti
Cancellarij Idibus Martiis, Adrianus
1158. IV. an. 1158. 4. Calend. Aprilis, & A-
lexander III. de concubinariis eiicien-
1164. dis, Idibus Februar. M. C. LXIV. vbi
inter cetera confirmatur ei ius Prima-
tiæ in prouinciam Burdegalenſem, &
in eâ Crucis vexillum deferendi, cum
vſu pallij, ac caſtrum Magdunum cum
totâ Caſtellaniâ in caſamento, cum
oleo, quod in Cœnâ Domini inde per-
ſoluitur, ligium homagium de domi-
nio ipſius caſtri, & ius denarij vnius
ſuper ſingulis domibus, quæ ſunt in
parochiâ Bituricenſi ad altare S. Ste-
phani iuxta antiquam conſuetudinem
perſoluendi; quam parochiam Bituri-
cenſem Innocentius 3. confirmans ea-
dem iura S. Guilelmo, interpretatur
de ſingulis domibus, quæ ſunt in Bi-

A turiâ. Huic verò Archiepiſcopo Re-
gem beneuolum fuiſſe, dicet ſequentis
epiſtolæ nunc primùm editæ fragmen-
tum. EXCELLENTISSIMO Domi- «
no LVDOVICO Dei gratiâ magni- «
fico & pacifico Francorum Regi «
PETRVS BITVRICENSIS Eccle- «
ſiæ humilis Miniſter, ſalutem & veræ «
humilitatis obſequium. Quod de ore «
veſtro audiuimus, & certis didicimus «
experimentis, quod etiam nulli ferè «
de regno eſt incognitum, & ſonat in «
ore vulgi, hoc maiorem facit nobis «
fidem, quia perſona veſtra perſonam «
noſtram admodum dilexit, quam &. «
B plurimùm extulit & multis modis ho- «
norauit. Nuper etiam veſtra liberali- «
tas, ad Dominum Papam & ad Cu- «
riam Romanam pro nobis ſcripta pro- «
priâ manu proprio nuncio deſtinauit, «
& preces multùm affectuoſas effudit; «
vnde vobis obnoxij eſſe debemus, & «
debitas gratiarum actiones perſoluere «
debemus. Prudentiâ quoque veſtrâ «
non debet ignorare, quia & nos vice «
mutuâ vero ac puro amore vos dilexi- «
mus, honorem veſtrum & regni & Co- «
ronæ quibuſcúmque potuimus modis «
optauimus, & quæſiuimus, & nomen «
C Regium ſtuduimus exaltare, *&c.* Sed «
& Ludouicus viciſſim in Præſulis fa-
uorem, tale diploma emiſit è chartula-
rio Bituricenſi tranſcriptum:

IN NOMINE *Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ego Ludouicus Dei præſtante clementiâ Rex Franc.* PETRO ARCHIEPISCOPO BITVRICENSI *& Succeſſoribus ſuis in perpetuum. S. Superni Regis cuncta moderantis non immemores, de retributione quidem bonæ voluntatis, & deuotæ actionis nihil dubitantes ipſius Eccleſiam fouere, & ſanctum Sacerdotium honorare ſtudemus. Noſtro itaque tempore apud Deum, & homines*
D *acceptus B. Petrus in primâ ſede Aquitaniæ, videlicet vrbe noſtra Bituricâ ſedet, ante cuius tempora Archiepiſcopales domus poſitæ erant indignæ, & modicæ facultates in ſede Paſtorem retinere diutius non poterant, dictus verò Petrus, tamquam à Deo in id prædeſtinatus, & gratiâ cœleſtis munere temporalis abundans fortunæ, inclytæ nobilitatis erexit Palatium, domos celebres ædificauit, conſtituit grangias, terras acquiſiuit & vineas, & in grangijs copioſam poſuit nutrituram. Quæ omnia volens prodeſſe ſucceſſoribus ſuis, domorum & grangiarum à nobis depopoſcit libertatem. Nouerint itaque vniuerſi præſentes,*

atque futuri nos pro amore Dei, & pro reuerendâ prece tam dicti amici noſtri Archipræſulis PETRI, *Eccleſiæ Bituricenſi domos Archiepiſcopales quitaſſe, & in eiſdem domibus liberaſſe quidquid eſt de ligno, ferro, plumbo, ſtanno, plumâ, corio, lanâ, canabo, lino, mazerias, & omnia domorum vtenſilia. Liberas eidem Eccleſiæ conceſſimus grangias, & in eiſdem grangiis bergerias, bouerias, & porcarias, & quamcumque nutrituram vbicumque eam habuerit, ſaluam eſſe, quantum ad Regiam ſpectat poteſtatem. De fructibus verò omnium terrarum, & vinearum ſuarum anno obitus ſui, Archiepiſcopo conceſſimus plenariam poteſtatem faciendi teſtamenti, & legandi vinum, & annonam, & leguminą ſecundum quod voluerit. Vt hoc autem præceptum noſtrum firmiſſimum ſit in poſterum, & omnino inconcuſſum, Regij ſigilli auctoritate roborari, nominis quoque noſtri charactere conſignari fecimus. Actum publicè Bituricis anno*
1159. *ab Incar. Domini* M. C. LIX. *aſtantibus in Palatio noſtro quorum ſubtitulata ſunt nomina & ſigna, S. Comitis Theobaldi Dapiferi noſtri. S. Guidonis Buticulary, S. Mathæi Camerary, S. Mathæi Conſtabulary, Data per manum Hugonis Cancellary.* Ceterùm Petri Bituricenſis plures Epiſtolæ extant ad Sugerium Abbatem S. Dionyſij, in MS. exemplari Clariſſ. Virorum Petri & Iacobi Puteanorum fratrum, quas retulit in Tom. IV. Hiſt. Franc. Scripr. eruditiſſimus Hiſtoricus Regis Andreas Querceranus, ex quibus ſequentes producimus.

VENERABILI, & dilectiſſimo fratri SVGERIO Abbati S. Dionyſij P. BITVRICENSIS Eccleſiæ humilis Miniſter ſalutem in Domino. QVOD mandauit prudentia veſtra, vt turris Sancti Palladij Præpoſitis Domini Regis redderetur, non fuit nobis graue; quia ſcimus vos pro vtilitatę noſtrâ hoc prouidiſſe. Rainaldus autem de Craciaco nolens ea reddere, dixit, quòd mitteret ad Comitem Rad. & ſecundum præceptum illius indè ageret. Nos autem non ſuſtinuiſſemus, quin ſtatim conuocatâ communiâ ſuper eum irrueremus, niſi quia vobis priùs ſignificare voluimus. Prouideat ergo dilectio veſtra, ne ex parte Comitis R. ſuſtentationem habeat. Damnum enim poſſet eſſe non ſolùm nobis, ſed etiam Domino Regi maius, quàm nobis. Si quid minus de hoc negotio ſcribimus per magiſtrum Audebertum virum prudentem, & diſcretum, & quem ad vos mittimus, pleniùs vobis intimabitur.

EGREGIO Dei gratiâ Viromandenſi Comiti RADVLFO, SVGERIVS Beati Dionyſij Abbas ſalutem, & dilectionem. IVVENIS iſte Rainaldus de Craciaco feſtinat ad vos, vt iuſtitiam muretis contra Archiepiſcopum Bituricenſem, ipſum de firmitate ſancti Palladij expoliando, quâ inueſtitus erat quando Dominus Rex Hieroſolymam profectus eſt. Nos autem dictante iuſtitiâ præfatum Archiepiſcopum reinueſtiri præcepimus, quod nullomodo mutabimus, & vos hoc ipſum mandare volumus. De Vuidone verò de Hetembrachen, quem ad muniendam & cuſtodiendam turrim Bituricenſem miſeramus, dilectioni veſtræ ſignificamus, Præpoſitos Bituricenſes & Cadurcum ei turrem negaſſe: licèt poſtquam vobiſcum locuti fuimus, hoc idem eis iterum mandauerimus. Quod per præſentem nuncium vos ipſis præcipere ſcribendo volumus.

CARISSIMO *Domino, & amico* SVGERIO *venerabili Abbati Beati Dionyſij* P. BITVRICENSIS *Eccleſiæ Miniſter ſalutem.* SCIRE volumus dilectionem veſtram, quòd turris ſancti Palladij, ſicut præcepiſtis reddita ſit. Et quamuis nondum eam habeamus, inde multimodas vobis grates referimus: quia pro certo ſcimus, vos ita eam præcepiſſe reddi pro bono & vtilitate noſtra. Veruntamen nos cum multitudine militum & peditum ſequenti die, ex quo literas veſtras recepimus, ſuper Rainaldum ire volebamus, & quantò magis minas inferebat ex parte quorundam, quos modo nolumus nominare, tanrò magis aduerſus eos armabamur, & vires reſumebamus. Præterea mandauit nobis veſtra fraternitas per magiſtrũ Audebertum nuncium noſtrum, vt vobis occurreremus, & ſimul Domino Regi obuiaremus. Quod libenter faciemus, tùm quia aduentus Domini Regis nobis gratiſſimus eſt, tùm quia perſonam veſtram plurimùm dilectam honorare volumus & deſideramus. Præterea ſcire vos volumus, quia apud Lemouicas dominum Burdegalenſem, & Epiſcopos de Aquitania, ſicut inter nos collocuti fueramus, ad fidelitatem Domini Regis commonuimus: & ſicut no-

bis promiſerunt, in fidelitate ipſius Domino auctore permanebunt. Quod vobis placuerit, per præſentium latorem nobis reſcribite.

GRATIAS immenſas referimus ſublimitati veſtræ, quia reditum Domini Regis nobis notificaſtis, & vt ei occurreremus vobiſcum præmonuiſtis. Nos autem libentiſſimè ei occurremus, & obnixè rogamus dilectionem veſtram; vt ſi per ſanctum Egidium venerit, per nos veniatis, & per Prouinciam noſtram tranſeatis. Deſideramus enim ſeruire vobis, & honorem quem potuerimus exhibere. Si autem per Cluniacum venerit, & illuc vobiſcum libenter ibimus. Cum autem illum appropinquare noueritis vobis, ſignificetis, vt ſciamus quando itineri veſtro adhærere debeamus.

LITERAS veſtræ ſublimitatis accepimus, quibus monuiſtis vt die Iouis apud Vizeliacum, vel die Veneris apud Corbiniacum ſimus. Sed poſteaquam miſimus nuncium noſtrum ad vos, dictum fuit nobis, quòd Dominus Rex Bartholomæum Archidiaconum noſtrum occurrentem ſibi ſuſcepit in gratiam ſuam, ac pro eo fudit preces ad Dominum Papam: & nos quoque pro ipſo interpellare diſpoſuit, & obnixè rogare, vt nos ab hoc, quod pro honeſtate, & decore domus Dei inchoauimus, deſiſtamus. Fiduciã igitur habentes in vobis, non meritis noſtris, ſed quia Deum & honorem eius diligitis, volumus præmunire prudentiam veſtram, vt efficiatis apud Dominum Regem, ne diffamatum illum, de cuius honeſtâ conuerſatione multa audiſtis, manutenere velit, nec nos interpellet pro eo. Timemus enim ne eſſet cauſa offenſionis, ſi interpellaret nos de te, quæ non eſſet habitura effectum. Criminoſam quippe vitam illius ſuſtinere non poſſumus nec debemus, nec indulgere flagitiis eius. Nam quod de ipſo facimus, conſilio multorum Religioſorum incœpimus, qui grauiter confunderentur, ſi deſiſteremus, & faciem Eccleſiæ Dei quaſi dehoneſtatam iudicarent, ſi hominem talem contra ſanctitatem conſilij eorum præualere viderent. Placeat igitur dilectioni veſtræ, reſcribere nobis conſilium veſtrum. Nam ſi laudaueritis, proxima die Veneris erimus apud Corbiniacum, ſi aliquo modo poterimus.

QVONIAM de religione & amici-

A tiâ veſtrâ plurimum confidimus, ſecuriùs vobis ſcribimus, maximè quæ ad honeſtatẽ pertinere cognoſcimus. Bartholomæus ſiquidem Archidiac. noſter malæ vitæ, & peſſimæ famæ, precibus Domini Regis apud Dominum Papam obtinuit, vt cauſa, quæ inter nos & ipſum, ex mandato Domini Papæ ante Dominum Burdegalenſem agitabatur, in Octauis Pentecoſtes ad grauamen noſtrum Romæ tractaretur. Quapropter oportet nos illuc in proximo ire, vel mittere, niſi iuſtitiæ & honeſtati volumus deeſſe. Ideóque dilectionem veſtram obnixiùs deprecamur, quate-

B nus apud Dominum Regem efficiatis, vt Domino Papæ pro nobis ſcribat, & vos ipſe ſcribatis ſicuti fidelis noſter Conſtantinus latiùs vobis exponet.

EXCELLENTISSIMO *Dom.* LVDOVICO *Dei gratiâ magnifico & pacifico Francorum Regi*, PETRVS BITVRICENSIS *Eccleſiæ humilis Miniſter ſalutem & veræ humilitatis obſequium. De benignitate veſtræ Maieſtatis, non pro meritis noſtris, ſed pro ſolâ liberalitate veſtrâ præſumentes, ſtatum noſtrum, & incumbentia nobis negotia vobis neceſſarium duximus inſinuare, veſtrum in illis auxilium*

C *ſperantes & fiducialiter expectantes. Senonis in Curiâ Domini Papæ conſtituti, cauſam pro Eccleſiâ Bituricenſi contra Dolenſes Monachos agitamus, qui nobis noſtra tollere conantur, & nos & Eccleſiam Bituricenſem, quæ veſtra eſt, vexare & turbare non verentur, eius omnimodam dignitatem minuere nitentes. Contra quos licèt iuſtitia noſtra nobis debeat ſuffragari, non dubitamus tamen quin ope veſtrâ in hoc negotio noſtro plurimùm indigeamus. Vnde quia & nos & Eccleſia Bituricenſis veſtri ſumus, honor noſter veſter eſt; & noſtra vtilitas, veſtra; noſtrum quoque detrimentum, & diminutio dignitatis Eccleſiæ Bituricenſis, ve-*

D *ſtræ Coronæ decori nullatenus poteſt non imputari: veſtram cum omni humilitate manſuetudinem exoramus, vt Domino Papæ & Cardinalibus pro nobis, & pro Eccleſiâ veſtrâ cum tantâ diligentiâ ſcribere dignemini, quatinus ipſi ſentiant vobis placere ſi nobis & Eccleſiæ noſtræ ius illibatum conſeruarint, & honorem exhibuerint competentem. Sentiant nihilominus, ſi aliter fecerint, non modicum veſtræ Regiæ Maieſtati diſplicere. Didicimus enim ab his qui Curiam perfectè nouerunt, quia niſi apertiùs veſtram et voluntatem expreſſeritis, veſtrarum precum non ſentiemus effectum.*

Lator præſentium Vilelmus fidelis noſter & veſter, hæc & alia vobis latius explicabit. Petimus ergo, vt ei credatis. Conſeruet vos Deus per tempora multa, & conterat inimicos veſtros ſub pedibus veſtris.

Sunt etiam Epiſtolæ eiuſdem PETRI ad Lud. Regem, in negotio Eccleſiæ S. Portiani cum loci burgenſibus, vbi pactionis arbiter conſtituitur Archimbaudus dominus de Borbonio; & in cauſâ Decani Briuatenſis cum Præpoſito & Abbate; demum pro reſtitutione & ſecuritate caſtelli Gimonis Dynaſtæ de Maduno, præſente Ebone de Carentonio, & aliis Baronibus. Idem ille porrò Archiepiſcopus intelligendus eſt, ad quem dirigitur epiſt. Alexandri III. ſcripta Tuſculi 8. Cal. Maij 1171. quâ ei mandatur, vt abſoluat vice Apoſtolicâ, Londinenſem & Saliſburienſem Epiſcopos à vinculo excommunicationis, quâ innodati fuerant à ſanctæ recordationis Thomâ quondam Archiepiſcopo Cantuariæ, quas tamen literas morte præuentus non potuit exequi. Hic autem inter alia, beneficiis & bonis Eccleſiam cumulando, memoriam ſui poſteris propagauit; nam & baſilicam Metropolitanam variis muneribus ornauit, inſuperque Archiepiſcopis largitus eſt caſtrum & dominium de Nauis in Archipreſbyteratu Cantelæ, villam de Chabris, poſteà permutatam cum Cantiliaco, feuda de Belloforti in Aruerniâ, & de Caluomonte in territorio Aurelianenſi, præter quadringentas libras in numerato pro anniuerſario diſtributas; Poſtremò cum religionis, bonorum operum, & dignarum pio Antiſtite virtutum ſe in omnibus ſpecimen præbuiſſet; ex hâc vitâ ereptus

1171. M. C. LXXI. tumulatur in choro maioris Baſilicæ, ſub laminâ æneâ cui inſculptum hoc Epitaphium.

Clauditur hic PRIMAS, *ſtans nomine, mentéque* PETRVS,
DE CASTRA; *nomen facta latere negât:*
Maior honore ſuo, fortunâ fortis in omni,
Pertulit intrepidus damna, pericla, minas.
Oppida, templa, domus, quorum ſtructura ſuperbit,
Auctorem facient inueterata nouum.
Redditum duplicans numerũ, via turis, aſylũ
Pauperis, exemplar Religionis, erat.
Vltima Primatis Maij lux prima prioris
Vitæ meta fuit, principiúmque nouæ.

Eſt verò Caſtra oppidum leucis quindecim ab Auarico diſtans, notum Archipreſbyteratu diœceſano, & illuſtri gente cognomine, cuius aliquot ſepulchra antiqua Militum cum ſtemmaribus viſuntur, in clauſtris Abbatiæ de Nigro lacu; hæc enim familia Caſtræa, inter alios militiæ caſtrenſis Duces, protulit Claudium Franciæ Mareſchallum, Biturigum Proregem.

62. STEPHANVS DE LA CHAPELLE II. frater fuit Galteri domini Capellæ in Briâ, & de Villebeon, Ludouici VII. ac Philippi Auguſti Regum Franciæ Cambellani, ac patruus Petri Pariſienſis, Stephani Nouiomenſis, & Guilelmi Meldenſis Epiſcopotum: vt auctor eſt Quercetanus in Hiſtoriæ Drocenſis lib. 2. c. 1. Præſens legitur in pancartæ nigræ S. Martini Turonenſis tabulâ abſolutionis hominum territorij Sacri-Ceſaris in ſuâ diœceſi, à talliâ de Liriaco, adſtantibus Giraudo Cadurcenſi Epiſcopo, & Gaufrido Abbate apud S. Satyrum confectâ. Memoratur & in vetuſto inſtrumento Roberti Comitis Drocarum domini Branæ, pro immunitate cenſus datâ hoſpitali ſanctorum Geruaſij & Prothaſij Pariſienſis in villâ de Chaillis an. 1171. Breui 1171.
tempore Auarici Biturigum ſediſſe argumento eſt, quòd reliquum vitæ in Monaſterio S. Victoris Lutetiæ peregerit inter Canonicos regulares; Mortuus enim 1173. in Chronico Dolenſi, 1173.
ſepulturæ mandatur apud eoſdem Victorinos hâc epigraphe.

HIC IACET

REVERENDVS *Pater Dominus* STEPHANVS, *qui natus Pariſiis ex Epiſcopo Meldenſi*, BITVRICENSIS *Primas factus eſt:*

In eiuſdem etiam Cœnobij Necrologio habentur hæc verba: *Pridie Idus Ianuarias anniuerſarium ſolemne piæ memoriæ venerabilis* STEPHANI BITVRICENSIS *Archiepiſcopi, qui Eccleſiam noſtram ſpeciali amore diligens, magna deuotionis quam erga nos habebat affectu, de Archiepiſcopatu ſuo ad nos veniens, quietis ſibi, ac ſepulturæ locum, Eccleſiam iſtam inter omnes alias praelegit, ſocietatis noſtræ frater effectus: pro cuius Archiepiſcopi animâ dedit nobis in eleemoſynam frater ipſius Galterus Regis Camerarius pro anniuerſario, & pro ſuo, & vxoris Auelinæ, medietatem terræ, grangiæ, & aquæ de Chaſteillon, & omnium quæ ibidem habebat.* Interim Sede plus biennio vacante,

Archiepiſcopus Burdegalenſis euoca- A
tus à Capitulo Bituricenſi Ordines ce-
lebrauit. Hoc verò tempore, refertur
ex quodam MS. codice Canonicos
Metropolitanæ Eccleſiæ, & alios vi-
xiſſe in communi huc vſque Regula-
tium more. At in diplomate Ludoui-
1174. ci 7. 1174. pro libertate clauſtri dici-
tur Capitulum in memoriam gratitu-
dinis, in ſe recepiſſe anniuerſarij cele-
brationem pro ipſo Rege, & pro bo-
næ memoriæ STEPHANO quondam
Archiepiſcopo Bituricenſi; quod cum
aureo annulo oblatum à Rege altari
S. Stephani, ſubſignarunt Theobal-
dus Comes Dapifer, ſeu magnus Se- B
neſcallus, Mathæus Camerarius, Gui-
do Buticularius, Radulphus Conſta-
bularius, vacante Cancellariâ; quam
immunitatem conceſſam à proauo con-
firmauit S. Ludouicus Vindocini M.
CC. LIX. menſe Ianuario.

GIRARDO. 63. GARINVS DE GIRARDO
ex tertio Abbate Sancti Emundi Pon-
tiniacenſis, religione, & genere clarus
vocatur in Chron. Lemouicenſi. Re-
duxit numerum præbendarum Eccle-
ſiæ Bituricenſis ad triginta Humbaldo
1178. Decano 1178. Concilio generali La-
teranenſi aſſiſtit, & Remis Sacro Phi- C
1179. lippi, Ludouici 7. Regis filij 1179.
vt eſt in Annalibus Rogerij de Houe-
den. Circiter eundem annum deceſſit
in quadrageſimâ, teſte Voſienſi Chro-
nico MS. in Autiſſiodorenſi ſcribitur
1180. mortuus M. C. XXC. 20. Martij; quieſ-
cit Pontiniaci ad latus Euangelij tali
titulo.

HIC IACET
Dominus GARINVS *Archiepiſcopus*
BITVRICENSIS, *tertius Abbas hu-*
ius Monaſterij.

SVLLY. D'azur ſemé de molettes d'or, à vn Lyon de meſme.

64. HENRICVS DE SVLLY I. fi-
lius Archembaldi I. Dynaſtæ Soliaci D
ad Ligerim, & Mathildis de Baugen-
cy, lineâ matris cognominis ex augu-
ſtâ gente regali Francorum & Viro-
manduenſium Comitum progenitæ.
Huius meminit Albericus in Chroni-
co MS. ſub an. Dom. M. C. XCVI: cùm
» ait. Ciuitate Biturigas poſt Petrum E-
» piſcopum Guarini ſucceſſorem, erat
» Archiepiſcopus, vir nobilis & religio-
» ſus HENRICVS. Huius frater Odo
» Cantor Bituricenſis in Epiſcopum Pa-
» riſienſem poſt Mauritium eligitur. E-
» rant iſti duo fratres Ægidij de Soil-
» leio nepotes magni Theobaldi Comi-

A tis; quorum ſoror Radulpho filio Ebo- «
nis de oppido de Dolis, peperit ma- «
trem Guilelmi de Chauuigny, qui per «
eum factus eſt Dominus de Caſtro- «
radulphi. Ægidius de Soilleio de ſo- «
rore Ebbonis de Charenton Epiſco- «
pum vnum Simonem, & Erkenbal- «
dum patrem Henrici de Soilleio. Com-
mendatur autem HENRICVS à Petro
Bleſenſi Archidiacono Bathonienſi in
Angliâ ep. 126. 127. 160. De illuſtriſſi- «
mis, inquit, Principibus originem tra- «
hens: hinc Regis Angliæ Henrici II. «
conſanguineus, inde Francorum Re- «
gem Philippum Auguſtum lineâ gene- «
B ris propinquiore contingit. Conſe- «
cratur à Lamberto Cribello Archie-
piſcopo Mediolanenſi Cardinali, po-
ſteà Vrbano III. Papa, huius quon-
dam Eccleſiæ Archidiacono, qui hoc
ipſe teſtatur diplomate cartularij Bi-
turicenſis pridie Cal. Martij anno I.
Pontificatus M. C. XXCVI. quo con-
cedit Henrico ſex Clericos in obſe-
quio cum perceptione fructuum ſuo-
rum beneficiorum. Cuius inaugura-
tioni pariter interfuit Guilelmus Ar-
chiepiſc. Burdegalenſis. Eidem etiam
delegauit officium Sedis Apoſtolicæ
in prouinciâ Aquitanicâ, præter quam
C in monaſterio Dolenſi, pridie Idus
Aprilis Veronæ, vbi HENRICVM «
vocat virum prouidum, diſcretum, «
moribus & genere ſimilem, ibique te- «
ſtatur Vrbanus ſe teneri ſpecialiter, & «
præcipuè, diligere Eccleſiam Bituri- «
cenſem inter alias Gallicanas bene- «
ficiorum intuitu, quæ iam pridem ab «
eâ in minori officio conſtitutus acce- «
perat. Ceterùm petiit ab eo Pontifice «
Archiepiſcopus, vt in nouo Primatis
aduentu Barones & milites coram
ipſo Pacem & Treugam Domini iu-
rarent; inſtituitque aſſenſu Decani &
D Capituli, vt feſtum Aſſumptionis ce-
lebraretur ſub officio Cantoris ſolem-
niter inſtar Pentecoſtes. Sed & aucto-
ritate Apoſtolicâ fretus, extendit nu-
merum Canonicorum ad quadraginta;
Ei inſcripſit epiſtolam Innocentius
III. Pont. incipientem. Nec vniuer-
ſa, memoratúrque in alterâ datâ La-
terani XII. Cal. Februarij 1199. & ha- 1199.
betur c. inter Corporalia, de Tranſla-
tione Epiſcoporum. Hoc eodem anno
Primatus priuilegio, electionem Pi-
ctauenſis Epiſcopi probat, vt eſt in
Metropolitanæ baſilicæ archiuis. He-
lias quoque Burdegalenſis Archipræſ.

ſcribens ad Vrbanum III. Henricum A noſtrum Bituricenſem Primatem ſuum nuncupauit: quod ius Primatiæ in Prouinciam Burdegalenſem, Lucius III. Papa confirmauit 1183. Vrbanus III. 1187. 5. Cal. Februarij. Clemens
1188. III. 1188. & Celeſtinus III. an. 1192. 3. Idus Ianuarij. Idem Clemens Henrico mandauerat, ne Monachi, vel Canonici Regulares ſoli per oppida, vel domos manerent, vbi eum in epigraphe vocat Primatem Aquitaniæ; quo epitheto eum afficit Vrbanus, commendans in eo probitatem, & ſummæ deuotionis conſtantiam; Nec B contemnenda videtur hic chartophilacij Bituricenſis epiſtola fol. LXIX.

SANCTISSIMO in Chriſto Patri, ac Domino Honorio Dei gratiâ ſummo Pontifici S. diuinâ miſeratione Nouiomenſ. Eccleſiæ Miniſter humilis: Salutem, & tàm deuotæ, quàm debitæ ſubiectionis, & obedientiæ famulatum. Mirantur omnes qui audiunt quo conſilio ductus Dominus Burdegalenſ. Archiepiſcopus à ſubiectione Bituricenſis Eccleſiæ tantoperè ſe eximere conetur, cui ſubeſſe prædeceſſores ſui honorificum reputabant. Nos quidem, Pater ſancte, interfuimus, quando Dominus Vvilelmus Burdegalenſis Archiepiſcopus C Dominum HENRICVM electum in Bituricenſem Archiepiſcopum conſecrauit, vbi idem Burdegalenſis coram omni populo ſe ſubiectum eſſe Bituricenſi Eccleſiæ, & eum, quem conſecrauerat, Primatem eſſe ſuum recognouit. Hoc autem ſi placet S. V. parati ſumus pro Deo, & iuſtitiâ teſtificari, & iurare coram illis, quibus hoc V. S. duxerit committendum, & ita nos audiſſe, & vidiſſe in verbo veritatis, coram Deo, & hominibus affirmamus. Intereſt reuelationi corporis S. Stephani de Mureto, Grandimontenſis Ordinis fundatoris; hæc enim ſunt verba ſcripto- D
» ris MS. Chronici. Appropinquante, in-
» quit, feſto S. Auguſtini, defuncto re-
» cente Henrico II. Anglorum Rege
» illuſtriſſimo, cum magnâ velocitate
» Dominus Legatus, ac veloci curſu ad
» Grandimontem accedit. Conuocatis
» igitur & coadunatis ibidem Archie-
» piſcopis & Epiſcopis, videlicet Hen-
» rico Bituricenſi, Rainaudo Apamienſi
» (qui tunc temporis à tranſmarinis par-
» tibus exul huc venerat) nec non &
» Heliâ Burdegalenſi Archiepiſcopo, &
» Saibrando Lemouicenſi, Vuillelmo
» Pictauenſi, Heliâ Xantonenſi, Ade-
» maro Petragoricenſi, Geraldo Catur-
cenſi, & Bertrando Agennenſi Epiſco- «
pis, Abbatibus etiam & viris religio- «
ſis cum plebe innumerabili. Tunc «
etiam Clerici, qui vſque ad tempus «
illud diſcordes extiterant, Deo inſpi- «
tante ad pacem redeunt: Et videnti- «
bus cunctis, quos ſupra nominauimus, «
in capitulo obedientiæ noſtræ iugo «
colla ſubmittunt. His itaque peractis «
ac lætantibus vniuerſis in Domino ve- «
nimus ad locum, vbi corpus B. Ste- «
phani cum digno honore humatum «
iacebat. Tunc Domino Legato iu- «
bente, atque præcipiente à terra ele- «
B uatur, & per clauſtrum cum magnâ «
veneratione cereis ardentibus, ac thu- «
ribulis fumigantibus portatur, popu- «
lo præcedente & ſubſequente, cum «
hymnis & laudibus in Eccleſiâ dedu- «
citur, & ſuper altare B. Mariæ hono- «
rificè ponitur. Dominus autem HEN- «
RICVS BITVRICENSIS Archie- «
piſcopus ac Primas Aquitanicus, iuſſu «
& præcepto Domini Legati præparat «
ſe ad officium miſſæ in honore S. Ste- «
phani. Eius præterea aduentus Cla- «
romontem, ſedauit diſcordiam inter Robertum Epiſcopum, & Guidonem II. Comitem Aruerniæ fratrem, quam C dirimit Henricus, confectis eius prudentiâ pacis codicillis 1199. menſe Iunio, qui habentur in literis originalibus domus Aruerniæ, & in veteri regeſto chartarum de Mercurol. Rectè igitur apud Rigordum in geſtis Philippi Aug. Regis dicitur vitâ functus M. C. XC. IX. non autem 1200. 3. Idus 1199.
Sept. quemadmodum Chronicon Lemouicenſe S. Stephani, Calendarium Medij Monaſterij, aliique Auctores* vulgò tradidere: idem ſepulturam accepit in Abbatiâ Loci-Regij, vbi hæc breuis inſcriptio:

D *Hic bonus* HENRICVS, *vir nobilis &*
PATRIARCHA
Quondam BITVRICVS, *tumuli iacet huius in arcâ.*

65. SANCTVS GVILELMVS I. Mathildis Comitiſſæ Niuernenſis dominæ Donziaci auunculus: primùm Canonicus Eccleſiæ Pariſienſis & Sueſſionenſis, inde Grandimontenſem ingreſſus Ordinem, tranſiit ad Ciſtercienſem, vbi factus Abbas Karoli-loci, teſte Rigordo Philippi Auguſti Chronographo, eligitur Bituricenſis Archiepiſcopus die S. Clementis 1199. Nouembris 1199.
XXIV. & à Burdegalenſi Præſule conſe-

cratur, qui illum ſicut Author vitæ eius apud Surium tradit, totius Aquitaniæ Primatem nuncupat. Meminit ordinationis eius Albericus in chronico his verbis: Abbas Caroliloci Gvilelmvs factus eſt Archiepiſcopus Bituricenſis, ſanctis moribus adornatus, & in vitâ ſuâ licet occultè fecit miracula; non enim fuit mundo palam cognitus vſque poſt mortem ipſius. Erat enim nobilis genere, ita quod Domina de Monteargiſo fuit ſoror vel neptis illius, quæ Domina Petro de Cortenaio Regis Philippi patruo, peperit Comitem Petrum Autiſſiodorenſem. Interfuit Synodo Sueſſionenſi, quâ Innocentius III. Papa per Legatos declarauit, filios Agnetis repudiatæ à Philippo Auguſto eſſe legitimos: noluit verò Guilelmus recipere ius conferendi præbendas Cathedrales à Capitulo oblatum; ſed tantùm eodem conſentiente, vniuit Archipresbyteratum Exoldunenſem maiori Archidiaconatui, cum anteà fuiſſet Caſtri Radulphi Archidiacono ſubiectus an.
1202. 1202. Adfuit quoque tralationi reliquiarum Sancti Benedicti Floriacenſis 1207. Sed imprimis non eſt prætereundum Papam Innocentium 3. ei Primatum confirmaſſe Nonis Februar. an. 1200. & iterum reſcripſiſſe v. Calend.
1204. April. 1204. vt Magiſter P. Paruus reciperetur in Canonicum quia Scholas Theologiæ apud Biturigas rexiſſet, & ipſum Archiepiſcopum cum quibuſdam Canonicis habuiſſet aſſiduè auditorem. De illo plura Vincentius Beluacenſis l. 29. c. 62. & lib. 31. c. 65. Cæſarius lib. 2. c. 29. Chron. Altiſſiodorenſe & Turonenſe, Theſaurus Ciſtercienſis c. 23. Molanus in addit. Vſuardi, Henriquez in Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium aliiue Scriptores. Ad ſuperos euolat Gvilelmvs anno
1209. Dom. 1209. Ianuarij x. quo die feſtum eius celebratur ſub Officio Cantoris, & duplex in Eccleſia Lingonenſi, ſemiduplex Pariſiis & Rotomagi; in Martyrologio Lemouicenſi, notatur depoſitio S. Guilelmi eximij Præſulis & egregij Confeſſoris, cuius vita claret in terris plena fide, & mors in conſpectu populis precioſa fulget. Eius ſanctitatem paſſim prædicant Chronica Alberici, Sanctorum Martialis, Stephani Lemouicenſis, & codex MS. S. Illidij Claromontenſis; quamobrem cum miraculorum gloriâ inclytus clareret, ſic vt fama eius ferretur per Franciam commendabilis teſtimonio Alberici, inter Diuos relatus eſt à Papâ Honorio Tertio M. CC. XVIII. vt fidem faciet excerptum veteris Chronici Grandimontis MS. quod tale eſt. Ademarus Prior interfuit Concilio generali, quod fuit celebratum ſub Innocentio Papâ III. vbi ab ipſo petiit Canonizationem S. Gvillelmi Confeſſoris Bituricenſis Archiepiſcopi, quam impetrauit, ad teſtimonium tam iſtius Prioris, quàm aliorum plurimorum Religioſorum, & fide dignorum; quia in quantâ ſinceritate mentis, & conſcientiæ puritate vixerit in Grandimonte, Ademarus VIII. Prior vir religioſus, adſtantibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & plurimis aliis, in ſolemni Conſiſtorio, coram venerandæ memoriæ Innocentio Papâ, qui eos ad Concilium euocarat, ſolemni & affirmatiuâ in ordine ſuo proteſtatione monſtrauit. Igitur Sanctorum catalogo adſcriptus, Matildis Comitiſſa ob cultum excellentiſſimi, inquit, Confeſſoris Guilelmi auunculi ſui, legat Eccleſiæ Bituricenſi duodecim libras Pariſienſes redditus in quæſturâ Niuernenſi, ad incendendum cereum perpetuò ante ipſius tumulum, diplomate menſis Iulij 1223.

66. Girardvs de Cros, aliàs Vvlgrini Decanus Claromontenſis, Beati Guilelmi ſucceſſor teſte Alberico: hunc dilectum & fidelem ſuum nominat Philippus Rex in decreto de ſternendis ſaxo plateis ciuitatis Bituricæ, dato Pariſiis an. 1210. quod legere 1210.
eſt in tabulario S. Stephani. In cuius Antiſtitis gratiam idem Philippus Auguſtus Innocentio III. ſic ſcribebat:

De Cros.

Beatissimo in Chriſto Patri, & Domino Dei gratia ſummo Pontifici, Philippus eâdem gratiâ Rex Francorum ſalutem, & debitam in Chriſto reuerentiam. Ecclesia Bitvricensis, licet tenuis in facultatibus, inter alias tamen Regni noſtri Eccleſias exiſtit nobilior, cum ſicut veſtra plenius nouit paternitas, Primatia obtineat dignitatem, cuius honorem noſtrum, & Regni noſtri proprium reputamus. Cum igitur Burdegalenſis Archiepiſcopus prædeceſſorum non ſequens veſtigia, ſe adeo obedientem, & deuotum Eccleſiæ Bituricenſi exhibere non velit, ſicut ijdem prædeceſſores ſui feciſſe noſcuntur, paternitatem veſtram cum quantâ poſſumus deuo-

deuotione rogamus quatenus ius Bituricen-
ſis Eccleſiæ intuitu Dei, & precum noſtra-
rum obtentu conſeruare velitis, nec ſuſti-
neatis, quod tantus honor Regni noſtri, cir-
ca hoc in aliquo minuatur; cum ſola Bitu-
ricenſis Eccleſia in toto Regno noſtro Pri-
matiæ obtineat dignitatem, in cuius dimi-
nutione, (quod Deus auertat) nobis, & Re-
gno noſtro non mediocriter reputaretur eſſe
1121. *detractum. Actum Pariſ. 1211. menſe Maio.*

Matthæus Paris in Hiſt. Angl. ad
an. 1213. refert Bituricenſem ciuitatem
1213. Albigenſibus hæreticis cōfœderatam,
ſed à Crucesignatis die feſto S. Mariæ
Magdalenæ oppugnatam & ſuccenſam
fuiſſe. Geraldo ſcribit Capitulum Ru-
thenenſe pro licentiâ obtinendâ eli-
gendi ſibi Paſtorem in locum Hugonis
1214. Huic etiam aut deceſſori ſcri-
bit Innocentius Papa III. c. veniens,
de his qui matrimonium accipere poſ-
ſunt, in 3. compilatione. Reduxit Ca-
nonicos de Salis ad duodecim Præ-
bendas, quarum habet collationem Ar-
chiepiſcopus. Petrus Monachus Val-
liumcernaij in Hiſtoriâ Albigenſium
& belli ſacri in eos ſuſcepti, duce Si-
mone de Monteforti, auctor eſt ad an.
1216. 1216. cap. 84. habuiſſe comitem expe-
» ditionis Geraldum. Interea, inquit,
» Comes nobilis Montisfortis, caſtra
» quæ apoſtauerant ipſo anno in diœ-
» ceſi Nemauſenſi fortiter impugnabat.
» Venerant autem in eius auxilium Gi-
» rardvs Bitvricensis Archie-
» piſcopus, & Robertus Claromonten-
» ſis Epiſcopus viri potentes, qui anno
» præcedenti, crucem aſſumpſerant, con-
» tra turbatores pacis & fidei ſubuer-
» ſores. Venerunt cum eis, milites & ſer-
» uientes quamplures, quorum auxilio
» ſuffultus Comes obſedit quoddam ca-
» ſtrum prope villam S. Egidij: Et infra:
» Archiepiſc. Bituricenſis & Epiſcopus
» Claromontenſis peracto ſuæ peregri-
» nationis termino, videlicet quadragin-
» ta dierum ad propria remearunt: Al-
bericus, eumdem è viuis ſublatum no-
tat in via Romanâ poſt nouem annos,
1219. qui obitus ſignatur, 1219. in Calend.
Medij Monaſterij M. CC. XVIII. Non.
Iulij, cui dedit quinque libras Turo-
nenſes pro Anniuerſario; in Chronico
Lemouicenſi, & apud Vincentium
lib. 27. cap. 29. dicitur fulſiſſe fide,
ſanctitate, doctrinâ, & miracu-
lis.

Svlly. — Comme cy-deſſus.

67. Simon de Svlly I. Hen-
rici nepos, Ægidio II. Soliacenſi Do-
mino ex Luciâ de Charenton natus:
De eo ſic Albericus in Chron. Apud «
ciuitatem Bituricas poſt S. Guilelmum «
factus eſt Archiepiſcopus Geraldus «
Decanus Clarimontenſis, qui poſt no- «
uem in viâ Romanâ deceſſit. Huic «
ſucceſſit vir honeſtus & nobilis Simon «
Cantor Bituricenſis, frater Erkenbaldi «
de Soilliaco ſuper Ligerim, cuius pater «
Ægidius, frattes habuit Archiepiſc. «
Henricum, & Epiſcopum Odonem «
Pariſienſem. Horum omnium pater «
Guilelmus dicitur frater extitiſſe ma- «
gni Comitis Campaniæ Theobaldi, «
ſed quia nullius valoris fuit & balbus, «
& quandam nobilem puellam, quæ «
erat in ſeruitio matris ſuæ, filiam Do- «
mini de Soliaco accepit, idcirco à Co- «
mitatu alienatus. Ad Pontificatum «
Bituricenſem promotum fuiſſe an. M. 1218.
CC. XVIII. liquet ex Chronico S. Mar-
tialis Lemouicenſis; Eiuſdemque aſ-
ſenſu & aliorum, Philippus Auguſtus
Rex acquiſiuit dominio tertiam par-
tem Caſtri Exolduni, cum iam reliquas
haberet ab hæredibus Domini de Cu-
lant, vt ſubiecto patet diplomate:

Ego Radulphus de Culent Prior Vaſti-
nenſis, auunculus & tutor hæredum de Cu-
lent. Notum quod de conſilio amicorum &
parentum hæredum de Culent, videlicet,
Archiepicopi Bitvri-
censis Archembaldi Domini de
Borbon, Roberti de Bomez, Odonis Trouſſe-
bois, Radulfi de Paçac, Petri de Creuent,
Militum; pro vtilitate hæredum de Culent,
quittauimus in perpetuum Domino Philippo
illuſtri Francorum Regi & hæredibus, quid-
quid iuris habebamus in caſtro Exolduni
& pertinentiis, tam in feodis, quàm in do-
manijs. Et Rex propter hanc donationem
quitauit tertiam partem Caſtri-noui ſuper
Carum fluuium, & tertiam partem Maroly,
ſuper Arnon fluuium, ſicut Radulphus
quondam Dominus Exolduni ea tenuit,
poſſidenda à nobis & hæredibus in perpe-
tuum, poſt deceſſum quondam vxoris defun-
cti Radulfi Domini Exolduni, quæ fuit filia
Petri Comitis Niuernenſis eiuſdem Regis
conſanguinei. Inſuper dedit nobis M. L.
Pariſ. de quibus reddendis, ſi forte hæredes
de Culent, cum ad adultam ætatem peruc-
nerint ab hâc donatione reſilirent, Ego
Radulfus de Culent Prior Vaſtinenſis con-
ſtitui erga R. plegios Archembaldum de
Borbonio pro CCC. Aymonem Dominum
Karrofij de C. L. Pariſ. Henricum Domi-
num Soliaci de C. L. Stephanum de S. Palla-
dio de C. Galcherium de Corcellis de C. Odo-

nem Troſſebois de C. Guilielmum de Linie-
1221. *rijs de C. Actum anno Dom.* M. CC. XXI.
menſe Iulio. Poſthæc Simoni Honorius
3.Pont.confirmat 1223. Idib. Decemb.
ius Primatûs in prouinciam Burdegal.
1223. eique Apoſtolicæ Sedis Legato ſcribit
cap.31. ad audientiam de reſcriptis, &
Greg.IX. 3. Cal.Sept. 1227. Idem Præ-
ſul conſenſit, vt Galterus Carnotenſis
cõſecraret Romæ Steph. Mimatenſem
Epiſcopum 1223. hoc eodem anno ar-
biter nominatus cum Archidiacono
Lemouicenſi in diſſidio Religioſorum
Grandimontis, quod pacificè compo-
ſuit, vti & controuerſiam nepotum de
Soliaco, quam ex membranâ veteris
regiſtri chartarum de Aiis hoc modo
exſcripſimus:

Simon *Dei gratiâ* Bituricenſis Archiepiscopus Aquitaniæ Primas *Salutem &c. Nouerit
vniuerſitas, quod cùm contentio fuiſſet inter
dilectos nepotes noſtros Henricũ Soliaci Do-
minum & Guilielmum fratrem ſuum ex al-
terâ, ſuper eo, quod Guillelmus petebat ter-
ram de Argento & de Climon, ratione por-
tionis hæreditatis paternæ; tandem de om-
nibus querelis in noſtrâ præſentiâ amicabi-
liter pacificatum in hunc modum: Videli-
cet quod Guilielmus fide datâ quictauit
Henrico, quidquid de iure dicebat ſe habere
in totâ terrâ de Argento & de Climon; Et
Henricus debet ei reddere annuatim C.L.
Pariſ. & tali portione Guilielm. promiſit ſe
eſſe contentum. Ita quod quandiu dilectus
frater noſter, pater eius Archembaudus de*
Soliaco *viueret, in omni terrâ quæ
mouet de capite Archembaldi patris, ipſe
Guilielmus nihil poſſet petere ratione heræ-
ditariæ portionis, ſaluis tamen quadraginta
libris quas dictus debet eidem Guilelmo
reddere annuatim ſicut dixit &c. Actum
an. Dom. 1225. menſe Nouembri.* Adfuit
1225. Simon Ludouico 8. Regi apud Mon-
tempenſerium in Aruerniâ morienti 8.
1226. Nouemb. 1226. cui mandatum dedit
procurandæ coronationis S. Ludouici
eius filij, vt eſt in regio cartophilacio
Pariſienſi. Eodem anno Romanus
Card. S. Angeli, Honorij Papæ in Fran-
ciâ Legatus, Concilium celebrauit
apud Biturigas, aduerſus hæreticos Al-
bigenſes, cui interfuêre Lugdunenſis,
Remenſis, Rotomagenſis, Turonenſis
& Auxienſis Archiepiſcopi, teſte Ma-
thæo Pariſienſi in Hiſt. quam Syno-
dum rejicit Albericus ad an. M. CC.
XXV. die feſto S. Andreæ, vbi de con-
trouerſiâ quorumdam Primatum actum

A eſt quidem, ſed nihil ordinatum. Por-
rò conſtituit Cantorem Eccleſiæ Bitu-
ricenſis in Priorem perpetuum Colle-
gij Canonicorum S. Petri Puellaris, &
dedicauit baſilicam S. Petri le Guyart.
Quod autem fuerit adſcriptus inter
Cardinales tit. S. Cæciliæ à Greg. IX.
1232. anno ſedis vltimo, nihil habetur
explorati in tabulis Soliacenſis fami-
liæ; nec abs re eum inter ſuos Cardi-
nales omiſêre Onuphrius, Ciacconius
& alij; quamquam liquidò conſtet ab
eodem Pontifice Legationis Officio in
regno Franciæ, diœceſi Lugdunenſi,
partibúſque Tranſmarinis fuiſſe deco-
B ratum, vt fidem facit diploma datum
Viennæ 7. Kal. Octob. Pontificatus
Gregorij an. 4. Obiit M. CC. XXXII. 1232.
6. Id. Aug. in Calendario Medij Mo-
naſterij cui dedit XX. libras pro anni-
uerſario. Sepultus in Metropolis cho-
ro ſub laminâ æreâ his verſibus:

Exuperans hæreſes Simon, *ens in Præ-
ſule Præſul*
Orator caſtus, patiens, ſine crimine faſtus;
Deuotus Chriſto, tumulo requieſcit in iſto,
Bis ſexcentenos octo quater egerat annos,
Chriſtus homo, ſexto Sextiles euolat Idus.

68. Petrvs de Chasteav-roux II. Bituricenſis huius Archie- Chasteav-Rovx.
C piſcopi notitia debetur Alberico, qui
commemorat in Chron. ad annum 1232.
1232. mortuo Simone Archipræſule,
poſt aliquas electiones eidem ſuffe-
ctum Petrum de Caſtro Radulphi, ſed 1234.
depoſitum M. CC. XXXIV.

69. Beatvs Philippvs Berrvier ſancti Guilelmi nepos, Ge- Berrvier.
raldi & Mattheæ filius. Primùm Ar-
chidiaconus Turonenſis, oblatum eiuſ-
dem Eccleſiæ Pontificatum recuſat;
exinde votis Cleri Aurelianenſis poſtu-
D latur in Epiſcopum, vnctus à Petro Se-
nonenſi Antiſtite. Cúmque annis qua- 1234.
tuordecim præfuiſſet ſummâ cum lau-
de, à Gregorio IX. Papâ Bituricenſem
Archiepiſcopatum aſſecutus eſt. M.CC.
XXXIV. vt teſtatur Chron. Lemouicẽſe.
Quin & dicitur in chartis Regiis 1238. 1238.
confirmaſſe Guidonem de Turre in
Epiſcopum Claromontenſem; ac do-
mui Dei pauperum de Cantelâ annua-
les redditus aſſignaſſe menſe Auguſt.
1240. in dotationis inſtrumento ſe in- 1240.
ſcribens Aquitaniarum Primatem. Hoc
eodem anno corpus B. Vrſini in capsâ
argenteâ repoſuit 14. Iunij; inter om-
nes ſui æui Prædicatores facundiſſimus

& ſanctiſſimus; Patribus Ordinis Do-
minicani in vrbem allectis Conuen-
tum ædificari curauit, ope Blancæ
filiæ Comitis Iouiniaci. Inde Conci-
1245. lio generali Lugdunenſi adfuit 1245.
memoratúrque apud Matthæum Paris
in Hiſt. Henrici III. Regis Angl. cum
Remenſi, Senonenſi, aliíſque Præſuli-
bus Crucesignatis, qui vnà cum Rege
Francorum contra Sarracenos expedi-
tionem aggreſſi ſunt. Hinc dedicat
in Pariſienſi Palatio Sanctam Capel-
1248. lam inferiorem 1248. Aprilis XXV. quo
tempore Otho Cardinalis de Caſtro
Rodulphi, Tuſculanus Epiſcopus, con-
ſecrabat ſuperiorem. Innocentius quo-
1254. que Pont. Philippo permiſit 1254. diſ-
penſare ſuper irregularitate pauperum
Clericorum, habitâ de eius circum-
ſpectione plenâ fiduciâ. Denique pius
Præſul, quem fuſius laudant Scripto-
res Annal. Aurelianenſis Eccleſiæ, cu-
ius zelus paſtoralis, charitas, ceteræque
virtutes pluribus ab hinc annis in pro-
uincia Bituricenſi florent, vigétque
memoria miraculorum, ad Dominum
1260. migrauit an. M. CC. LX. circa feſtum
„ Epiphaniæ, beato fine, inquit, Guiel-
„ mus Nangius, cuius ſanctitatem diuer-
„ ſis ſignis & miraculis declarauit. Se-
pultus in choro ante aquilam æneam,
hâc inſcriptione:

Mole ſub hac lapidis ſacrata ſede ſedentis
PHILIPPI BITVRIS *oſſa beata iacent.*
Clarus in orbe fuit, pauper ſibi, pauperis altor,
Carnem mirè domans aſſiduis precibus,
Viuus, humóque iacens, medicamen præſti-
tit ægris,
Eſt ſibi nunc crebris laurea pro meritis.

SVLLY. Comme cy-deuant. 70. IOANNES DE SVLLY I. Si-
monis Archiepiſcopi nepos, hic vir
nobilis ſplendidâque proſapiâ ſatus;
patre Archembaldo II. Domino So-
liaci, ex Decano ad Pontificium mu-
nus euehitur, & cum P. Archiepiſcopo
Burdegalenſi ſcribit Vrbano Papæ in
chartular. Bituricenſi. Synodum Pro-
uincialem congregauit, ſententiámq;
interdicti in Eccleſiam & Canonicos
B. Hilarij Pictauienſis protulit, qui no-
luerant ipſum viſitantem prouinciam
Burdegalenſem recipere: quam ſen-
tentiam confirmauit Clemens 4. Pe-
1265. ruſij, pridie Calend. Auguſti 1265. an.
I. Pontificatus. Cùm autem receptus
fuiſſet ſolemniter in Cathedrali ab
Epiſcopo & Capitulo, ad maius altare
celebrauit cum pallio, orationem ha-

A buit è ſacro ſuggeſtu, indulgentiáſque
conceſſit; quod & Santonis fecit, idém-
que in Eccleſiâ metropolitanâ ſancti
Andreæ Burdigalæ præſtitit, cuius Ar-
chiepiſcopus relaxauit ſententiam ſuſ-
penſionis præſente Ioanne Primate.
Erat enim interdicta ciuitas Burdega-
læ, quia violenter quidam homicidij
ſuſpectus, de Eccleſia S. Seuerini ex-
tractus fuerat. Huius tempore fun-
dantur Franciſcani in vrbe ab Andrea
de Caluiniaco Domino Caſtri-Rodul-
phi, ſed abſoluuntur ab Herueo Vir-
zionis Domino, ibi poſtea ſepulto, &
à Ioannâ de Maceriis vxore. Luſtra-
B uit autem Primariâ Bituricenſem Ioan-
nes de Soliaco an. 1265. confirmátque 1265.
manumiſſionem Renulphi de Culenro
Militis domini Caſtri noui ſuper Cha-
rum, & Petri dynaſtæ S. Palladij, con-
ceſſam hominibus de Culento, ab om-
ni talliâ, exactione, aliiſue oneribus,
vti recenſet vetus ſcheda eiuſdem Ar-
chiepiſcopi chirographo ſubſcripta
1266. menſe Martio. Paulo poſt tran- 1266.
ſtulit corpus S. Agiulfi in nouam the-
cam, quòd compertum eſt ex ſequenti
titulo:

IOANNES *permiſſione diuinâ* BITV-
RICENSIS *Archiepiſcopus*, AQVITA-
C NIÆ PRIMAS, *vniuerſis præſentes lit-
teras inſpecturis ſalutem in Domino. No-
ueritis quòd nos anno Domini* M.CC.LXIX. 1269.
*die Dominicâ, quâ cantatur, Miſericordia
Domini, ea eſt dies* XVI. *Aprilis A. corpus
Beati Aygulphi Martyris tranſtulimus in
eâdem Eccleſiâ ſancti Aygulphi de quodam
ſarcophago lapideo retro maius Altare dictæ
Eccleſiæ ſito, in quo diu requieuerat in præ-
ſentem capſam ligneam præſentibus nobiſ-
cum religioſis viris Millebecenſi, Cazalis
Benedicti, & de Cellis ſancti Euſicij Ab-
batibus, & nobili Dominâ Agnetâ Domi-
nâ Caſtri Radulfi, & aliis. In cuius rei te-
D ſtimonium ſigillum noſtrum vnà cum ſigil-
lis Dominorum Abbatum duximus appo-
nendum. Datum anno & die prædictis: ſi-
gillatum ſigillis quinque ceræ viridis.*

Probat verò donationem Drogonis
de Borbonio Canonici Bituricenſis &
Capicerij Carnotenſis apud Chantel-
lam, Agneti Dominæ Borbonij 1270. 1270.
menſe Septembri. Fato functus eſt
1271. vt docet Chron. Lemouicenſe
S. Stephani, cui conuenit charta anti-
qua anni 1272. in octauis hiemalibus 1272.
feſti S. Martini Sede Bituricâ tunc va-
cante; obſeruat tamen Guillelmus de
Nangiaco in geſtis Philippi 3. Franco-

rum Regis, ſublatum è viuis M. CC. LXXIII. & poſt eum, electum GAVFRIDVM DE PONTECHEVRON Decanum Pariſienſem; Sed nondum confirmatum, imò nec conſecratum deceſſiſſe. In obituario S. Mariæ Carnotenſis anniuerſarij commemoratio recenſetur IX. Cal. April. vbi dicitur Soliacenſis Præſul, conſanguineus Ioannis Regis Ieruſalem, & Domini de Borbonio. Ceterùm idem Chron. Le-
1273. mouicenſe tradit an. M. CC LXXIII. in totâ prouinciâ Bituricenſi non fuiſſe niſi vnum Epiſcopum Claromonrenſem; Biturigáſque tunc caruiſſe Pontifice, causâ diſſenſionis Eccleſiarum.

SVLLY. Comme cy-deſſus.

71. GVIDO DE SVLLY, Ioannis deceſſoris frater & Henrici I. domini Soliacl patris magni Franciæ Buticularij; habitum Ordinis Prædicatorum induit, ac multis annis cum in eo laudabiliter vixiſſet, Prior Conuentus Pariſienſis, à Papâ Innocentio de Archiepiſcopatu prouiſus eſt, diplomate dato Laterani in hæc verba:

INNOCENTIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Clariſſimo in Chriſto filio Regi Francorum illuſtri, ſalutem & Apoſtol. benedictionem. Gratiæ diuinæ primum & præconium humanæ laudis adquiritur, ſi perſonis pontificali dignitate præditis honor debitus impendatur. Sanè circa præſentem ſtatum Bituricenſis Eccleſiæ cum per plures annos iam permanſit deſtituta Paſtore, & ſic vacando grauia diſpendia pertulit, paternâ ſolicitudine vigilantes, & intendentes, quod Eccleſia ipſa, per circumſpectionis induſtriam dilecti filij* GVIDONIS DE SOLIACO *Electi* BITVRICENSIS *releuetur à noxiis, & ſalubribus dante Domino proficiat incrementis; eundem* GVIDONEM XV. *Cal. Iunij, tunc Priorem Fratrum Prædicatorum Pariſienſium, de fratrum noſtrorum conſilio ipſi Eccleſiæ præfecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem. Cum itaque fili cariſſime, ſi virtutes opum Eccleſiæ, & perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Pontificali præditas dignitate, benigno fauore proſequi, ac eas verbis & opibus pro Regis æterni gloriâ venerari, Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè, quatenus eidem Electo quem ſuis claris exigentibus meritis, beneuolentiâ proſequimur ſpeciali pro noſtrâ & Apoſtolicâ reuerentiâ, Regalia ſine qualibet difficultate concedas, ac aliàs habens eum & Eccleſiam prædictam ſibi commiſſam propenſius commendatos, te ipſis reddas in regio fauore munificum, & in cunctis opportunitatibus gratioſum. Ita quod idem Electus tuæ Celſitudinis fultus auxilio, in commiſſâ ſibi curâ Paſtoralis Officij, poſſit Domino propitio proſperari, ac ſibi exinde à Deo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum Laterani VI. Cal. Iunij, Pontificatus noſtri anno primo.*

Fratrem fuiſſe Ioannis Archiepiſc. & confirmatum Bituricenſem 1276. af- 1276.
firmat Chron. Lemouicenſe, eóque anno Iſabellam de Monteberulpho Vicecomitis Ventadorienſis vxorem, à cenſuris in ipſius terram ab Epiſcopo Lemouicenſi promulgatis abſoluiſſe. Vocatur & electus Bituricenſis in chartâ Agnetis Borbonij Dominæ ante feſtum B. Martini M. CC. LXXVI. Concilium quoque habuit Auarici Biturigum 1277. nomine Ioannis Papæ an- 1277.
teà Palliô decoratus à Guidone Turriano Epiſcopo Claromontenſi in Eccleſiâ S. Vincentij de Cantellâ; conceſsâ facultate, vt poſſet conferre beneficia extra ſex menſes vacantia; pridie Cal. Decemb. an. I. Pont. Viterbij 1276. Huius meminêre Stephanus Sampayo in ſtemmate Dominicanorum, Antoninus Archiep. Florentinus tit. 23. cap. II. vbi ait in Præſulatu Bituricenſi tria hæc ineſſe; Patriarchatum, Primatum, & Archiepiſcopatum; Ioannes Michaël Pius, de viris illuſtribus Dominicanis lib. II. regiſtrúmque antiquum Cameræ Rationum Pariſienſium meminit Regaliæ ipſius obitu vacantis. Sepulchro hoc epitaphium tumulo lapideo ſculptum ante maius altare chori Eccleſiæ Dominicanorum ſpectatur:

HIC IACET

Frater GVIDO, *Nobilitatis ſpeculum; cunctis exemplum fuit, in ſæculo puer purus, in clauſtro morum grauitate maturus, Lector vtilis, Prior amabilis, in dignitate Præſul humilis, benignus omnibus, largus muneribus, ſibi parcus. Obiit anno* M. CC. 1280.
XXC. 3. *Nonas Martij* IX. *einſdem menſis ſepelitur.*

BEAVLIEV. De ... à la faſſe chargée d'vn Lyon coupé, à 7. beſans, 3. 3. I. en pointe.

72. SIMON DE BEAVLIEV II. Cardinalis Præneſtinus tit. S. Cæciliæ; hic apud Bellum-locum in Briâ Campaniæ familiâ nobili ortus, renunciatur Archidiaconus Carnotenſium & Pictauij, tum Canonicus Bituricenſis Sanctique Martini Turonenſis; quibus in Eccleſiis tantam ſui nominis famam excitauit, vt non modò purpurâ honeſtatus, verùm etiam Archiepiſco-

patum Bituricenſem adeptus fuerit à Martino IV. Pont. Max. qui ad Regem Chriſtianiſſ. in eius commendationem ſcripſit, cum Ioannes de Soliaco, Bituricenſis Canonicus electus à capitulo per viam compromiſſi, iuri ſuo renuntiaſſet in manibus Papæ, vt fidem faciunt Bullâ eiuſdem prouiſionis Pontificatus I. in archiuo regio Pariſienſi relata, & chartæ Ioyacenſis Monaſterij. Poſt etiam à Cæleſtino V.
1294. Papâ Prænestino Epiſcopatu nobilitatur 1294. menſe Septembri. Eum Martinus Pontifex in chartularij Bituricenſis quodam diplomate; » magnis ſcientiarum dotibus præditum, » conuerſatione laudabilem, honeſtate » decorum, motum elegantiâ redimitum, » variiſque gratiis, & virtutibus inſignitum appellat. Ac primò, quidem Synodum Prouincialem conuocauit
1282. 1282. ſequentique anno Pariſiis in Parlamento Omnium Sanctorum cum aliis Præſulibus ſedit in Iudicio de Comitatu Pictauienſi, referente Tilio. Excepit autem Biturigis corpus Regis Philippi Audacis, Perpiniani in bellô
1285. Aragonio demortui 1285. quod propriis humeris deferebat Philippus Pulcher nouus Rex eius filius primogenitus, cum Othone Burgundiæ Comite, & aliis Principibus; eôdem Simone Miſſam celebrante, Carnotenſi, & Cadurcenſi Epiſcopis præſentibus. Huic autem Raymundus Præſul Cadurcenſis ſic ſcribebat.

PATERNITATEM veſtram nobis cariſſimam requirimus & rogamus, quatenus hac inſtante die Sabbathi, vbique vos eſſe in noſtrâ diœceſi contigerit, omnes ſi placet Ordines celebretis, & omnia alia faciatis nomine veſtro, & noſtro, quoad veſtram pertinet dignitatem, nos ſi placet habentes benè excuſatos quod vobis tardè ſcribimus, cum hoc inſtanti die Veneris tardâ horâ vbi vos eratis, ignorabamus omnino. ſcientes Reuerende Pater, quod ad vos habuiſſemus acceſſum, ſi equitare poſſemus. Valeat veſtra paternitas per tempora longiora. Datum Cadurci die Veneris poſt Dominicam quâ cantatur Lætare An. Chriſti
1291. M. CC. XCI. Simon verò ſic ei reſcribit. *Cùm nos hac inſtanti die Veneris ante Ramos Palmarum ad veſtram Eccleſiam proponamus causâ ibidem officium viſitationis exercendi, fauente Domino declinare. Mandamus vobis quatenus dictâ die procurationem nobis debitam præparetis, &c.* Sepeliuit apud Franciſcanos Bituricenſes

A corpus Henrici de Soliaco, cuius cor paulò ante condiderat in monaſterio Loci-Regij, monumento Soliacorum gentilitio. At Simonem noſtrum Bonifacius 8. Pontifex Legatum miſit in Gallias, cum Albanenſi Cardinale, qui bellum componerent inter Philippum 1295.
IV. Franciæ & Eduardum II. Angliæ Reges 1295. ſed re infectâ Bituricenſis ad Curiam reuerſus, Vrbeueteri an. M. CC. XCVII. die Aug. 18. ad meliorem 1297.
vitam abiit, non in Franciâ 1296. Kal. Sept. 7. vt Ciacconius aliíue referunt. Conditus eſt ante aram maximam Eccleſiæ S. Franciſci cum epitaphio in
B tabulâ marmoreâ exarato, nunc prætereuntium pedibus ferè conſumpto; vbi ſtemmata domus ſuperius delineata ſpectantur.

SIMONIS *hæc foſſa ri... Cardinalis... oſſa Francia Papatus fuit huic Regi quoq; gratus Cardo .... Præne....* BITVRIS *tanta pietas. Anno* 1297. XVIII. *die menſis Aug. obiit.* 1297.

Hanc inſcriptionem Vghellus tomo I. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Præneſtinis inſeruit. Sed & alia tumulo eiuſdem Cardinalis, in presbyterio templi Abbatiæ S. Mariæ Ioyaci ante maius altare talem habet epigraphem:

C *Quē lapis iſte tegit,* SIMON *virtute ſubegit,*
Iuſtus perfidiam, largus auaritiam.
DE BELLO, *fuit iſte* LOCO, PRIMAS AQVITANVS
Ex dono meriti, Prælatus BITVRICANVS;
Fit Carnotenſis, prius ARCHI. BITVRICENSIS
Poſt fit Prælatus, Cardine fine datus.
Tres annos demas, tantum de mille trecentis.
Et poſt quindenā, Matris Domini morientis:
Lunæ quære diem, tunc habuit requiem.
Qui legis hic plores, & Chriſtū dulciter ores,
Tranſeat examen, & requieſcat. Amen.

Onuphrius, Ciacconius & alij meminere Simonis Card. Præneſtini; cuius
D liberalitatis erga Monaſterium Ioyacenſe Ord. Ciſtercienſis; religioſi memores, anniuerſario quorannis parentant, & IV. Cal. Nouemb. in obituario Carnotenſis Eccleſiæ commemoratio celebratur.

73. ÆGIDIVS DE ROME clariſſimus eximiâ eruditione Præſul, patriâ Romanus; ex gente Columnâ, apud Italos vt vetuſtâ nobilitate, ſic militari laude inclytâ natus erat. Adoleſcens in Ordinem Fratrum Eremitarum S. Auguſtini admiſſus, Pariſiis ſub Diuo Thoma Aquinate cuius doctrinæ

COLOMNE.
De gueulles à vne Colomne d'argent, ſommée ſur ſon chapiteau d'vne Colomne d'or, la barre & chapiteau de meſme.

deffenſor acerrimus fuit, literis ſacris A apprimè excultus, inde Theologiam profeſſus, celeberrimus Doctor euaſit, diſcipulúmque habuit Albertum Patauinum. Mox ſuis meritis creatur in æde S. Mariæ de Populo 1292. die Epiphaniæ, Generalis Prior Eremitarũ S. Auguſt. & poſtremò ad Primatum Bituricenſem prouectus eſt non M.CC. XXCV. vt ſcribunt Genebrardus &
1294. Gordonus, ſed an. 1294. Prouiſus à Papa Bonifacio VIII. bullâ Pontificatus ſui I. quâ eum Regi commendat aduerſus *Ioannem de Sangneio*, à Cœleſtino V. Archiepiſcopum deſignatum, vt legitur in regiſtro Theſauri B Regij, & in alio Cameræ Rationum Pariſienſium de Regaliæ computatione, defuncto Simone de Bello-loco, à die Veneris poſt feſtum Beatæ Luciæ ad ſequens Diui Martini hyemalis. Philippus autem III. Rex Francorum tanti Ægidium noſtrum de Româ æſtimauit, vt hunc vnum præ ceteris elegerit, qui Philippum Pulchrum filium, moribus, virtutibus, & teneros annos bonis in literis Præceptor educaret; cui opus ſuum dicauit de Regimine Principum, ipſius iuſſu elucubratum; quem etiam Regem, Lutetiam à Remenſi vnctione aduentantem no- C mine Vniuerſitatis literariæ ſolemniter ingredientem, ſermone luculento ſalutauit, quem Paulus Æmilius lib. I. de geſtis Francorum & 8. Hiſt. recitat; in eâque oratione, de Iuſtitiâ in Rege Chriſtiano præcipuâ virtute diſſeruit. Interim Concilio oecumenico Viennenſi ſub Clemente V. Papâ
1311. adfuit 1311. quo eodem anno Synodum Prouincialem apud Biturigas in feſtiuitate Dei-paræ Virginis conuocauit. Gordonus perperam eum Gallum fuiſſe aſſerit, & Gualterus Ægidium Romanum, alium ab Ægidio Columnio facit. Sed gratis dicitur à D Ioanne Chenuto in Chronologiâ Bituricenſi ad Cardinalatum promotus anno M.CCC.XV. non enim, vt ſibi vult Bzouius, purpurâ illum honorare deſtinauit Bonifacius, aut vt alij putant, Ioannes XXII. benè merito de Eccleſiâ locum dedit inter Purpuratos Patres, cum Sedes Pontificia toto illo anno vacauerit; nec minus fallitur, cum ait Pariſiis eum obiiſſe; etenim Auenione extremum vitæ ſpiritum
1316. emiſit M.CCC.XVI. Corpus Lutetiam tranſlatum in Eccleſiâ Auguſtinianorum quibus bibliothecam legauit, iuxta maius altare ſepulturam accepit cum hoc Epitaphio:

HIC IACET,

Aula morum, vitæ munditia, Archiphiloſophiæ Ariſtotelis perſpicaciſſimus Commentator, Clauis & Doctor ſacræ Theologiæ, lux in lucem reducens dubia. Frater ÆGIDIVS DE ROMA *Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini* ARCHIEPISCOPVS BITVRICENSIS, *qui obiit an. Dom. 1316. XXII. menſis Decemb.*

Extat pariter de eo huiuſmodi carmen:

Magni magnum Ordinis incrementum
ROMANVS, *culmen virtutis nobile libris,*
Doctrinâ grandis, vigiliq; labore parentem,
Inſequitur, Mitraque pares ſortitur honores.

Scripta eius tum Philoſophica, tum Theologica enumerare longùm eſſet, in quibus inſignis eſt diſputatio in controuerſiâ Bonifacij VIII. Papæ & Philippi Pulchri Francorum Regis de poteſtate Eccleſiaſticâ & de dominio temporali. At ÆGIDIO noſtro poſt Aurelium Auguſtinum, neque plura quiſquam in diuinis ſcripſit, neque accuratius, vt ait Sabellicus tomo II. Enneadis 7. lib. 9. cuius opera diffusè recenſet in elogiis virorum illuſtrium Eremitarum S. Auguſtini, Cornelius Curtius eiuſdem Ordinis Hiſtoriographus & Definitor Generalis. Eius porrò meminerunt Nangius, Bzouius, Philippus Bergomas in ſupplemento Chronici, Ioſephus Pamphilus in Chronico Auguſtinianorum, Iordanus de Saxoniâ in vitâ Patrum cap. 22. Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Trithemius, Bellarminus, Coccius, & alij. Nec omittendum tanti Sorbonam & Academiam Pariſienſem eum feciſſe, vt Doctoris fundatiſſimi titulo inſignitum decorauerit. Verùm Vghellus in Epiſcopis Tuſculanis notat, Berengarium Fredolum Archiepiſcopum Bituricenſem, vtriúſque Iuris Doctorem eximium à Clemente Papâ creatum Cardinalem; ſed nulla eius habetur mentio in dypthichis Bituricenſibus.

74. REGINALDVS DE LA PORTE, Cardinalis OSTIENSIS, frater Guidonis Abbatis S. Martialis, ortu Lemouix de Alaſſaco, ex Canonico & Archidiacono Lemouicenſi eligitur Epiſcopus, demùm ad hanc Archie- LA PORTA

piſcopalem Cathedram euectus eſt A
1316. reſte Chronico ms. S. Martialis
1317. Lemouicenſis, vel m. ccc. xvii. vt
affirmant libri prouiſionum Prælaro-
rum in regiſtris Vaticani, quæ Ray-
mundum vocanr; Hoc item anno cum
Ambianenſi & Mimatenſi Epiſcopis
iudex nominatur bullâ Ioannis xxii.
Papæ in causâ Catalaunenſis Antiſti-
tis. Præfuit autem Auarici annis qua-
tuor, & quomodo Canonicis, aliiſque
ſacerdotibus celebrandum eſſet diui-
num Officium conſtituit. Rom. Eccle-
ſiæ purpuram rit. Sanctorum Nerei &
1320. Achillei obtinuit 1320. móxque ad B
Pontificatum Oſtienſem aſſumitur an.
1321. 1321 vt memoranr Amalricus Biterren-
ſis, Onuphrius, Ciacconius & Vghel-
lus: Eodem ferme tempore Archie-
piſcopatui renuntiauir 1321. ab hâc
Sede Metropolitanâ euocatus à Pon-
tifice bullâ Regij chartophilacij, vt ſibi
propior in regimine Eccleſiæ Vniuer-
1325. ſalis aſſiſteret. Deceſſir Auenione m.
ccc. xxv.

Broſſe. D'azur à 3. gerbes d'or, lices de gueulles.

75. Gvillelmvs de Brosse ii. ex proſapiâ Vicecomitum de
Broſſiâ in Pictonibus oriundus erat,
parentibus Rogerio Domino de Sainte
Seuere & de Bouſſac; & Margaretâ C
d'Eaües, pronepos Guillelmi Seno-
nenſium Archiepiſcopi, fratrem ha-
buit Petrum Dominum de Bouſſac, à
quo Penteuriæ Comites in Aremori-
câ. Primùm quidem Epiſcopus Po-
dienſis, tum Meldenſis, à Papâ Ioanne
xxii. Archiepiſcopatum Bituricenſem
1321. adeptus eſt an. 1321. referente libro
obligationum Curiæ Romanæ. Poſt-
hæc fidem clientelarem Regi profite-
tur de temporali 1323. Aprilis 5. & tra-
1329. ducitur ad Senonenſem Præſulatum
1329.

Rochechovart.

76. Fvlcavdvs de Rochechovart, Aimerici Vicecomitis D
Rupiſcauardi filius, Simonis frater; ex
Archidiacono & Decano, Nouiomen-
ſis Epiſcopus factus, vt eſt in chartula-
tiis Vaticani, tandem ſuffragiis capi-
tuli ad hanc dignitatem vocatur. Sy-
1336. nodum Bituricenſem conuocauit 1336.
& feſtum Diui Ioannis Baptiſtæ cele-
brari inſtituit ſub officio Canroris, cum
ſtatione ſingulis menſibus ad ſanctum
ſepulchrum. Vitâ ceſſit 7. Idus Augu-
1343. ſti 1343. tumulatus in Metropolitanæ
baſilicæ choro ſub lapide marmo-
reo.

77. Beatvs Rogerivs le A Fort, Godofridi Domini de Ternes

La Fort. De gueulles à deux faſſes d'or.

in Marchiâ Lemouicinâ filius, mater
illi fuir è gente d'Arrablay, Petri Epiſ-
copi Toloſani & Cardinalis ſoror. Au-
reliæ literis operam dedit, in quâ Iuris
Profeſſor Commentaria ſcripſit de
Actionibus; primúſque illi ad Eccle-
ſiæ dignitates gradus fuit, Archipreſ-
byteratus Ebroicenſis in Normaniâ, &
ex Decano Bituricenſi Epiſcopus Au-
relianenſis, inde Lemouicenſis renun-
tiatus, tandem ad Parriarchatum Bitu-
ricenſem transfertur an. 1343. fundauit 1343.
Cœleſtinorum monaſterium duode-
B cim preſbyrerorum cum Priore, in do-
mo paternâ de Thernis, cuius Eccle-
ſiam conſecrauit, collaris etiam ducen-
tis libris redditus, cum caſtello & bi-
bliothecâ. Item Xenodochium in
Marchiâ, fuirque quaſi alter fundator
cœnobij Virzionenſis. Interfuit rele-
uationi S. Mayoli Siluiniaci, vbi etiam
corpus S. Odilonis in capsâ repoſuit
viſitando prouinciam 21. Iunij 1345. ex 1345.
cartulario Siluiniacenſi. Porrò, vt eſt
in ms. codice, tota vrbs Bituricenſis
præter Eccleſiam, & domum Archie-
piſcopalem, incendio deflagrat 1357. 1357.
diuinâ vltione, ob contemptum Præſu-
C lem ſanctiſſimum, qui opes ſuas pueris
literarum ſtudioſis teſtamento reliquit.
Ad cælos euolat nonagenarius 1367. 1367.
cum ſediſſet annos 24. non integros.
Elegerat ſepulturam in cœnobio de
Ternis, verùm humatur prope cathe-
dram Archiepiſcopalem verſus maius
altare, hoc epitaphio:

De Thernis natus Rogerivs *intitulatus,*
Noſter Prælatus iacet hîc intus benè gratus,
Terc. mille dabis, ſex decem ſeptè numerabis 1367.
In primâ feriâ (quem ſuſcipe Virgo Maria)
Marci migrauit, quia caſtè ſemper amauit.

78. Petrvs d'Estaing iii.

Estaing ancien. Ecartelé au 1. & 4. d'azur. Au 2. & 3. d'argent à trois croix de gueulles en pal.

D Cardinalis Oſtienſis ex familiâ nobili
dominorum de Stagno in Ruthenis,
antea monachus Benedictinus & Epiſ-
copus S. Flori in Aruerniâ, ab Vrba-
no v. Pont. Id. Iul. 7. apud Montem
Flaſconem creatus eſt Cardinalis 1369.
Idib. Iunij vii. mox electus fuit Epiſ-
copus Ferrarienſis, deinde Oſtienſis, ac
Romanæ Eccleſiæ Camerarius m.ccc. 1373.
lxxiii. Inſuper Legatione fungitur
in Italiâ ſub eodem Vrbano, & à Gre-
gorio xi. idem munus illi etiam proro-
gatum. Ferrariam quoque vrbem Ni-
colao, Albertóque Principibus Ateſti-
nis conceſſit in feudum; ſi tamen dea

cem millia ſcuta Romano Pontifici A
quotannis perſoluerent. Sedit in Bi-
turicenſi Patriarchatu annis duobus,
menſibus vndecim. Romæ quippe, non
Auenione deceſſit vt placet Ciacco-
1377. nio, VII. Calend. Decembris 1377. ſe-
pultúſque in S. Mariæ Tranſtyberim
ſuæ dignitatis titulo. Legendus Vghel-
lus in Epiſcopis Oſtienſibus & Ferra-
tiæ Tomo I. & II. Italiæ ſacræ.

De Cros. 79. Petrvs de Cros IV.
Cardinalis tit. Sanct. Nerei & Achil-
lei Rom. Eccl. Camerarius, frater
Ioannis Card Lemouicenſis Præſulis,
ex Antiſtite S. Papuli Archiepiſcopus B
pronuntiatus; ſponſalia celebrauit in-
1386. ter Ludouicum Caſtillionæum Comi-
tem Dunenſem, & Mariam Ioannis
Ducis Biturigum filiam. Fuit & Are-
latenſis Metropolita; Auenione autem
ad Diui Martialis fanum conditus,
tumulum habet hoc exornatum epita-
phio:

Hic Iacet

*Bonæ memoriæ Reuerendiſſimus in Chri-
ſto Pater Dominus* Petrvs de Cros-
so, *oriundus de Calmâ-forti Lemouicen-
ſis diœceſis, Decretorum Doctor, qui prius
fuit monachus S. Martialis Lemonicenſis
Ordinis S. Benedicti; deinde Præpoſitus de* C
*Braſſaco dictorum Ordinis & diœceſis: poſt-
modum Cellerarius Eccleſiæ Tutelenſis, &
poſt Prior de Voltâ Ordinis Cluniacenſis S.
Flori diœceſis, & poſteà Epiſcopus S. Pa-
puli. Poſtmodum Archiepiſcopus Bituri-
cenſis, & exiſtente Archiepiſcopo fuit factus
Camerarius Domini noſtri Papæ Gregorij
XI. ac deinde fuit aſſumptus in Tituli San-
ctorum Nerei & Achillei Presbyterum Car-
dinalem, qui dum adhuc in viuis eſſet, ſuam
hîc elegit ſepulturam. Orate Deum pro ani-
1388. mâ eius qui hoc ſepulchrum eſtis inſpecturi.
Obiit anno* M CCC. XXCVIII.

Chanac. 80. Bertrandvs de Cha- D
nac Cardinalis Sabinenſis, Hieroſo-
lymitanus Patriarcha. Fuit is patriâ
Lemouix, Clericus Cameræ Apoſtoli-
cæ ſub Clemente Sexto Papâ, atque
Agathenſis Eccleſiæ Archidiaconus
M. CCC. L. Anicienſis verò Epiſcopatus
Adminiſtrator, abſens à Clemente
Septimo Antipapâ, non à Gregorio XI.
electus eſt Presbyter Cardinalis tit. S.
Pudentianæ, in quintâ Patrum crea-
tione, vt habetur in libro Obligatio-
num Vaticani 12. Iulij 1385. At con-
funditur hic Bertrandvs cum
alio eiuſdem nominis & cognominis,
ex Epiſcopo Conuenenſi ad purpuram
vocato M. CCC. LXXI. ab eodem Gre-
gorio cui abſenti galerum miſit, & po-
ſteà Auenione exceſſit 1374. Noſter
enim Bertrandus Iunior dictus Cardi-
nalis Hieroſolymitanus ad Patriarcha-
tum euehitur 1382. in locum Philippi,
fuitque prouiſus de Eccleſiâ Anicien-
ſi, cui ante aſſumptionem ad Eccle-
ſiam Hieroſolymitanam præſidebat.
A Benedicto autem XIII. ad Sabinen-
ſem Pontificatum promotus eſt 1396.
Huius tempore Capitulum Patriarcha-
lis Eccleſiæ, à iuriſdictione Ordinarij
eximitur, diplomate Clementis VII.
Pſeudo-Papæ in ſuâ obedientiâ, hoc
eſt in Galliâ, Arragoniâ, Scotiâ, & Ita-
liæ parte: atque etiam religioſi Car-
melitæ in vrbe inſtituuntur 1374. in 1374.
fundo Ioannis Pelourde ciuis Bituri-
cenſis. Auenione deceſſit XII. Cal.
Iunij, ſepultúſque in æde Dominica-
norum prope Vilelmum Cardinalem
de Chanaco patruum:

Hic Iacet

*Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Domi-
nus* Bertrandvs de Chanaco,
*Lemonicenſis diœceſis, genere nobilis, qui
Doctor vtriúſque iuris, Archiepiſcopus* Bi-
tvricensis, *poſtmodum Patriarcha
Hieroſolymitanus, & adminiſtrator Eccle-
ſiæ Anicienſis exſtitit, & deinde in S. Ro-
manæ Eccleſiæ tituli S. Pudentianæ Presby-
terum Cardinalem aſſumptus, & demum
Sabinenſis Epiſcopus effectus obdormiuit in
Domino, die* XX. *Maij. Anno Domini* 1404.
M. CCCC. IV.

De Cardin. Chanaco plura comme-
morant Ciacconius, Frizonus, aliiue
Hiſtorici, qui tamen in nonnullis men-
dis reprehenduntur ab Vghello in
Epiſcopis Sabinenſibus. Gentiles Ber-
trandi noſtri fuêre, Guillelmus Cardi-
nalis Mimatenſis, & Carnotenſis Præ-
ſul, Guillelmus alter Epiſcopus Pari-
ſienſis, Patriarcha Alexandrinus, Ful-
co Officialis Pariſienſis, & Galiena de
Chanaco vxor Ranulphi Domini de
Pompadorio, à quo illuſtres Dynaſtæ
huius nominis in Lemouicibus Vice-
comites de Comborn.

81. Ioannes de Roche- Roche-
chovart II. ex Vicecomitum Ru- chovart.
piſcauardi lineâ Dominorum de Cha- De gueul-
ros in Biturigibus, ad hanc ſedem vo- les à trois
catus, quam rexit an M. CCC. XXCVI. faſces an-
idémque declaratur Arelatenſis Ec- tées d'ar-
cleſiæ Adminiſtrator, vbi de illo gent.
conſule

conſule quæ in Archiepiſcopis dixi-
mus.

AIMERIC. 82. PETRVS AYMERICVS, v. Claromonte natus, ad hanc Cathedram aſſumptus fuit, viuente adhuc Bertrando de Chanaco Cardinale. Sanctam Capellam à Ioanne Biturigum Duce conſtructam in honorem S. Sal-
1405. uatoris 1405. conſecrauit poſtridie Paſchæ xx. Aprilis, ſeu 12. Calend. Maias; die præcedenti Theſaurarius Arnaldus Belin Duci à Confeſſionibus cum XII. Canonicis, & aliis ipſi Eccleſiæ mancipatis, à Principe in poſſeſſionem miſſus fuerat, P. Tolerano Cardinale Legato, Vitale Archiepiſcopo Toloſano, Eliâ Podienſi, Petro Aquenſi Epiſcopis, Bernardo S. Sulpitij, & Emerico S. Ambroſij Abbatibus, Guidone de Broſſiâ, Ioanne de Rupecauardi Vicecomitibus, multiſque aliis proceribus adſtantibus, vt colligitur ex authentico exemplari fundationis. Cuius dedicationis annum demonſtrabit vulgaris ille verſus his numeris:

Me DVCs ConſtrVXIt BIsVrIgVs atqVe dotaVIt

Præſul & attēdens anno præſente ſaCraVit:

Tranſiit Petrus ad Patriarchatum Alexandrinum; & cum interfuiſſet Concilio Piſano, vitam cum morte com-
1409. mutauit an. M. CCCC. IX.

BOISRATIER. De.. à trois Croix d'or, deux en chef, vne en pointe.

83. GVILLELMVS DE BOISRATIER III. ſub optimis præceptoribus Iuriſprudentiæ operam dedit Bononiæ, legum Doctor renuntiatus magnos in literis profectus fecit. Hinc reuerſus in patriam à Rege Carolo VI. deligitur à ſecretis epiſtolis & mandatis, Libellorum ſupplicum Magiſter, poſteaque variis Eccleſiæ dignitatibus claruit; Nam & Canonicus S. Capellæ, Prior S. Vrſini, & ex Decano Bituricenſi, Ioanniſque Ducis Cancellario inauguratus Pontifex, poſſeſſionem
1410. iniit Maij 18. M. CCCC. X. Petro Pictauienſi & Martino Carnotenſi Epiſcopis præſentibus, vt eſt in archiuis S. Stephani, cum ſuperiori anno Regis Orator ad Synodum Piſanam miſſus
1415. fuiſſet. Legationem quoq; obiit 1415. ad Henricum Regem Anglorum cum Epiſcopo Lexouienſi & Comite Vindocinenſi, teſte Ioanne Iuuenali Vrſino in Hiſtoriâ Caroli VI. vbi eum à facundiâ, aliiſque animi dotibus laudat. Hoc eodem anno recenſetur in regiſtris Theſauri regij, & codicillis matrimonij Ludouici Borbonij Comitis Vindocinenſis, cum Blancâ de Roucy M. CCCC. XIV. Declaratur executor teſtamenti eiuſdem Ioannis Biturigum Ducis defuncti 1416. Pariſiis 1416.
in ſuo hoſpitio de Nigellâ. Vnus fuit ex electoribus Martini V. Columnæ, vt eſt in Seſſione XLI. Concilij Conſtantienſis, cui tantùm per procuratorem Raymundum de Mirabello interfuerat. Ornauit & ſepulchrum S. Luciæ ad Catacumbas Romæ iuxta ædem S. Sebaſtiani; memoratur in Chron. Engerrani Monſtreleti, demùmque migrauit è vitâ 1421. Iulij XIX. ſepul- 1421.
tus in choro Eccleſiæ Cathedralis, vbi eius anniuerſarium notatur XIII. Ianuar. monumentóque hoc additum epitaphium.

Eloquio clarus, ſtudióque, & floridus olim
Bononia leges Doctor vtráſque legens,
GVILLELMVS BOISRATERII, *qui nobilis vrbe*
Natus in hac, PRIMAS *fulſit Aquitaniæ,*
BITVRIGVM *Præſul regni perſcriptus, honorum*
Geſtor, opem cunctis, rebus, & arte ferens,
Regis amans, inopúmque pater, fideíque Sacerdos,
Carne ſubactus humo, ſydera mente rapit.

84. HENRICVS D'AVAVGOVR, II. gente clariſſimâ ortus in Aremoricis; confirmauit Guilelmum de Charpaignes electum Pictauienſem, nepotem Martini Epiſcopi Claromontenſis in recuſationem Petri Archiepiſcopi Burdegalenſis. Hoc autem ſedente Ludouicus Delphinus, poſtea Rex huius nominis XI. Auarici natus 3. Iulij 1423. à 1423.
Ioanne Duce Alenconio, è ſacris fontibus ſuſcipitur in æde Metropolitanâ; infinitam ſecularium litium multitudinem reſecuit in Officialatu, vitis probis, ac doctis ad id munus exercendum conſtitutis. Cuius item tempore 7. Iulij 1438. in aulâ S. Guilelmi promul- 1438.
gatur Sanctio Pragmatica, ex decretis Concilij Baſileenſis, cui Henricus interfuerat, & domus Franciſcanorum conditur Montelucio 5. Maij 1446. 1446.
Inſuper reliquiæ S. Dionyſij Biturigas allatæ ſunt iuſſu Regis, certum contra Anglos munimentum. Atque is poſtea Pontificatu abdicato, reliquum vitæ exegit in monaſterio Nigrilacus, vbi mortuus eſt poſt ſedem annorum XXV. & aliquot menſium, ibidem tumulatus cum hâc epigraphe:

AVAVGOVR. D'argent au chef de gueulles.

Hic Iacet

Defunctus bonæ memoriæ Dominus Henricus d'Avavgovr *quondam* Bitvricensis *Archiepiſcopus, Aquitaniæ Primas qui obiit* xiii. *menſis Octo-*
1446. *bris anno Dom.* m. cccc. xlvi.

Coevr. D'azur à la faſſe d'or, chargée de trois coquilles de ſable, accompagnée de trois cœurs de gueulles, 2. 1.

85. Ioannes Coevr iii. filius Iacobi Cordis Biturici hominis ditiſſimi, Regis Caroli vii. Argentarij ſiue theſaurarij, nec paruâ apud eum gratiâ pollentis, & Maçeæ de Leodepart. Fuit is vir inſigni pietate & doctrinâ, atque in eccleſias ſuæ diœceſis munificentiâ, qui Abbas S Sulpitij & Decanus Pictauienſis, per reſignationem Henrici electus eſt Bituri-
1446. cenſis 1446. xi. Calend. Sept. ex actis Conſiſtorialibus Vaticani; ſolemni pompâ vrbem ſuam inuectus menſe
1450. Sept. 1450. conſecrauit Carolum Borbonium Archiepiſcopum Lugdunen-
1470. ſem 1470. quo tempore plurima Cœleſtinis Lugdunenſibus contulit, vt gentilitia declarant inſignia, quibus nihil frequentius Auarici viſitur & in ſuâ diœceſi, cuius nullam Eccleſiam indonatam aliquo munere prætermiſit. Memorant autem eumdem Regi Lud. xi. infenſum redditum, quòd cum idoneis tantùm beneficia conferret, cuidam Aulico dignitatem Archidiaconatus negaſſet incapaci, ſed poſteà relatione Militis nomine Salâzarij, de concionibus egregiè cordati Præſulis, Ludouicum placatiorem factum, Biturigibus ſuum reddidiſſe Paſtorem. Summo quoque amore proſequebatur Religioſos, præſertim Chartuſiæ maioris, quos fratres & amicos cariſſimos vocabat, quibus in perpetuum redditus ſupra domos, quas Pariſus acquiſiuerat conceſſit literis datis 10. Februar.
1476. 1476. Legitùr & in tabulario Fontebraldenſi delegatus à Sixto iv. Papâ, pro reformatione huius Ordinis vnà cum Ioanne Bertheloto Turonenſis Eccleſiæ Canonico delecto Collegâ ab Archiep. Lugdunenſi 1474. & 1475. Animam exhalauit in Abbatiâ S. Sul-
1483. pitij m cccc. xxciii. Iunij xxv. magno funeris apparatu in Diui Stephani choro ſepultus, hâc breui ſuperſcriptione *Memorare qua mea ſubſtantia.* Patruum habuit Nicolaum Lucionenſem Epiſcopum, fratrem autem Gaufridum Cordium Regis Pincernam.

Cadoet. 86. Petrvs Cadoet vi. Ioanne Cadoëto ciue Biturico natus, ex Priore Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Salis, & Ludouici xi. Regis Eleemoſynario, ac Officiali Bituricenſi, ſub Ioanne deceſſore, poſt cuius obitum electio Antiſtitis dilata per annum & tres menſes, vt narrat Hiſtoria ms. Archiepiſcoporum Bituricenſium, auctore Anonymo, qui Monachus S. Sulpitij fuiſſe creditur; Rege itaque Lud. viam electionis impediente, Cadoëtus eius ſuffragio & authoritate Pontificiâ Præſulatû rexerat anno vno, antequàm ad electionem Canonici conueniſſent, qui tandem ſuffragiis ſuis Guillelmum Cambrayum Cathedralis Decanum virum multâ commendatione ſpectabilem promulgarunt; Sed Cadoëtus, qui Regis gratiâ potiebatur, his pactis Archiepiſcopatum obtinuit, vt Cambrayus retentâ ſibi reddituum portione, ſi ſuperuixiſſet, poſt illum Pontifex crearetur; ſicque infulis decoratus, intereſt Comitiis generalibus
regni Turonenſibus 1485. ſuiſque ſum- 1485.
ptibus Monaſterium S. Claræ ædifi-
cat. Vixit vſque ad an. Dom. m. cccc. 1492.
xcii. in Eccleſiâ Salenſi illatus, monumento hæc inſcriptio appoſita.

En Petrvs *Antiſtes Bituris, qui pauit egentes*
Conſilio, nummis, hoſpite, veſte, cibis.
Ergo eius nomen ad Cælos vſque feramus:
Corpore ſi moritur, nomine ſemper erit.

Extat & ſequens.

Conditur hâc petrâ Petrvs *fortiſſima petra.*
Firmus quippe fide fuit, aſſinus & pietate,
Hoſpitium pacis, mæſtis ſolamen, & ægris,
Nudorum veſtis, quorum eſt plebs, turbaue teſtis,
Quod zelator erat ſacrarum Religionum,
Conuentus reſerat Claræ ſtructura Sororum,
Paucis contentus, iſdem cum paupere factus,
Plura pauperibus, quã diuitibus hylaratus,
O qui pauper ades, dũ tranſis quæ tibi clades!
Ergo pro ſe ores paſtor iam poſtulat ô grex,
Doctrinâ clarus omnis iuris benè gnarus
Omni poſcenti lucrum aptans lege talenti,
Villicus in Cælis prudens, ſeruúſque fidelis,
Namque alter Paulus fuit omnibus, omnia factus,
Annis quique decem Primatvm Bitvricensem
Rexit, térque decem Eccleſiam hanc prius ipſe Salenſem
Mille quadringeno, ac octogeno duodeno. 1492.
Auguſtíque die poſtremo, Chriſte Mariæ
Fili, celſa petra, Petrum tecum fer in æthra;
Adſis túque pia, pro ſe orans Virgo Maria.

CAMBRAY.
De gueulles à trois écrots d'or, 2. 2.

87. GVILLELMVS DE CAMBRAY IV. parentes habuit Ioannem
Caroli 7. Regis Francorum Panetarium, & Iſabellam Eſteuarr; auum autem Ioannem, Biturigum Ducis Conſiliarium & rationum Magiſtrum. Primò in Eccleſiâ Bituricenſi Canonicatus; deinde magni Archidiaconatus præfecturam geſſit. Mox verò Senator Pariſienſis, ad maiora ſublatus in Ar-
1483. chiepiſcopum an. 1483. Canonicorum
ſcrutinio electus fuit. Sed contradicente Cadoëto iuri ſuo ceſſit, eóque fatis functo iterum ad Pontificatũ peruenit
1493. 1493. ætatis 63. die XIV. Octob. realem
poſſeſſionem adeptus, Cadurcenſi, S. Papuli, Tutellenſi, & Agathenſi Epiſcopis comitantibus. Eius igitur operâ, vt à Pont. Max. delegati, Moniales Fontis-Ebraldi in domo Filiarum Dei Pariſiis collocantur; monaſterium quoque Annunciationis à B. Ioannâ Francicâ ædificatur, cuius Eccleſiam dedi-
1500. cauit an. 1500. Georgius Cardinalis
Amboëſius ſanctæ Sedis Legatus Guilelmo præſente, qui bona immobilia Conuentus Franciſcanorum Campi Aquoſi propè Siluiniacum, in pios vſus diſtraxit, obſeruantiâ regulari illic
1503. ſponte ſuſceptâ 1503. Exequias item
celebrauit eiuſdem Reginæ Ioannæ, quæ beato fine quieuit in palatio Bi-
1504. turicenſi 4. Februar. 1504. Caſtrum
Turleium ditionis Epiſcopalis non longè ab vrbe exſtruxit 1496. & bibliothecam cœnobio Caſalis Benedicti legauit; demortui corpus terræ mandatum eſt in choro cathedralis, hoc epitaphio.

Hic iacet exanimis patriæ flos, gĕma decora
GVILLELMVS, BITVRIX *cuius origo fuit.*
Regius hic Conſul, Biturigis atque Decanus,
Poſthinc Metropolis culmĕ honoris habĕs,
Qui ſibi pro meritis hæredes fecit egenos,
Denique ſumpturus gaudia vera poli.

SEPVLCHRVM *Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Domini* GVILELMI DE CAMBRAY *Archiepiſcopi Bituricenſis, Aquitaniæque Primatis, domini noſtri Regis in ſuo magno Conſilio, Parlamentíque Curiâ Pariſius Conſiliarij, qui obiit die vltimâ menſis Auguſti An. Dom.*
1505. M. D. V.

Is autem Guillelmus patruum habuit Stephanum Præſulem Agathenſem, nepotes duos ex fratre Ioanne, Guilelmum de Cambray Cancellarium Bituricenſem, Vicarium generalem Antonij Archiepiſcopi, qui ſtatuta

A Officialatus redegit in ſcripta tempore Franciſci Card. Turnonij; & Robertum Archidiaconum Abbatem Plenipedenſem; eiuſdémque etiam gentis fuêre Philippus Abbas Loci-Regij, & Ioannes Iacobus ex Cancellario Decanus Bituricenſis.

DE BVCY.

88. MICHAEL DE BVCY, Pariſienſis, viâ quaſi Spiritus ſancti poſtulatur nondum ſacris Ordinibus initiatus, & vix annum vigeſimum ſecundum attingens ex Canonico die XXV.
Septemb. 1505. à Papa Iulio II. con- 1505.
firmatus, mittitur in poſſeſſionem ad-
B miniſtrationis Archiepiſcopatus die
Veneris 13. Ianuarij M. D. VI. per aſſi- 1506.
gnationem ſedis inferioris Archiepiſcopalis: decimâ nonâ die Decembris ſequentis Ludouico XII. Regi fidem clientelæ pro temporali iurauit. Vnde & in quodam Senatus decreto eiuſdem anni, nuncupatur Archiepiſcopatus Adminiſtrator, habens Suffraganeum Epiſcopum Arcadiæ. Exceſſit è
viuis an. M. D. XI. Id. Februar. 6. hu- 1511.
matus ante ſedem Cancellarij.

FORMAN.

89. ANDREAS DE FORMAN. I. natione Scotus, Adminiſtrator Epiſco-
C patus Morauienſis, deſignatus à Capitulo confirmatur Bituricenſis, & Lud. XII. Regi fidem hominij præſtat 12.
Septembris 1513. pro temporali Archi- 1513.
epiſcopatus Bituricenſis, vt eſt in regiſtro Cameræ rationum Pariſienſium. Memoratur à Ioanne Leſlæo Epiſcopo Roſſenſi lib. 8. & 9. Hiſt. Scoto-
rum ad an. M. D. XIV. vbi Formannum 1514.
vocat, aitque multis precibus Reginæ Scotorum & Ducis Albaniæ impetratam pro ipſo Andreâ, bullam quâ crearetur Romæ à Pontifice Archiepiſcopus Sanctandreapolitanus, item Abbas Dunfermilingenſis ac Arborotenſis,
D quæ Edimburgi promulgata fuit anno
1515. Ioannne Hepburno de Pontifi- 1515.
catu S. Andreæ & Scotiæ Primatiâ contendente. De ipſo recitat Leſlæus, in Angliâ Legationis curam habuiſſe, & prudentiâ ſua pacem inter Regem Scotiæ & Angliæ arctiùs deuinxiſſe; tum verò an. 1512. Româ rediens in Galliam appulit, paulopoſt commendatitiis literis Regis, & electione Capituli in Primatem Bituricenſem renuntiatur; Huic baſilicæ dedit caput S. Luciæ argento auróque ornatum, quod Româ attulerat, ac poſt ſedem I. an. menſ. 4. dier. 27. traducitur, vt

dictum eſt ad Præſulatum S. Andreæ.

BOHIER. D'or au Lyon d'azur au chef de gueulles.

90. ANTONIVS BOHIER I. Card. S. Anaſtaſiæ, Yſſiodorenſis Aruernus, Auſtremonij Baronis de S. Cirgue ex Beraldâ de Prato Antonij Card. amitâ filius, quem ideò nonnulli cum Antonio Bohierio Cardinali confundunt, vbi eum de Prato nuncupant. Educatus primùm in Abbatiâ S. Trinitatis Fiſcanenſis, eiuſdem poſtea Monaſterij Abbas, S. Audoëni & Cluniaci, Normaniæque Cancellarius efficitur; accedente inſuper Franciſci I. Regis nominatione in ſacrum Purpuratorum Ordinem allectus à Leone X.
1517. Pont. Kal. April. 1517. antea prouiſus de Sede Bituricenſi ex ceſſione Andreæ Formanni; ſolemniter vrbem ingreſſus Dominicâ Quadrageſimæ; interfuit repoſitioni corporis S. Audoëni Rotomagenſis à Georgio Cardinali Amboeſio. Ceterùm Archidiaconus maior Ioannes de Vulcob, ei fidelitatis iuramentum fecit de ſuo Archidia-
1518. conatu 1518. quale homagium cæteri Archidiaconi & Cantor debent, vt eſt in chartulario Archiepiſcopali. Quanti porrò erga Eccleſiam ſuam munificus, ex eò potiſſimùm apparet, quod dederit ſex millia librarum Turonenſium, quibus emitur dominium S. Radegondis pro celebratione Miſſæ, quæ vulgò dicitur Cardinalis; multùm etiam in turri nouâ Eccleſiæ, inque foro Archiepiſcopalis Curiæ ornando opes, vbertimóſque redditus liberaliter impendit: hoc laudandus, quod conſtitutiones ſalubetrimas Synodales pro Cleri regimine condiderit 1516. At Blæſis extremum diem clauſit an.
1519. 1519. Nouemb. 27. delatus Biturigas, cenotaphium ſepulchrali tabulâ decoratur in naui metropolis, his verbis:

ANTONIVS *iacet hîc* BOHIERVS, *origine quondam*
Aruernâ, eloquio vir, meritiſque grauis.
A puero monachus, clauſtris compluribus Abbas
Dignus, & hac celebri Præſul in vrbe fuit.
Paucos poſt annos multos ſortitus honores,
Tandem Cardineo ſchemate clarus obit.

BVEIL. Ecartelé au 1. & 4 d'azur à vn croiſſant d'argent, accompagné de ſix croiſettes, croiſetées au pied fiché d'or. Au 2. & 3. de gueulles à vne Croix d'or ancrée.

91. FRANCISCVS DE BVEIL I. Iacobo Comite Sacricæſaris, & Ioannâ de Sains natus; frater Caroli Comitis & Ludouici à Boleo Magni Franciæ Pincernæ. Is ab adoleſcentiâ totum ſe literaturæ ſtudiis dedit, & Iuri Canonico perdiſcendo plurimùm incubuit:
A inter publicos eius facultatis Profeſſores cooptatus: quo in munere ita ſe geſſit, vt idem Eccleſiæ Palatinæ Auarici Theſaurarius, necnon Abbas Plenipedenſis, electus fuerit Primas XI. Ianuar. an. 1520. ſed ob controuerſiam 1520.
ei motam de electione, recepit pallium tantummodo 1522. Calend. Fe- 1522.
bruarij: deceſſorum liberalitatis memor Capitulo ceſſit terram de Sury en Vaulx; præfuitque an. 3. m. 8. d. 15. à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, ſed annos 5. dies 14. ab electione oppugnatâ à Guillelmo Paruo Dominicano, Regis Franciſci I. Confeſſario, à
B quo nominatus fuerat iuxta Concordata. Interiit Pariſiis XXV. Martij ante
Paſcha 1525. more Romano. Iacet in 1525.
ſuâ metropolitanâ prope aquilam, ſub lapide ſic inſcripto. *Dominus* FRANCISCVS DE BVEIL *Archiepiſcopus*. Inuenitur tamen eiuſdem hoc epitaphium.

FRANCISCVS *iacet hîc à ſtirpe* BVELLIVS, *idem*
Sanguinis, idem animi nobilitate valens,
Qui iurata ſemel ſemper ſeruauit ad vnguẽ,
Et cuncta intrepido pectore ſuſtinuit.

Porrò ex hâc nobili familiâ de Bueil,
C præter proceres, qui ſummis Regni dignitatibus potiti ſunt, quos inter Ioannes Dominus de Buellio Franciæ Thalaſſiarcha, Præſulis noſtri abauus, & egregiè geſtis contra Anglos maximè conſpicuus; claruit etiam in ſacro Ordine Harduinus Andegauenſis Epiſcopus.

TOVRNON. D'azur ſemé de fleurs de Lis d'or. Party de gueulles au Lyon d'or.

92. FRANCISCVS DE TOVRNON II. Cardinalis Oſtienſis Sacri Collegij Decanus, Ebredunenſis primùm Archiepiſcopus, mox Bituricenſis, pro cuius Eccleſiæ temporali fidem hominij exhibuit Regi Franciſco I.
an. 1525. vltimâ Martij, poſteà Auſ- 1525.
cienſis, & Lugdunenſis, Galliarum
D Primas, multorum quoque Monaſteriorum Abbas commendatarius; Concilium celebrauit Bituricis VI. Id.
Martij 1527. plura autem de hoc Car- 1527.
dinali à nobis proferuntur in ſerie Archiepiſcoporum Lugdunenſium.

LE ROY CHAVIGNY. Ecartelé au 1. & 4 d'argent à la bande de gueulles, qui eſt LE ROY. Au 2.

93. IACOBVS LE ROY, Renati Domini de Chauigny in Lodunenſi pago, Regi à cubiculis, & Magdalenæ Gouffier, Adriani Conſtantienſis Epiſcopi & Cardinalis ſororis filius; nepos Guilelmi Epiſcopi Magalonenſis, frater autem Ludouici regiæ ſti-

&c. eſchiqueté d'or & d'azur à bordure de gueulles, qui eſt DREVX.

patorum cohortis Præfecti, patris
Franciſci domini de Chauigny Equi-
tis S. Spiritus. Fuit hic Benedictinus
Cluniacenſis, tum Abbas S. Florentij
Salmurienſis, inde Dolenſis & Ville-
lupenſis, electúſque Cluniacenſis ceſſit
precibus Franciſci I. in fauorem Ioan-
nis Cardinalis Lotharingi an. M. D.
XXVIII. Adeptus verò eſt poſſeſſio-
nem Bituricenſis cathedræ ex reſigna-
1537. tione Turnonij Decemb. XVI. an. 1537.
Eo Præſule vrbe captâ ab hæreticis,
omnia Templa ſpoliata ſunt & pollu-
1571. tâ 1562. inſtituitúrque an. 1571. Col-
legium Soc. Ieſu à Ioanne Niquetio
S. Gildaſij Abbate, quod vnitum fuit
Vniuerſitati Bituricenſi Iacobo de Nu-
cheze Cancellario, poſt Cabilonenſi
Epiſcopo, & Emundo Merillio Ante-
ceſſorum iuris primicerio curantibus.
Diem clauſit extremum Iacobus Re-
1572. gius Lutetiæ 1572. humatus in Eccle-
ſiâ parochiali S. Landerici.

VIALART. D'azur au ſautoir d'or, accompagné de 4. croix ancrées de meſme.

94. ANTONIVS VIALART
Abbas Beatæ Mariæ de Bernaio, ex
Priore S. Martini à Campis Pariſien-
ſis, nominatur Archiepiſcopus à Ca-
rolo IX. Rege, cui ſacramentum fide-
litatis profitetur 23. Aug. 1572. adep-
tus poſſeſſionem 18. Cal. Octob. eiuſ-
1572. dem anni. Plurima Cathedrali ſuæ
dona contulit, & Palatij Epiſcopalis
partem bellorum ciuilium iniuriâ di-
rutam ædificari curauit. Deinde Co-
mitiis Cleri Gallicani Lutetiæ inter-
1573. eſt an. 1573. idem Vicarius generalis
Claudij à Guiſiâ Abbatis Cluniacen-
ſe monaſterium adminiſtrauit 1575.
Viuere deſiit ætatis annum agens
XLVIII. in Prioratu S. Mariæ de Gor-
1576. nayo ad Matronam 1576. pridie No-
nas Decembris, à ſuſcepto Martinia-
no Præſulatu anno XIV. Corpus in
templo S. Stephani Bituricenſis, à ter-
» go aræ maioris tumulatur. Vir, in-
» quit Martinus Marrier Benedictinus in
» Hiſtoriâ cœnobij S. Martini à Cam-
» pis lib. III. qui ad Archiepiſcopa-
» patum euectus, haud ita impleuit di-
» gnitatem, vt non tamen propoſitum
» Monachi, habitúmque deſeruerit. Vir
» cæteroqui, quem non tam Pontifica-
» lis infula, quàm ille Pontificalem in-
» fulam decorauit; mirandis cùm ani-
» mi, tum corporis dotibus ornatus;
» adeò vt quod olim de Catone, etiam
» de illo vſurpari potuerit; ad id vnum
» natus videbatur, quodcumque age-
» bat. Ex eadem gente orti, Carolus

Abrincenſis, & Felix Cathalaunenſis
Epiſcopus & Comes.

BEAVNE. De gueulles au cheuron d'argent, accompagné de trois beſans d'or, 2. en chef 1. en pointe.

95. REGINALDVS DE BEAVNE,
quem doctrina iuncta cum eloquen-
tiâ ſingulari, fides in Regem, amor
in patriam, virtus erga omnes com-
mendandum effecerunt; natus eſt Tu-
ronis an. M. D. XXVII. Auum habuit
Iacobum Franciæ Quæſtorem, Vice-
comitem Turonenſem, eiuſdémque
prouinciæ Proregem; Parentes verò
Guilelmum de Beaune Baronem de
Samblançay, ac Bonam Cotereau;
Patruos item Martinum Archiepiſco-
pum Turonenſem & Iacobum Ven-
netenſem Epiſcopum, fratrem quo-
que Martinum Præſulem & Comitem
Podienſem. Cùm in ſupremæ Curiæ
magiſtratibus tyrocinium exercuiſſet,
ad ampliſſimas Eccleſiæ dignitates
gradum fecit. Primùm igitur Senator
Pariſienſis, tùm Præſes in auguſtiſſimo
Parlamento, Comes Conſiſtorianus,
Libellorúmque ſupplicum in Regiâ
Magiſter creatus, præterea Franciſci
Andium Ducis Cancellarius; in his
omnibus egregiam Reipublicæ ope-
ram nauauit. Tranſiit deinde poſt Se-
natorios honores ad Eccleſiæ potiora
munera i felicibus ſanè auſpiciis, vt
qui religioni Catholicæ plurimùm eſ-
ſet profuturus, piiſſimis erga Henri-
cum IV. adhibitis conſiliis & horta-
tionibus, quibus tandem factum, vt
ab hæreſi ad veram maiorum fidem
ſeſe reuocaret. Igitur aliquandiu Ab-
batiarum Curiæ Dei & Moliſmi præ-
fecturâ functus, ab Henrico III. no-
minatur Epiſcopus & Comes Mima-
tenſis, poſtea Archiepiſcopus Bituri-
cenſis, quam ſedem an. 1581. VI. Id. 1581.
Iulij obtinuit à Gregorio XIII. Pont.
Max. ad quem Clerus, Academia, &
ciuitas Bituricenſis, communi omnium
ordinum voto Epiſtolam ſcripſêre, ip-
ſum vt Reginaldum Archiepiſcopum
acciperent, tanquam firmiſſimum Ec-
cleſiæ & religionis propugnaculum,
aduerſus hæreticæ prauitatis impetus,
quæ Galliarum regnum & fidem peſ-
ſundare moliebatur. Cùm autem viri
inſignis merita in Regem Henricum
IV. creſcerent, ipſum Magni Franciæ
Eleemoſynarij dignitate 1592. & Præ-
ceptoriâ Ordinis S. Spiritus cohone-
ſtauit. Certabant equidem in eo vir-
tutes omnes tantis faſtigiis dignæ,
ſcientia, rerum vſus, integritas, eáque
facundia, vt ad res maximi momenti;

aut exponendas aut componendas ſæ-
pius delegeretur. Hinc contigit, vt
pro Clero Gallicano coram Rege, tum
in ſacro Conſiſtorio pluries, & in Co-
mitiis Bleſenſibus, anteà verò in gene-
rali Eccleſiæ Gallicanæ Conuentu ha-
1582. bito 1582. aſſiſtentibus Arnaldo Pon-
taco Vaſatenſi, & Claudio Augenneo
Nouiodunenſi Epiſcopis, eloquentiâ
mirabili Principem hortaretur, vt ſa-
crum tueretur Ordinem, & poſt graues
tot paſſas iniurias ab hæreticorum fu-
rore, per incendia, ſpoliationem bo-
norum, vexationem perſonarum, ma-
lorum ingruentium turbines authori-
1583. tate regiâ propulſaret. Anno verò 1583.
Renati Biragij Cardinalis Franciæ
Cancellarij laudes, oratione publicâ
in ipſius exequiis Lutetiæ habitâ, quod
pariter anno ſequenti in Andium Du-
cis pompâ funebri aggreſſus eſt; nec-
1587. non 1587. in Deiparæ Virginis baſilicâ
Pariſienſi, Mariam Stuartam Franco-
rum & Scotorum Reginam, non modò
à calumniis liberauit, quibus eius me-
moriam opprimere tentauerat Eliſa-
betha Anglorum Regina, ſed & pane-
gyrico ſermone, piiſſimæ & patientiſſi-
mæ Heroinæ manibus quâ ſolebat ſtyli
elegantiâ parentauit, vt quod eius fa-
mæ probrum adſpergere Eliſabetha
decreuerat morte indecorâ & crudeli,
ipſe Reginaldus in Mariæ ampliſſimam
laudis materiam conuerteret; & è con-
tra nefarium ambitioſæ Eliſabethæ fa-
cinus deteſtaretur; quod tamen impia
gens Anglorum, abiectâ fide tum in
Deum, tum in humaniſſimum Prin-
cipem Carolum I. Mariæ ex Iaco-
bo filio nepotem, incredibili furo-
1589. re renouauit. Mortuo Henrico III.
Reginaldus, ſtatim ſeſe Henrici IV.
partibus fideliſſimè addixit, & quan-
tis potuit tum facundiæ viribus, tum
prudentiâ & animi moderatione ef-
fecit, vt eius in Gallos legitimum
Imperium & agnoſceretur, & proba-
retur. Neque omnino reticendum il-
lud, quod tamen à Chenuto & Ro-
berto noſtro ſilentio obductum eſt;
Reginaldum Archiep. primas partes
pro Rege Henrico IV. in Colloquio
Sureſnæ ad ripam Sequanæ, prope
San-Clodoaldum tenuiſſe, cùm de pa-
ce inter Catholicos regios & fœde-
ratos ineundâ, Principiſque ad fidem
Orthodoxam conuerſione, ac inſtru-
1593. ctione seriò actum eſt. Menſe itaque
Aprili anno Domini 1593. delegatur

A Reginaldus, adiunctis pluribus aliis proceribus; Fœderatorum nomine mittitur Petrus Eſpinacus Archiepiſcopus Lugdunenſis; Ceterùm quæ memorant fusè Illuſtriſſ. Viri Spondanus Epiſcop. Appamienſis tomo 3. Annal. & Præſes Thuanus lib. cvi. Hiſtoriæ nos paucis narrabimus. Cum conueniſſent ex vtriſque partibus delegati, actioni factum eſt initium Cal. Maij. Et Bituricenſis Antiſtes poſt actas Deo gratias, quod pro ſuâ bonitate ad calamitates Galliæ reſpexiſſet, inflexiſſet animos, vt ciuiles tumultus com- B ponerentur; quamobrem ij eſſent delecti, quorum fides in Deum & in patriam perſpecta eſſet; deplorato regni miſero ſtatu, hortatur omnes, vt iuxta Prophetam, inquirant pacem eámque perſequantur: cui cum non minore eloquentiâ idem Eſpinacus reſpondiſſet; in id præcipuè incumbendum, vt fides & religio in tuto collocaretur; Bituricenſis, ſeductis Collegis in proximum conclaue, conſultatione cum iis habitâ, ad colloquium redit, & non aliter religioni conſuli pronuntiat, niſi conſtitutâ legitimi Principis authoritate, in religione fruſtra laborari incerto Rege, C non alium poſſe aſſumi quam ex ſtirpe Regiâ: præceptum eſſe diuinum vt parentibus obediatur, quo nomine Reges continentur, quorum poteſtas à Deo cùm emanet, qui ipſis reſiſtunt, Dei ordinationi reſiſtunt; Principes verò eſſe imagines Dei; ſentire omnes Catholicos, qui Regi adhærent, ab eo ſe non poſſe ſaluâ conſcientiâ diſcedere; paratum Regem vt amplectatur, rectâ inſtitutione factâ, quod ad religionem ipſi deeſt, illud ab ipſo concorditer exorandum. Sermonem repetit Archiep. Lugdunenſis, conuenire omnes de inquirendâ pace, ſed D primùm quærendum regnum Dei, cætera deinde adjici nobis; petere ſe Principem, ſed Chriſtianiſſimum pro maiorum pietate; ius diuinum & humanum, Canones & vſum Eccleſiæ refragari, ne Rex alienus à fide eligatur aut tolleretur; quod doctè prolatis ex Scripturâ, & Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ quamplurimis exemplis comprobauit. Ad hæc Bituricenſis; lætari ſe quod fidem ſaluam velint, ſpem ſubeſſe quod Henricus à Deo vocatus ad Regnum pleno iure ſucceſſionis, errores à fide alienos relinquet; petere ipſum vt

„ melius doceatur, paratúmque eſſe vbi
„ primùm agnouerit hæreſim deſerere;
„ interim à Regiis partibus non diſce-
„ dendum, quod plurimis etiam ex Scri-
„ pturâ & Hiſtoriâ auctoritatibus con-
„ firmauit. Ex quo celebri Colloquio
feliciter euenit, vt Rex expetitam
animi ſui in cauſâ religionis de abdi-
candâ hæreſi ſententiam propalaret;
& ſeriò agens de reconciliatione, Con-
uentu Antiſtitum habito, Henricus
circa controuerſos articulos inſtrui-
tur, in S. Dionyſij fano excipitur à
Bituricenſi, cui factâ ſolemniter fidei
professione abiurationem chartâ ſub-
ſcribit, & ab eo abſolutionem ſuſci-
pit. Tum in Eccleſiam omnium ap-
plauſu admiſſus, peccatorum confeſ-
ſionem Reginaldo emittit, celebri
concione ab eodem habitâ, fit parti-
ceps communionis, atque inter fau-
ſtas omnium voces & gratiarum Deo
actiones, ſacrùm ſolemniter peractum
eſt. Hâc ergo legatione præclarè obi-
tâ Belnenſis de re Gallicâ & Eccleſiâ
optimè meritus, deinceps in tractan-
dis grauioribus regni negotiis adhibi-
tus eſt: nec interim diœceſis Bituri-
cenſis curam neglexit; nam & Con-
cilium Prouinciale menſe Septembri
1584 pro reformatione morum & diſ-
ciplinæ celebrari ſategit. Deinde Car-
nuti in æde Beatæ Mariæ Sacro Hen-
1594. rici 4. ipſe interfuit 1594. & nomine
Cleri Gallicani 1598. Aug. 30. Ale-
xandrum Mediceum Cardinalem Flo-
rentinum, Sedis Apoſtolicæ Legatum
pro ſanciendâ pace inter Reges Fran-
1598. ciæ & Hiſpaniæ, poſteà Leonem Pa-
pam XI. ſalutauit. Sub eius itidem
Pontificatu mortuus eſt an. 1590. die
3. Octob. nobile Tectoſagum decus,
Iacobus Cuiacius Iuriſconſultorum
ætate ſuâ doctiſſimus, & facilè prin-
ceps, qui non paruam laudem ex mul-
tis voluminibus egregiè ſcriptis pro-
meruit, & in B. Petri templo ad Pon-
tem Auaronis tumulatus eſt. Dolue-
rat & Biturix antea morte ſublatos il-
luſtres ſui ſæculi Iuriſconſultos Fran-
ciſcum Duarenum, Eguinarium Ba-
tonem, Antonium Contium, & alios
doctrinâ præſtantes; qui in Biturigum
ſcholâ diu profeſſi fuerant. Tranſiit
demum Reginaldus hic noſter ad Se-
nonenſem Eccleſiam, anno Domini
1602. 1602. de quo quidem in Archiepiſco-
pis Senonenſibus plura inferius dice-
mus.

A XCVI. ANDREAS FREMYOT II.
Abbas Ferrarienſis, S. Stephani Di-
uionenſis & Bretolij, Prior Nantuaci
& Nogenti; patrem habuit ex nobili
ſtirpe Benignum Fremyotum domi-
num de Tortes, in ſupremo Burgun-
diæ Senatu Præſidem, Comitem Con-
ſiſtorianum, matrem verò Margare-
tam Berbiſey. Is Diuione natus 1573.
Aug. 26. ſtudiis ab adoleſcentiâ ſe de-
dit, & Patauij florentiſſimo Italiæ
gymnaſio Vidum Pancirolam Iuriſ-
conſultum ſummo doctrinæ apparatu
Iuriſprudentiam docentem audiuit,
B eóſque in eâ progreſſus fecit, vt Do-
ctor renuntiatus, Senatoris primùm
Burgundiæ 1597. deinde ſcientiſſimi
in arcano Regis Conſiſtorio Aſſeſſo-
ris partes impleuerit: quibus dignita-
tibus ornatus, commendatio eius tan-
ta fuit, vt ab Henrico IV. Rege po-
tiſſimùm deſignatus, qui in Archie-
piſcopum Bituricenſem præficeretur
1602. Conſecratur enim Lutetiæ 1603. 1602.
VII. Decembris die feſto S. Ambroſij
à Reginaldo Belnenſi deceſſore, poſ- 1603.
ſeſſionem adeptus in vigiliâ Natalis
Domini eiuſdem anni, per procura-
torem Franciſcum Godard Eccleſiæ
C & Vniuerſitatis Cancellarium, quam
ipſe Andreas ſolemni inaugurationis
pompâ adiit 1604. Dominicâ IX. Cal. 1604.
Nouemb. exceptus à Metropolitanæ
baſilicæ Decano. Poſthæc autem non
Reginaldi modò in munere ſucceſſor,
ſed eius etiam famæ & exiſtimationis
æmulus fuit, quippe qui rectè inſtitu-
to diœceſis regimine, coram Henrico
Magno immortalis memoriæ Princi-
pe, regnique viris illuſtribus, Pariſiis
luculentam habuit Cleri Francici no-
mine Orationem 1608. aſſiſtentibus 1608.
quatuor Rom. Eccleſiæ Cardinalibus
Gondio, Ioyosâ, Surdiſio, & Rupi
D fucaldio typis poſtea mandatam. An-
no verò 1610. librum planè eruditum
eidem Henrico dicauit de Notis Ec-
cleſiæ; & promulgatis diœceſis ſtatutis
Gallico ſermone, inque meliorem for-
mam digeſtis, Rituales etiam libros
correctiores edi curauit. Prætcrea
fungens Diaconatus officio, corona-
tioni Mariæ Mediceæ interfuit, apud
S. Dionyſium celebratâ XIII. Maij
1610. à Franciſco Cardinale de Ioyo- 1610.
sâ; cui Reginæ poſt dirum Henrici
IV. parricidium, quod Andreæ non-
nullam ſpem ſacri galeri à Papâ obti-
nendi Regis beneficio inuidit, libel-

FREMYOT. D'azur à 3. merlettes d'argent, deux en faſſe, vne en pointe, auec vne eſtoille d'or en abiſme, & au deſſus deux autres de meſme, peries a moitié ſous vn chef de gueules.

lum de Conſtantiâ obtulit, quo eam A in tanto luctu publico, & priuato aliquatenùs ſolaretur. Sed & epiſtolam ſcripſit ad Aloyſiam Lotharingam Franciſci Borbonij Principis Contij vxorem M. DC. XV. de acerbâ morte Paridis Lotharingi Guiſij Melitenſis Equitis, Aloyſiæ fratris, qui ictu æneí tormenti in Prouinciâ Phocæenſi miſerandum in modum interiit. Adfuit porrò Comitiis generalibus regni
1614. Pariſienſibus M. DC. XIV. Quin & Henricum Borbonium II. Principem Condæum, Biturigum Proregem, baſilicam maiorem ſolemniter ingredientem, quâ decuit Orationis dignitate B excepit die ſanćto Chriſti Præcurſori
1616. conſecratâ 1616. quo tempore à Paulo V. Pont. metropolitanæ Eccleſiæ priuilegiatum altare, Ioachimo de Beauxoncles Decano inſtante conceditur; & Patres Minimi Exolduni, anno ſequenti apud Auaricum recipiuntur. Auguſtiniani Eremitæ ſtrictioris obſeruantiæ Oblincum, Albiniacum, & ad Sanctum Benedictum de Saltu aduocantur; Carmelitæ
1617. quoque 1617. Octobris 3. ſtabiliuntur, in vrbe Bituricenſi, ac in templi fundamenta primus lapis ab eodem Archiepiſcopo injicitur die 2. Iulij Dei- C paræ Viſitationi ſacrâ 1620. vti & M. D. IX. Sept. 29. in Conuentu Diuionenſi eiuſdem congregationis. Ceterùm benedixit Annam Babou de la Bourdaiſiere in Abbatiſſam Bellimontis, Do-
1618. minicâ I. Aprilis 1618. celebrátque in æde cathedrali exequias Franciſci de la Grange domini de Montigny, Equitum Franciæ Tribuni, M. DC. XVII. in quibus Oratio funebris à Iacobo de Nucheze Antiſtitis noſtri nepote, rum Academiæ Cancellario, poſteà Cabillonenſi Epiſcopo habita fuit. Dicauit inſuper Eccleſiam Capucinorum Virzione die Dominicâ Maij vltimâ D
1620. 1620. Quo eodem circiter anno cœnobium Inay caſtri Ordin. Minorum, In oppidis Caſtræ, & Exolduni Capucini fundantur, qui ab ipſo Præſule antea euocati fuerant Montem-lucium; Denique apud Biturigas ſedem fixit M. DC. XVIII. Decembris XIV. pia ſodalitas monialium Viſitationis Beatæ Mariæ, inſtitutore B. Franciſco de Sales Epiſcopo Geneuenſi, cuius Ordinis Superior primaria Ioanna Franciſca Fremiot Andreæ Archiep. ſoror, fortiſſimi viri Chriſtophori de

Rabutin Baronis de Chantal, qui in Reâ inſulâ occubuit, vidua, & pietate inſignis fœmina. Ad examen autem ordinandorum, beneficiis, præſertim Curatis, Congregationem ſingulis Mercurij diebus iuxta ſacrorum Canonum decreta inſtituit; eò ſanè feliciùs, quod res diœceſi propriæ & vicinis longè ſalutaris ac fructuoſa extiterit. Præterea in fundationem anniuerſarij, & aliarum precum die feſto S. Andreæ per ſacros ſodales maioris Baſilicæ quotannis ſolemniter faciendarum, mille aureos erogauit Antiſtes noſter, qui Turlienſis caſtri ditionis Archiepiſcopalis totam domum inſtaurauit, variis hortorum & fontium oblectamentis decorauit M. DC. XIX. Exinde hâc Metropoli ſpatio viginti circiter annorum ſummâ cum prudentiæ laude adminiſtratâ, in gratiam Rolandi Heberti Pontificatu ſe abdicauit Andreas, qui apud Ludouicum XIII. Regem eâ ſolertiæ & auctoritatis opinione poſtea floruit vt an. 1626. pro 1626. tractandis regni magni momenti negotiis Romam extra ordinem legatus fuerit; quo in itinere voto nuncupato, Diuæ Mariæ ſacram ædem Lauretanam religioſè adiit, eóque ſoluto, Iubilari anno limina Apoſtolorum muiſit, ipſúmque Pontificem Max. Vrbanum VIII. an. M. DC. XXV. qui in epiſtolâ ad eundem Regem Antiſtitis noſtri pietatem commendans, illum Gallicanæ Eccleſiæ egregium ornamentum nuncupat. In reditu etiam Rempublicam Venetorum arctiori in Francos amicitiæ vinculo copulauit, vti & Vallæſanos populos, ipſóſque Heluetios nutantes, in obſequium Regis confirmauit. Ceterùm Pariſiis Eccleſiam Viſitationis dedicauit 8. Sept. 1634. Eique anno ſequenti inſcribit 1634. Chronicon generale Ordinis Minimorum Franciſcus Lanouius eiuſdem Ordinis Profeſſor eruditus. Tandem Comitum Conſiſtorianorum Subdecanus obiit Lutetiæ XIII. Maij anno 1641. Oratione funebri laudatus à Re- 1641. nato de Ceriſiers; in eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis templo Viſitationis ſepelitur, cor autem Diuione conditum in æde Abbatiali Sancti Stephani.

97. Rolandvs Hebert Bellomonte oppido Bellouacorum oriundus, primò in Theologicis diſciplinis egregiè verſatus, Doctoratus laureâ Pariſiis

Hebert. D'azur à l'arbre d'or aux racines de meſme & en chef 3. croiſſans d'argét, 2.1.

Pariſiis inſignitur, ac deinde fit Paſtor
Sanctorum Coſmę & Damiani, Cantor
Eccleſiæ collegiatæ S. Honorati, po-
ſteà Maioris Pœnitentiarij munus gra-
uiſſimum ſummâ cum laude & vigi-
lantiâ exercuit. Cum autem perſpectâ
apud omnes pietate clareret, poſtula-
tur, vt eſſet à confeſſionibus Henrici
Borbonij II. Principis Condæi in arce
Vincennarum detenti, qui quidem
Heberti noſtri morum temperiem &
prudentiam demiratus, à Rege obti-
nuit, vt in Andreæ Fremioti iure ſuo
cedentis locum ſufficeretur in Prima-
1621. tem Bituricenſem, an. 1621. iſque à
Gregorio XV. Papâ cum bullas acce-
piſſet datas Romæ apud S. Petrum pri-
1622. die Idus Martij Pontificatus 2. 1622.
oblato Regi Ludouico XIII. Iuſto, ho-
minij ſacramento, tunc ad fanum S.
Angeli in Santonibus degenti; conſe-
cratur in Cathedrali S. Petri Santo-
nenſis XVI. Maij eiuſdem anni, à Mi-
chaële Raoul vrbis Antiſtite, Guidone
Champion Trecorenſi Præſule & Co-
mite in Aremoricâ, ac Petro Scarron
Epiſcopo Principe Gratianopolitano
aſſiſtentibus; ſolemnem verò poſſeſſio-
nem adipiſcitur XXV. Maij vigiliâ feſti
corporis Chriſti. Continuò ſacris mu-
neribus totum ſe addixit Paſtor vigi-
lantiſſimus, & cum probè intelligeret
præcipuam in eo eſſe curam & vtilita-
tem, ſi Sacerdotes doctrinâ & pietate
imbueret, à quibus poſtea in laïcos re-
ligio dimanaret, propterea ſæpius diœ-
ceſim luſtrabat, presbyteros quantâ res
ſacras vitæ ſanctimoniâ peragere de-
berent, edocebat, potiſſimùm in pœ-
nitentiæ diſpenſatione, ad quos ſcri-
bit librum perutilem de animarum
directione; curauit & iuxta Concilij
Tridentini decreta Breuiarium expur-
gari. Ne verò lupi ingrederentur ouile
Domini, ſedulò examini ordinando-
rum incumbebat, quos vt de Sacerdo-
1624. tij dignitate informaret, an. 1624. ad-
uocauit Guil. Gibiuffum ex Doctore
Sorbonico ſuo ſocio, poſtea Oratorij
Dom. Ieſu Sacerdotem, virtute &
ſcientiâ conſpicuum, vt cum aliis Orat.
Presbyteris vineam Domini excole-
rent, & domum Biturigis obtinerent,
piâ liberalitate Principis Condæi do-
tatam, à quo etiam apud Pat. Ieſuitas
Theologica Schola honeſtiſſimo pe-
culio eodem tempore decoratur. Cum
autem creſceret in dies zelus quo ac-
cendebatur pro domo Domini, vt

A Chriſtum imitaretur in omnibus, quæ-
rebat oues quæ perierant de domo
Iſraël hæreticâ labe ſauciatas; & qui-
dem plures ſalutaribus documentis
ſanauit & reduxit; Quo virtutum
ſplendore Eccleſiæ Gallicanæ Præſu-
lum, & Nunciorum Apoſtolicorum
beneuolentiam ſibi conciliauit; in-
déque factum eſt vt ab Vrbano VIII.
pallium gratuito munere conſequere-
tur; à quo idem delegatur M. DC. 1632.
XXXII. Commiſſarius, adiunctis Au-
relianenſi & Niuernenſi Epiſcopis, vt
de vitâ, moribus & ſanctitate inqui-
B rerent, Ioannæ Aurelianenſis Regi-
næ, Annuntiatarum Monialium fun-
datricis, ipſa vt in Beatarum album
adſcriberetur; necnon à Rege Lud.
XIII. miſſus cum Carolo Mironio An-
degauenſi Antiſtite, dein Lugdunenſi
Primate, vt de electione Ciſtercien-
ſis Abbatis motam controuerſiam di-
rimeret. Intereſt verò Comitiis ge-
neralibus Cleri Gallicani Lutetiæ
1624. quibus decem abhinc annis
nondum Præſul adfuerat; & cum eâ
tempeſtate ſingularis certaminis furor
Gallorum animos actiùs inuaſiſſet,
coram eodem Rege 1625. apud Fon- 1625.
C tembellaquam XIX. Iulij elegantem
Orationem habuit, quâ Principem
hortatur, vt barbaram immanitatem
authoritate regiâ compeſceret. Hoc
eodem anno 15. Maij Lud. Borbo-
nium Ducem Anguianum, Henrici
Principis Condæi ex Margaretâ
Montmorenciâ filium, in templo
S. Stephani ſacris vndis abluit. Orna-
uit & Bituricenſem prouinciam mul-
tis familiis Religioſorum, admiſitque
1623. in oppidum Borbonij Capuci-
nos 1624. Caſtro-radulphi, & in S.
Amando 1627. Caſtellione ſuper In- 1627.
dram Auguſtinianos, apud Dunum
regium Minimos S. Franciſci de Pau-
D lâ. Biturigi flagrante peſte grauiſſimâ
hoſpitatrices Virgines pro curâ pau-
perum 1629. quo tempore auctor fuit 1629.
Præſul diuini cultus obſeruantiſſimus,
Maiori & Scabinis vrbis, vt Beatæ
Virgini votum emitterent pro com-
muni ciuitatis ſalute, quo quidem,
impetratâ à ſæuiſſimâ lue ſanitate, ſin-
gulis annis tanti beneficij memoria,
publicâ proceſſione celebrarũt anno
1630. Auguſtiniani Sancerræ, Recol- 1630.
lecti apud Oblincum, Vrſulanæ Exol-
duni; anno ſequenti eædem Auarici
ex Congregatione Pariſienſi, & in

1634. vrbe Cellenſi 1634. propagantur. Porrò ſolemniter ab ipſo benedicitur Maria Albaſpinæa in Abbatiſſam Buxeriæ apud Monaſterium S. Laurentij, quod olim Pontificiæ iuriſdictionis, poſtea Congregationis Caſalis-benedicti, demum Archiepiſcopi noſtri ſapientiſſimæ moderationi ſe ſubmiſit cum Abbatiâ Buxeriæ, quæ abſoluta à Ciſtercienſium poteſtate, è Borbonienſi prouinciâ in vrbem traducta eſt. Carentonij quoque Abbatiſſam, & Exoldunenſem Archimandritam in æde Prædicatorum Bituricenſium ſolemni ritu benedixit. At plures in diœceſi ſacrauit baſilicas, nempe Capucinorum Caſtræ, Exolduni, ſancti Amandi, S. Aniani, Giani, Capellam maiorem caſtri Montiſrotundi, Carmelitarum ſacellum apud S. Amandum, & Auguſtinianorum Albiniaci. Primum etiam impoſuit lapidem chori Abbatiæ S. Ambroſij intra nouæ
1636. vrbis mœnia, & 1636. Monaſterium S. Sulpitij donatur religioſis Ordinis Benedictini Congregationis S. Mauri. Denique Paſtor optimus, cum vitæ exemplo, laboribus plurimis, verèque Chriſtianâ pietate & ſanctimoniâ, Clerum, plebémque ſibi à Deo commiſſam inſtituiſſet, obdormiuit in
1638. Domino XXI. Iunij 1638. natus 76. annis in palatio Bituricenſi. Teſtamento cautum eſt ab ipſo, vt ſub porticu Eccleſiæ parochialis S. Palladij quarto ab vrbe lapide, patrimonio vetere Archiepiſcoporum, tumulo mandaretur; Quamquam verò Canonici multùm expoſcerent in Metropolitanâ baſilicâ ſepeliri, tamen eius vltimæ voluntatis adminiſtratores fidiſſimi, Mathæus Perrotus Cancellarius, Eccleſiæ, & Nic. Porcherius Canonicus Theologus, Doctor Sorbonicus Rolandi nepos, nefas duxerunt, non obſequi modeſtiæ & humilitati tanti viri, quam perpetuò cum viuus coluiſſet, etiam poſt funus voluit obſeruare. Mortui laudes in ſacello Sorbonæ publicâ oratione funebri expoſuit Petrus d'Hardiuilier, ſanè non minore dignus encomio, vt qui Heberti ſucceſſor extitit vigilantiſſimus.

D'HARDIVILLIER. Ecartelé au 1. & 4. de gueulles à deux haches contournées aux manches d'or & au tranchât d'argent. Au 2. & 3. d'azur à vne Croix d'or ſouſtenuë d'vn croiſſant d'argent.

98. PETRVS D'HARDIVILLIER VII. Pariſienſis ex Doctore Theologo Sorbonico & Rectore Eccleſiæ S. Benedicti, poſtquam varia multiplicis eruditionis & pietatis ſpecimina edidiſſet, vt erat ab omni ſcientiarum præſertim ſacrarum præſidio inſtructiſſimus, dignus iudicatur à Rege Lud. XIII. anno 1639. qui in Archiepiſcopum Bituricenſem allegeretur; nam & fidem clientelæ pro temporali profeſſus 1643. Ianuarij XXXI. conſecratur Lutetiæ in Abbatiâ S. Victoris die VIII. Februarij ſequentis à Leonorio d'Eſtampes Archiepiſcopo & Duce Remenſi, primo Franciæ Pari, 1639. aſſiſtentibus Nicolaô Denets Aurelianenſi, & Stephanô Puget Dardaniæ, poſtea Maſſiliæ Epiſcopis, 30. Martij 1643. eiuſdem anni, iucundo ingreſſu in Cathedralem S. Stephani inuectus, an. 1645. Comitiis generalibus Cleri Gallicani Pariſienſibus interfuit. 1645. Eo ſedente apud Biturigas, Seminarium inſtituitur pro Eccleſiaſticis viris ad ordinem Clericorum, pietatem & doctrinam informandis, ſub moderamine Pat. Oratorij. Teſtamentum deinde condidit in feſto Circoncisionis Chriſti Ianuarij 1. an. 1649. ex cuius 1649. præſcripto, ad valuam maiorem baſilicæ Metropolitanæ humari inſtituit. Ille autem diu non ſuperuixit, etenim eodem anno moritur in vrbe ſuâ, IX. Octobris die S. Dionyſij. Vir fuit non minus animi modeſtiâ & morum candore, quàm zelo quo flagrabat pro animarum ſalute commendabilis, in prædicando Dei verbo vehemens, & Eccleſiaſticarum veritatum generoſus propugnator.

LEVIS VENTADOVR. Ecartelé au 1 bandé d'or & de gueulles de ſix pieces, qui eſt THOIRE VILLARS. Au 2. d'or à trois cheurons de ſable, qui eſt LEVIS. Au 3. de gueulles à 3. eſtoilles d'or, qui eſt ANDVZE. Au 4. d'argét au Lyon de gueulles, qui eſt LAVRE. Sur le tout eſchiqueté d'or & de gueulles, qui eſt VENTADOVR.

99. ANNAS DE LEVIS DE VENTADOVR Abbas S. Martini in Boſco, aliàs Ruricurtenſis, & Meimaci. Domp. d'Aubrac, ſanctioris Conſiſtorij Conſiliarius, Baro de Donzenac, Dominus de la Motte beuuron, de Vouzon, & Canlé, Prorex Lemouicenſis prouinciæ, anteà regalis ſacræ Capellæ Pariſienſis Palatij Theſaurarius; ex illuſtriſſimâ gente natus eſt; de Eccleſiâ iam optimè meritâ: nam Collegio Cardinalium Philippum dedit, Auſcienſi & Arelatenſi Metropoli eundem Philippum & Euſtachium fratrem; Ebredunenſi Antonium, S. Flori Epiſcopum, Baiocenſi, Magalonenſi, & Cameracenſi Petrum, Mirapicenſi Euſtachium, Ioannem & Philippum, Franciſcum Tutellenſi, pluréſque alios Eccleſiaſticæ militiæ Principes; in ſæculari verò nobiles Venradorij Duces, & Mirapicij Dominos ac Marchiones, Mareſcallorum Fidei

ritulo inſignitos, quem ob egregia auorum facinora in Albigenſes hæreticos promeriti ſunt. Annas verò patre cognomine ortus eſt Duce de Ventadour Franciæ Pari, Ordinis S. Spiritus Equite torquato, totius Occitaniæ Progubernatore, matre Margaretâ de Montmorency, Henrici I. Ducis Magiſtri Equitum Franciæ & Mareſcalli filiâ; quæ plures ex eodem ſuſcepit liberos, quorum natu maximus fuit Henricus Dux Ventadorij, Carolus Eques S. Spiritus, Lemouicenſis prouinciæ Præfectus regius, ſucceſſor fratris eiuratâ Ducatus dignitate, Franciſcus Lodouenſis Antiſtes deſignatus, poſtea Comes de Vauuert, Franciſcus Chriſtophorus Dux de Damuille, Annas hic noſter, & Lud. Hercules de Leuis. Ad Patriarchatus autem Bituricenſis honorem aſſumptus à Rege Lud. XIV. Adeodato anno
1649. 1649. XI. die Nouembris, de Archiepiſcopatu prouiſus eſt bullâ Papæ Innocentij X. Idib. Februarij, anno 7. Pontificatus, ac præſtito fidelitatis ſacramento 19. Aprilis, conſecratur Luteriæ die Dominicâ XXX. eiuſdem men-
1651. ſis an. M. DC. LI. apud Moniales Carmelitas ſuburbij S. Iacobi, à Georgio d'Aubuſſon Archiepiſcopo & Principe Ebredunenſi, aſſiſtentibus Ferdinando de Neufuille Maclouienſi, & Hardoino de Perefixe Ruthenenſi Præſulibus. Inaugurationi interfuêre Anna Lud. Regis mater, Philippus Dux Andegauenſis, Principes Condæus & Contius, aliique Magnates. Die Maij decimâ-tertiâ per Gabriëlem de la Loüe Abbatem Podijferrandi, magnum Archidiaconum Bituricenſem poſſeſſionem obtinet, inde Iulij XI. ipſe ſolemni pompâ à Clero & vniuerſis ciuitatis Ordinibus excipitur, à quibus fauſtam accipit gratulationem. Porrò cum eodem anno 8. Octob. Rex auguſto apparatu vrbem primùm eſſet ingreſſus, ſequenti die Dominicâ Clero comitante Regem inuiſit, & eleganti oratione ſalutauit.

DECANI BITVRICENSES.

Girbertus nominatur cum Gaufrido Præcentore, Ioanne Præpoſito, aliiſue Canonicis, in chartâ tranſlationis monachorum Do-uerenſium in caſtrum Virſionenſe ſub an. 926. ex tabulario baſilicæ Metropolitanæ. 926.

Rogerius frater Gaufridi III. Vicecomitis Bituricenſis, recenſetur an. 1012. in membranâ reſtaurationis Eccleſiæ S. Vrſini. 1012.

Ranco poſtea Epiſcopus Claromontenſis.

Simon I. ſubſcribit cum Archiepiſcopo Vulgrino, priuilegio Canonicorum de Aiis.

Emeno cuius mentio extat an. 1145. 1145.

Humbaldus præfuit an. 1178. & 1182. 1178.

Raimundus teſtis cum Odone Præcentore & Adamo Archidiacono maiore in chartâ Radulphi Cantoris S. Auſtregiſili, datâ in Eccleſiâ S. Stephani Philippo Rege Hieroſolymis peregrinante an. Inc. M. C. XCI. 1191.

Fulcaudus I. 1194. 1194.

Archambaudus 1231. 1231.

Benedictus 1240. 1240.

Ioannes de Sully I. 1257. fuit poſtea Archiepiſcopus. SVLLY.

Philippus de la Chaſtre I. Petri Archiepiſcopi gentilis 1261. LA CHASTRE.

Simon de Rochechoüart II. 1267. electus Epiſcopus Lemouicenſis 1272. inde Archiepiſcopus Burdegalenſis an. 1275. 1267.

Gofridus de S. Brixio, 1273. 1273.

Bernardus de Cuciaco, 1283. 1283.

Fulcaudus de Rochechoüart II. Ex Archidiacono, Decanus circa an. M. CC. XCIII. ROCHECHOVART.

Beatus Rogerius le Fort 1317. tandem Bituricenſis Præſul. LE FORT.

P. de Murato, 1347. 1347.

Nicolaus Potarellus, 1380. 1380.

Guilelmus de Boiſratier II. receptus ex chartâ S. Stephani 1408. poſtea Archiep. Bituricenſis. BOISRATIER.

Robertus Magiſtri, 1409. 1409.

Martinus de Chauuigny, 1441. 1441.

Philippus de Fontenay II. 1458. 1458.

Petrus Fradet I. Bituricus Senator Pariſienſis, obiit Romæ Ludou. XI. Regis Orator 1467. fundator Capellæ Fradetorum in Eccleſiâ Bituricenſi. FRADET. D'or à trois fers de pique de ſable.

Ioannes de Bella-Villa II. Conſiliatius A
1467. Pariſienſis 1467.

Cambray. *Gulielmus de Cambray* III. 1475. demum Bituricenſis Antiſtes.

Ioannes de Villiers III. 1493. Vicarius
1493. Generalis Antonij Bohier Cardinalis & Archiepiſcopi 1517.

1524. *Stephanus de Villiers* nepos Ioan. 1524.

Petrus Thuillier II. Bituricus.

Petrus Mathé III. Senator Pariſienſis, nepos ex ſorore Petri ſuperioris, de-
1544. ceſſit an. 1544.

Morvilliers. *Ioannes de Moruilliers* IV. inde Aurelianenſis Epiſcopus. B

Ioannes Bidault V. Bituricus.

1563. *Ioannes Crenequin*, VI. an. 1563,

Vialart. *Germanus Vialart*, Pariſinus.

Ægidius Quinaut Abbas S. Genulphi 1570.

1573. *Claudius d'Eſcombes* Matiſconẽſis 1573.

Cambray. *Ioannes Iacobus de Cambray* I. ex Cancellario Decanus 1574. Vicarius gene-
1574. ralis Capituli ſede vacante, & Iacobi Regij Archiepiſcopi; idémque Regis Vicelegatus Conſtantinopolim, vt obſeruat Bellonius cap. 49. cui Decano Iacobus Cujacius dicat librum LX. Ba-
1575. ſilicon 1575. & lib. 14. Obſeruationum c. 34. vocat virum ornatiſſimum, & eruditiſſimum, multíſque præclarè geſtis pro Rege nobiliſſimum. C

Claudius de Beaux-oncles, an. 1585.

Beaux-oncles. De gueules à 3. coquilles d'or, 2. 1. au chef d'argent. *Ioachimus de Beaux-oncles* Claudij nepos an. M. DC. XIII.

Iacobus Gaſſot Bituricus, vir eruditus, frater Primatiæ Officialis an. 1617. Fa-
1617. to functus eſt an. 1628. menſe Auguſto.

Georgius Froger Doctor Sorbonicus Paſtor S. Nicolai de Carduēto Lutetiæ, vir pius, electus à Capitulo reſignauit ſequenti. D

Hebert. *Philippus Hebert* III. Rolandi Archiepiſcopi nepos, Doctor Sorbonicus & Paſtor S. Magdalenæ, orauit in funebri pompâ Carlotæ Catharinæ Tre-
1629. moliæ Principis Condeæ, an. 1629. in baſilicâ B. Stephani.

Labbe. *Ioannes Iacobus Labbe* IV Dominus & Prior de Aiit, Vicarius generalis Pe-
1653. tri d'Hardiuillier Archiep. Bituricenſis, ſedet hoc an. 1653.

BVRDEGALENSES ARCHIEPISCOPI, PRIMATES AQVITANIÆ.

Bourdeaux en Guienne ſur la Garonne. BVRDIGALA Biturigum Viuiſcorum ad Garumnam, Aquitaniæ ſecundæ caput, Cæſari, Straboni, Claudiano, Ptolemæo, aliiſue celebris eſt; differt à Biturigibus Cubis ad Ligerim, quorum Metropolis Auaricum. Strabo lib. 4. populum qui tractum Burdigalæ incolit, vocat Bituriges Viuiſcos, Plinius Vbiſcos lib. IV. cap. 19. Viuiſcam gentem Auſonius, Ptolemæus Vibiſcos legit, & ita ciuitas Biturigum Viuiſcorum pro Burdigalâ accipitur in veteri inſcriptione. At varij varia repetunt auctores de huius ciuitatis etymo. Inter claras Aquitaniæ cenſetur Ammiano lib. 16. vrbs egregia Aimoino l. 1. c. 4. vinique laudatiſſimi ferax celebratur à Columellâ, Plinio, Iſidoro & aliis. Emporium habet per Gallias celeberrimum, de quo Strabo, vbi Garumna ad Oceanum accedens eundem cum ipſo æſtum patitur; ad cuius oſtium in vicinâ rupe turris, dicta Corduenna imponitur, labore Ludouici Fuxij inter ſyrtes exſtructa, accenſo igne noctu nauigantibus viam è longinquo monſtrat, de quâ Thuanus; & quidem de territorij fertilitate ita Auſonius:

Burdigala eſt natale ſolum, clementia Cæli,
Mitis vbi, & riguæ larga indulgẽtia terræ.

Eius ciuitatis gloriam prædicant idem Auſonius celebris Poëta, de illuſtribus Vrbibus cap. 13. & Paulinus epiſt. 4. ambo Burdegalenſes ciues: Ibi verò ſunt rudera inſignis Amphitheatri, & ſtantes adhuc columnæ, ac reliquiæ magnifici Palatij quod dicitur Tutelæ, deſcribitúrque à Merulâ, & Eliâ Vineto Santone doctiſſimo in notis ad Auſonij Burdigalam. Quadratâ figurâ ædificatam fuiſſe placet Auſonio, qui ſitum vrbis magis ſcire potuit, vtpote incola, quàm quiuis alius, de quâ tamen non amplius veſtigium extat, vt quæ à Gothis, Vandalis, Sar-

racenis, Notmaniſque toties fuerit expugnata & funditus euerſa; id teferr Iodocus Sincerus in ſelecto Galliæ Itinerario, & appendice ſuâ de Burdigalâ. Sunt & in pago Burdegalenſi alia oppida, videlicet Burgus prædium nobile antiquitus Paulini, quod eleganti carmine Sidonius Apollin. deſcripſit. Blauia caſtrum munitiſſimum in Garumnæ ripâ, Santrones ſpectante, ſitum, quod militare vocat Auſonius, vbi ſcilicet erat præſidium militum ſub diſpoſitione Ducis tractus Armoricani, quam Blauiam recentiores, nonnulli Santonum promontorium, ſeu Rupellam, eſſe voluerunt; ſed ſitus ratio, quem ponit Ptolemæus, reclamat, vt oſtendit Vinetus. Eſt item tractus Medulorum inter Garumnam & Oceanum, quorum caput Metullum vicus, vbi olim fuit Officina monetæ Regiæ; Franciacum caſtrum ad Dordoniam amnem conditum à Carolo Magno, ad continendos in obſequio Aquitanos, Libutnia, Cadillacum, Caſtillionum, S. Macarij, Curtracum & alia. Hinc Burdegala magnis viris conſpicua dicitur in vitâ S. Remacli, & fœcunda doctorum virorum genitrix, atque alma nutrix extitit, de quibus fusè agit Auſonius. Eandem natalibus ſuis illuſtrant plures Sancti; inter Epiſcopos eminent S. Paulinus Nolanus, S. Seuerinus Colonienſis, S. Auſtindus Auſcienſis; ex Confeſſoribus S. Goar in agro Treuerenſi celebris, S. Amandus Buxienſis Cœnobiarcha, olim S. Eparchij diſcipulus, S. Vrbicius in agro Oſcenſi Hiſpaniæ Tarraconenſis Ord. S. Benedicti monachus, & corporum Beatorum Iuſti & Paſtoris Martyrum Complutenſium è Saracenorum manibus vindex, qui circa annum D. CCC. IV. obiit XV. Decemb. vt notat in eius ſancti vitâ Oſcenſium Antiquitatum ſcriptor Franciſcus de Aynsâ lib. 2. cap. 33. Inter Sanctas verò numeratur Hildemara plurium Virginum in agro Rotomagenſi Abbatiſſa, tempore Beati Præſulis Audoëni. Ceterùm Burdegala Regia ſedes olim Gothorum fuit, teſte Sidonio, & Duces Aquitaniæ aliquando ſtationem ibi habuerunt; ſuis quoque Præfectis, Ducibus, ſeu Comitibus Burdegalenſis prouincia regebatur: Clotario 2. regnante Garacharius Comes illi ciuitati Præfectus erat auctore Greg. Turonenſi lib. 8. cap. 6. Poſthæc Caroli Magni tempore Siguinus Comes Burdigalenſis inſtitutus eſt an. D. CC, LXXVIII. 778 in vitâ Ludouici Pij. Imp. Deinde Siguinus 2. Guilelmus 1. Raimundus, Guilelmus 2, cognomento Bonus, qui liberatus ab hoſtibus, auxilio Guillelmi Sanctij Ducis totius Vaſconiæ, in præmium, eius hæreditate potitus eſt; quorum Principum ſtemma habes explicatum apud Oihenartum in Notitiâ Vaſconiæ; Sanctij nepos Otho Dux Gaſconiæ & Comes Burdigalenſis, eiuſdem Dynaſtiæ poſſeſſionem adeptus eſt, eóque ſine liberis defuncto, tranſiit Vaſconia, ipſáque Burdegala ad Duces Aquitaniæ Comites Pictauienſes.

Eccleſia Metropolitana S. Andreæ inter primarias eminet, quæ à Regibus Francorum ſecundæ ſtirpis dotata, multúmq; decorata fuit; Subeſt in ſpiritualibus Apoſtolicæ Sedi, & eximitur à iuriſdictione Archiepiſcopi: Clemens v. Pont. Max. eam variis prærogatiuis exornauit. Capitulum autem conſtat Decano, Archidiaconis Medullenſi, Ceruenſi, & Blauienſi; Cantore, Theſaurario, Sacriſtâ, Scholaſtico, Subdecano, Succentore, & XXIII. Canonicis. Diœceſis habet parochias circiter 400. ſub decem Archipreſbyteratibus. Eſt in eâdem vrbe Eccleſia Collegialis S. Seuerino dicata, parochiæ XII. plura monaſteria virorum & Monialium. Burdegalenſem porrò Epiſcopum prouinciæ Metropolitanum fuiſſe Fortunatus lib. 1. poëmatum c. XV. in laudem Leontij Burdegalenſis oſtendit, quem gradus honore ſuperiorem Epiſcopis Aquitaniæ ſecundæ commendat; Accedit quod in teſtamento Caroli Magni Imp. Burdigala inter Metrop. ciuitates recenſetur, cui ſubſunt Epiſcopatus IX. ſequentes, AGENNENSIS, ENGOLISMENSIS, SANTONENSIS, PICTAVIENSIS, PETRACORICENSIS, CONDOMIENSIS, MALLEACENSIS olim, nunc RVPELLA, LVCIONENSIS, & SARLATENSIS. Præterea nuncupat ſe Aquitaniæ Primatem Burdegalenſis, qui Bituricenſem olim agnouit; & certè Frotarius Burdegalenſis ſe minorem faſſus eſt, dum in Synodo Pontigonenſi anno D. CCC. LXXVI. enixè petiit ſe transferri ad Biruticenſem Cathedram, quæ tum vacabat, teſte continuatore Aymoini. Primatem

SVFRAGANS de l'Archeueſché de BORDEAVX.
AGEN.
ANGOVLESME.
SAINTES.
POITIERS.
PERIGVEVX.
CONDOM.
MAILLEZAIS. dict LA ROCHELLE.
LVSSON.
SARLAT.

ſuum Bituricenſem agnouerunt ali-A quot ſæculis Burdegalenſes, donec diu agitatam inter eoſdem Archiepiſcopos Bituricenſem & Burdegalenſem de Primatu controuerſiâ, factum eâ de re à Gregorio IX. Papâ, XV. Kal. Aprilis Pontificatus anno 5. decretum, aliquantùm ſedauit, poſſeſſione latâ ſecundum Bituricenſem. Adde quod Aquitaniâ in Anglorum ditionem transfusâ, Burdegalenſis Antiſtes Bituricenſi Primari facilè ſeſe ſubducere admiſus eſt. Sed tandem Clemens V. ex Burdigalenſi Archiepiſc. creatus Pontifex Max. in eam Eccleſiam pro-
B propenſior, querelam diremit, Primatu Aquitaniæ è Sede Bituricenſi ad Burdegalenſem tranſlato, quem nullâ in re deinceps iuriſdictioni Bituricenſis ſubditum fore ſanxit. Senatus Burdigalæ primò inſtitutus à Carolo VII. Rege; ſed cùm per populares factionis Anglicæ ciues rebellaſſent, armis iterum à Carolo Burdigalâ receptâ, multati ſunt priuilegiis ſuis, & Tribunal à decuriâ Parlamenti Pariſienſis tamdiu rectum, donec Ludouicus XI. illud reſtituit; in eóque Archiepiſcopi Senatores cum ſuffragio, Henrici II. Regis diplomate 1554. creari ſunt.
C Fuit & in hâc vrbe ſchola antiquiſſima Auſonij viri Conſularis temporibus famoſa; Academiam reſtituit idem Carolus ad inſtar Tholoſanæ VII. Id. Maij M.CCCC.XLI. Eugenij Papæ reſcripto confirmatam; poſtea priuilegiis variis auctam à Lud. XI. Rege, quò factum eſt, vt literis Pontificiis, Major & Iurati Burdigalenſes Academiæ patroni, Archidiaconus maior Medullicus perpetuus Cancellarius fuerint conſtituti. Abbatiæ autem in ciuitate & diœceſi ſequentes inueniuntur:

S. CRVCIS, *Ordinis Benedictini.*
S. Croix de Bordeaux.

D SILVÆ-MAIORIS, O.B.
La Seauue-Majeur.

DE AQVISTRIS, *de Quiſtres*, O.B.

S. SALVATORIS DE BLAVIA, O.B.
S. Sauueur de Blaye.

DE SIENNES, O.B.

DE INSVLA, *Ord. Auguſtiniani.*
de l'Iſle.

S. ROMANI DE BLAVIA, O.A.
S. Romain de Blaye.

A S. SEVERINI, O.A.
S. Seuerin de Bordeaux.

DE BVRGO, *S. Vincent de Bourg*, O.A.

DE VERTOLIO, *de Vertueil*, O.A.

S. GENESII *ſecularis*, O.A.
S. Genis de la Plaine.

DE BONOLOCO, *Ord. Ciſtercienſis.*
de Bonlieu.

DE FAISIA, *la Faiſe*, O.C.

PLANASILVA, *Pleneſelue, Ord. Prem.*

Burdigalenſium Archiepiſcoporum
B Catalogum primus Gabriel Lurbæus edidit in Chronico Burdegalenſi; quod poſtea auxit & ſupplementum eidem adiecit, Ioannes Darnal in Senatu patronus; Item de Antiquitatibus vrbis libellum breuem conſcripſit Elias Vinetus, & Arnaldus Oihenartus in Notitiâ vtriúſque Vaſconiæ, eorumdem Præſulum ſeriem continnauit: Nos autem ex vetuſtis tabulis, quamplurimiſque aliis monimentis ſeriem Antiſtitum auctiorem ſubjicimus.

1. S. GILBERTVS quem primum Epiſcopum fuiſſe nonnulli ſcribunt, fortaſſe dignitate ſanctitatis, non or-
C dine temporis.

2. ORIENTALIS Concilio I. Arelatenſi interfuit anno Dom. 314. cum 314.
Flauio Diacono.

3. S. DELPHINIVS Cæſarauguſtæ in Hiſpaniâ Tarraconenſi, Concilio celebrato adfuit an. CCC. XXCI. 381.
cum Aquitaniæ Epiſcopis, & in eo hæreſis damnati ſunt Priſcillianus & Delphidius Rhetor Aquitanus, aliíue nefandorum dogmatum ſectatores. Qui cùm à decreto Synodi ad Damaſum Papam prouocaſſent, ex Hiſpa-niâ Romam profecti per Aquitaniam,
D hæreſis labe eam fœdarunt; tentatâ Burdegalâ, à DELPHINIO Epiſcopo repulſi ſunt: Res è Sulpitij Seueri lib. 2. Hiſt. Sacræ narratur in libro quinto Aquitanicarum rerum. Docet autem Proſper in Chronico, interfuiſſe Delphinium Synodo Burdegalenſi anno
385. contra Priſcillianum; teſtatúrque Paulinus Epiſcopus Nolanus, ab 385.
eodem Burdegalæ ſe fuiſſe baptizatum, in epiſtolâ ad Alipium; & eam ob cauſam illum patrem & Petrum appellat; alio loco ipſum tanquam Aquitaniæ Pontificem prædicat: ad

quem ſcripſit epiſtolas quinque, vti & Diuus Ambroſius 70.

Hic verò Pontius Paulinus Aquitanus ex ſplendidâ Aniciorum familiâ Burdegalæ natus, vt ſcribit Vranius Presbyter: præceptore vſus eſt Auſonio, in poëticâ & oratoriâ excelluit, teſte S. Hieronymo; tum ad Conſulatum promotus eſt anno Chr. CCC. LXXV. ſacro fonte ſuſceptus à Delphinio, vitæ Chriſtianæ ſtudio, in Hiſpaniam ſeceſſit, vbi anno 396. à Lampadio Barcinonenſi Epiſcopo Presbyter ordinatur. Exinde ad perfectionis Euangelicæ apicem enitens, venditis omnibus bonis & ingentibus latifundiis, quæ in Aquitaniâ poſſidebat, pretium cenſus in pauperes erogauit, poſteàque in Clerum Mediolanenſem ab Ambroſio allectus ſeceſſit in agrum Nolanum, cuius ſtationem eleganter commendat Ambroſius epiſt. 36. ad Sabinum. Tandem aſſumptus ad Epiſcopatum huius vrbis in Italiâ, beato fine ibidem in Domino quieuit. His temporibus floruerunt illuſtres Aquitani, Exuperius Rhetor Burdegalenſis Præſes Hiſpaniæ, Epiſcopi, Maximinus Treuerenſis, Maxentius Pictauienſis, Paulinus Maximi diſcipulus, qui Epiſcopatus Treuirenſis honore inſignitus, Mineruius Rhetor Burdegalenſis, & alij. Nec prætereundum eſt celebrem illum Auſonium Conſulem Romanum, patriâ Burdegalenſem perperam hic Epiſcopum recenſeri, vt cum Trithemio, Demochares, Galterius, ac Robertus noſter olim ſcripſerunt, quorum teſtimoniis reſtagantur veteres tabulæ.

4. S. AMANDVS ſapientiâ & ſanctitate inſignis Epiſcopus ſucceſſor Delphini, Beato Martino Turonenſi Præſuli ætate coniunctus fuit; corruptóſque plebis mores cum fruſtra emendare tentaſſet, Pontificatus abdicationem, alio idoneo ſuffecto deprecatus eſt à Domino; cuius nutu appulit Burdigalam S. Seuerinus Antiſtes Colonienſis, vir pietatis eximiæ, qui non annuente ſolùm, ſed vrgente Amando ipſi ſubſtituitur. Eum celebrat Greg. Turonenſis lib. 2. Hiſt. cap. XIII. vbi de illuſtribus Aquitaniæ Epiſcopis ſcribit; « Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Toloſæ, vel Simplicium Viennæ, vel AMANDVM BVRDEGALÆ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Engoliſmæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, vel nunc Pegaſium Petrogoriis, vtcumque ſe habent ſeculi mala, videbis profectò digniſſimos totius fidei religioniſque cuſtodes. » Meminere huius AMANDI Baronius in Annalib. Vinetus in opuſculo de Antiquitatibus Burdigalæ, Poſſeuinus, & Proprium Sanctorum eius Eccleſiæ. Fuiſſe porrò Pontificem & Comitem ciuitatis Burdegalenſis ex ſequenti tabularij Abbatiæ S. Seuerini Burdigalenſis monumento colligitur:

IN NOMINE Patris & Filij & Spiritus Sancti. Notum eſſe omnibus Chriſtianis volumus, quid conſuetudinis habeat iſte locus, ex illo tempore quo S. Seuerinus Angelicâ admonitione ad has partes venit, & hic apud iſtum locum in Chriſto quieſcere voluit. Nam quicunque deſtruere volunt quod Sancti ordinarunt, magnum ſua animæ faciunt periculum, quia ſemetipſos produnt hîc & in futurum. Quare omnis fidelis Chriſtianus & quicúnque timorem Domini habent, hanc legem firmiter teneant, vt nunquam conſentiant ab vllo homine illam deſtrui conſuetudinem, quæ impoſita eſt per Sanctos, & cæterorum Dei fidelium authoritatem. Sanctus igitur AMANDVS illo tempore COMES & ARCHIEPISCOPVS BVRDIGALAE fuit, quando S. Seuerinus aduenit, ſed Angelo iubente vtrúmque & Archiepiſcopatum & Comitatum S. tradidit Seuerino, vt ſub illius eſſet dominio. Poſt S. Seuerini tranſitum, quem Sanctus AMANDVS ipſius petitione apud hunc ſepeliuit locum ob reuerentiam S. Confeſſoris, S. AMANDVS huic loco hanc impoſuit legem; « Vt quicúnque Comes in hac patriâ conſtitueretur, apud hunc locum ob honorem S. Seuerini gladium ſuper altare ipſius poneret, & cum vexillo & eodem gladio Comitatum à S. Seuerino reciperet, & per omne tempus quidquid magni vel in prætio, vel in alio negotio facturus eſſet, per authoritatem & licentiam talis Patroni faceret. » Ex quo tempore diſpoſitione S. AMANDI talis lex & conſuetudo eſt iſtius loci, vt omni anno tempore S. Seuerini feſtiuitatis talem cenſum Comes iſti loco & Canonicis S. Seuerino ſeruientibus perſoluat quatuor quartarios frumenti, & guarradam puri vini, non aquâ mixti, quinque porcos & vnam verrem, & vnam vaccam, pro quâ ſoluuntur omni anno decem ſolidi in feſtiuitate S. Seuerini, ab omnibus eius villæ qui exire debent de villâ

Arnachel, & vnum eorum ſextarium ſalis & vnam libram piperis. Hac ſi quis Comes benè perſoluat & locum S. Seuerini in honore & deffenſione habeat, pro certò ſciat ſe habiturum omnium proſperitatem, & in præſenti & in futuro vitæ fælicitatem, ſciat ſe S. Seuerini interceſſione longitudinem habere vitæ, & de terrenis bonis abundantiam, & contra inimicos ſuos vbique conſtantiam; Se ſibi ſit prælium contra quémque ad S. Seuerinum accedat, & ab eo accipiat licentiam, & ante eius altare arma ſua ſumat, & tunc cum ſecuritate victoriæ in prælium abeat. S. Seuerini protectus benedictione, & apud dominum adiutus ſuâ interceſſione verè redibit cum victoriâ, & cum gloriâ ſui honoris magnâ; nullus ſuorum inimicorum poterit ſibi in vllo tempore nocere, ſi firman. ſpem in S. Seuerinum velit habere. Sed ſi Comes aut perſuadente diabolicâ nequitiâ, aut propriâ inſtigante auaritiâ quicquam de his voluerit ſubtrahere, & S. Seuerino, vel ſuis Canonicis rectum & legalem cenſum, & antiquitus ex temporibus S. Amandi conſtitutum auſus fuerit deprædando ſuâ præſumptione denegare, cum Ananiâ & Zaphirâ diuino percuſſus iudicio & eo ſententiam recipiat infinitæ maledictionis. Ad hac ſi quis ſuorum Miniſtrorum quibus ipſe Comes hunc cenſum perſoluere S. Seuerino & Canonicis ſuis iuſſerit, aut maleuolentiâ, aut negligentia, aut inuidiâ, aut ſuâ auaritiâ iniuſtè aliquid de ſupradictis abſtraxerit, vel defraudati fuerint, præſenti vita ſcandalo confuſi, & perpetuæ excommunicationis interitu condemnati, pro ſuo peſſimo furto in inferno inextinguibilem vermem recipiant, & cum Diabolo & Angelis eius ſine fine pereant.

5. S. Severinvs patriâ Aquitanus, Burdegalenſis vt fertur, quem tamen de partibus Orientis ad Burdigalam deſtinatum tradit Greg. Turon. lib. de gloriâ Confeſſ. cap. 45. Dimiſſo Epiſcopatu Colonienſi non ſine diuino numine hanc vrbem ingreſſus, Amandus Præſul cum vniuerſo Clero & populo obuius ei occurrit, & peregrinum prorſus ignotum, proprio nomine ſalutauit, vt narrat Fortunatus eius vitæ ſcriptor, imò addit Gregorius hoſpitem in tantùm coluiſſe, vt ei vltro Epiſcopali cathedrâ ceſſerit Amandus; Qui Burdegalenſem plebem vitiis deditam ad meliorem vitam reuocauit, vnde & ſæpius expertâ ſalutari tutelâ Severini in aduerſis, hunc ſibi in patronum aſciuit. Fundator verò creditur, vetuſtiſſimi Monaſterij Sancti Seuerini, quod extra pomœrium vrbis conditum, conſtat fuiſſe celebre ſub Ludouico Pio Rege; Habet quoque Collegiatam baſilicam ſui nominis Coloniæ Agrippinæ.

6. S. Amandvs mortuo Seuerino, iterum Burdegalenſem Cathedram obtinuit; teſtis Greg: Turon. lib. de gloriâ Confeſſorum cap. xlv. *Quem* (Seuerinum intelligit) *deinceps in tantum dilexit ac veneratus eſt, Amandus Epiſcopus, vt eum in locum ſuum ſubſtitueret, ac ipſe quaſi iunior habebatur. Denique poſt paucos annos, obiit Beatus Seuerinus; quo ſepulto* Amandvs *Epiſcopus recepit locum ſuum, quem ei non dubium eſt per obedientiam redditum, quam in Dei cultum exercuit.*

7. S Gallicinvs præfuit circiter annum Dom. cccc. lxxiv. Sidonius Apollinaris lib. viii. epiſtolâ 474.
xi. aduentoriâ Burdegalam miſſâ Lampridio Rhetori, illius meminit his carminibus,

Perge ad limina mox Epiſcoporum,
Sancti & Gallicini manu oſculatâ
Tecti poſce breuis vacationem.

Luget autem pius Antiſtes Aruernorum idem Sidonius lib. vii. epiſt. 6. ad Baſilium Epiſcopum, ſæuam ſtragem Gothorum in Aquitaniâ, qui Epiſcopum Burdigalenſem, cum Petrocoricæ, Rutenæ, Lemouicæ, Gabalitanæ, Eluſanæ ciuitatum ſanctis Præſulibus neci dederant, alios exilio aut vinculis multauerant.

8. Amelivs Leontij deceſſor memoratur à Fortunato, cum explicat baſilicæ S. Dionyſij anguſtioris reſtaurationem, quam Leontius Burdegalenſi populo & religioni conſulens, nouis ædificiis inſtruxit; ita enim lib. i. carm cap. ii.

Qui cupis egregij ſtructorem noſcere templi,
Tam pia non patiar vota latere tibi.
Exiguam dederat hic Præſul Amelivs *arcem,*
Chriſticolam populum nec capiente loco:
Quo vitæ claudente diē, pro lege gradúque,
Venit ad hæredem hoc opus atque locus,
Fundauítque piam dehinc Papa Leontius ædem,
Obtulit & domino ſplendida dona ſuo.

9. Leontivs i. cognomento Senior, vir natalibus & eximiâ vitæ integritate

tegritate clarus, magnæque apud populares & Principes authoritatis fuit. Is tempore ordinationis, vniuerſam ſubſtantiam ſuæ conſecrauit Eccleſiæ,
480. vixitque ad an. circiter 480. Anterior autem vocatur à Fortunato quod ætate Iuniorem Leontium anteiret; neque verò incognitus eſt Sidonio Apoll. lib. vi. epiſt. 3. vbi ſe ætate vitæ, tempore dignitatis, priuilegio loci, laude ſcientiæ ab eo facilè ſuperari profitetur. Eius Epitaphium deſcribit metro graphicè idem Fortunatus libro iv. cap. 9. vbi ſic canit:

Hoc recubant tumulo venerandi membra
LEONTI,
Quo ſtetit eximium Pontificale caput.
Quem plebs cuncta gemens confuſâ voce requirit,
Hinc puer, hinc iuuenis defiet, & inde ſenes.
Egregius nulli de Nobilitate ſecundus
Moribus excellens, culmine primus erat.
Hic pietate nouâ cunctis minor eſſe volebat,
Sed magis hic meritis & ſibi maior erat.
Quo præſente viro meruit diſcordia pacem,
Expulſâ rabie corda ligabat amor.
Defenſoris opem hic omnis perdidit ætas,
Et quantū coluit, nunc lacrymando docet.
Nemo valet ſiccis oculis memorare ſepultū
Qui tamen in populo viuit amore pio.
Eccleſiæ totum conceſſit in ordine cenſum,
Et tribuit Chriſto, quod fuit ante ſuum.
Ad quē pauper opem, preciū captiuus habebat,
Hoc propriū reputans, quod cupiebat egens.
Cuius de terris migrauit ad Aſtra facultas,
Et plus iſte Deo, quàm ſibi vixit homo &c.
Ingenio vigilans, diues quoque dogmate Chriſti,
Et meruit ſtudio multiplicare gradum.
Largior in donis abſens ſibi vinxit omātes,
Et quo non fuerat, munere notus erat.
Principibus carus huius amor vnicus vrbis
Feſtinans animis omnibus eſſe parens.
Luſtra decem pollens, ſeptem quoque vixit in annos,
Mox vrgente die raptus ab orbe fuit.

10. CYPRIANVS Concilio Agathenſi ſubſcripſit an. 506. Burdigalæ
506. Metropolis Epiſcopus ac præfuit celebri Synodo Aurelianenſi i. an. Dom.
511. D. XI. regnante Clodouæo.

11. LEONTIVS II. Iunior genere nobiliſſimus, ortu Aquitanus, parente Senatore Romano; Adoleſcens in Hiſpaniâ ſub ſignis Regis Childeberti meruit; diuitiis opulentus & egregiis animi virtutibus excellens ad Burdigalenſem Pontificatum aſſumitur. Antequam ſacris initiaretur, vxorem habuerat Placidinam ex Imperatorio ſtemmate Arcadij procreatam, quæ ſi à ſponſo corpore diuiſa foret, bonis tamen operibus ipſi comes indiuidua adhæſit; nam huius encomium & Leontij ſanè præclarum expreſſit Fortunatus, qui etiam ipſum Burdigalenſem Antiſtitem XIII numerat, (vnde patet nomina nonnullorum Præſulum excidiſſe) eiúſque ortus præcellentiam, pietatem, & inſigne in reparandis templis, ſacriſque baſilicis conſtruendis ſtudium, & magnificentiam impensè attollit, intérque alia Deiparæ Virginis ſacram ædem, quam Mediolani Santonum in patriâ ædificauit; vti & Eccleſiam Sanctorum Martini, Bibiani, & Eutropij Epiſcopi Santonenſis quam collapſam reſtituit: demum Placidinæ coniugis Auguſtale genus ac virtutes eleganti poemate commendat lib. i. carm. xv. LEONTIVS autem primas tenuit, & ſubſcripſit Synodo Aurelianenſi iv. an. 541. 541.
Inde Vincentium preſbyterum vice ſuâ direxit ad Concil. Aurelianenſe v. 549. tum ſubſcribit Pariſienſibus 2. & 3. an. 555. & 557. Præterea auctor fuit 555.
cum Epiſcopis comprouincialibus, Synodi Santonenſis ſub an. D. LXIII. in cauſâ Emerij, quem Chlotarius Rex 563.
apud Santonas Epiſcopum eligendum curauerat regiâ auctoritate, contra Canones ordinatum, non adhibitâ Cleri & populi electione, ac ſine Metropolitani conſenſu, ſede expulit, & Heraclium preſbyterum Burdegalenſem ſubſtituit; At Chariberto Regi Clotarij patris decretum retineri placuit, & conuocato alio conuentu, Emerium reſtitui iuſſit, Leontio mille aureis multato à Chariberto, vt docet Greg. Turon. lib. 4. Hiſt. Franc. cap. 26. Eius prædia in agro Burdegalenſi ad Garumnam Biſſonum, Voreginem, Præmiacum & alias villas quas excoluit Leontius, carmine celebrat Fortunatus, qui eidem vitâ functo, eleganti Epicedio parentauit lib. iv. c. ix.

Hoc recubant tumulo venerandi membra
LEONTI,
Quē ſua Pontificem fama ſub aſtra leuat.
Nobilitas altum ducens ab origine nomen,
Quale genus Romæ fortè Senatus habet.
Et quamuis celſo flueret de ſanguine patrū,
Hic propriis meritis creſcere fecit auos.

Regum ſummus amor, patria capu, arma parentum,
Tutor amicorum, plebis, & vrbis honor.
Templorum cultor, tacitus largitor egentum,
Suſceptor peregrum diſtribuendo cibum.
Ingenio viuax, animo probus, ore ſerenus,
Et mihi qualis erat? pectore flente loquor.
Hunc habuit clarum, qualem modo Gallia nullum,
Nunc humili tumulo culmina celſa iacent.
Placabat Reges, recreans moderamine ciues,
Gaudia tot populis, heu, tulit vna dies!
Luſtra decem felix, & quatuor it ſuper annos
Vixit, & aurora lumine raptus obit.
Funeris officium magni ſolamen amoris,
Dulcis adhuc cineri dat Placidina tibi.

De Leontiis Burdegalæ Antiſtitibus Chriſtophorus Brouuerus Soc. Ieſu preſbyter, in Notis ad opera Fortunati pluribus locis diſertè loquitur, & Elias Vinetus in promptuario Antiquitatũ Burdigalæ: De ſecũdo item Leontio Greg. lib. de gloriâ Martyrum cap. LXV. & in Hiſt. Franc. At de Heraclio eius in Burdegalenſi Cathedrâ ſucceſſore nonnulli dubitant.

12. Bertechrannvs, quem Berteramnum, Bertranum, ſiue Bertechamnum Authores cognominant; Ingeltrudis filius is fuit, Bertegundis frater; cuius frequens mẽtio occurrit apud Gregor. Turon. lib. IX. cap. XXXIII. & Aymoinum lib. 3. cap. 26. qui ſcribit in Synodo Epiſcoporum apud S. Petrum Pariſiis in accuſatione Prætextati Rotomagenſis Chilpericum interfuiſſe, ac dextræ Bertrani Burdegalenſis, ſiniſtræ autem Ragnemodi Pariſienſis Epiſcopi inhæſiſſe, dum Turonenſi reſpondit. Memo-
580. ratur an. Dom 580. in Concilio Brennacenſis villæ, & apud Aimoinum lib. 3. cap. 43. in cauſâ eiuſdem Gregorij celebrato, quem Leudaſtes Comes, falsò apud Regem Childericum accuſarat, quaſi is de Fredegundâ Reginâ obtrectans, eam cum Bertcramno Epiſcopo concubuiſſe, dixiſſet; teſtis Gregor. ipſe lib. V. Hiſt. Francorum cap. XLIX. & lib. 7. cap. 31. vbi à Gundobaldo dicitur valde dilectus; & Metropolitico iure Fauſtinianum preſbyterum Aquenſem Præſulem ordinaſſe. Adfuit & Concilio Matiſco-
585. nenſi II. an. 585. ipſéque cum Palladio damnatus, iuſſus eſt, centenis in annos præbitis aureis pſeudoepiſcopum Fauſtinianum à ſe conſecratum paſcere, vt refert Greg. lib. VIII. cap. 20. ingenij laude non obſcurâ inclytum celebrat Fortunatus, narrat enim lib. 3. carm. 20. quod ipſi inſcribit, Poëticæ non fuiſſe ignarum, eius inquit, grandiloquentiam in verſibus commendans.

13. Gvndegisilvs cognomento Dodo, Comes Sanctonicus præ-
fuit an. Dom. 589. vnde & Greg. Tu- 589.
ron. lib. VIII. Hiſt. cap. XXII. ſic ſcribit: „Bertchramnus regreſſus ex Synodo, à febre corripitur. Arceſſitóque Vualdone Diacono, qui & ipſe in baptiſmo Bertchamnus vocitatus eſt, ſummam ei Sacerdotij deputat: omnéſque conditiones tam teſtamenti, quàm benemeritorum ſuorum ipſi committit. Quo diſcedente hic ſpiritum exhalauit. Regreſſus Diaconus, cum muneribus & conſenſu ciuium ad Regem properat, ſed nihil obtinuit. Tunc Rex datâ præceptione, iuſſit Gvndegisilvm Sanctonicum Comitem, cognomento Dodonem, Epiſcopum ordinari geſtúmque eſt ita.“ Eius meminit idem Gregor. lib. IX. cap. XLI. in cauſâ excommunicationis latæ in Chrodieldem Chariberti Regis filiam, ac reliquas Moniales, quæ à S. Radegundis Monaſterio Pictauenſi receſſerant, eiectâ Leubouerâ Abbatiſſâ ſuâ, cuius locum adfectabat; & in Diui Hilarij baſilicam, collectâ perditorum hominum manu ſe communierant. Cum ergò Gvndegisilvs Burdigalenſis Metropolitanus, ad Monaſterium eas reducere cupiens aduenisſet, & reluctantibus excommunicationem indiceret, in eum & ſuffraganeos Epiſcopos turba ſiccariorum ſic graſſata eſt, vt Clericis ſanguine reſperſis Epiſcopi vix euaſerint. Eas igitur à communione ſubmouit, & Epiſtolam ſuo fratrúmque nomine conſcripſit ad Præ-
ſules, qui circa an. 589. à Guntram- 589.
no Rege Pictauis erant conuocati, vt hoc diſſidium diſcuterent; quod legere eſt Tomo I. Concil. Galliæ. Reſcriptum autem Epiſcoporum recitatur à Greg. lib. IX. cap. XLI. Poſt Gundegiſilum multi Antiſtites deſunt; conſtat enim ad Frotarium vſque diutinum fuiſſe interpontificium, vel certè altum ſilentium de ſucceſſoribus; nihilominus volunt quendam Sutellium Archiep. Burdegalenſem ſubſcripſiſſe Priuilegio dato à Diuo Gregorio I.

Pont. Max. S. Medardi Sueſſionenſis
Monaſterio; & ſub an. Dom. D. CCC.
IV. in MS. Codice cœnobij Anianæ,
legitur *Melitus*, quem leui coniecturâ
Burdegalenſem interpretantur : nam
de his duobus Præſulibus ſilent om-
nes melioris notæ catalogi.

14. Sicharivs, cui Ludouicus
Pius Imper. miſit exemplum decreto-
rum Concilij Aquiſgranenſis per Ada-
816. lelmum an. Chr. D. CCC. XVI. vt in
prouinciâ ſuâ diligenter ea tranſcribi
& obſeruari faciat; ex quo ſtatuto col-
ligitur fuiſſe inuitatum ad Synodum
Aquiſgranenſem, ſed intereſſe non
potuiſſe. Decernit Imperator eidem
Sichario, quem Metropolitanum ap-
pellat, vt diœceſeos congregatis Epiſ-
copis, prælegat authoritatis ſuæ ſan-
ctionem, cuius epiſtolæ exemplar è
MS. Aquitano euulgatum eſt tom. II.
848. Concil. Sub an. verò 848. laborauit
Aquitania incurſionibus Normanno-
rum vrbes igne ferróque vaſtatæ, Bur-
degala ipſa Iudæorum Aquitanorum
proditione expugnata, qui etiam vi-
cum Metullenſem depopulantes in-
cendio tradunt, vt legitur in Chroni-
cis de geſtis Nortmannorum & Lemo-
uicenſi S. Martialis.

15. Frotarivs Abbas S. Hilarij
Pictauienſis, ſubſcribit Concilio Tul-
860. lenſi II. apud Tuſiacum an. 860. &
iuſſu Patrum Synodi Hincmarus Re-
menſis epiſtolam ad eum & Rodulfum
Bituricenſem Metropolitanos Aquita-
niæ ſcripſit, pro nuptiis Stephani & fi-
liæ Regimundi Comitis. Interfuit
866. etiam Concil. Sueſſionenſi III. 866.
tum epiſtolæ Synodicæ ad Nicolaum
Papam, & priuilegio Abbatiæ Solem-
niacenſis ante Remigium Lugdunen-
ſem hoc anno ſubſcribit. Sequenti
porrò Pont. Max. literam ei direxit,
pro imponendâ pœnitentiâ inuaſori-
bus rerum Eccleſiaſticarum. Per idem
tempus Trecaſſino Concil. in causâ
Ebonis Archiep. Remenſis celebrato
867. adfuit an. 867. vbi corruptè Baronius
tomo x. Trocarium vocat; deinde pro-
868. uiſus eſt de Abbatiâ S. Hilarij an. 868.
vt legitur in Annalibus Francorum
Bertinianis. Cum autem Burdegalenſis
prouincia ob crebras paganorũ incur-
ſiones eſſet deuaſtata, è Burdigala Pi-
ctauium tranſiit, & Caroli Calui Imp.
precibus ad Bituricenſem Cathedram
876. tranfertur à Ioanne VIII. Papâ an. 876.

A quam migrationem non admiſit Syno-
dus Pontigonenſis eodem anno cele-
brata, cui nomen appoſuit Frota-
rius. Reſcriptum ergo Pontificis tale
eſt.

*REVERENTISSIMO & ſanctiſ-
ſimo Confratri noſtro FROTARIO du-
dum quidem BVRDEGALENSI,
nunc autem Bituricenſi Archiepiſcopo. Ad
hoc nos diuina promiſſio ſupernáque mode-
ratio Eccleſiis ſuis voluit praeſſe rectores,
&c. Quia igitur Burdegalenſem Eccle-
ſiam, totámque penè ſub eius habitam regi-
mine diœceſim, ita paganorum frequentes
gladij prædæque continuæ conſumpſit irru-
B ptio, vt penè omne illic Epiſcopale vacet of-
ficium; neceſſariò prævidimus, Dei omnipo-
tentis auctoritate, Beatorúmque Petri ac
Pauli Apoſtolorum principum, fraternitatem
tuam, cuius vacatio defectus eſt fidei, & ferè
virtutum omnium detrimenta, in Eccleſiâ
Bituricenſi, quæ vacare paſtorali curâ di-
noſcitur, ab hac præſenti decimâ Indictione
præferre ſimul & incardinatam præficere,
habito in eadem Bituricenſi Eccleſiâ totius
iure metropoleos ac diœceſeos priſcis tempo-
ribus à ſacris Canonibus præſtituto, & in
illa Eccleſiâ eatenus conſeruato, ita vt Paſtor
eiuſdem ſanctæ Bituricenſis Eccleſiæ, rector
& Antiſtes ex hoc re verâ dicaris, habearis,
C & Chriſto propitio percolaris, ea quæ Dei
ſunt iugiter agens, & vtilitati proximorum
ſemper intendens. Data &c. Indictio-
ne x.*

16. Aldebertvs ſubſcribit au-
tographo inſtaurationis Monaſterij S.
Crucis Burdegalenſis factæ à Comite
Guillelmo cognomento Bono, Ray-
mundi filio regnante in Burdigalâ;
quod inſtrumentum aſſeruatur in ta-
bulariis regiis illius ciuitatis; de quâ
inſtauratione, quia ſine die, anno &
Conſule notatur in vetuſto MS. cœno-
bij S. Crucis, varij varia ſentiunt; At
Pontificatus Aldeberti rectè aſſigna-
D tur ad an. Dom. circiter 900. 900.

17. Gavfridvs I. ante Ado-
nem Auſcitanum Archiepiſcopum,
fundationem Abbatiæ S. Seueri in
Aquitaniâ à Willelmo Sancio Vaſco-
niæ Duce 982. nominis chirographo 982.
firmauit, vt patet ex originali quod ex
archiuo huius monaſterij relatum eſt
in lib. III. c. 8. Hiſt. Bearnij, cui huius
Archiepiſcopi & Aldeberti notitia de-
betur.

18. Gvmbaldvs Gasconiæ Gascogne.
Dvx Abbas S. Petri Condomienſis,

frater Guilelmi Sanctij totius Vaſco-
niæ Ducis, Comitis Burdegalenſis, fi-
liúſque Sanctij Garſiæ Comitis Maio-
ris Vaſconiæ; antea Vaſatenſis & Agen-
nenſis Epiſcopus, vxore mortuâ, ex
quâ Hugonem Agennenſem Præſu-
992. lem ſuſceperat. Conſecrauit is Aldo-
uinum Lemouicenſem Epiſcopum an.
992. & tralationi corporis S. Martialis
994. intereſt 994. Meminit item Gumbal-
di Chronicon Petri monachi de anti-
quitate Malleacenſis inſulæ lib. 1. cap.
„ 4. his verbis: Paucis diebus euolutis,
„ pleriquе Epiſcoporum ad Curiam Du-
„ cis (Guillelmi 3. Aquitaniæ) adue-
„ niunt, ac de communibus Eccleſiæ
„ ſanctæ vtilitatibus, præſente Principe,
„ differentes, nonnulla idonea decreta
„ ſtatuunt. Inter quos BVRDEGA-
„ LENSIS Archiepiſcopus, vocabulo
„ GVMBALDVS, cum aliquibus Suf-
„ fraganeis ſuis aderat, quem Princeps
„ conſilio coniugis, quoniam religionis
„ amicus ferebatur, ad dedicandum
„ Malleacenſe cœnobium inuitat. Con-
„ ſentit ipſe, & vnà cum reliquis eiuſdem
„ ordinis ſolemniter celebrat conſecra-
„ tionem baſilicæ. Quâ expletâ, aliquos
„ Epiſcoporum Princeps ſecum aſſu-
„ mens, causâ conſecrationis Eccleſiæ
„ B. Hilarij, quam coram ipſius aulâ
„ Principis conſtitutam prædiximus, ad
„ eam eos duxit: Pictauienſem verò
„ ſolum Pontificem ſecum Comitiſſa re-
„ tinuit, &c. Porrò Ioannes Bouchetus
in Annalibus Aquitaniæ parte tertiâ,
mentionem facit cuiuſdam Hilbonis
Archiepiſcopi Burdeg ſed fortè cor-
rupit nomen Gumbaldi. Ex quo ap-
paret Lurbeum etiam in chronico
Burdegalenſi minus rectè ſcribere,
eum ſediſſe ad an. 1041. In tabulario
S. Seuerini legitur vetus charta de
dono medietatis Eccleſiæ de Parrum-
poiriâ eo tenore:

*IN NOMINE Patris & Filij & Spi-
ritus Sancti. Tempore illo quo B. Seueri-
nus Angelicâ admonitione ad has partes
venit, hicque Domino volente, expulsâ om-
ni Arrianâ hæreſi requieſcere voluit, San-
cti Patres fecerunt poſt extinctionem eius,
locum in eius honore conſecratum. Conſe-
crato illo loco dederunt de poſſeſſionibus ſuis,
ſecundum quod habebat vnuſquiſque; & ex
eo tempore parentes noſtri ſecuti ſunt eius
veſtigia, audientes dominicum ſermonem,
vt quiſque daret, huic loco & alijs in ho-
nore Domini & Sanctorum multiplicatum
redderetur ſibi hic, & in futuro; Qua-
propter quædam matrona multis nobiliſſi-
mis parentibus orta cui nomen Peironeria,
venit ſupplici vultu ad huius patroni lo-
cum, & vocatis Canonicis, qui ibi aderant,
vt viderent, dedit medietatem Eccleſiæ
S. Petri, S. Seuerino in villâ qua vocatur
Parrumpoira, hoc pacto, vt quicumque ſer-
uirent huic loco, & haberent memoriam eius
expulſo omni hærede & contradictore ali-
quo inſtigante diabolicâ nequitiâ poſſede-
rit. Hoc ſi quis contradicere voluerit, au-
thoritate B. Petri, & Pauli, necnon GVM-
BAVDI ARCHIEPISCOPI,
qui tunc temporis Archiepiſcopus Burdig.
erat, excommunicamus, & ab omni Chri-
ſtianitate expellimus; & ſi morte præoccu-
patus fuerit, quicumque ſit ſiue laicus ſiue
Clericus, nunquam ſepeliatur in cœmeterio
neque ſibi faciat quiſquam diuinum offi-
cium, ſed ponatur in ſepulturâ aſinorum.
S. Vuilel. de Forcâ. S. Vuillel. Errat. S. He-
lias. S. Andraldus Gater.*

19. SIGVINVS ex Monacho ele-
ctus, ordinauit an. M. X. Arnaldum 1010.
Epiſcopum Petracoricenſem apud S.
Benedictum de Nantolio auctore Ade-
maro Cabanenſi in Chronico, & 1016. 1016.
conſecrat Geraldum Lemouicenſem
Epiſcopum Pictauis in Eccleſia Sancti
Hilarij.

20. ACIVS, ſiue ARNALDVS di-
ctus Ademaro hanc Eccleſiam admi-
niſtrauit an. 1026. de quo fragmentum 1026.
Hiſtoriæ Aquitanicæ, & idem Ade-
marus: *Siguino Burdegalenſi Archiepiſ-
copo mortuo, ſuccedit ACIVS, qui ſtatim
moritur, & in eius locum à Sanctio Duce
Aquitaniæ & Vaſconiæ, qui conuentum
apud Blauiam congregauerat, Gaudefridus
ordinatur.*

21. GODEFRIDVS II. natione
Francus, moribus honeſtus, Blauiæ in
Archiepiſcopum conſecratur à Suffra-
ganeis Epiſcopis, teſte Ademaro. Se-
dit an. 1027 & Lurbeus in errore eſt, 1027.
qui creatum aſſerit an. 1037. id enim
colligitur ex ſchedâ donationis in ta- 1037.
bulario S. Crucis Burdegalenſis de vil-
lâ S. Macharij quæ eſt huiuſmodi:

Ego in Dei nomine Guillelmus Dei
dono Dux Aquitaniæ, & vxor mea
Aremberga, conſidero grauitatem pec-
catorum meorum, & propterea con-
cedo ad baſilicam S. Crucis Burdega-
læ, ſalutatem illius loci & allodium
liberum & villam S. Macharij vbi ipſe
B. Macharius tumulatum eius corpus
requieſcit, cum decimâ & cum omnes

„ res ius de terrâ & ex mare & cum iuſti- A
„ ciâ ſanguinis, & cum pedagio & aliam
„ ſalutatem S. Mariæ de Machâ cum
„ decimâ, & omne ius & conſuetudines
„ & eam prope adiacentem inſulam, &
„ cum Paduensâ in terrâ & cum mare &
„ alteram villam S. Hilarij de Ortella-
„ no, cum decimâ & alteram quæ voca-
„ tur Solaco cum oratorio S. Genitr.
„ Mariæ, cum decimis & aquis dulcis, &
„ terris de mare Saliſsâ vſque ad mare
„ de Girondâ &c. omnes iſtas villas cum
„ iuſticiis ſanguinis, cum Eccleſiis ea-
„ rum & omnes conſuetudines & iura,
„ cum conſuetudine trium modiorum
„ ſalis ad ſacratiſſimum lignum; ſeu ad B
„ congregationem Deo ſeruientem;
„ quod Burdegalæ ſitum eſt, dono, &
„ transfero in illorum ibi degentium
„ monachorum ad ſtipendia &c. Hæc
1027. „ donario facta eſt anno 1027. Incarn.
„ Dom. præſente Fulcone, Gaufridi &
„ Trancardi Baronis, Combaudo Oſten-
„ di, & Guillelmo Præpoſito Gombau-
„ do Abbate, & Eccleſiæ BVRDEGA-
„ LENSI Archiepiſcopo GODOFRE-
„ DO.

Nominatur in dedicatione S. Sal-
1028. uatoris Lemouicenſis an. 1028. Kal.
Decembris 5. eiúſque mentio extat in
archiui Angeriacenſis tabulâ donatio- C
nis, Anrildis nobilis feminæ, de villâ
Caranriniâ, Abbatiæ S. Ioannis: & in
aliâ Raimundi cuiuſdam, pro Eccleſiâ
villæ de Romanorulo, menſe Martio
anno x. regnante Henrico. Præterea
memoratur in chartâ Sancij Comitis
totius Vaſconiæ, quâ Adalhis concedit
Canonicis S. Seuerini donum molen-
dini iuxta Turrim-fractam; ſed & in
membranis Abbatiæ S. Crucis talis te-
cenſetur:

EGO AMA *Comitiſſa Burdegalenſis ceu Petrogoricæ patriæ ad reſtaurationem S. Dei Eccleſiæ, ob remedium animæ meæ,* D *nec non parentum meorum, do quamdam meam hæreditatem cuidam Monaſterio conſtructo in honore S. Mariæ, de finibus terræ in ſupplementum inopiæ. Ipſa hæreditas eſt inter Dordoniam, & vocatur Medrins, quam ſi quis abſtulerit immitem habeat matrem totius ſæculi conditoris. Hæc do-*
1043. *natio facta in anno* M. XLIII. *Incarn. Dom. Francorum Henrico Rege regnante, præſidente* GODEFRIDO ARCHIEPISCOPO *incomparabili luce ſapientiæ ac morum honeſtate refulgente Sedi S. Eccleſiæ* BVRDEGALENSIS, *Domno Gombaldo Abbate aſſiſtente, monaſteriis imprimitus S. Crucis & S. Mariæ, cui datur hæreditas & S. Machary.* Sepelitur autem Godefridus in medio chori Eccleſiæ S. Seuerini.

22. ARCHIMBALDVS ex Abbate & Domino S. Maxentij in Pictonibus, qui nuncupatur fidelis Guidonis Aquitanorum Ducis in tabulâ Vindocinenſi; Burdegalenſem ſedem eſt aſſecutus mortuo Godefrido, quemadmodum liquet ex vetuſto documento eiuſdem Abbatiæ S. Maxentij, quod è cartophilacio deſcriptum, hâc ſerie verborum legitur in Hiſtoriâ Comitum Pictauienſium Ioannis Beſly.

TEMPORE *quo in pago Pictauo Vuilelmus Dux Aquitanorum Principatum accepit, iuuante germano illius Gausfrido, necnon illorum genitrice in hâc vitâ feliciter manente, ſcilicet Agnete Comitiſsâ; ſed & in cœnobio almi Confeſſoris Maxentij D.* ARCHINBALDO *gratiâ Dei* BVRDIGALENSIS *ciuitatis Epiſcopo electo, locúmque ſupradicti Sancti ſtrenuè gubernanti, contigit, vt Dux ipſe haberet conflictum cum quodam milite nomine Heliâ, qui tunc temporis in Caſtello qui dicitur Vuluent, dominatum tenebat, ſuperatus à Duce memorato, vellet nollet proprium domicilium reliquit. Fuerat autem in ipſo caſtro quidam miles nomine Raymundus qui in terrâ S. Maxentij, quæ Mareiaco dicitur, conſuetudinem miſit, quæ ibi nunquam fuerat, qualem voluit. Vt autem cognouit Archinbaldus antedictus hanc conſuetudinem Deo & hominibus omnino eſſe moleſtam, conſilio reperto, cum conſenſu ſupradicti ſenioris conſuetudinem antedictam ab ipsâ terrâ deleuit. Tranſitis autem paucis diebus ſuperueniens quidam Giraldus filius ipſi Raymundo, poſtquam in ipſo caſtro honorificè eſt ab ipſo Comite ſublimatus, ipſam malitiam quam pater eius; ſicut diximus tenuerat, dimittere noluit: ſcilicet quod præmiſſum eſt reddere reiecit. Non ferens verò Archiepiſcopus tantam præſumptionem, rogauit Ducem, vt ab ipſo iugum tam perfidæ dominationis auferret; quod & fecit, donauitque ei medietatem in pedatico ipſius caſtri, ita vt hoc quod ante in terrâ S. Maxentij tenuerat, relinqueret abſque vllâ requiſitione: quod & ita factum eſt. At verò recogitans Archiepiſcopus penes ſe ne fortè hæc relaxatio in pœnitudinem aliquando veniret, obſeruauit Ducem antedictum, vt acciperet aliquod munus pro deliberatione illius terræ, vel aliarum quæ modò nominandæ ſunt: ſcili-*

cet illas malas omnes conſuetudines quæ in plano Alniſio in terrâ S. Maxentij ab ipſius iuſſu habebantur omnino obliuione dederentur, & conſuetudinem quam ipſe Comes Vuillelmus & vxor ſua Ermenſendis habebant in villâ, quæ vocatur Artis, & villâ quæ dicitur Vlmes, & illam conſuetudinem quam Anteceſſores ipſius Comitis habebant in villam quæ dicitur Vulliacus: Hæc omnia dedit perpetualiter S. Maxentio, omnémque videlicet conſuetudinem quam Comes Vuillelmus habebat in plano Alniſio in terrâ S. Maxentij, & illam de Marciaco, & dedit in Siluâ quæ vocatur Saura quantum tenet tota reueſtio, & in tranſuerſum ex via publica quantum poteſt homo iactare vnum lapidem cum manu & totum Gros boce, in omnibus quicquid facere voluerit Archiepiſcopus ſupradictus & ſui ſucceſſores. Deditque illi villam de Argentorias & Liniales, & ex pedatico medietatem de villâ S. Maxentij. Pro his igitur acquiſitis omnibus placuit Domino Archiepiſcopo, vt daretur Comiti Vuillelmo munus gratum ſibi, ſcilicet ipſius equus valens D. ſolidos, & inſuper CCC. ſolidos nummorum, ita vt ipſemet Comes ſuâ manu Archiepiſcopo ſuiſque præſentibus monachis ſuper altare S. Maxentij hanc cartulam affirmando per pretium imponeret quinto inde die veniente illo tempore ante natale Domini. Regnante verò Henrico Rege Francorum, obtinentéque Duce Vuillelmo cum ſuâ genitrice Agnete, Aquitanorum fines, Iſembertóque Præſule Pictauam Sedem regente, atque Archiepiſcopo Archinbaldo vtriúſque Ordinis infulâ præeminente, ſunt hæc præfixa firmâ manu & perpetualiter conceſſa. Signum Vuillelmi Ducis, ſuæque coniugis Ermenſendis, Agnetis Comitiſſæ, Iſemberti Præſulis, Archiepiſcopi Archinbaldi.

Adfuit dedicationi Abbatiæ S. Mariæ Santonenſis Archimbaldvs cum aliis Præſulibus Galliarum an.
1047. 1047. & 1054. Idibus Maij ind. 7. Pictauis ſubſignauit chartam donationis Guilielmi Ducis Aquitaniæ Abbatiæ S. Florentij Salmurienſis. Ex chronico autem Malleacenſi conſtat ſub eodem Archinbaldo Præſule & Abbate
1059. corpus B. Maxentij an. 1059. 6. Nonas Octobris oſtenſum fuiſſe, ac eidem ſepulchrum nouum dedicatum. Sed poſtea deiectus eſt ab Archiepiſcopatu Burdegalenſi, vt patet ex tabulario Vindocinenſi cap. 193. Anno In-
1068. carn. Dom. 1068. menſe Octobri, vltimâ Dominicâ eiuſdem menſis; Cùm apud caſtrum, quod Surgeriis accolæ nuncupant, remorantem Guidonem Aquitanorum Ducem, Odericus Abbas Vindocini & quidam de Monaſterij fratribus expetiſſemus, quatenus inquietudines & iniurias terræ S. Trinitatis de S. Aniano à Præpoſito ſuo, qui Seniorulus dicitur, irrogatas, ſicut nobis ante promiſerat, in ius reduceret, & terram antiquæ ſuæ libertati quæ donata fuerat, ad integrum reſtitueret, contigit, vt quibuſdam aliis neceſſitatibus ſuis præpeditùs, cauſam noſtram duobus ſuis fidelibus Archenbaldo videlicet Archiepiſcopo iam depoſito, atque Goſfrido de Rupeforti, tractandam examinandámque committeret. Cauſa igitur incœpta cum ad id ventum eſſet, vt iam dictus Præpoſitus hanc in Maritimis noſtris eſſe conſuetudinem affirmare vellet, vt quamdiu Comitis ſeruientes ſalem iuſto pretio vellent emere, nulli alij homines S. Trinitatis auderēt vendere: proteſtantibus è contra monachis noſtris qui aderant, omnino falſum eſſe: teſtem ſibi chartam donationis à fundatoribus loci legitimè confirmatam in medium produxerunt. Quæ cum in audientiá vniuerſorum qui aderant, recitata fuiſſet, repertum eſt non ſolùm maritima illa & terram de S. Aniano, ſed omnem omnino terram S. Trinitatis cœnobij Vindocinenſis, vbicúmque ſita ſit ab omni conſuetudine conſulari liberam penitus & quietam eſſe. Sed cum memoratus Præpoſitus importunius adhuc idcirco ſeſe præfatam conſuetudinem nequaquam relicturum proclamaret: conſilio Dn. Abbas Odericus cum fratribus accepto, placitum illum vtpote non nobis taliter vtile derelinquens, ad Comitem venit, conſuluitque vtrum donationem iure factam & certam, vt erat legitimè corroboratam annueret. Comes verò libenter & donationem ſicut prius à matre ſuâ Agnete Comitiſsâ & Goſfrido Comite facta legaliter fuerat: & chartam ſimiliter vt fratris ſui Guillelmi Pictauorum Comitis manu fuerat conſignando roborata, conſenſit, & adſtipulauit &c. Teſtes qui affuere nomina ſunt hæc: Odo Abbas S. Ioannis de Angeriaco, Abbas S. Michaëlis de Heremo, Oſtenſis de Tailliburgo, Hugo de Surgeriis, Goſfridus de Talniaco, Goſfridus de Rupeforti, Archenbaldvs Archiepiscopvs de S. Maxentio.

23. Andro Archiepiſcopatum adeptus eſt poſt Archinbaldum, vt docent membranæ S. Seuerini Burdegalenſis; Idem querimoniâ veteri inter homines Sanctorum Seuerini & Andreæ nondum ſopitâ de ſepulturâ mortuorum, in Diui Andreæ cœmeterio faciendâ quam nemini conceſſit, Metropolitani auctoritate promulgauit, quod deceſſor Archenbaldus firmiter cauerat, nullum in eodem cœnotaphio humandum; Amatus verò Rom. Sedis Legatus conſilio Synodi & laïcorum, poſtea controuerſiam ex toto diremit, & cœmeterium publicum ibidem abrogauit; quâ de re mentionem faciunt monumenta S. Seuerini, in quibus legitur poſt Andronis mortem Pontificatus poſſeſſionem accepiſſe Goſcelinum, qui tamen in Chronico Malleacenſi legitur ſucceſſor Archimbaudi.

...rth b-... ay. Bourelé d'ar... & d'a... de dix... , L... e de... lles... hant. ... le tout

24. Goscelinvs de Parthenay, Theſaurarius Eccleſiæ Beati Hilarij Maioris Pictauienſis & Partheniacenſis caſtri in Pictonibus Dominus, nobilitatis genere clarus, Guilelmo Partheniacenſi Dynaſtâ ex vxore Arengardâ natus primogenitus, frater autem Simonis Elbonis & Gelduini de Partheniaco. Pontificatum Bur-
1060. degalenſem rexit an. 1060. vt fidem facit chartâ S. Seuerini Burdegalenſis:

« Sicvti ex antiquo tempore exigente ratione conſtitutum eſt, quiſquis Berbezillenſis Principatus fructus ſortitur, de S. Seuerino, & Archiepiſcopo ſe Principatum prænotatum habere non ignorare debet. Heiterius itaque plurimorum veſtigia prædeceſſorum ſequutus, hunc ipſum honorem ſe tenere fatetur, ſicut præmiſimus. Cuius etiam Pater Alduinus cum in territorio Birbezillenſi vnam Eccleſiam fundare vellet, aduocauit Archiepiſcopum Godefridum vt fundamento ponendo intereſſet, & eodem diſponente Eccleſiam faceret. Qui cum veniſſet ad locum conſtitutū, tres lapides ſuis manibus in fundamento Eccleſiæ poſuit in Dei & B. Mariæ honore. Poſtquam verò hæc compoſita fuit Eccleſia, Alduinus præfatus iam ſenex, etiámque emeritus, S. Petro Cluniacenſi & eius monachis, factus & ipſe monachus, eam iniuſtè donauit. Quo defuncto Heiterius, qui eius filius fuerat, animaduertens patrem ſuum in hoc dono quidem erraſſe, coactus ratione, S. Seuerino & Archiepiſcopo illam Eccleſiam reddidit, cum rebus ſuis pertinentibus. Et quoniam Eleazerus diligenter procurauit, vt hæc Eccleſia ad S. Seuerinum, cuius ipſe Decanus eſt, rediret, ab eodem S. & Archiepiſcopo eam habet, & in vno quoque anno quandiu vixerit, B. Seuerino 10. ſol. ſoluet tributum. Quicùnque verò poſt eum ſiue Decanus, ſiue aliquis alter ſub Decano hoc habebit, tantumdem ſupradicto Sancto ſoluat. Hæc autem chartula compoſita fuit anno ab Incarn. Dom. M. LX. Philippo Rege re- 1060.
gnante, & Guillelmo Aquitaniæ Duce rebelles triumphante, & Goscelino populum ſibi commiſſum catholicè docente. » Idem cum apud Godefridum Aquitanorum Ducem gratiâ valeret, mortuo Guillelmo Engoliſmenſi Epiſcopo, Theſaurarij S. Hilarij munere cohoneſtatur. Eiuſdem Goſcelini & procerum Aquitaniæ aſſenſu celebre decretum confirmatur, vt de cætero nullus preſbyteri filius, vel ex adulterino coniugio natus, fieret vnquam in eadem Eccleſiâ Canonicus: tametſi autem Priuilegium ex archiuo Sancti Hilarij typis exaratum ſit in Hiſtoriâ Comitum Pictauienſium, tamen eo loco ſubjiciendum duximus:

Gosfredvs *Dei gratiâ Dux Aquitanorum, & Vuillelmus filius eius, vniuerſis Canonicis Eccleſiæ glorioſiſſimi Confeſſoris Hilarij, tam præſentibus quàm futuris, imò & vniuerſis in Ducatu Aquitaniæ &c. Quapropter nos ego videlicet* Gosfredvs *gratiâ Dei Aquitanorum Dux, & Abbas, quantum laico licet, Eccleſiæ beati patroni noſtri Hilarij, filiúſque meus chariſſimus Vuillelmus, ex petitione Canonicorum Eccleſiæ præfatæ, & præcipuè Domni* Gosleni *venerabilis* Bvrdegalensis *Archiepiſcopi, & eiuſdem Eccleſiæ Theſaurarij, necnon conſenſu & collaudatione Domni Iſembardi Pictauenſis Pontificis, pariterque procerum noſtri Palatij determinando confirmamus & confirmando determinamus, vt ab hac die in perpetuum nullus cuiuſlibet Presbyteri filius, vel Diaconi, vel Subdiaconi, aut alicuius Clerici, nullus quoque ſpurius, id eſt qui non eſt de legitimo matrimonio natus, fiat vnquam in Eccleſiâ ſupradictâ quolibet modo Canonicus. Si autem aliquis ex iſtis, ſcilicet ex Clericorum filiis, vel cæteris ſpuriis, antequam edictum Domini Papæ Gregorij VII.*

*quod de illis promulgatum ĕſt in Concilio
Pictauenſi à Domno Hugone Dienſium
Epiſcopo, & Sedis Apoſtolicæ Legato, eſſet
recitatum, factus eſt in illâ Canonicus, ſicut
ille vtique permiſit, vt ita permaneat per-
mittimus. Sed tamen vt nullo modo ibi ad
quodlibet miniſterium amplius promouea-
tur, indiſſolubiliter ſanciendo ſtatuimus, &
ſtatuendo ſancimus; vſque adeo etiam per
vniuerſa tempora ſuccedentia decretum iſtud
auctoritatis noſtræ, immò Apoſtolicæ, ratum
eſſe duximus, & illibatum fore voluimus,
quòd illud ſcribi fecimus, ſcriptúmque ma-
nibus propriis confiſmauimus, confirmatum
autem ſigillo noſtro conſignauimus, conſi-
gnatum quoque perſonis ſuppoſitis ad con-
ſtipulandum tradidimus. Addimus quoque
præſenti decreto aliud, quod in prædeceſſo-
rum noſtrorum priuilegiis ſtatutum eſſe in-
uenimus, vt ab hac die & deinceps suprà
LX. Canonicos nullus in Canonicum conſti-
tuatur, neque donum, neque inueſtitura, ne-
que pretium cuilibet detur; donec aliquis de
numero LX. moriatur, exceptis illis quos ſu-
pra LX. poſitos eſſe modò inuenimus, quos in
Canonicos conſtituendos eſſe ſuis temporibus
concedimus. Signum Otgiſij Cantoris, Vuil-
lelmi nepotis Archiepiſcopi, Hugonis de
Cohec, Vuillelmi Subdecani &c. Goſfredi
Aquitanorum Ducis. Guillelmi filij eius.
GOSCELINI BVRDEGALENSIS
Archiep. & Theſaurarij S. Hilarij. Iſem-
berti Pictauenſis Epiſcopi. Amati Apoſto-
licæ Sedis Vicarij. Rainaldi Theſaurarij S.
Martini. Simonis Prioris S. Nicolai, Gui-
donis Abbatis Noui-monaſterij, Ademari
Abbatis S. Martialis. Odonis Abbatis S.
Ioannis, Geruaſij Abbatis S. Sauini. Ber-
tranni Abbatis S. Iuniani. Hæc ſunt no-
mina laicorum: Signum Hugonis Surge-
riarum. Borelli de Monſterolio. Hugonis
Præpoſiti. Maingonis de Mellâ. Hugonis
de Lezignem. Huius autem Priuilegij
ſcienter violatores, omnéſque eis conſentien-
tes ex prece prædicti Principis, & filij eius
Vuſllelmi, & ſupplicatione Canonicorum
præfatæ Eccleſiæ, ego GOSCELINVS
Burdegalenſis Archiepiſcopus & Iſembertus
Pictau. Præſul & Amatus Sedis Apoſtolicæ
Vicarius, excommunicamus atque maledi-
cimus, niſi reſipuerint, & ad emendatio-
nem quàm citiùs venerint.*

Ad preces verò Abbatis Raimundi
ſubiecit Monaſterium S. Porcharij Pi-
ctauis cœnobio Burgulienſi diploma-
1068. te an. 1068. cui ſubſcripsêre Goſce-
linus, Dux Gofridus & Comitiſſa Ma-
thildis, Odo de Marchiâ, Sauaricus
Thoarcenſis, & alij. Deinde teſtis no-
minatur cum Archelino Burdigalenſi
Archidiacono, in reſtitutione Eccleſiæ
S. Seuerino factâ ab Iterio milite ca-
ſtri de Barbezillo 1070. Hic quoque 1070.
Archiepiſcopus Canonum Eccleſiaſti-
corum acerrimus propugnator, tres in
Pontificatu ſuo Synodos celebrauit.
Primam an. 1073. VII. Calen. Iulij, in 1073.
Diui Maxentij cœnobio, cui præfuit,
ac coram eo Berengarius fidei ſuæ ra-
tionem expoſuit; vt indicat chroni-
con Malleacenſe. Alteram Burdegalæ
1079. in quâ ſigillo firmauit, Vuillel- 1079.
mi Comitis & Ducis Aquitaniæ inſti-
tutionem baſilicæ S. Eutropij Santo-
nenſis, quæ extat in tabùlario eiuſdem
Eccleſiæ. Tertiam in ciuitate Santo-
nenſi 1080. menſe Ianuario, Præſidi- 1080.
bus Amato Oloronenſi, & Hugone
Dienſi Epiſcopis, ſummi Pontificis Le-
gatis, cui præter ipſum Goſcelinum
interfuêre Garmundus Viennenſis, Ri-
chardus Bituricenſis, & Rodulphus
Turonenſis Archiep. Ademarus Engo-
liſmenſis, Hûgo Lingonenſis, & Rai-
dus Vaſatenſis Epiſcopi. Iudex etiam
fuit cum eodem Amato in causâ di-
uortij Guidonis, Gaufridi vulgò dicti
Guillelmi VII. Aquitaniæ Ducis, &
Aldeardis Burgundæ vxoris cum aliis
Præſulibus, qui apud S. Hilarium Pi-
ctauis in vnum congregati 1074. teſte 1074.
Chronico Malleacenſi & regiſtro Gre-
gorij VII. Papæ lib. 2. epiſt. 4. & 24.
aduerſus eos Iſembertus Epiſcopus mi-
lites immiſit, qui conuentu Antiſti-
tum diſturbato, alios verberibus, fugâ
ſe ſubducere alios coëgerunt: Hoc
facinore multùm infenſus Pontifex,
iuſſus Romam venire Pictauienſis, cum
minimè comparuiſſet, ſuſpenſus eſt ab
Epiſcopali officio. Poſtea Goſcelinus
Italiam profectus ad viſendum limina
Apoſtolorum, Synodo Romanæ ad-
fuit, vt colligitur ex epiſt. 54. lib. I.
eiuſdem Gregorij, & aliâ lib. VI. quâ
diſſidium inter Abbates S. Seueri &
S. Crucis, olim ſibi delegatum per li-
teras Pontificias, committitur Amato
Oloronenſi Epiſcopo in actis Conci-
liorum Galliæ; & in tabulario S. Cru-
cis præcipitur Vuilelmo Amaneui, vt
ſub obedientiâ, quâ tenebatur erga
Metropolitanum, Arnaldo Trencardo
Abbati reſtituat Eccleſiam S. Macha-
rij. Memoratur & ſubſcripſiſſe cui-
dam placito pro Eccleſiis de Olonâ,
an. 1078. inter Ebrardum Abbatem 1078.
S. Crucis de Thalamonte & Odericum
Vindo-

Vindocinenſem, interfuit quoque Concilio Santonenſi coram Legatis Apoſtolicis celebrato, pro querelâ Raymundi Vaſatenſis Epiſcopi, quam increbat Monaſterio Regulæ ad Garumnam. Sed iuuat proferre chartam Monaſterij S. Seuerini Burdigalæ de ſepulturâ mortuorum in eâdem Eccleſiâ, ſic igitur habet:

Contra *Sanctorum Patrum inſtitutionem, authenticámque Canonum auctoritatem, S. Andreæ congregatio paruo promota conſilio, ad deſtruendum Sanctiſſimi Confeſſoris atque Pontif. Seuerini cæmeterium ab initio primitiuæ Eccleſiæ celebratum, alterum in ſuâ cœpit Eccleſiâ fundare modernum. Tempore etenim Vilelmi totius Aquitaniæ Ducis, necnon* Goscelini *Burdigalenſis Archipræſulis quidam nobilis Vaſconum, Otto de Montal ad præſcriptum venerat Ducem Burgundiæ colloquutum, ibíque mors peregit ſuæ animæ ac corporis diſſidium. Cuius mortem cùm ſupermemorata congregatio audiſſet, furtim aut fraudulenter corpus illius inuaſit; & ad ſuam Eccleſiam detulit, exequias mortuorum ei præbuit, & ſepulturæ illegaliter defunctum, illic ibidem tradidit. Quo audito, S. Seuerini congregatio inaudito commota, ad* Gotcelinvm *Burdigalenſem Præſulem acceſſit, illi intimans cæmeterium illud irrationabiliter Guaſconi conceſſum. Qui euidentiſſimâ ac iuſtiſſimâ ratione compulſus, S. Andreæ conuentum, S. quoque Seuerini fecit venire in vnum, quatenus ſe præſente & melioribus ciuitatis diſcuteretur, ſi ſupermemorata ſepultura, rectâ ratione mortuo eſſet tradita. Auditis verò vtriúſque Eccleſiæ rationibus, dedit Epiſcopus* Gotcelinvs *cum ſuis Archidiaconis, ſcilicet ... Sancij, Petro Humberti, aliiſq; honeſtiſſimis viris ſuam ſententiam, quod de iſto mortuo illis hoc tenore concederetur, vt numquam deinceps illa Eccleſia mitteret manum ſuper S. Seuerini Eccleſiam, nec iſta in illam, ſed vt Anteceſſores ſui rexerant vtrámque Eccleſiam, ſuis cum bonis, ſic regeret & ipſe. Factum eſt hoc*
1081. *anno* M. XXCI. *poſt Verbum caro factum, regnante Philippo ſuper Gallos, Villelmo Aquitaniæ Duce,* Gotcelino *Burdegalenſi Præſule.* Refertur & in eodem tabulario alia charta conſenſu totius Synodi S. Seuerino datâ his verbis:
1085. Anno ab Incar. Dom. M. LXXXV. Philippo Gallorum Rege regnante, Guidelmo totius Aquitaniæ D Ego Gotcelinvs S. Metropolitanæ Bvrdigalensis Ecclesiæ Archiepiscopvs, conſilio & conſenſu Archidiaconorum B. Andreæ videlicet Humberti P. Achelini Sancij, totiúſque congregationis eiuſdem Eccleſiæ, necnon nullorum laïcorum adſtantium monendo præcepi S. Seuerini Canonicis, vt laborando & ſudando eniterent quatenus B. Petri Eccleſiæ de Compriants ſub laïcali iure impoſita attraherent ad honorem ſuæ Eccleſiæ & vtilitatem laïcalis, etenim poteſtas tunc temporis graſſabatur, vt præfatam Eccleſiam ſub ſuis vſibus retineret, ac eiuſdem altaris oblationibus contra Canonum inſtitutionem abuteretur. Quapropter ego Gotcelinus Canonum præceptis omni in parte obediens, illos S Petri, id eſt, oblationum quæ pro peccatis à populo offeruntur in die feſto S. Petri ad vincula, inuaſores tamdiu ſub anathematis vinculo conſtrinxi, quoad vſque oblationes altaris ſupra notati indiſſolubiliter authoritate noſtri, S. Seuerini Eccleſiæ, ſine ſpe recuperandi concederent: Damus & concedimus præfatam Eccleſiam poteſtati & ordinationi S. Seuerini congregationis ſaluo Archipræſulis ſeruitio, atque Archidiaconis adſtantibus atque fauentibus ſupraſcriptis. S. Andreæ Capicerij, prædictis Archidiaconis P. A. Hu. Arnaldus Simon Cantor S. Andr. Capicetius &c. Arnaldus cum totâ Synodo annuit quod ſupra ſcriptum eſt. Simon verò Partheniacenſis caſtri ſub Archiepiſcopo fratre Vicedominus, eodem aſſentiente & vxore Mileſendi, pro ſalute animarum ſuarum dederunt Raymundo Abbati Burgulij, Eccleſiâ Secundiniaci Philippo Rege, Guidone Pictauenſi Comite, & Iſemberto Epiſcopo. Tandem Gotcelinvs
è viuis eximitur an. Dom. M. XXCVI. 1086.
ſepultúſq; eſt in Eccleſiâ S. Mariæ Lucionenſis in Pictonibus ex Chronico Malleacenſi. Vacauit Sedes tribus annis aut circa. Interim Simon Epiſcopus Agennenſis, Adminiſtrator Burdegalenſis extitit, nam in chartâ antiquâ dicitur locum tenere Archiepiſcopi qui deceſſerat, teſte Raymundo Vicecomite de Aquis, & in aliâ S. Seuerini quæ huiuſmodi eſt:

Anno M. XXCVIII. *regnante Phi-* 1088.
lippo Gallorum Rege, Vuillelmo Aquitaniæ Duce, ego Villelmus Ferran denarios vi. datos B. Seuerino & eius Canonicis à patre & matre meâ, iniuſtè abſtuleram. Vnde

etiam ante præſentiam Archiepiſcopi Gotſelini, Ducíſque noſtri Gulelmi, Vicecomitis ſcilicet Raymundi Aquis, aliorúmque circonſtantium cum illis placitaui, & ex vtríſque partibus auditâ querimoniâ rectum affirmauerunt donum patris & matris meæ vnquam me amplius recuperaturum. Ideóque quamuis per vulgus tenerâ ætate & ſenſu non timore Domini, ſed timore Ducis noſtri ſupradicti volens nolens dimiſi. Poſt diſceſſum autem Gotſelini ſcilicet ac Ducis excommunicatus diabolo inſtigante gaudens recuperaui, ſed tamen Deo volente non diu moratus dolore ſequeſtrationis Eccleſiæ & populi, conſilio amicorum meorum ad locum beatiſſimi Seuerini cucurri, ibíque conuocatis clericis & laicis recognoui quod iniuſtè abſtuli. Factum eſt hoc 3. Nonis Decembris 3. x. Lunâ. Simone *Agennenſium Epiſcopo locum* Bvrdegalensis Archiepiscopi *tenente.* Ceterùm ad Cathedram Agennenſem rediiſſe liquidò patet ex ſchedâ Monaſterij Vindocinenſis an. m. xcvi. cui ſubſcribit Amatus tum Burdegalenſis, qui apud Santonas Concilium celebrabat. Fama eſt autem, ſed minimè veris coniecturis conſignata, ſi credirur Partheniacenſis familiæ veteribus documentis, eundem Goscelinvm quamuis Archiepiſcopum vxorem duxiſſe, ex eóque Papam ſanxiſſe, vt maſculi ſuæ gentis, qui Parteniacæ vrbis in Pictonibus fuêre domini, Archiepiſcopi cognomen ſumerent, fœminæ verò antiquum Parteniacenſe retinerent; quod obſeruatum eſt vſque ad ætatem noſtram in eâ ſtirpe, cuius hæres Catherina Partheniaca Subiſij in Santonibus Domina, Renati Vicecomitis de Rohano, vxor fuit, & mater Henrici Ducis virtute militari inſignis.

25. Amatvs Pontificis Max. Legatus in Aquitaniâ, rebus geſtis præclaram ſibi peperit exiſtimationem; námque ab Eccleſiâ Oloronenſi ad Metropolim Burdegalenſem euehitur
1088. an. 1088. dum in eâ ciuitate Nouemb. iv. Concilium celebraret, referente Chronico Malleacenſi, non autem m. xcvii. vt putauit Lurbeus; id imprimis conſtat ex tabulâ chirographorum monaſterij S. Maxentij, cuius hæc verba ſunt. Ego *Ademarus Engoliſmæ ſedis Epiſcopus perpendens futurum diſtrictionem extremi iudicij, volui amicos & patronos ſanctos Dei facere mihi. Quapropter dedi Beato Adiutori Maxentio, &*

A *ſeruitoribus eius in perpetuum, Eccleſias Vraci & Flornaci de Epiſcopatu meo, quarum prima conſtructa in honore S. Bibiani & altera S. Remigij in manu Adæ Abbatis eiuſdem cœnobij, conſilio Clericorum noſtrorum, qui tunc erant mecum, & aliorum &c. Hoc donum feci apud Santonas quando Synodum vel Concilium fuit factum, in quo* Amatvs *Archiepiſcopus Burdegalæ ciuitatis datus eſt nolente Comite; Anno ab Incar. Dom.* m. lxxxviii. *Indict.* xii. *Non.* 1088.
Nou. Imperante Ainrico Imp. & Philippo in Franciâ, Guilielmo Comite in Aquitaniâ.

Epiſcopale munus ſuſtinuit, cum legationibus penè continuis in Aqui-
B taniâ, Aremoricâ, & Hiſpaniâ, quibus ſub Gregorio vii. primùm, deinde ſub Vrbano ii. ſummis Pontific. ampliſſimè functus eſt; Nam & Synodo Pictauienſi præfuit pro dirimendo Ducis Aquitaniæ matrimonio, & in causâ Abbatum S. Seueri & S. Crucis Burdegalenſis pro Eccleſiâ B. Mariæ de Solaco; Præterea miſſus in Hiſpaniam cum Abbate S. Pontij Thomeriarum, ad Sancium Ramirem Arragonum Regem, à quo Sedis Apoſtolicæ iura & priuilegia obtinuit; & in Concilio Gironæ Vuifredum Narbonenſem Ar-
C chiepiſcopum anathemate percuſſit, vt auctor eſt Franciſcus Diago in Hiſtoriâ Comitum Barcinonæ. Tandem in Aremoricam delegatus, eâ potiſſimum occaſione, vt falſæ pœnitentiæ abuſum emendaret. Poſthæc autem an. 1093. Burdigalæ Concilium cele- 1093.
brat, interéſtque Claromontano 1095. & dedicationi Abbatiæ Maioris-monaſterij 6. Id. Martij: necnon benedictioni Eccleſiæ S. Martialis Lemouicenſis, menſe Decembri 10. Cal. Ian- 1095.
uarij. Gaufridus Voſienſis in Chronico ſcribit præſentem fuiſſe cum aliis Præſulibus Galliarum, ſolemni inaugurationi baſilicæ Cathedralis S. Stephani Lemouicenſis, 1095. pridie Kal.
D Ianuarias: conſecrationi quoque maioris templi Oſcæ in Hiſpaniâ, m. xc. 1097.
vii. cuius Eccleſia poſt deditionem vrbis à Mauris factam Petro Nauarræ & Arragonum Regi vi. Kal. Ianu. ritu Chriſtiano reconciliata fuit ab Amato noſtro Burdegalenſi; ſacræ ceremoniæ adſiſtentibus, Petro Oſcenſi Fulcone Barcinonenſi, Petro Pompelonenſi, & Sanctio Laſcurrenſi Epiſcopis, vt memorant Chron. Malleacenſe, & Ioan. Marianâ de rebus Hiſpaniæ lib. 10. cap. 2. Eodem circiter tempore

Concilium congregauit apud Santonas, vt docet tabula Angeriacenſis monaſterij, & B. Hilarij maioris; interfuitque alteri Nemauſenſi IV. Id. Iulias, cum Rex Philippus I. ob Bertradam de Monteforti ſuperinductam, in Eccleſiæ gremium reſtitutus eſt. Demum nomen appoſuit priuilegio Vindocinenſis Abbatiæ, pro baſilicâ S. Georgij inſulæ Oleronis à Guillelmo Aquitanorum Duce Ebloni Baroni conceſsâ, quam monachis Vindocinen-
1096. ſibus reſtitui curauit Amatus 1096. qui hoc anno in dedicatione S. Saturnini Toloſæ præſens legitur, & ſubſcripſiſſe originali fundationis S. Mariæ de Rotâ in Andibus XII. Feb. Huius autem Pontificatu dedicata fuit Eccleſia Burdigalenſis, ab Vrbano 2. Pont. Max. in honorem Beat. Apoſtol. Andreæ, Petri, Ioannis Baptiſtæ, aliorúmque Martyrum, & Sanctarum Virginum; erat enim Clienutus, qui hanc dedicationem retulit ad an. M XXVI. Adfuit & reuelationi ſanguinis Dominici in Abbatiâ S. Saluatoris Carrofenſis cum Guidone Lemouicenſi, & Almaro Engoliſmenſi Epiſcopis. Denique
1101. obiit an. 1101. vt declarat Chronicon Malleacenſe, Burdigala enim erat vi-
1102. duata Paſtore ſuo Amato M. C. II. ex chartâ Angeliacenſis Abbatiæ, & in Aquenſi, magnæ aſtutiæ & calliditatis vir nuncupatur, nihilominus in carminibus hiſtoricis Baldrici Abbatis Burgulienſis, Pontifex optimus appellatur.

LEGATI AQVITANIAE. De Legatione verò Aquitanicâ olim à ſummis Pontificibus inſtitutâ, non abs re fuerit de eâ paucis hîc differere. Vt enim diſertè ſcribitur lib. 4. Hiſtoriæ Bearnenſis & rerum Aquitanicarum lib. IV. cap. 5. varij fuére gradus Legatorum Sedis Apoſtolicæ, alij qui è ſacro Cardinalium Collegio delecti è latere ſummi Pontificis mittuntur: quidam ex Epiſcopis à Pontifice deſtinabantur ad Imperatorem, aut ad Reges, vt Sedis Apoſtolicæ negotia apud eos procurarent. Alij quibus ratione Eccleſiarum, ſuâ Legatio committebatur, vt olim Archiepiſcopus Arelatenſis fuit Primas & Legatus Galliarum. Alij erant Legati, quos Papa in certis Prouinciis habuit ratione perſonæ, non cathedræ. Sic Carolo Martello rerum ſummam tenente, Gregorius 2. Legationis præfecturam per Galliam & Germaniam, Bonifacio A Moguntino Archiepiſcopo conceſſit. Sic tempore Caroli Calui Regis, Sergius II. Drogoni Epiſcopo Metenſi Legationem Galliarum tribuit; ſed refragantibus Epiſcopis Franciæ vltrò ſe abſtinuit. Ex quo autem Primatus & Legatio Arelatenſis deſiit, ſolerter Pontifices Romani frequentiſſimè huiuſmodi Legatos in Galliam emiſerunt, tum vt authoritatem Metropolitanorum & Synodorum prouincialium ad ſe & ſucceſſores ſuos attraherent, maximè in primâ inſtantiâ, tum, vt Apoſtolica mandata in magni momenti rebus ſequerentur; Inde B accidit, vt non ſolùm Pontifex vniuerſæ Galliæ Legatos præfecerit, qualis diu functus eſt Hugo Dienſis Epiſcopus, ſed etiam in certis prouinciis, vt Aquitaniâ, Legatos deſtinauit. Et certè nullus ad altiorem dignitatis gradum vices Apoſtolicas in eâ prouinciâ reuocauit, quàm AMATVS BVRDEGALENSIS noſter Metropolita, qui ſucceſſorem habuit Geraldum Engoliſmenſem Antiſtitem, ſub Paſchali 2. Papâ; iſque Gaufridum Carnotenſem. Legatio quoque Aquitanica non modò Vaſconiam, ſed & Aquitaniam, quæ Biturigum, Burdigalenſium, Auſcitanorum, alióſque prouinciæ Aquitanicæ C fines complectebatur, imò in Tertiam Lugdunenſem porrigebatur: latiùs vſque in Burgundiam niſus eſt eam producere Geraldus. Demum cùm valde moleſti fuiſſent Galliæ huiuſmodi Legati Apoſtolici ob faſtum & abiectionem Epiſcoporum & Metropolitanorum, vt teſtantur Glaber Rodulfus, Chronicon Altiſſiodorenſe, Iuo Carnotenſis, Bernardus Clareuallenſis & Ioannes Sareſberienſis, tandem reclamantibus Epiſcopis Galliæ conſuluére Pontifices, & huiuſmodi prouinciales Legatos obtrudere deſierunt, D ex quo labefactata conualuit poteſtas Metropolitanorum ac Primatum. Sed hæc ſatis de Legatis Aquitaniæ.

26. ARNALDVS GVIRALDVS ſucceſſor Amati dicitur in Chron. Malleacenſi; & 1103. Archiepiſcopus electus interfuit promotioni Henrici in Abbatem Angeliacenſem, cuius exemplar è tabulario deſcripſit Ioan. Beſly. in Hiſt. Comitum Pictauenſium his verbis: CLARESCAT omnibus Chriſtianis tam præſentibus quàm futuris, qualiter ſedata atque ex toto 1103.

„ definita fuerit contentio, quæ poſt
„ mottem Anſculphi Abbatis, intet Clu-
„ niacenſes & Angeliacenſes monachos
„ de electione Abbatis S. Iohannis ſuc-
„ ceſſit. Quodam namque tempore hu-
„ ius rei causâ coadunati ſunt in Capi-
„ tulo S. Iohannis, Domini Ramnulfus
„ Dei gratiâ Santonenſis Epiſcopus, &
„ venerabilis ARNALDVS nondum
„ Archiepiſcopus, ſed in Archiepiſco-
„ patum electus, atque nobiliſſimus
„ Willelmus Dux Aquitanicus, cum
„ Hugone Liziniacenſi; quibus præ-
„ ſentibus cum Abbate & monachis S.
„ Ioannis circumſedentibus, de conſti-
„ tuendo Abbate cœpit fieri conſulta- B
„ tio. Deinde prius auditis quetimoniis
„ atque pacatis, necnon electione de
„ quâ fuerat perturbario, monachis An-
„ geliacenſibus perpetuò conceſsâ, Co-
„ mes Pictauenſis & Epiſcopus Santo-
„ nenſis, qui vices Clúniacenſis Abba-
„ tis exequebantur, conuentum Sancti
„ Iohannis humiliter rogare cœperunt,
„ quatenus eligerent Dominum Aenri-
„ cum religione inſignitum, quem con-
„ ſiliis ſuis & placitis, atque illorum vti-
„ litati ſi ſibi congrueret, idoneum præ-
„ uidetant: quod vtique ita fieret, vt
„ non vltra monaſterio S. Iohannis in
„ prioratu, vel in obedientiis perſona C
„ aliqua de alio monaſterio mutarent.
„ Sed ſi mutanda eſſet, de ipſis fratribus
„ teſtitueretur, nec non res monaſterij,
„ niſi in manibus filiorum eius Eccleſiæ
„ nullatenus committerentut. Grauia
„ enim ſcandala pro hac causâ apud illos
„ tunc temporis extiterant. De electione
„ quoque ita firmatum eſſet, quod poſt
„ diſceſſum Aenrici Abbatis, ille Abbas
„ exiſteret, quem congregatio S. Ioan-
„ nis ſecundum ſacro-ſanctam auctori-
„ tatem de ſuo cœnobio, vel de Clunia-
„ co eligerent. Quæ res illis valdè pla-
„ cuit, præſertim quia hoc conceſſetunt
„ futurus Archiepiſcopus, & Ramnul- D
„ fus Santonenſis Epiſcopus, atque Co-
„ mes Pictauenſium; videntibus iſtis
„ Hugone Liziniacenſe, & Hugone
„ fratre Comitis, atque Ramnulfo Ar-
„ chipreſbytero, & Mainardo Epiſco-
„ pali clerico. Poſtquam verò ex vtrâ-
„ que parte omnia, ſicut ſupra ſcriptum
„ eſt, fuêre conceſſa, Comitis ſuppli-
„ catione & ſpontaneâ monachorum S.
„ Iohannis electione Dominus Aenri-
„ cus ſublimatus eſt in paternâ ſede.
„ Actum eſt autem anno ab Inc. Dom.
1103. „ M. C. III. Papâ preſidente Paſchali,

A Rege regnante Philippo cum Ludo-
uico filio. Confirmat Canonicis S.
Seuerini Eccleſiam de Marinaco, ſaluâ
Archiepiſcopali iuſtitiâ. Anno verò
1110. authoritate ſummi Pontificis ex 1110.
Eccleſiâ S. Emilionis, ſiue Emiliani
Abbatis Ord. S. Benedicti monaſte-
rium Aimone primo Abbate inſtituit,
vt refertur in Chronico Burdegalenſi.
Præterea an. 1120. Priorem & mona- 1120.
chos S. Macarij monaſterio & Abbati
S. Crucis Burdegalenſis obedire com-
pellit, vt hæc chartophilacij S. Crucis
membrana oſtendit.

ARNALDVS *Dei gratiâ Burdega-*
B *lenſis Archiepiſcopus. Notum fieri volumus,*
quod vir venerabilis Andro Abbas cænobij
S. Crucis, quod extra muros mea vrbis ſi-
tum eſt, adiit humilitatem noſtram, conque-
rens, ſcilicet monachis ſuis apud S. Macha-
rium degentibus, quia rebelles & inobe-
dientes erant, Abbatem quendam emen-
dationis eorum gratiâ voluiſſe tranſponere;
ſed eos reſtitiſſe, aſſerens tanta libertatis
monaſterium ſuum eſſe, vt non ei deberent
in monaſterio S. Crucis, ſed in ſuo tantùm
obedire: Abbates etiam diæceſis mea ac
Religioſos mandauimus conuenire, quod
quia S. Macharius non cella S. Crucis, ſed
C *per ſe monaſterium erat, monachi refere-*
bant hanc quaſtionem ante Dominum Goſ-
ſelinum Archiepiſcopum, & Vidonem Co-
mitem Pictauenſem habitam, tam olim
perſolutam fuiſſe, de quâ re chartas ſe ha-
bere indicauerunt, Abbates quidem obe-
dientiam indeterminatam promiſerant tam
apud S. Crucem, quàm apud S. Macharium
perſoluere vbique, cum illos ſecundum Dei
timorem conſtitutos habitare deberent.
Quam ſententiam, Rainaldus Abbas
Silua-maioris recitauit anno 1120. Ca-
lixto Romana Cathedra præſidente, &
Ludouico regnante. Hoc decretum
Arnaldi Calixtus II. Pontifex con-
firmauit anno t123. ad eúmque ſcri- 1123.
D pſit Honorius 2. diploma Laterani da-
tum VI. Cal. Decemb. pro eâdem S.
Crucis Abbatiâ. Eſt autem in tabu-
lario S. Seuerini vetus ſcheda iudicij
de luco de Montellis, an ARNALDI
Burdigalenſis, an de Canonicorum S.
Seuerini iure eſſet; querimoniæ arbi-
tri fuere Gumbaudus & Ramundus
Archidiaconi an. M. C. XX. Indict. 5.
epactâ ſolari VI. lunati 5. cuius Arnal-
di mentio occurrit adhuc an. Dom. 1126.
1126.

27. GAVFREDVS DE ORA- ORATORIO.
TORIO III. Pontificatum Burdi-

1136. galæ adeptus eſt an. 1136. & à Ludo-
uico Francorum Rege, tam pro ſe
quàm pro Suffraganeis Epiſcopis im-
petrauit ius Regaliorum, vt patet ex
ſequenti Priuilegio: EGO LVDO-
VICVS Iunior, magni Ludouici filius,
Dei gratiâ Rex Francorum, & Dux
Aquitanorum, tibi, GAVFRIDE
BVRDIGALENSIS Archiepiſcope,
cum tuis Suffraganeis Epiſcopis, Ray-
mundo Agennenſi, Lamberto Ango-
liſmenſi, Guillelmo Santonenſi, Guil-
lelmo Pictauenſi, & Guillelmo Petra-
goricenſi, nec-non cum Abbatibus
Burdegalenſis prouinciæ, veſtriſque
ſucceſſoribus: Petitionibus veſtris,
communicato prius Epiſcoporum, Ab-
batum & Procerum noſtrorum conſi-
lio, duximus annuendum, & in ſede
Burdigalenſi, & in prænominatis Epiſ-
copalibus ſedibus, Abbatiis eiuſdem
prouinciæ, quæ defuncto Aquitano-
rum Duce & Comite Pictauis Guillel-
mo, per filiam ipſius Alienoram nobis
ſorte matrimonij cedit, in Epiſcopo-
rum & Abbatum ſuorum electionibus,
canonicam omnino concedimus liber-
tatem, abſque hominij, iuramenti, ſeu
fidei per manum datæ obligatione.
Porrò decedentis Archiepiſcopi, &
Suffraganeorum ipſius Epiſcoporum,
ſiue Abbatum præcedentium, res vni-
uerſas ſucceſſorum vſibus; regiâ au-
ctoritate ſeruari volumus, & concedi
præcipimus illæſas: Hoc quoque ad-
jicientes, vt omnes Eccleſiæ infra de-
nominatam prouinciam conſtitutæ,
prædia, poſſeſſiones, ac vniuerſa ad
ipſas pertinentia ſecundum priuile-
gium, iuſticias & bonas conſuetudi-
nes ſuas habeant & poſſideant, illiba-
ta. Quinimò Eccleſiis ipſis vniuerſis,
& earum miniſtris cum poſſeſſionibus
ſuis Canonicam in omnibus concedi-
1136. mus poteſtatem. Actum Burdegalæ,
M. C. XXXVI. regni noſtri IV.

Sequenti anno ab eodem Gaufredo
Archipræſule, ſolemni apparatu nu-
1137. ptiæ celebrantur Burdigalæ, Ludouici
Regis cum Alienordi Aquitanicâ, vt
teſtatur Chronicon Mauriniacenſe; &
in Voſienſi; idem interfuiſſe legitur
dedicationi Eccleſiæ S. Saluatoris Le-
mouicenſis. Præterea huius Præſulis pe-
titione Ludouicus VII. in gratiam Ab-
batiæ B. Hilarij Pictauenſis, regalis
munificentiæ confirmationem contu-
lit. Canonicos etiam D. Martini Tu-
ronenſis cum monaſterio S. Cypriani

A Pictauenſis reconciliauit anno 1142.
Biennio poſt Pariſiis ſignum apponit 1142.
diplomati eiuſdem Ludouici Regis
pro confirmatione doni Eccleſiæ S.
Petri puellaris extra muros Turonen-
ſes, quæ de iure S. Martini extiterat,
vt colligitur ex pancartâ nigrâ & ru-
beâ S. Martini. Adfuit verò Conci-
lio Remenſi an. 1148. in causâ Gilberti 1148.
Porretani Pictauienſis Epiſcopi; dici-
túrque vir magnus, nec mediocriter
literatus in epiſtolâ Gaufredi Mona-
chi Clareuallenſis, quæ inſeritur ad
calcem Synodi, cuius controuerſiam
recenſet, præſertímque fauiſſe Gilber-
B to hunc Gaudefridum, qui conſecra-
uit Heliam Epiſcopum Agennenſem,
vt ex hoc chartularij Pictauenſis Ec-
cleſiæ titulo intelligi licet:

*GAVFRIDVS Dei gratiâ Burdega-
lenſis Archiepiſcopus: Notum fieri volumus
inter venerabilem fratrem noſtrum Giſle-
bertum Pictauenſem Epiſcopum, & Eccle-
ſiam S. Cypriani de Pictauis querelam diu-
tius agitatam fuiſſe, ſuper quibuſdam Ec-
cleſiis de Bonolio ſcilicet, & S. Saturnini
extra muros Pictauæ ciuitatis. Dicebat
ſiquidem Epiſcopus Eccleſias non eſſe de iure
B. Cypriani. Abbas verò eiuſdem Eccleſiæ
C dilectus ſcilicet in Domino frater noſter
Maſcelinus, & fratres ſui è contra aſſere-
bant Eccleſias illas ſui iuris eſſe, & de dono
& conceſſione venerabilis fratris noſtri
Guillelmi bonæ memoriæ eiuſdem Sedis
Epiſcopi, eas longo tempore tenuiſſe, atque
ad munimentum ſuæ partis in medium pro-
ferebant priuilegium eiuſdem Epiſcopi, in
quo continebatur de dono earumdem Eccle-
ſiarum, ſimul & aliarum; Poſtquam autem
ſatis hinc inde diſputatum eſt, tandem per
concordiam eadem querela hoc modo ter-
minata eſt. Die enim tertiâ à conſecratio-
ne fratris noſtri Heliæ Agennenſis Epiſcopi
apud Burdegalam celebrata eſt Synodus,
cum iam dictus Epiſcopus Pictauenſis vnà
D cum cæteris Comprouincialibus illuc adue-
niſſet, ibidem in præſentiâ noſtrâ aſſiſten-
tibus fratribus noſtris Bernardo Xanto-
nenſi, Raimondo Petragoricenſi Epiſcopis,
Petro Pictauenſi Archidiacono, Raginaude
Priore S. Radegundis, & aliis: Idem Epiſ-
copus nobis intercedente prædicto Abbate
querelam iſtam finiuit & de cætero ſupra-
dictas Eccleſias quietè, & in pace habendas;
Eccleſiæ B. Cypriani conceſſit, ſimul &
alias, quæ in priuilegio prædeceſſoris ſui
Vuillelmi continebantur. Sed & poſtea
eandem conceſſionem noſtri interuentione
eidem Abbati fecit apud Malliacum, eúmq;*

ſibi inueſtiuit de eiſdem Eccleſiis ſub teſtimonio noſtro, & iam dicti Xantonenſis Epiſcopi, & fratrum noſtrorum Arnaudi, Calonis, Petri Pictauenſis, Archidiaconorum, & ſupradicti Prioris S. Radegundis & multorum aliorum. Nos ergo quod ſub oculis noſtris, & auribus ita conceſſum eſt, ratum deinceps & inconcuſſum teneatur ad memoriam & munimentum rei, præſenti ſcripto illud commendari, & ſcriptum ſigilli noſtri robore firmare fecimus. Actum eſt hoc 4. Kal. Septemb. apud S. Romanum de Benais, iuxta locum Sabluncelli Dom.
1149. *Incarn. anno 1149. Indict. 12. Epact. 9. Romano Pontifice Domino Eugenio Papâ 3. Ludouico Rege Francorum & Duce Aquitanorum, Epiſcopatus verò noſtri anno decimo quarto.*

Cluniacenſium autem benefactorem fuiſſe & amicum Petri Venerabilis Abbatis docet idem ipſe l. 4. ep. 12. quam ipſi inſcribit; Venerabili & præcordiali noſtro GAVFRIDO BVRDEGALENSI Archiepiſcopo. Inter varias pectoris mei curas, ingeſſit ſe aliquando cogitatio de amicitiâ: inuenit nulli ſupponendum, penè omnibus præferendum quantum ad ſe, illum, illum certè meum Burdegalenſem Archiepiſcopum: quem non dignitas Pontificalis, non ſublimitas temporalis, mihi in ſpirituali & vero amico aſſociauit; ſed animus terrena ſpernens, cœleſtibus inhians, mores compti, prudentia ſingularis, amicitia conſtans, & verè Chriſtus ipſe ad vniuerſa mutui amoris primordia ſe medium exhibens, indiuiſibiliter coniunxit. Hoc ſemper, ex quo Carthuſienſe iter ſanctitatem veſtram mihi notam fecit, firmiſſimè cordi meo inhæſit: Porrò meminit huius Præſulis lib. v. epiſt. 5. ad Eugenium Papam pro conſecratione electi Epiſcopi Engoliſmenſis; idémque Gaufridus ratam habuit concordiam Abbatiſſæ Fontebraldenſis, cum Abbate de Coronâ prope Engoliſmã, quæ ex magno chartario Fontebral. profertur in hæc verba: NOVERIT vniuerſitas dilectam nobis in Chriſto Mathildam Abbatiſſam Fontis-ebraldi, necnon dilectum in domino fratrem Iulium Abbatem de Coronâ communi conſilio & aſſenſu capituli vtriúſque Eccleſiæ ſuæ, ſopita inuicem omni querela, quæ de nouo inter ſe ſuborta fuerat ſuper loco de Agridellâ, conceſſiſſe in manu & in præſentiâ noſtrâ, & ſigilli ſcriptis viciſſim confirmaſſe, vt concordiam quam olim factam fuiſſe inter vtrámque Eccleſiam, ſuper eodem loco de Agridellâ teſtimonio multorum & ex ſcriptis earum Eccleſiarum nouimus, conſilio venerabilium Epiſcoporum bonæ memoriæ Vuil. Pict. Vilel. Xancton. Ioannis Sagienſis, aliorúmque plurium religioſorum virorum, qui interfuerant, inconcuſſa & illibata &c. Nos quoque precibus vtriúſque partis inclinati eandem concordiam confirmantes, per præſentem paginam ſigillorum noſtrorum robore communitam, vt in ſuâ ſemper ſtabilitate permaneat, nec aliorum temeritate fatigetur, memoriæ commendandam hoc decreuimus. Duximus quod vtrique parti complacitum fuit, vt ſi forte ſuper hoc amplius diſcordaret, ad nullum niſi ad Dominum Burdigalenſem Archiepiſcopum hinc vel inde recurſum haberent, mandatum eius exinde ſine omni reclamatione ſemper obſeruaturi; Quod ſi pars altera pro contradictione alterius partis neceſſitate compulſa aliquam maiorem audientiam adiret, conuenerunt ad inuicem ante nos, vt rationabiles expenſas illi ex integrò pars aduerſa perſoluat. Factum hoc apud Fontebraldum in manu Dom. GAVFRIDI BVRDIGALENSIS Archiepiſcopi, qui & ipſe hoc id vice Metropolitanâ & ſigillatis literis ſuis confirmauit, præſentibus nobis, & Bernerio Nucarienſi, P. Sancti Aniani Abbatibus. P. Pictauienſi, Eliâ Lemouicenſi Archidiaconis, R. Priore S. Radegundis an. ab Incarn. Dom. 1150. 1150.
Indict. x. Epacta xx. Eugenio III. Rom. Pont. Ludouico Francor. Rege, A. Duce Aquit. Ego Gilbertus Pict. Epiſc. ſubſcribo, ego Hugo Engoliſm. Epiſc. Ego Raymundus Petracoticenſis Epiſc. Signum Bernerij Abbatis, P. Abbatis S. Aniani. P. Pictau. Archidiac. Eliæ Lemouicenſ. Archidiac. Rag. Prioris S. Radegundis. Præſens nominatur Gaudefridus in tranſactione Eccleſiæ Pictauienſis cum Abbatiâ Fontis-ebraldi, & in permutatione cum Fulcherio Abbate Orbiſterij. Iudex quoque controuerſiæ quam mouit Sebrannus Chabot Vulnenti Dominus aduerſus Malleacenſem Abbatem pro cuſtodiâ huius cœnobij; digna eſt enim charta quæ hîc ſubjiciatur, etſi prius Ioan. Beſlyus è tabulario Malleacenſi eam in hunc modum deſcribat:

LVDOVICVS Dei gratiâ Rex Franc.
& Dux Aquitanorum : Sciant vniuerſi præ-
ſentes & futuri , quod in præſentiâ noſtrâ
acta eſt controuerſia inter Abbatem Mal-
leacenſem Gaudinum nomine , & Sebran-
num Chabot ; Clamauit Sebrannus iure he-
reditario & ab anteceſſoribus ſuis ſe habere
cuſtodiam in Eccleſiâ Malleacenſi , tam in
capite , quàm in membris , & quod Abbas
eâ conſuetudine homines ſuos ante eum ha-
beat ad iuſticiam. Abbas abnegauit Se-
brannum habere cuſtodiam in Eccleſiâ ſuâ,
neque homines ipſius ad ſubmonitionem ve-
nire, vel adduci, nullámque penitùs conſue-
tudinem ei debere Eccleſiam, quam Comes
Pictauorum & Dux Aquitanorum Vuillel-
mus in plenâ libertate fundauit, & ab om-
nium ſubiectione abſoluit, excepto eo domi-
nio, quod ſibi ſoli retinuit. Auditis vtriuſ-
que partis allegationibus , res poſita eſt ſu-
per iudices, & itum eſt ad iudicium. Cùmq;
tractaretur à iudicibus , & quæreretur ſen-
tentia , iudicium ſuum pronunciauit in au-
dientiâ noſtra, & omnium, nec aliud iudi-
cium ſe dixerunt niſi ſuum eſſe recepturum.
Cumque tractaretur a iudicibus, Abbas in-
dicio Curiæ ſe obtulit , & illud audire para-
tus fuit. Prudenti igitur, iuſto & diſcreto
examine proſpectum eſt & ſtatutum , vt
Sebrannus totam querelam ſuam importu-
nitate & contumaciâ perdat, & Eccleſia in
perpetuum ſit libera , ne Sebrannus vel he-
res eius in ipſâ aliquam conſuetudinem ha-
beat. Affuerunt iudicio huic GOFRI-
DVS Archiepiſcopus BVRDEGALEN-
SIS , Giſlebertus Epiſcopus Pictauenſis,
Bernardus Epiſcopus Santonenſis , Comes
Engoliſmenſis , Abbates Angeliacenſis,
& S. Maxentij, Gofridus de Rancone, Hugo
de Liziniaco , Vicecomes Caſtri Airaudi,
Abbas Burgulienſis , Hugo Cancellarius,
Guido Buticularius. Guido de Cabroſâ, Gui-
do de Garlandâ , Terricus Galerani , Adam
Bruſlard. Quod vt ratum ſit ſigilli noſtri
auctoritate fecimus roborari. Actum pu-
blicè Angeliaci iv. Non. February , Anno
1151. *ab Incarnat. Dom. 1151. Data per manum*
Hugonis Cancellary. Præfuit autem Sy-
nodo Balgenciacenſi ad Ligerim , cui
congregandæ anſam præbuit Ludoui-
ci vii. Regis cum Eleonorâ Aquitanâ
diuortium ; indéque Giſleberti 2. Pi-
ctauorum Epiſcopi celebrauit exe-
1154. quias pridie Non. Sept. an. 1154. cum
Santonenſi, Engoliſmenſi, & Petroco-
ricenſi Præſulibus. Eiuſdem quoque
GODEFRIDI extant Epiſtolæ v. ſcri-
ptæ ad Sugerium Abbatem S Diony-
ſij, quibus continetur, ipſum ſententiam
interdicti pronuntiaſſe in Vicecomi-
tem Gauarritanum , Lemouicas item
mandato Pontificis , pro causâ Bituri-
cenſis Antiſtitis conueniſſe , & ab eo-
dem Sugerio vocatum ad Conuentum
Carnotenſem, cui intereſſe non potuit
ex ægritudine , quâ Fontebraldi de-
cumbere coactus eſt. Commendatur
& in Chronico veteri Normaniæ, tan-
quam vir religioſus, & verbi Dei ſemi-
nator egregius , qui Abbatiæ Planæ-
ſyluæ in ſuâ diœceſi fundator migra-
uit è vitâ an. M. C. LVIII. de quo 1158.
Robertus de Monte in ſupplemento
Sigeberti. Andreas Quercetanus vir
doctiſſ. in Notis ad Bibliothecam Clu-
niaçenſem docet, Burdigalæ duos fuiſ-
ſe Archiepiſcopos nominis Gaufridi,
tempore Petri Venerabilis , vnus , qui
diploma Regaliæ impetrauit , alter
Concilij Balgenciacenſis præſes. Ve-
rùm non omnino certum declaratur,
cùm in Catalogis Archiep. Burdiga-
lenſium tam antiquis, quam recentio-
ribus , non reperiantur eius nominis
duo Gaudefridi.

28. RAIMVNDVS DE MAIO- Maiolio.
LIO I. Ex Epiſcopatu Petrocoricenſi,
aſſumptus eſt ad Metropolitanam Bur-
degalenſem ſub an. 1158. vitâ functo 1158.
Gaufrido , vt habet codex de geſtis
Pontificum Engoliſmenſium Carlonij:
« Magna, inquit, inter Canonicos Bur-
« degalenſis Eccleſiæ de noui Archiepiſ-
« copi electione contentio excitata eſt,
« ac torum negotium dirimendum, En-
« goliſmenſis, Pictauenſis, Petragoricen-
« ſis, & Agennenſis Epiſcoporum arbi-
« trio reliquerunt ; qui cum de homine
« doctrinâ & moribus inſigni in Gaufri-
« di demortui locum ſufficiendo conſi-
« lium haberent , ſuperuenit Henricus
« II. Angliæ Rex , Dux Aquitaniæ , eóſ-
« que obnixè rogauit , vt Ioannem de
« Saccli , aliàs Sechium , gymnaſij Picta-
« uienſis magiſtrum , Antiſtitem crea-
« rent : Verùm nullius fuit momenti Re-
« gia auctoritas , quod ſacrarum litera-
« rum inſcius eſſet : ſicque ad Epiſcopa-
tus apicem RAIMVNDVS euehitur,
ſed breuis æui Pontificatum tenuit ;
defunctus enim an. M. C. LIX. 10. Kal. 1159.
Ianuarij, tumulatur in baſilicâ Metro-
politanâ Burdegalenſi.

29. HARDOVINVS ex Decano
Cenomanenſi an 1160. interiit M. C. 1160.
LXIII. De eodem ſupplementum Si-
geberti. Sed mendoſè in Chron. Nor-

maniæ Balduinus pro Harduino ap- A pellatur ; ſic enim memorant : mortuo
„ Balduino Archiepiſcopo Burdegalenſi
„ apud Montem-peſſulanum, dum ibi
„ in curiâ Papæ moraretur, Epiſcopus
„ Lactorenſis ei ſucceſſit.

30. Bertrandvs t. Legatus Pontificis Max. ex Epiſcopo Lacto-
1163. renſi 1163. cui ſcribunt Alexander tit. Papa, & Henricus Anglorum Rex XVIII. Cal. Aprilis an. M. C. LXIV. pro patrocinio Monaſterij S. Crucis Burdegalenſis : quo eodem anno Pontifex
1164. Eccleſiam parochialem S. Michaëlis in vrbe eidem Abbatiæ S. Crucis ſub- B iectam declarat, vt notatur in Chronico Burdigalenſi ; Archiepiſcopo & ſucceſſoribus facultatem concedens vtendi Pallio diebus feſtiuitatis Sanctorum Seuerini & Amandi. Anno
1170. autem 1170. cum aliis proceribus Aquitaniæ, Eleonoram Henrici II. Angliæ Regis filiam comitatus eſt, cùm in Hiſpaniam deducta Alfonſo IX. Caſtellæ Regi nupſit, vt referunt Hieronymus Zurita in Annalib. Arragon. & Ioan. Mariana lib. XI. vbi malè eum Bernardum nominat. De illo etiam loquitur Robertus de Monte in ſupplemento Sigeberti.

Templier. 31. Gvilelmvs le Templier I. ex Abbate Radingenſi in Angliâ
1173. creatur Archiepiſcopus 1173. Calend. Mart. V. in conſpectu Henrici Regis Anglorum, teſte Gaufredo Voſienſi in Chronico. Meminitque eius vetuſtiſſima ſcheda venditionis Comitatus Marchiæ, vt ſequentes literæ docent:

Notvm *ſit tam præſentibus quàm futuris, quod ego Audebertus Comes Marchiæ, mortuo filio meo, quem ſolum habebam heredem, denotus propria voluntatis arbitrio, quia Deo voueram in perpetuum deſeruire, vendidi totam terram meam, &* D *quicquid me iure hereditario contingebat, Domino meo Henrico illuſtri Anglorum Regi; nullo penitus reclamante, imò nullo penitus exiſtente, qui de iure poſſet reclamare, pro quindecim millibus librarum Andegauenſis monetæ, mihi in integrum apud Grandem-montem perſolutis, & pro viginti mulis, & pro viginti palefridis. Firmaui autem fide meâ corporaliter præſtitâ in manu* Vvilelmi Bvrdegalensis *Archiepiſcopi, me Domino Regi, & heredi ſuo Pictauiæ, vel cuicumque donauerit eam, prædictam terram guarantizaturum bonâ fide & ſine malo ingenio contra omnes homines, & in totâ vitâ meâ, me nihil facturum, neque maritagio, neque alio quocumque modo, quo minus prædicta venditio inconcuſſa permaneret. Ne autem mea venditio ſolemniter celebrata aliquâ poſſet in poſterum malignitate diuelli, eam ſigillo meo muniui. Actum publicè anno ab Incarn. Domini* M. C. LXXVII. *menſe Decembri apud* 1177. *Grandem-montem, præſentibus Archiepiſcopo Burdegalenſi, Ioanne Pictauenſi Epiſcopo, & pluribus aliis.* Anno dein ſubſequenti Eccleſiam S. Eulaliæ Burdegalenſis dicauit, Conciliòque Lateranenſi intereſt 1179. & inaugura- 1179. tioni Henrici Archiepiſcopi Bituricenſis, quem ſuum Primatem agnouit. Vixit vſque ad an. M. C. XXCII. ex 1182. monumentis S. Andreæ, & monaſterij Cluniacenſis, cui tale priuilegium conceſſit in Bibliothecâ eius Abbatiæ editum : Vvillermvs Dei gratiâ „ Bvrdegalensis Archiepiſcopus „ ſanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, &c. „ Notum facimus, venerabili Patri „ Theobaldo Abbati Cluniacenſi, & „ eidem, qui præeſſe dignoſcitur, præ- „ cellenti Eccleſiæ nos conceſſiſſe, & „ auctoritate Metropolicâ confirmaſſe, „ C quicquid prædeceſſores noſtri Burdegalenſes Archiepiſcopi, & Epiſcopi „ noſtri Agennenſes, Petragoricenſes, „ Engoliſmenſes, Sanctonenſes, & Pictauenſes tam in Eccleſiis, quàm in „ Capellis, & Cimiteriis, tam in terris, „ quàm in decimis & paſcuis ; tam in „ obligationibus, quàm prouentibus & „ aliis beneficiis, ei rationabiliter conceſſerunt, & contulerunt, ſicut in eorum authenticis plenius continetur. „ Vt autem hæc noſtra conceſſio robur „ obtineat perpetuitatis, eam ſigilli noſtri munimine communiri præcepimus, „ &c. Datum apud S. Ioannem Angeliacenſem 7. Kal. Iulij, Incarn. Dom. „ an. M. C. LXXXII. Romano Pontifice „ 1182. Lucio III. exiſtente, Philippo Rege „ in Franciâ regnante, Henrico Rege Anglorum Ducatum Aquitaniæ „ gubernante per Richardum filium „ ſuum. „

32. Helias de Malemort Legatus Sedis Apoſtolicæ in partibus Aquitaniæ, antiquâ familiâ Dominorum de Malamorte in Lemouicibus ortus, cuius ſtirpis fuit toparcha de Malamorte primus Regis Francorum Seneſcallus Lemouicenſis, pater Gir- Malemort. Faſcé d'argent & de gueulles de ſix pieces.

berti

berti Epiſcopi ; eligitur Archiepiſco- A
1182. pus circa 1182. & [l]Henrico Angliæ Principi Regi iuniori deſignato, morienti adſtitit apud Martellum Turenæ Vicecomitatus oppidum 1183. teſte Vuilelmo Neubrigenſi lib. 3. rerum Anglic. cap. 7. baſilica autem collegiata S. Seuerini Ord. Auguſtiniani
1188. ſæculariſatur 1188. referente Chronico Burdegalenſi. Idem præſens fuit reuelationi corporis S. Stephani de Mureto Grandimontenſis Abbatis ſub an. 1189. ex veteri eiuſdem Monaſterij MS. Fit porro criminis reus à Collegio Canonicorum, coram Pont. Max. apud Rogerium Houedenum B
1190. 1190. ſubſcribitque chartæ Ioannis Regis Angliæ 2. an. apud Barbezillum, & codicillis dotalitij Iſabellis ſponſæ, ſcriptis Chinone Turonorum vrbe ad Vigennam Auguſt. 30. cum Santonenſi, Engoliſmenſi, aliiſque Epiſcopis, vt notat regiſtrum Theſauri
1202. Regij Pariſienſis. Anno 1202. decernit ius eſſe collegio Canonicorum, Decanum arbitratu ſuo eligendi, datúrque à Celeſtino III. iudex inter Gilbertum Claromontenſem Epiſcopum, & Arnaldum S. Illidij Abba-
1197. tem. Deinde 1197. in conuentu Eccleſiæ Abbatialis Coronæ Engoliſ- C menſis conſecrauit Raimundum de Caſtronouo Præſulem Petracoricenſem, cui ſacro operam præſtiterunt Ioannes Engoliſmenſis, ac Girardus Cadurcenſis Epiſcopi. Fato functus
1206. eſt Helias an. 1206. vt indicat Chronicon S. Stephani Lemouicenſis, vbi dicitur ciuitatem Burdigalæ à Rege Caſtellæ obſeſſam fuiſſe, quod & in alio MS. Lemouicenſi S. Martialis commemoratur.

GEBENNIS. 33. GVILLELMVS DE GEBENNIS II. ſucceſſit Heliæ an. M. CC. VII.
1207. ſub eius Pontificatu Burdegalenſis Ar- D chiepiſcopatus receſſit à Primatu Biturıcenſi, poſtquam ob Aquitaniæ Ducatum ad Reges Angliæ delatum, bella exarſerunt inter Gallos & Anglos; diſceſſionis originem explicat epiſtola Philippi Auguſti Regis ad In-
1211. nocentium III. Pont. an. 1211. Narrat verò Albericus in Chronico 1212. bel-
1212. lo Sarracenico in Hiſpaniâ contra Mammelinum, ad petitionem Alfonſi Regis cognomine Parui, multos ex Francorum regno viros bello præſtantes adfuiſſe, quos inter Guillelmus Archiepiſcopus Burdegalenſis; ſed cum Alfonſus inſciis & inconſultis Francis, Saracenos ſaluâ vitâ, & dato caſtro de Calatrauâ permiſiſſet abire, cum omni ſupellectili, armis & theſauris, indignati Galli, Archiepiſcopus ipſe & Nannetenſis Præſul, in patriam remearunt. Matthæus item Paris monachus Albanenſis in Hiſtoriâ auctor eſt, Henrici Regis fratrem Ricardum Pictauenſem Comitem, velis proſperis ex Angliâ Burdigalam appuliſſe, cum trecentis nauibus armatorum; & à Guillelmo noſtro honorificè exceptum fuiſſe, datis prius literis in quibus Rex humiliter poſtulabat, vt eum amicè excipiens auxilium præſtaret; cui poſtea Principi fidam operam nauauit. Hic autem cum Vaſatenſi & Petracoricenſi Epiſcopis ſcripſit Innocentio III. Papæ pro extirpatione hæreticorum Valdenſium; epiſtola extat lib. 2. Hiſt. Comitum Toloſanorum Catelli. Anno 1220. Epiſcopo- 1220.
rum Tarbienſis & Conuenarum ſententiâ, Archiepiſcopi & Eccleſiæ Cathedralis diſſidia inter Capitulum & Canonicos S. Seuerini compoſita ſunt, iuxta Alexandri III. Pont. reſcripta, ſaluo iure Abbatis S. Crucis, pro terminis parochiarum, & baptiſandis pueris, quod etiam an. 1222. decreto Le- 1222.
gati Apoſtolici confirmatur; ex Chronico Burdegalenſi & cartophilacio S. Crucis. Recitat & Matthæus Paris, Concilio Bituricenſi celebrato 1226. 1226.
à Pontificis Legato in Gallias, intereſſe non potuiſſe Burdegalenſem noſtrum, quoniam tunc Romæ morabatur. Ceterùm Ioannes Pitſeus opere de Scriptoribus Angliæ apud Voſſium refert, fauore Balduini Cantuarienſium Archiepiſcopi, *Ioſephum Iſcanum*, ſeu Exceſtricenſem renuntiatum fuiſſe Præſulem Burdigalæ, quod vnde hauſerit neſcimus: ſanè apud Lurbeum alióſq; authores, vti & in vetuſtiſſimis diptychis Archiepiſcoporum Burdigalenſium nihil de Ioſepho illo legitur, cuius Pontificatus planè erroneus cenſetur.

34. GERALDVS DE MALEMORT MALEMORT. Comme cy-deuant.
Heliæ conſobrinus, ex Decano Burdegalenſi 1227. euectus ad Sedem; quo eodem anno interfuit Synodo Toloſanæ, quemadmodum ſcribit chroni- 1227.
con de præclaris Francorum facinoribus. Conſecratur an. 1228. & à S. Lu- 1228.
douico Rege in Angliam Orator miſſus eſt; memoratúrque à Gregorio IX.

Papâ anno 2. Pontificatus in chartula A
rio Bituricenſi. Huic Geraldo inſcripta
1243. eſt epiſtola quæ legitur apud Paridem,
ab Iuone Narbonenſi, olim Clerico
ſuo, de horribili vaſtatione Tartaro-
rum, ad Reges Chriſtianos etiam dire-
cta ; quæ pleráque de barbaræ natio-
nis moribus quampluta notatu digna
exhibet. Intereſt Concilio Lugdu-
1245. nenſi ſub Innocentio IV. 1245. Lega-
túſque fuit ab vniuerſâ Vaſconiâ cum
aliquot Magnatibus ad Henricum II.
Angliæ Regem, vt quererentur de Si-
mone Comite Leceſtriæ, cuius accuſa-
tionis articuli recenſentur in Hiſt. An-
1252. glicanâ Paridis ſub an. 1252. Meminit B
Geraldi Burdegalenſis charta Ray-
mundi Bruni, cognominis, domini de
Acromonte & Hylariæ filius, quâ Edu-
uardo Regi Angliæ ſeſe obligat per-
mutare caſtrum ſuum de Acromonte
1254. 1254. Aug. 30. Sub eodem Præſule
Dominicani in vrbe inſtituuntur 1230.
Franciſcani 1247. & Burdegalenſis Ec-
cleſia Metropolitana in feſto Annun-
tiationis B. Mariæ inchoatur anno
1251. ex veteri libro ſtatutorum Burdi-
galæ. Sed hîc apponere placet verba
Mathæi Paridis quæ in Hiſtoriâ ſuâ
1256. retulit: *Anno* M. CC. LVI. *cœpit ægro-* C
*tare letaliter Archiepiſcopus Burdegalenſis
iam ſenex & decrepitus, & cùm penitus
crederetur qui ſemiuiuus extitit, mortuus,
Epiſcopus Herefordenſis (qui ſummo deſi-
derio ad illum Archiepiſcopatum ambiens
anhelabat) impetratis literis Domini Re-
gis, quem habuit fauorabilem, vtpotè Telo-
nearius eius, cùm veritas pateret quòd vi-
ueret, iter, laborem, operam perdidit, & ex-
penſas, multis ſannis appetitus, ſicut de
quodam magiſtro Lambino dicitur conti-
giſſe, de quo duo verſiculi componebantur:*

Ære dato multo, nondum Paſtore ſepulto,
Lambit ad optatũ Lambinus Pontificatum.

ROSCIDAVALLE.

35. PETRVS DE ROSCIDAVALLE I. Capellanus ſummi Pontificis Vi- D
cecancellarius, & Eleemoſinarius Re-
gis Nauarræ. Fuit & Stilifer Campa-
niæ, ſiue magiſter ſcriba, homagiúm-
que ligium Regi præſtitit an. M. CC.
LIX. pro eodem officio Magiſtræ ſcri-
bariæ totius Campaniæ, ei tunc col-
lato, per obitum Ioannis Garſiæ Ar-
chidiaconi Eccleſiæ Trecenſis. Idem
1261. Petrus Cambellanus Papæ extitit 1261.
& circa Natale Domini Archiepiſco-
pus creatus eſt; anno enim ſuperiori
Sedes vacabat. Id colligitur ex veteri
regiſtro cameræ Rationum Pariſien-
ſium de feudis Campaniæ Comiti fa-
ctis 1256. quod communicauit Dom.
d'Herouual. Nominatur & an. 1263. 1263.
4. die menſis Martij in chartâ Arnal-
di Vicecomitis d'Orte; & in alterâ
Alfonſi Comitis Pictauienſis S. Ludo-
uici Regis fratris, quâ declarat preca-
rio ſibi commodaſſe caſtrum ſuum S.
Ioannis Angeliacenſis. Carmelitæ au-
tem in vrbe ſtabiliuntur M. CC. LXII.
& obiit Petrus 1269. nec videtur ſuf- 1269.
fectus aliquis in eius locum vſque ad
an. 1275. Vacaſſe enim Archiepiſco-
patum ex pluribus S. Andreæ, aliiſue 1275.
monumentis conſtat, nimirum anno
1271. membranâ donationis iuſtitiæ
caſtri & caſtellaniæ de Pellegruë,
Henrico Regi Angliæ à Raymundo
Milite; Chronico Lemouicenſi 1273.
demùm tabulâ 1274. die 2. Ianuarij
pro conceſſione pedagij villæ & por-
tus de Libourne.

ROCHECHOVART Comme deuant:

36. SIMON DE ROCHECHOVART
Aimerici Vicecomitis Rupiſcanardi
ex Adeleide dominâ d'Auailles Li-
mouſine, non de Mortuomari filius is
fuit, frater verò alterius Aimerici,
qui ſeriem Vicecomitum de Roche-
chouart, & Dominorum de Morte-
mar, ad noſtram ætatem deductam pro-
tulit. Ex Canonico Lemouicenſi, Bi-
turicenſis Decanus, & Lemouicenſis
Epiſcopus renuntiatur; ſic enim nar-
rat MS. Chronicon Sancti Stephani
ad annum Chr. M. CC. LXXII. menſe
Septembri; Duo fuerunt electi ad E- «
piſcopatum Lemouicenſem, SIMON «
DE RVPECAVARDI Decanus Bi- «
turicenſis ex vnâ parte, & Clemens «
de S. Hilario Canonicus ex aliâ. Iſte «
obiit M. CC. LXXIV. dum cauſam per- «
ſequebatur. 1275. menſe Septembri, « 1275.
fuit prouiſum de Simone Burdigalæ, «
pendente adhuc causâ Lemouicenſi. «
Igitur confirmatus in Archiepiſcopum
conſecratur menſe Septembri 1275.
ſolemníque pompâ Burdegalam cum
turbâ Baronum & militum ingredi-
tur, vt legitur in veteri Chronico
Beati Martialis. Eleonoram Angliæ
Reginam excepit in vrbem; memora-
túrque in ſchedâ Eduuardi Regis Oct. 1279.
5. an. 1279. Mortuus eſt M. CC. XXC.
corpus ſepelitur tumulo elato, in Ec-
cleſiæ Metropolitanæ magnâ capellâ 1280.
B. Mariæ, collatis Capitulo ad cele-
brationem anniuerſarij ducentis li-
bris Burdegalenſibus, quemadmodum

fidem faciunt tabulæ antiquæ domus A Rupiſcauardi, quæ ſcribunt fuiſſe dominum ex matris legato terræ d'Auailles in tractu Lemouicenſi. Porrò Bur-
1283. degalam inuiſit 1283. Philippus III. Rex Franciæ; ac vacante Sede, eam vrbem vndique conueneêre populi Calendis Iulij, quæ erant promulgatæ ad ſpectaculum certaminis & duelli, inter duos clariſſimos Reges Carolum Andegauenſem S. Ludouici fratrem, & Petrum Arragonium, pro poſſeſſione regni Siciliæ: certum eſt enim Carolum cum ſuis centum ſelectiſſimis equitibus, die & loco conſtitutis, ab B ortu Solis vſque ad occaſum aduerſarium ſuum, qui nuſquam comparuit, expectaſſe; quod ignauiæ plurimi tribuunt, nonnulli excuſare tentant, vt Scriptores Hiſpani, quaſi admonitus fuiſſet inſidias cauere Regis Francorum; rem geſtam pluribus legere eſt apud Spondanum tomo primo Annal.

1285. 37. GVILLELMVS III. anno 1285. cum Collegio Canonicorum paciſcitur, vt Decano Burdigalenſi, in eâ ciuitate & in ſuburbiis iuriſdictionem
1287. ſuam exercere liceat. Anno 1287. 4. Februarij vacabat Sedes; malè itaque C Lurbeus, Chenutus, & alij interſerunt *Robertum* Regis Angliæ Cancellarium, quem in errorem induxêre tabulæ de conſtruendo Heremitarum Auguſtinianorum apud Burdegalam monaſterio, præſente & in eam tem ſe interponente eodem Roberto conſcriptæ; è quibus tamen mox recitandis apertè liquet, Robertum nihil prorſus nomine Archiepiſcopi Burdegalenſis in hoc negotio egiſſe; Extant hæ literæ in chartophilacio Metropolitanæ Burdigalenſis hoc tenore verborum, & apud Oihenartum in Notitiâ Vaſconiæ.

„ Frater Henricus de Lobanheio „ Prior domus fratrum Heremitarum „ Ordin. S. Auguſtini de Burdigal. & „ Conuentus eiuſdem loci, ſalutem in „ domino. Cum venerabile Capitulum „ Burdegalenſe Sede vacante nobis de- „ derit & conceſſerit licentiam habendi „ & conſtruendi Eccleſiam, ſeu Oraro- „ rium & cimeterium in parochiis Ec- „ cleſiarum ſuarum ſanctæ Eulaliæ & S. „ Eligij Burdegalenſium in loco appellato apud Mitall. &c. (cauent de ſoluendo triginta librarum annuo reditu.) Deinde ſic tabulas concludunt; ſupplicantes Recuſendo in Chriſto Patri Roberto Dei gratia Batbon. & „ Wellen. Epiſcopo illuſtr. Regis Angliæ Cancellario, ad cuius preces & „ inſtantiam dicta licentia nobis & ſucceſſoribus noſtris data extitit & conceſſa, & eidem Capitulo, vt ipſi ſigilla ſua vnà cum ſigillo noſtro præſentibus apponant. Datum 12. Kal. Ianuar. M. CC. XXCVII. „ 1287.

GEBENNIS. 38. HENRICVS DE GEBENNIS I. ad huius Eccleſiæ regimen aſ-
1288. ſumptus circa an. 1288. nominatur inter protectores teſtamenti Margaritæ de Turenâ, quod è tabulario chartarum Franciæ deſcribitur in genealogicâ Hiſtoriâ Turenæ Chriſtophori Iuſtelli his verbis:

IN NOMINE &c. *Nos Margarita de Turenâ Brageriaci & Genciaci Domina, ſanâ mente, ægra corpore, cogitantes de ſupremis, teſtamentum noſtrum, ſeu vltimam voluntatem noſtram condimus, ordinamus, & facimus in hunc modum. Imprimis commendimus omnipotenti Deo animam noſtram &c. Item legamus Domino Alexandro de la Pebreya marito noſtro, mille libras renduales ad vitam ſuam, tantùm aſſignatas in caſtris & caſtellaniis de Genciaco & de Caſtromaurone. Item legamus Margaritæ filiæ noſtræ centum libras, & mille ſemel ſoluendas. Legamus Ioannæ filiæ noſtræ centum libras, & mille, & in præmiſſis, eaſdem Margaretam & Ioannam hæredes nobis inſtituimus. Legamus Audæ, & Aeliæ, & Yſabelli filiabus noſtris, cuilibet viginti quinque libras rendnales, vltra dotes ſibi promiſſas, &c. Domina Geraude filiæ noſtræ vxori Arnaudi de Girandâ militis quinquaginta lib. Inſtituimus Heliam Rudelli militem filium noſtrum, hæredem in caſtro & caſtellaniis de Brageraco, de Monteliydery & de Genetaco. Gaufridum de* D *Ponte filium noſtrum hæredem inſtituimus in ſingulis caſtris, & caſtellaniis noſtris &c. exiſtentibus in Vicecomitatu Turenæ. Si verò dictum Helìam, vel filium ſuum ſine herede maſculo mori contigerit eidem ſubſtituimus Gaufredū filium, vel heredem ipſius Gaufredi maſculum &c. Huius teſtamenti noſtri executores ordinamus Guillelmum de Turre Archidiaconum Petragoricenſem, Heliam Galteri Canonicum Petragoricenſem, & dom. Aymoricum la Portâ militem &c. Protectores autem huiuſmodi teſtamenti noſtri eſſe volumus, excellentiſſimum Dominum noſtrum Regem Franciæ illuſtriſſimum, ac nobilem virum Seneſchallum*

Vaſconiæ, pro Domino noſtro illuſtri Rege Angliæ, Duce Aquitaniæ, & reuerendos Patres in Chriſto, Dominos Henricum *Dei gratiâ Archiepiſcopum* Burdegalensem, *Raymundum Epiſcopum Petragoricenſem &c. Teſtes autem vocati dictus Raymundus Epiſcopus, dominus Pontius de Baynaco dominus eiuſdem loci, Gaufredus de Ponte prædictus &c. Da-*
1289. *tum* VII. *Kal. February an. Dom.* M.CC.LXXXIX. Henrici quoque mentio fit, in tabulario Fontis-ebraldi vbi dicitur
1293. an. 1293. die feſto S. Martini hyemalis in chorum Abbatiæ ingreſſum fuiſſe ſine cruce, non tanquam Archiepiſcopum, ſed vt amicum, ac ibi receptum in fratrem. Reperitur & in archiuo Burdegalenſi memoria grauium diſſenſionum inter Gualterum de Brugis Pictauienſem Epiſcopum, & Henricum noſtrum de Gebennis; teſte Spondano Annalium tomo I. quem Bertrandi deceſſorem notat, ob fracturam cuiuſdam capellæ conſecratæ ab Archiepiſcopo factam intra clauſuram domus Epiſcopalis Pictauienſis.

Salignac. D'or à la bande de trois pieces de ſinople.

39. Rosinus de Salignac ex Archidiacono Medullenſi Antiſtes eligitur 1296. familiâ nobili Baronum de Salignaco in Petrocoriis oriundus erat, quæ Sarlatenſi Eccleſiæ dedit
1296. Epiſcopos quinque. Deeſt autem Roſinus in catalogo Lurbei.

Govt. D'or à trois faſces de gueulles.

40. Bertrandus de Govt II. nobilis Aquitanus Vaſco, filius Beraldi Militis domini de Villandrado diœceſis Burdegalenſis, vbi & natus eſt, frater autem Arnaldi Garſiæ Gutti Vicecomitis Leomaniæ, teſte Bernardo Guidonis in chronico. Eius gentiles à Carolo Valeſio Regis fratre Aquitanico bello contra Anglos geſto plurimùm vexati ſunt, ideóque Philippo Regi valde infenſus extitit Bertrandus, tum etiam Bonifacio VIII. Pont. Max. deuinctiſſimus; qui eum primùm ex Canonico & Sacriſtâ Burdegalenſi Epiſcopum Conuenarum, ac quinque poſt annis Archiepiſcopum Burdegalenſem creauit, paulò
1300. ante Natale domini 1300. Benedicto Decimo dicto XI. Papâ è viuis adempto, menſe fermè vndecimo à Sedis vacatione, idem Præſul ambitioſi ingenij, oblatione datâ Pontificatus, Regi facilè conciliatur operâ Oſtienſis Cardinalis, poſtquam fide datâ promiſit iureiurando, ſe executurum

A aliquot capita propoſita, ſi Regis operâ Cathedram Apoſtolicam adipiſceretur. Itaque omnium votis licet abſens, extra Cardinalium Collegium Summus Pontifex renuntiatur die 5. Iunij vigiliâ Pentecoſtes 1305. cuius 1305.
electionem Villanius Hiſtoricus deſcripſit Italicè lib. 8. c. 80. Mox purpurati Patres decretum ad eum miſerunt in Aquitaniam, datum Peruſij VI. Id. Iunij Indict. III. quod apud Maſſonum & Lurbeum in Chronico Burdigalenſi recitatur. Incumbebat tunc Bertrandus viſitationi prouinciæ Burdegalenſis, cùm apud Leſigniacum
B in Pictonibus promotionis ſuæ nuncium accepit, móxque Burdegalam regreſſus recepto ſacri Collegij diplomate, illud die 22. Iulij publicauit in æde Metropolitanâ, aſſumpto nomine Clementis V. Inde Lugdunum accedens, Cardinales illico ex Italiâ ad ſacrum conuocauit, coronatúſque eſt in Eccleſiâ S. Iuſti XI. vel vt alij volunt, XIV. Nouemb. à Matthæo Rubeo Vrſino Cardinale S. Mariæ in Porticu; cui inaugurationi adetant Philippus Rex, frater eius Carolus Comes Valeſius, fratres ac filij Regij, Duces Burgundiæ, Britanniæ ac
C Lotharingiæ, & alij permulti Principes, proceréſque. Sed funeſta fuit hæc pompa; nam concurrentibus populis ad celebritatem conſpiciendam; ruinâ muri contingente, dum ſolemnitas fieret, penè oppreſſus eſt Pontifex ac Carolus Princeps, ſed Britanniæ Dux Ioannes cum Gaillardo de Gutto, Clementis fratre, ac quidam alij nobiles perierunt. Quæ vtique clades triſtis ominis fuit, etenim paulò poſt traducta eſt in gratiam Regis, Pontificia Sedes in Galliam, indignante Italiâ, quem & pleniſſimè ab Eccleſiæ cenſuris in eum latis reconci-
D liauit, ac promiſſis factis antehac ſatisfaciens, Lugduni 1306. reuocauit 1306.
Conſtitutiones Bonifacij VIII. contra Philippum, ipſique conceſſit decimas pro regni deffenſione. Hæc, pluráque alia ex tomo I. Annal. Spondani deſcripſimus, quæ referunt etiam Onuphrius, Ciacconius, Quercetanus & alij auctores, qui fusè Romanorum Pontificum vitas ediderunt. Is autem de expeditione in Terram Sanctam valdè ſollicitus fuit, & Templariorum Ordinem id temporis abrogauit in Concilio generali Viennenſi ab ipſo

1311. celebrato 1311. Sub eius quoque Pontificatu accidit magno infortunio, vt Lateranenſis baſilica incendio conſumeretur. At CLEMENS variis ægritudinibus afflictatus, dum aërem natiuum quæſiturus, Auenione Burde-
1314. galam verſus iter ſuſcepiſſet, mortuus eſt apud Rupem Mauram ſupra Rhodanum XII. Kal. Maias, poſtquam tenuiſſet Pontificatum annos nouem, minus dies 45. aut 33. corpus Carpentoratum refertur, vbi erat tunc Curia, ac poſt diuturnam de eo altercationem inter Canonicos S. Mauræ, vbi obierat, & Vzeſtæ, vbi viuens ſepulturam ſibi delegerat, eò tandem delatum eſt ac tumulo conditur, qui magnificentiſſimè conſtructus poſtea ab hæreticis diruitur anno M. D. LXVIII. Epitaphium ſequens legebatur marmori inciſum:

HIC IACET

Fælicis recordationis Dominus CLEMENS *Papa V. fundator Eccleſiarum Collegiatarum de Vzeſtâ & de Vilhendraudo, qui obiit apud Rupem-Mauram Nemauſenſis diœceſis die XX. Aprilis. Pontificatus ſui IX. portatus verò ad iſtam Eccleſiam*
1314. *Beatæ Mariæ de Vzeſtâ anno Domini* M. CCC. XIV. *Aug. 17. & ſepultus an. Dom. 1359.*

Ceterùm Vzeſta Vaſatenſis diœceſis vicus eſt, nobilis miraculis B. Virginis, in cuius honorem Eccleſiam ibi cum caſtro conſtruxit Clemens, & confinis eſt loco auito de Villandraudo, vbi etiam aliam baſilicam ædificauit, & in vtrâque Canonicos ſæculares conſtituit.

CANTELOVP. 41. ARNALDVS DE CANTOLVPO I. Cardinalis tit. Beati Marcelli, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius, patriâ Aquitanus Burdegalenſis diœceſis, Clementis V. Papæ deceſſoris propinquus. Vocatur electus Bur-
1305. degalenſis an. M. CCC. V. in diplomate eiuſdem Pontificis, quo Archiepiſcopatum eximit à Primatiâ Bituricenſi in controuerſiâ Primatus Aquitanici, ſicut perhibet originale Bullæ contextum his verbis, in archiuo Burdegalenſis & Pictauienſis Eccleſiarum:

CLEMENS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio* ARNALDO *Electo* BVRDEGALENSI, *eiúſque ſucceſſoribus Archiepiſcopis Burdigalenſibus, qui pro tempore fuerint in perpetuum. In ſu-*

A *premo ſolio dignitatis diſponente Domino conſtituti, de vniuerſis orbis Eccleſiis, quarum cura nobis generalis quantum nobis ex alto permittitur, ſollicitè cogitamus, ad ea feruentibus ſtudiis intendentes, per quæ tranquilitatis ſtudia commoda poſſimus eiſdem ſubmotis quibuſlibet ſcandalorum turbinibus procurare. Sed ad Burdigalenſem Eccleſiam, quæ dudum nos habuit, primò filium, ſuis nos educans vberibus, ſecundò ſponſum noſtro commiſſa regimini, ac demum patrem recognoſcit cum de ipsá ſimus ad ſummum Apoſtolatus officium gratiâ diuinâ vocati, eo propenſioris conſiderationis intuitum vertamus, quo ſpecialiorem*
B *dilectionis affectum præmiſſorum conſiderationem gerimus ad eandem. Dudum ſiquidem occaſione Primatiam ſe habere, grauis inter eos, & quam olim prætendebant Bituricenſes Archiepiſcopi in Burdigalenſi Prouinciâ, ſe habere, grauis inter eos, & Archiepiſcopos Burdigalenſes qui fuerunt pro tempore, exorta extitit materia quæſtionis; ex quâ diſſentiones quamplurimæ, ſcandala grauia, multáque pericula peruenerunt. Sanè fælicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter intendens huic morbo ſalubriter prouidere, quandam ſuper huiuſmodi quæſtione ordinationem dicitur ediſſe. Et licet prædicta ordinatio Burdiga-*
C *lenſibus Archiepiſcopis, & eorum prouinciæ præiudicialis, non modicum fuerit, ac etiam oneroſa prout facti euidentiâ manifeſtatur; quia tamen Archiepiſcopi Burdigalenſes, & Bituricenſes qui fuerunt pro tempore, ordinationem non ſeruauerunt eandem, quinimo in multis eandem pro ſuæ voluntatis libito violantes iuriſdictionem contra illius tenorem ſibi indebitam vſurparunt. Ex quibus in illis partibus homicidia, fractiones Eccleſiarum, ſacrilegia, commotiones populorum, & multa alia animarum, & corporum pericula peruenerunt tempore prædeceſſorum noſtrorum, & Burdegalenſi Ec-*
D *cleſiâ memoratâ, & etiam graues, & perículoſæ diſſentiones tempore, quo nos ipſam Eccleſiam regebamus, propter quod ipſius debent carere commodo, cum etiam minimè duxerint obſeruandam; Nos, qui dudum aptè ſuſceptum à nobis Apoſtolatus officium dictæ Burdigalenſis Eccleſiæ præſidentes, diſſentiones, ſcandala & pericula prædicta palpauimus, attendentes quod per huiuſmodi ordinationem nihil vtilitatis accreſcit eidem Bituricenſi Eccleſiæ, ſed ſibi, & Burdigalenſi Eccleſiæ iactura non modica prouenit ex eâ, prout exiſtimamus ex eâ veriſimiliter peiora poſſunt in poſterum prouenire. Ac propterea non indignè volentes*

prædictas Eccleſias ab huiuſmodi oppreſſionibus, ſcandalis & grauaminibus ex prædictis prouenientibus præſeruare; & eas in pacis, & tranquilitatis pulchritudine confouere, te & ſucceſſores tuos, Eccleſiam ipſam, ciuitatem, diœceſim, & prouinciam Burdigalenſem, & quaſcúmque perſonas tam Eccleſiaſticas quàm ſæculares degentes in eis, ab huiuſmodi iure Primatiæ, vel ſuperioritatis omnique iuriſdictione, & poteſtate Biturícenſis Archiepiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum, qui pro tempore fuerint, tam circa articulos in eadem ordinatione contentorum, quàm circa omnes alios authoritate Apoſtolicâ, & de poteſtatis plenitate prorſus eximimus, & penitus liberamus diſtrictius inhibentes, ne idem Archiepiſcopus Bituricenſis, vel eius ſucceſſores, ſeu Decanus, & capitulum Bituricenſe, communiter vel diuiſim, etiam ſede Bituricenſi vacante, in te, vel ſucceſſores tuos Burdigalenſes Archiepiſcopos, qui pro tempore fuerint, ſeu in Eccleſiam, ciuitatem, diœceſim, aut prouinciam Burdigalenſem, vel perſonas degentes in eis, iuriſdictionem aliquam prætextu huius iuris Primatiæ, vel ſuperioritatis, aut etiam dictæ ordinationis, vel aliàs ſibi vindicare, vel exercere quoquo modo præſumant. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his ab Archiepiſcopo Bituricenſi, vel eius ſucceſſoribus, ante dictis Decano vel capitulo Bituricenſi, communiter vel diuiſim, aut quibus vis aliis occaſione præmiſſâ contigerit attemptari, nonobſtantibus ordinatione prædictâ, ſeu quibuſcúmque proceſſibus ſuper hoc habitis, conſuetudinibus contrariis, compoſitionibus factis & ſententiis promulgatis, aut quibuſuis literis conſeruatoriis, vel aliis quibuſcúmque à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, vel eorum Legatis impetratis, & indulgentiis, atque priuilegiis etiam Apoſtolicis, de quibus quorumcúmque totis tenoribus etiam de verbo ad verbum debeat in noſtris literis fieri mentio ſpecialis. Præmiſſa enim omnia, & ſingula quantum poſſunt eſſe præſenti exemptioni, vel aliis ſupradictis contraria caſſamus, irritamus & caſſa & irrita nunciamus & nullam penitus habere volumus roboris firmitatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, exhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incur-
1305. *ſurum. Datum Lugduni vi. Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.*

Hoc eodem anno ex electo Antiſti-
te, Lugduni creatur Cardinalis ſaba- 1305.
tho quatuor temporum Aduentus, vt refert Ciacconius ex Clementis v. regiſtro, & Lurbeus notat in Eccleſiam Burdigalenſem fuiſſe munificum, dedit enim toparchias de Montrauel, & de Beluer menſæ Archiepiſcopali.
Obiiſſe ipſum an. M CCC. X. apud Al- 1310.
maricum Augerium Biterrenſem in actibus Romanorum Pontificum ſcribitur, vbi etiam Arnoldi Frigerij de ſancto Lupo cognomen ei tribuitur. Hoc autem loco commemoratur à Chenuto Reginaldus Cardin. à Portâ, qui tamen inter Burdegalenſes locum non habet.

42. ARNALDVS DE CANTO- CANTELOVP.
LVPO II. ſuperioris nepos an. 1305.
In veteri libro ſtatutorum ciuitatis
Burdigalenſis obſeruauimus; quod eo- 1305.
dem tempore viuebant tres huius Eccleſiæ Antiſtites, videlicet Bertrandus de Goto poſtea Papa Clemens v, Arnaldus de Cantolupo non conſecratus, quia vocatus eſt ad Purpuram ſub titulo S. Marcelli, & iſte ARNALDVS nepos eius, qui Archiepiſcopatum adminiſtrauit an. 27. diebus ſex. Huic verò tanquam Metropolitano fidelitatis ſacramentum præſti-
tit, circa anno 1309. Arnaldus d'Aux 1309.
Pictauenſis Epiſcopus apud Villandraldum, XII. Kal. Decemb. Pontificatus Clementis Papæ, quarto; qui eodem anno ac die, ipſi, ſucceſſoribúſque Archiepiſcopis conceſſit, vt in quâlibet ciuitate prouinciæ ſuæ poſſent viſitationis officium peragere; priuilegium ſeruatur in ſcrinio Eccleſiæ Pictauienſis, & in regiſtris ſecretariatus Burdigalæ, aliud hunc in modum inſcribitur:

CLEMENS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri* ARNALDO *Archiepiſcopo* BVRDEGALENSI *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Meritis tuæ deuotionis inducimur, vt perſonam tuam præcipuâ beneuolentiâ proſequentes, petitionibus tuis quantùm dignè poſſumus, fauorabiliter annuamus. Hinc eſt quod nos tuis deuotis ſupplicationibus inclinati, tibi & ſucceſſoribus tuis Archiepiſcopis Burdegalenſibus, qui erunt pro tempore ſucceſſores, auctoritate præſentium indulgemus, vt tu ac iidem ſucceſſores, præter conſenſum tui Capituli, Eccleſias, dignitates & perſonatus Eccleſiæ ac diœceſis Burdegalenſis, vnire ac diuidere, prout eorum vtilitate penſatâ*

expedire videritis, nonobſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus ſuper his in contrarium editis, & conſuetudinibus prædictis Burdegalenſis Eccleſiæ, necnon & quibuſcumque priuilegiis Capitulo prædicto conceſſis liberè valeatis. Præſertim cùm de longâ conſuetudine ſic fuiſſe audiuerimus obſeruatum, & nos etiam obſeruauerimus tempore quo ipſius Eccleſiæ regimini præeramus &c. Datum apud Vignauldaldrum Burdegalenſis diœceſis Cal. Decemb. Pontificat. noſtri anno quarto.

Concilio Viennenſi interfuit Arnal-
1315. dus an. 1315. & Synodum prouincialem habuit apud Roffiacum Pictauienſis diœceſis 1326. Fato conceſſit M. CCC.
1332. XXXII. vt habent monumenta Eccleſiæ Burdegalenſis.

43. PETRVS II. munus Pontifica-
1345. le geſſit ab anno 1332. ad vſque M. CCC. XLV. quo obiit.

CASIS. 44. AMANEVS DE CASIS I. Petri ſucceſſor, quatuor Eccleſiarum redditus, Decani & Canonicorum cenſui adiecit, baſilicas videlicet Sancti Iuliani de Borno, de Molinis, S. Helenæ & de Liſtraco, vt è tabulis hâc de
1347. re anno 1347. ſcriptis paret, quæ in chartophilacio S. Andreæ ſeruantur. Deceſſit in loco Bellouidere dicto, & in eodem, terræ corpus eius mandatum fuit, ex Oienharti Notitiâ Vaſconiæ.

CASIS. 45. BERNARDVS DE CASIS frater germanus Amaneui, eligitur
1348. 1348. VII. Decemb. ex libris Obligationum Vaticani, in quibus adhuc recenſetur an. M. CCC. LVII. idem ille
1357. eſt qui apud Lurbeum, Principem Walliæ Eduardi Regis Angliæ filium excepit in æde Metropolitanâ.

LA MOTHE. 46. AMANEVS DE LA MOTHE II. à Clemente VI. Pont. Max. Archiepiſcopus creatur literis apud Villamnouam Auenionis 4. Kal. Octob.
1360. ſcriptis. Moritur V. Cal. Iul. an. 1360. fuitque ſepultus in æde S. Andreæ ad aram maximam, in eâ parte quæ meridiem ſpectat.

47. PHILIPPVS nominatur vltimæ voluntatis ſeu teſtamenti Talairandi Cardinalis Epiſcopi Albanenſis Petragoricenſis executor, facti vigeſi-
1360. mâ quintâ die Octobris an. M. CCC. LX. Auenione die feſto S. Frontonis cum Aquenſi, Sarlatenſi, aliiſque vt liquet ex authentico MS. originali: qui Præſul Lurbęo incognitus eſt.

48. HENRICVS II. Richardum filium Principis Walliæ Burdigalæ natum, ſacris vndis abluit 1367. vt ſcri- 1367.
bunt Ioannes Froiſſartus in Chronico ſui temporis, & Lurbęus libro de illuſtribus Aquitaniæ viris.

49. HELIAS II. dignitate Archiepiſcopi inſignitus ab an. 1372. ac aliis 1372.
proximè conſecutis, vſque ad annum 1378.

50. GVILLELMVS IV. ſedit an. 1379. 21. Februarij ſub Clemente VII. 1379.
Antipapâ; ex libro Obligationum & actis Curiæ Romanæ.

51. RAIMVNDVS II. Pontificatum Burdigalenſem rexit ab an. 1380. 1380.
vſque ad annum 1384. quo è viuis exceſſit, in monumentis Eccleſiæ S. An- 1384.
dreæ, ita vt Vrbano, quem ad an. 1382. in numero horum Antiſtitum poſuit Lurbęus, locus hîc non extare videatur.

52. FRANCISCVS I. Archiepiſcopus Beneuentanus ad Burdegalenſem Eccleſiam translatus eſt ab Vrbano VI. circa an. M. CCC. XCIV. ſepti- 1384.
mo Kal. Septembris Pontificat. anno VII. coniectura autem eſt eundem Præſulem eſſe qui apud Lurbęum dicitur In Arragoniam Legatus à Duce Lancaſtriæ, ſed captiuus Barcinonam deductus, breui tenetur 1387. 1387.

53. FRANCISCVS HVGOCIONIO II. Cardinalis BVRDEGALENSIS nuncupatus, natione Italus, patriâ Vrbinas, Picens; cum floreret exiſtimatione doctrinæ, Iuris Ciuilis & Pontificij peritiſſimus interpres, in Archiepiſcopum à Bonifacio IX. Papâ ſuffectus eſt ad an. Dom. 1389. Hunc & 1389.
Nuntium Apoſtolicum ad Caſtellæ, Legionis, Arragoniæ, & Nauarræ Hiſpaniarum regna, irémque in Vaſconiam delegauit, vt ſingulari in tractandis magni momenti negotiis prudentiâ quâ præditus erat, eas prouincias ad Bonifacij legitimam obedientiam abiecto Clementis VII. ſchiſmate reuocaret, quod munus magnâ dexteritate & ſolertiâ, ex Pontificis voto prudentiſſimè ſuſtinuit, & tranſegit His meritis ab Innocentio VII. abſens in Aquitaniâ, paſcendo gregi ſuo intentus, Purpuræ honorem promeruit, re-

nuntiatus Cardinalis tit. SS. Quatuor A
1405. Coronatorum 1405. pridie Idus Iunij; diu verò à Romanâ Curiâ abſens fuit Burdegalæ degens, ad quam nonniſi ſenex profectus eſt. Referr enim Ciacconius, cuius verba ibi in pleriſque exſcripſimus, Gregorio XII. ad S. Petri Cathedram prouecto, pacis Eccleſiæ Franciſcū valdè ſtudioſum, comitante theologorum & iuriſperitorum delectâ manu, vt erat his ſtudiis apprimè excultus, Sauonam in Liguribus acceſſiſſe, vrbem tollendo ſchiſmati deſtinatam, vbi iam Benedictus aduenerat; à quo & ſuis Cardinalibus Hugocionius perhonorificè excipitur, ratus Gregorium eò, quemadmodum pollicitus fuerat, venturum; ſed de illius mente certior factus, cum Senis tunc morantem difficili itinere inuiſit; cùmque nullis precibus, aut rationibus ei perſuadere potuiſſet, vt pro diuturniori procraſtinatione tollendâ, Sauonam ad congreſſum pergeret, vt grauiſſimum illud opus vnitatis ſtabiliret: illicò Gregorium deſeruit, ait idem auctor; quocirca ab eo citatus honore priuatur, & collectores prouentuum Cameræ Apoſtolicæ in Aquitaniâ eiuſdem Gregorij iuſſu, vniuerſos Cardinalis reditus in Burdegalenſi prouinciâ interuerterunt. Exinde in Galliam pro vnione Eccleſiæ ſe contulit, ad an.
1408. 1408. hoc eodem tempore Dominicâ 17. Martij, cum Cardinalib. Barrenſi & Hiſpano, Burdegalenſis noſter, ita enim vocatur ab Enguerrano Monſtreleto Chron. lib. 1. cap. 46. vbi & Anglum facit, ſolemni inuectionis pompæ Caroli VI. Regis in vrbem Pariſienſem adfuit, quam deſcribit clariſſ. Hiſtoricus Ioan. Iuuenalis Vrſinus; nec-
1409. non Piſano Concilio 1409. vbi Pontifex creatur Alexander v. & Comitiis Bononiæ Ioannis XXIII. Demum Flo-
1412. rentiæ occubuit an. M. CCCC. XII Cal. Sept. XIX. corpus Romæ depoſitum in Diaconiâ S. Mariæ Nouæ, tumulatur ſub lapide qui hoc epitaphio illuſtratur.

Cardinei, qui ſummus honor, quæ gloria cœtus,
Alta fuit, paruo ſub marmore clauditur iſte,
Hicque Coronatos vir ſanctus quatuor annos
Hinc titulum tenuit nulli virtute ſecundus,
Spiritus egregiis meritis præclarus in aſtris,
FRANCISCI *reſidet, Cœliq; locatur in aulâ.*
Obiit Anno Domini M. CCCC. XII. *menſe Auguſto.*

54. IOANNES DE MONTFERRAND I. familiâ antiquâ apud Burdigalenſes ortus ex Dominis Montisferrandi, qui primorum Aquitaniæ Baronum titulo olim inſigniti ſunt; creatur in locum Franciſci Cardinalis an. M. CCCC. VIII. 1408.

MONTFERRAND. D'or a trois pals de gueulles.

55. GVILLELMVS IV. tempore Alexandri v. Papæ Pontificatum Burdegalenſem rexit, vt eſt apud Oihenartum, dum Aquitania bello Francorum cum Anglis laborauit. Lurbeus notat IACOBVM DE EVBIO Toletanum cognomento Magnum Caroli 7. Regis à
B Confeſſionibus auctorem Sopholegij, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, in literis ſacris verſatiſſimum, poſtulatum fuiſſe ad infulas an. 1415. Sed recuſauit, 1415.
auctore Ioſepho Pamphilio in Chronicis Auguſtinianis.

56. DAVID DE MONTFERRAND, Ioannis conſobrinus, frater Bertrandi domini Montisferrandi & de Langoyran, ſeu Bernardi, vt placet Lurbeo c. LIV. de illuſtribus Aquitaniæ viris; qui cùm propter dignitatem domûs, opes, authoritatem & induſtriam eſſet Anglicarum partium fau-
C tor, DAVID ipſius germanus ab Anglis, item honoribus & ſacerdotiis auctus, hanc Metropolitanam Sedem 1416.
adeptus eſt, circa an. M. CCCC. XVI. cuius tempore 1427. Burdigalæ tantus 1427.
terræ motus die Purificationis B. Mariæ ſuperuenit, vt nauis Eccleſiæ Cathedralis ceciderit, ex Chronico Burdigalenſi.

MONTFERRAND. Comme cy-deſſus.

57. PETRVS DE FOIX III. Cardinalis de Fuxo ſenior, tit. S. Stephani in Cœlio-monte, Legatus Aueniomenſis, Burdegalæ Adminiſtrator an. 1428. Antiſtes Albanus, Arelatenſis,
D Conuenarum, & Laſcurrenſis fuit, ſummâque eruditione & ſanctimoniâ conſpicuus; de quo Cardinali plura diximus in catalogo Arelatenſium Archiepiſcoporum. 1428.

FOIX. Ecartelé de Foix & de Bearn, comme cy-deuant.

58. BEATVS PETRVS BERLAND IV. ex ignobilibus parentibus in inſulâ Medullenſi genitus, tenuitatem fortunæ Chriſtianis planè moribus, & pietate inprimis ſuperauit. Nam & factus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis S. Andreæ, poſthæc omnium ſuffragiis eligitur an. 1430. Aug. 1430.
19. à Martino v. Pont. Max. confirmatur in Archiepiſcopatu Burdegalenſi

BERLAND.

XVII.

xvii. Cal. Nouemb. Pontificatus anno A
xiii. Hoc autem elogio ornatus eſt
à Gab. Lurbęo lib. de illuſtr. Aquita-
niæ viris, quod hîc quoque apponi me-
„ ruit: Petrvs Berlandvs agri-
„ colæ in Medullis filius cum iam abe-
„ cedarius eſſet, totum ſe literis ſacris
„ deuouit; quas cum humanitatis ſtudiis,
„ vt ei per facultates licebat, ita con-
„ iunxit, vt propter eius pietatem & bo-
„ nam indolem ex paupere Clerico Ca-
„ nonicus Eccleſiæ Burdigalenſis ele-
„ ctus fuerit; In quo munere ita piè, per
„ multos annos verſatus eſt, vt vacante
„ Sede Metropolitanâ, poſt multas con-
„ tentiones, & inter plurimos tanti Sa- B
„ cerdotij competitores, ab Eccleſiæ
„ collegio Archiepiſcopus Burdigalen-
„ ſis deſignatus ſit. Quam prouinciam
„ cum inuitus ſuſcepiſſet, nihil tamen
„ ſui officij & tanti muneris prætermiſit,
„ mores Eccleſiæ in tantis bellorum
„ motibus collapſos reſtituit, literas &
„ literatos fouit, auctórque fuit Iuratis
„ & Decurionibus Burdigalæ inſtituen-
„ dæ Academiæ & Vniuerſitatis Burdi-
„ galenſis, cuius inſtitutionis diploma
„ Iurati poſtea ab Eugenio ſummo Pon-
„ tifice impetrarunt. Inde Berlandus
„ collegium Sancti Raphaëlis, Burdiga-
„ læ erexit, pluribúſque reditibus pro C
„ inſtitutione Prioris & duodecim pau-
„ perum ditauit. Et vt nominis ſui ac
„ memoriæ aliquot monimentum relin-
„ queret, maiorem turrim campanariam
„ D. Andreæ à fundamentis erexit. Po-
„ ſtremò cum nomine Ordinum Aqui-
„ taniæ in Britanniam profectus Regem
„ Anglum de componendis Aquitaniæ
„ rebus interpellaſſet, nec poſtulatis An-
„ glus ſatisfeciſſet, factum eſt, vt Burdi-
„ galenſibus ſub Imperium Francorum
„ redactis, Berlandus cum toto Clero in
„ verba Caroli vii. iurauerit; quod ſan-
„ ctè præſtitit. Tandem cum per viginti-
„ quinq; annos Eccleſiam rexiſſet, pius, D
„ beneficus, & eleemoſynarius deceſſit.
Quantæ autem fuerit liberalitatis dum
viueret, teſtatur pinnaculum Cathe-
dralis quod conſtruxit propriis expen-
ſis, vt refert marmorea inſcriptio quæ
viſitur in eadem Eccleſiâ:

Bis quadram quicúmque oculis turrim aſpicis æquis,
1440. *Mille quadringentis quadraginta labentibus annis,*
Fœlicibus cœptam auſpiciis, Nonáſque ſecundo
Octobris, tantum certo ſcitò eſſe profundam,
Fons prope proſiliens, quantum tenet, huic quoque primus
Subiecit lapidem Petrvs *Archipræſul in vrbem*
Bvrdigalæ, *cuius plebs collætetur in æuum.*

Anno ſequenti Academia Burdigalen-
ſis inſtituta ad inſtar Toloſanæ, Euge-
nio vii. Pontifice probante, & 1442. 1442.
Berlandus ab Ordinibus Aquitaniæ
in Angliam profectus eſt, vt auxilium
Anglorum Regi Henrico contra Fran-
cos peteret; ſed poſtea legitimo Caro-
li vii. Regis Francorum Imperio ſe
ſubdidit. Nominatur enim in fœdere
Burdegalenſi die 12. Iunij 1451. & con- 1451.
tra Pragmaticæ Sanctionis publicatio-
nem promulgat 1452. Vixit deinceps
vſque ad an. Dom. 1453. quo extre- 1453.
mum vitæ diem exegit, in Metropoli-
tanâ baſilicâ humatus; cuius eximiam
virtutem & ſanctitatem, edita poſt
obitum ad ſepulchrum miracula ma-
gnopere commendant. Quare & Lu-
douico xi. Rege petente an. m. cccc.
xxci. Sixtus 4 Pont Max. Raymun-
dum Vaſatenſem & Radulphum Pe-
tracoricenſem Epiſcopos delegat, ad
inquiſitionem faciendam vitæ Berlan-
di, quæ decimâ-octauâ Decemb. co-
ram propoſita & ſignata, tamen Cano-
niſatio effectu caruit, ob mortem Re-
gis ſubſecutam anno 1483. vt refert
Chronicon Burdigalenſe.

59. Blasivs de Gresle, aliàs *Regnier*, Pontificatus poſſeſſionē adep- Gresle.
tus eſt 1456. conſecratur menſe Maio 1456.
1457. in Eccleſiâ Monaſterij S. Dio-
nyſij in Franciâ; à Ioanne Iuuenali Vr-
ſino Archiepiſcopo & Duce Remenſi,
aſſiſtentibus Ioanne de Mailly Nouio-
menſi, & Guilelmo Chartier Pariſienſi 1457.
Epiſcopis, vt auctor eſt Ioannes Qua-
drigatius monachus S. Dionyſij in An-
nalibus, ſeu chronicis Franciæ. Eo ſe-
dente Eccleſia metropolitana Cathe-
dræ Apoſtol. ſubiecta, à iuriſdictione
Archiepiſcopali eximitur, bullâ Pij 2.
Papæ 1458. Pontificatus 1. quæ eſt in 1458.
tabulario Burdegalenſi.

60. Artvs de Montavban Montauban.
ex nobiliſſimâ gente Rohanâ in Are-
moricis, patre Guilelmo Barone Mon-
tiſalbani, de Landal, & de Marigni,
Iſabellis Bauaræ Franciæ Reginę Can-
cellario, matre Bonâ Mediolanenſi
Caroli Principis Vicecomitis filiâ na-
tus erat. Primò quidem militiæ nomen

Ecartelé au 1. & 4. de gueulles à neuf macles d'or poſées en pal, 3.3.1. au lambel d'argent de 4. pieces;

qui eſt Rohan Montauban à 1. & 3. de Milan, qui eſt d'argent au ſerpent d'azur ou guiure de trois tours en pal, courõnée d'or, aliſſant de geulles.

dedit, & Franciſci I. Britanniæ Ducis gratiam promeritus, ſub eius adminiſtratione contigit funeſtum illud fatum Ægidij domini de Chantocè; Hic enim toto quadriennio in vinculis à Duce fratre detentus, per calumnias Artvri, qui Franciſcam de Dinan Principis vxorem in matrimonium ambiuerat an. 1450. ab eiuſdem Arturi ſatellitibus, quibus eius cuſtodia tradita fuerat; cum venena quætúmque cibis immixta ſpeciali gratiâ cæleſti vinceret, mappâ ſtrangulatus eſt. Narrant Monſtreletus vol. 3. & Bertrandus Argentræus imprimis lib. x. cap. 9. & 12. c. 3. Hiſtoriæ Britanniæ, vbi de morte Ægidij multa, ac poſt eum Spondanus in Annalibus Eccleſiaſt. refert; paulò ante ſacramentalem confeſſionem cuidam Religioſo Franciſcano emiſſam, ei iniunxiſſe, vt quandocúmque ſe mortuum audiret, fratrem conueniret, ac citaret intra quadrageſimum diem, experturum ſecum de iniuſtitiâ, coram tremendo Chriſti Tribunali: fecit Religioſus quod iuſſerat. At Dux timore correptus in morbum incidit, quo extinctus eſt ineunte quadrageſimo citationis die; Ægidij peremptores, quos Dux perſequi neglexerat, grauibus poſtea ſuppliciis ſublati ſunt. Artvrvs verò vt pœnam effugeret, ſeu pœnitentiâ ductus, habitum Cœleſtinorum Lutetiæ ſuſcepit, religioſam vitam per aliquot annos profeſſus, in cœnobiis Meduntæ & Marcouciaci; Exinde Ludouici XI. Regis fauore, qui eum diligebat, ſeu in gratiam fratris Ioannis de Montalbano Britanniæ Mareſcalli, Præfectique maris Galliæ, renuntiatus Archiepiſcopus Burdegalenſis Lutetiæ conſecratur, & in ſecretum Regis Conſilium cooptatur. His inſignibus orna

1468. tus anno 1468. extremum vitæ ſpiritum emiſit, mendoſè in Antiquitatib. Pariſienſibus M. CCCC. LV. Sepultúſque eſt in Eccleſiâ Cœleſtinorum, in quorum necrologio dicitur præcipuus Ordinis benefactor, ac mille libras teſtamento legaſſe.

Espinay. D'argent au Lyon coupé, le haut de gueulle, le bas de ſinople, couronné, lampaſſé & armé d'or.

61. Andreas d'Espinay Cardinalis Burdegalenſis tituli S. Martini in Montibus, Archiepiſcopus Lugdunenſis Primas Galliarum & Aquitaniæ, Abbas S. Crucis Burdigalæ, Prior S. Martini de Campis Lutetiæ. Fuit hic nobilis Brito, Arturi Montalbani ex ſorore Beatrice nepos, filiúſque Richardi domini d'Eſpinay, Britanniæ primi Cubicularij. Fratres habuit Robertum Nannetenſem, Ioannem Mirapicenſem, alterum cognominem Valentinenſem & Dienſem, Iacobum patruum Maclouienſem & Redonenſem Præſulem; eiuſdemque gentis fuit Carolus Epiſcopus & Comes Dolenſis in Aremoricâ. Nominatur Antiſtes à Rege Lud. XI. circa an. 1480. non ex 1480.
Arelatenſi vt perperam ſcribit Chenutus IX. Cal. Aprilis 1482. die feſto An- 1482.
nuntiationis, inquit vetus ſcheda MS. populo ingenti & præfulgentium hominum nobilitate, ac Clero iubilante honorificè per vrbem equitans proceſſit, cum comitantibus Domino de Monteferrando (frenum equi ex gentis priuilegio tenente) de Landâ & Angladiis, locum tenentibus Capitalis Boiorum; quorum vnus ad dextram, alter ad ſiniſtram Archiepiſcopo adhærebat; cúmque ad domum Decani perueniſſet, inſigniis Pontificalibus induitur, & Eccleſiam Cathedralem ingreſſus, Miſſam celebrauit. Mox verò legatione ad Iulianum Cardinalem Sabinenſem perfunctus, Comitiis generalibus regni Turonenſibus intereſt 1485. & Burdigalæ inſtituuntur Ca- 1485.
nonici ſemipræbendati ſub an. 1488. vt eſt in originali; huiúſque Cardinalis impenſis conſtruitur magnus palatij Archiepiſcopalis gradus. Aſſumptus eſt autem in Cardinalium Collegium 1489. pridie Idus Martij ab In- 1489.
nocentio VIII. Pont. & Carolum VIII. Regem in expeditione Neapolitanâ ſecutus eſt, cum Guillelmo Briſſoneto Cardinali Maclouienſi; in quo itinere rei non parum memorabilis in pugnâ illâ ad Fornouium apud Italos celebratiſſimâ 1495. meminêre Hierony- 1495.
mus Garimbertus, ac ex eo Alfonſus Ciacconius, qui malè Ludouicum vocat; nam quandò ad pugnam ventum eſt, Briſſonetus vnâ cum cæteris ſacerdotibus qui aderant, in tanto periculo arma ſumpſit; ſolus Eſpinaius ad conuenientiora perſonis ſacris arma recurrens, tiarâ ſolùm capiti impoſitâ, ſacerdotalique chlamyde amictus, crucem Dominicam dextrâ aſſumpſit intrepidus, & ad latus Caroli Regis ſtans armatas acies euaſit incolumis, vt etiam obſeruauit Spondanus Annal. tomo 2. Iacobus item Brulius Benedictinus in Theatro Antiquitatum Lutetiæ eum nominat huius vrbis Guber-

natorem; nec minus impropriè dicitur à nonnullis Bituricenſis Archiepiſcopus, cum fuerit Lugdunenſis, vt dicemus. Demum ſubſcripſit 1493. menſe
1493. Nouembri cum aliis ſecretioris conſiſtorij Conſiliariis diplomati quo Rex Carolus 8. priuilegia, libertatéſque Britanniæ Ducatui conceſſit. Conditus eſt ANDREAS Pariſiis, in templo Cœleſtinorum, prope ſacellum Ducum Aurelianenſium, cuius ſepulchro Epitaphium inſcriptum, quod ex Gallico Latinè ſic redditur.

HIC IACET

Reuerendus Pater in Domino, dominus ANDREAS D'ESPINAY, *Archiepiſcopus* LVGDVNENSIS ET BVRDEGALENSIS, *Primas Franciæ & Aquitaniæ, zelator & benefactor Ordinis Cœleſtinorum, qui obiit Lutetiæ ad Turri-*
1500. *culas 10. die Nouembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo.*

FOIX, CANDALE. Eſcartelé au 1 & 4. d'or à trois pals de gueulles, qui eſt Foix. Au 2. & 3. d'or a deux vaches paſſantes de gueulles poſees l'vne ſur l'autre, accolées, accornées, & clarinées d'azur, qui eſt BEARN.

62. IOANNES DE FOIX II. ex clariſſimâ ſtirpe Candalâ in lucem editus, parentibus Ioanne Comite Candalæ & Benaugiæ, Capitali Boiorum, Vicecomite Caſtilionenſi, & Catharinâ filiâ Gaſtonis quarti Comitis Fuxi, Vicecomitis Bearnij, ex Eleonorâ Aragoniâ. Ludouici XII. nominatione; iuſſuque Alexandri VI. Pont. Archiepiſcopatus poſſeſſionem apprehendit an. 1501. & 1512 Odetus Foxius Lautreci dynaſta, Aquitaniæ Prorex, Burdigalam ſolemniter ingreditur; ac Franciſcus I. Francorum Rex ex Hiſpaniâ in Gallias rediens cum ingenti omnium gratulatione excipitur. Sub eodem Præſule Conuentus Clariſſarum à Iaquetâ dominâ de Lanſac vxore Alexandri de S Gelaſio domini de Corneſou, Regij in Hiſpaniâ & ad Heluetios Oratoris conſtruitur & do-
1521. tatur 1521. inde iure Pontificio 1523. die Iulij XXIII. ſententiam aduerſus
1523. fratres Minores de Obſeruantiâ prouinciæ Aquitaniæ promulgatam retractauit. Ei verò S. Franciſcus de Paulâ; Ordinem ſuum ſtudioſiſſimè commendauit, cuius rei memor, vigeſimo ab obitu B. viri anno religioſis eius familiæ Monialium S. Monicæ Auguſtinianarum cœnobium, ab annis triginta
1527. deſertum donauit, literis an. 1527. Iulij 28. quæ extant in Chronico generali Minimorum. Fratres habuit Ioannes noſter Gaſtonem Comitum Candalæ progenitorem, Ioannem Viceco-

mitem de Meille, à quo Gurſonij Comites, & Annam Foxiam ſororem Ladiſlao Hungariæ Regi nuptam: nepotes autem Chriſtophorum & Franciſcum Adurenſes Epiſcopos, qui vetuſtiſſimâ nobilitate æquè ac literis, magnam meritò nominis famam conſecuti ſunt.

GRAMONT. D'or au Lyon de gueulles.

63. GABRIEL DE GRAMONT, Cardinalis S. Cæciliæ, nobiliſſimâ familiâ Acrimontanâ in regno Nauarræ genitus, patre Rogerio Acrimontano dynaſta, Seneſcallo Aquitaniæ, Ludouici XII. Regis ad Pontificem Max. Legato, matre Leonorâ Bearniâ. Is cum puer à naturâ feliciſſimè dotibus animi eſſet inſtructus, inter liberos præcipuè à parentibus lectus eſt, qui propter ingenij acumen in optimis literis educaretur; quo nomine Franciſco I. notus, Conſoranenſi primùm, Tarbienſi, deinde Burdegalenſi Pontificatu honeſtatus eſt 1528. inſuper anno ſequenti ro- 1528.
gatu eiuſdem Regis à Clemente VII. declaratur Cardinalis XIV. Cal. Ianuarij; Fuit & Pictauenſis Epiſcopus, tandémque Toloſanus Archipræſul, quibus dignitatibus magno ſacrati Ordinis ornamento præfuit. Multas quidem legationes ſummâ prudentiæ laude obiuit; nam & Franciſci Regis libertatem ac filiorum, cum in Hiſpaniâ ab Imper. Carolo V. detinerentur, comes Margaretæ Nauarræ Reginæ Franciſci ſororis grauiter procurauit, idémque in Angliam ad Henricum 8. pro fœdere Angl. & apud Pont. Max. Clementem VII. Orator ſubindè miſſus eſt, eo ſucceſſu, vt in colloquio Maſſilienſi cum Chriſtianiſ. Principe & Papâ, matrimonij contrahendi inter Henricum Aurelianenſem, & Catharinam Mediceam Pont. neptem præcipuus author extiterit. Quo factum, vt celebritate famæ, & literarum cognitione, præcipuus illi apud Regem gratiæ locus fuerit. Romæ autem rerum Francicarum procurationem egregiè tutatus, poſt aliquot menſes reuerſus in caſtro de Balmâ prope Toloſam ex-
ceſſit è vitâ an. 1534. 26. Maij, apud 1534.
ſuos Bearnenſes in Eccleſiâ caſtri de Bidache, diœceſis Bajonenſis maiorum conditorio, iuxta Acrimontanorum procerum oſſa tumulatus.

GRAMONT. Comme cy-deuant.

64. CAROLVS DE GRAMONT Gabrielis frater maior natu, ab Epiſcopatu Conſoranenſi ad Adurenſem

1530. transfertur, & 1530. Burdegalenſis Eccleſiæ poſſeſſionem iniit menſe Ianuario. Hoc eodem anno Eleonora Auſtriaca Caroli v. Imp. ſoror, Franciſco Galliarum Regi deſponſata, Burdigalam inuehitur. At Carolus Archiepiſcopus, prouinciam Aquitaniæ feliciter texit vicario nomine Proregis per annos viginti quinque, tam ſub Odeto Foxio Lautreco, quàm Henrico Albreto Nauarræ Rege vſque ad an. 1544.
1544. quo è viuis ſublatus eſt. Ex eadem gente Acrimontanâ Burdigalenſium Antiſtitum neptis Clara nomine, Ioannis Acrimontani Dynaſtæ ſoror, fratri ſine liberis mortuo ſucceſſit, & Meraldi Vicecomitis Aſterienſis connubium ſortita eſt, è cuius progenie ortus Antonius Dux Acrimontanus, Comes Guiſſuni, Nauarræ & Bearnij Prorex, Franciæque Mareſcallus.

Bellay. Ecartelé au 1 & 4 d'argent a la bâde fuſelée de gueulles, à l'orle de 6. fleurs de Lys d'azur, qui eſt Bellay. Au 2. & 3. d'or a l'orle de huict coquilles d'azur, à vn eſcuſſon d'argẽt en cœur bordé d'azur, chargé d'vne roue de gueulles, qui eſt Montigny. Sur le tout d'argẽt au chef de gueulles, à vn Lyon d'azur, couronné, armé & lampaſſé d'or, brochant ſur le tout, qui eſt Vendosme.

65. Ioannes du Bellay iii. Cardinalis Oſtienſis, Ludouici Domini de Langey & Margaretæ de la Toulandry filius. Diuerſis temporibus fuit Epiſcopus Bajonenſis, Pariſienſis, Lemouicenſis, Cenomanenſis, & Archiepiſcopatus Burdigalæ Adminiſtrator 1544. quod ſanè eruditis verſibus celebrauit illuſtris poëta Salmonius Macrinus Iuliodunenſis, in Odâ quam eidem Bellaio inſcribit, cum ad eam Sedem promotus eſt. Cardinalis creatur à Paulo iii. Pont. Max. & abdicato Pariſienſis Eccleſiæ Sacerdotio, factus eſt Albanus Epiſcopus, Portuenſis, mox Oſtienſis, ſacrique Collegij Decanus. Obiit Romæ 1560. ſepultus in Eccleſiâ S. Trinitatis de Monte Pincio. In Epiſcopis Pariſienſibus de ipſo plura vide inferius.

Mauny. D'argent au croiſſant montant de gueulles, au lambeau d'azur de trois pieces.

66. Franciscus de Mauny iii. ex nobilibus toparchis de Mauny, antea Epiſcopus & Dominus Brioceenſis in Aremoricâ, m. d. xlviii. Pontificatum Burdegalenſem obtinet 1554. ceſſione Ioannis Bellaij. Eo tempore Archiepiſcopi regio placito die 20. Februarij eiuſdem anni, declarantur Conſiliatij nati in Senatu Aquitaniæ Burdigalenſi, cum iure Sedis & dicendæ ſententiæ. Mortuus eſt
1558. Franciſcus an. m. d. lviii. claruit & Burdegalæ Arnoldus Ferronus Senator, qui libros ix. de rebus geſtis Gallorum eleganter edidit ab eóque orditur, vnde Paulus Æmilius alter nobiliſſimus rerum Gallicarum Scriptor, A finem fecit. Sed cum in medio curſu è viuis ſublatus filum hiſtoriæ ſuæ non perduxerit, haud vtique tacendum eſt, Iacobum Auguſtum Thuanum Senatus Pariſienſis Præſidem ampliſſimum, ſummâ virum eruditione inſignem, ſcriptiſque toto orbe notiſſimum, id quoque argumenti opus ſuſcepiſſe, vniuerſales ſcilicet ſui temporis Hiſtorias componere aggreſſus, quas ab anno Dom. m. d. xliii. vſque ad an. m. dc. vii. operosâ diligentiâ iuxta, & incomparabili ſtyli elegantiâ, magno Gallici nominis ornamento vberrimè proſecutus eſt.

Bellay. Comme cy-deuant.

B 67. Ioannes du Bellay Cardinalis, mortuo Franciſco, viâ regreſſus vt vocant, an. m. d. lviii. iterum ſedet, teſte Lurbęo in Chronico Burdegalenſi. 1558.

Prevost Sanzac. D'argent à deux faſces de ſable, entre ſix merlettes de meſme 3. 2. 1.

68. Antonius Prevost de Sansac, Abbas Beatæ Mariæ de Caſtellione in Burgundiâ, equeſtri familiâ natus ex Dominis de Sanſaco, Metropolim Burdegalenſem adipiſcitur 1560. Hoc anno affuit Concilio Tridentino, & ſequenti codicillis Cleri Gallicani apud Piſſiacum ſubſcripſit, quo tempore 26. Iunij hæretico- 1560.
C rum conatus in Burdigalam, & caſtrum Tropeitæ eius vigilantiſſimi Paſtoris, 1561.
ac Domini de Buriâ regij Proguberna toris curâ, Senatus quoque & Iuratorum vrbis ope detectus eſt. Anno quoque 1565. v. Idus Aprilis Carolus ix. 1565.
Rex Burdegalam progreſſus, ibi maiore quàm vllo alio loco, pompâ exceptus fuit; eſtque inter cætera memoriâ dignum, referente Spondano & Belleforeſto, quod duodecim exteris linguis nationum barbararum peculiariter fuerit ſalutatus. Haud multò poſt ſub eo Præſule Collegium Soc. Ieſu in vrbe inſtituitur 1573. idémque 1573.
D hoc anno Conuentui Epiſcoporum iuſſu Regis Lutetiæ congregato 2. Nouemb. pro negotiis Eccleſiaſticis Cleri adfuit, tum etiam alteri Cœtui Bleſenſi Antiſtitum Gallicanorum 1577. 1577.
At pro diſciplinâ Eccleſiaſticâ reſtituendâ, déque moribus Cleri & populorum emendandis, zelo ductus Sansacus, Synodum prouinciæ ſuæ Burdigalæ celebrauit 1582. cui interfuère 1582.
Epiſcopi Suffraganei cum delegatis cæterorum prouincialium. Poſthæc Fulientini ſtabiliti fuerunt in vrbis æde S. Antonij 1589. Tandem è vitâ 1589.
migrauit die xvii. Octob. 1591. in

domo Archiepiſcopali, poſt ſedem an- A
1591. norum xxxi. Funebri pompâ elatus
eſt trigeſimâ eiuſdem menſis à totâ ci-
uitate, à quâ ſummè diligebatur, vt ho-
mo pacis & pater patriæ; calamitoſiſ-
mis enim temporibus ipſe inconcuſ-
ſus, partes regias ſecutus, in officio &
fide perſtitit, & magno omnium mœ-
rore lachrymiſque ſepulchro condi-
tus eſt ad latus altaris maioris Eccle-
ſiæ ſuæ cum hâc Epigraphe cœnota-
phio ſuperadditâ.

D. O. M. S.

Sic *properas? At mane: huic te ſaxo* B
adhibere fauentiam fas eſt. Antonii
Prevoti Sansaci *Manes id te*
orant, qui caſſabundâ ætate annos LXXXV.
natus, cùm Aquitanicam Eccleſiam ſex
luſtris & amplius Princeps rexiſſet, in eo
corpus depoſuit ſuum: Hic clariſſimæ ſtir-
pis adoream Pontificatvs Aqvi-
tanici *faſtigio condecorauit; vir ad*
antiquæ probitatis ſpecimen expreſſus, ſu-
pra omne æuum huius ſæculi innocentiſſi-
mus: ſingulari vitæ ſanctimoniâ ſanctiſſi-
mus, catus idem, & verecundâ morum le-
nitate ſuauiſſimus; in videndis perduellium
technis oculiſſimus, aduerſus hæreticorum
apludas oculiſſimus; ſummatibus, infimati- C
bus, & medioxumis cariſſimus; ſuo tandem
fato licet piorum gregi numero præco: qui
interceptus ſempiternum cum Cælitibus
æuum degit. Ludouica pia ſoror bene me-
renti mærens P.C.

Vita benè acta, mors beata,
Mortalis incola Cælitum colonus fio;
Non eſt viuere vita, ſed mori.
Viuere deſine, viuere deſinam.

Eo ſedente rebus humanis exempti
ſunt viri docti, Elias Vinetus Burdiga-
lenſis ſcholæ præfectus, de literis be-
nè meritus an. 1587. Stephanus Boë-
1592. tianus Senator, & 1592. Michaël Mon-
tanus eius æqualis & collega, qui ele- D
gantes Miſcellaneorum libros quos
appellauit conatus, conſcripſit; de qui-
bus Scæuola Sanmarthanus Franciæ
Quæſtor, in libro Elogiorum doctrinâ
illuſtrium Gallorum, qui noſtrâ pa-
trúmque memoriâ floruerunt.

Escov-bleav. Party d'azur & de gueulles à la bāde d'or brochante ſur le tout.

69. Franciscvs D'escov-
bleav iv. Cardinalis de Sourdis ti-
tuli SS. Marcelli & Praxedis, Abbas
de Maloleone, & S. Launomari Ble-
ſenſis, Franciſci Marchionis d'Alluye,
domini de Sourdis, Comitis de la
Chapelle Bellouyn, Equitis torquati
S. Spiritus, Carnutenſis vrbis & pro-
uinciæ Præfecti Regij, ex Iſabellâ Ba-
bou de la Bourdaiſiere filius natu ma-
ior. Cum eſſet egregiâ indole clarus
iuuenis, commendatione Henrici Ma-
gni à Clemente viii. Pont. Max. an.
1598. die 3. Martij vnà cum aliis duo- 1598.
decim inſignibus viris in ſacrum pur-
puratorum Collegium ſuis exigenti-
bus meritis aſcitus eſt; anno 1599. ad 1599.
Sedem Burdegalenſem euectus; cum
vacaſſet Pontifice ab exceſſu Antonij.
Bullas obtinuit menſe Iulio, in poſ-
ſeſſionem per procuratorem Petrum
d'Arnal S. Andreæ Subdecanum in-
ductus, móxque ſolemni pompâ vr-
bem ingreditur an. 1600. die 8. Mar- 1600:
tij. Eo ſedente 1605. Iunij 23. com-
muni conſenſu ciuium lampas ponde-
ris argenti 18. marcharum, Deo & B.
Virgini Lauretanæ oblata ad obtinen-
dam ſanitatem à peſte, quæ à ſeptem
annis Burðigalæ graſſabatur. Anno
autem 1607. Aprilis 17. abluit vndis 1607.
baptiſmi, Henrici iv. ſecundum fi-
lium Ducem Aurelianenſem. Poſtea
1608. Aug. 5. Eccleſiam Fulienſium 1608.
Pariſiis dedicauit; eodémque an. in vr-
be filiarum Noſtræ Dominæ Ordo ad
puellas inſtituendas fundatur; domus
Patrum Soc. Ieſu 1611. Carmelinæ; 1611.
& Cartuſia Burdigalenſis menſe Iulio
ab ipſo Antiſtite magno ſumptu orna-
ta exſtruitur & dotatur, cuius baſili-
cam conſecrauit 29. Martij 1620. Ca- 1620.
pucini antea inſtituti an. 1600. Mini-
mi 1607. Vrſulanarum virginum So-
dalitas 1615. Carmelitæ excalceati ab
eodem Conuentu donati 1627. item
cœnobium S. Crucis ſub regimine Be-
nedictinorum Congregationis S Mau-
ri reformatur, ac demum domus Cœ-
leſtinorum de Verdelais 1623. eius mu- 1623:
nificentiâ ædificatur; paludibus Bur-
digalæ ipſius curâ etiam ad commo-
dum publicum exſiccatis. Intereſt ve-
rò Franciscvs Comitiis Pariſien-
ſibus 1615. quo anno xviii. Octobr.
deſpondit in metropoli S Andreæ,
Eliſabetham à Franciâ Ludouici xiii.
Iuſti ſororem, Philippo Hiſpaniarum
Principi, poſtea Regi huius nomi-
nis Quarto. Romæ interim magnâ
nominis celebritate verſatus, inno-
tuit Pontificibus Max. Clementi viii.
Paulo v. Greg. xv. & Vrbano viii.
qui eum Epiſcoporum ac Regularium,
aliiſque Congregationibus adſcripſe-
runt; item Xenodochij S. Antonij pa-

tronus, religionis & pietatis non paucа edidit ſpecimina; interfuitque Comitiis, in quibus ad Apoſtolici culminis honorem vocati ſunt Leo XI. & Paulus V. Sed quàm fuerit Epiſcopalis diſciplinæ ſtudioſus aſſertor teſtatur Concilium prouinciale Burdegalæ
1624. conuocatum 1624. menſe Septembri cui interfuêre octo Epiſcopi Suffraganei, Claudius Agennenſis, Antonius Engoliſmenſis, Michael Santonenſis, Henricus. Lud. Pictauienſis, Franciſcus Petrocoricenſis, Antonius Condomienſis, Henricus Malleacenſis, Emericus Lucionenſis; actúmque in eo de diſciplinâ & morum reformatione ac iuriſdictione Eccleſiaſticâ, cuius acta in publicum edita ſunt. Tum an.
1625. 1625. Maij 30. pro Clero orationem habuit coram Ludouico XIII. Rege, adſtantibus Epiſcopis in Cœtu Pariſienſi congregatis, ad aſſerendam authoritatem Comitiorum Gallicanorum. Mortuus eſt hic Cardinalis Bur-
1628. degalæ M. DC. XXVIII. Februarij die 8. ætatis anno fermè quinquageſimo tertio, ſepultúſque in Eccleſiâ Carthuſianorum. Præſul ſanè pius, & qui multis laboribus diœceſim ſuam è peſſimo ſtatu in quo iacentem repererat, ad optimum reuocauit, pietatis Chriſtianæ cultu & fidei Catholicæ zelo eminentiſſimus, atque aſſiduus imitator vitæ ac diſciplinæ S. Caroli Borromæi, vt de eo probè refert Spondanus Appamiarum Epiſcopus Annal. Eccleſiaſticorum tomo tertio.

ESCOUBLEAV. Comme cy-deuant.

70. HENRICVS D'ESCOVBLEAV III. Franciſci Cardinalis frater, ſanctioris Conſiſtorij Conſiliarius, Abbas Regalismontis, Pruliaci, B. Petri de Aureaualle, S. Crucis de Anglâ, S. Trinitatis de Maloleone, & S. Iouini de Marnâ in Pictonibus, Ordinis S. Spiritus Præceptor. Henrico patruo ſucceſſor delectus in Eccleſiâ Malleacenſi duodeuiginti annos natus, conſecratur Epiſcopus à fratre
1623. Dominicâ XIX. Martij 1623. apud Carthuſianos Pariſienſes, cum biennio ante adfuiſſet Cœtui Cleri Franciæ Burdigalenſi. Demum Coadiutor renuntiatus, fatis functo Cardinali Surdiſio, euehitur ad hanc Metropolim
1628. an. 1628 Hic, vt auctor eſt Spondanus in Annalibus, vir fuit acris ingenij & magnorum ſpirituum, qui in expeditionibus bellicis Rupellanâ & Ita-

A licâ Ludouicum Iuſtum Regem comitatus eſt: Rupellâque ipsâ in deditionem acceptâ, die feſto Omnium Sanctorum, ædem S. Margaretæ antea ab hæreticis prophanatam reconciliauit, & ſacra ſacrificia coram eodem Principe peregit, quem cum Clero aduentantem in vrbem ſuſceperat Metropolitico iure. Mox & in regione Pedemontanâ eum ſecutus an. 1629. 1629.
quo tempore captâ Suzâ, mandatum accepit à pio Principe, vt religionem Catholicam reſtitueret in valle Pragellanâ, extirpatâ hæreſi & omnibus rectè inſtitutis, quæ ad Eccleſiæ regi-
B men, & paſtorum in iis pagis degentium officium & ordinationem ſpectabant. Inde Sacramentum fidelitatis
pro temporali præſtitit XI. Maij 1630. 1630.
& 1633. Maij XIV. in feſto Pentecoſtes
Militiæ S. Spiritus inter Præceptores 1633.
Eccleſiaſticos adſcribitur apud Fontembellaquam, cum Armando Ioanne Pleſſio Cardinali Richelio, Lud Card. de Valettâ, Claudio de Rebè Archiepiſc. Narbonenſi, & Ioan. Franciſco Gondio Pariſienſi Archiepiſcopo. Sub finem eiuſdem anni graue diſſidium Burdigalæ inter hunc Archiepiſco-
C pum & Prouinciæ Præfectum leui ex causâ ortum eſt, ſed quod nihilominus ad minas, manuum iniectionem, denique cenſurarum Eccleſiæ inflictionem proſiliit, multæ hinc inde conſultationes, accuſationes, defenſiones variæ, latæ ſententiæ; res ad Regem atque Pontificem Vrbanum VIII. delata, poſt multas altercationes, cum tandem exitum habuit, vt authoritate Pontificiâ Alexandro Cardinali Bichio delegato, abſoluti ſunt pœnitentes rei, ab ipſomet HENRICO Archipræſule, apud Curtracum in ſuâ diœceſi coram veſtibulo parochialis Eccleſiæ S. Ioannis, 20. die Sept.
D 1634. Præfuit Comitiis Cleri Pariſien- 1634.
ſibus 1635. & M. DC. XXVII. eiuſdem Antiſtitis prudentiâ, ac virtute belli-
câ Henrici Lotharingi Comitis Hari- 1635.
curiæ claſſis naualis Franciæ Præfecti, expugnatæ ſunt inſulæ S. Honorati & S. Margaritæ ad oram maritimam Prouinciæ, ante biennium ab Hiſpa-
nis occupatæ, & egregiè munitæ. Quo 1637.
etiam tempore ſedulam operam impendit in Occitaniâ, & aliis expeditionibus maritimis, quibus ſummo cum Imperio præfuit. Sed præterea regimini ſuæ diœceſis prouidere non

deſtitit, nam & menſe Nouemb. 1633. fundationem Monialium Benedictinarum Burdigalæ approbauit; inſtituit-
1638. que 1638. Iulij 16. in eadem vrbe ſocietatem ſororum S. Ioſephi pro regimine iuuencularum orphanarum. Cadillaci 7. Maij 1639. admittit Patres Doctrinæ Chriſtianæ à Duce Eſpernonio fundatos. Burdigalæ 1. Iulij
1640. 1640. Moniales Viſitationis S. Virginis, & B. Magdalenæ 14. Aug. 1641. Interim cum Lutetiam delegatus fuiſſet à Metropolitanâ prouinciâ ad Comitia Cleri Gallicani, morbo correptus, obiit in vico d'Auteuil ad Se-
1645. quanam 18 Iunij an. 1645. Corpus conditum eſt in Eccleſiâ caſtri gentilitij de Iouy, non longè à Lutetiâ. Antiſtites verò huius ſacri Conuentus, illi ſolemnes exequias Pariſiis in Auguſtinianorum templo detulêre, ac paulò mox oratione funebri commendatus eſt die 14. Iulij à Dionyſio de la Barde Brioceníi Epiſcopo.

Bethvne. D'argent à vne faſce de gueulles. 71. Henricvs de Bethvne iv. Abbas de Maloleone in Pictonibus, ex vetuſtiſſimâ nobiliſſimâque gente Dominorum de Bethune in Atrebatibus ortus, Philippi Comitis de Selles & de Charrots Equitis torquati S. Spiritus, ex Catharinâ le Bouteiller de Senlis filius; natus eſt Romæ menſe Auguſto 1604. dum parens legationem ibidem ad Pontificem Max. Clementem viii. pro Rege Henrico iv. prudentiſſimè ac feliciſſimè obiret; ſacro fonte ſuſceptus à Cynthio Aldobrandino Cardinali tit. S. Georgij, & Leonorâ Vrſinâ Sfortiæ Duciſsâ. Cúmque à puero præclariſſima eius indoles iam efflorèſceret, nominatur m.
1610. dc. x Eleemoſynarius maior Aurelianenſis Ducis Henrici magni ſecundo geniti; poſteáque Abbatiarum Cadunij, S. Mariæ de Allodiis, & Loci-Dei in Iardo præfecturâ inſignis; cum demum attigiſſet ætatem quæ ſufferendis Epiſcopatus functionibus par eſſe videbatur, à Lud. xiii. Rege Bajonenſi Pontificatu honeſtatus eſt 1. Oct.
1626. 1626. commendatione patris, ad Vrbanum viii. Papam his temporibus extra ordinem Oratoris, ob ſingularia eius in Chriſtianiſſimos Principes obſequia, & propter eximias animi dotes & virtutem Henrici, qui tamen Bullas pro eodem Epiſcopatu non obtinuit;
1629. paulò poſt eum an. 1629. xxii. Mar-

A tij declaratus Antiſtes Malleacenſis, conſecratur Lutetiæ in Eccleſiâ Patrum Fulienſium die 6. Ianuarij feſto Epiphaniæ 1630. à Ioanne Franciſco 1630.
Gondio Archiepiſcopo Pariſienſi, aſſiſtentibus Philippo Coſpeano Nannetenſi, & Emerico de Bragelone Lucionenſi Epiſcopis. Sacris itaque initiatus, eodem anno poſſeſſionem Eccleſiæ adeptus, ingreſſum fecit menſe Februario, ſedémque Pontificiam duodeuiginti annis adminiſtrauit, in qua, diſciplinâ Eccleſiaſticâ renouatâ in Clero, pietas inſtauratâ in populo;
B quem & vitâ exemplari, & ſacris concionibus inſtituit, viſitationem diœceſis ipſe aggreſſus, & in Paſtoralis curæ muneribus obeundis vigilanter incubuit. Exinde Meduntam ad Comitia Cleri accedens 1641. in eo cœtu Ec- 1641.
cleſiæ Gallicanæ iura gnauiſſimè tutatus, ſingulare conſtantiæ documentum dedit. Poſtremò & à Lud. xiv. Rege Adeodato Archiepiſcopatum Burdegalenſem promeritus 20. Nouembris
1646. poſſeſſionem huius Eccleſiæ Me- 1646.
tropolitanæ per procuratorem anıit
1648. Septembris 1. cum prius xvi. 1648.
Auguſt. Lutetiæ pallium accepiſſet à Franciſco Paulo Gondio Corinthio-
C rum Archiepiſcopo, & Pariſienſi Coadjutore: ſolemnem tamen introitum in vrbem Burdegalenſem pro more cunctatus, quod eam peſte afflictam reperiiſſet, ac inteſtinis tumultibus æſtuantem, in quibus pacificandis operam ſuam ſtrenuè nauauit. Interim Henricvs die S. Andreæ 1649. approba- 1649.
uit inſtitutionem Congregationis Eccleſiaſticæ in ſuâ diœceſi, ſub directione Ioannis Fonteneil presbyteri Canonici S. Surini, & magni Archidiaconi ædis Metropolitanæ, diplomate Regis Chriſtianiſſimi ſtabilitam menſe Decembri an. 1650. quam Congregatio- 1650.
D nem, ſeminarium presbyterorum Cleri vocitari voluit, quorum id inſtitutí eſt, vt Cleri ſeruitio ſeſe deuoueant, & Eccleſiaſticos diœceſanos pietate & doctrinâ inſtruant, in Ordinibus ſacris ſuſcipiendis, & ad miſſiones exercendas.

A

DECANI ALIQVOT BVRDEGALENSES.

P*Etrus* Decanus & Archidiaconus Sanctæ matris Eccleſiæ Burdegalenſis, ſubſcribit confirmationi donationis Vuilelmi Aquitaniæ Ducis pro altari S. Mariæ de Solaco, ſcriptæ coram altari S. Andreæ an. 1096. VIII. Kal. Aprilis, teſtibus Eblone Archidiacono, aliiſue Canonicis S. Andreæ, vt eſt in tabulario S. Crucis. Poſtea eligitur Lemouicenſis Præſul ex Chronico MS. Malleacenſi. B

Geraldus de Malamort 1227. ex Decano Archiepiſcopus.

ROCHEFOVCAVD. *Aimarus de la Rochefoucaud*, Dominus de Cellefroin, Guidonis VI. Rupisfucaldij Dynaſtæ & Agneris de Rochechoüart filius, frater Fulcaudi Epiſcopi Engoliſmenſis. Fuit is Decanus poſt an. Dom. 1300.

Ioannes d'Auril ſedit ad an. 1472. C

Baldus d'Ages vixit 1479.

FERRON. *Franciſcus Ferron*, gentilis Arnoldi Ferroni Senatoris Burdigalenſis anno 1521.

N.... Macanan ſuffectus Franciſco, præfuit anno 1525.

Antonius de Chaſteauneuf, 1538.

LA GVYONNIE. *Franciſcus de la Guyonnie* Præſes Cameræ Inquiſitionum in Senatu Burdigalenſi, obiit 1579.

Leo de la Guyonnie ſuperioris conſobrinus ſucceſſit ad an. 1579. D

Iacobus des Aigues Senator Burdegalenſis electus an. 1601.

D'ARCHE. *Henricus d'Arche*, Theologiæ Doctor receptus an. 1633. Comitiis Cleri Meduntæ interfuit 1641.

CAMERACENSES EPISCOPI, ARCHIEPISCOPI ET DVCES, COMITES CAMERACESII, PRINCIPES IMPERII.

CAMBRAY en Cambreſis ſur l'Eſcaut. D[illegible] à 3 L. onceaux d'azur.

CAMERACVM vrbs ampla, elegans, opulenta, ad Scaldim fluuium qui mediam ferè interluit, prouinciæ Belgicæ ſecundæ Metropolis eſt; vrbs Camaracenſium in notitiâ ciuitatum Galliæ dicitur. At ſi nominis etymon quæras, Ioan. Marius lib. 3. illuſtratæ Galliæ ſcribit, originem eſſe à Cambro Cimbrorum Rege, quod ſomnium eſt ariolorum. Equidem caſtri Cameraci meminit auctor anonymus ſub annum Dom. D. CC. 740.
XL. cui poſtea Carolus Magnus mœnia circunduxit, & territorio Cameraceſij nomen præbuit, diſtátque ab vrbe quinto lapide; Vnde & hoc oppidum ſedes fuit Ragnacharij Reguli, teſtibus Gregorio Turon. ac Fredegario Scholaſtico, quem vt docet Baldericus in chronico, bello victum necari iuſſit. Ipſe Ado memorat Chlodionem Regem Francorum in expeditione bellicâ an. CCCC. XLV. Camera- 445.
cum ipſum Belgicæ Prouinciæ, non Samarobrinam Ambianorum Imperij ſedem ſtatuiſſe, dum magno exercitu tranſgreſſus in Galliam, ſuperato Moſâ ſyluam Carbonariam, & inde omnia loca vſque ad Suminam occupauit. Poſtea ceſſit in partem Caroli in diuiſione regni Lotharij an. 870. vt eſt in 870.
Capitularibus Caroli Magni; Deinde paruit Imperatoribus, & dubio ſæpe marte pro eius dominio pugnatum eſt à Gallis, qui eâ potiti ſunt, quoad Cameracenſes intromiſerunt præſidium Imperatorium. Huic porrò vrbi muniendæ an. 1543. Carolus V. Imper. in 1543.
extremâ parte arcem, munitiſſimum Belgici limitis propugnaculum, ſeu caſtellum in edito loco conſtruxit. Sed poſtquam Franciſcus Dux Andegauenſis & Alençonij Henrici III Regis frater, electus eſt Princeps Belgij,

Came-

Cameraci Dynaſtiam titulo Principatus, ſub Galliarum patrocinio contulit Ioanni Monlucio, ciuitas poſt hæc à Petro Guſmano Comite Fontano, Ludouico Barlaimontio Archiepiſcopo ſumma omnia faciente, vt in antiquam poſſeſſionem Imperij eius, à quo per tot annos ſpoliatus fuerat, reſtitueretur, in deditionem recepta eſt 1595. atque ita conuentum cum Philippo II. Rege Hiſpaniæ, vt Archiepiſcopo ſalua iuriſdictio & plenum dominium in eâ & totâ ditione maneret, patrocinium verò & arx penes Regem eſſet. Sedem Epiſcopalem habet quam Paulus IV. Pont. Max. rogante eodem Philippo II. Rege Catholico, Belgarúmque Principe, Archiepiſcopali honore auxit an. M. D. LIX. & Suffraganeos dedit ATTREBATENSEM, TORNACENSEM, AVDOMAROPOLITANVM, & NAMVRCENSEM Epiſcopos, ſícque Cameracenſis diœceſis à Metropolis Remenſis iuriſdictione exempta eſt, non paruâ Eccleſiæ Gallicanæ iacturâ ac detrimento, cui antiquæ Eccleſiæ Belgij ſubiectæ erant. Quanquam verò memorent Cameracenſes tabulæ, vrbis dominatum Vuibaldo Epiſcopo, qui ſedit an. D. CCCC. LXVII. attributum fuiſſe, alij tamen volunt datum Erluino eiúſque ſucceſſoribus petente Heriberto Colonienſi Archiepiſcopo: Maximilianus autem Imp. eiectis ab vrbe Gallis, Cameracum Ducatus titulo inſigniuit, vnde & hodie Archiepiſcopus ſcribit ſe Ducem Cameracenſium, Cameraceſij Comitem, & Romani Imperij Principem, qui roparchiam in temporalibus ſimul & ſpiritualibus regit. Huius ciuitatis templum Cathedrale patronam agnoſcit Deiparam Virginem; in diœceſi Eccleſiæ parochiales ſunt numero 598. ſuccurſus, ſeu Eccleſiæ ſecundariæ 96. plures item Capellæ, & Abbatiæ virorum & Monialium, quas inter duæ ſunt Collegiatarum Eccleſiarum ſæcularium, ſeu Collegia nobilium Domicellarum, ſcilicet S. Vualdetrudis Montibus, & S. Aldegundis Malbodij. Sunt præterea Præpoſituræ, Priorarúſque complures, Conuentus virorum ac mulierum Ord. SS. Dominici & Franciſci, Carmelitarum & Carmelinarum, Capucinorum & Capucinarum, Auguſtinianorum & Auguſtinianarum, Guilhelmitarum, Clariſſarum Viſitationis B. Mariæ, Annuntiatarum, Vrſulinarum, Ord. Minimorum, Cartuſianorum, SS. Trinitatis, Cruciferorum, Birgittanorum & aliæ religioſæ domus quas longum foret recenſere; ſupereſt vt elenchum Abbatiarum diœceſis enumeremus, videlicet.

1559.

Svfragans de l'Archeveſché de Cambray.
Arras.
Tovrnay.
S. Omer.
Namvr.

S. SEPVLCHRI, *Ord. Bened.*
S. Sepulchre de Cambray.

ALTIMONTIS, *d'Haumont*, O. B.

S. ANDREÆ, *S. Andrieu*, O.B.

CRISPINIENSIS, *Creſpin*, O. B.

S. DIONYSII *in Broqueroiâ*, O.B.

FIDEMIENSIS, *Fimy*, O. B.

S. GHISLENI, *S. Giſlain*, O.B.

HVNNOCVRTENSIS, O.B.
Honcourt.

LÆTIENSIS, *Lieſſe*, O.B.

S. LANDELINI, *S. Landelin*, O.B.

LOBIÆ, *Lobe*, O. B.

MARICOLLÆ *Maroilles* O. B.

S. SALVII *iuxta Valencenas* O. B.

GHISLEGHEMII, *fem.* O.B.

MONTENSIS, *fem.* O. B.

S. AVBERTI *in vrbe, S. Aubert*, O.A.

CANTIPRATI; *Cantipré*, O. A.

CISONIENSIS, *Ciſoing*, O.A.

S. IOANNIS, *Vallencenis*, O.A.
S. Iean de Valencienes.

BETHLEHEM, *fem.* O.A.

QVERCETI, *Queſnoy*, O.A.

PREMIACI, *Cameraci*, O. A.

THVRENSIS, O.A.

VALLIS-SCHOLARIVM O.A.

CAMBERONIS, *Cambron*, O. C.

LOCI S. BERNARDI, O.C.
Lieu S. Bernard.

VALCELLENSIS *Vaucelle* O.C.

FONTANELLÆ, *femin.* O.C.

OLIVÆ, O.C.

REFVGII B. MARIÆ, O C.

SPINOSILOCI, *Spinelieu*, O. C.

SALICETI ET VIRGVLTI, O.C. A

BONÆSPEI *in Binchio, Ord. Præm.*

S. FOILLIANI, *S. Foillan*, O.P.

MONTIS-S. MARTINI, O.P. *Mont Saint Martin.*

De quibus Monaſteriis & Epiſcopis Belgicorum legendus Guilelmus Gazæus in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, Maſſæus in Chronologiâ, & Arnaldus Raiſſius in Belgicâ Chriſtianâ. De geſtis quoque Antiſtitum Cameracenſium, extat vetus chronicon à Sacellano Gerardi Præſulis circa an. M. XL. conſcriptum. Iam nunc perſequamur Catalogum Epiſcoporum eiuſdem Eccleſiæ, quem ab his Auctoribus, aliis item ſcripturis noſtris, monumentiſque contexuimus.

1. S. DIOGENES natione Græcus Româ miſſus in Galliam à Siricio Papâ in opus Euangelij, recipitur à Remenſi Epiſcopo; Martyrij palmam conſecutus Vandalorum temporibus
408. ſub annum Dom CCCC VIII. poſt quem vacauit ſedes centum annis aut circa.

EPISCOPI CAMERACENSES ET ATTREBATENSES CONIVNCTI.

2. S. VEDASTVS natione Francus, cùm fuſis ad Tolbiacum Alamannis Clodouæus in Galliam rediret, per ciuitatem Leucorum Tullum diuertit, & baptiſmi deſiderio flagrans, hunc ſanctiſſimum presbyterum ſecum deduxit, ab eóque religionem orthodoxam in itinere edoctus, inſuper cæci curatione mirabili in propoſito fidei confirmatus eſt Hunc poſtea B. Remigius Remenſis, à Rege beneficij memore commendatum Attrebaticæ Eccleſiæ Epiſcopum ordinauit, eâque per plures annos adminiſtratâ, Deo animam
540. reddidit anno 540 Februarij VI. apud Surium in eius vitâ; ab Alcuino Caroli Magni Imp. Præceptore, petente Radone Abbate emendatâ; qui eum Epitaphij loco his verſibus celebrauit:

Hic pater egregius VEDASTVS *corpore pauſat,*
Cuius honore ſacro hæc domus alma micat.
Fulcitur tanti meritis per ſæcla patroni,
Per quem multa Deus ſigna ſalutis agit.
Qui ſacra Celſithroni viuēs veſtigia Chriſti,
Linguâ, mente, manu, namq; ſecutus erat.
Multiplicauit opes bis quinis forte talentis;
Nec data marſupiis lucra ligauit iners:
Audiet idcirco vocem mox Iudicis almi,
Intra nunc Domini gaudia ſancta tui.

Quieſcit autem in ſui nominis illuſtri Monaſterio Vedaſtino Attrebati, cuius ipſe fundamenta primùm in cel- B lulâ ad Crientionem riuulum poſuit, quod poſtea auxit S. Aubertus in eodem Epiſcopatu ſucceſſor, ac tandem Theodoricus Francorum Rex ampliſſimè dotauit, ibidem cum vxore Dodâ tumulatus. De Vedaſto Aubertus Miræus in Faſtis & Annalibus Belgicis, & lib. 2. Origin. Monaſticar. cap. 27. Coluenerius in notis ad Chronicon Balderici lib. 1. c. 17. Ceterùm præfuit vt & ſucceſſores, coniunctim Eccleſiæ Cameracenſi, & Attrebatenſi; vnde non abs re viſum fuit, quæ ſequuntur apponere, ex C MS. codice Bibliothecæ Thuanæ. *Ante perſecutionem Vandalorum, qui grauiter exercuerunt Eccleſias per Galliam, Attrebatina ciuitas proprium Paſtorem habuit & Epiſcopum, ſed propter violentiam perſecutionis ciuitas illa diu caruit Epiſcopo; elapſo autem longo tempore B. Vedaſtus factus eſt illius ciuitatis Epiſcopus, & propter locorum ſolitudinem, etiam Cameracenſi Eccleſiæ noſcitur præfuiſſe. Beato autem Vedaſto ſucceſſit Gaugericus, qui Epiſcopalis ſedis dignitatem ad Cameracenſem tranſtulit vrbem. Attrebatenſis tamen Eccleſia ſuo titulo ſemper duos habuit Archidiaconos, & non niſi in Attrebatenſi Eccleſiâ illius diœceſis Epiſcopalia* D *tractabantur. Vnde conſtat Epiſcopalem dignitatem non amiſiſſ, ſed pro ſui penuriâ, ſub alterius iugo diutius laboraniſſe. S. Gaugerico ſucceſſit Bertraudus, Erebertus & cæteri vſque ad Gerardum, poſt cuius deceſſum Dominus Ieſus Attrebatenſem Eccleſiam viſitauit, & per Dominum Vrbanum 2. proprium Paſtorem, & Epiſcopum habere meruit in perpetuum.*

3. S. DOMINICVS deceſſoris S. Vedaſti Vicarius.

4. S. VEDVLPHVS anno 545. Se- 545.
dem Pontificiam tranſtulit Camera-

583. cum ſub annum 583. relictis Arteſianis. A
Memoratur in vitâ S. Gaugerici apud Surium 11. Auguſti, tomo IV.

5. S. GAVGERICVS, Euodio Luxemburgenſis prouinciæ oppido genitus, opitulante Childeberto Rege Auſtraſiorum, ab Egidio Remorum Epiſcopo conſecratur. Ædificauit is cœnobium dictum S. Gaugerici in vertice montis, in quo arx Cameracenſis constructa nunc cernitur: De eo meminit Georg. Coluenerius in Notis ad Baldericum lib. 1. cap. 12. circa an.
589. 589. & Molanus in Natalib. Sanctor. Belgij 11. Auguſti. Extat eius vitâ B apud Surium & Gazæum, qui perperâ ſumit annum migrationis eius à ſæculo, pro eo quo ad cathedram Cameracenſem prouectus eſt. Obiit anno
594. 594. Epiſcopatu functus annis vndequadraginta; ſepultúſque Cameraci in monaſterio SS. Medardi & Lupi.

6. S. BERTHOALDVS ex nobili proſapiâ Francicâ oriundus, vt ait Raiſſius. Concilio Remenſi interfuit an.
630. 630. in cauſâ Sonnatij Epiſcopi, de quo Flodoardus lib. 2. cap. 5.

7. S. ALDEBERTVS, ſiue EMELBERTVS, frater B. Gudilæ & Pharaildis, filius Vuitgeri & Amalbergæ, C
638. de quo Molanus circa an. 638. Ianuarij 15. Donauit Eccleſiæ ſuæ vicum de Hamo prope Aloſtum oppidum. Colitur pro ſancto in Eccleſiâ Malbogij, & apud Ant. Sanderum tomo 2. Flandriæ illuſtratæ; refertur & ipſius corpus ab Agilfrido Leodienſi Abbate, Româ Gandauum fuiſſe aſportatum.

8. S. AVBERTVS I. Cameraceſij territorij indigena, monachus Luxouienſis conſecratur in Antiſtitem Mar-
639. tij 21. 639. â Leudegiſillo Archiepiſcopo Remenſi, ſacro operantibus D Aichario Nouiomenſi & Attilâ Laudunenſi Epiſcopis. Bertefridi priuile-
664. gium Corbeienſe ſignauit 664. S. Landelinum ex baptiſmi fonte ſuſceptum ſanctis literis imbuit, qui poſtea quatuor Monaſteria, Laubienſe, Alnenſe, Criſpinienſe, & Valerienſe excitauit. AVBERTVS verò S. Vedaſti corpus apud Attrebates leuauit anno 658. idémque Cellenſe monaſterium à S. Giſleno, & Melbodienſe à S. Aldegunde constructum benedixit. S. Vincentium Comitem Altimontenſis & Sonegienſis Eccleſiarum conditorem, eiúſque coniugem S. Waldetrudem nobilium Virginum Canonicarum Montibus Hannoniæ fundatricem ad ſtrictioris vitæ diſciplinam reduxit. Eodem hortante Dagobertus Rex, fratribus in Cameracenſi Eccleſiâ famulantibus plura dominia inter Valentianas & Condatum largitus eſt. Ad ſuperos tranſiit anno 668. Decembris XIII. conditus autem in Eccleſiâ 668.
S. Petri, quæ olim extra muros Cameracenſes, nunc intra vrbem eſt, vt prodit Baldericus in Chronico. Vitam ipſius ſcripſit Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus, quam, vt exiſtimat Aub. Miræus in Notitiâ Eccleſiarum Belgij, qui fusè de hoc ſancto meminit, Surius ad diem 6. Februarij mutilam edidit, extátque integra Cameraci MS. in Abbatiâ, quæ patroni ſacrum corpus ſeruat. Martyrologij Romani tabulis die 13. Decemb. adſcriptus eſt Aubertus, qui & commemoratur à Molano, & in additionibus ad Martyrolog. Vſuardi.

9. S. VINDICIANVS ad eam Sedem vocatus eſt 24. menſis Iunij, aliis Iulij an. 669. Dedicat Cœnobium 669.
S. Petri Haſnonienſis, eiúſque meminit Diui Leodegarij Auguſtodunenſis Epiſcopi vita, quæ tradit in ſuâ diœceſi fuiſſe interfectum, cúmque de Martyris corpore auferendo orta eſſet diſſenſio, petiit Vindicianus, vt ſacrum pignus aſportaret: De eodem plura Molanus in Natalib. Miræus in Faſtis Belgicis & in codice Donationum; ac Surius ad diem 2. Octob. Rebus humanis eximitur an. 695. Bruxellæ XI. 695.
Martij, vel biennio ante, vt aſſignant tabulæ cœnobij Montis S. Eligij, in quo ſepultus.

10. HILDEBERTVS vitam cum morte commutauit anno DCC. XII. 715.
nonnullis die 24. Iunij 715.

11. HVNALDVS, naturæ debitum ſoluit 9. Ianuarij 717. 717.

12. S. HADVLPHVS adoleſcens in Diui Vedaſti monaſterium ingreſſus, religione & pietate imprimis excultus, eos in diſciplinâ monaſticâ progreſſus fecit, vt poſt demandatum ſibi in hoc Benedictino ſeminario Præpoſituræ officium, mox & Abbas creatus, tum inde poſt Hunaldum Antiſtes huius Eccleſiæ ſalutatur; eo ſanè ho-

nore dignus, vt qui tot ſanctorum Pontificum famam pietatis gloriâ æquaſſe meritò cenſeatur; ſcribunt Epiſcopatum duodecim, Abbatiam vndeuiginti annis rexiſſe, & ereptum è viuis an.
729. 729. 19. Maij. Funeratus eſt in templo B. Petri, in quo cum crebra ederentur miracula, Beatorum catalogo aſcriptus eſt, ſed reliquiæ terrâ erutæ ab Enguerrano Epiſcopo relatæ ſunt in nobili Mauſolæo Vedaſtino. Tale Epitaphium viſitur in eâdem æde S. Petri.

Hic iacnit Sanctus ſpeculum virtutis HADVLPHVS,
Qui vigil ATTREBATVM *rexit ad aſtra chorum;*
Dulcis ave; noſtris veniâ Pater obijce culpis,
Grataque dilecto dona repende gregi.

13. TREVVARDVS, ſiue TRA-
730. GARDVS, an. 730. recenſetur in epiſtolâ 6. Zachariæ Papæ an. 744. ad plures Galliæ & Germaniæ Epiſcopos. Obiit 7. Octobr. an. 752.

14. GOFRIDVS filius S. Arnulfi
752. Martyris, ordinatur 752. Migrat è vitâ an. 770. XIII. Iulij.

15. ALBERICVS, tranſiit à ſæcu-
790. lo 7. Ianuarij an. DCC. XC.

16. HILDOARDVS 798. obtinuit literas immunitatis à Ludouico Pio Imp. pro Eccleſiâ Cameracenſi; reperitúrque interfuiſſe dedicationi Cen-
800. tulenſis Monaſterij circa an. 800. vbi dicitur Hildegaudus: fato conceſſit
816. 4 Iulij an. 816.

17. HALITGARIVS Pontifica-
817. tum Cameracenſem gerebat an. 817. Idem cum Ebone poſtea Remenſi Archiepiſcopo ad Danos profectus eſt an. 818. quibus verbum Domini prædicauit authoritate Paſchalis Papæ, quam miſſionem Apoſtolicam ad an.
823. 823. referre videtur Adamus Bremenſis in chronico. Delegatur autem cum Anſfrido Abbate Nonantulæ Conſtantinopolim ad Michaëlem Imp. pro amicitia inter eundem & Lud. Pium
828. firmandâ 828. à quo honorificè accepti ſunt, vt narrant Annales Bertiniani. Diem clauſit extremum an. 830. 25. Iunij. Sepultus in monte S. Eligij.
830. ſummâ verò animi & ſtudiorum coniunctione acceptus cum Ebone Remenſi vixit, quo hortante ſex libellos de remedijs peccatorum & ordine vel

A iudiciis pœnitentiæ elaborauit, vt Flodoardus in Hiſt. Remenſi l. 2. c. 19. Baldericus in Chron. Cameracenſi lib. 1. c. 38. teſtantur; extántque hi libri apud Henricum Caniſium tom. 1. Lectionis antiquæ. Vide Aimoinum l. 4. c. 116. Valerium Andream in Bibliothecâ Belgicâ, & Buſelinum in Galloflandriâ.

18. S. THEODERICVS fundator, ſeu inſtaurator cœnobij Lobienſis ſedit an 832. Hujus mentio fit in Hi- 832.
ſtoriâ depoſitionis Ebonis, nominatúrque ſubſcriptus priuilegio Monaſterij Corbeienſis in Saxoniâ, Paſchaſio Rat-
B berto à Synodo Pariſienſi conceſſo, cui intereſt an. 846. Cariſiacæ 848. & 846.
Sueſſionenſi 853. Ceterùm Witao Chorepiſcopo in Pontificalibus vſus eſt an. DCCC. XLVIII. beatóque fine in Domino obdormiuit 863. No- 863.
nis Auguſti, vt notat Baldericus c. 47. Interim vacantem Sedem occuparunt intruſi, *Guntbertus, Teibaldus* & *Hilduinus* Regis Lotharij cognatus & Capellanus, quem Hincmarus Remenſis Metropolitanus conſecrare noluit, & epiſtolam decimo poſt Theodorici obitum menſe, hoc eſt an. 864. ad Nico- 864.
laum 1. Papam ſcripſit.

C 19. S. IOANNES I. ex Cantore, Hilduino expulſo conſtitutus Epiſcopus poſt vacationem trium circiter annorum 866. vt Baldericus eius epita- 866.
phij ſcriptor libro citato commemorat cap. 49. Ordinatur ab Hincmaro Remenſi, Bertulpho Treuirenſi, & Odone Bellouacenſi Præſulibus. In vetere Formatâ pro Vrſione Presbytero vocatur deceſſor Teuderici; Intereſt Conciliis Sueſſionenſi 866. Trecenſi 867. & Pontigonenſi 876. deque 867.
illo agit Molanus in Natalibus Sanct. Belgij; ad ſuperos euolat die 15. Aug.
878. Quieſcit in Metropolitanâ Ec- 878.
D cleſiâ. Huius obitus meminit Hincmarus in Formulis antiquis Promotionum Epiſcopalium, & in epiſtolâ quâ Edenulpho Laudunenſi Epiſcopo ſcribit, vt Viſitatoris Officio fungatur in electione Antiſtitis Cameracenſis.

20. S. ROTHADVS I. 879 mor- 879.
te ſublatus eſt 14. Octobr. 886. Tumulatur primò in baſilicâ ſancti Au 886.
berti, deinde Magdeburgum translatus.

21. DODILO ex magno Abbatiæ

Vedaſtinæ Attrebatenſis Præpoſito A
887. conſecratur 17. Martij anno 887. à
Fulcone Remenſi, aſſiſtentibus Hedilone Nouiomenſi, & Herimando Taruanenſi Epiſcopis. Adfuit autem Con-
894. cilio Remenſi 894. in causâ Balduini Comitis Flandriæ rerum Eccleſiæ inuaſoris, cui ſcribit, monens vt reſipiſceret, teſte Flodoardo lib. 4. c. vi. idémque in alio Conuentu celebrato
900. apud S. Mariam Remis an. 900. cum anathemate multati ſunt ſiccarij, qui Fulconem Archiepiſcopum Remenſem neci dederant, vt habet antiquus codex MS. non igitur 895. ſed poſt an- B num Dom. 900. Dodilo ex hâc luce migrauit, qui ſepulturæ traditur in monaſterio Lobienſi.

22. STEPHANVS ſubſcribit Sy-
909. nodo Troſleianæ 909. & nominatur in pacto Caroli & Henrici Regum in Capitularibus. Sub cuius Pontificatu Cameracenſi Eccleſiæ, quam priuilegiis ab eodem Principe Carolo decorari impetrauit, vniuntur Abbatiæ Marolij & Criſpini, Balderico lib. 1. cap. 67. vitam cum morte commuta-
933. uit 11. Februarij circa an. 933. humatus in æde B. Virginis. C

23. FVLBERTVS ordinatur anno
933. 933. ab Artaldo Remenſi teſte Flodoardo in Chronico & Hiſt. Remenſis lib. IV. cap. 35. dicitur adfuiſſe 948. cum Galliarum & Germaniæ Præſuli-
948. bus Synodo Engelenheimenſi. Conſtruxit is caſtrum Cameracenſe, variáſque contentiones habuit cum Iſaaco vrbis Comite; vſquequo inſoleſcentibus Comitibus, vt idem Baldericus in Chron. lib. 1. cap. 68. teſtatur, motus Erluinus, ab Imperatore Comita-
956. tum impetrauit. Sublatus è viuis anno 956.

24. BERENGARIVS Ottoni Im- D peratori ſanguine iunctus, natione Germanus, Transrenenſis Clericus, nepóſque Bouonis Catalaunenſis Epiſcopi, Remis ab Artaldo Metropolitano
956. conſecratur 956. Flodoardo. Poſt annum verò Epiſcopatus interiit: depoſitus Coloniæ in Diui Gereonis Eccleſiâ.

25. INGELRANVS, ſeu ENGVERRANVS I. monachus antea S. Petri
960. Corbeienſis 12. Octobr. 960. Hadulfus Tornacenſis Epiſcopus mortui exequias celebrauit in B. Virginis Cameracenſis templo, cuius partem quæ Orientem ſpectat ædificandam curauerat.

26. AVTBERTVS II. ſeu ANSBERTVS monachus S. Vedaſti, Epiſcopus renuntiatur 960. fundauit octo 960.
præbendas in Diui Autberti Collegiatâ, vbi tumulatus eſt 13. Septembris.

27. VIBALDVS Nouiomenſis Ar- 965.
chidiaconus inauguratur 965. vitâ functus circa annum 968. iacet in Cathedrali. 968.

28. TEDDO, ſiue TIEDO, dictus THEODOSIVS, nobilis Saxo, Præpoſitus S. Seuerini Colonienſis, ibidem ſepulturæ mandatur 977. Hunc 977.
miraculis claruiſſe ferunt, vt auctor eſt Ægidius Gelenius in Hiſtoriâ Colonienſi: memoratúrque in Cameracenſi Chronico.

29. ROTHARDVS vel ROHARDVS II. ſtirpe nobilis 977. cuius ſa- 977.
cro affuit Adelbero Remenſis Archiepiſcopus: Metropolitanam ſuam duabus campanis, variiſque donis ornauit, & inchoatam ab Enguerrano baſilicam B. Mariæ ipſe perfecit. Eius conſilio Arnoldus de Valencenis inſtituit circa an. 990. Canonicos Re- 990.
gulares B. Auguſtini in Eccleſiâ S. Ioannis. Obiit 20. Septemb. circiter 995.
995. in Cathedrali humatus.

30. ERLVINVS Leodienſis Archidiaconus 995. Romæ à Pontif. Max. 995.
conſecratur. Is ab Ottone 3. Imp. ius cudendæ monetæ in caſtello Cameraceſij, & alia iura impetrat, cuius diploma edidit Aub. Miræus cap. 77. Notitiæ Eccleſiarum Belgij:

« OTTO Romanorum Imperator Auguſtus. Agnoſcat multitudo omnium « fidelium noſtrorum, quòd nos HERLVINO Epiſcopo, ob interuentum « Leonis Epiſcopi & cæterorum, dedimus ius, fas atque licentiam faciendi, ſtatuendi atque conſtruendi mercatum cum monetâ, teloneo, banno « & totius publicæ rei miniſteriis, in « quadam proprietate ſanctæ Cameracenſis Eccleſiæ, in loco qui vocatur « caſtellum S. Mariæ, quod vocabatur « antea Vendelgeias, quod ſitum eſt in « pago Cametacenſi ac Comitatu Arnulphi Comitis. Atque prædictum « mercatum, monetam, teloneum, bannum cum totâ publica functione, in « proprium concedimus ſanctæ Cameracenſi Eccleſiæ, tali tenore, vt nul- «

» lus Dux, Marchio, ſiue Comes, ſeu A
» aliquis homo vllam poteſtatem ha-
» beat ſuper memoratum mercatum, ni-
» ſi cum licentiâ Herluini Epiſcopi, ſuo-
» rúmque ſucceſſorum. Data xi. Kal.
1001. » Maij anno Dom. Incarnar. milleſimo
» primo, Indictione xiv. Poſthæc peten-
te Heriberto Archiepiſcopo Colo-
nienſi S. Henricus Imp anno. M VII.
1007. Comitatum Cameracenſem Erluino,
eiúſque ſucceſſoribus donauit, priui-
legium recitat Coluenerius in Notis
ad c 112. & 119. lib. 1 Chronici Came-
racenſis Balderici, & Miræus cap. 78.
his verbis:

B *Heinricvs diuinâ clementiâ fa-
uente Rex, omnibus fidelibus notum fieri
volumus, qualiter nos tam animæ noſtræ
conſultu, quàm venerabilis Heriberti Ar-
chiepiſcopi Colonienſis interuentu, Came-
racenſi Eccleſiæ in honore S. Mariæ con-
ſtructæ, Comitatvm Camera-
censem hâc noſtræ auctoritatis præce-
ptali paginâ in proprium donauimus: præ-
cipientes vt prælibatæ Sedis Eralwi-
nvs Epiſcopus, ſuique ſucceſſores liberam
dehinc habeant poteſtatem, eundem Co-
mitatum in vſum Eccleſiæ ſupradictæ te-
nendi, Comitem eligendi, bannos haben-
di, ſeu quidquid ſibi libeat, modis omni-
bus inde faciendi. Signum Domini Hen-
rici Regis inuictiſſimi. Eberhardus Can-
cellarius, vice Villegiſi Archicapellani
recognouit. Data xi. Kalendas Nouem-
1007. bris Indictione v. anno M. VII. anno
Domini Henrici ſecundi regni vi. Actum
Aquiſgranenſi Palatio.* Eiuſdem Her-
lvini ammonitione Robertus Be-
thunienſis Dynaſta, S. Bartholomæi
Eccleſiam in eadem vrbe conſtruxit,
quæ Epiſcopali benedictione dicatur,
vt patet ex chartis familiæ Bethunien-
1012. ſis. Deceſſit an. M. XII. 3. Februa-
rij, ſepultus in Abbatiâ Sancti Au-
berti.

Florenn. 31. Gerardvs de Floren-
nè I. Arnoldi toparchæ de Florinis
filius, patriâ Leodienſis, Henrici Imp.
» Capellanus, in Palatio & Eccleſiâ cum
» Adelboldo Vltrajectenſi, magnus di-
» citur ab Alberico, qui refert eum fun-
daſſe Abbatiam Florinenſem cum fra-
tre Godefrido, quæ acquiſita à Balde-
rico Leodienſi Epiſcopo, S. Lamberto
donatur. Confirmat donum Roberti
1018. Bethunienſis filij, ſubſcribítque 1018.
fundationi Eccleſiæ Collegiatæ de
Rozoy. S. Andreæ Abbatiam in ca-
ſtro Cameraceſio ditionis Epiſcopalis
oppido dotat 1046. & cum baſilicâ S.
Autberti dedicauit. Benedictinos item
monachos in Maricolenſi cœnobio,
amotis Canonicis conſtituit 1025. Ex 1025.
tabulario autem Vedaſtino liquet an.
1023. Gerardum, Henrici Imp. Lega-
tione functum fuiſſe cum Richar-
do Abbate Virdunenſi ad Robertum
Franciæ Regem. Nomen appoſuit di-
plomati ſuſceptionis Aduocatiæ, ſiue
patrocinij Marcianenſis Abbatiæ à
Balduino Marchione Flandriæ 1038. 1038.
Benedixit quoque templum, in honore
S. Michaëlis Archangeli 1047. vi. Kal. 1047.
Decemb. & eodem anno recenſetur
in tabulâ fundationis collegij Cano-
nicorum Bruxellenſis S. Gudilæ à Bal-
drico Comite Brabantenſi. Defun-
ctus eſt 14. Martij 1049. non 1051. vt 1049.
eſt in Alberici Chronico.

32. S. Lietbertvs Brabanti-
nus Lietberti filius, nepos Gerardi, ex
Archidiacono & Præpoſito ſuffectus
circa an. 1049. vt habet charta mona- 1049.
ſterij S. Petri Haſnonienſis, Epiſcopa-
tus ſui xvii. ordinatur à Guidone Me-
tropolitano Remenſi. Sanctique An-
dreæ cœnobium perficit an. 1052. Hic 1052.
etiam Bruxellenſem Eccleſiam, in quâ
C Lambertus Comes Canonicos poſue-
rat, libertate donauit anno Epiſcopa-
tus ſui 23. priuilegium refertur in Co-
dice Donationum Miræi, illiúſq; men-
tio fit cap. 96. Notitiæ Eccleſiarum
Belgicarum & in Chron. Balderici.
Idem Præſul amotis Canonicis ſæcu-
laribus regulares ſubſtituit in Came-
racenſi S. Autberti cœnobio 1066. 1066.
quo anno memoratur in chartâ inſti-
tutionis Collegij Hoyenſis Eccleſiæ &
in aliâ Canonicorum Regularium,
quos induxit apud Abbatiam Montis
S. Eligij; vt & 1071. in tabulâ Comi- 1071.
tiſſæ Hannoniæ Richildis Huius Epiſ-
D copi vitam fusè habes deſcriptam in
Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Gazæi; ſed tan-
dem pietate & ſanctimoniâ inclytus in
Domino obdormiuit 22. Iunij 1076. 1076.
ſepultus in Monaſterio S. Sepulchri
Cameracenſis à ſe conſtructo.

33. Gerardvs II. Lietberti ne-
pos 1076. dicauit ædem B. Mariæ de 1076.
Valencenis à Balduino Comite Han-
noniæ & Richilde eius matre condi-
tam, ipſiúſque poſtmodum Balduini
conſilio Eccleſiam S. Petri Montenſis
Diui Dionyſij cœnobio tradidit 1084. 1084.
& 1089. Epiſcopatus quarto-decimo

allodia aliquot hæreditatis ſuæ Cameracenſi Eccleſiæ contulit. Extat item Gerardi memoria in S. Landelini Criſpinienſis, & Afflinghemenſis cœnobij tabulario, cuius Eccleſiam dicauit. Viuis demùm exceſſit 2. Au-
1093. guſti an. 1093. iacet in templo B. Mariæ.

34. GVALTHERVS I. Gerardo ſucceſſit, ſed ab Epiſcopatu pulſus eſt ordinato Manaſſe, vt fidem facit Al-
1094. bericus in Chronico 1094. anno inſequenti Attrebatenſes ſuum habuere proprium Antiſtitem, ipſis ab Vrbano 2. Papâ in Concilio Claromontenſi
1095. conceſſum 1095. menſe Nouembri; ex eóque tempore Attrebatenſis Epiſcopatus manſit ſeparatus à Cameracenſi, ſicut iam olim ante tempora S. Vedaſti fuerat. Quâ de re pluribus agunt Miræus in Faſtis & Annal. Belgicis, Baldericus in Chronico, Meyerus, Coluenerius & Gazæus.

EPISCOPI CAMERACENSES AB ATTREBATENSIBVS SEPARATI.

35. MANASSES I. ex Archi-
1095. diacono Remenſi 1095. conſecratur à Raynaldo Metropolitano: confirmat tranſlationem monaſterij S. Petri ad Gerardi-
1096. montem tabulâ an. 1096. Hunc aliqui ad Sueſſionenſem Epiſcopatum traductum volunt.

36. GALTHERVS II. ex Archi-
1097. diacono Cameracenſi 1097. poſtea Pontificatu ſe abdicauit.

1098. 37. MANASSES II. 1098. Bornhemienſis Abbatiæ fundationem à Vuenemaro Gandenſi Caſtellano ratam
1101. habuit an. 1101. 6 Nonas Octob. Nominatur quoque in chartophilacio
1103. Cluniacenſi, & 1103. in Notitiâ Eccleſiarum Belgij, vbi Condatenſi Canonicorum collegio in Hannoniâ benefacit, Pontificatus ſui VI.

38. BEATVS ODO, ſiue ODOARDVS ciuis Aurelianenſis, primus Abbas S. Martini Tornacenſis, Pontifi-
1105. catum init circa 1105. ex vetuſto priuilegio confirmationis Teneræmundani Canonicorum Collegij à Remigio huius loci toparchâ fundati; membrana dotationis extat apud Miræum in codice Donationum 1108. Epiſco- 1108.
patus ſui an. tertio ſcripta. Deinde Roberto Comiti & Clementiæ vxori conceſſit 1110. licentiam conſtruendæ 1110.
Capellæ B. Virginis quæ nunc eſt in nouoburgo apud Aldenardam. Verùm à Sede Cameracẽſi Aquiſcinctum relegatus eſt, vt ipſemet ſcribit in libro de blaſphemiâ Spiritus S. quia virgam & annulum quæ conſecratus ab Eccleſiâ acceperat, dono Imperatoris Henrici IV. iteratò accipere renuit. De eo plura commemorant Molanus in Natal. Sanctorum Belgic. Oct. IX. & in Auctuario Iunij XIX Miræus in codice Donationum piarum cap. 73. & Dauid Lindanus lib. 2. c. 2. num. XI. Teneræmundæ. ODONIS opera Trithemius Abbas Spanhemenſis retulit in librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis; Eúmque in Scripturis ſanctis eruditum, ingenio ſubtilem, clarum eloquio, & in declamandis homiliis ad populum non mediocriter inſignem celebrat: is quippe inter alia opera compoſuit Homilias & epiſtolas, expoſuitque Canonem Miſſæ cum aliis lucubrationibus: Morte ſublatus eſt an. 1113. Kal. Iulij XIII. ſepultus 1113.
in Monaſterio Aquicinctenſi ſub tumulo marmoreo.

39. BVRCHARDVS in Pontificem eligitur circa an. 1115. inauguratus à 1115.
Remenſi Archiepiſcopo, confirmat donationem Balduini Comitis Hannoniæ Abbatiæ S. Dionyſij; vt colligitur ex chartâ an. 1123. Epiſcopatus 1123.
VIII. concordiam fecit inter Canonicos S. Saluij, & Religioſos B. Gaugerici 1119. Idem Eccleſiam S. Foil- 1119.
liani in Hannoniâ Præmonſtratenſibus tradit, & Capellano vſus eſt Hugone, Norberti eiuſdem Ordinis fundatoris ſocio qui cum eo plurimum de Eccleſiâ promeruit; Baſilicam quoque Antuerpienſem B. Virginis Canonicorum acceſſione & ædificiis mirificè auctam conſecrauit. Eiuſdem meminêre Suuertius in monumentis Brabanticis, Bibliotheca Præmonſtratenſis in vitâ S. Norberti cap. XI. Gazæus in Hiſtoriâ & alij. Eum autem obiiſſe tradit Dodechinus in chronico 1130. ſed alij volunt vixiſſe vſ- 1130.
que ad 1133. quo anno Tongerloënſis Eccleſiæ libertates firmauit, apud 1133.

Miræum cap. 89. codicis Donatio-
num.

40. Petrvs I. nominatur in char-
tâ Balduini Flandriæ & Hannoniæ
Comitis pro Nouicaſtelli præpoſitu-
tâ, quæ extat in regiſtro Epiſcopatus
Cameracenſis num. 136. Curtraci ſcri-
1129. ptâ an. M. CXXIX. 5. Idus Ianua-
rij. Cuius Petri notitia item habetur
in Hiſtoriâ Vicecomitum Seburgen-
ſium.

41. Lietardvs II. Capellanus
Lotharij Imp. conſecratus fuit à Re-
1131. menſi Archiepiſcopo 1131. Ex dictis
colligitur his temporibus duos exti-
tiſſe in ſchiſmate Cameracenſes Epiſ-
copos, quorum aliquot diplomata ſu-
perius protulimus; nec mirum inquit
Miræus, cum duo de Pontificatu Ro-
mano Innocentius II. & Petrus Leo-
nis, de Imperio Lotharius & Conradus
contenderent, ſicque Conrado Bur-
chardus adhæſit, Lotharij fautor Liet-
bertus fuit. Probat verò inſtitutionem
Præmonſtratenſium Canonicorum in
1132. Grimbergenſi Eccleſiâ 1132. nomina-
túrque in diplomate priuilegiorum S.
Seruatij Traiectenſis eodem anno, &
approbat migrationem Canonicorum
ex Diui Michaëlis baſilicâ ad Maria-
1135. nam 1135. Ceterùm ab Innocentio II.
Pont. Max. propter reprobam vitam à
1137. Sede Pontificiâ ejicitur circa annum
1137.

Chievres. 42. Nicolavs de Chiev-
res I. ex nobili coniugio Vuidonis
Domini de Chieures & Idæ procrea-
tus; aliis dicitur Iſaaci Dynaſtæ de
Baudour filius, & frater Goſuini Mon-
tenſis in Hannoniâ Caſtellani; ſoro-
rius autem is fuit Balduini Comitis de
Henin Lietard, Comitum Flandriæ
conſanguinei; ad hanc Sedem euehi-
1140. tur 1140. Abbatiam S. Ioannis Valen-
cenis & Gerardimontenſem dotat, E-
piſcopatus ſui ſecundo an. ipſiúſque
auctoritate, S. Foilliani cœnobium
confirmatur. Conditor fuit Abbatiæ
Camberonis & caſtri de Thun prope
Cameracum. Ob vitæ integritatem à
S. Bernardo Claræuallenſi epiſt. 114.
ad Innocentium Papam commenda-
tur; Porrò Conradus Imper. prædia
& poſſeſſiones eiuſdem Eccleſiæ Ca-
meracenſis, confirmat diplomate A-
quiſgrani dato quod extat apud Mi-
ræum in Notitiâ Eccleſiarum Belgij
cap. 155.

Conradvs diuinâ fauente cle-
A *mentiâ Romanorum Rex Secundus. Nicolai Cameracenſis Epiſcopi precibus annuentes, collata Eccleſiæ ſuæ à prædeceſſoribus noſtris priuilegia dignum duximus confirmare; vt quod præcedentium Imperatorum & Regum Pipini, Caroli Mag. Ludouici, Arnulfi & Ottonis Eccleſiæ Cameracenſi dedit & confirmauit authoritas, noſtro roboraretur auxilio. Auctoritatis igitur noſtræ præcepto, iura & honorem Cameracenſis Eccleſiæ roborantes, ſubſignatas poſſeſſiones præfatæ Sedi Cameracenſi, ad vtilitatem præfati Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum, irrefragabiliter aſſignauimus ciuitatem, quæ Came-*
B *racus nuncupatur, cum iuſtitiis, diſtrictibus, monetâ, molendinis, aquis, aquarúmque decurſibus, Eccleſiis, villis, quæ hactenus Epiſcopalis poſſeſſionis extitiſſe conſtat. Abbatiam etiam S. Gangerici, Comitatum totius terræ Cameracenſis, Caſtellaniam, caſaturas & hominia, quæ de feodo Epiſcopi eſſe conſtat: Ad hæc Nouum Caſtellum cum iuſtitiis, diſtrictibus, monetâ, molendinis, aquis, caſatis; foraſtum etiam tendens in longitudine à Sanaſionis monte vſque ad illum locum, vbi duæ Helpræ cadunt in Sambram, in latitudine à villâ quæ dicitur Barſis, & loco qui vocatur Gorgunes, ita*
C *vt Sambra decurrit &c. Porrò ad conſeruandos honores & regni noſtri fines, præfato Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, interuentu coniugis noſtræ Gertrudis Reginæ concedimus, vt in noſtrâ & ſucceſſorum noſtrorum manu & tuitione, irrefragabiliter permaneant. Præterea nouam illam conſuetudinem, quæ vulgò Gauena dicitur, quam ſolet Comes Flandrenſis exigere, prædicto filio noſtro Nicolao Epiſcopo, ciuitati, Eccleſiæ & territorio Cameracenſi, ex Regalis authoritatis beneficio remiſimus; ſtatuentes, vt nullo in poſterum tempore liceat Flandrenſi vel cuilibet Comiti ſecularíue perſonæ ad prædictam conſuetudinem manum mittere, vel Eccleſiæ Cameracenſis pacem ſuper iniuſtis vexationibus fatigare. Huius rei te-*
D *ſtes ſunt Arnulfus Colonienſis Archiepiſcopus, Henricus Leodienſis, Vernerus Monaſterienſis, Ortliebus Baſilienſis, Philip. Oſenbrugenſis, Albero Verdunenſis, Anſelmus Hauelenburgenſis Epiſcopi &c. Heremannus Palatinus Comes de Rheno, Henricus de Lemburg & frater eius Comes Vualeramus de Arlon, Otto Comes de Rinecka & filius eius Otto, Ludouicus Comes de Lon, Adolfus Comes de Monte, Hugo Comes de Dageſburg; Otto Comes de Rauensberg, Otto Comes de Duras, Henricus Comes de Gelren, &c. Ego Arnoldus Cancellarius*

vice

vice Henrici Moguntinenſis Archiepiſcopi, & Archicancellary recognoui. Anno
1146. *Dom. Incarnat. 1146. Ind. 8. III. Kal. Ianuary, regnante Conrado Roman. Rege II. regni eius octauo. Data eſt Aquiſgrani in regio Palatio.* Viuere deſiit Ni-
1167. colaus anno 1167. humatus Valicellis.

43. Alardvs I. nuncupatur ſuc-
1163. ceſſor Nicolai ſub an. MC. LXIII. teſte Albetico.

Alsace, Flandres. D'or au Lyō de ſable.

44. Petrvs d'Alsace II. natus Theodorico Flandriæ Comite, ex Sibillâ Andegauenſi, Fulconis Hieroſolymorum Regis filiâ. Præ-
1167. fuit an. 1167. & nondum ordinatus Suffraganeo in Epiſcopali munere
1170. vtens, Pontificatui renuntiauit 1170. vxore ductâ Niuernenſi Comitiſſâ
1177. obiit improlis 1177. vt Rogerius Houedenus notat; vetúſque fragmentum Scriptoris rerum Francicarum Lud. VII. Regis.

45. Robertvs I. Præpoſitus Arienſis, SS. Donatiani Brugenſis, & Amati Duacenſis; non ex Turonenſi, ſed Tornacenſi Theſaurario ad Epiſcopatum aſſumitur. Is humili genere ortus erat, patre fabro ruſtico Carnotenſi, teſtimonio Alberici, qui docet eum adminiſtraſſe Attrebatenſem & Cameracenſem Eccleſias, ac familiari dæmone, (vt ferebant) vſum, per quem ad tantos honores gradum ſibi fecerat. Sed re verâ Cancellarius Flandriæ Comiti Philippo cum valde eſſet gratioſus, odium & inuidiam procerum quorumdam ſibi conciliauit, adeò vt paruo comitatu Condatum oppidum iuxta Valencenas profectus, ibidem inſtinctu Iacobi Aueſnenſis IV. Oct.
1174. crudeliter trucidatus fuerit 1174. Meiero, anno verò 1172. Alberico in chronico; cuius & meminêre S. Antoninus tit. XVII. cap. 9. Ant. Sanderus lib. III. de Scriptoribus Flandriæ, Loctius & alij. Tumulo conditus eſt in vrbe Arienſi.

46. Alardvs II. ex Archidiacono & Theſaurario maioris Eccleſiæ
1175. 1175. longæuus obiit 1178. ſepultus ante maius altare cœnobij de Valicellis; cum Ioanne & Gerardo Cameracenſibus Epiſcopis.

Vvavrin. D'azur a vn eſcuſſō d'argēt en cœur.

47. Rogervs de Vvavrin cathedralis templi Archidiaconus, Rogerij Domini de Vvaurin Seneſcalli Flandriæ, & Iſabellæ de Bethune filius. Interfuit Concilio Romano Lateranenſi ſub Alexandro III. Pontif. Max. 1179. vbi ſacro vnctus eſt à Gui- 1179.
lelmo Remenſi Antiſtite in Eccleſiâ S. Sabinæ. Peregrinationem autem in Terram ſanctam aggreſſus, rediens animam emiſit in obſidione Acconenſis vrbis an. 1191. cum fratre Hellino 1191.
Dynaſtâ de Waurin Seneſcallo Flandriæ; eóque fatis functo, Galterus Cancellarius Pontificatum ambiens, non aſſequitur, collatis in ſequentem Ioannem Canonicorum ſuffragiis.

48. Ioannes II. Rogerij nepos ex ſorore; primò Archidiaconus Cameracenſis, poſtea Decanus Attrebatenſis & Niuellenſis Collegij Præpoſitus, conſecratur die Dominicâ Iduum Septembris à Guilelmo Remenſi Metropolitano Antiſtite, anno ſalutis 1192.
1192. non igitur mortuus MC. XXC. auctore Vincentio Bellouacenſi lib. 29. cap. 22. quem ſocium S. Thomæ Cantuarienſis, & vitam eius ſcripſiſſe tradit; ſepelitur in baſilicâ S. Ioannis veteris Ambiani.

Revx. D'or à trois Lyons de gueulles armez & lampaſſez d'azur.

49. Nicolavs de Revx II. nobilis Belga, Euſtachium I. Dominum de Reux, cognomento vetulum, & Mariam Ioannis caſtri in Hannoniâ Paris filiam parentes habuit. Eligitur 1197. ſcribente Alberico qui eum nobilis viri Euſtachij 2. à quo cæteri Dynaſtæ de Reux, orti ſunt, patruum vocat.

50. Hvgo Præpoſitus de Duaco ſucceſſit, teſte eodem Hiſtorico MC. 1197.
XCVII. cuius Præſulis nulla mentio apud Gazæum & alios.

Corbeil.

51. Petrvs de Corbeil III. Innocentij Tertij Papæ quondam Didaſcalus, ipſius fauore ad Epiſcopale munus euehitur an. 1200. inſtitutus ab 1200.
Octauiano Oſtienſi Epiſcopo Cardinali Sedis Apoſtolicæ Legato. Albericus etiam refert, quòd cum in Eccleſiâ Cameracenſi manere non poſſet, Pontificem Maximum adiit, ab eóque Senonenſi Archiepiſcopatu donatur, vt narrat Rigordus in geſtis Philippi Auguſti Regis.

Bethvne ancien. D'azur à 5. bandes d'or.

52. Ioannes de Bethvne III. Roberto V. Domino de Bethunâ, Aduocato Attrebatenſi, & Adeleide Enguerrani Comitis de S. Paulo ſorore genitus. Cum vir ſpectatæ eſſet nobili-

tatis, Duacenſis Eccleſiæ Præpoſiturâ A
ornatus, mox & S. Petri Siclinien-
ſis electus, Mathildis Philippi Comi-
tis Flandriæ vidua, quæ huius loci dy-
naſtiâ iure dotalitij fruebatur, nomi-
nationem impugnauit, & eo nomine
apud Innocentium III. Pont. conque-
ſta eſt; qui pro electionis huiuſmodi
negotio terminando, iudices conſti-
tuit, Attrebatenſem, Tornacenſem,
Morinenſem, & Nicolaum electum
Cameracenſem Epiſcopos, epiſtolâ
quæ legitur in lib. I. Decretalium eiuſ-
dem Pontificis. Poſt aliquot annos,
Petro ad Senunenſem Archiepiſco- B
patum traducto, ordinatur Epiſcopus
1200. Ioannes an. 1200. Inde Othonem IV.
Regem Romanorum Coloniæ inuiſit,
à quo inueſtituram Regalium obtinuit
1201. XXVI. Sept. 1201. cui in Italiam profi-
ciſcenti, vt Princeps Imperij Camera-
cenſis noſter in eâ peregrinatione co-
mes aſcitus eſt; ibique ſubſcripſit lite-
tis donationis Monaſterij de Portâ,
Ord. Ciſtercienſis apud Inretamnem
in partibus Spoletanis, cum multis
Præſulibus, proceribúſque. A Fride-
rico autem II. obtinuit confirmatio-
nem priuilegiorum & immunitatum
Eccleſiæ ſuæ, cuius diploma ex regi-
ſtro Cameracenſis baſilicæ à Querce- C
tano editum tale eſt.

FREDERICVS *Dei gratiâ Romano-
rum Rex, ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.
Vniuerſis Chriſti fidelibus, quibus præſen-
tes litteras videre contigerit, gratiam
ſuam, & omne bonum. Ad veſtram vo-
lumus notitiam peruenire, quòd cùm dile-
ctus & fidelis* PRINCEPS ET CON-
SANGVINEVS NOSTER IOANNES
CAMERACENSIS EPISCOPVS
*facto nobis hominio, & præſtito iuramento
fidelitatis, cum integritate vniuerſi iuris
ſui tam in priuilegiis quàm aliis, quæ ipſe
vel anteceſſores ſui ab anteceſſoribus noſtris
Regibus, vel Imperatoribus, tam Othone* D
*(dum eſſet Catholicus) quàm aliis, obti-
nuerant, plenariam inueſtituram de Rega-
libus ſuis in ſolemni Curiâ Aquiſgrani re-
cepiſſet à nobis; ad ipſius inſtantiam lit-
teras, quas contra eum, & in præiudicium
Cameracenſis Eccleſia, ciues eius Camera-
cenſes ſuper conſuetudinibus ipſorum, vel
aliis confirmatis, vel conceſſis à nobis, ipſo
abſente & ignorante, & ante inueſtituram
ſuam impetrauerant, per ſententiam Prin-
cipum reuocauimus, & decreuimus penitus
non valere. Epiſcopum ipſum, & Eccleſiam
ſuam in protectionem regiæ magnitudinis
recipientes, & omnes Eccleſiæ ſua liberta-
tes, & iura vniuerſa ei corroborantes. Ad
cuius rei memoriam hanc paginam inde
conſcriptam ſigillo noſtro iuſſimus commu-
niri. Teſtes hi ſunt, Moguntinus, Treue-
renſis, Archiepiſcopi: Oſnaburgenſis, Mo-
naſterienſis, Epiſcopi: maior Præpoſitus B.
Petri in Coloniâ, Godefridus S. Seuerini
in Coloniâ Canonicus, & Regis Capellanus,
Magiſter Michael Canonicus Cameracen-
ſis. Dux Bauariæ, Dux Lotharingiæ, Dux
de Lemborc, Comes de Los, Comes de Ho-
ſtade, Comes Iuliacenſis Germaniæ, Comes
de Dieſt, Valeranuus Comes de Luſeneborc,
Henricus de Dunes, & multi alij. Datum
Aquiſgrani in ſolemni Curiâ, ab Incar-
nat. Dom. M. CC. XV. 4. Kal. Auguſti,* 1215.
Indictione III.

Narrat Iacobus Guiſius lib. III. An-
nal. Hannoniæ, cap. 126. 134. & 140.
Ferrando Flandriæ Comite in pugnâ
Bouinenſi capto, Hannonienſes popu-
los Ioannem de Bethunâ, cùm Torna-
cenſi & Taruanenſi Præſulibus ad con-
iugem eius Ioannam delegaſſe, vt de
libertate Principis apud Philippum
Auguſtum Regem ageret. Paulò mox
ad bellum ſacrum in Nouempopula-
niam contra Albigenſes profectus, fa-
to functus eſt an. 1219. XXVII. Iulij, vt 1219.
habent Martyrologia Eccleſiarum Ca-
meracenſis, & Diui Bartholomæi de
Bethuniâ; humatur in Abbatiâ de Vau-
celles diœceſis Cameracenſis ante ma-
ius altare ſub marmore nigro, hac Epi-
graphe. HIC IACET IOANNES
DEI GRATIA CAMERACENSIS
EPISCOPVS, QVI OBIIT APVD
TOLOSAM. Patrimonij titulo poſſi-
debat toparchiam de Choques, obitu
fratris Balduini Comitis Aumaliæ; A
Guilielmo autem II. Bethunæ & Te-
neræmundæ Domino ipſius itidem
germano, Marchiones de Roſny, Solia-
ci ad Ligerim Duces, aliíque nobilis
domus rami prodierunt, cuius ſtemma
opere quidem egregio Andreas Quer-
cetanus elucubrauit.

53. GODEFRIDVS DE FONTAI- Fontaines,
NES, Rogerij Toparchæ Condarenſis D'azur a
in Hannoniâ filius, cognomento Bo- l'Aigle d'ar-
nus Epiſcopus; Remis Dominicâ an- gent, langué
te cineres inauguratur 1220. vnâ cum & becquée de gueulles.
Iacobo Sueſſionenſi & Galtero Tor-
nacenſi Epiſcopis teſte Alberico qui 1220.
refert an. 1231. ſubieciſſe Cameracum
ciuitatem ac ciues fortiter edomuiſſe, 1231.
quod deceſſores eius nunquam exe-
qui potuerant. Probat verò dotatio-

nem Trinitariorum d'Andregnies, ac
ipſe fundator extitit maiorum obi-
1234. tuum in ſuâ Cathedrali 1234. Libros
de Diuinis officiis conſcripſit, ac mo-
1238. ritur anno 1238. ſepulturam habet in
Abbatiâ Vallicellenſi.

Lavduno

54. Gviardvs de Lavduno,
aliàs Gvido, Cancellarius Eccleſiæ
1238. Pariſienſis, renuntiatur Epiſcopus 1238.
mortuo Godefrido, vt eſt in chronico
Alberici; firmat diuiſionem Canoni-
catuum Anrwerpienſium, ex cartâ anni
1240. 1240. huiúſque Thomas Cantipraten-
ſis lib. 1. cap. 4. ac Noræ Coluenerij
meminerunt. Theologus inſignis opus
edidit de Diuinis, ſiue Eccleſiaſticis
Officiis, Dialogum de creatione mun-
di, Sermones de Paſſione Domini;
quarum lucubrationum elenchus ha-
betur apud Franciſcum Swertium in
Athenis Belgicis. Naturæ debitum
ſoluit Afflinghemij vbi iacet; anno à
1247. partu Virginis 1247. teſte Balduino
Niniuenſi Ord. Præmonſtratenſis Ca-
1242. nonico, aliis 1242. Gulelmo autem
Gazæo 1250.

Fontaines. Comme cy deſſus.

55. Nicolavs de Fontaines iii. Cancellarius Richardi Ro-
manorum Regis, qui eum vocat dile-
ctum Principem & Conſiliarium ſuum:
Fuit Godefridi nepos; patre natus
Vualthero Domino de Fontanis; an-
tea Valentianenſis in Eccleſiâ Camera-
cenſi Archidiaconus & Præpoſitus de
Soignies. Is curauit promulgari De-
cretum legitimationis liberorum Bur-
chardi Aueſnenſis; ſub eóque præſule
Coadiutor & Coepiſcopus fuit Thô-
mas Canriprarenſis Ordinis Domini-
cani Religioſus, Theologiæ Doctor;
qui Nicolai meminit lib. 2. Apum c.
1275. 47. Viuis exceſſit an. 1275. in Metro-
poli tumulo depoſitus.

Crequy. D'or au Crequier de gueulles.

56. Engelramvs de Crequy i. natalibus illuſtris, Balduini Do-
mini de Crequy ex filiâ Dynaſtæ de
Heilly ortus, vt teſtatur Chronicon
Balduini Aueſnenſis. Auberto autem
Miræo in Notitiâ Eccleſiarum Belgij,
natus dicitur; Philippo & ſorore Ge-
rardi de Piqueny Vicedomini Ambia-
1275. nenſis Sedit anno 1275. & ſepulturæ
condidit in Abbatiâ Flinienſi corpus
Margaretæ Comitiſſæ Flandrenſis an.
1280. 1280. eius mentio extat 1283. in char-
tâ Cameræ Rationum Pariſienſium.
Poſteáque traducitur ad Epiſcopatum
Taruanenſem.

A 57. Gvilielmvs de Hainavt, i. Dominus de Baudour, ex proſapiâ
Toparcharum d'Aueſnes, Ioanne Co-
mite Hannoniæ & Margaretâ, ſeu A-
leyde de Hollande, Guilielmi Roma-
norum Regis ſorore genitus; Guido-
nis Vltraiectini & Burchardi Meren-
ſis Epiſcopi frater; hanc Eccleſiam re-
xit 1292. Mortuus in peregrinatione
Hieroſolymitanâ 1296. Quieſcit in
Monaſterio Flinienſi prope Dua-
cum.

Hainavt. Eſcartelé au 1. & 4. d'or au Lyon de ſable langué & armé de gueulles, qui eſt Flandres. Au 2. & 3. d'or au Lyon de gueulles armé & lampaſſé d'azur, qui eſt Hollande.

58. Gvido de Collemedio i. patriâ Italus, vt quidam volunt,
Epiſcopatum obtinet aduerſus Gerar-
B dum electum à Capitulo. Franciſcus
Suuertius in opere Athenarum Bel-
gicarum refert ſcripſiſſe Dialogum
de ſacramentis ms. in Sepremfontium
cœnobio. Faro fungitur circa annum 1302.
M. CCC. II.

Collemedio.

59. Philippvs de Marigny,
parente cognomine Domino de Ma-
rigny in Normaniâ natus, frarérque
Ioannis Rotomagenſium Archiepiſco-
pi, & Enguerrani Comitis Longæuillæ.
Eius primùm operâ & induſtriâ Rex
Philippus Pulcher ab Epiſtolis inte-
rioribúſque Conſiliis vſus eſt; verùm
C ad alia ſtudia ſe tranſtulit, factus
Canonicus Cameracenſis, & in Pon-
tificem aſſumptus circa annum 1303. 1303.
Synodum diœceſanam in vrbe congre-
gauit 1307. demum transfertur ad Se- 1307.
nonenſem Archiepiſcopatum.

Marigny. D'azur à 2. faſces d'argent.

60. Petrvs de Levis iv. Gui-
donis Domini & Mareſcalli Mirapi-
cenſis, ac Eliſabethæ de Marliaco fi-
lius, ex Magalonenſi 1310. Reliquias
S. Vualdrudis ſolemniter à terrâ leua- 1310.
ri ordinauit 1313. Aug. 13. aſſiſtentibus
Ioanne Lobienſi & Philippo S. Guiſ-
lenij Abbatibus. An. verò 1320. pro- 1320.
D bauit conuentiones inter Guidonem
de Caſtellione Comitem Bleſenſem,
& capitulum S. Gaugerici pro Aduo-
cariâ huius Eccleſiæ, vt colligitur ex
carthophilacio vrbis Guiſiæ in The-
raſciâ. Fit poſtea Baiocenſis Epiſco-
pus 1324. bullâ Ioannis Papæ xxii. 1324.
Pontificatus an. viii. quæ aſſeruatur
in tabularum regio Theſauro Pari-
ſienſi.

Levis. D'or à trois cheurons de ſable.

61. Gvido d'Avvergne ii.
Roberti vi. Aruerniæ & Boloniæ Co-
mitis ex Eleonorâ de Baſſie filius, ne-
pos Guidonis Viennenſis Archiepiſco-
pi, ac pro patruus Guidonis Cardina-

Avvergne. D'or au gonfanon de gueulles frangé de ſinople, qui eſt Avvergne.

ons, à trois mo[...]tes de ſable, 2 en chef, 1 en pointe, qui eſt Bassie. lis. Is è Tornacenſi ad hanc Sedem promotus eſt; ſolemnémque ingreſſum fecit Cameraci circa an. 1330. Allucinantur ergò Gazæus & alij auctores qui tradunt inter Purpuratos allectum
1330. fuiſſe, ac Lugdunenſi Pontificatu decoratum.

AVXONE. 62. GVILELMVS D'AVXONE II. dictus de Auxona. Fuit vnus ex tribus fundatoribus Collegij Cameracenſis Lutetiæ; perperámque dicitur à Franc. Belforeſto lib. 5. c. 7. Coſmographiæ, natus patre Ioanne Comite Auenenſi in Hannoniâ; poſteà Epiſcopus Aeduenſis.

VENTADOVR. Eſchiquetè d'or & de gueulles. 63. GVIDO DE VENTADOVR III. è nobili familiâ Vicecomitum de Ventadorio in Lemouicibus, Guilelmi Tornacenſis Epiſcopi nepos, eligitur an. 1342. 7. Octobris, vt eſt in libro
1342. Obligationum Vaticani, per Vicarios Epiſcopatum rexit ob diſſidia quæ habuit cum Capitulo; demum ad Vabrenſem Epiſcopatum tranſiit. Huic verò in Cathedrâ Cameracenſi ſucceſſiſſe, *Ioannem Lanſone* nuncupatum, ex genere Comitum Hannoniæ aſſerit Gazæus, ſed refellitur actis Conſiſtorialibus eiuſdem Vaticani, quæ Petrum Guidonis deceſſorem fuiſſe indicant.

ANDRE'. 64. PETRVS ANDREAS, V. patriâ Aruernus, ex Epiſcopo Nouiomenſi & Claromontano creatur Came-
1347. racenſis 1347. die 4. Mart. ex tabulario Obligationum. Fuit Apoſtolicæ Sedis Nuncius, & eo nomine Vrbanus V. Pont. Max. ei ſcripſit pro componendâ pace inter Ioannem Armeniaci, & Petrum Raimundi Conuenarum Comites, cum Arnaldo Amaneuo Albreti Domino, & Gaſtone Fuxi Comite: conſtruxit horologium Palatij, feſtúmque ſolemne S. Martialis inſtituit. In B. Virginis templo ante maius altare ſepultus, vbi extat hæc inſcriptio.

HIC IACET

Reuerendus Pater PETRVS ANDREÆ, *de Claromonte oriundus, quondam Nouiomenſis, deinde Claromontenſis, poſtea huius Eccleſiæ* CAMERACENSIS *Epiſcopus, qui obiit an. Dom.* M. CCC.
1358. LVIII. *13. Septembris, Pontificatus ſui anno* XIX. *Orate pro eo.*

GENEVE. Cinq points d'or, equipollez à 4. d'azur. 65. ROBERTVS DE GENEVE II. maximè illuſtri & ſplendidâ gentis nobilitate clarus, ex Comitibus Gebennenſibus, parentes habuit Ame-

A deum & Mathildem de Aruerniâ. Is primò Sedis Apoſtolicæ Notarius, poſt Morinenſis, indéque ad Cameracenſem Pontificatum tranſlatus 1368. vt 1368.
liquet ex tabulis Vaticani. A Gregorio autem XI. creatus Cardinalis tit. SS. duodecim Apoſtolorum 1371. 1371.
VI. Id. Iunij, ab eodem in Italiam miſſus Longobardiæ & Hetruriæ Legatus fuit; cúmque meritis, facundiâ & animi magnitudine conſpicuus eſſet, in Eccleſiæ ſciſſurâ contra Vrbanum VI. ſupremi Sacerdotij iura ſibi vſurpauit, ſumpto nomine Clementis VII. renuntiatus Pſeudopontifex 21.
B Sept. 1378. Fundiſque eodem anno 1378.
coronatus, Auenione ſedem fixit in eo ſchiſmate, quod Chriſtiani orbis damno, & toti Eccleſiæ planè exitiabilis quinquaginta fermè annis durauit, Nam & Vrbano Italia, Germania, & Anglia obedientiam præſtabant, Clementi verò Gallia omnis, & Hiſpania fauebant. Adde & quod mirabilius eſt, vt memorat Spondanus tom. 2. Annal. ius partium adeò dubium & incertum fuit, vt præter Principes, habuerit etiam vtráq; obedientia Theologos & religioſiſſimos viros fautores; de cuius ſchiſmatis origine & progreſ-
C ſu, cum prolixius ſcripſeriut varij auctores, conſuli poterit Ciacconius, qui eius vitam inter alios fusè proſecutus eſt, ac teſtatur Auenione vltimum diem obiiſſe 1394. ætatis anno LII. cum Sedi ſuæ præfuiſſet ſexdecim aut circa. Sepultus in Eccleſiâ Cœleſtinorum ad Pontem Sorgiæ hoc Epitaphio.

HIC REQVIESCIT

Dominus CLEMENS PAPA VII. *primus huius Cœnobij fundator, ex patre Amedeo Comite Gebennenſi, matre verò Mathildâ de Boloniâ genitus. Qui fuit*
D *Prothonotarius, Morinenſis, &* CAMERACENSIS EPISCOPVS, *deinde Cardinalis. Demum ad Papatum innitus aſſumptus, & curiâ tunc incolumi reductâ, Dominum Petrum Cardinalem de Lutxemburgo miraculis coruſcantem, in hoc cœmeterio ſepultum ad Cardinalatum aſſumpſit; & in fine an. xvij. ſui Pontificatûs migrauit ad Chriſtum die xvj. Septembris M. CCC. XCIIII. cuius Anima* 1394.
requieſcat.

In eo Pſeudopapâ defecit penitus maſcula proles vetuſtiſſimæ familiæ Gebennenſis; mortuis enim Amedeiſ 3. & 4. Ioanne & Petro Comitibus

eius fratribus abſque liberis, Clemens iure ſanguinis & ſubſtitutione paternâ, Comitatum adeptus eſt, quem poſt obitum ſuſcepit Humbertus Dominus de Thoiré & de Villars eius nepos ex ſorore Mariâ. Ceterùm ex eâ gente plures Epiſcopi in ſacro Ordine prodiere, videlicet Guido & Robertus Geneuenſes, Amedeus Dienſis, Guido Lingonenſis, & Amedæus Tullenſis.

Dainville. De ſinople a la faſce d'argent, chargée de trois coquilles de gueulles.

66. Gerardvs de Dainville iii. nobilis Attrebas, frater Michaelis Archidiaconi Oſtreuanenſis & Ioannis Equitis, Regum Francorum Ioannis & Caroli v. hoſpitio Præfecti. Ex Attrebatenſi ad Morinenſem Epiſcopatum ſubuectus; Fundator Collegij ſui nominis prope Franciſcanos Pariſienſes, interiit ſexto anno Pon-
1378. tificatus Cameraci 1378. ſepulchro mandatus in latere dextro Eccleſiæ B. Mariæ.

Serclaes

67. Ioannes Serclaes iiii. nobilis Belga Bruxellenſis, ex Canonico Cameracenſi præficitur 1378. ma-
1378. trimonio iunxit in ſuâ Metropoli præſente Carolo vi. Francorum Rege, Ioannem Principem Burgundiæ, Philippi Audacis Ducis filium cum Mar-
1388. garetâ Bauarâ. Sublatus è vitâ 1388. expletis in Epiſcopatu annis 10. menſibus 6. iacet ad porticum Cathedralis Eccleſiæ: Eiuſdem familiæ vixit hâc noſtrâ ætate rei militaris periſſimus Ioannes Comes Tillius, Cæſareorum exercituum Ferdinandi ii. Imp. in Germaniâ dux ſtrenuus.

Luxembourg. D'argent au Lyon de gueulles, à la queue double paſſée en ſautoir, couronné & armé d'or, lampaſſé d'azur.

68. Andreas de Luxembourg Imperatoriâ ſtirpe progenitus, frater Beati Petri Cardinalis Metenſis Epiſcopi: vtérque filius Guidonis de Luxembourg, Comitis de Ligny & S. Pauli, Mathildiſque de Chaſtillon. Ad hanc Eccleſiam aſſumitur 1390. xxxi Ianuarij, vt ferunt tabulæ Vaticani. Peregrinationem piam Hieroſolymitanam confecit, & fato ſuo
1396. conceſſit 1396. extra Beatæ Virginis chorum humatus cum inſcriptione.

Ailly.

69. Petrvs d'Ailly vi. Cardinalis Cameracensis dictus de Alliaco, Compendienſis Gallus, in S. Antonij parochiâ natus, Colardo patente, non ex illuſtri gente Vicedominorum Ambianenſium de Alliaco Inſignis Philoſophus ac Theologiæ Do-

A ctor & Academiæ Pariſienſis Cancellarius, magnus Regiæ Domus Nauarræ Magiſter, ac ſacræ Capellæ Palatij Theſaurarius fuit; qui Regis Ca-
roli vi. Eleemoſynarius 1390. ad ſalu- 1390.
tandum Petrũ de Lunâ Antipapam ab
eodem delegatur 1394. vti & à Wen- 1394.
ceſlao Romanorum Rege, pro extirpando ſchiſmate inter eundem Petrum cui impenſius fauit de Alliaco. Itaque ex Archidiacono Cameracenſi Epiſcopus Anicienſis factus creatur
Cameracenſis 1398. renuntiatus Car- 1398.
dinalis tit. S. Chryſogoni 8. Idus Iu-
nii 1411. à Ioanne xxiii. Pont. Max. 1411.
B Conciliis Piſano & Conſtantienſi interfuit, eúmque deceſſiſſe volunt in
Germaniâ 1425. vi. Id. Aug. in Ne- 1425.
crologio Pariſienſi; ſed Antonius Pouillonius inquit obiiſſe 1416. relatúmque ipſius cadauer Cameracum, in choro Eccleſiæ Cathedralis retrò maius altare, vbi legitur hæc inſcriptio.

Hic Iacet

Reverendvs Pater Dominvs Petrvs de Alliaco Theologiæ Doctor, qvondam Episcopvs Cameracensis. Orate pro eo.

C
Mors rapuit Petrvm, *petram ſubiit putre corpus,*
Sed petram Chriſtum, ſpiritus ipſe petit.
Quiſquis ades, precibus fer opem, ſempérque memento,
Quod præter mores, omnia morte cadunt:
Nam quid amor Regum, quid opes, quid gloria durent,
Aſpicis? hæc aderant nunc mihi; nunc abeunt.

Fuit Petrvs Alliacensis (vt de eo obſeruat Trithemius lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis) vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, in ſæcu-
D laribus literis, maximè in Philoſophiâ Ariſtotelicâ nobiliter doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio; declamator quoque ſermonum egregius. Præter alia ſcripſit ſuper ſeptem Pſalmos, in Cantica Canticorum de Sacramentis, & opuſculum de Reformatione Eccleſiæ. Ad eum extant epiſtolæ diſcipuli olim ſui Ioannis Gerſonis Cancellarij Eccleſiæ & Academiæ Pariſienſis; ipſiúſque Petri cum laude meminerunt Sixtus Senenſis, Froiſſartus vol. 4. c. 1. Card. Bellarminus, Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ,

Gerardus Ioan. Voſſius lib. 1. Hiſtori- A corum Latinor. qui dicit eum compoſuiſſe vitam S. Petri Cœleſtini, denique Spondanus Annalium tomo 2. & alij.

Gavre. D'or au lyon de gueulles, couronné, langué & armé d'azur, à la bordure canelée & endentée d'ouze pointes de ſable.

70. Ioannes de Gavre v. filius Domini de Lens in Hannoniâ, Romæ Antiſtes eligitur, ſuámque Eccleſiam annis 25. cum laude adminiſtrauit. Mortuus in caſtro de Liedekerke 1438. tumulo conditus in choro Cameracenſi, cum fratribus in pugnâ Azincurienſi cæſis.

Bovrgongne. Ecartelé au 1. & 4. de France, la bordure componnée d'argent & de gueulles, qui eſt Bovrgongne moderne. Au 2. & 3. bandé d'or & d'azur de ſix pieces à la bordure de gueulles, qui eſt Bovrgongne ancien. Sur le tout de Flandres, cóme cy-deſſus.

71. Ioannes de Bovrgongne vi. filius naturalis Ioannis Ducis Burgundiæ, frater Philippi cognomento Boni; ex Præpoſito Brugenſi 1440. ſub cuius Pontificatu Cathedralis baſilica ſolemniter dedicatur ab Epiſcopo Attrebatenſi. Sedit an. 39. & Bruxellæ diem vltimum clauſit an. 1479. Cameraci ſub inſigni cœnotaphio in Metropolitanæ choro quieſcit.

Berghes. De ſinople à trois macles d'argét, 2. 1. qui eſt Bovtersem. Au chef d'or, chargé d'vn pal de gueulles de trois pieces: au franc quartier de Brabant.

72. Henricvs de Berghes Abbas S. Dionyſij Montenſis, proſapiâ clarus, Equitibus Velleris aurei cuius Ordinis Cancellarius fuit, decoratâ, frater Antonij Abbatis S. Berti- C ni: deſignatur Cameracenſis an. 1480. Rediens ab itinere in Terram Sanctam Romæ inuiſit Innocentium viii. Papam, poſteáque nuptias celebrat Philippi Archiducis Auſtriæ cum Ioannâ Ferdinandi Regis Caſtellæ filiâ, quam deinde per Gallias an. 1501. in Hiſpaniam proficiſcentem, toto itinere cum multis Principibus & toparchis comitatus eſt. Anno inſequenti moritur 1502. in caſtro Cameraceſij, poſtquam Epiſcopales infulas tenuiſſet annis 22. iacet in Cathedralis choro.

Croy. Ecartelé au 1. & 4. d'argent à trois Lyons de gueulles, couronnez & armez d'or, qui eſt Barbançon. Au 2. & 3. de Croy, qui eſt d'argét à la faſce de gueulles de 3. pieces; Ecartelé d'argét à 3. doloires de gueulles, 2. en chef addoſſées, & l'autre en pointe. Sur le tout au 1. & 4. loſangé d'or & de gueulles, qui eſt Craon. Au 2. & 3. de Flandres.

73. Iacobvs de Croy, ex il- D luſtriſſimâ gente Croyâ natus in Belgio, patentibus Ioanne Domino de Thou, Comite de Chimay, & Mariâ de Lalain: Prothonotarius Sedis Apoſtolicæ, Præpoſitus Leodienſis & Electoralis Eccleſiæ Colonienſis Canonicus primùm fuit; hinc ab Alexandro vi. Pont. Max. reiectâ Franciſci Melodunenſis poſtulatione à Canonicis facta 1502. poſt longam de ſedis impetratione diſceptationem, Cameracenſis Pontificatus poſſeſſionem adeptus eſt an. 1504. per procuratorem. Demum vrbem ſuam ſolemni pompâ inuehitur 10. Februarij 1509. creatur autem Dux Cameracenſis ab Imper. Maximiliano i. diploma legere eſt apud Aubertum Miræum, eo tenore.

Maximilianvs diuinâ fauente clementiâ electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, venerabili illuſtri Iacobo de Croy Episcopo ac Dvci Cameracenſi, Comiti Cameraceſij, Principi, conſiliario & conſanguineo noſtro deuoto, dilecto gratiam noſtram Cæſaream & omne B *bonum. Splendor noſtræ Cæſareæ Maieſtatis, ad inſtar diuini illius ſolij, quod in magnitudine & multitudine electorum & ſanctorum ſuorum exultat, dignè trahens exemplum, hilari ſemper affectu deſiderat, vt in circuitu Auguſtalis ſolij noſtri, Principum numerus creſcat & feliciter augeatur: quo & noſtra Maieſtas maioribus aucta dignitatibus, & poteſtatibus ſolidius roboretur, & fidelibus populis noſtris iuſtitia adminiſtretur, ac indebitè oppreſſi & afflicti refugium habeant, vbi ſublenamen & auxilium in preſſuris eorum comperiant, & ceteri fideles noſtri ſpe gloriæ & præmij, ad virtutes magis magiſque* C *excitentur. Attendentes itaque multiplicia virtutum tuarum merita, & deuotionis affectum, quo nos & ſacrum Romanum Imperium omni ſtudio & officio venerans, gloriam, honorem & commodum noſtrum & ipſius Imperij aſſiduè ſollicitis ſtudiis procuras, motu proprio, & certâ noſtrâ ſcientiâ, animo deliberato, accedente etiam conſilio & aſſenſu venerabilium & illuſtrium noſtrorum, ac eiuſdem ſacri Imperij Principum, Comitum, Baronum, Nobilium noſtrorum fidelium, dilectorum, te præfatum Iacobum Epiſcopum Cameracenſem, Comitem Cameraceſij (cum & origo nobilitatis tuæ à ſereniſſimis Regibus Hunga-* D *riæ originem trahat, & beatitudo, ac amplitudo ditionis tuæ multum ſe diffundat, nec non intemerata fides, deuotio, & obſeruantia tua & progenitorum tuorum, quâ à longo tempore nobis, & eidem ſacro Romano Imperio, & ſereniſſimæ domui noſtræ Burgundicæ inſeruiuiſti) hodie in verum Ducem Cameracenſem erigimus, illuſtramus, inſignimus, & decoramus. Decernentes expreſſè, quòd tu ex nunc in antea omni dignitate & præeminentiâ, iure, poteſtate, libertate, honore, & conſuetudine gaudere & frui debeas, quibus alij noſtri & ſacri Romani Imperij Duces illuſtres. freti ſunt hactenus, & quotidie po-*

tiuntur. Ciuitatem Cameracenſem, terras quoque tuas, munitiones, territoria, cum omnibus aquis, pratis, paſcuis, iudiciis, homagiis, & aliis iuribus tibi competentibus, ac omnibus eorum pertinentiis, quæ latitudo dominij ciuitatis Cameracenſis comprehendit in verum Ducatum Cameracenſem ereximus, ac de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis tenore præſentium ereximus; Decernentes & hoc Cæſareo ſtatuentes Edicto, quod tu Iacobus Epiſcopus & Dux Cameracenſis, & Comes Cameraceſij nominari & appellari exnunc inantea debeas, & tanquam cæteri Romani Imperij Duces teneri & honorari, ac vbique locorum ab omnibus reputari, priuilegiis, gratiis, & immunitatibus abſque omni impedimento frui, quibus alij noſtri & ſacri Romani Imperij Duces & Principes in conferendis & recipiendis iuribus, & in omnibus & ſingulis aliis illuſtrem ſtatum & conditionem Ducum concernentibus freti ſunt hactenus ceu quomodolibet potiuntur. Quo autem vniuerſi reipsâ cognoſcant peculiarem gratiam, & beneuolentiam noſtram quâ te complectimur ad arma & inſignia tua antiquæ & præclaræ nobilitatis, quæ ſunt in hunc modum deſcripta, videlicet ſcutum quatripartitum habens in ſuperiori dextrâ & inferiori ſiniſtrâ, in campo argenteo tres facies rubeas, latas manubriis breuibus rubeis; quarum duæ ſuperiores manubriis ad inuicem conuerſis, inferior autem in dexteram vertens: in medio autem ſcuti, paruus clipeus ſuperpoſitus etiam quadripartitus, in cuius ſuperiori dextrâ & inferiori ſiniſtrâ, in campo aureo ſunt rubei tractus incerti numeri, ab angulis incipientes, quadrati in formam rumbi cancellantes; in ſuperiori autem ſiniſtrâ, & inferiori dextrâ, eiuſdem clipei, iterum in campo aureo eſt leo niger, eleuatis pedibus erectus, & cauda ad caput eleuata. Hæc arma & inſignia tuæ & tuorum nobilitatis antiquæ, in modum & formam ſubſcriptam innouanda & melioranda ſtatuimus, & etiam innouamus & meliora facimus auctoritate & de plenitudine poteſtatis noſtræ Cæſareæ: Scilicet quod tu IACOBVS *Epiſcopus &* Dux CAMERACENSIS, *Cameraceſij Comes, in poſterum vltra arma & inſignia ſolita, eiſdem armis potiaris, quibus in eodem ſcuto ad tertiam partem, quæ caput ſcuti vocatur, ſuperponatur ſacra noſtra Aquila nigra regalis in campo aureo, extenſis alis, pedibus & caudâ, caſtellum rubeum tranſuerſum per alas ad pectus geſtans tribus dentibus, quorum ſinguli in ſingulis aliis, medius in pectore deorſum porrecti: prout melius hæc artificis miniſterio hîc in medio cernuntur figurata; quibus ex nunc in poſterum futuris temporibus in omnibus vti poſſis, in quibus alij noſtri & ſacri Imperij Duces talibus vtuntur. Omnes autem & ſingulos defectus, ſi qui in præmiſſis ratione ſolemnitatis omiſſi, dubiâ interpretatione verborum ſeu alio quouis modo comperti fuerint, ſupplentes de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis, noſtris iuribus ſemper ſaluis, & præſertim ipſius ciuitatis Cameracenſis, quam vltra ſolitum minimè grauari volumus, & ſine præiudicio primæua amortiſationis, libertatis, neutralitatis, iurium, priuilegiorum, conceſſionum, vſuum & conſuetudinum laudabilium tuorum Epiſcopatus, Eccleſiæ, Comitatus, ciuitatis & ſubditorum tuorum, & abſque eo quòd, vos aut aliqui veſtrum ad aliqua ſeruitia, ſubuentioneſque teneantur, ad quæ ante eandem erectionem non tenebantur. Nulli ergò omnino hominum liceat, &c. Datum in ciuitate noſtrâ Im-*
periali Auguſtâ die 28. Iunij anno Dom. 1510.
M. D. X. *regnorum noſtrorum Romani* XXV. *Hungariæ verò vigeſimo primo.*

Rebus humanis exceſſit Iacobus, die
Feſto Aſſumptionis B. Virginis an. 1516. 1516.
corpus Cameraci in Diui Gaugerici templo primùm delatum eſt, poſteàque in nouæ Collegiatæ eiuſdem S. Gaugerici ſacello conditum. De huius gentis Præſulibus, Dynaſtis & Ducibus Croij, d'Hauté & d'Arſchot, Principibus de Chimay, Comitibus de Roeux & de Soltes, aliiſq; nobiliſſimæ familiæ toparchis, libellum Gallicè ſcripſit, Ioannes Scoherius Duaci typis editum, ad quem mittimus Lectorem qui plura de ſtemmate ſcire deſiderat.

74. GVILELMVS DE CROY III. Cardinalis Toletanus, Henrici Domini de Croy, Comitis de Porcean, & Carlotæ de Chaſteaubriant filius, frater Philippi I. Ducis D'Arſchot, Iacobo ſucceſſit 1516. Louanij præcepto-
re vſus eſt Ioanne Ludouico Viue, Va- 1516.
lentino, doctiſſ. viro, omníque diſciplinarum genere inſtructiſſimo. Purpuratorum Collegio aſcriptus à Leone X. Pont. Max. tit. S. Mariæ in Aquiro
1517. poſt à Carolo V. Imp. Archiepi- 1517.
ſcopus Toletanus, Hiſpaniæ Primas renuntiatus eſt. Tribus annis Epiſcopatum adminiſtrauit, & iuuenis apud Vangiones dum in Comitiis Vormacienſibus verſatur, venatum profectus,

CROY. Ecartelé au 1. & 4. de CROY. Au 2. & 3 de RANTY.

generoſi equi lapſu fractâ coſtâ inte-
1521. riit 1521. ætatis anno 23. vt refert Auctor Bibliothecæ Hiſpaniæ. Depoſitus ſub inſigni Mauſolæo in Cœleſtinorum Monaſterio nuncupato de Heurea, prope pomœria Louanienſis Academiæ ædificato, ſumptibus parentis, templo auguſto, cenſu & arce adiectâ, quod inſtauratum à Carolo Arſchotano Duce, cum ſequenti Epitaphio.

GVILIELMO CROIO,

Card. tit. S. Mariæ in Aquiro, Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniæ Primati, & Caſtellæ Regni Cancellario, EPISCOPO CAMERACENSI, *Imperij Principi Cambreſij Comiti, Abbati Affligemenſi. Obiit Vuormaciæ Carolo* V. *Imperante, po-*
1521. *ſtridie Non. Ian.* M. D. XXI.

CROY. Ecartelé comme cy deſſus. Au chef de l'EMPIRE.

75. ROBERTVS DE CROY III. ſuperioris Cardinalis, & Caroli Tornacenſis Epiſcopi frater; hanc Eccleſiam adeptus eſt ſuperioris Guilelmi reſignatione 1519. & Cameracum eodem anno ingreditur; Celebris
1519. quoque Conuentus in vrbe pro pace ineundâ cum Franciſco I. Gallorum Rege & Carolo V. Imp. habitus eſt
1529. 1529. Concilio Generali Tridentino interfuit 1546. & viuere deſiit vltimâ
1556. die Aug. 1556. humatus ante altare B. Mariæ ſub magnifico tumulo.

CAMERACENSES ARCHIEPISCOPI ET DVCES.

BERGHES. Comme cy-deſſus.

76. MAXIMILIANVS DE BERGHES, ex Comitibus de Vualhain, eligitur à capitulo 10. Sept. an. 1556.
1556. cum Epiſcopatum ambiret (inquit Famianus Strada de bello Belgico, decade I.) fauore Antonij Granuellani Cardinalis, prælatus Roberto Brederodio. Solemni pompâ vrbem ſuam
1559. inuectus die 22. Octob. 1559. ac paulò poſt 1562. Maij 22. primus Cameracenſium Archiepiſcopus renuntiatur à Paulo IV. Pont. Max. Synodum Prouincialem conuocauit 1565. cuius Canones Antwerpiæ editi ſunt, & alte-
1567. ram 1567. Auguſtano Conuentui in Germaniâ interfuit cum aliis Imperij Principibus, Sediſque Metropolitanæ iura ſtrenuè deffendit. Fato functus

A eſt 1570. deſinente Auguſto. Videndus Valerius Andreas in Bibliothecâ 1570.
Belgicâ; Ille autem Suffraganeo in Spiritualibus vſus eſt, Martino Cuperne Epiſcopo Calchedonenſi.

BERLAYMONT. Faſcé de vair & de gueulles, de ſix pieces.

77. LVDOVICVS DE BERLAYMONT, Floride Berlaymontij Comite, Velleris aurei Equite natus, Canonicorum ſuffragiis deſignatus Antiſtes 5. Sept. 1570. ſub eius regimine Cameracum in deditionem Francorum venit, & Ludouicus Montes Han- 1570.
noniæ ſeſe recipere cogitur. In eadem vrbe Concilium Prouinciale habuit
B menſe Octob. 1586. Epiſcopatus quo- 1586.
que Tornacenſis Adminiſtrator nominatus 1593. Capucini in vrbem euocati ab Alexandro Farneſio Duce Parmenſi, Belgij Gubernatore 1585. Morte ſublatus eſt Montibus die 15 Februarij 1596. Pontificatus ſui an. XXV. 1596.
ibidem ſepultus in capellâ S. Mariæ Magdalenæ Conuentus Monialium Nigrarum à ſe ædificatâ. De illo Opmeerus, Miræus, Gazæus, Locrius, Cognatus, Raiſſius & alij meminêre.

SARRAZIN. D'hermines à la bande lorangée d'azur de ſ. pieces.

78. IOANNES SARRAZIN VII.
C Abbas S. Vedaſti Attrebatenſis, Philippo II. Hiſpaniæ Regi à ſanctioribus conſiliis; electus 6. Martij 1596. conſecratur Bruxellæ in capellâ Regiâ die 15. Decemb. eiuſdem anni, ab Octauio Epiſcopo Tricaricenſi Apo- 1596.
ſtolicæ Sedis Nuntio, aſſiſtentibus Læuino Torrentio Machlinienſi Archipræſule, B. Audomari & Buſcoducenſi Epiſcopis, præſentibus Alberto Cardinali Archiduce, ceteriſque Belgij principibus & proceribus. Metropolim deinde ſolemni inaugurationis pompâ ingreditur, rexitque biennium hanc Sedem ſummâ cum laude, tan-
D dem Bruxellæ viuendi finem fecit 1598. Martij 3. tumulatus in choro 1598.
Abbatiæ Vedaſtinæ, eius corporis depoſitum iacet in Capucinorum Attrebatenſium cœnobio quod conſtruxerat. Ei ſcribit clariſſ. vir Iuſtus Lipſius epiſt. 23. Centuriæ I. ad Belgas. In vulgus autem emiſit Conciones quamplures, leges & ſtatuta ſuæ diœceſis. Eiuſq; memoriæ ſequenti Epitaphio parentauit Guilelmus Gazæus in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Belgij.

IOANNES SARRACENVS

Attrebas, Nobiliaceno Vedaſtino cœnobio ſub

ſub D. Benedicti clientelâ Deo dicatus. In A
palæſtris Academicis, decurſo Philoſophiæ
ſtadio, Theologicam lauream adeptus; A-
pud ſuos prælectionum Theologicarum ele-
gantiâ, Apud ciues concionum verè Chri-
ſtianarum facundiâ, Apud omnes rerum
gerendarum prudentiâ notus, grauiora
Monaſtery obit munia; Móxque ad publi-
ca aſciſcitur, Arteſiæ Ordinibus præficitur,
ſedandis patriæ tumultibus gnauiter in-
cumbit. Binâ Legatione, alterâ ad Ducem
Parmenſem Belgy Præfectum, alterâ ad
Regem Catholicum Philippum II. in Hiſ-
paniam, ciuium ſuorum fidem teſtatus. Ve-
daſtinam Mitram emeruit, auctam Faſci-
bus Tribunalis Arteſiæ, ſimúlque Senatus B
Belgici. Demum illuſtriſſimo adornatus
Pallio Metropolitanæ Cameracenſis Eccle-
ſiæ titulo Ducali inſignitæ, gregi regendo
inuigilat, & dum Bruxellas Principem
ſuum Sereniſſ. Albertum Auſtrium viſit,
ad regalem cœli Curiam accitur, in ſu-
premis Archihierarchiæ ſubſelliis, æter-
num ſeſſurus. Anno ſalutis humanæ M.
1598. D. XC. VIII. *Ætatis* LXIII. *Mitræ*
XX. *Pally* II.

Birghes. Comme cy-deuant.

79. GVILLELMVS DE BER-
GHES IV. genere nobili Baronum
Grimbergorum apud Brabantos or-
tus, primùm Decanus maior S. Lam- C
berti Leodienſis, inde Epiſcopus An-
twerpienſis conſecratur. 29. Martij
1598. poſtmodùm virtutis ſuæ & pru-
dentiæ ſpecimen inſigne cum præſti-
tiſſet, Cameracenſem Archiepiſcopa-
1601. tum adeptus an. 1601. diœceſim ſuam
integerrimè adminiſtrauit vſque ad
1609. an. M. DC. IX. cum ſequenti Elogio
ornauit Gazæus quod hic ſubiicere
placuit.

ILLVSTRISS. ET REVEREN.

ARCHIEPICOP. *& Dux* CAME-
RACENSIS, *Comes Cameraceſij, Sa-*
cri Impery Princeps, GVILLELMVS
A BERGIS. *Auito apud Brabantos edi-*
tus Baronum à Grimberghen ſtemmate. D
Primâ lanugine Grudiorum Academiam
excolit, poſt Dolanam Burgundicam, inde
Latias Paduam & Bononiam, dèmum in
vrbe ad publica ſapientiæ pulpita Doctora-
lem Legum corollam emeritus, in Gregory
XIII. Pontif. Max. familiam aſciſcitur.
Dein Leodium ad Gerardum Groesbechium
Cardinalitia defert inſignia; Legatione
bellè perfunctus in æde D. Lamberti Cano-
nicus, & mox Decanus pronuntiatur. In
patriam redux à Sereniſſ. Alberto Duce
Auſtrio primùm Antuerpienſi Infulâ

A *An.* M. D. XCVII. *Dein Pallio Camera-*
cenatę an. M. DC. I. *adornatur. Gregis*
ductandi vigilantiâ, pietate & vitæ ſan-
ctimoniâ, morum comitate ac modeſtiâ,
viuentium terram beatus poſſidet. An ſal.
humanæ M. DC. IX. *Ӕt.* 58. *Pally* IX. 1609.
April. die 25.

80. IOANNES RICHARDOT Richardot.
VIII. Machlinienſis, patrem habuit D'azur à ſeua pal-
Ioannem Richardotum Equitem, in mes d'or en
Conſilio Belgico apud Attrebates Prę- ſautoir, ac-
ſidem, Philippo II. Hiſpaniarum Re- cõpagnées
gi à Conſiliis & libellis; patruum ve- de quatre
rò Franciſcum Richardotum Attreba- eſtoiles de
B tum Epiſcopum. Ioannes autem Prior meſme.
Mortuæ aquæ in Burgundiâ, poſt de-
curſum feliciter Philoſophiæ ac Theo-
logiæ ſtudium in celeberrimis Hiſpa-
niæ Academiis, ſanctioris Conſilij Re-
gis Catholici particeps factus, deinde
ob eximias animi dotes à ſereniſſimis 1609.
Belgij Archiducibus, Orator ad Pon-
tificem Max. delegatus, Romæ in
Antiſtitem Attrebatenſem conſecra-
tur, móxque ad Cameracenſem Me-
tropolim ſubuectus M. DC. IX. è vi- 1614.
tâ deceſſit 1614. vltimâ die Februa-
rij.

81. FRANCISCVS BVISSERET Buiſſeret.
C I. patriâ Montenſis, Iuris vtriuſque
Doctor, qui ab an. 1574. Eccleſiæ Ca-
meracenſis fuit Canonicus, Officialis,
Archidiaconus Maior, Decanus, &
Vicarius generalis; inde annis quin-
decim Epiſcopus Namurcenſis cuius
Sedis Præſul inauguratur 1602. Fe-
bruarij X. à Guilelmo de Berghes de-
ceſſore, aſſiſtentibus Tornacenſi & At-
trebatenſi Epiſcopis. Tandem Archi-
epiſcopus huius Metropolis M DC. 1614.
XIV. primo anno Pontificatus obiit
ætatis 66. ſalutis M. DC. XV. Valence- 1615.
nis 2. Maij die feſto S. Athanaſij, iacet
in æde B. Virginis.

82. FRANCISCVS VANDER- Vanderburch.
D BVRCH II. Gandaui natus an: M. D.
LXVII. die 26. Iulij, parentibus Ioan-
ne Vanderburchio qui in aulâ Philip-
pi 2. Regis enutritus, ob raram doctri-
nam & ſingularem induſtriam Curiæ
Machlinienſis, dein ſupremi Conſilij
Bruxellis Præſes creatus eſt; mater eius
Camilla Margarita Diaceti prudens
admodum ac ſapiens fœmina Floren-
tina fuit. Adoleſcens Clero ſe deuo-
uit ſub Lamberto patruo, Eccleſiæ
Collegiatæ Beatæ Mariæ Traiectenſis
ad Rhenum Decano; vbi & ſtudiis hú-

manioribus operam nauauit, inde Dua- A
ci in Aquicinctino Collegio Philoſo-
phiam, poſtmodum Iuriſprudentiam
Louanij edoctus, lauream Magiſterij
adeptus eſt. Quibus diſciplinis inſti-
tutus, Attrebatenſis Canonicus & Vi-
cariatus Conſiliarius ab Antiſtite Ma-
1591. thæo Moulart creatur an 1591. Hinc
Machlinienſis Decanus & Archiepiſ-
copatus Vicarius generalis euaſit ſub
1596. Mathiâ Houio 1596. Octob. 29. quo
in munere totam Eccleſiæ praxim eâ
fide, diligentiâ & dexteritate pertra-
ctauit, vt vbiq; diſciplinam Eccleſiaſti-
câ reſtitueret: ipſius enim operâ Syno-
di prouinciales, & diœceſana Machli- B
1607. nienſis an. 1607 & 1609. celebratæ.
Porro cum tam ſtrenuè laboraſſet in
vineâ Domini, cuperetq; Vicarij & De-
cani ſuppoſitum onus excutere, ac in
ſeceſſu quietus ſibi Deóque viuere, te-
tento ſolo Montenſis Eccleſiæ S. Vual-
detrudis Canonicatu, cuius poſſeſſio-
1611. nem aſſequutus erat XI. Aprilis 1611.
Ecce deligitur ad vacantem Epiſcopa-
tum Gandauenſem ab Alberto Archi-
1612. duce in feriis Pentecoſtes 1612. quem
hortatu Archiepiſcopi Houij accepta-
uit. Fuit autem in eo confirmatus per
Paulum V. Pont. Max. XII. Kal. Octob.
ſequentis, & in Diui Bauonis Cathe- C
drali Eccleſiâ Gandaui conſecratur
die Quadrageſimæ ſacrâ 17. Februa-
rij, ab eodem Mathiâ Houio Machli-
nienſi Antiſtite, aſſiſtentibus Philippo
Rodoano Brugenſi, & Ioanne Vuiſ-
chero Iprenſi Epiſcopis. Inauguratus
diœceſim viſitare cepit, & illapſos
abuſus emendare, celebrato in vrbe
ſuâ Synodali Concilio menſe Sept.
1613. 1613. cúmque ſic Metropolim ſuam ex-
colit, & curis Paſtoralibus vacat, ab
ipſo Principe Alberto, qui in Præſu-
libus Belgij deligendis ſingulare iudi-
cium adhibebat, non gratiæ quid- D
quam, ſed totum meritis tribuens,
Franciſcum Vanderburchium ad Ec-
cleſiam Cameracenſem poſtulandum,
Metropolitico Capitulo proponit ac
commendat. Poſtulatur igitur Archie-
1615. piſcopus Dominicâ XIV Iunij 1615. ſed
cum oblatæ dignitatis munus detrecta-
ret, Archiducis, Capituli, & Houij
imprimis precibus coactus, Eccleſiæ
regimen ſuſcepit. Dum autem Romæ
confirmationis gratia ſollicitatur, ipſe
de futuro grege ſollicitus habito con-
ſenſu Vicariatus Cameracenſis, ipſam
diœceſim peragrat, aliáſque functio-
nes Pontificales exercet. Igitur per
Paulum Quintum confirmatus eſt 2.
Maij 1616. Palliúmque Archiepiſco- 1616.
pale per procuratorem accepit Romæ,
ab Andreâ Cardinali Peretto, in Ca-
pellâ Palatij Cancellariæ Apoſtolicæ
19. eiuſdem menſis, quod ipſi die 29.
Iulij S. Marthæ ſacrâ ſolemniter im-
poſuit Tornaci, Maximilianus Villa-
nus à Gandauo Tornacenſis Epiſco-
pus, præſente magnâ virorum inſi-
gnium coronâ. Die octauâ menſis
Sextilis ſubſequentis, per procurato-
rem Archiepiſcopatus poſſeſſionem in
Capitulo cepit; poſtridie Natiuitatis
B. Mariæ Gandauo diſceſſit, ibidem
maximo ſui deſiderio relicto; tandem
Cameracum ingreditur, gratulante
totâ ciuitate 17. Octobris, & poſtridie
feſto S. Lucæ ſuam Eccleſiam Metro-
politanam inuectus, conſuetum ibi-
dem iuramentum præſtat, & Miſſam
in Pontificalibus celebrat. Tum coo-
peratores ſinceros, tam pro Curiâ ſuâ
ſpirituali, quàm pro ſæculari ſagaciter
ſeligit, & in operis conſortium inuitat:
Mox ad viſitandam diœceſim ſe con-
fert, in quâ credi vix poteſt, quot &
quantos in eâ luſtrandâ labores exant-
lauerit in adminiſtratione ſacramen-
torum, præcipuè Confirmationis, quod
omni horâ & loco conferebat, & in
Parochorum delectu, quos paſtorali
muneri haud idoneos, vel ignaros
ſponte cedere curauit. Denique ſol-
licitè admodum laborauit, ne ſectarij
Eccleſiam ſuam latenter inuaderent;
notum eſt enim quid in Aprili & Iulio
1626. Cameraci, quid alia Valencenis 1626.
& alibi præſtiterit, vt ab hæreticâ pra-
uitate ea loca liberaret. Ad tollendos
itaque abuſus & reformandos mores
diœceſanorum, quotannis Camera-
ci, Remigialem Synodum ad quam
Archipreſbyteri conueniebant, inſti-
tuens, in eâ præclaras ſtatuebat ordi-
nationes; præterea ſingulis annis ad
Decanatuum Paſtorales congregatio-
nes, quæ poſt Paſcha & Remigialia
fiunt, binas pareneticas literas admo-
dum pias ſcribebat. Eius etiam operâ
Concilium Prouinciale Cameracenſe
fuit habitum menſe Maio 1631. quod 1631.
& ab Vrbano Papâ VIII. probatum &
confirmatum eſt. Eccleſiaſticæ iuriſ-
dictionis dum ſe res obtulit, propu-
gnator hic fuit acerrimus, & liberrimè
non ſemel apud ſupremos Principes
pro eius patrocinio perorauit; com-

plurium Sanctorum & Beatatum corpora, reliquiáſque in nouas thecas ſolemnit:r ttanſtulit; dedicauit & Eccleſias octoginta nouem; vnxit Epiſcopos quinque, benedixit Abbates vndequadraginta, & Abbatiſſas octo. Succeſſores quoque Epiſcopos Gandauenſes, Archiepiſcopóſque Cameracenſes non parum obſtrinxit, per ea quæ reliquit ædificia; in Gandauenſi enim diœceſi, duo caſtella diruta ſui Epiſcopatus reſtaurauit, videlicet Euerghemienſe & Lucichriſti, ædificiis Palatium Archiepiſcopale, & caſtrum Cametaceſij, aliiſque plus ſtructuris, pro Archiepiſcopatus commodo factis, plus quàm centum & quinquaginta millia florenorum impendit. Cameraci munificè domui pauperum puellatum à ſe conditæ prouidit, eiſdem annuos redditus quindecim millium florenotum & amplius attribuens, ſcholas pauperum puerorum Cameracenſium prouentibus etiam donauit, Collegio Soc. Ieſu in vrbe reliquit, vnde templum ibi conſtrueretur; fecit Xenodochiis aliiſque domibus religioſis inſignes donationes, aliquot item Capellanias Aſpticollæ in diœceſi Gandauenſi & alibi fundauit, aliáque pia monumenta liberali largitione reliquit. Cum igitur omnium Antiſtitum Belgij de Eccleſiâ ſuâ optimè meritus Pontifex, ſeniot foret, rebus
1644. humanis eximitur Montibus 1644. poſt emiſſam orthodoxæ fidei profeſſionem; elatum corpus ad Eccleſiam Collegij Soc. Ieſu, & ab Ghiſleniano Abbate in ſacello S. Ignatij iuxta monumentum piæ memoriæ Antonij de Vuinghe Abbatis Letienſis, qui Atchiepiſcopo fuerat amiciſſimus, ſicut iuſſerat, tumulo conditum eſt, vt qui in vitâ ſuâ ſe dilexerant, non diſiungerentur in morte. Eiuſdem Archiepiſcopi ſarcophago plumbeo hoc inſculptum elogium:

HIC IACET

ILLVSTRISSIMVS *ac Reuerendiſſ. Dominus* FRANCISCVS VANDERBVRCH, *Archiepiſcopus* CAMERACENSIS, *per annos circiter viginti-octo, & antea Gandauenſis Epiſcopus per annos prope quatuor, vir indefeſſi laboris, & eximia ſanctitatis. Obiit* XXIII. *Maij* M.
1644. DC. XLIV. *poſtridie Sanctiſſima Trinitatis, ætatis anno ſeptuageſimo ſeptimo.*

A *Indefeſſus Dux atque Pontifex craſtinâ die Trinitatis obiit,*

FRANCISCVS VANDERBVRCH *Archiepiſcopus heu? vitâ defunctus eſt.*

Vixit Dux & Epiſcopus optimus.

Vixit annos 76. menſes 9. dies 28. horas 10.

83. IOSEPHVS DE BERGAIGNE Antwerpiæ honeſto loco natus, inter Diui Franciſci ſodales ſtrictioris Obſeruantiæ primùm à pucro educatus, in Hiſpaniâ literis felici ſucceſſu operam dedit; quibus optimè inſtitutus, Philoſophiæ & ſacræ Theologiæ Magiſterio ornatus, in Academiis Moguntinâ & Colonienſi publicè per plures annos docuit; Eorum quoque Monaſteriotum Ordinis ſui præfecturam geſſit. Mox verò regionis ad Rhenum Prouincialis 1616. & in Capitulo Salamanticæ in Hiſpaniâ Definitor, & Commiſſarius generalis in Germaniâ & Flandriâ omnium ſuffragiis eligitur 1618. nec in eâ modò functione, ſed in maximis negotiis & legationibus, quas ſubinde Imperator, Rex Hiſpaniæ, aliique Principes ei crediderunt, eximiæ eius virtutes emicuêre. His enim ille muneribus cum abundè claruiſſet, Epiſcopatum Siluaducenſem 1637. mox etiam Archiepiſcopatum Cametacenſem obtinuit 1645. poſtulatus à Capitulo Metropolitano die 1645.
24. Februarij, poſſeſſionem accepit per procuratorem 27. Iulij 1646. ſed 1646.
nondum ciuitatem ſuam ingreſſus an. M. DC. XLV. delectus eſt à Rege Philippo IV. cui à ſanctioribus erat Conſiliis, cum aliis Coronæ Hiſpanicæ Plenipotentiariis (vt vocabant) ſcilicet Gaſpardo de Bracamonte & de Guſman Comite de Pennarandâ, Didaco Saauedrâ Faxardo Ordinis S. Iacobi Equite, Antonio Brun Parlamenti Dolani generali Procuratore, & Lopez Zapatâ Comite de Vualthet; qui in Monaſterienſi Vueſtphalorum Germaniæ ſolemni conuentu habito intet Francos, Hiſpanos, Germanos, alióſque ex omni Europâ Principum delegatos, de pacis generalis conditionibus diſceptarent, quæ poſt multas demùm altercationes, ſummo Germaniæ bono concluſa die XXIV. Maij anno M. DC. XLVIII. octoginta quatuot articulis conſcripta, & publicata fuit. Hic verò bienni) ſpatio aſſiduè & feliciſſimè verſatus Ioſephus, ſex menſium ægritudine debilitatus,

BERGAIGNA. Ecartelé au 1. & 4. dor, a 3. Lyonceaux d'azur, armez & lampaſſez de gueulles, 2 1 qui eſt CAMBRAY. Au 2 & 3. d'azur a la bande d'or, chargée d'vne cottice de gueulles à trois roſes d'argẽt. Au chef de L'EMPIRE, qui eſt d'or à l'Aigle de ſable, becqué & membré de gueulles, chargé en cœur d'vn lambel de meſme de 3. pieces.

teſtamenti curatore nominato Petro Venis Luxemburgenſi Præſide, Mo-
1647. naſterij anno tandem 1647. Octob. 24 mortem obiit, die ſequenti tumulo conditus eſt; Funebre autem Epicedium quo huius Archiepiſcopi laudes apprimè celebrantur, hîc libuit apponere:

Plange Viator

Quiſquis es, iacturam noſtram & tuam; plange Orbis Chriſtiani detrimentum. Reuerendiſſimus Pater, Illuſtriſſ. Princeps, Excellentiſſ. Dominus IOSEPHVS A BERGANIA, origine Italus, natione Belga, ciuitate Antuerpienſis, famâ ſuper æthera notus: profeſſione Minorita, ſtudio Theologus, exercitatione Politicus: Quem in Ordine Seraphico pietas aluit, in ſacris literis Hiſpania excoluit, in rebus maximis agendis vſus conſummauit: inter primos ſui Ordinis Patres Religioſiſſimus, inter præclaros ſui æui Antiſtites eruditiſſimus, inter primarios ſui Regis Miniſtros ſapientiſſimus. Poſteaquam ſub humili adhuc Fratris Minoris habitu magnis iam negotiis adhibitus, varias apud Imperatorem, apud Regem & Principes, pro Imperatore, pro Rege, pro Domo Auſtriacâ legationes obiit; Feliciſſimis Auguſtiſſimæ Domus ſucceſſibus, & in eis bene ominata Ferdinandi III. Rom. Regis electioni feliciter allaborans; Magnatibus notus, Principibus charus, ab omnibus magni habitus: Ex Commiſſario Generali Ordinis ſancti Franciſci factus EPISCOPVS BVSCODVCENSIS, retentâ huius Epiſcopatus adminiſtratione creatus ARCHIEPISCOPVS ET DVX CAMERACENSIS: Demum hâc ampliſſimæ dignitatis acceſſione auctus, ad ſpectatiſſimum toto Orbe theatrum, ad clariſſimum lectiſſimorum virorum Conuentum, ad celeberrimum omnibus retrò ſæculis Pacis Vniuerſalis Tractatum, cum Regiæ Poteſtatis plenitudine Monaſterium Legatus mittitur. S. R. Imperij Princeps, ad componendos Imperij Principes & Reges; Cameraceſij Comes, ad ſanciendum cum Batauâ & fœderatis Prouinciis Regium fœdus deſtinatur. Quo in negotio quid egerit, quantùm profecerit, quam vtilis rebus geſtis fuerit, quàm neceſſarius gerendis, quanta viri eloquentia in magnis argumentis, quanta in difficillimis prudentia, in deſperatis fortitudo enituerit, teſtes perſonant Monaſterium & Oſnabruga; gratus agnoſcit vterque Belga; inuidus fatetur hoſtis. Sic erat IOSEPHVS ad magna natus, ad magna euectus, ad maiora, ſi vixiſſet, prouehendus: homo longiore vitâ digniſſimus. Sed proh dolor! quam caducæ ſunt res mortalium! dum in maximarum difficultatum pelago afflantibus auris ad portum feliciter properat, dum Pacem Batauo Hiſpanicam iam iam ſignandam premit; dum Franciscam non minore ſtudio & exitu promouere ſatagit; dum Eccleſiam ſuam Cameracenſem luſtrare anhelat: Pace nondum confectâ, rebus adhuc incompoſitis, Eccleſiâ minimè ſalutatâ; magnis tamen pro Pace, pro Eccleſia, pro Rep. Chriſtianâ, pro Regis obſequio, pro quiete publicâ exantlatis laboribus: Profectione Hiſpanicâ nouies confectâ, Germaniâ ſæpius peragratâ, magnis vbique rebus adminiſtratis, cælo iam maturus, mundo adhuc neceſſarius; immaturâ morte correptus, relicto apud omnes ſui deſiderio; inter medios belli tumultus in loco Pacis, inter maximos corporis cruciatus in ſummâ quiete animi, Monaſterij Weſtphalorum ix. Kal. Nouemb. Anno ſal. M. DC. XLVII. placidè obdormiuit in Domino, Annos natus LIX. Menſes V. Dies XXIV. ibidem ſepeliendus apud Patres S. Franciſci, vt quibus ſpiritu adhæſerat viuus, corpore conquieſcat mortuus. 1647.

Ecclesia Cameracensis

Optimo Paſtore orbata, ſpe maximâ ereptâ,
Nouâ viduitate afflicta, nouis curis agitata,
De ſucceſſore anxia, de libertate ſollicita,
Præſuli meritiſſimo iuſta perſoluens,
Monumentum mœrens poſuit.
Luge viator, ſi pacem amas, & precare,
Vt homo pacis requieſcat in pace.

84. Gaspar Nemius, patriâ Brabantinus ciuitate Syluaducenſis, ex celebri ſacræ Theologiæ Profeſſore in Academiâ Duacenſi, & ſeminarij Regalis ibidem Præſide per annos viginti, fit Epiſcopus Antwerpienſis Maij 23. 1634. Conſecratus in æde ſuâ Cathedrali die 22. Iulij feſto B. Mariæ Magdalenæ 1635. à Iacobo Boonen Archiepiſcopo Mechlinienſi Metropolitano, Antonio Trieſt Gandauenſi, & Michaele Ophouio Buſcoducenſi, eiuſdem prouinciæ aſſiſtentibus Epiſcopis. Hanc Eccleſiam rexit ſpatio annorum xvii. Inde à Capitulo Metropolitano eligitur Archiepiſcopus 1649. 24. Aug. Confirmatur ab Innocentio x. Papâ an. 1651. v. Cal. Dec. & Pallio donatus 22. Ianu. poſſeſſionem adipiſcitur per procuratorem 19. Martij 1652. Sub eo admitti poſtulant 1649. 1652.

Nemius. Party, au 1. d'or, au Lyó contourné de ſable, couronné, armé, & lampaſſé de gueulles. Au 2. coupé, au 1. de gueulles, à deux chaiſes a l'antique d'argêt miſes en faſce. Au 2. d'argent a l'eſtoille de gueulles de huict raiz.

Cameraci Carmelitæ diſcalceati, ſummiſque omnium votis propediem exſpectatur in Eccleſiâ & ciuitate Cameracenſi, ad quam nondum perſonaliter acceſſit.

PRÆPOSITI CAMERACENSES.

SERIEM Præpoſitorum & Decanorum Cameracenſis Eccleſiæ, quantum ex antiquis tabulariis deſumi colligique potuit, nobis hoc ordine ſuppeditarunt, Adrianus de la Hamaide Capituli Præpoſitus, & F. Patroiche eiuſdem ædis Metropolitanæ Canonicus.

980. *Godelinus* ſub an. Dom. 980. familiaris fuit Rothardo II. Cameracenſi Epiſcopo, qui ſublatus eſt an. 994. ſuper cuius defuncti tumulum, idem Godelinus ædificauit Oratorium Apoſtolorum Simonis & Iudæ, Sanctique Seuerini, de quo Baldericus in Chronico. Quis autem ei ſucceſſerit in Præpoſituræ dignitate non eſt compertum.

Beatus Lietbertus Gerardo I. Cameracenſi Præſuli chariſſimus, ab ipſo propter inſignes dotes primùm Scholaſticus, exinde Archidiaconus, tandem Præpoſitus & Conſiliarius, ac in agendis rebus Coadiutor & Vicarius conſtitutus eſt, cui Gerardo poſtea ſucceſſit in Epiſcopatu: ſubſcribit Præ-
1046. poſitus 1046. chartæ dotationis Abbatiæ S. Andreæ.

Gerardus munere Archidiaconi eum
1064. præpoſiturâ functus, teſtis 1064. in fundatione Monaſterij S. Sepulchri, & eodem anno ſignauit immunitatem Einhamenſis cœnobij à Lietberto Epiſcopo conceſſam in Synodo Indict. II.

Vuiboldus floruit ſub B. Lietberto, cui aſſiſtens dum ab Hugone Oziacenſi armatâ manu impetitur, ab eodem Hugone cum aliis Antiſtitis fa-
1070. miliaribus immaniter trucidatur 1070. Epiſcopus verò captiuus abducitur; de quo Balderici Chronicon.

Guido memoratur in alterâ dotatio-
1079. ne Abbatiæ S. Sepulchri 1079. indict. II. & 1086. in veteri originali conſecrationis baſilicæ S. Mariæ maioris in vrbe Valentianenſi.

Marſcelinus teſtis in chartâ Gerardi Epiſcopi, quâ firmat allodia ab ipſo donata Eccleſiæ Cameracenſi 1089. 1089.

Erleboldus 1101. adfuit Cameraci in Synodo 1112. 3. Id. Martij ex ſchedâ 1112.
Odonis Præſulis pro Vuenemaro Gandenſi Caſtellano; recenſeturque in aliis tabulis 1120. & 1124.

Nicolaus I. an. 1135. legitur ſubſcri- 1135.
ptus in membranâ tranſlationis Canonicorum Antuerpienſium ad baſilicam S. Mariæ.

Theodoritus I. reperitur vixiſſe anno
1149. tempore Præſulatus Nicolai, ex 1149.
Cathedralis archiuis.

Theodoricus de Nigellâ II. 1178. qui 1178.
fuit Præpoſitus & Archidiaconus.

Ioannes I. an. 1188. ſub Pontificatu 1188.
Rogerij Epiſcopi.

Nicolaus de Rues II. Archidiaconus & Præpoſitus, teſtis in dotatione Balduini Comitis Hannoniæ factâ in ba- 1195.
ſilicâ Montenſi B. Valdetrudis 1195.

Michael 1211. receptus in feſto S. 1211.
Clementis 23. Nouembris.

Rogerus anno 1220. menſe Februa- 1220.
rio.

Petrus de Viry I. eodem anno 1220. 1220.
menſe Aprili abſens electus eſt. Nominatur 1223. menſe Aug. in ſchedâ 1223.
regiſtri Cameracenſis, pro ordinatione duarum Capellaniarum, quæ olim à Ioanne de Bethuniâ Epiſcopo inſtitutæ fuerant.

Ioannes de Ruminiaco II. præfuit. an. 1266.
1266.

Arnulfus de Mauritaniâ viuebat an. 1297.
1297.

Ioannes de Inſulâ III. an. 1303. 1303.

Ioannes de Dieſt IV. dicitur ab ali- DIST.
quibus Epiſcopus Cameracen. ſed malè. Fuit enim ſolùm Præpoſitus 1320. 1320.
Paulò poſt videlicet 1323. eligitur Epiſcopus Vltraiectenſis & obiit 1340. Aſſeritur Toparcha Dieſtenſis oppidi defuncto fratre Gerardo, & Burgrauius ſiue Caſtellanus Antuerpienſis.

Garcherus aſſumptus an. 1325. die 2. 1325.
Maij.

1332. *Ioannes de Florentiâ* v. ſedit anno 1332.

Roye. *Ioannes de Roye* vi. ex illuſtri gente an. 1340. & 1347.

Coucy. *Robertus de Coucy* i. ex nobili familiâ de Couciaco 1352. Iacet in Capel-
1352. lâ ſanctiſſimæ Trinitatis ſub tumulo perhonorifico.

Vuerchin. D'azur ſemé de billettes d'argent, au Lyon de meſme, lampaſſé & armé de gueulles. *Ioannes de Vuerchin* vii. Fuit & Euſtachius de Werchino Præpoſitus & Canonicus, ſed quo tempore vterque vixerit, ignoratur. Iacet hic Euſtachius in ambitu Chori ſub tumulo prominente, vbi eius effigies & inſignia viſuntur cum inſcriptione nominis & dignitatis, ſed abſque aliquâ temporis adnotatione.

Aisne. *Petrus d'Aiſne* ii. 1364. obiit 1398.

Vualterus de Bellouiſu receptus Calen.
1398. Octobris 1398. prouiſus per Benedictum Antipapam xiii. Migrauit è vitâ 1401.

Nicolaus Falorderius iii. Iuris licen-
1407. tiatus 1401. Obiit 11. Aprilis 1407. Fundauit duplex Officium S. Annæ 26. Iulij in Eccleſiâ B. Mariæ Cameracenſis, & in ſacello eiuſdem S. Annæ ante altare ſepulturam habet.

Radulphus Presbyteri, nominatus 26.
1408. Februarij 1408. cui electioni renuntiauit 4. Martij eiuſdem an.

Anſelmus Lauonis de Scluſis, electus 6.
1408. Martij 1408. perſonale iuramentum præſtitit 10. Septembris.

Balduinus de Frigidomonte, qui prætereà fuit Præpoſitus Montenſis, & Hannoniæ Theſaurarius; morabatur in ſeruitio Comitis Hollandiæ & Hannoniæ. Poſtmodum Præpoſituram Cameracenſem reſignauit ſequenti.

Cornelius Proper, receptus 14. Augu-
1421. ſti 1421. per reſignationem Balduini causâ permutationis coram Capitulo factæ, perſonaliter iniit poſſeſſionem 3. Octob. 1421. Mortuus 23. Nouemb. 1455.

Poitiers. *Adrianus de Pictauia* i. Præpoſituram
1456. adeptus 3. Februarij 1456.

Nicaſius Vualler ſucceſſit menſe Iulio
1456. 1456. vigore Bullarum Apoſtolicarum per obitum Cornelij Proper.

Robertus d'Oſteret ii. per reſignationem Adriani de Poictiers Romæ fa-

A ctam excipitur 23. Iunij 1494. Deceſ- 1494.
ſit 16. Iunij 1498.

Philippus de Brimeu ſuffragiis capituli nominatur 17. Iunij 1498. Obiit 24. Septemb. 1504. Brimeu. D'argent à 3. aigles de gueulles, becquées & membrées d'azur.

Guilelmus de Proiſy, per obitum Philippi in eius locum deligitur 24. Sept. 1504. & 7. Octobris recipitur, die 28. Iunij 1505. fato ſuo fungitur.

Philibertus Naturelli electus vltimâ Iu-
nij 1505. 27. Sept. poſſeſſionem apprehendit. 1505.

B *Carolus Montchevalier* receptus 26. Montchevalier.
Octob. 1505. tam per mortem Philippi de Brimeu, quàm Guilelmi de Proiſy virtute prouiſionis Papæ per duas Bullas. Idem Carolus docuit 10. Martij
1507. de Executorialibus pro ſe con- 1507.
tra Philibertum Naturelli ſuper eadem Præbendâ obtentis.

Bonus Montchevalier, nobili in Cameraceſio ſtirpe, cuius mater Iaquelina de Varluzel, Præpoſituræ officium obti-
nuit 1511. Nouembr. 3. Carolo eius 1511.
conſanguineo in Romanâ Curiâ defuncto, prouiſus autem à Iulio 2. Papâ. Fuit & Archidiaconus Catalaunenſis,
C Canonicus Ambianenſis, Decanus S. Quintini Viromanduenſis 1513. Ponti-
ficis cubicularius & Secretarius; natu- 1516.
ræ debitum ſoluit 15. Octob. 1516.

Ioannes Huberti de Loemel vii. electus 15. Octobris 1516.

Ioannes de Beka viii. inductus in poſſeſſionem 12. Nouembris 1516. ex pa-
cto reſeruatiuæ primæ vacaturæ di- 1520.
gnitatis per obitum Boni Maucheualier. Sedebat adhuc 21. Maij 1520.

Ioannes Voorſtius ix. ſucceſſit 18. Iu-
nij 1529. per reſignationem Petri Voor-
ſtij eius fratris, qui huiuſmodi Præ- 1529.
D poſituram Ioanne de Bekâ in Romanâ Curiâ defuncto obtinebat poſſeſſione non habitâ, vigore facultatis reſi-
gnandi. Obiit Traiecti 8. Nouemb. 1546.
1546.

Euſtachius de Croy, 13 Nouemb. 1546. Croy. Comme cy deſſus.
diſtulit capere poſſeſſionem in diem 21. Ianuarij anni ſequentis.

Ioannes Fraſſens x. receptus fuit 4.
Sept. 1555. cedente Euſtachio in mani- 1555.
bus Papæ, quo mortuo menſe Ianuario 1555. Capitulum elegit Gulielmum Caix die 13. eiuſdem menſis.

Robertus de Forny III. reſignatione A
1562. Ioannis Voerthuſij 17. Auguſti 1562.

Hugo Griſonius Anglus recipitur die
1588. 21. Iunij 1588.

Petrus Lombardus III. Hibernus, die
1600. 4. Decembris 1600. per obitum Griſonij. Fuit poſtmodum Archiepiſcopus Armacanus.

Robertus de la Hamaide IV. ex nobili familiâ Hamadienſi, deſignatur à Ca-
1603. nonicis die 15. Ianuarij 1603. proviſione Clementis Papæ VIII. per reſignationem Lombardi. Obiit vir prudens, & optimè meritus de Eccleſiâ & vrbe B
1636. Cameracenſi 27. Sept. 1636.

HAMAIDI — *Adrianus de la Hamaide* II. Roberti patrui reſignatione à die Auguſti 17.
1635. 1635. Præpoſituræ dignitatem tenet.

DECANI CAMERACENSES.

1046. Franco, cuius memoria occurrit an. 1046. indict. XIV. in tabulâ dotationis Abbatiæ S. Andreæ.

Thiedo ſubſcribit fundationi Colle- C
1047. gij Bruxellenſis Canonicorum 1047. Indict. XV. Gerardo Epiſcopo.

1070. *Thietboldus* 1070. nominatur in conceſſione priuilegiorum Collegij Lenſenſis.

1079. *Hugo* I. in chartis an. 1079. 1086.
1089. & 1089. mentio illius extat; vixitque tempore Rogerij de Wautin Epiſcopi Cameracenſis; Poſtmodum monachis Aquicinctenſibus aſcriptus, vitam duxit auſteram, neglectâ ſæculi pompâ. Conſtruxit hic clauſtrum & porticum Cathedralis Eccleſiæ B. Mariæ Cameracenſis, ac parochialem S. Gengulphi; item in Aquicinctino cœnobio, priuſquam eſſet religioſus clauſtrum, porticum, eleemoſynariam, Capellamque B. Virginis, & multa alia beneficia fratribus contulit. Tandem migrauit ad Dominum VI. Idus Nouemb. die octauâ Omnium San-
1093. ctorum M. XCIII. de quo Auctuarium MS. chronici Monaſterij Aquicinctenſis. Legitur & alius Hugo de Villâ Cameracenſis Decanus, monachus factus in Abbatiâ de Valcellis. Vide Cantipt. lib. de Apibus.

Adelbero 1101. recenſetur in tabulis 1101.
Abbatiæ Bornhemienſis.

Erlebaldus aſſumptus ad Decanatum ex ſummo Cameracenſis Eccleſiæ Aedituo, in ſcripturæ ſcientiâ copioſus, qui multos circumquáque faciebat ad populum ſermones, apud Guibertum Abbatem de Nouigento; is fortè eſt qui teſtis an. 1112. in chartâ Epiſco- 1112.
pi Odonis pro Abbatiâ Bornhemienſi.

Odardus 1122. legitur in inſtrumen- 1122.
to beneficij Burchardi Epiſcopi Cameracenſis pro Canonicis Aquiſgranenſibus.

Hug II. teſtis in diplomate liber- 1133.
tatum Eccleſiæ Tungerloenſis 1133.

Gerardus ſiue Gildardus 1135. & 1139.
1139.

R.... cuius nomen inſcribitur membranæ vetuſti regiſtri Cameracenſis 1224.
Eccleſiæ 1223. & 1224.

Vulbandus de Sartis 1298. ante fuerat Bruxellenſis Archidiaconus.

Ioannes de Brueriis I.

Arnulphus de Antonio.

Ioannes de Gonguelin II.

Guilelmus de Crequy 1324. in veteri 1324.
chartulario dicitur pro Philippo Rege Francorum, cum aliis Equitibus Banneretis arma ſumpſiſſe apud Ca- 1340.
meracum 1340.

Franciſcus de Monteflaſcone I. prius Scholaſticus 1329. obiit 23. Aprilis 1354. 1354.
ſepultus in ſacello Apoſtolorum Petri & Pauli.

Stephanus de Maloleone antea Decanus S. Gaugerici 1357. inde Camera- 1364.
cenſis 1364.

Hugo III. Cardinalis Britanniæ pro- D
motus ad Decanatum & præbendam 1377.
huius Eccleſiæ 1377.

Armandus Ianſſerandi poſſeſſionem adiit 6. Maij 1383. reſignatione Hugo- 1383.
nis.

Robertus de Loriaco 12. Maij 1384. cau- 1384.
ſâ permutationis cum Armando, pro Præbendâ & Archidiaconatu Eccleſiæ Meldenſis, & Carnotenſi Canonicatu.

Iacobus de Manſoguichardo Auditor Rotæ, præſtitit perſonale iuramentum 24. Aprilis 1409. & exceptus an. 1407. 1409.
per obitum Rob. de Loriaco.

CARLIER. *Aegidius le Carlier* I. Theologiæ Doctor ac Profeſſor Facultatis Pariſienſis
1431. ex Collegio Nauarræo; receptus 1431. Octob. XII. mortuo Iacobo, cum creatione in Canonicum bullâ Eugenij Papæ 4. Fidem iurauit Capitulo 4.
1436. Maij 1436. Interfuitque Concilio Baſileenſi; & in eo habuit orationem de corrigendis peccatis publicis contra Bohemos, quæ extat in Tomo 4. Concil. gener. cum notis Seuerini Binij Coloniæ editorum. Fundauit in Eccleſiâ Cameracenſi Duplex officium S. Ægidij Abbatis; & exceſſit è viuis 23. Nouemb. 1472.

NETTELET. *Aegidius Nettelet* II. Doctor Theologus Pariſienſis, electus 25. Nouemb.
1472. 1472. per obitum Carlerij. Vir fuit in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & ſæcularis litteraturæ non ignarus: edidit enim præclara quædam volumina apud Trithemium lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Eius elogium ſepulchrale legitur marmori inſcriptum ſub turri eccleſiæ.

Michael de Panie renuntiatur Decanus 2 Octobris 1506 defuncto Ægi-
1506. dio, mortuus 17. Maij 1517.

1517. * *Philippus Maioris* 1517. 18. Maij, Mariæ Hungariæ & Bohemiæ* Reginæ Belgij Præfectæ à conſiliis, Confeſſionibus & Eleemoſynis; triplici legatione functus eſt ad Carolum V. Imp. ad Galliæ & Angliæ Reges Franciſcum I. & Henricum VIII. Collegium Cameraci fundauit, multáque alia reliquit pietatis egregiæ monumenta.
1555. Diem clauſit extremum Bruxellæ 22. Februarii 1555.

Gaugericus Balicque Doctor Theologus Pariſienſis ex Collegio Nauarræ. Suffectus 1555. die 28. Feb. poſſeſſionem accepit 4. Martij eodem anno.
1563. Deceſſit poſtridie Aſſumptionis B. Mariæ Virginis 1563.

Antonius de Nobeſcourt nominatur à Collegio Canonicorum 17. Auguſti
1566. 1563 ſublatus è viuis 19. Octob. 1566. Fundauit Duplicia Officia S Genouefæ Virginis 10. Ianuarij. B. Claudij Epiſcopi 6. Iunij, & S Ludouici Regis Franciæ 25 Auguſti.

Henricus de la Hamaide receptus 25.
1566. Octobris 1566. per obitum Antonij.

Matthaus Ruckebuſch aſſumptus 21. Octob. 1573. mortuo Henrico. Fuit vir inſignis, propter ſingulares dotes nominatus Epiſcopus Gandenſis. 1573.

Franciſcus Buiſſeret II. 29. Aprilis 1586. Poſtea Archiepiſcopus Cameracenſis. 1586.

Nicolaus Goubille ex Archidiacono Brabantiæ Decanus per ceſſionem Franciſci Buiſſeret ad Epiſcopatum Namurcenſem promoti, accepitque poſſeſſionem 23. Ianuarij 1602 interiit 1602.
18. Aprilis 1628.

Franciſcus de Carondelet III. ex Archidiacono Brabantiæ receptus 12. CARONDELET.
Maij 1628. Fuit ab Eliſabethâ Belgij 1628.
Gubernatrice, poſt acceptam Bruxellis Mariam Medicæam Regis Chriſtianiſſimi matrem legatus extra ordinem deſtinatus ad Regem Lud. XIII. Fato functus eſt Antuerpiæ 29. Octob. 1635.

Ladiſlaus Ionnart electus 3. Decembris 1635. nominatúſque an. 1652. ad Epiſcopatum Attrebatenſem à Philippo 4. Rege Hiſpaniæ. IONNART. 1635.

COLONIENSES ARCHIEPISCOPI PRINCIPES, ELECTORES IMPERII.

COLONIA Agrippina ad citeriorem ripam Rheni ſita, in ſolo Gallico, Germaniæ ſecundæ, ſiue inferioris Metropolis, Vbiorum antiquitus ſedes fuit; qui cum Sueuorum incurſionibus grauiſſimè exagitarentur, poſt vrbem ibidem quam Tacitus oppidum Vbiorum appellat, extructam à Marco Agrippâ Germanici patre, & auo Agrippinæ in fidem accepta fuit. Ex veteribus monumentis, Coloniæ Auguſtæ nomen ſortita eſt, propter Auguſtos in eâ natos & creatos; Agrippinæ autem ob Iuliam Agrippinam Germanici filiam, & Imperat. Claudij coniugem, quæ in hac vrbe lucem primùm aſpexit. Ab initio ſuæ ſtructuræ eam, Romanæ vrbis & Imperij fuiſſe coloniam, quæ eodem iure, iiſdem moribus vteretur, eadem formâ regiminis gubernaretur, teſti-

Cologne ſur le Rhin. D'argent à la Croix de ſable.

teſtimonio Pauli lib. 10. de Cenſibus probatur, & rectè; inſtar enim Romæ Colonia ſuos ſemper habuit Conſules, Proconſules, Quæſtores, Cenſores & Tribunos. Ea verò olim fuit ſub diſpoſitione Præfecti Prætorio Galliarum; dicta ciuitas Agrippinenſium, in Notitiâ Prouinciarum Galliæ, à quâ Coloniâ differre Prætorium Agrippinæ docet vir eruditiſſ. Marcus Vellerus in explicatione Itinerarij Peutingeri. De hac ciuitate, varia Ptolemæus lib. 2. cap. 9. Plinius l. IV. cap. 17. Ammianus lib. 15. & 16. Zoſimus lib. 1. Tacitus lib. de moribus Germanorum, 1. & 4. Hiſtoriæ, ac 12. Annal. vbi de nomine Coloniæ loquitur, quæ in antiquâ Inſcriptione vocatur Col. Claud. Aug. Agrippinenſium, & in Numo Vitellij Col. Agrippina Vbiorum Legio XIX Hanc Metropolim obtinuiſſe Primatum, ſignificat Rupertus lib. 1. de Officiis diuinis cap. VII. vnde appellatur Metropolis, & mater Eccleſiarum fidelis populi; Principatum auctoritatis ſuæ hinc longè in Gallias vſque ad Oceanum extendens, in vitâ S Brunonis; Vrbs copioſa & ampliſſimi nominis Ammiano, ciuitas frequentiſſima & poſt Moguntiam princeps Galliarum vrbium, Sigeberto; nobilem Galliæ Coloniam vocat Victor in Trajano; Aeneas quoque Siluius epiſt. ad Meyerum Cancellarium Moguntinum tale prodidit de eâ encomium: *Quid Colonia, quæ de coniuge Claudij, matre Neronis Agrippina dicta eſt, & trium Magorum oſſibus illuſtrata? Nihil illâ magnificentius, nihil ornatius totâ Europâ reperias, templis, ædibus inſignis, populo nobilis, opibus clara, plumbo tecta, prætoriis ornata, turribus munita, flumine Rheno & lætis circum aquis laſciuiens.* Initio Idolorum cultrix, ad veram Dei religionem poſtea conuerſa fuit hæc ciuitas, quam Romano Imperio viribus eius ſenſim debilitatis, ademit Childericus Rex Francorum, hincque Agrippinam Galli vocauerunt Coloniam, vt obſeruat auctor perantiquus veterum Francorum ex MS. exemplari Eccleſiæ Cameracenſis. Sigeberti Regis ſenioris ſedem fuiſſe legitur apud Greg. Turon. lib. 2. Hiſtoriæ. Eandem ditioni ſuæ Otto I. Imp. reſtituit; deincépſque potentior, & nobilior effecta, inter vrbes Imperiales Liberas, & Hanſeaticas relata, ſeſſionem & dignitatis primatum ſibi vindicauit. Nam primò ambitu magna, ſplendore & elegantiâ excellens, formâ quemadmodum & vrbis Romæ quadratâ fuit, cuius iam adhuc muri, turres ac foſſæ in pluribus locis videntur. Mœnibus quoque ſemilunaribus ampliata, turribus 83. deſuper ædificatis, poſt ſtupendam operis Diui Petri baſilicam Metropolitanam, decem collegiata, 19. templa parochialia, XV. cœnobia virorum; XXII. Monialium, triginta ſacella, Xenodochia, aliáque plurima loca circumſcribit, iure meritò, vt hæc ciuitas commercio, artibus, Academiâ, ſtudiis & opulentiâ, pleriſque Germaniæ vrbibus anteponenda ſit. Mirum autem videri poteſt, cur à S. Athanaſio Agrippina ponatur in Galliâ ſuperiore epiſt. ad Solitarios, cùm in eâ parte Galliæ ſit, quæ Ptolemæo Geographorum Princ[illegible] Germaniæ inferioris nomine [illegible]eatur; niſi forte doctiſſimus Alexandriæ Patriarcha, non ad Geographorum, ſed Aſtrologorum decreta reſpexerit; qui partem mundi borealem vocant altiorem. Ceterùm Conſtantinus Max. Imperator, Coloniæ pontem lapideum vſui ſempiterno deſtinatum conſtituit. Hunc Bruno Archiepiſcopus Ottonis frater, non ob latrocinia, vt Colonienſe fabulatur chronicon, ſed ne Franci Orientales cum Occidentalib. coniungi poſſent, circa an. D. CCCC. LXII. deiecit; (962.) Nam ob Imperium à Francis ad Saxones tranſlatum, inter Francicam & Saxonicam gentem, bellum exortum eſt, & Bruno cum exercitu ſpolia ingentia iſthinc Coloniam aduexit; ne ergo hanc cladem facilius Galli auxilio Orientalium vlciſcerentur, ipſum pontem euertit.

Eſt autem Archiepiſcopus Colonienſis Princeps Elector Imperii, per Italiam Archicancellarius ac Legatus natus, Dux Weſtphaliæ & Angariæ, pluribúſque oppidis, Præfecturis, & dominiis potitur, Electorum Eccleſiaſticorum Primicerius, cuius baſilica inter Electorales Alemaniæ diuitiis præcellit. Habet quatuor Suffraganeos, vnum cis Rhenum, reliquos vltra in Germaniâ, ſcilicet LEODIENSEM, MONASTERIENSEM, MINDENSEM, ET OSNABRVGENSEM Olim verò huic Archiepiſcopatui ſuberant, Epiſcopus Vltraiectinus,

SVFRAGANS de l'Archeueſché DE COLOGNE. LIEGE. MVNSTER. MINDEN. OSNABRVG.

nunc Metropolitanus, atque Bremenſis Inueniuntur in diœceſi ſequentes Abbatiæ.

S. Pantaleonis, *Ord. Bened. S. Pantaleon de Cologne.*

S. Martini, *in vrbe, S. Martin*, O.B.

Sibergensis, O.B.

Stabvlensis, O.B.

Bravveillerensis, O.B. *Brauuiler.*

Divitensis, O.B.

De Agrippinæ antiquitatibus conſule Stephanum Broelmannum Iuriſconſultum, & Iacobum Middendorpium eiuſdem Vniuerſitatis Theologum in ſuo tractatu de celebrioribus Mundi Academiis, vbi agit de Colonienſi, in quâ Cancellariam gerit Præpoſitus maioris Eccleſiæ: Totam vrbem Georgius Brauuius graphicè deſcripſit. Nouiſſimè verò Hiſtoriam vrbis Coloniæ ac Metropoleos in lucem edidit an. M. DC. XLV. Ægidius Gelenius Theologiæ Licentiatus, S. Andreæ Canonicus, & Hiſtoriographus Archiepiſcopalis, quo in opere multa arcana Hiſtoriæ tam ſacræ, quàm prophanæ vrbis & prouinciæ, aliarúmque rerum depromit. Antiſtites qui huic Cathedræ præfuerunt, ex eodem Gelenio, & Petro Cratepolio in Hiſtoriâ Electorum Eccleſiaſticorum, hoc modo deſcribuntur.

1. Maternvs Beati Petri diſcipulus à Baronio, Mulano, Gelenio & recentioribus, vt & in tabulis Eccleſiæ Colonienſis conſtituitur, ſed idem Baronius in ſuis ad XIV. Septembris obſeruationibus notat manifeſtè conſtare, illum non vixiſſe temporibus Apoſtolorum, ſed potiùs Conſtantini Magni Imp. vt liquet ex actis Conciliorum, in quibus Maternus Synodo Arelatenſi ſubſcribit Epiſcopus de ciuitate Agrippinenſium an. Dom. 314.

314. At duos fuiſſe Maternos, eóſque Colonienſes Præſules exiſtimat; in eam opinionem inductus, vt volunt, à Galeſinio, qui primus dicitur Romano ſuo Martyrologio, Maternum tanquam B. Petri diſcipulum inſeruiſſe, de quo Vſuardus, Ado, Rabanus, & alii ſilent; Adde quod acta S. Gereonis, vnum ſtatuunt Maternum, qui Treuerorum & Agrippinæ ſimul Epiſcopus fuerit. De hâc igitur quæſtione & aliis diuerſarum Galliæ Eccleſiarum originibus, fusè agit erudítiſſimus vir Ioannes de Launoy Theologus Pariſienſis, in diſſertatiune loci de primâ Martyrum Galliæ epochâ vindicati; Geſta Materni retulit etiam Gelenius in pretioſâ hierothecâ Sanctorum Colonienſium Præſulum.

2. Evphratas hæreſis Arrianæ damnatus gradu ſuo exauctoratus eſt, quod Chriſtum Deum negaret, in Synodo Agrippinenſi celebratâ an. 346. IV. Idus Iunias. 346.

3. S. Severinvs relicto Epiſcopatu Colonienſi, ſuffectus eſt Amando in Burdigalenſi Cathedrâ, vbi obiit quemadmodum ſupra diximus; videndus Baron. in Martyrol. 23. Octob. Molanus in Natalibus Belgicis, Miræus in Faſtis.

4. S. Evergislvs Tungrenſis S. Seuerini alumnus Chriſtianam fidem barbaris annuntians, Tungris perimitur 9. Cal. Nouembris, quieſcit Coloniæ.

5. S. Aqvilinvs, ſiue Solinus circa an. Chriſti CCCC. LV. 455.

6. Simonevs recenſetur an. 500. vel circiter in diptychis Eccleſiæ, mortuus pridie Cal. Octobris. 500.

7. Domitianvs ſubſcribit Synodo Aruernenſi 535. & epiſtolæ eiuſdem Concilii ad Theodebertum Regem. Hunc tamen Binius ſcribit Epiſcopum fuiſſe Tungrorum. 535.

8. Charentinvs an. 570. commendat eius charitatem in omnes, vigilantiam, Chriſtianæ diſciplinæ, morúmque probitatem, & in ſacris ædibus inſtaurandis ſtudium, Fortunatus lib. 3. cap. 17. his carminibus, quæ monumenti loco apponere placuit. 570.

Charentine *decus Fidei, Deitatis amice,*
Nomine de proprio, Chare, perennis amor.
Pontificem pollens Agrippina Colonia *præfert*
Frugiferis agris, digne, Colone Dei.
Si videas aliquos quacunq; ex gente creatos,
Quamuis ignotos, mox facis eſſe tuos, &c.
Vocis Apoſtolicæ ſectator dignus haberis,
Quæ charos animo præpoſuit fidei.
Tranquillus, placidus, mitis ſine nube ſerenus,
Cui rabies mundi nil dominare poteſt.

Pectora cunctorum reficis dulcedine verbi,
Lætificas vultu triſtia corda tuo.
Pauperibus cibus es, ſed & eſurientibus eſca,
Ritè pater populi, dando ſalutis opem.
Aurea templa nouas, precioſo fulta decore,
Sermis, vnde Dei fulget honore domus.
Maioris numeri quo templa capacia conſtent,
Alter in excelſo pendulus ordo datur.
Sollicitat pia cura gregis, te, Paſtor optime,
Nil lupus à ſtabulis quo vigilante rapit.
Tempora longæuo teneas felicia tractu,
Et per te Domino multiplicentur oues.

9. Ebregisilvs Brunechildi Reginæ notus, ab eâq; miſſus ad Regẽ Hiſpaniæ, vt clypeum miræ magnitudinis ex auro & gemmis elaboratum deferret, id legitur apud Greg. Turon. lib. 9. cap. 28. qui eundem Antiſtitem ſæpius ad hanc regionem legationis gratiâ acceſſiſſe profitetur. Adfuit autem Ebregiſilus Concilio Pictauienſi
590. habito 590. in baſilicâ S. Hilarij, pro causâ Pictauenſis Monaſterij inter Chrodieldem & Abbatiſſam ab Epiſcopis diſcuſsâ, teſte eodem Gregor. lib. x. cap. 15.

612. 10. Remedivs præfuit an. 612. cuius obitum notat Necrologium Colonienſe xv. Cal. Februarij.

11. S. Cvnibertvs Concilio
630. Remenſi intereſt an. 630. apud Flodoardum lib. II. Hiſt. Remenſis cap. 5. & Fredegarius Scholaſticus in Chronico, quod iubente Principe Childebrando Pipini Regis patruo conſcripſit: *Poſt diſceſſum B. Arnulfi*, inquit, *adhuc conſilio Pipini Maioris Domus &* Hvniberti *Pontificis vrbis Coloniæ vtens Dagobertus Rex, ab ipſo fortiter admonitus, tantâ proſperitate & iuſtitia amore ſibi ſubiectas gentes, vſque dum ad Pariſius peruenit, regebat, vt nullus de Francorum Regibus præcedentibus ſua laude fuiſſet præcellentior.* Huius Præſulis meminerunt quoque geſta Dagoberti à monacho S. Dionyſij anonymo edita, quæ ferunt cum Adalgiſo Duce palatij ad regnum Auſtraſiæ Sigeberti filij Regis gubernandum fuiſſe inſtitutum. Amicum habuit Pipinum Maiorem, póſtque obitum Dagoberti cum aliis primatibus Auſtraſię à Sigeberto Compendium delegatur, vt partirentur theſauros eiuſdem Principis, iubente Nantilde Reginâ & Clodoueo. In vitâ Pipini Ducis Cvnibertvs dicitur ſanctitatis famâ illuſtris, & negotiorum regni adminiſtratione particeps; & in S. Remacli Traiectenſis nominatur fidelis Sigeberti, adeo ipſi & proceribus charus, ac tantæ apud eos exiſtimationis, vt nihil, quod magni eſſet momenti, abſque eius conſilio fieret. Conſecrauit Regis iuſſu Stabulaum monaſterium Malmundarium antiquitus dictum, vbi tunc præerat Remaclus Epiſcopus & Abbas, dicitúrque apud nonnullos Scriptores Dagoberti Cancellarius; legendus item Appendix Greg. Turon. cap. 58. Aimoinus l. 4. cap. 19. Auctor vitæ S. Pipini apud Surium 21. Februar. & Baldricus lib. 1. cap. xiv.

12. Bocaldvs anno 663. 663.

13. Stephanvs gubernacula Eccleſiæ ſuæ tenuit vſque ad 690. moritur pridie Idus Februarij. 690.

14. Adelvinvs vixit an. 691. 691.

15. Giso ſeu Gviso, humatus in baſilicâ S. Seuerini.

16. Anno I. Plectrudi Pipini Maioris Palatij coniugi charus, Pontifex an. 708. inter viuos eſſe deſiit 21. Cal. Decembr. ſepultus in æde Collegiatâ S. Seuerini Colonienſis. 708.

17. Faramvndvs circa an. 711. duobus annis Epiſcopatum rexit. Memoratur à Nicolao Scriptore vitæ S. Lamberti. 711.

18. S. Agilvlfvs, cui Zacharias Papa, aliiſque Epiſcopis Galliæ ac Germaniæ ſcribit epiſtolam ſub an. DCC.XLIV. quâ illos hortatur, vt cum Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino Sedis Apoſtolicæ Vicario, miniſteriis ſuis conſtanter inſiſtant. 744.
Anno inſequenti Metropolitana Sedes Coloniæ Agrippinæ inſtituta fuit ab eodem Pont. Zachariâ cùm eſſet Moguntinæ Eccleſiæ Suffraganea; vt colligitur ex fragmento epiſt. ad eundem Bonifacium. *De ciuitate illâ*, inquit, *quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Coloniâ, iuxta petitionem Francorum, per noſtræ auctoritatis præceptum nomini tuo Metropolim confirmauimus, & tuæ ſanctitati direximus, pro futuris temporibus eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem. Data pridie Kalend. Nouemb. Imperante Auguſto Conſtantino à Deo coronato magno Imperat. anno 27. Imperij eius v. Indict. 14* Agilulfi mentio extat, apud Adonem & Surium in vitâ S.

Bonifacij, Molanum, & Miræum in Faſtis; fertúrque tumulatus in Monaſtrio Malmundarienſi.

746. 19. RAGINFREDVS an. 746.

20. HILDEGARIVS in expeditione Pipini apud Viſurgim fluuium oc-
753. ciſus eſt à Saxonibus an. 753. vt docent Annales Francorum Fuldenſes. Hildebertus verò nominatur apud Gelenium, qui ſcribit iacere in Eccleſiâ B. Gereonis Coloniæ.

772. 21. BERTHOLINVS vixit an. 772. in chronico Colonienſi, defunctus Non. Februarij.

22 RICOLFVS 775. diem extre-
782. mum obiit 782.

23. HILDEBOLDVS ſacri palatij Archicapellanus, vir genere nobilis;
794. in Concilio Francofordienſi 794. dicitur aſſiduus in palatio propter vtilitates Eccleſiaſticas, & conſenſu Synodi ad hoc miniſterium à Rege aſſumptus. Caroli Magni Regis Capellanum poſt Angilramnum, vocat Anaſtaſius Bibliothecarius in vitâ Leonis III. Papæ, ab eóque Principe delegatum cum Aſcherico Comite in Saxoniam aduentanti Pontifici occurriſſe
799. 799. Memoratur in epiſt. Caroli ad Offam Regem Merciorum 797. & apud Eginhartum circa an. DCCC. XI. in breuiario diuiſionis theſaurorum eiuſdem Caroli, quam poſt obitum obſeruari iuſſit. Præfuit autem Concilio Moguntiacenſi Imperatoris iuſſu in clauſtro baſilicæ S. Albani martyris
813. celebrato v. Idus Iunij 813. vbi nuncupatur ſacri palatij Archiepiſcopus; Et in auctore vitæ Ludouici Pij, quem Ademarum plerique exiſtimant, re-
816. fertur 816. obuiam miſſus Stephano IV. Papæ, ab eodem Imp. cùm in Remenſi Eccleſiâ ſacro oleo vnctus eſt. Baſilicæ Bremenſis fundationi in Saxoniâ ſubſcripſit, ac de eo pluribus meminêre magnum Chronicon Belgicum & Hirſaugienſe. Porrò cùm nouum templum Metropolitanum inſtauraſ-
818. ſet, ad meliorem vitam tranſiit 818. III. Non. Septemb. depoſitus in Eccleſiâ S. Gereonis.

24. HADABALDVS Miſſi Dominici legatione functus in Coloniâ cum Ecmundo Comite, Ludouico Pio imperante, Pontificatum adminiſtrauit
819. 819. Recenſetur 823. in Capitularibus Regum Franciæ lib. 2. c. XXV. Conuentui Theodonisvillæ adfuit anno, vt coniectura eſt 821. & Mogun- 828.
tino DCCC. XXVIII.

25. GVNTHARIVS ſacri palatij 851.
ſummus Archicapellanus, eligitur 851. Interfuit Synodo Metenſi 859. & eo-
dem anno Concilio Tullenſi apud Sa- 859.
ponarias; duabus quoque epiſtolis Synodalibus ſubſcribit, primæ ad Venilonem Archiepiſcopum, ſecundæ ad Præſules Britanniæ, qui à Metropolitano Turonenſi deſciuerant. Summus Capellanus Caroli Calui Regis appellatur in duplici Concilio Aquiſ-
granenſi an. 860. pro cauſâ Teutber- 860.
gæ vxoris Lotharij Regis celebrato, vt notat Hincmarus Remenſis Archiepiſc. lib. 7. Synodo Tullenſi II. apud Tuſiacum nomen appoſuit anno 860.
& in Aquiſgranenſi III. 862. permiſ- 862.
ſum eſt Lothario, ſuadente ipſomet GVNTHARIO, vt repudiatâ Teutbergâ aliud coniugium iniret. Rem diſertè indicat Otho Epiſcopus his verbis: *Hic Guntharius ſororem habebat, Lotharius verò Rex Ludouici Imperatoris frater, concubinam Vualdradam; Cùm igitur Lotharius multis modis ex amore Vualdradæ occaſionem repudiandi vxorem Thietbergam quæreret,* GVNTHARIVM *Colonienſem Archiepiſcopum, qui tunc in regno præcipuæ fuit authoritatis ad id quod animo conceperat, pellexit, factâ ſpe falsâ ei, ſi ab vxore liberaretur, ducturum eius ſororem; Guntharius aſcito Treuerorum Archipræſule Theutgaudo, Concilium Metis congregat, vbi vocatam Reginam in medio ſtatuunt, falſiſque productis teſtibus inceſtûs conuincunt. Quamobrem ad voluntatem Regis ſententia diuortij datur, Reginæque pro commiſſo ſcelere, pœnitentia iniungitur. Rex Conuentu Aquis habito damnationem Thietbergæ ſcripto publicat, ſéque continentem eſſe non poſſe, conſilióque Gunthari pratendit omnibus acclamantibus, melius nubere illum, quàm vri. Vualdrada igitur producitur regio cultu decorata, comitatúque famulorum ſtipata, Reginæ nomen ſortitur, ſicque Rex dum ea, quæ mente conceperat, ad effectum perducit, Guntharium quem ſuæ nequitiæ ſocium falſis promiſſionibus fecerat, verſutè decepit.* Hactenus Otho. Quod factum cum reſciuiſſet Nicolaus Papa, Legatos in Franciam direxit, vt apud Metenſem Conuentum inquirerent

de Teutbergæ repudio, quod Lotha-
tius Gvnthariі conſilio factum
fuiſſe confeſſus eſt. Hic igitur Syno-
863. di Legatus miſſus ad Pontificem 863.
cum Treuerenſi Archiepiſcopo Theut-
gaudo Romam proficiſcitur, móxque
hoc eodem anno congregatâ Synodo
in Lateranenſi palatio damnatur Me-
tenſis Conuentus, qui diuortium Lo-
tharij, & eius coniugium cum Vual-
dradâ definierat. Sícque Guntharius
& Theutgaudus, qui in eo aderant,
præcipui Lothariani diuortij aſſerto-
res, pronuntiante ipſo Pontifice ab
Epiſcopatu deiecti ſunt, laïcali tan-
tùm illis conceſsâ communione, vt
docent decreta Concilij Romani, Si-
gebertus, Regino & alij. Poſthæc an.
864. 864. idem Guntharius pœnitentiâ du-
ctus, reconciliationis ſuæ gratiâ Ro-
mam iterum ſe contulit. Sed ab ipſo
Nicolao minimè veniam conſecutus;
nihilominus à ſacris non deſtitit, quod
patet ex epiſt. 37. Nicolai ad Hinc-
marum Remenſem quâ eum monet,
vt eius communionem & Suffraganei
caueant, idémque ſcripſit ad Rodul-
phum biturïcenſem. Poſtmodum ve-
rò Lotharius de eius reſtitutione ad
Pont. Max. ſcripſit, nihilominus ſe
dolere ſignificat de illius excommu-
nicatione, & ægrè ferre, quod is Miſ-
ſatum ſolemnia celebrare, Epiſcopale
chriſma conficere, & Spiritum para-
cletum tradere præſumpſerit. Interim
Gunthario depoſito Agrippinenſis Ec-
cleſia Sacerdote orba fuit, quamuis ex
ms. codice commiſſa dicatur Epiſco-
patus cura Hugoni Abbati. At Ni-
867. colaus Papa circiter an. 867. in epi-
ſtolâ lv. ad Ludouicum Regem Ger-
maniæ, alterum eius loco Antiſtitem
creari iubet, non fauore Valdradæ,
ſed canonicè ab Eccleſiâ eligendum.
ep. 57. precatur, de eo in priſtinum gra-
dum reuocando, vt intercedere deſi-
nat; demum lviii. ad Epiſcopos in
regno Ludouici conſtitutos, repre-
hendit quòd Guntharium & Theut-
gaudum ſuis gradibus reſtitui cupiant,
exponens graphicè totam Hiſtoriam
depoſitionis; Quæ omnia fuſius refe-
runtur tomo iii. Conciliorum Sir-
mondi, apud Anaſtaſium Bibliothe-
carium in vitâ Nicolai Papæ i. Re-
ginonem, Capitularia Caroli Calui,
Annales Francorum Fuldenſes, cete-
róſque Scriptores. Vixit per ſepten-
nium Guntharius à depoſitione, ac

viuendi finem fecit octauo die Iu-
lij.

26. Vvillibertvs Preſbyter, cu-
ius conſecrationis Flodoardus in chro-
nico meminit an. 870. Luitbertus, in- « 870.
quit, Moguntinæ ſedis Archiepiſco- «
pus, cum quibuſdam Suffraganeis ſuis «
profectus Coloniam, Vuillibertum «
Preſbyterum iuſſu Ludouici Regis, «
& totius Cleri & populi electione, «
etiam Karlo nolente, in locum Gun- «
tharij ordinauit Epiſcopum. Fuit ora- «
tor Ludouici Regis in Concilio Pon-
tigonenſi 876. in quo petiit partem 876.
regni Ludouici Imper. filij Lotharij;
quâ de re legendi Annales Franco-
rum Bertiniani. Intereſt Colonienſi
Concilio 887. ac Moguntinenſi 888. 887.
huiúſque mentio habetur in epiſtolis
106. & 283. Ioannis viii. Papæ. Fato
ſuo conceſſit 890. Septembr. xi. ſe- 890.
pultus in Eccleſiâ Sancti Petri Co-
lonienſis antiquâ ab eodem inſtau-
ratâ.

27. Herimannvs i. cogno-
mento Pius, 890. in Concilio Tribu-
rienſi 895. inaugurauit Hilduinum E- 895.
piſcopum anno 921. ex codice S. Ma-
riæ Virdunenſis; memoratur teſtis in
celebri pactione Bonnenſi ad Rhe-
num inter Carolum & Henricum Re-
ges, quæ rectius omnino in chronico
Frodoardi, vt aſſerit Sirmondus in No-
tis ad Capitula Caroli Calui, conjici-
tur in annum 921. quàm 923. vt Sige- 921.
bertus adſcripſit, aut 926. vt indictio
& epocha annorum Caroli demon-
ſtrabunt: diploma autem habetur in
Capitulis hoc modo:

In nomine *Sanctæ & indiuiduæ
Trinitatis, diuinâ propitiante clementiâ,
anno Dominicæ Incarnationis* d. cccc.
xxvi. *anno verò regni domini & glorio-
ſiſſimi regis Francorum Occidentalium Ka-
roli* xxix. *redintegrante* xxiv. *largiore
verò hereditate indeptâ* x. *Indictione* ix.
*anno quoque regni domni & magnificen-
tiſſimi regis Francorum Orientalium Hein-
rici tertio, inter ipſos præfatos Principes vna-
nimitatis pactum, ac ſocietatis amicitia,
quæſita repertáque exordia ſumpſit, prout
viſa ſunt competentia. Conuenerunt enim
ambo illuſtres Reges, ſicut inter ſe diſcur-
rentibus Legatis conuenerant, ii. Nonas
Nouembris, feriâ primâ: Domnus enim
Karolus ſuper Rhenum flumen ad Bonnam
caſtrum, & ſtrenuus Heinricus ex alterâ
parte Rheni. Et eâ tantùm die mutuis ſe
viſibus intuentes ſuper ripas eiuſdem flu-*

minis huc & vltra, vt ſui fierent fideles innoxÿ ſacramento, quo hanc eorum conuentionem fuerant polliciti. Verùm feriâ quartâ, VII. Idus Nouembris, in medio Rheni fluminis ſæpius dicti, Principes in nauibus quiſque ſuis in tertiam aſcenderunt, quæ ancorata in fluminis medio gratiâ eorum colloquÿ fixa erat: ibíque in primo hanc ſibi viciſſim conuenientiam ob ſtatum pacis, iuramento ſanxerunt ita. Ego Karolus diuinâ propitiante clementiâ rex Francorum Occidentalium, amodò ero huic amico meo Regi Orientali Heinrico amicus, ſicut amicus per rectum debet eſſe ſuo amico, ſecundum meum ſcire ac poſſe: eâ verò ratione, ſi ipſe mihi iurauerit ipſum eundémque ſacramentum, & attenderit quæ promiſerit, ſi me Deus adiuuet, & iſtæ ſanctæ reliquiæ. E contra rex Heinricus eandem promiſſionem ſacramento eiſdem proſecutus eſt verbis ſubſequenter, vt huius amicitiæ firmitas inuiolabiliter obſeruaretur. Hæc ſunt nomina Epiſcoporum, qui cum nobilibus ac fidelibus laicis firmitatem, quam præmemorati Reges inter ſe fecerunt, collaudando acceptauerunt, & manibus ſuis ſacramentum firmauerunt nunquam à ſe deſtruendam. Epiſcopi ex parte domni Regis Karoli HERIMANNVS *Archiepiſcopus Agrippinæ, quæ modò eſt* COLONIA *vocitata, Rodgerus Archiepiſcopus Treuironum, Stephanus Præſul Cameracorum, Bouo Epiſcopus Catalaunenſium, Baldricus Traiectenſium Epiſcopus. Hæc nomina Comitum, Matfredus, Erkengerus, Hagano, Boſo, Vualtkerus, Iſaac, Ragenberus, Theodricus, Adalardus, Adelelmus. Epiſcopi ex parte regis inclyti Heinrici, Herigerus Archiepiſcopus Moguntiacorum, Nithardus Epiſcopus Mimmogerneferda, Dodo Epiſcopus Oſnobroggæ, Ricanndo Epiſcopus Vangionum, quæ nunc dicitur Vuarmatia, Hunuardus Epiſcopus Paderbornenſis, Notingus Epiſcopus Conſtantiæ Alemanniæ. Hæc ſunt nomina Comitũ, Enrardus, Chonradus, Herimannus, Godefredus, Otto, Herimannus Hato, Cobbo Magenardus, Fridericus.*

Herimanno autem dicauit librum
de Quadraturâ circuli Franco Scho-
laſticus Leodienſis, & vitam S. Lam-
berti, Srephanus eiuſdem vrbis Epiſ-
copus apud Sigebertum cap. 26. de vi-
ris illuſtribus, & in Chronico an. 905.
925. Tranſiit à ſæculo die Aprilis XI. 925.
humatus in Eccleſiâ S. Petri Colo-
nienſis.

28. VVICFREDVS an. 925. inte-
948. reſt Synodo Engilenheimenſi an. 948.
apud Flodoardum Hiſt. Remenſis lib.
4. cap. 35. & in Chronico eius obitus
ſignatur an. DCCCC. LIII. die Iu- 953.
lij 7.

29. BRVNO I. Sedis Apoſtolicæ SAXB.
Legatus, cognomento Magnus, Hen-
rici I. Imperatoris dicti Aucupis filius,
Othonis I. & Haduidis Saxonicæ Hu-
gonis Capeti Francorum Regis matris,
frater hic fuit: ab eodem Othone Ar-
chidux Lotharingiæ creatus, Archica-
pellani quoque ſacri palatij dignitate
inſignitus, ordinatur Antiſtes Colo-
nienſis 953. VII. Cal. Sept. in Chroni- 953.
co Flodoardi & Hiſt. lib. 4. cap. 33.
Abbas ignotæ Eccleſiæ Synodo Vir-
dunenſi interfuit an. DCCCC. XLVII.
Is ſæcularem potentiam & ius gladij
ſucceſſoribus acquiſiuit, ac præ cæte-
ris Epiſcopatum ampliauit, vt ſcribit
Gelenius, & magnum Chronicon Bel-
gicum inquit: Nouo & inſolito exem-
plo Lotharingiæ Ducatus regimẽ cum
Archiepiſc. in temporalibus admini-
ſtrauit, caſtrum Tuycenſe confregit,
& primus Coloniam à tributo liberam
eſſe fecit, Raginerum Montenſem
Comitem apud Valencenas euocatum
exilio multauit, bonis ad fiſcum pu-
blicatis. Obtinet reliquias S. Patro-
cli ab Anſegiſo Epiſcopo Trecenſi,
apud Surium cap. XIX. ipſius vitæ; plu-
res Eccleſias reſtaurauit, & multa ſe-
cum Româ Sanctorum corpora adue-
xit. Latinas autem Græcáſque linguas
cum optimè calleret, ex ipsâ Græciâ
Magiſtros euocauit, teſte Rotgero vi-
tæ eius facundo Scriptore, qui eum
Archiducem vocitat. Extremum diem
clauſit an. 965. V. Idus Octobr. De 956.
cuius morte ſic Albericus in Chroni-
co. BRVNO Dux & Archiepiſcopus
Franciam pergens ad pacificandos ne-
potes ſuos Lotharium Regem & fi-
lios Hugonis, vbi Compendium ve-
nit, febre correptus, Remis redit, &
quidquid iure mancipij habuit, per
teſtamentum Eccleſiis Sanctorum de-
legans, mortuus eſt, corpúſque eius
à Theodorico Metenſium Epiſcopo
Coloniam refertur; ſuccedit ei Fol-
marus. Tumulo conditur in monaſte-
rio S. Pantaleonis, quod extruxit an-
no Pontificatus quinto, cum Eccleſiâ
S. Andreæ Colonienſis. De eodem
Chronicon Reginonis, Robertus Tui-
tienſis Abbas, Molanus XI. Octob. ad
Vſuardum, & Aub. Miræus cap. 55. ori-
ginum Benedictin. & in faſtis Belgicis,
XVIII. Iulij.

30. Folmarvs ex Archidiaco-
965. no & Præpoſito Bonnenſi; 965. cuius
meminêre Lambertus Schafnabur-
genſis & Regino; poſt ſedem anno-
968. rum quatuor deceſſit Iulij 18. DCCCC.
LXVIII.

31. Gero Othonis Magni nepos,
non Luidulpho, ſed Ditmaro Mar-
chione natus, Idæ quæ Ieroſolymis
968. obiit, filius, Pontificatum obtinet 968.
vt eſt in Chronico Alberici: dicat Ec-
cleſiam Collegiatam S. Andreæ Co-
974. loniæ an. 974 inſtituitque Abbatiam
S. Viti Ord. Benedictini: eius mentio
habetur cap. 4. & 7. vitæ S. Maurini,
apud Surium tomo 7. ad diem x. Iu-
ni. Mortuus an. 976. IV. Kalen. Iulij,
quieſcit in Cathedrali.

976. 32. Varinvs 976. ſolemni ritu
benedixit Eccleſiam S. Pantaleonis
985. 980. vitâ exceſſit 985. Septemb. 21. in
Necrologio Colonienſi, tumulo de-
latus in S Martino, vbi religionem
profeſſus fuerat; quod cœnobium li-
centiâ Sedis Apoſtolicæ collapſum re-
parauit, teſte magno Chronico Belgi-
co.

993. 33. Evergervs ſedebat 993. fa-
to functus 998. pridie Idus Iul. vt ob-
998. ſeruatur in Necrologio Sibergenſi.

34. S. Heribertvs ex Comi-
tibus Rotenbvrgicis ad Tu-
barum ortus, Imperialis Cancellarius
ſub Othone III. & Henrico, vitæ ſan-
ctimoniâ inſignis, ac frater Henrici
Herbipolenſis Epiſcopi, ad hanc Se-
998. dem promotus eſt circa an. 998. Hic,
vt Chronici Belgici Scriptor prodit,
„ in Italiâ exiſtens in Comitatu Ottonis
„ III Imper. acceptâ ab eo annuli &
„ baculi inueſtiturâ, auctoritate ſummi
„ Pontificis ibidem in Archiepiſcopum
„ conſecratur: Iterum eundem Imp. in
„ Italiam ſequitur, quo cum gratiâ plu-
„ rimùm valebat, redux ab eo itinere
„ Monaſterium in honore Virginis Dei-
„ paræ dedicauit, & Imp. vitâ functo in
„ eadem vrbe Româ, corpus ad Eccle-
„ ſiam B Mariæ Aquiſgranenſis honori-
„ ficè tumulauit, dein Abbatiam S. Sal-
„ uatoris & B. Mariæ Tuitienſis Epiſco-
„ palis caſtri fundauit Ad ſuperos tranſit
1021. 1021. 7 Cal. Aprilis in cœnobio Tui-
tienſi, quod ipſe conſtruxerat, & anno
ſuperiori dicauerat, ſepulchro condi-
tus ſub inſigni Mauſoleo; Albericus
„ obitum eius tradit his verbis. An. M.
„ XXI. Henricus Imp. Coloniæ Natale
„ Domini celebrans, Herebertum Ar-
„ chipiſcopum olim à ſe iniurioſè tracta-
„ tum humili ſatisfactione placat, cui
„ reconciliatus Archiep. prędixit, ſe pro-
„ pediem moriturum, & non multò poſt
„ mortuus magnis cepit clarere virtuti-
„ bus. Piligrinus ei in Epiſcopatu ſucce-
„ dit. A Gregorio VII. Pontifice Diuo-
tum numero adſcriptum Gelenius no-
tat; eiúſque vitam literis quoque exa-
rauit Abbas Rupertus, & miracula
conſcripſit Lambertus Leodienſis mo-
nachus. Vide Rupertum Tuitienſem,
Hermannum Contractum, Sigeber-
tum Gemblacenſem, Baronium in An-
nal. an. M. XXI. Miræum cap. LV. 1021.
Originum Bened. & Notas Colueneri
ad chronicon Cameracenſe. At per-
peram eundem Heribertum primum
recenſeri inter Electores Imperij non-
nulli exiſtimant, de quibus Sepremui-
ris agunt Baronius an. 996. Onuphrius
de Comitiis Imperat. Ioannes Paulus
Vindekius in Comment. de Electorum
origine, Bellarminus de tranſlatione
Imperij, & Bernardus de Malinckrot
Decanus Monaſterij Vueſtphalorum,
in tractatu de Officiis ſæcularium Ele-
ctorum, & origine Electoralis Col-
legij.

35. Piligrinvs Aribonis Mo-
guntinenſis Archiepiſcopi conſangui-
neus in vitâ Conradi Salici apud Wip-
ponem; electus refertur M XXI. Cæ- 1021.
ſario lib. 8. capit. 61. & Baldrico in
Cameracenſi Chron. lib. III. c. 30.
Adfuit Comitiis Imperialibus Aquiſ-
grani, & Giſlam vxorem Conradi Sue-
ui benedixit 1024. hoc anno Mathil- 1024.
dis Comitiſſæ Palatinæ exequias cele-
brauit in cœnobio Brauuillarienſi, &
Henrico Imp. diadema imponit 1030. 1030.
Collegium Apoſtolorum à B. Heri-
berto inceptum abſoluit, in quo ſepe-
litur 1036. 8. Cal. Septemb. Legendi 1036.
Hermannus Contractus, Cæſarius
Heiſterbacenſis, Leo Oſtienſis, Chro-
nicon Hirſaugienſe. Sed diffuſè vitam
compoſuit Ægidius Gelenius in Hi-
ſtoriâ Colonienſi.

36. Herimannvs II. Ezonis
Palatini & Mathildis natæ Othonis II.
Imp filius, auctore Hermanno, fra-
ter Ludolphi & Othonis Ducum Sue-
uiæ. Archiepiſcopatum adeptus 1037. 1037.
celebre Collegium S Seuerini Colo-
niæ inſtaurat, 1043. ordinationis ſuæ 1043.

anno VIII. Idem Concilio Moguntino A
1049. intereſt 1049. præſente Leone IX.
Pont. qui Canonicos ſeptem Cardinales Coloniæ inſtituit, vt eſt apud
Vibertum in ipſius Leonis vitâ l.2.c.4.
Ad eum ſcribit Franco Leodienſis Diui Lamberti Scholaſticus volumen de
quadraturâ circuli, teſte Sigeberto &
Aquiſgrani Cæſarem Henricum impe-
1054. riali coronâ donauit 1054. Memoratur
etiam in vitâ S. Annonis lib. I. cap. 3.
1055. Deceſſit 3. Idus Febr. 1055. Indict. 8.
in chronico Hildesheimenſi, iacet
Coloniæ apud S. Petrum.

37. S. ANNO Præpoſitus Goſlarienſis, frater Veſſilonis Archiepiſcopi B
Magdeburgenſis; cuius nepos Cuno
Treuerenſis Præſul, oriundus erat ex
1055. loco de d'Aſſele, creatur Antiſtes 1055.
præclarum eius elogium eſt apud Scriptorem Chronici Belgici vbi inquit:
» *Cunctos Anteceſſores in augmentatione Co-*
» *lonienſis Eccleſiæ prætulit, in morte ſuâ*
» *operatus eſt mirabilia, innumera beneficia*
» *in Epiſcopatum contulit, quinque opulen-*
» *tiſſimas Congregationes nouas Canonico-*
» *rum & monachorum inſtituit, allodium*
» *illud celeberrimum quod Salueld dicitur,*
» *in confinio Turingiæ ſitum Epiſcopio adie-*
» *cit; tandémque in monaſterio Montis Si-* C
» *bergenſis in Domino feliciter obdormiuit,*
» *ibidémque ſepelitur.* Migrauit enim à ſæ-
1075. » culo die IV. Decemb. 1075. Hildesheimenſi Chronico 1077. II. Nonas
eiuſdem menſis. Commendatur in primis tanquam inſtaurator Eccleſiæ Collegiatæ B. Virginis ad gradus, ex chartâ tabularij Colonienſis M. LXV. Conſtitutus & regni Adminiſter, tutórque
Henrici filij Imp. morientis: Burchardum quoque Halberſtadienſem & Berengarium Magdeburgenſem Præſules, ſanguine & religione proximos ei
fuiſſe teſtatur Paulus Bernriedenſis in
vitâ S. Gregorij. Ceterùm Albericus D
memorat conſecraſſe Henricum Leodienſem Epiſcopum, Eccleſiámque
Colonienſem ampliſſimis donationibus, & monaſteriis à ſe fundatis ampliaſſe, inter quæ eminet Sibergenſe.
Huic verò ſcribit Petrus Damianus
lib. 3. epiſt. 6. & Greg. VII. lib. I. ep.
79. legendi Otho Friſingenſis lib. IV.
cap. 30. Lambertus Schafnaburgenſis,
Baronius, Platina in vitâ Alexandri 2.
Pont. Max.

38. HILDOLFVS Eccleſiam rege-
1075. re incepit 1075. cuius obitum Gelenius notat die XIII. Calend. Augu-
ſti 1079. ei ſuffragatur idem Albericus, cum tribus annis ſediſſe teſtatur, 1079.
non ergo defunctus an. M. XXCIV.
vt affirmant Marianus Scotus, & auctor vitæ Sancti Annonis lib. II. cap.
VII.

39. SIGEVINVS ex Decano S.
Petri electus 1079. in vitis Beatorum 1079.
Cuniberti, & Annonis lib. 2. cap. 8.
Animam emiſit 1089. Maij XIV. ex 1089.
chronico Belgico & Hildeshеimenſi.

40. HERMANNVS III. Diues
nuncupatus, Henrico & Gertrude genitus, Richeæ, quæ Lothario nupſit,
frater, ordinatur 1089. Conradum II. 1089.
Imp. Aquiſgrani 1093. aduerſus Henricum patrem rebellantem, coronauit. Fatis functus 2. Cal. Decembr. 1099.
1099.

41. FRIDERICVS DE CARINTHIÆ I. frater Engelberti Carinthiæ CARINTHIA.
Ducis, Ratiſbonenſis Epiſcopi, ſuffectus 1099. apud Dodechinum. Eius 1099.
authoritate corpus S. Viberti fundatoris Gemblacenſis cœnobij eleuatur
an. 1110. Concilium Coloniæ habi- 1110.
tum fuiſſe 1118. à Conone Prænesti- 1118.
no Sedis Apoſtolicæ Legato, refert
Vrſpergenſis in chronico. Vir magnus
fuit is FRIDERICVS, qui cum paruâ militum manu contra Sueuos &
Bauaros in campis Andernacenſibus
inſignem victoriam reportauit. Fundator autem extitit monaſterij Sanctimonialium Inſulæ Rollandi in Rheno, cellæ montis S. Apollinaris apud
Regiomagum, & aliud Veteris Campi
dictum conſecrauit 1122. adductis è 1122.
Morimundo monachis; eodem tempore ordinauit S. Norbertum Preſbyterum, vt fertur in ipſius vitâ cap. 3.
Lotharium iuniorem vnà cum vxore
Richizâ Coloniæ, Imperiali diade- 1125.
mate inſigniuit M. C. XXV. Morte oppreſſus eſt 1131. 8. Cal. Nouemb. tu- 1131.
mulatus Sigebergæ.

42. BRVNO DE ALTENA II. ALTI
Engilberto Comite ortus, ex Metropolitano Colonienſi, & B. Florini
Confluentini Præpoſito, Sanctique
Gereonis Decano, contra Gaudefridum Sanctenſem Præpoſitum ſuffragiis
Canonicorum delectus inauguratur
M. C. XXXII. à Guilelmo Cardinali 1132.
Epiſcopo Præneſtino, adſtante Lothario Imperatore. B. Bernardus ei ſcribit
epiſt. VIII. & IX. quem Sanctum conſuluit

ſuluit pro ſuſcipiendo Epiſcopatu; ex A
1137. hac vitâ ſublatus an. 1137. 4. Cal. Iunij, auctore Friſingenſi lib. 7. cap. xxi.
» *Virum, o*, inquit, *Archiepiſcopus appriuiè*
» *eruditus vir is in Apuliâ decedens ſexto*
» *anno præſulatus, in Eccleſia S. Nicolai*
» *apud Barrum honorificè humatus eſt in die-*
» *bus Pentecoſtes, vbi Imperatorem ſecutus*,
» *fuerat.*

Sponhein. 43. Hvgo de Sponhein Decanus maioris Eccleſiæ 1137. cum Ro-
» mam iter conſecrandus, peregrè intra
» duos menſes vitâ & Sacerdotio fun-
1138. » gitur 1138. in Apuliâ apud Melfam
» quieſcit, ſcribente Alberico, non autem iuxta deceſſorem, ſicuti ait Chro- B
nicon Belgicum.

44. Arnoldvs i. Cancellarius Conradi Sueui Imp. ex B. Andreæ Colonienſis Præpoſito ſubſtitutus Hugoni 1138. Cæſarem in expeditionem
1146. ſacram comitatur 1146. & Aquiſgrani Fridericum i. Imp. vii. Idus Martij m. c. lii. coronauit; quâ de re Guntherus Ligurinus l. vi. nominatur in
1153. diplomate eiuſdem Friderici 1153. pro Cluniacenſibus cum Spirenſi & Vormatienſi Epiſcopis. In Cõcilio Remenſi de ſimonià cum Moguntienſi Archiepiſcopo inſimulatus, deponitur; Romámque profectus, reconciliationem impetrare non valuit; de quo S. Bernardus epiſt. 302. & l. 3. de conſo- C
latione cap. 3. ſepelitur in B. Andreæ fano.

Vveda. 45. Arnoldvs de Vveda ii. Friderici Archicancellarius & Præpoſitus S. Petri ad Pontificatum euectus
1155. mc. lv. Plurima Eccleſiæ ſuæ acquiſiuit dominia, cuius iura egregiè tutatus eſt. Meminit Arnoldi Guntherus lib. 1. & à quibuſdam dicitur Henrici Comitis Geldriæ filius. Deuixit anno
1156. m. c. lvi. die Maij xiv. Iacet in Eccleſiâ S. Clementis de Rindorp territorij Bonnenſis, quam conſtruxe- D
rat.

Altena 46. Fridericvs de Altena ii. aliàs de Mons, Adolphi Comitis filius, Ingenaldi frater, ſuperioris
1158. Frederici nepos m. c. lviii. Ex Præpoſito Eccleſiæ S. Georgij Colonienſis ad culmen Archiepiſcopatus aſcendit; nihilominus de Sede cum Gerardo Bonnenſi Præpoſito contendit, & Imperatoris fauore Romæ conſecratur ab Hadriano iv. Pont. Max. Cæſarem ſecutus in expeditione Mediolanenſi apud Papiam extremum vitæ
1159. diem clauſit 1159. vii. Cal. Octobr. funeratus in monaſterio Veteris Montis.

Dasselle. 47. Raynaldvs de Daſſelle Friderici Aenobardi ſeu Barbaroſſæ Cancellarius, & à ſanctioribus
1159. conſilijs, ex Præpoſito Hildeſienſi m. c. lix. Imperatori fidus comes in Ita-
1164. liam aſcitus eſt, & anno 1164. ſolemni pompâ in vrbem ſuam introductus, cum plurimis ſanctorum pignoribus, patronos Eccleſiæ Bonnenſis, Caſſium, Florentinum, & Maluſium mar-
1166. tyres 6. Non. Maij 1166. ſummâ Cleri deuotione, & populorum frequentiâ reuelauit cum Gerardo Bonnæ Præpoſito. Tertiâ expeditione in Italiam ſe contulit, vbi tandem prope Romam
1167. interijt m. c lxvii. 19. Calend. Sept. ſub tumulo æneo in Cathedrali depoſitus. Laudatur ab eruditione & probitate, vt qui Eccleſiæ ſuæ benefactor inſignis palatium Coloniæ magnis ſumptibus conſtruxerit, ac alijs ornamentis ciuitatem decorauerit.

Heinsberg. 48. Philippvs de Heinsberg, i. Goſſeuini filius, Decanus S. Petri, Imp. Cancellarius deſignatur
1167. ſucceſſor Reinaldi 1167. apud Albericum, qui refert quadraginta marcharum millibus emiſſe caſtella Eccleſiæ Colonienſis: Ducatum enim Vueſtphaliæ & Angariæ acquiſiuit diplomate
1180. Friderici anno m. c. xxc. Fundator & fuit Monaſterij Herſterbacenſis, de quo Cæſarius lib. 4. c. 64. Coronauit
1170. Henricum filium Friderici 1170. eó-que ſedente Canonici fiunt ſæculares, teſte Molano. Coloniam ingenti vallo muniuit, nec impar famâ, integritate, & prudentiâ Reinaldo, exceſſit in obſidione Neapolitanâ Idib. Auguſti
1191. 1191. iuxta deceſſorem in Cathedrali inſigni Mauſoleo ornatus. Proſtat autem in tabulario Grandimontenſis Abbatiæ, in Marchiâ Lemouicinâ, huius Archiepiſcopi epiſtola quam hîc duximus inſerendam:

Philippvs *Dei gratiâ Sanctæ* Coloniæ *Eccleſiæ humilis Miniſter, venerabilibus in Chriſto fratribus Guillermo Priori & toti conuentui de Grandimonte ſalutem & dilatatam in Chriſto dilectionem. Fratres veſtros latores præſentium cum literis veſtris, libenter & cum multâ cordis alacritate ſuſcepimus, tanquam in vobis & in ordine veſtro ſpem firmam & fiduciam magnam ponentes, vt nos qui*

huius ſeculi fluctibus nauigamus, facientes A
in hoc mari magno operationes multas, ve-
ſtrarum ſuffragiis orationum, gubernatore
Patre miſericordiarum ad portum ſalutis
clementer perducamur, vt ſic per Mariæ vi-
gilantiam, Marthæ adminiſtratio adiune-
tur. In fœdus autem & pactum firmæ fa-
miliaritatis, & dilectionis inter nos & vos
ad inuicem ſeruanda petitioni veſtræ li-
bentiſſimè acquieuimus, fraternè imper-
tientes vobis theſaurum Eccleſiæ noſtræ; &
quod vix aliqui Imperatorum, vel Regum
feciſſemus, veſtræ charitati cum pronâ vo-
luntate impendimus, aſſignantes vobis re-
liquiarum ſacratiſſimarum pulchram & ho-
neſtam portionem. In remunerationem B
itaque noſtræ deuotionis rependatis nobis
veſtrarum orationum participationem, &
in plenam fraternitatem veſtram nos reci-
piatis, vt operum bonorum & orationum
veſtrarum conſortes & participes fieri me-
reamur, & nos hoc à veſtrâ dilectione pro
gratiſſimo munere, & ſuper aurum & topa-
zian pretioſum acceptabimus.

ALTENA. 49. BRVNO DE ALTENA III.
Præpoſitus Colonienſis Cathedræ præ-
1191. ficitur 1191. reiectâ Lotharij Præpoſiti
Bonnenſis poſtulatione; erat is frater
Frederici II. Archiepiſcopi & Comi-
tis Engelberti Montenſis, conſangui- C
neus Alberti Louanienſis. Abdicauit ſe
1193. Pontificatu 1193. factus Religioſus Ci-
ſtercienſis in cœnobio Montiſantiqui.
Menologium Ciſtercienſe huius me-
minit, & Gaſpar Iongellinus l. 2. de
Abbatiis eiuſdem Ordinis ſepultum
tradit in Veteri monte iuxta fratrem.

ALTENA. 50. ADOLFVS DE ALTENA I.
Brunonis nepos, ſeu conſobrinus, ait
Albericus, ex maioris Eccleſiæ Præ-
1193. poſito ſubſtitutus 1193. Othonem IV.
Imp. 1199. & Philippum in Reges Ger-
maniæ Aquiſgrani diademate cinxit,
vnde excommunicatus ab Innocentio
1205. III. Pont. Max. exauthoratur 1205.
Sed cum ſententiam parui penderet, D
eam Siffridus Moguntinus Antiſtes
Othone Rege præſente, executioni
mandauit, ſecedere coactus in oppi-
dum Nuſſienſe, quod à Philippo impe-
trauerat.

SENA. 51. BRVNO DE SENA IV. Co-
mes Seinenſis electus ex Præpoſito
Bonnenſi, conſecratur Siffrido ab eo-
1205. dem anno Dom. M. CC. V. aſſiſtentibus
Epiſcopis duobus Anglicanis, mor-
1207. tuus 1207. IV. Nonas Nouembris, hu-
matur in Cathedrali.

A 52. THEODERICVS DE HEINS- HEINSBERG.
BERG I. ex Præpoſito S. Petri, fœdus
renouat & firmat cũ Brabantinis 1208. 1208.
biennio poſt Aquiſgrani Fridericum
II. Regem Romanorum inaugurauit;
deinde accuſatus à Siffrido Mogun-
tino deponitur, & quadringentis tan-
tùm marcis pro eius ſuſtentatione re-
ſeruatis multatur. Ceſſit verò M. CC. 1216.
XVI. quieſcit cum gentilibus ſuis Al-
tembergæ, ſeu in Veteris Montis cœ-
nobio.

53. ENGELBERTVS DE ALTE- ALTENA.
NA I. frater Comitis Adolfi, patrem
habuit Engelbertum Comitem Mon-
B tenſem, ſeu Bergenſem ad Rhenum,
matrem ex antiquâ ſtirpe Comitum
Geldriæ, patruos duos, Fredericum II.
ac Brunonem Archiepiſcopos Colo-
nienſes. Maioris Templi Primicerius
in locum Theoderici M. CC. XVI. à 1216.
à Petro Cardinali S. Pudentianæ con-
ſecratur. Qui cum eo faſtigio eſſet
digniſſimus, Fridericus 2. Imp. com-
pertâ nominis famâ, illum nouâ hono-
ris acceſſione cohoneſtauit, & propter
merita, negotiorum molem circa Al-
pes ei vltrò detulit, ac Henrici filij mo-
deratorem conſtituens totius regni per
C Germaniam adminiſtratorem reliquit.
Synodus autem Coloniæ celebratur
1225. 4. Idus Decemb. ſub præſidio Le- 1225.
gati Conradi Epiſcopi Cardinalis Por-
tuenſis, quo anno coronauit Aquiſgra-
ni Henricum VI. Engelbertus, & im-
maniſſimè tandem trucidatus eſt pro
defenſione Eccleſiaſticæ libertatis
apud Geuelſbergam 16. Idus Nouem-
bris à Frederico cognato Iſemburgi
Comite, dum Aduocatiam nobilis cu-
iuſdam Abbatiæ Sanctimonialium tue-
ri niteretur. Tumulo conditus eſt in
Metropolis S. Catharinæ capellâ iux-
ta Philippum; Ob vitæ ſanctimoniam
commendatur ab Alberico, Surio, Ba-
ronio, Miræo, Molano, Cæſario Hei-
D ſterbacenſi, & in vitâ Sancti Norber-
ti.

54. HENRICVS DE MOLE- MOLENARC.
NARCK I. Comitis Seinenſis conſo-
brinus, ex Præpoſito Bonnenſi Ponti-
fex creatur 17. Cal. Decembris 1225. 1225.
vltor necis ſui deceſſoris, apud Sedem
Apoſtolicam, Cardinalem Legatum
de homicidij inquiſitione impetrauit;
duos fratres Comitis Frederici qui in
totam actus eſt Coloniæ, Monaſterien-
ſem & Oſnabrugenſem Epiſcopos de-
poni curauit. Eidem vitam Engelberti

Cæſarius dicat apud Surium, moritur
1237. 1237. XXVI. Martij, aliis ſequenti in
quadrageſimâ.

HOCHSTADE.
55. CONRADVS DE HOCHSTADE Comitis Lotharij & Mathildis
Viennenſis Comitis ſororis filius, ex
1238. Cathedralis Præpoſito 1238. Delegatur
in Angliam cum Louanienſi Duce
à Frederico II. Rom. Imp. vt Iſabellam
Henrici 3. Regis ſororem deſponderet,
ac per Germaniam honorificè
illam ad ipſum perduceret cum Epiſ-
1235. copo Exonienſi 1235. Mathæus Paris
in Hiſtoriâ Anglicanâ Imperatricis
aduentum magnifico & feſtiuo apparatu
celebratum commemorat, vti &
connubio ſociatam fuiſſe ab eodem
Colonienſi Archiepiſcopo apud Vuermeſiam
Dominicâ XIII. Cal. Auguſti.
Bellum init Conradus cum Duce
Brabantiæ, ac demum pacem cum eo
ſancit duplici matrimonio, nempe
Adolfi Ducis Limburgenſis filij cum
ſorore Archiepiſcopi, & ipſius nepotis
Comitis de Hochſtade cum filiâ Valerani
Ducis Limburgici fratris, de
1240. quibus agit Albericus ad an. 1240.
Coronam Imperialem Henrico VII.
impoſuit, & Richardo Angliæ Regi
1254. 1254. electionem quoque Richardi
Comitis Cornubiæ in Regem Alemaniæ
1257. ſuffragiis ſuis iuuit, an. 1257.
eique in Angliâ cum quibuſdam
Epiſcopis fidem clientelæ iurauit:
Hoc eodem anno die Aſcenſionis
Dominicæ Aquiſgrani, vnâ cum vxore
Sanchiâ eum ſolemniter diademate
inſigniuit; fundamenta nouæ
baſilicæ S. Petri inchoauit, & Archiepiſcopatus
Moguntini Adminiſtrator,
Volſam Abbatiam ex dono Pontifi-
1261. cis conſecutus eſt. Coloniæ migrauit
è viuis 1261. iacétque in æde Metropolitanâ.

VALCTENBERG.
56. ENGELBERTVS DE VALCTENBERG II. Præpoſitus maior ad
Archiepiſcopatum aſcendit 1272. De
» cuius geſtis Belgici Chron. ſcriptor
» hæc habet. Rodulphum Imp. vnxit,
1272. » in tuendâ Eccleſiæ libertate parùm
» fœlix per Wilelmum Comitem Iulia-
» cenſem, prælio capitur, & in caſtro
» Nydecko per tres annos in cuſtodiâ
» detinetur, captus item à ciuibus ſuis;
» ob quam rem per ſex annos & am-
» plius ciuitas Eccleſiaſtico fuit ſuppo-
» ſita interdicto; tandem poſt multas
» clades, rediens à Concilio Lugdunen-
1274. » ſi interiit 1274. Sepultus Bonnæ in

A templo SS. Caſſij & Florentini:

57. SIFRIDVS DE VVERSTERBVRG; Eccleſiæ Moguntinenſis Præ- VVERSTERBVRG.
poſitus in feſto Palmarum Sedem ade-
ptus eſt 1275. Hic à iuuentute in ſtu- 1275.
diis militaribus educatus, Iuliacum
oppidum deſtruxit, variiſque præliis
Duces Limburgi, Brabantiæ, Iuliaci,
Adolfum Comitem de Monte, cete-
róſque proceres fœderatos Archiepiſ-
copatum inuadentes fauſto Marte pro-
fligauit; funeri Alberti Magni Ord.
Prædicatorum inſignis Philoſophi ad-
fuit 1280. & baſilicæ Metropolitanæ 1280.
B inſtaurator, Rodulphum & Adolphum
Imp. coronâ decorauit; Vitâ functus
1296. defertur in Eccleſiâ Bonnen- 1296.
ſi.

58. VICBOLDVS DE HOLTE HOLTE.
nobilis Baro Vueſtphalus, ex cathe-
dralis Decano & Aquenſi Præpoſito,
aulicorum potius quàm legitimæ ele-
ctionis Capituli ſuffragiis nominatus
eſt in Nuſſiâ 1298. anno inſequenti 1298.
Albertum Romanorum Regem &
coniugem eius apud Nurembergam
inaugurauit; turrim ad cuſtodiam
Rheni conſtructam muniuit, ciues
ſuos ab interdicto Cæſaris petitione
C liberauit, ac moritur 1306. April. III. 1306.
tumulatus Suzati in fano ſancti Pa-
trocli.

59. HENRICVS DE VIRNEMBERG Præſulatum obtinuit contra VIRNEMBERG.
Rainaldum Vueſterburgium Bonnen-
ſem Præpoſitum, Sifridi Archiepiſco-
pi Colonienſis fratrem, & Vilelmum
Comitem Iuliacenſem Leodij Archi-
diaconum S. Seruatij Traiectenſis iti-
dem Præpoſitum; ordinatur à Pontifi-
ce Clemente V. 1306. poſtquam Ro- 1306.
mæ triennij ſpatio commoratus fuiſ-
ſet. Extant autem huius Henrici lite-
ræ in Franciæ chartophilacio Pari-
D ſienſi 1306. quibus Philippo Regi & 1306.
heredibus ſuis fidei ſacramentum Lug-
duni præſtat, eique obſequium iurat
exceptis, Romanorum Imperatore
ac Colonienſi Eccleſiâ. Idem armis
impetitus contra Ludouicum Imper.
Ioannem Bohemiæ Regem, Wilel-
mum Comitem Hollandiæ, & Gerar-
dum Iuliacenſem, frequenter bella
geſſit, Concilio generali Viennenſi
1311. cum aliis Patribus interfuit, at- 1311.
que etiam 1314. Frederico Auſtria-
co diadema impoſuit. Mortuus 1331. 1331.
Bonnæ in Capellâ S. Barbaræ, quam
conſtruxerat monumentum habet.

Ivliers. D'or au Lyô de ſable, denté & armé d'argent lampaſſé de gueulles.

°60. Valramvs de Ivliers,
Gerardi Comitis Iuliacenſis ex Eliſa-
berhâ Comitis Geldriæ filiâ natus;
Præpoſitus antea Leodij & Gandenſis
ac Metropolitanæ Eccleſiæ Colonien-
ſis Theſaurarius. Cum Lutetiæ Pati-
ſiotum, deinde Aureliæ ſtudiis ope-
ram dediſſet, eligitur ætatis anno 27.
competirore Adolfo de la Marck Leo-
dienſi Epiſcopo, magnæ probitatis
viro, & in Leodienſis Eccleſiæ admi-
niſtratione famâ percelebri verſaro;
1334. non 1334. vt eſt in Chronico Belgico,
ſed rectius 1332. nam hoc eodem an-
1332. no Viennæ Allobrogum, pollicetur
Philippo Regi & primogenito eius fi-
lio Normaniæ Duci obſequium. Re-
xir ſummâ cum laude vndecim annis,
mulras quoq; poſſeſſiones Eccleſiæ ma-
gnis ſumptibus recuperauit in Weſt-
phaliâ; Carthuſiam in vrbe ſuâ inſti-
ruit, & Bonnæ Carolum quartum vn-
xit in Regem Romanorum 1346. Poſt-
1346. modum Pariſiis peregrinus & aduer-
ſæ fortunæ cedens ex hac vitâ ſubla-
tus pridie Aſſumptionis B. Virginis
1349. 1349. tumularur ſub marmoreo ceno-
taphio in æde S. Petri.

Genep.

·61. Gvilelmvs de Genep
Colonienſis Canonicus ac Præpoſitus
Suſatienſis, ſuperiotis Valrami fami-
liaris & arcanorum particeps, promo-
1349. uetur 1349. cuius Mauſoleum cernitur
in cathedralis choro hac inſcriptio-
ne.

Anno Domini

1362. M. CCC. LXII. 15. *die menſis Septem-*
bris. Obiit reuerendus in Chriſto Pater
Dominus Vvilhelmvs de Ge-
nep *Archiepiſcopus* Coloniensis
hîc ſepultus, vacante tunc Sede Apoſtolicâ
per mortem felicis recordationis Domini
Innocentij Papæ VI. *& regnante eodem*
tempore Sereniſſ. Domino Carolo Romano-
rum Imperatore. Anima eius requieſcat in
pace.

Vvirnemburch.

62. Ioannes de Virnem-
bvrch, I. Decanus Metropoleos, ſuf-
ficitur Guilelmo de Vedâ Præpoſito
renuntiante; Romam profectus ad im-
petrandum huius Eccleſiæ Pontifica-
tum, non obtinuit, vnde à nonnullis
omittitur; factus deinde Monaſterien-
ſis Epiſcopus, poſt annum transfertur
ad Traiectenſem Cathedram.

La Mark. D'or a la faſce eſchiquetée d'argent & de gueulles, de trois traits.

63. Adolfvs de la Mark II.
è Comitibus de Marcâ parente co-
gnomine natus; is Canonicus Colo-
nienſis cum aliquot annis Epiſcopa-
tum Monaſterienſem gubernaſſer, po-
ſtea ingruentibus aduerſariorum ma-
lis, ad preſbyteratum nondum aſſump-
tus, transfertur ad hanc Sedem à Pont.
Max. in quâ non diu perſtitit; depoſi-
tionis enim ſententiam veritus, in ma-
nibus Papæ Archiepiſcopatu ſe abdi-
cat. 1364. XV. Cal. Aprilis. 1364.

La Mark. Comme cy-deſſus.

64. Engelbertvs de la Mark
III. Adolfi nepos, ex Leodienſi Epiſ-
copo 1364. ſenio confectus, aſſumpſit
Coadiutorem Cunonem de conſenſu 1364.
Capituli; ac Brulis vitæ ſolitariæ va-
cans diem ſupremum clauſit 1367. 8. 1367.
Cal. Sept. ſepultus in Cathedrali, vbi
epitaphium ſibi ante obitum conſtru-
xerat.

Falkenstain. D'or au chef de pourpre.

65. Cvno de Falkenstein
Archiepiſcopus Treuerenſis, & Coad-
iutor Agrippinenſis, duabus Eccleſiis
ſummâ laude præfuit, Andernacenſi-
bus prælio victis Tolbiacenſe oppi-
dum recuperauit 1368. ac Friderico 1368.
Archiepiſcopatum reſignauit, licet Ca-
rolus IV. Imp. Ioannem Argentinen-
ſem Epiſcopum illius, ex fratre Wen-
ceſlao nepotem, ordinandum poſtulaſ-
ſet.

Saervverden. De ſable à l'aigle a 2. teſtes d'argent, becqué & membré d'or.

66. Fridericvs de Saervver-
den III. Cunonis ex ſorore nepos,
electus 1370. Nouemb. XIII. fauore
Vrbani V. Pont. cum eo quippe Iuriſ-
prudentiam, & ceteras diſciplinas Bo-
noniæ didicerat. Profitetur autem ſe
clientem ac fidelem Regis Caroli, filii-
que Delphini Viennenſis Lutetiæ 1378. 1378.
Imperatores Vuenceſlaum an. 1376.
Rupertum 1400. & Sigiſmundum 1411.
inſignibus Cæſareis condecorauit.
Mortuus Bonnæ 1414. Aprilis 8. ſepe- 1414.
litur in Metropolitanâ ante altare Vir-
ginis. Poſt obitum à nonnullis poſtu-
latur Willelmus de Monre, qui ele-
ctus Parderbornenſis.

Mevrs. D'or à la faſce de ſable.

67. Theodoricvs de Mevrs
II. Præpoſitus Bonnenſis, ſuperioris
ex ſorore nepos, aduerſus Ioannem de
Rauenſberg Paderbornenſem Epiſco-
pum, Antiſtes efficitur 1414. 8. Calen. 1414.
Maij. Ducatum Montenſem à Gerar-
do Iuliacenſi Duce maximis impenſis
comparauit, & cum eſſet liberalitate
ſplendidus, Archiepiſcopalis Curia
Comitum, Nobilium, & feudatario-
rum multitudine frequentabatur; dia-
demate ornauit Albertum anno 1438. 1438.

1440. & Fridericum 3. Imper. 1440. Æneas
Siluius eidem ſcripſit epiſtolas 240. &
260. Demum tranſiit à ſæculo 1463.
1463. die S. Valentini XIII. Februar. Epitaphium huiuſmodi eſt in Cathedrali.

THEODORICVS *erat formoſus corpore, mente,*
Pulchrior & linguâ dulcis in ore valens.
Præſul AGRIPPINVS *nulli pietate ſecundus,*
Magnificus factis, religione, fide.
Octenis luſtris totidem labentibus annis
Præfuit Eccleſiæ Paſtor, vbique bonus.
MORSA *dedit Mundo, Zons hunc ſe ad aſtra remittit,*
Quem duce cum Petro ſuſcipe Virgo pia. B

BAVIERE. Eſcartelé au 1. & 4. du PALATINAT. Au 2. & 3. de BAVIERE. Sur le tout de l'ELECTORAT.

68. ROBERTVS DE BAVIERE
Ludouici, cognomine Barbati ex Comitibus Palatinis Rheni, Ducis vtriúſque Bauariæ, ex Mathilde Sabaudâ natus, Friderici Electoris Comitis Palatini frater; conſecratur 1463. Martij
30. Noueſium oppidum Caroli Burgundi auxilio per annum obſidione
1463. cinxit, quâ ſolutâ, penè deſertus à ſuis,
in ſuperiori Germaniâ exulans, ab
Henrici Lantgrauij Haſſiæ ſatellitibus
captus, poſt biennium interiit 17. Iulij
1480. 1480. funeratus Bonnæ in cœnobio S.
Caſſij. C

HESSE. D'azur au Lyon faſcé d'or & de gueulles de 8. pieces.

69 HERMANNVS DE HESSE
III. Ludouici Haſſiæ Caſſelenſis Lantgrauij, ex Annâ Saxonicâ ortus; renuntiatur Adminiſtrator 1473. contra
Rupertum Bauarum, ſucceſſor declaratus an. 1480. poſtridie S. Laurentij;
1480. inde Paderbornenſem Epiſcopatum
in commendam obtinuit; extant huius epiſtolæ ad Trithemium Abbatem
& Trithemij ad eumdem, Maximilianus verò I. electus in Regem ſolemni
celebritate ab Hermanno coronatur
1508. 1486. die Sept. 20. defunctus eſt 1508.
Sept. 27.

VBERSTEIN.

70. PHILIPPVS D'VBERSTEIN D
II. è Comitibus d'Vberſtein & d'Vnâ
1508. oriundus, factus Pontifex ex Decano
Colonienſi, 1508. deceſſit 1515. huma-
1515. tus in Metropoli.

MEVRS. Comme cy-deſſus.

71. HERMANNVS DE MEVRS
IV. Comes Vuedanus M. D. XV. Adminiſtrator item Parderbornenſis Eccleſiæ; Carolum V. Imp. Aquiſgrani
1520. 1520. & Ferdinandum I. Regem Romanorum eius fratrem coronauit 1531.
Deinde conuocatis Prouinciæ ſuæ Antiſtitibus, Synodum celebrauit, in quâ
de dogmatibus Religionis quamplu-

A rima ordinata fuêre; deque hoc Concilio eſt in lib. XIV. ep. 14. Iacobi Cardinalis Sadoleti ad Hermannum, quâ ipſius zelum maximè prædicat; poſtea verò ab aulicis ſuis doctrinæ Lutheranæ ſectariis inductus, ſpecie Clerum reformandi, & abuſus in religionem introductos auferendi, (erat enim, vt de eo obſeruat Spondanus Annal. tomo III. vir naturâ bonus, & in egenos clemens ac liberalis, ſed parùm doctus) propendens in hæreſim; Bucero Apoſtatæ apud Bonnam concionandi munus publicè contulit, nequicquam renitente Clero Colonienſi. Quamobrem ad Pontificium tribunal Pauli 3. & à Carolo 5. Imp. citatus, ob multas eius in Eccleſiam præuari-
cationes excommunicatus 1546. Ar- 1546.
chiepiſcopatu priuatur; nihilominus à ſententiâ Papæ ad Concilium Germaniæ prouocauit; ac Pontificatus cum iam ante Coadiutorem ſibi Adol-
ſum alſegiſſet, mortuus eſt Aug. 15. an. 1552.
1552.

SHAVVEMBVRG.

72. ADOLPHVS DE SCHAVVEMBVRG III. ex Comitibus Schauuenburgenſibus, antea Moguntinæ Eccleſiæ Canonicus & Leodienſis Præpoſitus, in locum Hermanni de-
poſiti 1547. Ianuarij XXV. authoritate 1547.
Pontificiâ & Cæſareâ ipſo conſentiente ſubrogatus; qui quidem Adolphus eam laudem promeruit, vt quidquid deceſſor per totam regionem corruperat, ad religionem Catholicam feliciter reuocauerit. Nam & celebrato Concilio Prouinciali in quadrageſi-
mâ 1549. Comitiis celeberrimis Au- 1549.
guſtanis 1547. & Synodo Tridentinæ cum aliis Patribus interfuit; id enim in primis teſtatur Olaus Magnus Gothus Archipræſul Vpſalienſis Sueciæ Primas, in epiſtolâ, quâ opus ſuum de Hiſtoriâ gentium Septentrionalium eidem cum elogio dicat; Aſſerit enim „in hoc Concilio, eius virtutum integritatem omnium ore prædicatam enituiſſe, prudentiâ & humanitate, quod in coronâ multorum Præſulum & virorum illuſtrium, qui quotidie ad amplitudinem eius frequentius confluebant, tanquam ad quoddam terreſtre ſapientiæ oraculum grauiter diſſereret, & quod grauiſſimâ cenſurâ omnes ſuperaret, vitæ ſanctimoniâ, doctrinâ, facundiâ, & bonis omnibus à Deo collatis: Dicit, quod eius occaſione & inſtinctu opus de gentibus Septen-

» trionalibus aggreſſus ſit; quod ex om-
» nium clariſſimâ, fortiſſimâque Schou-
» uembergorum Saxonum proſapiâ or-
» tus ſit; quod duras & feroces gentes,
» & inimicos Catholicæ fidei domuerit,
» quotidiéque pro fide miranda faciat,
» noménque tam amplitet in totâ Italiâ
» ſublimè innoteſcat, quàm apud extre-
» mos terrarum fines prædicetur; quod
» in Tridentino Concilio omnes horta-
» retur tam piis ſuaſionibus, vt omnes
» in eum conuerſi nihil magis expete-
» rent, quàm eius ſubeſſe voluntati;
alia ſuo loco ibi proſequitur. Obiit tandem Hermannus Brulis, & tali epitaphio in maiori baſilicâ cenotaphium exornatur.

REVERENDISS. DOM.

ADOLPHO *Archiepiſcopo ac Principi Electori* COLONIENSI *ſacri Rom. Imp. per Italiam Archicancellario, Legatóque nato, Vueſtphaliæ & Angariæ Duci, &c. ex illuſtri familiâ Comitum à* SCHAVVEMBVRG *oriundo, electo*
1547. *die* 24. *Ianuarij* M. D. XLVII. *qui piè & prudenter Epiſcopatui præfuit annos* IX. *menſes* XI. *dies* XXV. *Tandémque diem*
1556. *vltimum in Domino clauſit an. Dom.* M. D. LVI. *die* XX. *Septembr.*

SCHAVVEMBVRG

73. ANTONIVS DE SCHAVVEMBVRG Adolpho fratri ſucceſſit 1556. parentes hic habuit Iodocum Comi-
1556. tem & Mariam Naſſauienſem, patruos Erneſtum Hildensheimenſem & Henricum Mindenſem Epiſcopos; animam exhalauit in arce Godesberg, quieſcitque in Metropoli, cum hâc inſcriptione.

REVERENDISS. DOM.

DOMINO ANTONIO *electo & confirmato Principi Electori* COLONIENSI, *Sacri Rom. Imp. per Italiam Archicancellario, Legatóque nato, &c. ex illuſtri familiâ Comitum à* SCHAVVEMBVRG *oriundo, electo* M. D. LVI. *qui fratri ſuccedens, in Domino obdormiuit* 1558. *die*
1558. 18. *Iunij; atque præuentus morte fratri iuſtum Monumentum erigere non potuit, vti cœperat Reuerend. Dom. Gebhardus electus Archiepiſcopus Princeps Elector Dominis & affinibus ſuis cariſſimis pietatis ergo poſuit anno.* M. D. LXI.

MANSFELD D'argent à ſix loſanges de gueulles, miſe en faſce, 3. 3.

74. IOANNES GEBHARDVS DE MANSFELD II. Erneſto Comite Mansfeldenſi & Dorotheâ de Solms genitus, eligitur 1558. die feſto S. Andreæ; deceſſit Brulæ ex aquâ inter-
A cute anno 1562. ſepultúſque in Cathedrali. 1562.

VVEDA.

75. FRIDERICVS DE VVEDA IV. ex Decano M. D. LXII. Archie-
piſcopatui ceſſit 1567. annóque inſe- 1567.
quenti 26. Decembris vir ille ſingulari prudentiâ præditus obiit, apud Dominicanos tumulo conditus.

ISEMBVRG. D'argent à la faſce de ſable, de deux pieces.

76. SALENTINVS D'ISEMBVRG ex Comitibus Iſemburgicis, primùm Canonicus Moguntinus & Decanus S. Gereonis, mox ad Colonienſem Sedem euectus 1567. 23. Decembris. Plurimas Eccleſiæ ſuæ toparchias ac-
B quiſiuit; laudatur à Gerardo Ianſſenio 1567.
presbytero cum ſuos tractatus de Eccleſiâ Greg. XIII. Pont. & eidem Ar-
chiepiſcopo conſecrat 1576. ait enim; 1576.
Hoc certè dixero abſque adulatione, «
ea eſt in te incredibilis animi magni- «
tudo, ea prudentia, is fidei ſanctæ in «
te flagrat ardor, ea morum cum Prin- «
cipis grauitate temperata humanitas, «
ea in te omnium virtutum clariſſima «
fulgent ornamenta, iis polles excellen- «
tiſſimis ingenij dotibus, eâ vales gra- «
tiâ & gloriâ apud omnes Monarchas «
& Principes, vt inter hos Eccleſiæ tu- «
C multus, omnes boni, ampliſſimas de «
tanto diuinitus nobis dato Principe «
ſpes conceperint. Verùm Salentinus «
qui & Epiſcopatus Paderbornenſis erat Adminiſtrator, vtriq; dignitati ſpontè renuntiauit, nondum conſecratus diſpenſante ſummo Pontifice, eò quòd ſtirps Iſemburgica maſculo careret, v-
xorémq; duxit 1577. Antoniam Vilel- 1557.
mam Caroli Arenbergij Comitis ſororem.

TRVCHSES.

77. GEBHARDVS TRVCHSES ex illuſtri Valburgenſium regulorum familiâ in Sueuiâ, Vilelmi Baronis Valburgi, & Ioannæ Friderici Comitis
D Furſtenbergici natæ filius; Othonem Truchſeſium Cardinalem Auguſtanum patruum habuit; Cùm autem eſſet Argentinenſis Decanus in Archie-
piſc. Colonienſi ſubſtitutus eſt 1577. 1577.
pridie feſti S. Nicolai, ætatis an. 31. Prælatus Erneſto Bauariæ Ducis filio, annitente Hermanno Nuenario Comite, multis hanc Eccleſiam ambientibus. Is verò captus amore Agnetis Mansfeldiæ, Ioannis Georgij Mans-
feldij Comitis filiæ 4. Ianuarij 1583. 1583.
eam in arcano oppidi Bonnæ ſuæ diœceſis, vxorem poſtea duxit, ac nihilominus honorem Electoratus retineri

poſſe ſibi perſuadens, religionis Ca- A
tholicæ perſecutur factus, hæreſi no-
men dare non erubuit, vnde & ma-
gnorum in Germaniâ motuum cauſa
fuit, quod cum Greg. 13. Papa intelli-
geret, tandem in publico Conſiſtorio
1583. Cardinalium 1583. excommunicatio-
nis decretum pronuntiauit; & alium
eius loco Archiepiſcopum eligendum
mandauit, Ioanne Franciſco Epiſco-
po Vercellenſi Nuntio Apoſtolico il-
lud publicante. Gebhardus igitur ſic
proſcriptus, cum aliquandiu armis
Germaniam turbaſſet, amiſsâ Bonnâ
in quâ reliquum fortunæ collocaue- B
rat, demum in Bataniam ad Princi-
pem Arauſicanum profugit, atque in-
de in Germaniam migrauit ſub annũ
1589. 1589. vbi omnium .ffi ctæ vitæ ſuble-
uandæ præſidiorum in ps factus, mi-
ſerè tandem perut. Quam belli hiſto-
riam cum ſuis cauſis & circumſtantiis
fusè Michael Iſeltius Amorfortius
Belga peculiari opere proſecutus eſt;
vti & ſumma capita recenſuère Spon-
danus in Annal. tomo 3. & Thuanus
Hiſtoriarum lib. 76 & 78.

BAVIERE. Ecartelé au 1. & 4. du PALATINAT, qui eſt de ſable, au Lyon couronné d'or. Au 2. & 3. fuſelé en barre d'argent & d'azur. Au 2 & 3. lo ſange d'argent & d'azur, ardevinge & une pieces, miſes en bande, qui eſt BAVIERE.

78. ERNESTVS DE BAVIERE
illuſtriſſimâ tota Germaniâ ſanguinis
ſtirpe Bauariæ Ducum inclytus, Al- C
berto v. Bauariæ Duce, Comite Pala-
tino Rheni, ex Annâ Auſtriacâ, Fer-
dinandi 1. Imperatoris filiâ naſcitur
die 17. menſis Decembr. anno 1554.
Primùm Canonicus Eccleſiarum Mo-
guntinæ & Herbipolenſis deſignatus
tum Leodienſis Epiſcopus, ad Electo-
ratum Colonienſem Gebhardo depo-
ſito communi conſenſu eligitur M.
D. XXCIII. poſt receptam armis ditio-
nem ſuam, inauguratus ſolemniter,
Archiepiſcopo Treuerenſi ſacramen-
tum eodem anno iurauit. Adminiſtra-
1583. tor etiam fuit Epiſcopatuum Hildes-
heimenſis, Monaſterienſis & Friſin- D
genſis. Fato functus Arnſbergæ ſepe-
litur in æde Metropolitanâ iuxta tres
Reges cum hoc Epitaphio.

ERNESTVS BAVARORVM

Dux inclytus Archipræſul COLONIEN-
SIS, *& Princeps Elector, religionis colu-
men, publicæ pacis aſſertor, patriæ pater
laudabilis, hoc tumulo glorioſam præſtola-
tur reſurrectionem; deuotis quondam ſui
gregis commendans precibus electus* 23.
May anno 1583. *Obiit* XVII. *Februarij*
1612. M. DC. XII. *ætatis* 58.

BAVIERE. Comme cy-apres.

79. FERDINANDVS DE BAVIE-
RE, Guilelmi v. Bauariæ Ducis, ex
Renatâ Lotharingâ in lucem editus
Monachij 1577. die VII. Octobr. fra-
tres habuit Philippum Cardinalem de
Batariâ Epiſcopum Ratiſponenſem,
& Maximilianum Ducem quem Fer-
dinandus II. Imp. dignitate Electora-
li inſigniuit, priuato Friderico v. Ele-
ctore Comite Palatino Rheni, Bohe-
miæ Rege. Ferdinandus autem Præ-
poſitus Colonienſis & Treuerenſis Ca-
nonicus, Erneſti Coadiutor factus
1595. poſt obitum in Archiepiſcopa-
tus regimine ſucceſſit an 1612. Fuit 1612.
& more Germanico, cui pluralitas
beneficiorum in Principibus viris com-
petit, Epiſcopus & Princeps Admini-
ſtrator Paderbornenſis, Leodienſis,
Monaſterienſis, & Hildesheimenſis;
quamplurimas legiones militum Im-
peratorib. Ferdin. II. & III. miſit in
bello Germanico aduerſus hæreticos,
ac Principatum ſuum egregiè cum
Maximiliano Duce tutatus, nouis
etiam baſilicis totam regionem inſtau-
rauit. Mortem obiit in Vueſtphaliâ
apud Arnſberg XIII. Septembris 1650. 1650.
humatus in æde Metropolitanâ 25.
Nouembris ſequentis prope Erneſtum
patruum.

BAVIERE. Ecartelé au 1. d'argent à la Croix de ſable, qui eſt COLOGNE. Au 2. de gueulles au cheual contourné d'argent, qui eſt VVESTPHALIE. Au 3. d'argent à 3. bouterolles d'eſpée de gueulles, qui eſt ANGRIE. Au 4. d'azur à l'aigle d'argent, qui eſt ARNSBOVRG. Sur le tout party au 1. du PALATINAT, au 2. de BAVIERE, l'eſcu enté en pointe, de L'ELECTORAT.

80. MAXIMILIANVS HENRI-
CVS DE BAVIERE Archiepiſco-
pus Princeps Elector, per Italiam Ar-
chicancellarius ac Legatus natus,
Vueſtphaliæ, Angariæ, Bullionij &
vtriúſque Bauariæ Dux, Marchio Fran-
cimontenſis, Comes Loſſenſis, Epiſ-
copus Leodienſis, & Monaſterien-
ſis, Adminiſtrator Hildesheimenſis &
Berghteſgadenſis Præpoſituræ, Prin-
ceps Stabulenſis, S. Gereonis, Mag-
deburgiq; Præpoſitus. Alberti VI. Du-
cis Bauariæ & Mathildis Lantgrauiæ
de Leuchtenberg filius, patrui Ferdi-
nandi Coadiutor declaratur anno
1643. 21. Ianuarij, eóque fatis functo
1650. poſſeſſionem adeptus 26. No-
uemb. Euchariſticum ſacrum in Bon-
nenſi Capellâ celebrauit M. DC. LI.
20. Sept. die Dominicâ octauâ men-
ſis Octobris conſecratur Archipræ-
ſul in Eccleſiâ Patrum Minimorum S.
Franciſci de Paulâ, à Fabio Chiſio
Epiſcopo Neritonenſi, Sedis Apoſto-
licæ Nuntio extraordinario, ad tra-
ctum Rheni cum poteſtate Legati de 1650.
Latere & Pontificis nomine pro pace
tractandâ Monaſterij inter Catholicos

Principes Mediatore, poſtea Cardina-
li. Bonnæ autem pallio Pontificali con-
decoratur 27. Decemb. eiuſdem an-
1561. ni, in baſilicâ Minorum S. Franciſci
ab Epiſcopo Ioppenſi Colonienſi Suf-
fraganeo, Innocentij x. Papæ delega-
to. Mox feſto Epiphaniæ 4. Ianuarij
ſolemniter in pontificalibus profeſſio-
nem fidei Catholicæ Principis Erneſti
Haſſiæ Lantgrauij excepit in templo
Cathedrali, cuius ſub eodem Electo-
re Decanatum gerit Franciſcus Lo-
tharingus Epiſcopus & Comes Virdu-
nenſis, Capellanus Maior & Archi-
diaconus Noueſienſis, pluréſque in eo
Canonici, ex familiis Auſtriacâ, Ba-
uarâ, Mediceâ, Badenſi & Naſſouiâ il-
luſtres eminent.

EBREDVNENSES ARCHIEPISCOPI, ET PRINCIPES.

Ambrvn en Dauphiné près la Durance.

Ebredvnvm Alpium
maritimarum Metropo-
lis, Ebrodunum Catu-
rigum à veteribus Geo-
graphis appellatur, ad
ulterius caput prouin-
ciæ Alpium Cottiarum & maritima-
rum, vel Viennenſis Quartæ; ciuitas
Ebredunenſium nominatur in Noti-
tiâ, & in codice regionum Galliæ;
Ebredonenſis à Greg. Turon. lib. iv.
cap. 36. & 39. alia ab Ebroduno caſtro
quod in finibus Heluetiorum eſt vul-
go *Iuerdun*, in prouincia Lugdunenſi v.
De quibus Alpibus maritimis ſcripsê-
re Tacitus Annal. lib. xv. & 2. Hiſtor.
Plinius lib 14. cap. iii. Dio lib. 54.
Vopiſcus in Aureliano, & Probo, Am-
mianus lib. 15 Sidonius & Hierony-
mus Zurita in Itinerario Anton. Vrbs
rupi inacceſſæ impoſita, prærupto loco
adiacet, ab alio latere tegitur arce
munitiſſimâ, quæ montanæ regioni, &
conuallibus vicinis dominatur. Sita
eſt iuxta Durentiam rapido curſu præ-
cipitem; qui à Tito Liuio ſic deſcri-
„ bitur lib xxi. Druentia Alpinus am-
„ nis longè omnium Galliæ fluminum
„ difficillimus tranſitu eſt. Nam cùm
„ aquæ vim vehat ingeſtam, non tamen
„ nauium patiens eſt, quia nullis coërci-
„ tur ripis, pluribus ſimul, neque iiſdem
„ alueis fluens, noua ſemper vada, nouóſ-
„ que gurgites faciens, ad hæc ſaxa gla-
„ reoſa voluens, nihil ſtabilis nec tuti
„ ingredienti præbet; de eodem Silius
Italicus Punicorum lib. 38. & Auſo-
nius in Moſellâ. Ebredunenſis Archie-
piſcopus, Principis, Comitis, & Alpium
maritimarum olim Metropolitani ho-
nore conſpicuus, ciuitatis condominus
eſt cum Rege Francorum, monetám-
que ex antiquo priuilegio licitum illi
erat cudere. Cathedralis templum
dicatur Mariæ Virgini, cuius Capitu-
lum conſtat Præpoſito, Cantore, aliis
dignitatibus, & viginti Canonicis, quos
inter Rex Chriſtianiſſimus annumera-
tur à tempore Franciſci i. vt & in aliis
Eccleſiis regni. Subeſt diœceſis Parla-
mento Gratianopolitano, eiúſque Suf-
fraganei Epiſcopi ſunt Diniensis,
Grassensis, Venciensis,
Glandevensis, Senecien-
sis et Niciensis. At in Noti-
tia prouinciarum Galliæ Honorij Aug.
vt videtur temporibus conditâ, repe-
riuntur ſub hâc Metropoli ciuitates,
Rigomagenſium *Chorges*, Cemelenen-
ſium *Cimié*, & Sollinienſium, quas in-
ter Cemelenenſis Epiſcopali Sede olim
ornata, iampridem Nicienſi vnita fuit.
Ceterùm in diœceſi vna eſt tantùm
Abbatia virorum:

Svffragans de l'Archeueſché d'Ambrvn. Digne. Grace. Vence. Glandeves. Senes. Nice.

Boscavdvnvm *Boſcaudon* O.B.

Seriem autem Antiſtitum Ebredu-
nenſium ex ſchedis ms. Marcellini
Fournier Soc. Ieſu preſbyteri exhibe-
mus, qui Hiſtoriam Archiepiſcopo-
rum publici iuris nondum fecit; ex
quibus, aliiſq; ſcriptis noſtris ſequen-
tem Catalogum concinnauimus.

1. S. Marcellinvs ex Africâ
mittitur ad Alpes maritimas circa an.
ccc. xi. cum Domnino ac Vincentio, 311.
poſtea Dinienſibus Epiſcopis; in eo
itinere ſalutauit S. Euſebium Vercel-
lenſem Præſulem, à quo ordinatus fuit
an. 313. Sed cùm à temporibus B. Na- 313.
zarij Alpium & huius ciuitatis Apo-
ſtoli, non tamen Antiſtitis, qui Ebre-
dunenſibus prædicaſſe, & vnà cum
Celſo Cemelenenſi martyrium Me-
diolanij ſubiiſſe dicitur, fides omnino
exſtincta eſſet, vt Metropolitanæ Ec-
cleſiæ Breuiarium aſſerit, Marcellinus
miraculis coruſcans, ſuâ prædicatione
vrbem & populos ab idolorum cultu,
ad veram Chriſti religionem reuoca-
uit. Multa, & ea quidem acerbiſſima,
à Conſtantio Imperatore Ariano, paſ-
ſus

ſus in exilio animam reddidit circiter A
340. an. 340. Idibus Aprilis, apud Bonifinium Mombritium parte 2. in vrbem ſuam deponitur XII. Cal. Maij; vbi Eccleſiam habuit præcipuam ex ſeptem parochialibus ab hæreticis dirutam, quæ miraculorum gloriâ clarebat, vt eſt in eiuſdem Sancti hiſtoriâ; de quo hæc commemorat Ado in Martyrologio ad XII. Cal. Maij. „Eodem „die in Galliis ciuitate Ebredunenſi natalis S. Marcellini primi eiuſ„dem vrbis Epiſcopi & Confeſſoris, „qui diuino iuſſu cum Sanctis ſociis „Vincentio & Domnino ex Africâ ve„niens, maximam partem Alpium ma„ritimarum verbo & ſignis admirandis „quibus vſque hodie refulget, ad Chri„ſti fidem conuertit; poſtea venerabi„les ſocij eius apud Dinienſem vrbem „conditi glorioſis nihilominus miracu„lis commendantur. Eadem repetunt Baronius in Romano Martyrol. Petrus de Natalibus & alij, qui ex Adone deſumpſerunt.

2. Artemivs interfuiſſe fertur Synodo 1. Valentinæ 4. Idus Iulias
374. 374. Is reliquias Sanctorum Nazarij & Celſi à Diuo Ambroſio poſtquam eorum corpora ſolo refodit, pro Eccleſiâ ſuâ impetrauit, quam ſub ſanctiſſimæ Virginis patrocinio conſtru-
392. xiſſe, circa an. CCC. XCII. conijciunt Ebredunenſes tabulæ.

3. S. Iacobvs I. de illo nihil comperiri potuit, quàm nomen & titulus Sanctitatis, in diptychis enim Ec-
400. cleſiæ vixiſſe traditur anno Dom. CCCC.

4. Armentarivs nobili genere ortus iuuenis Epiſcopatum per vim armorum & cædes occupauit circa
437. an. 437. idcirco cum Ebreduni à duobus tantùm contra Canones temerè ordinatus fuiſſet Epiſcopis 3. Calend.
439. Decemb. 439. coram Synodi Regienſis Patribus accuſatur Canone 11. quod laicorum inſolentiâ ac variâ perturbatione vim acerbiſſimam Ebredunenſi Eccleſiæ, quatuor de biennio menſibus Sacerdote legitimo deſtitutæ, pernicioſâ cæde intuliſſet; Quapropter communi decreto deponitur, & extra prouinciam Alpinam in vnâ parochiarum ſuarum Eccleſiâ, Chorepiſcopi honorem gerere permiſſus eſt à Concilio, educationemeius in timore Domini laudante.

Nec alienum eſt hoc loco nonnulla de Chorepiſcoporum miniſterio paucis diſſerere, etenim quemadmodum eruditè obſeruat Petrus de Marca in libro de concordiâ Sacerdotij & Imperij, Epiſcopatus dignitatem non obtinent, quamuis Præſulum vice fungantur: ſunt enim inferiores Epiſcopo ac ſuperiores Preſbytero. Eos villanos Epiſcopos Capitularia vocant, Epiſcoporum Miniſtros Synodus Pariſienſis, Antiſtites in ordine ſecundo Sidonius Apollinaris lib. 4. epiſt. XI. ad ſimilitudinem 70. Diſcipulorum inſtitutos fuiſſe ſignificat Concilium B Neocæſarienſe, vt eo diſcrimine illos ab Epiſcopis ſepararet, qui Apoſtolis ſucceſſerunt. Ordinabantur autem ab Epiſcopo ciuitatis; quin & eorum officium erat, vicanas Eccleſias Preſbyteris commiſſas adminiſtratione ſuâ diſponere, ad leuandam Pontificis ſollicitudinem in pagis & vicis diœceſeos. Vnde Ferrandus Diaconus in breuiario Canonum & Iſidorus in collectione ſuâ, Chorepiſcopos Vicarios Epiſcoporum interpretatur, ratione habitâ muneris quod gerunt erga Eccleſias & parochias ruſticanas. Hæc C etiam dignitas conferebatur ſæpius preſbytero alicui ſedulo, & Epiſcopo vacanti, iam aliunde conſecrato, cui adminiſtratio incumbebat preſbyteris ruſticanarum Eccleſiarum & vicorum prouidere, plebes in officio continere promouendos in Clerum diſcutere, Lectores, Subdiaconos, Exorciſtas & cæteros inferioris gradus Clericos authoritate ſuâ ex Epiſcopi arbitrio conſtituere; de Preſbyteris enim & Diaconis quotum ordinatio illis interdicta fuit à Conciliis Antiocheno & Ancyrano, ad Epiſcopum referebant. Præterea canone 14. Synodi Neocæſarienſis ſtatuitur, vt etiamſi inter Pre-D ſbyteros adſcribantur, nihilominus eis liceret ſacra peragere ſolemni pompâ & progredi cum ſatellitio Clericorum, quod Epiſcopalem quemdam honorem referret. Amplum quidem fuit hoc Chorepiſcopatus officium, ſed aliquando conferebatur anguſtioribus finibus exercendum, vt euenit in causâ Armentarii Ebredu„nenſis depoſiti, cui conceſſum eſt ca„none 3. Synodi Regienſis, vt vnius, „non duarum Eccleſiarum regimen ob„tinere poſſit; Ne quis ei locus decer„natur, quem curiæ & ciuitatis ſpecies, „

Chorepiſcopi.

„ aut ordo nobilitat ; Ne vel vltimum
„ Clericum ordinet in ſuâ Eccleſiâ; Ne
„ vnquam in ciuitatibus offerre præſu-
„ mat, etiam ſub Epiſcoporum abſentiâ;
„ Nec vſquam de officiis Epiſcopalibus
„ vſurpare , præterquàm in Eccleſiâ ,
„ quam miſericordiâ fuerit indeptus ;
quæ omnia ſatis euincunt hæc Cho-
repiſcopis munia competiuiſſe. Poſt-
ea cum à Leone Pontifice & Syno-
dis Gallicanis fuiſſet prohibitum , ne
Chorepiſcopi deinceps crearentur, ta-
men retenti ſunt ab Epiſcopis, à quo-
rum arbitratu eorum inſtitutio pen-
debat , ipſis enim erant gratioſi , eò
quòd in ſe ſuſciperent omnem labo-
rem Epiſcopalis functionis, & eorum
deſidiæ patrocinarentur , vt liquet è
Capitularibus, & Concilio Meldenſi.
Igitur Nicolaus 1. Papa an. 864. con-
ſultus à Rodulfo Bituricenſi Metro-
tropolitano, vetuit in poſterum Cho-
repiſcopos , ordinationes Preſbytero-
rum facere, ne dignitas Pontificia ad
eos transferretur; Demum Antiſtites à
conſtituendis in poſterum Chorepiſco-
pis conſpirarunt, & totam ſollicitudi-
nem in Preſbyteros & pagos viſitan-
dos, quæ eis competebat, Archidiaco-
no conceſſerunt ; Sicque deſiêre in
Galliis Chorepiſcopi ſub finem ſæcu-
li vndecimi, vt colligere licet ex Sige-
berti Chronico.

440. 5. INGENVVS ad Ebredunenſem
Cathedram vocatus anno 440. Me-
tropolitani iura in Alpibus maritimis
tuetur contra Auxanium Epiſcopum;
is enim impetrauerat per obreptionem,
vt Ebredunenſis prouincia ſuo Epiſ-
copatui quoad iuriſdictionem Eccle-
ſiaſticam ſubiiceretur; quod cum Inge-
nui eſſet damno, Hilarius Pont. Max.
Leontio , Verano , & Victuro Epiſco-
464. pis cauſæ inquiſitionem ſub an. CCCC.
LXIV. delegauit & ſententiam euicit,
quâ perpetuum Metropolitani titulum
& ius illius fuiſſe ſtatuitur , Epiſtolâ
IV. eiuſdem Hilarij quæ recitatur To-
mo 1. Concil. Galliæ, his verbis.

MOVEMVR *ratione iuſtitiæ , &c.
Frater & Coepiſcopus noſter* INGENVVS
EBREDVNENSIS, *Alpium mariti-
marum prouinciæ Metropolitani ſemper ho-
nore ſubnixus , in præiudicium ſuum , ſicut
adnexa declarant , quædam nos , petente
fratre & Coepiſcopo noſtro Auxanio , ſta-
tuiſſe commemorat , quæ vniuerſis in hac
eadem cauſâ defenſionibus contrairent. Si*
A *quidem relationibus in noſtro iudicio recen-
ſitis , quas frater & Coepiſcopus noſter Ve-
ranus ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum
cum cæteris prouinciæ ſacerdotibus miſit, &
Apoſtolicæ Sedis , quæ tunc directa fuerat,
reſponſione patefactâ manifeſtum eſt , nihil
poſtea debuiſſe tentari , nec ad iniuriam
Synodalium regularum quicquam per ob-
reptionem, quæ proximè facta eſt, oportere
conſtitui. Nam licet ex hoc etiam quod
à nobis eſt elicitum cenſeatur infirmum,
quia & ipſum inſinuatum eſt : exequi no-
luiſſe , qui meruit ; tamen ne odio vel gratiâ
moueamur , quæ in cauſarum diſceptatio-
B nibus eſſe non debet , ita veſtræ caritati co-
gnitionem adnexæ querimoniæ delega-
mus , vt nihil aduerſum venerandos Cano-
nes , nihil contra ſanctæ memoriæ deceſſo-
ris mei iudicium valeat , quicquid obre-
ptum nobis eſſe conſtiterit. Nolumus nam-
que ; fratres cariſſimi , Eccleſiarum priui-
legia , quæ ſemper ſunt ſeruanda , confun-
di : Nec in alterius prouinciâ ſacerdotis,
alterum ius habere permittimus ; quia per
hoc non minus in ſanctarum traditionum
delinquitur ſanctiones , quàm in iniuriam
ipſius Domini proſilitur , cuius expectatio
fructus noſtri miniſterij , non in latitudine „
regionum , ſed in adquiſitione ponitur „
animarum. Habeat itaque Pontificium „
C frater & Coëpiſcopus noſter* INGENVVS
*prouinciæ ſuæ , de cuius dudum ab Apo-
ſtolicâ Sede eſt illicitâ ceſſione culpatus,
&c.* VIXIT ad an. circiter 475. huiúſq; 475.
Epiſcopatum patrocinio Gondebadi
Regis Burgundionum Arrianus inua-
ſiſſe dicitur.

6. CATVLINVS à Sigiſmundo
Gondebadi filio orthodoxo, Antiſtes
Ebredunenſi Eccleſiæ datur ; Conci-
lio Epaonenſi 17. Kal. Oct. 517. ſub- 517.
ſcribit cum Auito Viennenſi, Viuen-
tiolo Lugdunenſi , aliiſque Burgun-
diæ Prouinciæ, & Delphinatûs Epiſ-
copis. Dum verò in vrbe ſuâ Synodi
D decreta exequi inſtituit, ab Arrianis
Ebreduni potentioribus eiicitur , &
Viennæ apud Sanct. Alcimum Aui-
tum diuerſatur , bonis operibus pa-
trandis per multos annos in eo exilio
intentus, non ſine ſanctitatis eximiæ ar-
gumento demigrauit, vt tradunt geſta
B. Peladij eius ſocij, Hiſpanicè con-
ſcripta.

7. S. GALLICANVS I. Peladij
deceſſor memoratur in eius vitâ. Con- 541.
cilióque Aurelianenſi IV. 541. & Au-
relianenſi V. 549. per Probum Diaco- 549.
num ſubſcribit.

8. S. PELADIVS, ſiue PALLADIVS Catulini diſcipulus & in ſeceſſu Viennenſi comes, parentibus ſtirpe nobilibus Ebreduni naſcitur; qui cum probatæ eſſet ſanctitatis, & miraculorum gratiâ commendabilis, quinetiam Angelicis reuelationibus polleret, vt aiunt Eccleſiæ tabularia, Regi Burgundiæ Sigiſmondo interitum familiæ & regni deſtructionem prædixiſſe fertur: Quinque autem in diœceſi dicauit Eccleſias, quas perperam auctor eius geſtorum, in altaria Metropolitanæ baſilicæ conuertit. Feſtum depoſitionis illius colitur 7. Ianuarij, & 21. Iunij, quâ die tranſlatum corpus huc vſque hodie in Cataloniæ agri Gerundenſis monaſterio S. Petri de Campo rotundo Ord. Benedictini religioſè aſſeruatur.

9. S. GALLICANVS II. Peladij ſucceſſor proximus enunciatur in Breuiario Eccleſiæ, & conſecraſſe dicitur templum Sanctorum martyrum Vincentij, Orontij & Victoris, quod nunc parochiale eſt in vrbe, olim â Diuo Peladio conſtructum. B. Veranum, qui fuit Cabellicenſis Præſul hoſpitio excepit, & S. Donatus monaſterij Lurenſis prope Segeſtericum Eremita cum ſocio Florentino in vrbe miraculis claret. Verùm nonnulli exiſtimant ſecundum Gallicanum Antiſtitem à ſuperiori non differre, quem tamen diptycha paſſim diuerſum denotant.

10. SALONIVS, Sagittarij Vapincenſis Epiſcopi frater, nomen & famam ex improbè factis ſibi peperit, quanquam diſcipulus S. Nicetij Præſulis Lugdunenſis, à quo educatur, & primùm Diaconatus, dein Epiſcopatus Ebredunenſis gradum adipiſcitur; ſed ob ſcandala & ſcelera quibus Eccleſiam inquinauit, ſæpe Pontificatu ſuo motus eſt cum fratre; nam in Synodo Lugdunenſi 2. Guntranni Regis iuſſu eâ de causâ congregatâ ſub an.
567. 567. depoſitus Apoſtolicam Sedem à Concilio appellans, falſis ſuggeſtionibus à Ioanne Pontifice literas ad Regem impetrauit, quarum auctoritate Cathedræ ſuæ reſtitutum fuiſſe tradit Gregorius Turonenſis libro 5. Hiſtoriæ cap. 20. vbi hæc leguntur: Huius inquit, Nicetij, tempore SALONIVS Ebredunenſis vrbis, Sagittarius Vapingenſis Eccleſiæ Sacerdotes ſtatuuntur. Sed aſſumpto Epiſcopatu in proprium relati arbitrium, cœperunt in perſuaſionibus, in cædibus, homicidiis, adulteriis, diuerſiſque in ſceleribus inſano furore graſſari; ita vt quodam tempore celebrante Victore Tricaſtiuorum Epiſcopo ſolemnitatem natalitij ſui, emiſſa cohorte, cum gladiis & ſagittis irruerent ſuper eum; venientéſque ſciderunt veſtimenta eius; miniſtros cæciderunt, vaſa & omnia ad apparatum prandij auferentes, relinquentes Epiſcopum cum grandi contumeliâ. Quod cùm Rex Gunthramnus comperiſſet, congregari Synodum ad vrbem Lugdunenſem iuſſit, coniunctique Epiſcopi cum Patriarchâ Nicetio beato, diſcuſſis cauſis inuenerunt eos de his ſceleribus, de quibus accuſabantur valdè conuictos: præceperúntque, vt qui talia commiſerant, Epiſcopatus honore priuarentur. At illi, cùm adhuc propitium ſibi Regem noſſent, ad eum accedunt, deplorantes ſe iniuſtè remotos, ſibique tradi licentiam, vt ad Papam vrbis Romanæ accedere debeant. Rex verò annuens petitionibus eorum, datis epiſtolis, eos abire permiſit. Qui accedentes coram Papâ Ioanne, exponunt ſe nullius rationis exiſtentibus cauſis dimotos. Ille verò epiſtolas ad Regem dirigit, in quibus locis ſuis eoſdem reſtitui iubet; quod Rex ſine morâ caſtigatis priùs illis verbis multis, impleuit. Sed nulla, quod eſt peius, fuit emendatio ſubſecuta. Tamen Victoris Epiſcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in ſeditionem direxerant. Meminit prætere a Greg. lib. 4. c. 37. de Longobardorum in Gallias eruptione, qui à Burgundionibus apud Ebredunum, Mummolo Patricio eorum duce ad an. 575. ingenti clade 575.
profligati ſunt, in quo prælio Saloniun & Sagittarium, non cruce cœleſti armatos, ſed galeâ & loricâ multos manibus propriis interfeciſſe, ſcribit. Tandem cum Pariſienſi Concilio 573. interfuiſſet idem Salonius, & cum Sagittario proditionis crimine inſimularetur, iterato iudicio Synodi Cabilonenſis an. 579. ab Epiſcopatu deiecti 579.
ſunt, teſte Marij Auenticenſis Chronico, & in B. Marcelli monaſterium ſub cuſtodiâ detruſi, ex quo clam egreſſi vagam vitam egerunt, quam vbinam gentium finierint penitus ignorarur, ſuffectis in eorum locum Epiſcopis. Rem amplius explicant Gregorius in

Hiſtoriâ, Baronius & Spondanus in A
Annalibus.

585. 11. Emeritvs an. 585. cum aliis
Præſulibus Concilij Matiſconenſis 11.
Canonibus ſignum appoſuit, & pro-
uincialem Synodum Suffraganeorum
588. ſuorum coëgit 588. Cùm autem in
Prouinciâ Alpium maritimâ ordina-
tus fuiſſet nouus Epiſcopus, in paro-
chiis, quas Vrſicinus Taurinus Antiſtes
in regno Francorum poſſidebat, di-
gnitas Pontificia, curante B. Gregorio
594. Papâ abrogatur an. 594. vt fidem fa-
ciunt plures eiuſdem epiſtolæ.

12. S. Alfonsvs cuius memoria B
extat in tabulis Ebredunenſibus ac vi-
600. xiſſe conijcitur ſalutis an. 600.

13. S. Albinvs in faſtis Eccleſiæ
630. titulo ſanctitatis decoratur an. 630.

14. S. Ætherivs i. dicitur
beatus, ac piiſſimè vixiſſe memoratur
à ſucceſſore Ætherio 2. SS. Vincen-
tij, Orontij, & Victoris miraculorum
ſcriptore: nam ex eorum reliquiis par-
tem digitorum contulit Beroaldo No-
ualicenſi Abbati, cum quo frequen-
tius in monaſterio iucundiſſimè diuer-
ſabatur. C

15. Ætherivs ii. cognomento
Peccator, hoc enim nomine ſe vocat
& ſucceſſorem Aetherij, præfatione
ſuâ ad vitam SS. Martyrum Vincentij
& ſociorum, quorum ipſe acta cum
miraculis, quæ ab Hiſpano quodam
Abbate didicit, & glorioſa pro fide
certamina Latino ſermone comple-
xus eſt; ſacra Noualicenſis cœnobij
pignora furto ſurrepta feliciter recu-
perauit. Concilio Cabilonenſi in æde
Vincentij martyris celebrato ſubſcri-
650. bit an. 650. Poſt eum, ſæculo & am-
plius, Pontifice caruit Ebredunenſis
Eccleſia, Saracenis Archiepiſcopatum D
inuadentibus, magno diſpendio reli-
gionis in hac diœceſi.

16. Valchinvs Marrone & Do-
dinâ genitus, Abbonis Patricij Roma-
ni natione Galli, Felicis & Ruſticæ
filij, cis trânſque Alpes potentiſſimi
viri patruus, à quo Seguſiæ Marchio-
nes in Pedemontio originem nanciſci
produnt monaſterij Noualeſiani char-
tæ, quod iam diu incultum Abbo,
Godone cœnobiarchâ inſtituto, no-
uis ædificiis inſtaurauit circa annum
756. 756. curante Valchino Archiepiſcopo,
& opimis redditibus per Vallem Segu-
ſiam ad agrum vſque Taurinenſem do-
tauit, vt refert Philibertus Pingonius
in opere Auguſtæ Taurinorum, ex ta-
bulis Noualicenſibus, huiuſque Præ-
ſulis meminit chartophilacio Ebredu-
nenſi hactenus incomperti. Sed *Mar-
cellus* Ebredunenſis Antiſtes, qui ſub-
ſcriptus inuenitur an. 771. conſecra- 771.
tioni templi S. Saluatoris de Anianâ,
& monaſterij B. Mariæ de Gratiâ in
diœceſi Carcaſſonenſi an. 804. à non-
nullis bonæ fidei non cenſetur; quo
tempore Archiepiſcopalem Sedem am-
bitu ſæcularium occupatam fuiſſe au-
ctor eſt Ado. Ceterùm Canone 8.
Concilij Francofordienſis celebrati
an. 794. continetur, quod ſicuti inter 794.
Viennenſem & Arelatenſem Epiſco-
pos fuit altercatio de Sedium præemi-
nentiâ, ita & de Tarenraſiâ, Ebredu-
no, & Aquis legatio directa eſt ad Ca-
thedram Apoſtolicam; vt quidquid
ſuper eâ re per Pontificem Romanum
Eccleſiæ definitum fuerit, pro certo
teneatur.

17. Bertmvndvs perperam
Gertumacus apud Chenurum, adfuit
Synodo Ponrigonenſi 876. menſe Iu- 876.
nio, in quâ Concilij Ticinenſis acta
firmata ſunt ab Epiſcopis Ciſalpinis,
præſentibus Carolo Principe & Lega-
tis Sedis Apoſtolicæ.

18. Aribertvs, ſiue Aripertvs, reprehenditur an. 877. à Ioanne 877.
8. Pont. Max. epiſt. 70. quod reiecto
Valdeno Diacono, quem Clerus &
populus elegerat, Carolus Imperator
conſenſu firmauerat, eodem defuncto
in Venecienſi Eccleſiâ alium Epiſco-
pum ſuo decreto contra regulam Ca-
nonicam conſecrauerit, præcipitque,
vt cum vtróque tùm à ſe inauguraro
Antiſtite, cùm illo, qui ſe canonicè aſ-
ſerit fuiſſe electum Romam veniat,
quatenus in præſentiâ ſuâ & Sedis
Apoſtolicæ cauſa negotij diligenter
inquiratur. Anno verò 878. ad Con- 878.
cilium generale Tricaſſinum 11. vo-
catur, vt conſtat ex literis eiuſdem
Ioannis viii. Illius tamen nomen non
extat in Catalogo Patrum, qui cano-
nibus ſubſcripſêre.

19. Ermaldvs adfuit Concilio
Nemauſenſi in villâ Portu 886. 15. 886.
Calend. Decembris, ex monumentis
Eccleſiæ Narbonenſis.

20. Arnaldvs an. 890. Valen- 890.

tiæ cum Aureliano Lugdunenſi, Ro- A
ſtagno Arelatenſi, Bernoino Viennenſi
Archiepiſcopis, aliiſque regni Arela-
tenſis Epiſcopis, in Concilio Regis no-
men detulit Ludouico Boſonis filio,
cuius inaugurationis tabulas recitat
Guillelmus Paradinus in Annalibus
Burgundiæ: vbi & forte pro Arnaldo,
ſuperiorem Ermaldum interpretari ſuſ-
picio eſt.

21 S. BENEDICTVS martyrium
ſubiit à Sarracenis vnà cum Epiſcopo
Maurianenſi in ciuitate Ebredunenſi,
& numeroſâ plebe ex Seguſianâ valle,
Noualeſiâ, atque Maurianenſi diœceſi B
916. transfugâ anno 916. quemadmodum
notat Guillelmus Baldeſſanus tomo 2.
Hiſtoriæ MS. inferioris Italiæ, quod è
Chronologiâ Noualienſi exſcripſiſſe
creditur.

22. S. LIBERALIS ortu Briua-
tenſis in prouinciâ Lemouicinâ, diui-
narum literarum apprimè gnarus cum
eſſet, procul viuendi cupidus, proximâ
Sarracenorum clade Ebredunenſibus
Præſule orbatis, Pontifex aſſumitur;
in patriam aliquantò poſt tempore
commigrat ab iiſdem infidelibus ex-
pulſus, & Briuatæ ad meliorem vitam
tranſlatus, locum corpori ſortitus eſt C
in Eccleſiâ natalis ſoli, nomini ſuo
dicatâ, vbi colitur XI. Cal. Decemb.
teſte Bernardo Guidone Epiſcopo Lo-
douenſi, in opere Sanctorum vrbis &
diœceſis Lemouicæ, & aliis Martyro-
logiis MS. Aquitanicis; ſed quo tem-
pore certò vixerit nondum conſtat.

23. BOSO regni Burgundiæ Archi-
cancellarius, memoratur in chartis
Octodurenſibus cum Epiſcopis huius
Prouinciæ, qui apud Valleſanos prope
S. Mauricium, ingruente graui paga-
943. norum perſecutione morabantur anno
943. & in tabulis Eccleſiæ Viennen-
ſis. D

24. PONTIVS ſubſcripſiſſe reperi-
987. tur 987. teſtamento Guillelmi Comitis
Prouinciæ, cum Annone Arelatenſi
Archipræſule.

25. S. ISMIDPAS reſtauraſſe di-
citur templi labefacti B Virginis rui-
1007. nas poſt Saracenorum expulſionem
circiter an. M. VII.

1025. 26. RADO ſedit an. 10[illegible]. vt patet
ex chartâ donationis factæ Eccleſiæ S.
Mariæ ad Ilionem regnante Rodulfo,
cui præſens fuit Eminus Dinienſis

A Epiſcopus; Biennio poſt 1027. probat 1027.
fundationes Guillelmi II. Comitis Pro-
uinciæ Abbatiæ S. Michaëlis de Cluſâ
in Seguſianâ valle, & alteram dotatio-
nem Prioratuum de Colchis & S. Dio-
nyſij in Ebredunenſi territorio.

27. ISMIDO ſubſcripſit priuilegio
Benedicti Papæ IX. conceſſo Abbatiæ
S. Victoris Maſſilienſis, dum ſolemnis
conſecratio celebraretur 1040. Idib. 1040.
Octobr: cum Raimundo Arelatenſi,
Petro Aquenſi, aliiſque Præſulibus.
Memoratur & in diplomate donatio-
nis Bertrandi Comitis, ſiue Marchio-
B nis Prouinciæ, pro ſalute animæ patris
Guilelmi Eccleſiæ S. Promaſij in terri-
torio caſtri Forcalcherienſis 1044. In- 1044.
dict. XII. Henrico Rege.

28. GVINERVINARIVS anno
circiter 1051. intereſt cum plurimis 1051.
Epiſcopis, dedicationi Eccleſiæ Ma-
galonenſis, vt auctor eſt Guillelmus
Catellus lib. V. Commentariorum Oc-
citaniæ.

29. HVGO conuictus Simoniæ mi-
raculo ſtupendo in duobus Conciliis
Ebredunenſi nimirum, & Lugdunenſi
1054. vbi deponitur ab Hildebrando 1054.
Diacono Cardinali Sedis Apoſtolicæ
C Legato.

30. VIMMANNVS, in chartis Vl-
cienſibus Vinimannus nuncupatus, Vi-
ctore II. Pontifice Max. præcipiente,
ac firmantibus Wilelmo, Gaufredo &
Bertrando Comitibus ſuffectus Hugo-
ni 1055. Bullâ Romæ datâ, vbi inau- 1055.
guratur; in archiuis Ebredunenſibus,
electus dicitur 1057. Indict. X. Non. 1057.
Iulij. Hic Præpoſituræ Vlcienſi inter
alia conceſſit decimas & Eccleſias
Briançoneſij.

31. GVILLELMVS I. annotatur
in tabulario Ebredunenſi 1066. 1066.

D 32. GVIRAMANNVS, cuius men-
tio fit in chartâ confirmationis confe-
ctâ in fauorem Eccleſiæ S. Cæciliæ in
Comitatu Ebredunenſi, vnà cum Lau- 1065.
gerio Dinienſi 1065.

33. PETRVS I. nomenclaturæ Ar-
chiepiſcoporum adſcriptus ſub ann.
1077. Sed nihil de eius geſtis huc vſ- 1077.
que legitur.

34. LANTELMVS electus recen-
ſetur 1080. in Synodo Auenionenſi 1080.
ab Hugone Dienſi Epiſcopo Pontifi-
cio Legato, vt exponit Chronicon

Flauiniacenſe MS. Idem in chartis VI- A
1084. cienſibus inuenitur 1084. confirmaſſe eiuſdem loci Canonicis Eccleſiam de Briançone, & ea dona quæ à Vimanno ſupradicto collata fuerant.

35. Benedictvs II. legitur in membranis Præpoſituræ Vlcienſis, eadem approbaſſe beneficia quæ ante-
1105. ceſſores dederant an. 1105. & 1118.

36. Gvillelmvs II. Archiepiſcopales infulas adeptus præfuit cir-
1120. citer 1120. S. Petro Venerabili Abbati Cluniac. qui l. 1. ep. 12. ei ſcripſit, perquam familiaris, etenim Ebredunenſi noſtro, item Arelatenſi, Vapincenſi & B Dienſi Antiſtitibus tractatum contra Petrobruſianos hæreticos dicat, Valdéſium & Albigenſium propagatores, vbi Gvillelmvs laudatur, quod inter omnes totius prouinciæ Septimaniæ, ſeu Alpium maritimarū Epiſcoporeligione, ſcientiâ, eruditione, ac Paſtorali ſollicitudine Pontificale culmen exorner, & Alpes ſuas hæreſi etiam purgauerit; Sic enim eleganter initio præ-
» fatur: Scripſi nuper Epiſtolam Reue-
» rentiæ veſtræ contra hæreſes Petri de
» Bruis diſputantem, &c. mitto nunc
» tandem eam prudentiæ veſtræ, vt per
» vos hæreticis, contra quos ſcripta eſt, C
» & etiam Catholicis, quibus forſan
» prodeſſe poterit, innoteſcat. Vobis
» eam mitto, quoniam in partibus ve-
» ſtris, aut circa eaſdem, ſtulta illa &
» impia hæreſis more peſtis validæ mul-
» tos interfecit, plures infecit, ſed gra-
» tiâ Dei concitante & adiuuante ſtudia
» veſtra à veſtris regionibus ſeſe paulu-
» lum remouit. Migrauit tamen ad loca
» ſatis nobis contigua, & à Septimaniâ
» veſtrâ, vobis perſequentibus expulſa,
» in Prouinciâ Nouempopulanâ quæ
» Gaſconia vocatur, ſibi foueas præpa-
» rauit. Veſtrum eſt igitur ad quos præ- D
» cipuè tam ex officio, quàm ex ſingu-
» lari ſcientiâ in partibus illis cura Ec-
» cleſiæ Dei ſpectat, & quibus ipſa ve-
» lut fortibus columnis maximè inniti-
» tur; veſtrûm eſt, inquam, & à locis il-
» lis in quibus ſe latibula inueniſſe gau-
» det, & in prædicatione, & etiamſi ne-
» ceſſe fuerit, vi armatâ per laicos ex-
» turbare. Dum autem an. 1134. redi-
1134. ret à Concilio Piſano, cum ingenti multitudine Præſulum Gallicanorum & nobilium Clericorum, in reditu aggreſſi apud Lunam ciuitatem Tuſciæ, à Mediolanenſibus Conradi fœderaris, eoſdem immani rabie diſtraxerunt, vulnerarunt, & ſpoliatos omnibus rebus in captiuitatem abduxerunt; Quem ſanè tragicum caſum exponit Petrus Cluniacenſis epiſt. 27. lib. 1. ad Papam Innocentium, vbi ſignificat Ebredunenſem cum Trecenſi, ictu haſtæ excuſſo ab equo in carcerem coniectum fuiſſe, nec diu poſt ſuperuixiſſe, cùm prius in ſuâ diœceſi probaſſet initium fundationis Abbatiæ Boſcaudunenſis.

37. Gvillelmvs de Campo-ſavro III. Legatus Sedis Apoſtolicæ, regimen huius Cathedræ ſumpſit Chanpsavr.
an. 1135. & à Conrado 2. Imperatore, 1135.
primus obtinet Regalia, Iuſtitias, monetæ cudendæ poteſtatem, pedagia vtriúſque telluris & fluminis Druentiæ, iura ſalinarum & alia Principatus Ebredunenſis priuilegia. Abbatiæ Boſcaudunenſi benefacit, eóque præſente
tranſactio habita fuit inter Abbatem 1146.
Maſſilienſem & Iſoardum 1146. ex tabulario Dinienſi. Teſtis verò nominatur in donatione Pontij Richardi de Monteamato, Ottoni Priori Durbonis de iure in Garnazeâ, cum Guigone
de Renel Abbate Boſcaudunenſi 1149. 1149.
Anno inſequenti apud Vapingum cum Iacyntho Rom. Eccleſiæ Cardinali & Raimundo Epiſcopo firmat donum Raimundi de Montbrun Bertrando
Priori Durbonis, vt eſt in archiuis 1150.
Ebredunenſibus, & cartulario Durbonenſi. Interfuit quoque vnà cum Vapincenſi & Aptenſi Epiſcopis, in conuentu Guillelmi Comitis Forcalquerij, ſub tutelâ Garcennis auiæ conſtituti Bertrandi Comitis fratris, pro ſtatuto definiendo excluſiuæ ſucceſſionis filiarum, quemadmodum habetur in eodem Cartuſiæ Durbonis chartophilacio; ex cuius membranis patet
iam fato conceſſiſſe ab an. 1169. VII. 1169.
Idus Decembris.

38. Raimvndvs I. Legatus Sedis Apoſtolicæ enuntiatur in tabulis
Boſcodunenſibus ab an. 1169. & 1174. 1174.
coactus fuit à Frederico Ænobarbo Imp. poſſeſſiones quaſdam & redditus ac argentifodinas Præpoſito & Capitulo Cathedralis ſuæ vſurpandas dimittere, cùm ad Pontificatum fuit electus. Idcirco ad Sedem Apoſtolicam appellauit, & Alexander III. Pontifex querelam iudicio Arelatenſis Archiepiſcopi ſubiecit; Poſthæc verò cum

aliis Antiſtitibus pacem inter Comites Forcalquerij & Prouinciæ ſanciuit.

ROMANVS.
39. PETRVS ROMANVS II. anno
Dom. M. C. LXXVII. legitur interfuiſ-
1177. ſe cum aliis Præſulibus Concilio La-
teranenſi 1179. Hoc eodem anno pa-
ciſcitur cum Guillelmo Comite For-
calquerienſi, filio Bertrandi & Iauſe-
1179. randæ pro iuribus ciuitatis Ebredunen-
ſis, vt eſt in archiuo Regio Aquenſi.
Abbatiæ Boſcodunenſis collapſam diſ-
ciplinam aliquantùm in melius reuo-
1183. cauit; & monachos adegit 1183. vt
primæuo habitu candidi coloris ſub
regulâ Ordinis Caliſienſis vterentur.
In die S. Marcellini annuam largitio-
nem inſtituit ex actis Capituli; & in
veteri regiſtro teſtis fuit cum Aptenſi
& Sanicienſi Epiſcopis, in chartâ pacis
Ildefonſi Regis cum Boniſacio de Ca-
1189. ſtellanâ menſe Octobri 1189.

BENEVENT.
40. GVILLELMVS DE BENE-
VENT IV. Epiſcopus Dinienſis, vt
volunt, priùſque ex Canonico Foro-
julienſis Eccleſiæ Carthuſianus in Prio-
ratu Montiſriui. Raimundo Berenga-
rio Comiti Prouinciæ charus, & fami-
liaris Guillelmi Comitis Forcalquerij;
pedum paſtorale tenuit circiter an.
1194. 1194. adfuit enim coronationi Ottonis
Principis 1200. cum Vienneſi Archie-
piſcopo, & memoratur à Cæſare No-
ſtradamo ſecundâ parte Hiſtoriæ Pro-
uinciæ. Homagium iurauit, Comiti
Forcalquerienſi, atque óbiit 7. Kal.
Iunij; ex variis Kalendariis Chartuſia-
norum.

41 PETRVS PICTAVINVS III.
Pariſienſis Academiæ Cancellarius &
diſcipulus Petri Lombardi Epiſcopi,
cum in eâ palæſtrâ Theologiam pu-
blicè docuiſſet ſpatio quadraginta
duorum annorum, ex hâc profeſſione
ad altiorem dignitatis gradum acceſſit,
Archiepiſcopi Ebredunenſis infulâ de-
coratus, vt auctor eſt Albericus in
» chronico; vbi refert eum ſcripſiſſe li-
» brum Theologicarum ſententiarum
» ad Guillelmum Senonenſium Antiſti-
» tem, poſtillas & diſtinctiones; qui
» cum egentibus, inquit, Clericis con-
» ſuleret, excogitauit arbores Hiſtoria-
» tum veteris Teſtamenti in pellibus de-
» pingere, & de virtutibus ac vitiis ſi-
» militer compendioſè diſponere. Ob-
1205. dormiuit anno M. CC. V.

42. BERTRANNVS I. ex Can-
A cellario Pariſienſis Academiæ Pictaui-
ni ſucceſſor 1206. referente eodem 1206.
Alberico.

43. RAIMONDVS SEDV, II. aliàs SEDV.
DE SALVAGNIS, de Bargiis; Præ-
ſens fuit homagio Marchionatûs Salu-
ciarum præſtito ab Adalaïde Comi-
tiſsâ Pedemontij Guigoni Delfino
Viennenſi apud Ebredunum in domo
Archiepiſcopali 3. Auguſti an. 1210. ex 1210.
literis originalibus; & eodem anno in
tranſactione Alaſiæ Marchioniſſæ Sa-
luciarum; cùm Principe Viennenſi.
Biennio ante componit diuturnam li-
B tem inter anteceſſores Archiepiſcopos
ac Præpoſitum Eccleſiæ, ob argenti-
fodinas & poſſeſſiones olim à Capitulo
vſurpatas præſidio Frederici Imper.
Adfuerat Concilio Auenionenſi 1209. 1209.
8. Idus Septembris contra Albigenſes
congregato, Præſide Hugone Regienſi
Epiſcopo, aſſiſtentibus Viennenſi, Are-
latenſi, Aquenſi Metropolitanis, & vi-
ginti Præſulibus. Demum ab Andreâ
Delphino Viennenſi, Odonis Burgun-
diæ Ducis fratre, ſupremum dominium
accipit in toto Comitatu Ebredunenſi,
eique ſe tanquam domino ſubmittit
& iuramentum clientelæ profitetur
C 1210. ex tabulario Archiepiſcopali. 1210.
Eidem Raimundo ſcribit Papa Inno-
centius III. libro 2. epiſtolâ 95. datâ
Laterani 2. Nonas Auguſti Pontifica-
tus 14. vt abſoluat Roncelinum Vice-
comitem Maſſiliæ, eiúſque mentio ha-
betur in vetuſtâ membranâ originali;
cuius hic tenor.

*EGO GVILLERMVS Dei gratiâ
Comes Forcalquerij iuuenis, filius Comitis
Bertrandi & Iauſerandæ, communi conſilio
omnium procerum Curiæ meæ & totius Co-
mitatus, tam Archiepiſcoporum quàm Epiſco-
porum, quàm Præpoſitorum, & nominatim
conſilio* GVILIELMI DE BENEVEN-
D TO EBREDVNENSIS *Archiepiſcopi;
& Gregorij Epiſcopi Vapincenſis, Petri de
S. Paulo Aptenſis Epiſcopi, & G. Forcal-
querij iuuenis Præpoſiti, & conſilio omnium
virorum Comitatus & nominatim Guiraudi
de Simianâ, & Roſtandi de Agonto fratris
ſui, & Guilielmi de Sabrano, Giraudi Ami-
ci fratris ſui, & Buſonis de Caſareſtâ, Gui-
lelmi Remondi de Cadarachâ, Hugonis de
Raillanâ, Hugonis de la Roccâ, & Arnaudi
Flote auunculi mei, Petri Reinerij, Petri
de Miſone & Lienor de Miſone fratris ſui,
& aliorum procerum tam Clericorum quàm
militum, tam burgenſium quàm ruſticorum.
Tale ſtatutum per totum Comitatum meum*

feci, & pro voluntate auia mea Garcendis, & hoc ſtatutum per omnes homines Comitatus ſeruare & tenere facere, tactis ſacroſanctis Euangeliis; iuraui ſcilicet, vt quicunque ſiue Caſtellanus, ſiue miles, ſiue burgenſis, ſiue ruſticus filiam ſuam alicui collocaret in matrimonio, & dotaret, ſiue mater poſt mortem mariti filiam ſuam, ſiue fratres poſt mortem patris ſororem ſuam collocent in matrimonio, & dotent, filia, vel ſoror non poßit poſtea venire, vel ſuccedere in bonis patris vel matris, vel fratris vel ſororis; Ita tamen quod ſi frater & aliquis ſuperſit, vel filij fratrum, vel filia, niſi nominatim pater vel mater vel frater, vel ſoror, aliquid in ſuis relinqueret Teſtamentis. Hoc ſtatutum, quod feci & iuraui, tantorum meorum procerum Baronum conſilio & auia mea Garcendis, qua tunc temporis curam meam & totius Comitatus mei habet, recognoſco & confirmo; & mando quod ita Iudex aliquis vel in Curiâ, vel in toto Comitatu meo, quod contra hoc ſtatutum arbiter non ſit audax, ſententiam vel arbitrium fecerit, ne ſententia valeat, ſi fecerit, nec arbitrium alicuius ſit momenti.

CHABERT. 44. BERNARDVS CHABERT
II. Innocentij III. Legatus in Albigenſes, Bullâ eiuſdem Pontificis ab
Epiſcopatu Gebennenſi ad hanc Se-
1214. dem tranſlatus 1214. ex actis Conſiſto-
rialibus. Eodem anno intereſt in quindenâ Natiuitatis Domini, Synodo Monſpelienſi ſub Petro Beneuentano Apoſtolicæ Sedis Legato, vt Simon Comes de Monteforti Princeps Terræ acquiſitæ aduerſus Albigenſes conſtitueretur; Communi aſſenſu Prælatorum electus fuit BERNARDVS, vtpote vir eloquentiâ & eruditionis nomine conſpicuus, qui cum aliis Clericis Romam delegaretur, vt Synodale decretum, quod inconſulto Pontifice exequi non poterant, illi denuntiarent. Idem igitur qui à Petro Monacho Vallis Cernaij Albigenſium Hiſtorico capite 81. Girardus vir bonitatis, & multæ ſcientiæ nuncupatur, Romam profectus eſt, vt Synodi capitula Papæ & Concilio Lateranenſi confirmanda exhiberet. Pallio donatur ab eodem Innocentio menſe
1214. Octob. 1214. eique ſcribit lib. 3. epiſt.
175. & 176. regiſtri 15. vbi firmat duodenarium numerum Canonicorum in Ebredunenſi Eccleſiâ. Fidem ſacramentalem ſecundò accipit ab Andreâ Delphino, cui amicus in primis erat; Tertiam ab Amalrico filio Simonis Comitis Montisfortis, vt recenſetur in archiuo Archiepiſcopali. Pontificatum geſſit Bernardus, vſque ad annum 1235. 1235.

45. AYMARVS, ex monacho & Abbate S. Petri Viennæ, poſt adminiſtratam Maurianenſem Eccleſiam annis quatuordecim, inde Pontifex Ebredunenſis renuntiatus anno 1237. præfuit 1237.
Alpinæ prouinciæ Metropoli reliquos vitæ annos, caſtitatis laude, liberalitatis, pietatiſque ſpecimine ſingularis, tum etiam contra Eccleſiæ ſuæ inuaſores acerrimus deffenſor extitit; Fidem clientelæ profeſſus Frederico II. Imp. homagium à Guigone Delphino repoſcit, nec reddere vllatenus detrectauit. Ceterùm diplomate Innocentij IV. Pont. Max. Lugduni dato impetrat, vt nulli ſubeſſet Ebredunenſis Antiſtes; quàm Sedi Apoſtolicæ, à quâ priuilegiis Eccleſia cohoneſtatur. Fato
functus eſt tempore Concilij Lugdu- 1245.
nenſis, & Viennam tranſuectus, ſepelitur in ſuo Monaſterio S. Petri, circa medium nauis baſilicæ talibus epitaphiis à parte dextrâ inſcriptis.

Archos Pontificũ, lux Cleri, Dux populorum,
AYMARVS, *ſubit hâc funeris vrbe thorũ.*
Hunc ornauerunt tria concurrentia, rarò,
Lingua perita, manus larga, pudica caro.
Mors dum mordet eum, morti contraria vita,
Redditur & Chriſto perpetuatur ita.

Aliud ibidem.

Speranti ſoluit, ſancta concluſio finis,
Quod dudum meruit raptus ab orbe cinis.
Splenduit in Clero diuina numine legis,
Clara ſacerdotum gemma, lucerna gregis.
Lætitia fulgor, confector pacis, egenis
Porta patens, pietas clauſtralis, regula morum.

Ad alteram tumuli partem legitur.

ANNO DOMINI

M. CC. XLV. *Nono Kal. Iunij obiit felicis memoria Domnus* AYMARVS, *qui* 1245.
fuit Abbas iſtius monaſterij; inde aſſumptus fuit in Epiſcopum Maurianna quem rexit feliciter XIV. annis. Poſtmodùm fuit vocatus in Archiepiſcopum EBREDVNI, *cui præfuit laudabiliter decem annis; eſt eius corpus in præſenti ſarcophago reconditum, anno & die quo ſupra.*

Exoret Chriſtum, titulum qui legerit iſtum,
Vt ſit cum Chriſto, loculo qui pauſat in iſto.
Amen.

46. HVM-

46. Hvmbertvs ex monacho Ordinis S. Benedicti ſuffectus Aymaro, in fide homagij à Guigonę Del-
1245. phino Vapingi præſtito 1245. Dominus eius peculiari confeſſione agnoſcitur. Quatuor ſacerdotibus monachis alendis in monaſterio Boſcaudunenſi, quotidie pro ipſius animâ celebraturis ſufficientes redditus, de ſuis bonis aſ-
1247. ſignauit, xv. Kal. Januarij 1247. vt eſt in tabulario Boſcodunenſi. Morte
1250. præreptus circiter an. 1250.

Svse. Va Lyon....

47. Henricvs de Bartholomæis de Svse Cardinalis Ostiensis, cognomento de Seguſià, erat is ad Secuſium oppidum Pedemontij in Taurinis ex nobili proſapiâ ortus; cúmque magni nominis Doctor eſſet, præcellens Iuriſconſultus, Theologus & Orator, inſuper vitâ inculpabili polleret, ex Archipreſbytero Ebredunenſi, Epiſcopus Siſtaricenſis, demum ad Ebredunenſis Pontificatus
1250. dignitatem vocatur circa 1250. ſequenti anno ab Imperatore Principis nomine, aliiſq; priuilegiis decoratur. Hinc ab Vrbano iv. Pont. in ſecundâ crea-
1263. tione ad Cardinalatum euectus 1263. menſe Decembri auctore Theoderico Vallecolore libro de geſtis Vrbani, non 1261. in primâ creatione vt Ciacconio placet; Epiſcopus ſubinde Oſtienſis euaſit. Omni autem fermè diſciplinarum laude præſtantiſſimus, hortatu Alexandri iv. Papæ, ſingulare vigiliarum monumentum, videlicet laborioſam ſummam, quæ vulgò ob excellentiam Oſtienſis vocatur Ebreduni compoſuit, & expoſitionem ſuper epiſtolas decretales. Quocirca fons iuris vtriuſque à grauiſſimis auctoribus nominatur, in quo auditorem habuit Guilelmum Durandum Speculatorem dictum, Mimatenſem Epiſcopum. Legationem Pontificiam obiuit apud Inſubriæ Principes, ad clientelarem fidem Delphinum Viennenſem vaſſallum admittit, rebelles ciues forti animo contudit, poſtquam illos interdicto per annum à ſacris arcuiſſet; in Eccleſiam Ebredunenſem largiſſimus, cæteras virtutes eloquentiâ cumulat, & ſcriptis ac eruditione præſtanti maximè inclytus ad meliorem vitam tranſiit Lugduni viii. Idus Nouembris anno
1271. 1271. humo corpus mandatum eſt in templo Dominicanorum; quamobrem aberrant qui fato eum ceſſiſſe volunt 1276. aut 1281. cum Henrico in Epiſ- 1281.
copatu Oſtienſi ſucceſſerit Petrus de Tarentaſiâ an. 1272. vt rectè obſeruat 1272.
Vghellus in Epiſcoporum Oſtienſium catalogo. Huius Cardinalis meminêre Mathæus Paris in Hiſtoriâ Angliæ, Trithemius, Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſt. Ciacconius, & alij paſſim.

48. Melchior in perantiquâ membranâ Boſcodunenſi memoratur
1258. & 1260. hic magnis rebus geſtis 1258.
laudatur ab Vrbano iv. Papâ. Factionis Gibelinorum in Italiâ grauis inſe- 1262.
ctator 1262. in contentionem pro homagiis cum Delphino venit, multíſque nominibus Sedi Apoſtolicæ acceptiſſimus fuit; & non vltra an. 1275. Ponti- 1275.
ficatum tenuiſſe creditur.

Serene.

49. Iacobvs Serene ii. Ex Præpoſito Ebredunenſi apicem Archiepiſcopatus conſcendit: adiiſſe Rudolphum Imper. comperitur, 1276. à quo 1276.
confirmationem priuilegiorum obtinet; multis officiis ab eodem Principe & dignitate Tricamerarij perpetui Cameræ Imperialis adauctus. Biennio
poſt 1278. ſtatuta pro regimine Eccle- 1278.
ſiæ ſuæ edidit, vt eſt in Ebredunenſi chartulario. Intereſt quoque inaugurationi Cæſaris cum Biſontino & Rauennate Archiepiſcopis, Lauſannæ ad lacum Lemannum; ac paulò poſt na- 1286.
turæ debitum ſoluit 1286.

50. Gvillelmvs v. Eccleſiam ſuam triennio rexit, Noſocomij Ebredunenſis præcipuus benefactor, lites grauiſſimas componit, & à viuis eripi- 1288.
tur 1288.

Mevllion.

51. Raimvndvs de Mevllion iii. ex claro Medullionum ſanguine oriundus quæ in Prouinciâ, & Delphinatu floruit, Ordinis Prædicatorum Religioſus Epiſcopatum Vapincenſem obtinuit, à quo eximiæ pietatis & maiorum meritorum cumulo dignus, ad Ebredunenſe Pontificium,
ſibi gradum fecit 1289. Præfuit Con- 1289.
cilio Reatino in Italiâ, & 1292. intereſt donationi factæ ab Annâ Delphinâ & Humberto de Turre marito, Ioanni 2. Delphino Albonij Comiti apud Viennam 13. Iunij, præſentibus
Wilelmo Archiepiſcopo, Ioanne Va- 1292.
lentino & Dienſi, Guidone Anicienſi, Wilelmo Gratianopolitano, aliíſque toparchis; Cuius literæ extant in Hiſtoriâ Delphinorum Viennenſium An-

dreæ Quercetanl. Sollicitudinis Paſto-
ralis cupidus decretá condidit Eccle-
ſiæ ſuæ vtilia, quorum tale proëmium
eſt in tabulario Diniensi. *Statuta, quæ
nos frater* RAIMVNDVS DE ME-
DVLLIONE *Dei patientiâ S.* EBRE-
DVNENSIS *Eccleſiæ Epiſcopus per domi-
num Henricum bonæ memoriæ Ebredu-
nenſem Archiepiſcopum, ac poſtmodum
Oſtienſem Epiſcopum comperimus eſſe facta,
vnà cum Venerabilibus fratribus G. Di-
nienſi, B. Glandatenſi, Lant. Graſſenſi,
B. Seneſcenſi, Hugone Nicienſi & Guilel-
mo Vencienſi Dei gratiâ Epiſcopis Suffra-
ganeis noſtris, Fratre P. Abbate Boſcodu-
nenſi, ac procuratoribus Capitulorum Eccle-
ſiarum ipſorum, conſtituti in noſtro Pro-
uinciali Concilio apud Ebredunum anno*
1290. *Domini* M. CC. XC. *die Sabbati ante aſ-
ſumptionem B. Virginis euocato.* Mirùm
quantam hic Præſul liberalitatem in
varias Eccleſias & Ordines religioſos
profudit; Baxij autem apud Patres
1294. Dominicanos anno 1294. 28. Iunij in
vigiliâ Apoſtolorum Petri & Pauli,
in Domino obdormiuit, quâ die ha-
bet anniuerſarium in Necrologio Mo-
naſterij S. Andreæ ſecus Auenionem.
Sepultus verò in æde Prædicatorum
Siſtaricenſium. Antequam ſacris eſſet
initiatus, fuerat Toparcha Baroniæ de
Medullione, & maritus Sibiliæ, ex
quâ Raimundum huius nominis ſe-
cundum iuniorem Dominum de Me-
dullione ſuſcepit qui an. M. CC. LXX.
9. Kal. Decemb. præſente patre Præ-
dicatorum inſtitutum iam profeſſo,
tranſegit, de iuribus Baroniæ Medul-
lionis, vt eſt in veteri regiſtro.

MANDAGOT.

52. GVILLELMVS DE MANDA-
GOT VI. Sebennas, primùm Nemau-
ſenſis & Vticenſis Archidiaconus,
mox Capellanus ſummi Pontificis &
Præpoſitus Eccleſiæ Toloſanæ, tan-
dem à Bonifacio VIII. Ebredunenſi
1295. infulâ ornatus circa annum 1295. Cele-
berrimus fuit Iuris vtriuſque inter-
pres, cuius opera in condendo ſexto
Decretalium libro vſum eſſe eundem
Bonifacium colligitur ex præfatione
operis, multáque alia Iuriſprudentiæ
monimenta ſcripſit, vti tractatum de
electione Prælatorum ad Berenga-
rium Biterrenſem; donis ingentibus
Metropolim ſuam locupletauit; lega-
tione Pontificiâ functus ad Regem
Aragoniæ cum Carolo II. Prouinciæ
Comite. Creatus autem Epiſcopus

A Cardinalis Præneſtinus à Clemente V.
1312. 14. Decembris Bonifacium egre- 1312.
giè propugnauit. Tandem ex hac vi-
tâ deceſſit Auenione menſe Nouem-
bri, an. 1321. vel, vt aliis placet, trien- 1321.
nio poſt, ſedente Ioanne XXII. Eius
cum laude meminerunt, Bernardus
Guidonis, Trithemius, Abrahamus
Bzouius, Ciaconius, & Vghellus in
Epiſcopis Præneſtinis.

VASCONIA.

53. IOANNES DE VASCONIA
I. ex monacho ordinis Ciſtercienſis ab
anno 1312. in ſolio Archiepiſcopali 1312.
ſedit, titulo Conſeruatoris priuilegio-
B rum Ordinis Diui Bernardi decora-
tus, quem ad ſucceſſores propagaſſe
dicitur. Homagia diu à Delphinis
Principibus negata exegit, & Ioan-
ne Comite ad fidem clientelarem ſuſ- 1318.
cepto, vixit vſque ad 1318.

ROBAVDI.

54. RAIMVNDVS ROBAVDI
IV. electus memoratur 1319. die 8.
menſis Octobris, vt legere eſt in regi- 1319.
ſtro libri Obligationum ſacri Colle-
gij. Guigonem Delphinum ad con-
ſuetum clientelæ officium recipit, eo
pacto, vt Archiepiſcopus in palatio,
quod Ebreduni ædificauerat, ſupre-
C mo dominio vteretur. Idem an. 1321. 1321.
accolas locorum de S. Eſpine, & de
la Roche, tributi annuâ penſitatione
ſe redimentes libertate donat, referen-
te tabulario Ebredunenſi.

D'EVX.

55. BERTRANDVS DE D'EVX
II. Cardinalis Ebredunenſis tituli S.
Marci, Præpoſituram Cathedralis
Eccleſiæ diu tenuit, ex quâ mox ad
Archiepiſcopatus regimen euocatur
1323. die V. Septembris; ex eodem 1323.
Obligat. libro. Cúmque eſſet vir do-
ctus & iuriſperitus ad Purpuram adi-
tum ſibi præbuit, electus à Benedi-
cto XII. Cardinalis & Cancellarius S.
Rom. Eccleſiæ. Poſtea verò declara-
D tus 1337. à Clemente VI. Epiſcopus 1337.
Sabinus, Apoſtolicæ Sedis in Italiam
Legatus pro componendis tumultibus
mittitur; Ad ſedandum quoque Pe-
tri Arragoniæ Regis bellum, Eccle-
ſiaſticæ item ditionis in Italiâ refor-
mandæ gratiâ, & in Neapolitanum re-
gnum poſt cædem Andreæ Regis dele-
gatus terras Romanę Sedi ſubditas feli-
citer adminiſtrauit, ac Lud. Bauari co-
natus repreſſit. Guigonem V. Delphi-
num hominium iurantem oſculo ex-
cipit, rurſúmque idipſum Humbertus

profitetur. Canonicis Eccleſiæ ſuæ contra Valdenſes hæreticos Inquiſitoribus vtitur; maximiſque donis Eccleſiam & totam diœceſim ſuam ditauit. Interim Synodo Auenionenſi
1337. interfuit 1337. & Poëta cæteróqui elegans ſaphicis verſibus Chriſti paſſionem decantauit. Auenionenſe autem Carthuſianorum Monaſterium munificentiſſimè ædificauit, vbi & animam Deo reddidit XII. Cal. Nouemb. ſepultus ibidem in templo S. Deſiderij à ſe extructo, quod Canonicorum Collegio exornauit; ad aræ maioris cornu dextrum ſub inſigni tumulo hæc addita inſcriptio.

Hic Iacet

Bonæ memoriæ Bertrandvs de Devcio *Gallus, caſtri de Blandiaco Vticenſis diœceſis, Legum Doctor egregius, qui fuit* Ebredvnensis *Archiepiſcopus, & deinde tituli S. Marci Presbyter Cardinalis, & demum Epiſcopus Sabinenſis & Sanctæ Rom. Eccleſ. Vicecancellarius, vir magnarum virtutum & ſcientiæ; qui de ſuis bonis hanc ſacram Eccleſiam dotauit, & fieri ordinauit. Obiit autem Auenione* XXI. *Octobris, ibidem Curiâ Romanâ reſidente, anno à Virginis*
1355. *partu* M. CCC. LV. *Domini Innocentij Papæ* VI. *3. cuius anima in pace quieſcat.*

De Bertrando plura Bernardus Guidonis, Ciacconius in vitis Cardinalium, Vghellus tomo I. aliique Scriptores.

Avbenas. 56. Pastor d'Avbenas Cardinalis de Albenaco, cognomen tulit à natali ſolo d'Aubenas in Viuarienſi territorio, vbi etiam religionem Minorum Conuentualium profeſſus, in Prouincialem aſcitus eſt, Doctor Pariſienſis, eligitur à Benedicto XII.
1337. Kal. Oct. 1337. Aſſilienſis Epiſcopus, & Paſtor conſecratus, ad hanc Eccleſiam directus in Italiam venit; Sed cum in tractandis magni momenti negotiis eius operâ Pontifex vti ſtatuiſſet, illum in Gallias reuocauit, & eodem anno Februarij VI. die, vt eſt in citato regiſtro obligationum, ad Archiepiſcopatum Ebredunenſem traductum legatione Gallicanâ cohoneſtauit. Itaque ab Humberto Delphino homagium conſuetum accipit ratione feudorum quæ ab Eccleſiâ tenebat; & locupletiſſimis muneribus de ſuâ Metropoli benè meretur. Tametſi verò Benedictus inter viuos eſſe deſiiſſet, parem nihilominus apud ſucceſſorem Clementem VI. gratiam facilè ſibi conciliauit, Purpuræ honorem tituli S. Siluestri primò, deinde S. Martini in Montibus conſecutus 1350. quem cum vitâ exuit 1354. Auenione, 1354.
vbi conditus eſt in æde Franciſcanorum. Multa commentaria & tractatus in ſacros prophanóſque auctores, cum ſui temporis Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ conſcripſit. De illo Cardinali Ciacconius, Vghellus tomo I. Italiæ ſacræ & alij.

57. Gvilelmvs de Bardis De Bardis.
VII. renuntiatur an. 1345. die 26. Maij ex libro obligationum. Is à Carolo 1345.
Delphino poſtea Rege Francorum V. hominij ſacramento colitur per Aymarum Pictauienſem Delphinatus Progubernatorem, in conuentu Franciſcanorum oppidi Romanenſis, Vienenſis diœceſis. Bellum grauiſſimum hæreticis Valdenſibus indixit; eiúſque memoria habetur in tabulariis Eccleſiæ 1360. 1360.

58. Bertrandvs III. 1360. aliunde innotuit ex Concilio Aptenſi 1365. 1365.
cui Philippus de Cabaſollâ Hieroſolymitanus Patriarcha Cabellicenſis Adminiſtrator præſedit; rurſus nomen eius legitur in chartis Guilleſtrenſibus eodem anno ſcriptis vltimâ Septembris.

59. Bernardvs II. cuius notitia eruitur ad annum 1365. & 1366. ex 1365.
ſchedis Abbatiarum S. Andreæ Auenionenſis & Boſcaudunenſis.

60. Petrvs de Sarcenas IV. Sarcenas.
Cardinalis Sabinenſis cognomine de Sarracenaco, tit. S. Laurentij in Lucinâ, quem alij Petrum Amelij de Sarſenaco, alij Bernetium vocant, ex proſapiâ de Vigono Dominorum Cercenaſchi, oppido inter Alpes & Taurinum, ideóque de Sarracenico appellatum, & in regiſtris Vaticani, & à Ciacconio. Iuris vtriuſque ſcientiâ inſignis Doctoratus lauream adeptus eſt, hinc Rotæ Romanæ Auditor, Canonicus Cathedralis Taurinenſis, & in Auenionenſi Curiâ ſcriptor Apoſtolicus, à Iacobo de Sabaudiâ Principe Achaiæ, de pace celebrandâ cum Marchione Montisferrati agens coram Pont. Max. Clemente, Viuarienſem Pontificatum móxque Ebredunenſem adiit 1366. ex 1366.
actis Conſiſtorialibus. Hoc eodem

anno Octob. 26. cum Rodulpho de
Lupey Gubernatore Delphinatus an-
1367. tiquas ſancit pactiones & 1367. 16. Au-
guſti, honores clientelares à Rege ob-
tinet, & à S. Pontij Nicienſis Abbate
ſuperior immediatus agnoſcitur. Sub-
ditos rebellantes comprimit, fortique
animo vrbem ſuam ab inuaſione Pro-
uincialium deffendit & Cardinalatu
inſignitus in ſchiſmate Pſeudo-ponti-
ficis Clementis, creatúſque Epiſcopus
Cardinalis Sabinenſis, titulo protecto-
tis Ebredunenſis Eccleſiæ condecora-
tur. Delectus executor teſtamenti B.
Petri Luxemburgenſis, & Cardinalis
Auenionenſis Anglici Grimoardi. De-
1390. ceſſit Auenione XVI. Auguſti M. CCC.
XC. ſub obedientiâ Benedicti XIII.
Antipapæ, ibidémque ſepultus eſt. Le-
gendi Onuphrius, Ciacconius, Fran-
ciſcus Auguſtinus ab Eccleſiâ Salu-
cienſis Epiſcopus in chronologicâ Hi-
ſtoriâ Pedemontanæ regionis, & V-
ghellus in Epiſcopis Sabinenſibus.

STEPHANI. 61. MICHAEL STEPHANI, pa-
triâ Hiſpanus Arragonenſis, Canoni-
cus Balearicæ Maioticæ inſulæ, à Cle-
mente VII. Pſeudopontifice Caietæ,
cùm antea eidem vt Camerarius aſſi-
ſteret ad Archiepiſcopatum euehitur
1379. circa 1379. plenus dierum Cal. Maij
rebus humanis eximitur, vir alioqui
ſimplex & minimè malus, qui tamen
Archiepiſcopales redditus conſangui-
neis Artagonenſibus dilapidandos per-
miſit.

GELV. 62. IACOBVS GELV III. apud
Iuodium Ducatus Luxemburgenſis
oppidum honeſto loco natus, omni
eruditionis genere excellens, paula-
tim ſe erexit ad ſupremas Eccleſiæ di-
gnitates; ac primùm Ludouico Aure-
lianenſium Duci, qui poſtmodum Bur-
gundionum factione Pariſiis violentâ
morte periit, libellorum ſupplicum
Magiſterio, & Præſidis Gratianupoli-
tani præfecturâ conſpicuus, Canoni-
catum à Capitulo Ebredunenſi flagi-
tat, indéque Archiepiſcopus Turo-
nenſis electus, vnus ex Concilij Con-
ſtantienſis nunciis ad Petrum de Lunâ
1415. ſchiſmaticum 1415. cum Sigiſmundo
Rege Hungariæ ac Bohemię, & in Co-
mitiis de electionis Martini V. Papæ
ſuffragiis aliquot vocum ad Sancti
Petri Cathedram obtinendam poſ-
citur. Multa maximi momenti ne-
gotia tractauit, cum bellorum ciui-

A lium æſtu & calamitoſis Anglorum
temporibus Gallia miſerè iactaba-
tur. His perfunctus muneribus, ab
Ebredunenſi Clero in Puntificem re-
nuntiatus an. 1427. à Martino V. pro- 1427.
uiſus eſt, qui Iacobum ad componen-
das lites Ludouici Siciliæ cum Alfon-
ſo Arragunum Rege, delegauit. Ne-
que hic omittendum, diœceſim ſedu-
lò viſitaſſe, & in concionibus ad po-
pulum habendis aſſiduè verſatum, ædi-
ficia Eccleſiæ ſuæ magnâ cum laude
reparaſſe; nec lungo poſt interuallo 7.
die Septembris 1432 ad meliorem vi- 1432.
tam euolat, corpúſque octauo poſt
B anno effertur; idem deceſſorum Ar-
chiepiſcoporum geſta MS. breui opuſ-
culu in compendium redegit.

63. IOANNES GERARD II. no- GERARD.
bili familiâ Ebreduni ortus eſt paren-
tibus Dynaſtis de Orreis, cuius loci
fuit & condominus; Hic ex Præſide
Gratianopolitano & Delphinatus Pro-
regis locum tenente, Canonico etiam
Ebredunenſi, cum aſſumptus fuiſſet
Capituli electione, ab Eugenio IV. &
Concilio Baſileenſi confirmatur, do-
ctrinæ, prudentiæ, cæterorúmque or-
namentorum adminiculis fultus, Re-
C menſi & Viennenſi Archiepiſcopati-
bus Ebredunenſem præpoſuit, & Boſ-
caudunenſem Abbatiam à Petro de
Lunâ ſubtractam iuriſdictioni ſuæ,
nouis Pontificum ſanctionibus ſibi
ſubmittens; iurgia Clerum inter & po-
pulum placidè componit; Eccleſiâ
largitionibus opulentíſque gazis dita-
tâ. Scribitur in actis Conſiſtorialibus
Vaticani ad Metropolim Viennenſem 1444.
traductus 1444. XII. Cal. Maij & ere-
ptus è viuis 17. Ianuarij 1457. 1457.

64. IOANNES DE MONTE-
MAGNO III. ab Epiſcopatu Biter- MONTMAGNO.
D renſi ad Ebredunenſem Eccleſiam
tranſlatus 1444. 12. Cal. Maij, vt eſt 1444.
in memotato Obligationum lib. Fuit
Ludouici Delphini Caroli 7. Franciæ
Regis filij Legatus ad Amedeum Du-
cem Sabaudiæ 1445. pro exequendâ 1445.
fœderum pace inter Franciæ Reges ac
Comites Sabaudiæ, ex archiuis came-
ræ Rationum regiarum Delphinatus.
Acceſſit inde cum aliis eiuſdem Ca-
roli Oratoribus ad Geneuam 1447. 1447.
pro abdicatione Felicis V. vt recitant
vetuſta Franciæ Chronica, quæ tra-
dunt eodem munere Legationis fun-
ctum Rumæ ad Nicolaum V. Pont.

Max. 1448. pro Delphino vna cùm
Antiſtite S.Pauli Tricaſtinenſi & Do-
mino de Malicorne.

BAILE.

65. IOANNES BAILE IV. Ioan-
nis Bauli Gratianopolitani Senatus
Principis filius, multarum literarum
felici comprehenſione commendan-
dus, à Canonicatu Ebredunenſi ad Ar-
chipræſulatum ſibi gradum fecit; ni-
hilominus diſſidio aliquandiu à Clero
ſuo auulſus, partim Romæ, partim &
Auenione commemoratur; Sed rebus
compoſitis Sedi ſuæ reſtitutis, omnia
ad pacem mirâ prudentiâ conciliauit.
Valdenſium hæreticorum reliquias per
totam diœceſim reſecuit; Ludouicum
XI. Regem Protocanonicum ſuæ Ec-
cleſiæ à Sixto IV. additum excepit; præ-
ſens in appoſitione primarij lapidis
Conuentus Obſeruantiæ Lugduni
1494. 25. die Martij 1494. menſe Septembri
eiuſdem anni vitâ eximitur: corpúſque
in ædis Metropolitanæ monumento
Archiepiſcoporum illatum eſt.

ANCEZVNE.
De gueulles au dragon aiſlé & môſtrueux d'or, ayant face humaine, & tenant de ſa pate dextre ſa longue barbe, qui ſe termine en teſte de ſerpéteaux de meſme.

66. ROSTAGNVS D'ANCEZV-
NE ex illuſtri gente dominorum de
Caderouſſe, in Comitatu Venaiſſino,
Guilelmi de Anceſunâ filius, fratér-
que Aymari, à quo prodiére Barones
du Tor. Antea Forojulienſis Epiſco-
pus ad hanc Cathedram aſſumitur
1494. fratres habuit Regi Carolo VIII.
per quàm familiares, cuius nomine ad
Pontificem Max. Orator, Camerarius
fuit Iulij II. Papæ. Supremum diem
clauſit Romæ, ibique tumulo manda-
tus eſt an. 1510. apud Minores.

MEDICIS.
D'or à cinq tourteaux de gueulles, 2. 2. 1. ſurmôtez d'vn tourteau d'azur en chef, chargé de trois fleurs de Lys d'or, 2. & 1.

67. IVLIVS DE MEDICIS Flo-
rentinus Leonis X. Papæ frater pa-
truelis, Iuliano natus, qui coniuratio-
ne Pazzorum confoſſus, matrem Iulij
haud certam vxorem grauidam eo re-
liquerat. Poſthumus autem naſcitur,
& cum à primis annis in eo vigor ani-
mi ad ſacra belli ſtudia eluceret, mi-
litiæ ordinis S. Ioannis Hieroſolymi-
tani adſcriptus, Prior Capuæ creatur.
Inde Florentinum Archiepiſcopatum
obtinet M.D.XIII. quo anno declaratus
Cardinalis Diaconus S. Mariæ in Do-
minicâ, mox & Preſbyter tit. S. Cle-
mentis, poſteáque mortuo Sixto Ru-
uereo Vicecancellarij Rom. Eccl. di-
gnitate cohoneſtatur; à Iulio II. Ebre-
1510. dunenſem Sedem accipit 1510. mor-
tuo Roſtagno in curiâ Romanâ. Sed
Medicea familia cum à Francis ad
Hiſpanos defeciſſet, Iulius Gallorum
A partes deſerit, Pontificatu in manibus
eiuſdem Papæ abdicato. Interim eum
magnæ in Republ. Romanâ auctori-
tatis ſplendore claruiſſe argumento
eſt, quod res grauioris ponderis in eâ
ſuſtinuit; vnde & opes ingentes cum
præſtanti nominis fama cumulauit:
felici demum ſorte ad Summi Ponti-
ficatus apicem prouectus an. 1523. no- 1523.
men accepit Clementis VII. corona-
tus ad S. Petrum more maiorum; Ro-
mam Carolo Borbonio Duce eam ex-
pugnante funeſtiſſimè direptã vidit, &
factâ deditione arcis S. Angeli in quam
ſe receperat, captiuus detinetur; Caro-
B lum V. Cæſarem Bononiæ inaugura-
uit; Maſſiliam ad colloquium cum
Franciſco I. acceſſit, de variis rebus
tractandis, belli in Turcos, & Con-
cilij promouendi, vel Angliæ Regis
ad rectam viam reducendi causâ; Fuit
verò præcipua de connubio Cathari-
næ neptis Laurentij Medicei olim Du-
cis Vrbini natæ, cùm Henrico Aure-
lianenſi Duce celebrando: Romam
reuerſus excommunicationem Regis
Angliæ ingenti Eccleſiæ detrimento
promulgauit, nec multò poſt in Vati-
cano moritur 7. Kal. Octobris 1534. 1534.
C primò cadauer in S. Petri, deinde Mi-
neruæ baſilicâ ſub marmoreo tumulo
tranſlatum, iuxta Leonis X. oſſa con-
quieſcit. Geſta Clementis pluribus
deſcripsêre Iouius, Onuphrius, Ciac-
conius, & Guichardinus, vbi ex illo
Spondanus tomo 3. Annal. Curiæ, in-
quit, inuiſus, Principibus ſuſpectus,
famâ potius odioſâ, quàm gratâ, exi-
ſtimatus auarus, ambiguâ fide, & na-
turâ à beneficiis in mortales conferen-
dis alienus; nihilominus in ſuis actio-
nibus valdè grauis, ſagax, victor ſui,
maximóque ingenio: Sadoletus tamen
eundem virum bonum, prudentem, pa-
D ciſque in ipſo Pontificatu amantiſſi-
mum commendauit.

FIESQVE.
D'argent à trois bandes d'azur.

68. NICOLAVS DE FIESQVE
Cardinalis Genuenſis antiquo Fliſco-
rum Lauagnæ Comitum ſanguine ge-
nitus, Eccleſiis Foroiulienſi, Agathen-
ſi, & Tolonenſi præfectus, etiam Ebre-
dunenſi reſignatione Iulij Cardinalis
Medicei potitur 1511. Qui cum eſſet 1511.
vir ſanctiſſimis moribus, acérque iu-
rium Eccleſiaſticorum propugnator,
vt de eo ſcribit Vbertus Folieta in elo-
giis; Purpurâ inſignitus eſt an. 1503.
ab Alexandro VI. Papâ, tum deinde
Rauennenſem Pontificatum à Leone

x. adminiſtrandum ſuſcipit 1516. ele-
1518. ctus Albanenſis Epiſcopus 1518. Sabinenſis, & ex Portuenſi, ad Oſtienſem
1524. aſſumptus 1524. Maij 18. intra menſem hoc eodem anno Iulij 18. deceſſit, tumulatus in templo S. Mariæ de populo. Conſule Vghellum in Italia ſacrâ, & Ciaccorium, vbi multa de Nicolao Fliſco reperies.

D'Arces.

69. Clavdivs d'Arces Abbas Beatæ Mariæ Boſcaudunenſis, Gratianopolitanus, à Capitulo eligitur
1511. an. 1511. diu cum Nicolao de Fliſco Cardinali diſceptauit, ſed irrito conatu, vt qui ad Viennenſem Archiepiſcopum appellauerat, Claudius eluſus eſt, recuſato Primaris illius iudicio, & lite compreſsâ Ludouico XII. iubente perſtitit in iure Archiepiſcopatus Cardinalis, deſtititque vrgere Claudius
1517. an. 1517. nunquam adeptâ poſſeſſione; meritis ſanè atque virtutum & doctrinæ præſtantiâ cum primis conferendus. Obiit in Abbatiâ ſuâ quie-
1519. tus an. 1519.

Tovrnon.
Semé de Frâce, Party de gueulles au Lyon d'or.

70. Franciscvs de Tovrnon Canonicus Auenionenſis & Abbas generalis Sancti Antonij Vienneſis, in Antiſtitem Ebredunenſem promotus eſt 1517. nouem annis hanc
1517. dignitatem ſuſtinuit, per honorificis legationibus obitis, inſuper Bituricenſi, Auſcienſi & Lugdunenſi Archiepiſcopatibus, Purpurâ & Cardinalium Decanatu inſignis claruit. De eo fuſius infra in Lugdunenſibus dicemus.

Levis.
D'or à trois cheurons de ſable.

71. Antonivs de Levis Iacobo Barone de Chaſteaumorand ex Loiſiâ Turnoniâ Franciſci Cardinalis ſorore natus; huius Metropolis admi-
1526. niſtrationem ſuſcepit an. 1526. iunior, vt creditur, non enim aliter appellatur quàm electus Ebredunenſis; vtebatur Vicario generali in ſpiritualibus
1540. Roſenſi Antiſtite, & anno 1540. Epiſcopatum S. Flori in Aruernia cum Baltazare permutauit, mortuus 1566.

Iarente.
D'or à vn ſautoir de gueulles.

72. Baltasar de Iarente è familiâ dominorum de Monclar, filius Thomæ Baronis de Senas ex Loiſiâ de Glandeués. Iuriſprudentiæ ſtudiis operam dedit, in quâ egregiè verſatus Doctoratus laureâ donatur, adeo quidem feliciter, vt ex primo Præſide Computorum & Vectigalium
1540. Prouinciæ, ad Epiſcopatum S. Flori à Rege Franciſco I. fuerit euocatus an. 1540. Ingreditur tantùm ciuitatem
1548. ob litem motam ab Antonio de Leuis. Mirùm quantùm erga Ebredunenſis Metropolis ſacram Deiparæ Virginis baſilicam profuſus, pecuniarum erogatione, & ſtructurâ pro veſtibulo marmoreo molis ingentis, quæ imperfecta relinquitur, faro munificentiſſimi huius Antiſtitis. Anno Dom. 1553. teſtamentum condidit die 1553.
6. Decemb. eiuſdem anni, quo hæredem Baltaſarem fratris Franciſci filium Dominum de Varages, & ſepeliri inſtituit, in B. Virginis Ebredunenſis Cathedrali, in quâ duos Canonicatus ſub patronatu Domini de Iarento, pluráque alia dona ordinauit vt liquet ex originali. Hunc autem plurimùm viuentem coluêre monachi Lerinenſes, ſicuti mortuum, lacrymis precibus & ſacrificiis proſecuti ſunt, auctore Dyoniſio Faucherio in Lerinenſi Chronologiâ, qui Eglogas ſeu luſus Poëticos eidem dicauit. De quo Baltaſare cum laude meminerunt Ioan. Papon lib. I. tit. I. Arreſtorum, & Cæſar Noſtradamus in Hiſt. Prouinciæ.

Laval.
D'or à la Croix de gueulles, chargée de 5. coquilles d'argent, & accompagnée de ſeize alerions d'azur.

73. Lvdovicvs de Laval, Ioannis de Laual Domini de Boisdauphin, Vicecomitis de Breſteau, & Renatæ de S. Mars filius, à militaribus diſciplinis tranſiit ad Eccleſiaſticam functionem, nominatus ab Henrico II. Rege ad Archiepiſcopatum 1554. ſed nondum inauguratus ante adeptam poſſeſſionem è viuis exceſſit.

Lenoncovrt.
D'argent à la Croix engreſlée de gueulles.

74. Robertvs de Lenoncovrt Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ, ex Epiſcopo Cathalaunenſi, factus Merenſis, Arelatenſis, Toloſanus, & Ebredunenſis anno 1554. De illo ſupra in Arelatenſibus Metropolitanis. 1554.

d'Avanson.
De gueulles a deux cheurons d'argent.

75. Gvillelmvs d'Avanson VIII. nobilis Delphinas, parentem habuit Ioannem d'Auanſon dominum de S. Marcel, ærarij Præfectum Henrico II. Rege & ad Pontificem Legatum. Cúmque Camerarij Pont. Max. Officio donatus fuiſſet, ad Ebredunenſem Sedem nominatur à Carolo IX. 1561. Multa Romæ, multa in Concilio Tridentino, & colloquio Poiſſiaci, quibus adfuit, pro Eccleſiâ, & in Comitiis Cleri, regniq; Bleſenſibus 1561.
1577. & 1588. pro Repub. feliciter tran- 1588.

ſegit, diuque Paſtor vigilantiſſimus A
gregem ſuum ab hæreticorum incur-
ſibus & prauâ doctrinâ ſeruauit in-
columem; ſed tandem armis Franciſ-
ci de Bonnâ Leſdiguerij præcipui inter
nouatores Delphinatus Ducis, captâ
vrbe 1579. cum arce ferè inexpugna-
bili, quam conſtruxerat Auanſonius;
Eccleſia ipſa omnibus ornamentis ac
ſuppellectili ſacrâ ſpoliatur, vt eſt
apud Lud. Videlium Scriptorem vitæ
eiuſdem Leſdiguerij Magiſtri Equitum
Franciæ. Romam autem ſeceſſit Guil-
lelmus, ibique per aliquot annos com-
moratur donec Regi Henrico IV. re-
conciliatus, reſtitutam ſibi Eccleſiam B
gratulatur. Tum demum eiuſdem be-
neficio Purpuratorum in Collegium
cooptandus cum ad eum Cardinalatus
inſignia ferebantur, obiit Gratiano-
poli poſtremus Prælatorum qui Con-
cilio Tridentino interfuerant, menſe
1600. Iulio an. 1600. ætatis ſuæ ſexageſimo
quinto; duos ſupra quadrageſimum
annos eam Eccleſiam rexit, & corpus
Ebredunum ad altare S. Andreæ ſe-
peliendum transfertur.

Du Lavrens. D'or à vn laurier de ſinople, au chef d'azur chargé de trois eſtoilles d'or

76. Honoratvs dv Lavrens
frater Gaſparis Arelatenſium Archie-
piſcopi, & Andreæ Henrici 4. Ar- C
chiatrorum principis, ex Aduocato
Regio Senatus Aquenſis ad Ebredu-
nenſe ſacerdotium vocatur ab eodem
Henrico an. M. DC. Fuit is pietate &
doctrinâ cum antiquis deceſſoribus
1600. comparandus, honorum contemptor,
diuinæ gloriæ ſtudioſus, prætetea fa-
cundiſſimus Orator laudauit elogio fu-
nebri Margaretam Auſtriacam Philip-
1611. pi III. Hiſpaniarum Regis vxorem
Pariſiis anno 1611. vbi calculi dolori-
bus animam efflauit anno ſequenti
1612. 24. die Ianuarij, ſepultus ad Augu-
ſtinianos.

d'Hvgves. D'azur à vn Lyon d'or, chargé de trois faſces de gueulles brochantes ſur le tout, à trois molettes d'or de ſix raiz poſées en chef.

77. Gvillelmvs d'Hvgves
IX. ortu Occitanus ex loco de Pouſols
diœceſis Biterrenſis; adhuc adoleſcens
ordinem Franciſcanorum Conuentua-
lium ingreſſus Auenione in Italiâ Do-
ctoratus magiſterium accepit, nec
multò poſt ibi Concionatoris eloquen-
tiſſimi munia per decennium exercuit;
cùm his officiis ſummâ laude perfun-
ctus fuiſſet, præcipuorum in eadem
regione monaſteriorum Rector, eâ
tandem eruditionis & prudentiæ edi-
dit ſpecimina, vt in Generalem totius
Ordinis cooptaretur; Et quidem pro
dignitate obeundâ, totius Europæ
omnia fermè cœnobia viſitauit, præ-
clariſque ad diſciplinam monaſticam
inſtruxit documentis. Interim Galliæ
regno maximis in rebus perquam vti-
lis legationibus ornatur ampliſſimis
in Italiam, Germaniam, Angliamque;
Henrico Magno Regi etiam acceptiſ-
ſimus, poſt obitum à filio Ludouico
XIII. Mariâ Medicæâ procurante, in
præmium meritorum hoc Archiepiſ-
copatu donatus, Antiſtes conſecratur
Romæ in Eccleſiâ S. Petri Apoſtoli
an. 1612. Nouembris XVI. à Ioanne 1612.
Garſiâ Millino Cardinali Tuſculano,
B Vicario Generali Pauli V. Pont. Max.
Pallium accepit paulòpoſt per manus
Cardinalis Montalti, nepotis Sixti
Quinti Papæ. Maria regni Admi-
niſtrâ & Regens, in grauiſſimi mo-
menti negotiis eo Præſule vſa eſt; de-
legatur enim comes Eliſabethæ à
Franciâ Philippi IV. Hiſpaniarum Re-
gis vxoris in Iberiam tendentis. Idem
quoque pro matrimonio Henrietæ
Catharinæ ſororis cum Carolo Vual-
lenſium Principe contrahendo mitti-
tur; & à Iacobo Magnæ Britanniæ
Rege impetrauit, vt ſacramentum
Confirmationis ferè decem millibus
Catholicis palàm in Angliâ confer-
ret. Demum Franciſcum de Bonnâ
Ducem Leſdiguerium Gratianopoli
in religionis Catholicæ gremium ſo-
lemniter ſuſcepit die 25. Iulij 1622. 1622.
poſteàque interfuit cœtui Cleri Lute-
tiæ habito 1625. Exornauit autem ba- 1625.
ſilicam Metropolitanam B. Virginis,
& inſigne Palatium Archiepiſcopale
Ebreduni, ſummis impenſis ex rudi «
mole hortis amœnum, picturis cla- «
rum, aulis amplum & auguſtum, æter- «
num ſuæ in ſucceſſores voluntatis mo- «
nimentum excitauit an. 1639. vt eſt in « 1639.
epigraphe veſtibuli eiuſdem Palatij. «
D Franciſcanorum Auenionenſis cœno-
bij periſtylium, Capucinis Ebreduni
ſub eius Pontificatu inſtitutis, ædifi-
cia conſtruenda curauit, & templi
Soc. Ieſu fundator anno 1644. No- 1644.
uembr. XIII. illud Beato Xauerio In-
diarum Apoſtolo conſecrauit. Fato
functus in vrbe ſuâ 1648. die 27. 1648.
Octobris. humatur in Metropolis ſa-
cello Archiepiſcoporum.

78. Georgivs d'Avbvsson,
ex Comitibus de la Feuillade ortus,
non minus ingenij, quàm ſanguinis
claritate illuſtris, patre Franciſco Al-

d'Avbvsson. D'or à la Croix ancrée & neillée de gueulles.

buçonio Comite, matre Eliſabethâ Brachet de Peruſſe. Poſt decurſum feliciter Philoſophiæ ac Theologiæ ſtadium, Doctoris lauream in almâ Sorbonicæ Facultatis Pariſienſis Academiâ conſecutus eſt, tum Abbatiâ S. Petri Solemniacenſis prope Lemouicas ornatus; Inde electus ab vniuerſo Clero Gallicano Lutetiæ Pariſiorum congregato, Promotor cauſarum Eccleſiaſticarum in generalibus
1645. ipſius Comitiis annis Dom. 1645. & 1646. Quo in munere non ſemel eruditiſſimè ac diſertiſſimè perorauit, atque Eccleſiæ iura ſtrenuiſſimè deffendit. Demum ob eximias illas animi B dotes quibus præfulſit, ad Eccleſiam Vapincenſem fuit à Rege Ludouico XIV. Adeodato nominatus, loco Arturi de Lyonne Vapincenſis Epiſcopi & Comitis, ad Ebredunenſem cathedram vocati, per obitum Guillelmi d'Hugues. Sed cùm is priorem ſponſam, ſcilicet Vapincenſem, quamuis gradu inferiorem ac minus opulentam relinquere renuiſſet, tranſlatus eſt Georgius, ad hanc Metropolim, conſecratuſque Lutetiæ Ebredunenſis Archiantiſtes, die XI. menſis Septembris
1649. an. 1649. in ſacello interiori Abbatiæ S. Germani de Pratis, à Ludouico C Henrico de Gondrin de Montespan Archiepiſcopo Senonenſi, operam præſtantibus Ludouico Regienſi, & Felice Cathalaunenſi Epiſcopis. Mox prouinciæ ſuæ ſuffragiis electus, comitiis
1650. eiuſdem Cleri an. 1650. & 1651. Lutetiæ habitis iterum interfuit, vnà cum Leonorio d'Eſtampes Archiepiſcopo Remenſi, & Ludouico Dinet Antiſtite Matiſconenſi, quibus ante ipſorum Comitiorum finem vitâ functis, cum oratione funebri in exequiis Leonorij parentaſſet, totam negotiorum molem ſolus in ſacro Conuentu ſuſtinuit, D apud Regem etiam pro tuendâ Cleri dignitate & auctoritate, in diuerſis magni momenti negotiis efficaciſſimè perorauit; confeſtimque in ſuam diœceſim ſe contulit, ſolemni pompâ vr-
1651. bem ſuam inuectus menſe Iulio 1651. Ceterùm ex ipsâ gente illuſtriſſimâ d'Aubuſſon floruêre ſuperioribus ſæculis Præſules Lemouicenſes, Carcaſſonenſes, & Tutellenſes: Necnon Petrus Albuſſonius Equitum Rhodiotum Magiſter, ab Innocentio VIII. Pontifice Cardinalis creatus, vir bellicæ fortitudinis facinoribus in oppu- A gnatione Rhodi à Turcis & pietatis laude inclytus. Hi omnes quidem in Chriſtianâ militiâ claruerunt, at in ſæculari non eſt prætereundus Leo Comes de la Fueillade, Aruerniæ Progubernator, Georgij frater, qui caſtris regiis Præfectus in Belgio fortiter militans, igneâ glande ictus glorioſè occubuit.

LVGDVNENSES ARCHIEPISCOPI ET COMITES, GALLIARVM PRIMATES.

LVGDVNVM Sebuſianorum apud Cæſarem, vel Seguſianorum apud Plinium, lib. IV. c. 18. Tacitum, & Strabonẽ, ciuitas à Ptolemeo illuſtris Metropolis vocatur, quam Dio lib. 46. Hiſtoriæ, antea Lugudunum, poſtea Lugdunum dictam refert, quod teſtantur lapides & numi antiquioris notæ; à Sidonio lib. 1. epiſt. 5. dicitur C Rodanuſia; in vitâ S. Lupi Lugdunenſis Præſulis Araria, haud dubiè quia in confluenti Rhodani & Araris ſita eſt, vt ait Lucanus lib. 1.

Quà Rhodanus raptum velocibus vndis
In mare fert Ararim.

LYON ſur le Rhoſne & la Saone. La ville porte, de gueulles au Lion d'argent, au chef d'azur chargé de trois fleurs de Lis d'or. L'Egliſe de Lyon, de gueulles au griſon d'or.

Ideo etiam à Petro Venerabili Abbate Cluniacenſi Sidonium alloquente, Aquoſa nuncupatur, & Candidianus innuit apud Sidonium lib. 1. epiſt. 8. nebuloſum aërem Lugdunum occupare. Cur autem Lugdunum denominetur variant auctores. Narrat Clitophon in libro de fluminibus, & mon- D tium vocabulis, qui Plutarcho vulgò tribuitur, dictum Lugdunum à Lugo, quod coruum ſignificat, & dunum, quod priſco Gallorum ſermone montem, ſiue locum editiorem, in quo dum ciuitas eſſet condenda corui volitabant, ſed huic libro parùm fidei adhibetur. Vnde alij iuxta Beroſum Hypobolimæum à Lugdo Celtarum Rege deriuant: ſed cum longè ante conditum Lugdunum hunc eſſe mortuum conſtet, non eſt credibile, quod alij volunt Plancum vrbis conditorem in eius memoriam nomen impoſuiſſe, quæ cautio huius aſſertionis: à lugendo & lucendo

lucendo alij traducunt etymon Lugduni, ſed parùm veriſimile, etiamſi dicas poſt eius conflagrationem, quæ ſub Nerone contigit, quod deplorat Seneca epiſt. 91. nomen mutatum, & à luctus duno hoc eſt colle, fieri Lugdonum, aut à luce flammarum, quæ tunc apparuit; alij à luce Solis, quod innuunt ex Senecæ loco in morte Claudij, & ex Erico S. Germani Autiſſiodorenſis monacho lib. 4. de vitâ præfati Germani.

Lucduno celebrant Gallorũ famine nomen
Impoſitum quondam, quòd ſit mons lucidus idem.

B Nonnulli à Leone quem ſcribunt eſſe inſigne ciuitatis, & producunt numum peruetuſtum cum hâc inſcriptione: *Anton. Imp. III. Vir. R. P. C. A. XL.* Parte autem aduersâ Lugduni & Leonis figura; Sed quare Lugdunum non Leodunum, de hoc numo vide illuſtriſſ. Petrum de Marcâ lib. de Primatu Lugdunenſi doctiſſimè diſſerentem. Vetus itinerarium à Burdegalâ ad Hieroſol. Lugdunum, montem deſideratum interpretatur ſecundum idioma veterum Gallorum. Nam, vt vult Merula, fortunam quæ ab omnibus proſpera deſideratur, ſignificat apud Belgas & Germanos. Denique nonnulli à Lucio Planco à quo vrbs cœpta ædificari etymologiam deriuat, quaſi Lucij dunum, quod probabilius videtur: In tam varijs & parùm certis opinionibus, quamuis nonnihil obſtet, quod denominationem ciuitatibus imponerent, ſæpius à nomine familiæ non à prænomine, vt hic, quanquam non deſint contrariæ authoritates, vt Iuliobriga Auguſtodunum. Quando autem condita & quâ occaſione, paucis accipe. Viennenſes ab Allobrogibus patriâ expulſi, manſerunt circa Rhodani & Araris confluenta, qui locus apud Plutarchum Inſula vocatur, cum paulò poſt Q. Fabius viciſſet Allobrogas ante Chriſtum anno 121. Iuſſit Senatus Lepido & Lucio Munatio Planco, vt Viennenſibus domo & patriâ extorribus vrbem fundarent. Huius rei habes inſignem locum apud „ Dion. lib. 46. Imperauit Senatus vt „ illis qui Viennâ Narbonenſi ab Allo„ brogibus quondam pulſi erant, intra „ Rhodanum & Ararim, in quo loco ſe „ coniungunt, ciuitatem conderent, vt „ vnâ ibi habitarent & ſic ibi permanen„ tes Lugodunum antea vocatum, quod

A nunc Lugdunum appellatur, ædificauerunt. „ Confirmat Dionis teſtimonium vetus Inſcriptio in agris Caietæ reperta. *L. Munatius L. F. L. N. L. Pron.* PLANCVS *Coſ. Imp. iter. VII. Vir Epulon Triumph. ex Roetis ædem Saturni fecit de Manubiis agros diuiſit in Italiâ. Beneuenti in Galliâ Colonias perduxit* LVGDVNVM *& Rauricum.* Adde, Si tamen Cliſophoni citato fides integra debetur, Momorum & Atepomarum etiam regno ſpoliatos, adiuuiſſe Fabium vt Allobroges debellaret, & adfuiſſe conſtruendæ ciuitati, quam Momorus Augur inſignis, Lugdunum propter coruos circumuolitantes, qui augurium condendæ ciuitati dederant, nominauit. Antiquitus autem ſitam vrbem putant Paradinus & Rubiſius in colle S. Iuſti, id eſt foro Veneris, nunc Fouieres, non autem in colle S. Sebaſtiani, inter confluenta Rhodani & Araris, vt benè probat Pet. de Marcâ. Nam, vt inquit, cur in edito, aſpero & inclementi & confragoſo „ loco Veneris foro, & quidem non ſatis „ amplo ciuitati inſtituendæ, cum ex „ aduerſo S. Sebaſtiani iugum duobus „ fluuiis alluatur, & cliuus ſic facilior, „ C expanſior, & area ſatis ampla iuxta fluuij ripas. Id innuit Seneca ep. 91. quæ „ dicit Lugdunum impoſitum vni monti, & non altiſſimo, quo videtur excludere forum Veneris altius; idem Strabo confirmat; quanquam non ſit negandum paulò poſt etiam in altiori monte domos conſtructas. Primaria ciuitatis ex vetuſtate relicta monumenta ſunt duæ tabulæ ex ære, quas anno 1529. è colle S. Sebaſtiani effoſſas refert Paradinus, publicè leguntur in arcâ maioris vrbis palatij; & iis continetur Oratio Claudij Imper. ſuper ciuitate Gallis dandâ, extâtque apud D Iuſtum Lipſium accuratè conſcripta. Præterea iuxta portam Petræ inciſæ vetus monumentum, quatuor colomnis ex quadrato lapide ſuſtentatum, de quo vulgus varia fabulatur. Iuxta Paradini mentem, ex aræ illius celeberrimæ, quæ Auguſto ſacra erat, ruinis concretâ eſt ſummi templi ſtructura, quod Burgundiæ Regis opus dicitur, vt ex antiquis marmorum ruderibus, ſaxotúmque inſcriptionibus licet conjicere. Alij & forte melius arbitrantur Abbatiam Athanatenſem ex eius ruinis confectam, ſaltem magnâ ex parte, cùm in eo loco, poſita ſit,

in quo probabile eſt, aram illam excitatam fuiſſe, aut ſaltem Athenæum, vbi Rhetores de eloquentiâ diſſertabant, vnde nomen Athanati deriuant. De hâc arâ notatu digniſſimum, quod Galliis à Cæſare victis, primùm Narbonenſes ipſi eam dicarunt: ad cuius exemplum idem effecêre Lugdunenſes, cooperantibus cæteris Galliæ populis, vt vult Strabo, tunc templum excitatum eſt ab omnibus Galatis in communi Cæſari; Idem teſtatur vetus Inſcriptio, ad confluentem Araris & Rhodani dedicata ſacerdote C. Iulio Verecundato Eubio, Eduo; de quâ Florus lib. 3. Porrò in templo duæ B aræ viſebantur, altera Cæſari, altera Deæ Romæ ſacra erat; quarum ſacerdotes Auguſtales ſodales vocabantur; ſingulis autem annis in honorem non tantum Cæſaris Auguſti, ſed aliorum ſequentium Imperat. vndique nobiliſſimi Galli confluebant certo anni tempore; ex tribus Galliæ prouinciis, quas Ptolemæus in ſexaginta populos diſtribuit; Tum fiebant ſacra ſpectacula, & ludi publici edebantur. De his fidem faciunt Dio lib. 54. & Euſebius lib. 5. Hiſt. cap. 1. ſpectaculis adjiciebant certamina eloquentiæ tam C Græca, quàm Latina, teſte Suetonio cap. xx. quæ Caligula inſtituit; victi præmia victoribus conferebant, eorúmque laudes componere coacti, ij qui maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſuâ ſpongiâ linguâue delere iuſſi, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent; vnde etiam Iuuenalis Satyrâ 1.

Palleat, vt nudis preſſit qui calcibus anguẽ,
Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad arã.

Hic locus, in quo dicebant Oratores Athenæum vocabatur, aut Athenicum, & quia in illo Lugdunenſium Martyrum fuêre combuſta corpora, inde Athanatenſes dicti ſunt, apud D Gregorium; quo eodem in loco excitata eſt Abbatia Athanati ſæculis poſterioribus inſignis. Quondam ornata erat ciuitas templis, amphitheatro, thermis, fontibus, aquæductibus, quorum adhuc, lateritij fornices viſuntur, ſexto ab vrbe lapide ducti; hæc ornamenta potiſſimùm accepiſſe videtur ab Imp. Claudio, qui Lugduni eo die natus eſt, quo ara Cæſari ſacrata; vnde ipſe pro Lugdunenſibus orauit, vt ciuitas illis daretur, & eo imperante cum in omnibus floreret,

A ideo Colonia, Copia, Claudia Lugdunenſium vocata eſt, vt patet ex Gruteri allatâ veteri Inſcriptione. Colonia quidem, quia ibi à Romanis deducta eſt, Copia propter omnium vbertatem, Claudia propter Imperatorem; quæ omnia ciuitatem illuſtrem fuiſſe indicant. Vnde illam iure merito Herodianus magnam vocat vrbem & fœlicem; Ptolemæus illuſtrem Metropolim, Euſebius lib. 4. Hiſt. vnà cum Viennâ ceteris Galliæ præſtare, & Greg. Tur. l. 1. cap. 18. inluſtratam Martyrum ſanguine Nobiliſſimam prædicat. Dicitur verò celeberrima Galliæ vrbs in vitâ S. Anſberti Rotomagenſis Archiepiſcopi. Nobilior ciuitas Galliarum & Metropolis in actis vitæ SS. Auſtregiſili & Benigni, Philoſophiæ quondam mater & nutrix inclyta, quæ totius Galliæ ex antiquo more & Eccleſiaſtico iure obtineat arcem apud Odilonem in vitâ S. Adalheidis Imperatricis. Eam Peutingerus in itinerario Caput Galliarum nuncupat, non tantùm vt explicatur ex Ammiano, quia erat exordium Galliarum, nam primitus Narbonenſis Prouincia tribus Galliis non accenſebatur, ſed quia re verâ inter Galliæ ciuitates eminebat, inde factum vt communi voto omnes Galliæ populi, in eâ aram Cæſari condiderint, ad eam vndique conuenerint, ipſum Lugdunum, maximæ Prouinciæ nomen dederit, quæ poſtea in quinque Lugdunenſes ſecta eſt. Ideo etiam Præſes Lugdunenſis & Viennenſis fuit; Nec omittendum cohortem decimam octauam Lugduni ſolitam præſidium agere in caſtro ſito in foro veteri, aut Veneris loco eminentiore. Ceterùm Romanis ſeruiit vſque ad Honorium & Arcadium, cum ruente Imperio, Stilico eam tradidit Burgundis, quorum operâ fuerat vſus, vt Gothos debellaret, & illi quidem Lugdunum regni caput inſtituunt, quod ad an. Chr. 532. perdurauit, capto Sigiſmundo à Clodomere Rege Francorum, & ab eodem occiſo cum Godemaro fratre; ſicque Gallorum Imperio adiunctum eſt Burgundionum regnum, & Lugdunum, quod poſtea ceſſit in dotem Mathildis Ludouici Francorum Regis Vltramarini filiæ, vxoris Conradi 1. Regis Burgundiæ Tranſiuranæ. At defuncto Rodulpho III. cognomine Ignauo, cum Principatus Burgundiæ cuius

pars erat Lugdunum in varias partes diſtractus fuiſſet, Antiſtites de vrbis dominio diſceptarunt cum Comitibus Foreſij qui eo potiti ſunt vſque ad an. 1173. quo Guido 2. Comes ceſſit Guichardo Præſuli & Capitulo, omnia iura in Comitatu Lugdunenſi, vnde ab eo tempore Archiepiſcopi & Canonici ſe inſcripſerunt Comites. Plura de Lugduni vetuſtate, varijs eius progreſſibus, cladibus, incrementis, mutationibus, & Concilijs in eo habitis, vide Paradinum, Rubium, ac Petrum de Marcâ in tractatu de Primatu Lugdunenſi; laudatur & his verſibus à Iulio Cæſare Scaligero.

Fluminets Rhodanus quà ſe fugat incitus vndis,
Quáque pigro dubitat flumine mitis Arar,
Lugdunum iacet antiquo nouus Orbis in Orbe,
Lugdunúmque vetus Orbis, in Orbe nouo.
Quod nolis alibi quæras, hic quære quod optas,
Aut hîc, aut nuſquam vincere vota potes.

„ Paucis verò eius elogium Merula
„ complectitur: refert amœno commo-
„ dóque loco ſitam vrbem naturâ ferè
„ inexpugnabilem, ab vna parte duobus
„ munitam collibus, iiſque fructiferis, ab
„ alterâ totidem beatam fluuiis, Arari,
„ Rhodanóque templorum, ædificio-
„ rúmque tum publicorum, tum priua-
„ torum magnificentiâ ſuperbientem,
„ opibus & mercatura ſupra modum flo-
„ rentem, vt celeberrimum ſit hodie to-
„ tius Galliæ emporium; regníque cor
„ & clauis inſtar, quâ aditus recludun-
„ tur in Italiam, Germaniam, aliaſque
„ prouincias, confluentibus eò ad publi-
„ cas nundinas ſolemniter & ex condi-
„ cto quaſi quater ſingulis annis, vndi-
„ que variarum gentium mercatoribus.

Regnante Carolo IX. quamuis tota arderet belli ciuilibus Gallia, muniriſſimam arcem inuita ſatis accepit, nunc vocatur Petræ inciſæ quia rupi innititur. Pontem habet Rhodanus nobiliſſimum arcubus conſtantem XXI. incredibili labore & induſtriâ confectum. Quod pertinet ad ſtatum tum Eccleſiaſticum, tum ciuilem, hic conſtat regio vrbis Gubernatore, cuius vices ſubit dum abeſt, Vicarius, item Regis Præfectus. Conſules & Scabinos ab an. 1320 habebat duodecim, ſed Henrici IV edicto an. 1595. more Lutetiæ ad quaternarium numerum ſunt coacti. Præfectus vrbis biennio quolibet eligitur, à mercatorum ducibus; quo munere ipſi & poſteri nobilitantur; in ciuili gubernatione adiuuantur Iudicum Conſiliariorum ope. Diuiditur tota ciuitas in 36. regiones. 22. ad Sanctum Nicetium ſpectant, reliquæ ad S. Ioannem; vnicuique dux præeſt electus ab vrbis Magiſtratu. Sex portis patet, plura habet fora publica, domos inſignes, & noſocomia quibus pauperes ægroti curantur, valentes educantur, & omnis generis mercium labori addicuntur. Quatuor habet ſuburbia, vbique populo abundat; quanquam paſſim pomœria ambitu mœniorum includat: cambium ad omnes mundi ferè partes, magno omnium negotiatorum concurſu protenditur, Typographiam quoque ſatis inſigni commendatur.

Porrò de Eccleſiaſtico ſtatu, Primatiâ & priuilegiis Archiepiſcopatus; fuſius dicetur ſuo loco, paucis tantùm adnotare conuenit, Lugdunenſem inter omnes Galliarum Eccleſias primam eſſe & Primatus honore clarere, frequens enim hac de re Senonenſium Archiepiſc. cum Lugdunenſibus fuit controuerſia, & Gregorius VII. Pont. reſcripto ſtatuit, vt Archiepiſcopo Lugdunenſi, tanquam Primati, parerent quatuor Lugdunenſes Prouinciæ, quam dignitatem confirmarunt Vrbanus II. & Paſchalis vt dicetur. Sub eâ Metropoli Epiſcopatus Suffraganei ſunt EDVENSIS, LINGONENSIS, CABILONENSIS, ET MATISCONENSIS. Primaria Eccleſia olim S. Stephano, nunc S. Ioanni ſacra eſt. Nouem conſtat dignitatibus; Prima ad Archiepiſcopum ſpectat quatenus eſt S. Ioannis Abbas, Decanum habet, Archidiaconum, Præceptorem, Cantorem, Camerarium, Sacriſtam, Cuſtodem, Præpoſitum & 26. Canonicos, titulo Comitũ decoratos; quorum primus ipſe Rex Chriſtianiſſ. & nullus debet admitti niſi ſtirpe Nobili. Plures præterea Sacerdotes Eccleſiæ Miniſtros, 13. ſunt perpetui, quorum primus eſt Archiepiſcopus ſanè in memoriam Apoſtolorum. 4. Cuſtodes 7. Equites, qui & iuris vtriúſque Doctores. Denique tot opibus & latifundiis ditatur Metropolitana baſilica, vt ipſi fidem præſtent & debeant clientelam 69. ditiones, inter quas

SVFFRAGANS de l'Archeueſché DE LYON. AVTVN. LANGRES. CHALON. MASCON.

Baroniæ quatuor, plutibúſque priui-legiis & iuribus gaudet, quæ ſuo loco enuntiabuntur. Demum clariſſimæ Eccleſiæ dignitatem teſtatur Gregorius VII. Pont. Max lib. VI. epiſt. 36. ad Canonicos Lugdunenſes: *Volumus,* inquit, *vt nobilitatem qua inter Gallicanas Eccleſias, veſtra huc vſque reſplenduit Religionis exemplo, nunc quoque vigilanter cuſtodiat, & gloriam, quam præ cæteris hactenus habuit in dignitate, nunc augere in formâ Religionis.* Sic Innocentius IV. eam titulis nobilitatis inſignem, fidei puritate pollentem, pacis vnione concordem, Lugdunum præcipuè, ob Eccleſiæ Clerum nominat. Quem S. Bernardus hoc Elogio commendat: *Inter Eccleſias Galliæ conſtat profectò Lugdunenſem anteire, ſicut dignitate Sedis, ſic honeſtis ſtudiis & laudabilibus inſtitutis. Vbi enim æquè viguit diſciplinæ cenſura? morum grauitas? maturitas conſiliorum? auctoritatis pondus? antiquitatis inſigne? præſertim in Officiis Eccleſiaſticis haud facilè vnquam viſa eſt repentinis nouitatibus acquieſcere, nec ſe aliquando iuuenili paſſa eſt decolorari leuitate.* Eius autem Eccleſiæ fuit olim tanta celebritas, vt ſacros ritus baſilicæ Lugdunenſis Vualtherus Epiſcopus Vurariſlauienſis, in ſuam induxerit, teſte Martino Cromero lib. 6. de rebus Polonorum, quod factum Leodij ab Hugone de Sancto Charo Sedis Apoſtolicæ Legato. Sunt verò in vrbe Collegiata templa S. Iuſti XXV. Canonicis illuſtre, quibus priuilegio honoris adſcribitur Comes Turnonenſis, S. Thomæ Fori veteris, S. Pauli, & Diui Nicetij magnifico apparatu ædificatum XVII. Canonicis inſignitur. Præterea parochiæ XIV. capellæ & regularium Eccleſiæ omnis ferè Ordinis reperiuntur, ad numerum vſque 50. inter quas plurimæ egregiâ ſtructuræ artificio componuntur & decorantur; In totâ diœceſi Archypreſbyteratus XVI. parochiæ 750. aut circiter cum Prioratibus 124. & his Abbatiis:

Athanati, *Ainay, Ord. Bened.*

Insulæ Barbaræ, O.B. *L'Iſle Barbe.*

S. Petri, *fœm. S. Pierre de Lyon,* O.B.

Ambroniaci, *Ambronay,* O.B.

S. Eugendi Iurenſis, O.B. *S. Claude.*

De Iugo-Dei, *Ioug-Dieu,* O.B.

S. Ragneberti, *S. Rambert,* O.B.

Savigniaci, *Sauigny,* O.B.

Bellævillæ, *Belleuille,* O.A.

Cassaniæ, *Chaſſaigne,* O.C.

Vallisbenedictæ, O.C. *Valbenoiſte.*

Miratorii, *le Miroir,* O.C.

Benedictionis Dei, O.C. *Beniſſon Dieu, femin.*

Boniloci, *Bonlieu,* O.C.

Lugdunenſium Archiepiſcoporum & Suffraganeorum Chronologicam Hiſtoriam, reſque ab eis geſtas ſcripſit Iacobus Seuertius Doctor Theologus Pariſienſis, & Eccleſiaſtes Lugdunenſis an. 1628. De Lugduno eiuſdémque Hierarchiâ extat Symphoriani Campegij libe, & Hiſtoria vrbis Lugdunenſis per Claudium Rubium edita. Sed iam proferamus ſeriem Antiſtitum ſequentem, quam ex variis auctoribus, archiuis, monumentiſque eruimus.

1. S. Pothinus Lugduni nonagenario maior Chriſti fidem cum prædicaret, magiſtratuum edicto Chriſtianis loca publica in adorandum illius nomen interdicuntur, ac ſæuire in eos cœpit immanis illa perſecutio, quæ deſiit tandem in inſigni agone quadraginta octo Martyrum Athanatenſium, qui Lugdunenſem Eccleſiam ſanguine ſuo illuſtrarunt, quos inter fuit anteſignanus Vetius Epagarhus adoleſcens genere clarus. Solemne illud pro fide certamen deſcribit Euſebius Cæſarienſis, ac recenſet illorum nomina, qui partim capite obtruncato, partim beſtiarum feritate, extremum diem finierunt; ex quo Gregorium, ab eoque ſumpliſſe Adonem Viennenſem in Martyrologio facilè conſtat. In eâ clade diu perquiſitus cum fuiſſet ſenex Photinus martyrij deſiderio viuens, à tumultuosâ plebe ad Iudicis tribunal defertur, & totius impietatis miniſter accuſatus à Præſide, poſt contumelioſa verba diris pœnis cruciatur, quibus ille poſt biduum in carcere ani-
mam Deo reddidit an. Dom. 179. per- 179.
ſecutore Marco Aurelio Imperatore. Plura de hoc ſancto idem Euſebius in

Hiſtor[illegible], S. Hieronymus, Gregorius Turon. Ado, Baronius, Boſquetus l. 11. Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ, & alij.

2. S. IRENÆVS natione Græcus, Preſbyter Lugdunenſis ſub Pothino, auditor fuit S. Polycarpi Sacerdotis & martyris, qui Ioannem diſcipulum, quem diligebat Ieſus, magiſtrum habuerat; puer ab eo edoctus in inferiori Aſiâ, vt Euſebius recitat, ab eóque Polycarpo fuiſſe ex Aſiâ amandarum in Gallias tradit Greg. Turonenſis; Quin & S. Hieronymus quod diſcipulorum Apoſtolorum auditor fuerit, eundem appellat virum Apoſtolicorum temporum; & Epiphanius ſanctiſſimum Apoſtolorum ſucceſſorem, priſcúmque Theologum: Tertullianus autem ob multiplicem ipſius eruditionem, omnium doctrinarum curioſiſſimum exploratorem: inſupérque ab omnibus alijs Patribus egregiè celebratur. Beato Eleuthero in
179. Pontificem Romanum electo 179. Martyres Lugdunenſes, qui adhuc tenebantur in vinculis, per S. IRENÆVM id temporis Preſbyterum ſcripſerunt, petentes, vt pax & concordia in Eccleſiis conſtitueretur. Ille igitur vt rerum in Galliâ geſtarum certiorem Papam redderet, tum vt turbatam peruerſo Montani dogmate pacem componeret, Romam à Patribus Gallicanis miſſus eſt, priſco more, cum perhonorificâ eius communionis & Preſbyterij gradus literarum commendatione. Itáque Eleutherus reſcripſit ad Epiſcopos Gallicanos, admonens, ne quis eſcam repudiaret, vt malam, quæ à Deo creata eſſet; quod ea hæreſis affinis eſſet dogmati Marcionis. Ceterùm Romæ degens Irenæus de Florini & Blaſti hæreſibus certior factus, olim Romanis Preſbyteris, ſed à Pontifice ob impietatem depoſitis, inde occaſione acceptâ reueſſus à legatione, ſtylum ſuum exerens, contra eos ſcripſit Græcè libros in modum Epiſtolarum, ad Blaſtum, vnam, quam inſcripſit de Schiſmate; alteram ad Florinum, quo cum vnà fuerat olim auditor Polycarpi; de Monarchiâ, ſiue quod Deus non ſit fabricator malorum; quibus eorum errores redarguit & aduerſus omnes Valentinianos eruditiſſimum opus de Ogdoade compoſuit. Poſt reditum ab itinere Romano in Gallias Antiſtes eligitur an. 180. ſic enim ſcribit Greg.
Turon. lib. 1. Hiſt. cap. 29. Primus 180.
Lugdunenſis Eccleſiæ Pothinus Epiſcopus fuit, qui plenus dierum, diuerſis affectus ſupplicijs, pro Chriſti nomine paſſus eſt. Beatiſſimus vero IRENÆVS huius ſucceſſor Martyris, qui à B. Polycarpo ad hanc vrbem directus eſt, admirabili virtute enituit: qui in modici temporis ſpatio, prædicatione ſuâ maximè in integro ciuitatem reddidit Chriſtianam. Sed veniente perſecutione, tanta ibi multitudo Chriſtianorum ob confeſſionem dominici nominis eſt iugulata, vt per plateas flumina currerent de ſanguine Chriſtiano: Beatum Irenæum diuerſis in ſuâ carnifex præſentiâ pœnis affectum Chriſto Domino per martyrium dedicauit. Circiter annum Epiſcopatus ſui decimum quartum vetus de Paſchatis Dominici celebratione quæſtio exorta, cùm Aſiani priſcum decimoquarto Lunæ die, quo Iudæis olim præceptum, Paſcha Dominicum ab Apoſtolo Ioanne ad ſua tempora celebrandi morem perſeuerare docerent; Contrariam conſuetudinem, die ſolum Dominicâ, Chriſti Paſchatis memoriam recolendam adſtrueret Victor Pontifex. Quamobrem Synodi ab Epiſcopis vbique terrarum congregantur, ac Lugdunenſi præſedit Irenæus, in quâ vno conſenſu ſtatutum eſt, Paſcha celebrandum eſſe, tantummodò die Dominico. Sed cùm Victor Papa eos Aſiæ & Orientis Epiſcopos literis grauiter obiurgaſſet, tanquam alterius fidei, vtpote Quartodecimanos, ſimul à communione Eccleſiæ ſecludendos edixit. Sed nimiæ ſeueritatis, vt tradit Euſebius, ab Epiſcopis Catholicis & Irenæo redarguitur, qui tunc eruditione, & ſanctitate, teſtimonio Gallicanæ Eccleſiæ facilè Princeps & rector Concilij habebatur; Itaque fratrum nomine Victori reſcripſit, vt animos poneret atque in æquiorem mentem à priore ſententiâ redire hortatur, ne vnitatem ſcindere videretur. Tandem Irenæus pacis Eccleſiæ ſtudioſus, quod nomini conuenit, ſcriptis ſuis toto orbe celebris, fide & religione clarus, Galliam, quam mirificè doctrinâ illuſtrauit, nobilitauit & ſanguine; iuſſu enim Seueri Imperatoris à militibus paſſus eſt martyrium an. 205. vnà cum omnibus ferè 205.
eiuſdem ciuitatis Chriſtianis. De quo

agone idem Greg. Miraculorum lib. A 1. cap. 50. Igitur, inquit, martyrio conſummatus glorioſus Photinus Epiſcopus, qui Lugdunenſi præfuit vrbi ſacerdos, per certaminis nobilis meritum inuectus eſt cœlo. Cui & merito & ſanctitate condignus IRENÆVS ſucceſſit, per martyrium & ipſe finitus. Hic in cryptâ Baſilicæ B. Ioannis ſub altari eſt ſepultus, & ab vno latere Epipodius, & Alexander martyr tumulatus. Inſignes eius operum lucubrationes enumerant iidem Euſebius & Hieronymus libro de illuſtribus Eccleſiæ Doctoribus, ex quibus B libri quinque aduerſus hæreſes elaborati, contra gentiles volumen maximè neceſſarium de variarum rerum diſquiſitione, & alia opera, quæ diu cum latuiſſent, & ea diligentiſſimè perquireret Ætherius Viennenſis Epiſcopus reſcripſit Gregorius Papa 1. lib. 9. epiſt. 50. neque geſta, neque opera Irenæi hactenus inueniri potuiſſe. De quo plura commemorant Hieronymus, Euſebius, Gregorius, Ado, Iſidorus, Baronius, Bellarminus, Genebrardus, Trithemius, Spondanus in Annal. & Boſquetus Epiſc. Lodouenſis.

3. S. ZACHARIAS Preſbyter C Lugdunenſis poſt cladem ſuperfuit, & in Eccleſiæ reſtituendæ laborem ſpeluncæ latibulo ſeruatus beata Martyrum oſſa recolligens, Irenæum in cryptâ, ſuper quam traditio eſt poſtmodum Eccleſiam S. Ioannis ædificatam fuiſſe ſepeliuit. Ado Viennenſis in Chronico æt re VI. illum Lugdunenſi Eccleſiæ præfuiſſe docet tempore Paracodes Epiſcopi Viennenſis. Memoratur porrò in actis MS. paſſionis SS. Irenæi & Benigni, in quâ mendum irrepſit, cùm ibi Benignus, Andochius, & Andeolus viri ſanctiſſimi, à D. Polycarpo Smirnenſi in Gallias Lugdunum miſſi dicuntur, S. Irenæo iam D beatitudinis Cœlitum conſorte. Nam Polycarpus laureâ martyrij donatus iam prior fuerat; niſi fortè illic habeatur ratio miſſionis non aduentûs eorum in Lugdunenſes oras, vbi à Zachariâ iam Epiſcopo prædicationis & miniſterij facultatem acceperunt.

4. S. HELIVS magnus Sacerdos laudatur à Greg. Turon. lib. de gloriâ Confeſſorum cap. LXII. vbi narrat miraculum quod accidit, dum paganus lapidem ſarcophagi huius ſancti reuoluit, animo ſpoliandi examine corpus Pontificis Helij, qui violatorem ſepulchri constrictum non dimiſerit, donec illuceſcente die palam omnibus comperto ſacrilegio, à Iudice apprehenſus mulctatus fuerit; in hunc autem modum ſcribit: Dum quadam vice ad occurſum ſupradicti Pontificis (Nicetij) ambulaſſem, & loca ſancta Lugdunenſis oppidi circuirem, ad cryptam beati HELII inuitar ad orationem dicens: Quia magnus Sacerdos in hoc loco quieſcit. Cúmque oratione factâ ſancti tumulum admitarer, & racitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aſpicio in oſtio eſſe ſcriptum, qualiter ſepulchri violator cadauer ſpoliarit exanime. Inquirens verò cauſam, ſi hæc vera eſſent, quæ in oſtio picta cernebantur. Vir mihi talia retulit: Sanctus HELIVS tempore paganorum in hac vrbe fuit Epiſcopus, qui defunctus ſepultus eſt à fidelibus, &c.

5. FAVSTINVS beati Cypriani Carthaginienſis collega ſiue Coepiſcopus, Lugduni Epiſcopatum tenuit, cum Martianus Arelatenſis Præſul Nouatiano in Prouinciâ ſe coniunxit. Nam epiſt. 13. lib. 3. ad Stephanum Pont. Romanum monet illum, vt ad Epiſcopos in Galliis conſtitutos pleniſſimas literas faciat, inquit enim: FAVSTINVS collega noſter Lugduni conſiſtens, ſemel atque iterum mihi ſcripſit, ſignificans ea quæ vtique ſcio, tam ab eo quàm ceteris Coepiſcopis noſtris, in Prouinciâ conſtitutis, quòd Marcianus Arelate conſiſtens Nouatiano ſe coniunxerit.

6. VERVS.

7. IVLIVS.

8. TOMÆVS, ſiue Ptolomæus.

9. VOCIVS Concilio Arelatenſi 1. anno 314. interfuit cum Petulino Exorciſtâ vrbis Lugdunenſis. 314.

10. MAXIMVS.

11. TETRADIVS.

12. VERISSIMVS.

13. S. IVSTVS ex Claudij Viennenſis Antiſtitis Diacono factus Lugdunenſis, Concilio Valentino ſubſcripſit anno 374. & in Aquileienſi 381. 374. 381.

Legatus Gallorum ſententiam pronuntiauit aduerſus Palladium hæreſis Arrianæ fautorem. Vita eius extat in antiquo cod. MS. Chronologiæ Letinenſis exarato. Ado etiam in Chron. » inquit: Lugdunenſis Epiſcopus IVSTVS, miræ ſanctitatis vir, poſtmodum relictâ ſede ſui Epiſcopatus, inter Sanctiſſimos patres Anachoritas, mirâ humilitate latens, moritur in Ægypto: cuius oſſa pio amore ſolliciti Lugdunenſes ad vrbem ſuam reportant. Oſſa quoque Viatoris ſanctiſſimi comminiſtri ipſius. Conſtat autem hunc venerabilem Epiſcopum IVSTVM ſub Paſcaſio Viennenſi Epiſcopo nutrirum, Claudij eiuſdem vrbis Epiſcopi Diaconum, poſtmodum ad Sanctam Lugdunenſem Eccleſiam regendam tranſlatum. Ex quo mutuati ſunt ea quæ de eodem Sancto commemorant Petrus Venerab. lib. I epiſt. 9. Iuo Carnotenſis, & Petrus Card. Damianus Epiſcopus Oſtienſis. Sepelitur in Eccleſiâ SS. Machabæorum, quæ poſtea S. Iuſti dicta extra muros in colle à ſegregibus fuit omnino diruta, nunc intra vrbem inſtaurata, olim hoſpitium Innocentij IV. Pont. Max. vbi & Clemens V. coronatus. Eſt etiam in obitum eius huiuſmodi vetus carmen:

Hic patris antiqui condigno nomine IVSTI,
In ſpe perpetuæ requieſcunt pignora vitæ,
Membra beata ſatis, quæ ſemper dedita Chriſto,
Per varios ſemet Cruce confixêre labores,
Vt meliùs celeri rapiantur in aere nube,
Cùm cælo aduentens Iudex effulſerit ipſe.
Hic fuit egregius primùm Leuita Viennæ,
Inde gregem Domini doctrinâ inſignis & actu,
Conſpicuus Præſul LVGDVNI *pauit in vrbe.*
Poſt Anachoriticæ vitæ flammatus amore,
Longinquæ Ægypti ſitiens deſerta petiuit,
Quo ſenibus ſacris pietatis fœdere iunctus,
Cum mirâ extremo clauſiſſet lumine vitam,
Plebis amore ſuæ patriam reuocatus ad vrbẽ,
Cum viatore pio Chriſti tumulatur ad aram.
Vt quos peruigili viuens pietate nutriuit,
Continuis precibus foueat per ſæcula natos.

14. S. ALBINVS, vel Alpinus XV. Septembris. Conſtituit Eccleſiam S. Stephani.

15. S. MARTINVS ex Abbate Inſulæ Barbaræ.

16. S. ANTIOCHVS Octobris die XV. cui à nonnullis præponitur Anthetus.

17. S. ELPIDIVS, cuius corpus quieſcir in pago de ſuo nomine, inquit Ferrarius 2. Septembris, ſed perperam, nam hic noſter Elpidius iacet in Eccleſiâ S. Iuſti, vbi eius depoſitio celebratur IV. Non. Septembr.

18. S. SICARIVS die XI. Aprilis, Capellam habet ſibi dicatam in æde Beatorum Apoſtolorum.

19. SENATOR.

20. S. EVCHERIVS I. Senior, olim Senator, poſtea monachus inſulæ Lerinenſis, diu in agro ſuper fluuium Druentiam intra ſepta ſpeluncæ latitans, Chriſto inſeruiit ieiuniis & orationibus vacans, ipſe in homiliâ de S. Blandinâ vocat ſe Lirini alumnum & Photini ſucceſſorem, mox è preſbytero, Lugdunenſis Epiſcopus renunciatus fuit: Eccleſiam gubernaſſe an 435. auctor eſt Sigebertus in Chronico; ad eius commendationem maximè facit, quod narretur ad onus Epiſcopale vinculis tractus. Eius laudes egregias mirè celebrauit Claudianus lib. II. de Statu animæ his verbis; Haud quaquam EVCHERIVM præterierim mihimet viuentem, doctrinâ & præſentaneis coram diſputationibus cognitum, qui ſcilicet viridis æui, maturi iudicij, terræ diſpuens, cœli appetens, humilis ſpiritu, arduus merito, ingenio ſubtiliſſimus, ſcientiâ plenus, eloquij profluus, magnorum ſui ſeculi Pontificum longè maximus, editis in re fidei multijugis variorum operum voluminibus, ad populum quoque his ſuper ſtatu animæ concionatus eſt. Synodo Arauſicanæ I. ſubſcribit an. 441. Sacerdotum Comprouincialium expectaturus aſſenſum vt inquit in ſubſcriptione Canonum. Conſecraſſe autem illum oratoria S. Mariæ & S. Chriſtophori martyris, innuit vita B. Domitiani cœnobij S. Ragniberti fundatoris: ac præcipuus Lugdunenſis Eccleſiæ Antiſtes meritò appellatur in alterâ S. Capraſij; Cum verò dicitur preſbyter aut ſacerdos ab Adone, Poſſeuino, & Sixto Senenſi, ratio habetur temporis librorum ab eo ſcriptorum. Hunc obiiſſe temporibus Valentiniani & Marciani, Gennadius in Catalogo, atque Ado teſtantur. Non enim vitam protraxit

vſque ad an. 499. vt placet Bellarmino. Plura Eucherius in ſacras literas Commentaria ſcripſiſſe traditur, quæ Gerardus Ioan. Voſſius lib. 11. de Hiſtor. Latinis enumerat. Auctor enim fuit quarundam Homiliarum latinarum quæ falſo titulo inſcriptæ Euſebij Emiſſeni Epiſcopi Græci, qui ſub Conſtantio vixit hactenus editæ fuerunt, quâ de re Baronius ad an.
441. 441. Cuius diſcrimen demonſtrant tum plura alia, tum ſtylus; adde & tempora quibus auctor vixit, qui in recens ortas hæreſes Neſtorij inuehitur. Inter alia eius opera, citat egregias conciones Claudianus ad populum habitas, Thebæorum paſſionem proſâ edidit, ac opuſculum de laude Eremi ad Hilarium Arelatenſem ſolitudinis deſerta petentem; cuius operis Iſidorus meminit in viris illuſtribus, ſed ipſius commentarius in Geneſim & libros Regum, quos Eucherij eſſe Dionyſius Faucherius monachus Lerinenſis exiſtimat, non ſatis liquet. Porrò inter eius opera recenſentur tomo 11. Bibliothecæ SS. Patrum, eius homiliæ vti & opuſcula varia, quæ Verano filio dicauit in Chronologiâ Sanctorum Lerinenſium, quam Vincentius Barralis congeſſit ac notis illuſtrauit. Meminit Eucherij quoque Gennadius cap. 36. Iſidorus cap. 16. Honorius Auguſtodunenſis & ſcriptor vitæ S. Cæſarij, Sidonius Apollinaris lib. 4. epiſt. 111. Saluianus, qui libros eius vocat ſtylo breues, doctrinâ vberes, lectione expeditos, inſtructione perfectos, menti ac pietati pares. Marcellinus Comes, Proſper, & Maximus in Chronico vbi notat obiiſſe
449. an. 449. Collecta Flori inter opera Agobardi, & Annalium Eccleſiaſticorum doctiſſimi conditores Baronius & Spondanus, plura de eo exponunt, vti & Theophilus Raynaudus in indiculo Sanctorum Lugdunenſium, qui duos Eucherios Lugdunenſes aſſerunt, quos fuiſſe Epiſcopos cum plura alia, tum Conciliorum ſubſcriptiones ſignificant, & disertè Claudianus de ſeniore, Cyprianus de iuniore teſtantur.

21. S. Veranus memoria eius conſignatur die xi. Nouembr. in Martyrologio Romano, Bedæ, Vſuardi, & Adonis; debuit ſedere circa annum
451. 451. Si idem eſt Veranus, ac is qui ſubſcribit epiſtolæ Ceretii, & Salonij Epiſcoporum ad Leonem Papam. At in præcepto Hilari Pont. circa annum 463. vel 467. monetur Mamertus Vien- 463.
nenſis à Verano, vt ab ordinationibus indebitis in poſterum abſtineat; idémque memorari dicitur in alterâ epiſt. Hilari, cum Leontio & Victuro Epiſcopis. De illo etiam ſcripſit Gennadius cap. 63. de viris illuſtr. perperámque à nonnullis Verano Salonius præponitur.

22. S. Patiens, Metropolitani officio fungens, electioni Ioannis Epiſcopi Cabilonenſis in eadem vrbe præfuit, cúmque conſecrauit cum Euphronio Auguſtodunenſi & reliquis prouincialibus Epiſcopis circa annum 470. teſte Sidonio Apollin. Aruer- 470.
norum Præſule lib. 4. epiſt. vltimâ, & 10. lib. xi. ad Heſperium inquit: *Eccleſia nuper Lugduni extructa eſt, quæ ſtudio Papæ* Patientis *ſummum cæpti operis acceſſit, viri ſancti, ſtrenui, ſeueri, miſericordis, quique per vberem munificentiam in pauperes, humanitatémque, non minora bonæ conſcientiæ culmina leuet.* In huius templi laudem rogatu Patientis Sidonius carmen exarauit, quod eidem epiſtolæ ſubjicitur, & in templi extimis adſcriptum: aliqui volunt eſſe Eccleſiam S. Irenæi aut S. Iuſti, vel vt coniicit Sirmondus Eccleſiam B. Stephani. Præclarum quoque illius elogium eſt apud eumdem Sidonium lib. vi. epiſt. vltimâ, quâ eximia Pontificatus geſta exponit; cuius verba hîc referre non pigebit. Papa Beatiſſime, non ſufficit illis neceſſitatibus opem ferre quas noueris, quique vſque in extimos terminos Galliarum charitatis indage porrectâ, prius ſoles indigentum reſpicere cauſas quam inſpicere perſonas. Tranſiit in alienas prouincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, vt longè poſitorum conſoletur anguſtias. Omitto illa quæ quotidie propter defectionem ciuium paupertatorum irrequietis toleras excubiis, precibus, expenſis. Omitto te tanto cultu Eccleſiam tibi creditam conuenuſtare, vt dubitet inſpector, melius ne noua opera conſurgunt, an vetuſta reparantur. Omitto per te plurimis locis Baſilicarum fundàmenta conſurgere, ornamenta duplicari. Teque quodam conatu Apoſtolico feras Photinianorum mentes, ſpiritualium prædica-

» prædicationum caſſibus implicare &c. Illud autem deberi tibi, quod poſt Gothicam depopulationem, poſt ſegetes incendio abſumptas, peculiari ſumptu inopiæ communi per deſolatas Gallias, gratuita frumenta miſiſti, cum tabeſcentibus fame populis nimium contuliſſes. Vidimus anguſtas tuis frugibus vias, vidimus per Araris & Rhodani ripas non vnum quod vnus impleueras horreum &c. Quapropter ad integrum conjicere non poſſum, quantas tibi gratias Arelatenſes, Reienſes, Aueniocus, Arauſionenſis quoque & Albenſis, Valentiæque, necnon & Tricaſtinæ vrbis poſſeſſor exoluat. Deinde ſub finem ita definit: Scias volo per omnem fertur Aquitaniam gloria tua; amaris, laudaris, deſideraris, excoleris, omnium pectoribus, omnium votis, inter hæc temporum mala, bonus Sacerdos, bonus pater es. Hæc epiſtola eo loci non parùm confert ad vitæ Patientis illuſtrationem, de quâ meminit Gregorius Hiſt. Franc. lib. 11. c. 24. Interfuit verò Arelatenſi Concilio an. 475. & ep. Fauſti Regienſis Epiſcopi ad Lucidum preſbyterum ſubſcribit, quinetiam paulò poſt hanc Synodum ſub Patiente celebratur al-
475. tera Lugdunenſis an. 475. cuius vnicum extat Fauſti teſtimonium, in quâ, vt ex antiquo codice adnotatur, prolatus eſt à Patiente liber Eccleſiaſticorum dogmatum; Sed hac de re omnino non liquet, quemadmodum legitur tomo 1. Concil. Gundebadus porrò Burgundionum Rex Sigiſmundi pater, Lugduni promulgat leges Burgundicas 4. Kal. Aprilis anno regni 11. Eidémque Patienti dicat vitam S. Germani Autiſſiodorenſis Epiſcopi, Conſtantius preſbyter, huiúſq; meminit Petrus Venerabilis, dum Sidonium de ipſo ſic affatur,

Lugdunum PATIENS *Præſul qui rexit aquoſam,*
Quanti ſit meriti, te referente, patet.

Tranſiit ad meliorem vitam apud Ba-
491. ronium die XI. Septemb. an. 491.

23. S. LVPICINVS Patientis ſucceſſor, vt antiquæ tabulæ docent, quas profert eruditiſſ. Sirmondus in Notis ad Auitum Viennenſem, rectius collocatur quam Stephani. Lupicinus enim qui Stephano ſubjici à recentioribus ſolet, in vulgatis catalogis, ante Rusticum in iiſdem tabulis poſt Patientem collocatur; cuius cognominis fuit alter Lupicinus Abbas S. Eugendi Iurenſis monaſterij, alius à noſtro Lugdunenſi; quem aliqui ſediſſe putant ad an. 495. diémque 495.
anniuerſarium celebrari in Martyrologio 3. Februarij.

24. S. RVSTICVS in vitâ B. Epiphanij Ticinenſis Epiſcopi ab Ennodio ſucceſſore conſcriptâ, cùm agit de illius legatione ad Gundebadum Burgundiæ Regem, ſuſceptâ inquit: Hoc ordine mirâ celeritate Lugdunum ingreſſus eſt, vbi RVSTICVS tunc Epiſcopalem cathedram poſſidebat; homo, qui & in ſæcularis tituli præfiguratione ſacerdotem ſemper exhibuit, & ſub prætextu fori gubernationem geſſit Eccleſiæ; qui trans Rhodanum fluuium aduentus ipſius ſpiritalis lætitiæ copiâ repletus occurrit: cauſam commeationis inquirit: Hunc Rusticum nondum Epiſcopum Sidonius lib. 2. epiſt. 11. vocat Dominum illuſtrem, & amiciſſimum, ac de illo Baronius agit in Annalibus. Mortuus eſt in vrbe ſuâ 19. Iulij, vt aſſerit continuator Martyrologij Adonis: tumulatur in S. Nicetij Eccleſiâ.

25. S. STEPHANVS ad quem ſcripta extat epiſtola Ennodij Ticinenſis Epiſcopi lib. 3. ep. 17. & Auiti Viennenſis epiſt. 24. de Arriano germine expurgando in Galliâ, quod tunc fouebant his temporibus Vuiſigothi & Burgundiones, eâ labe infecti; vt docent verba iſta: Periugibus ſollicitudinis veſtræ ſtudiis opportuniſſimum his operibus acquirendæ ſalutis fœnus accreſcit. Sed inter lolium Arriani germinis, numeroſâ, quod peius eſt corruptione diffuſum, conjicere nequeo vnde ſeſe facies ſeminis inimici, non quidem noua, ſed ſatis rara monſtrauerit: Sed Deo gubernante vos, nullo fulta ſolamine, parùm labes iſta metuenda eſt: Quocirca Donatiſtarum nomen, ne diu in loco viuere poſſit alieno, benedictione protinus ſepelite vitali. Eidem quoque ſcribit, vt conjectura eſt, Ruricius Lemouicenſis lib. 2. epiſt. 51. etſi Epiſcopi nomen in titulo ſit omiſſum. At monuimus ſupra Lupicinum rectius Patienti, quàm huic Stephano ſubjici debere.

26. S. VIVENTIOLVS Auiti

Viennenſis Epiſcopi & Apollinaris Valentinenſis Præſulis amicus fuit, cui adhuc Preſbytero Epiſcopatum auguratus eſt, Auitus epiſt. 17. nam cùm, vt de eò obſeruat Sirmondus in præfatis notis, Lugdunum ex Iurenſi eremo veniſſet, Apollinarémque Auiti fratrem nouum Epiſcopum ibi ægrotantem viſitaſſet, Auitum quoque ipſum deſtinato nuntio conſolari ſtuduit. Quo nomine gratias illi agit; ſimúlque pro tranſmiſsâ ſellâ: cuius vice cathedram ipſi, hoc eſt, Epiſcopatum imprecatur, quem poſtea Lugduni ſortitus eſt; ſtatuit illi eadem epiſtolâ Auitus, vt rectore deſtitutam ſcholam Eugendi, quod nunc Monaſterium eſt S. Claudij, in Iurâ monte capeſſeret, vt in ſecundo gradu preſbyteri probatus ad maiora gubernacula, hoc eſt ad primum gradum Epiſcoporum proueheretur. Itaque Lugdunenſem Epiſcopatum, quem ipſi auguratus fuerat, adeptus eſt tandem, vt oſtendit epiſt. Auiti LII. Viuentiolo Epiſcopo: Hunc autem cathedræ honorem adeptum fuiſſe oſtendunt & Concilia quibus ſubſcripſit; Epaonen-
517. ſe an. 517. & Lugdunenſe 1. ſub Sigiſmundo Rege, quod eodem, vt videtur anno, celebratum eſt, Præſide Viuentiolo, contra Stephanum, qui cognatæ ſuæ nefario auſu ſe ſociauit. Citatur & canone 83. Concilij Meldenſis, ac ſubſcriptus reperitur fundationi Monaſterij Agaunenſis à Sigiſmundo factâ. Sed eum ab eo inuitatus fuiſſet Auitus ad Lugdunenſis Eccleſiæ feſtiuitatem, ſe excuſat epiſt. 58. quod Viennâ propter aduentum Principum abeſſe non poſſit. Nam S. Iuſti ſolemnitas celeberrima erat, vt innuit Sidonius lib. 5. epiſt. 17. Conuenera-mus ad S. Iuſti ſepulchrum: proceſſio fuerat antelucana, ſolemnitas anniuerſaria, populus ingens, quem capaciſſima baſilica non caperet. Atque, vt rectè obſeruat Sirmondus, in iiſdem notis ex quibus hîc non pauca, ſolebant vicinarum ſedium Epiſcopi collegas Epiſcopos ad vrbium ſuarum celebritates inuitare, cuius moris exemplum inſigne eſt apud Baſilium Magnum epiſt. 291. vbi ad Cæſarienſium martyrum diem anniuerſarium, non vicinos modò, ſed totius Ponticæ diœceſis Epiſcopos inuitat. Quam exquiſitæ autem doctrinæ vir fuerit Viuentiolus ex Agobardo diſcimus in lib. de Iudaicis ſuperſtitionibus. Viuentiolus, inquit, Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus, cuius doctrinæ fuerit, non ſolùm ipſius ſed & aliorum de eo ſcripta teſtantur. Ad hunc etiam Viuentiolum exſtant epiſtolæ quatuor Auiti Viennenſis.

27. EVCHERIVS II. Iunior, Cæſarij Arelatenſis Antiſtitis familiaris, vt docet Cyprianus in eiuſdem vitâ, ſubſcribit Concilijs Arelatenſi IV. 524. 524.
Carpentoratenſi 527. Arauſicano II. 529. & in Vaſenſi 2. De vtriuſque Eucherij Lugdunenſis diſcrimine dictum eſt ſupra. 529.

28. S. LVPVS ex Anachoretâ Inſulæ Barbaræ, vbi quieſcit 25. Sept. Præfuit Concilio III. Aurelianenſi an. 538. 538.

29. LEONTIVS.

30. S. SACERDOS conſtruxit Eccleſias Beati Pauli & S. Eulaliæ, quæ nunc eſt D. Georgij, à quâ vna portarū vrbis denominatur. Fuit is à Childeberto Francorum Rege præcipuè dilectus, & Antiſtitum Gallicanorum primas tenuit in Synodo Aurelianenſi v. an. 549. regni Childeberti 28. Deceſ- 549.
ſit an. 550. III. Id. Sept. ætatis 65. de cuius obitu Greg. in vitis Patrum c. 8. 550.
Ægrotante, inquit, SACERDOTE Lugdunenſi Antiſtite, in vrbe Pariſiacâ, cum à Childeberto ſeniore magno amore diligeretur, voluit Rex vſque ad eius lectulum proficiſci, ac viſitare infirmum, quo veniente, ait Epiſcopus, optimè noſti, piiſſimè, quod tibi in omnibus neceſſitatibus tuis fideliter ſeruierim, ac quæcúmque iniunxiſti deuotè impleuerim: nunc precor, vt quia tempus reſolutionis meæ adeſt, vnam petitionem, quam ſupplico, libenter indulge: &c. vt Nicetius Eccleſiæ Lugdunenſi ſubſtituatur Epiſcopus.

31. NICETIVS, nepos Sacerdotis, & auunculus Armentariæ matris Gregorij Turonenſis Epiſcopi, patre Florentino Senatore, matre Artemiâ procreatus, qui Florentinus ad Epiſcopatum Ianuenſis vrbis expetitus, electioni renuntiauit, teſte eodem Greg. Hunc mater dum ſacro fonte ſuſceptus eſt, Nicetium, hoc eſt, vt interpretantur, victorem mundi futurum vocari præcepit, eumdémque ſedulò educatum literis Eccleſiaſticis imbuendum eu-

rauit. Exinde Beatus Gregorius, neſ-
cio quid diuinum in vultu infantis
præſagiens, à ſe euocatum benedixit,
tum grandior ætatis anno 30. gradum
Presbyterij adeptus, auunculo Sacer-
dote fatis functo in eius Pontificatum
ab eodem ſubrogari meruit: ſic enim
ille loco citato de vitis Patrum. Ro-
» go, ait, vt Nicetivs presbyter ne-
» pos meus, Eccleſiæ Lugdunenſi ſub-
« ſtituatur Epiſcopus: eſt enim, vt mei
» teſtimonij verba proferunt, amator
» caſtimoniæ, dilectórque Eccleſiarum,
» & in eleemoſynis valde deuotus, &
» quæcúmque ſeruos Dei decent, &
» operibus gerit & moribus, & ſic ple- B
» no Regis & populi ſuffragio, Epiſco-
» pus Lugdunenſis ordinatus fuit, præ-
» cipuus concordiæ & pacis amator.
Subſcribit autem Concilio Lugdunen-
567. ſi 11. an. 567. in quo Epiſcopatus ho-
nore priuati ſunt Salonius & Sagitta-
rius Antiſtites, vbi Patriarchæ titulo
adornatur, quamuis hâc tempeſtate
ſoli præeſſet Lugdunenſi prouinciæ,
à Greg. Turon. lib. v. Hiſtor. cap. 20.
& 5. illum vocat auunculum matris
ſuæ: vir quoque totius religionis di-
citur in eiuſdem vitâ & lib. de vitis
Patrum cap. 8. meminit ſanctimoniæ C
& miraculorum, quæ ad ſacros artus
patrantur, cap. 61. de Gloriâ Confeſ-
„ ſorum, virum commendat, totius ſan-
„ ctitatis, conuerſationis caſtiſſimæ,
„ charitatis eximiæ, cuius eleemoſynæ
„ atque humilitas enarrari non poſſunt.
573. Ad ſuperos migrauit circiter 573. iv.
Nonas Aprilis, annos natus 60. Ha-
bet Lugduni Eccleſiam celebrem Col-
legialem & parrochialem, in quâ ſe-
pelitur, ac in Chronologiâ Præſulum
Lugdunenſium tali Epitaphio exorna-
tur.

Ecce Sacerdotum tenuit qui iura Sacerdos,
Quo recubat tumulo nomine Nicetivs.
Vrbs Lvgdvne; *tuum rexit per tempora Clerum,*
Eccleſiámque Dei cordis amore colens.
Quique Sacerdotis Sanctus hic proximus hæres,
Sanguine coniunctus, culmine, Sede, ſimul.
Vir bonus indultus cunctis, famulíſque benignus,
Quem duro læſit verbere quíſque ſuo.
Manſuetus, patiens, mitis, venerabilis, aptus,
Pauperibus promptus, ſimplicibúſque pius.
Pſallere præcepit normámq; tenere canendi,
Primus, & alterutrum tendere voce Chorum.

A *Noxia temnendi vitans diſcrimina mundi,*
Inque Deum ſolum viuere nouit opus.
Sic vigilans, ſobrius, ſic caſtus carnis vbique
Quo nihil in Clero dulcius eſſe poteſt.
Cauſarum ſpreuit ſtrepitus, vanóſq; furores,
Et ſimplex mundo, ſed ſapiens Domino.
Iura poteſtatum verbi terrore coercens,
Iurgia deſpiciens; ſuſpiciénſque Deum.
At ſimul erectus, mitis, pietate ſerenus,
Tranſiit innocuus, regna Superna tenet. &c.

32. Priscvs Lugdunenſis Pa-
triarcha, ſubſcripſit proximè poſt Sa- 573.
paudum Arelatenſem, Concilio Pari-
ſienſi iv. 573. Matiſconenſi 1. 581. Lug- 581.
B dunenſi iii. an. 583. Valentinenſi 2.
584. & Matiſconenſi 2. 585. vbi in 585.
præfatione nuncupatur Patriarcha,
Synodúmq; oratione aperuit. Greg. in
Vitis Patrum ſcribit Nicetio deceſſori
aduerſum fuiſſe, & lib. viii. Hiſtor.
Franc. cap. 20. mentio extat magnæ
cædis inter famulos huius Pontificis
& Leudegiſili Ducis. Ado Viennenſis
in Chron. tradit eum cum Artemio
Senonenſi, Remigio Bituricenſi, aliiſ-
ue Epiſcopis Eccleſiaſtica Capitula ro-
boraſſe. Vide c. prima adnotatio, di-
ſtinct. 16. & Concil. Meldenſe c. 73.

33. Ætherivs Guntramni Re-
gis conſiliorum particeps, vt ait B. Au-
ſtregiſili vitâ ms. Erat apud Regem id „
temporis inter alios aulæ proceres vir „
præſtantiſſimus, idémque prudentiſſi- „
mus Ætherevs nomine, cuius fi- „
dei arcana ſua omnia Rex committere „
non dubitabat. Qui poſtea Lugduni, „
quæ eſt Galliarum nobiliſſima ciuitas, „
Epiſcopus ordinatus eſt. Ab eodem „
Ætherio Auſtregiſilus Bituricenſis ad
Presbyteratum promotus, inſuper S.
Nicetij Lugdunenſis Abbas eligitur,
ei námque inprimis charus erat, vt
habet vita eius apud Surium; & in al-
terâ S. Nicetij ſtudium eius erga me-
D moriam Antiſtitis pij celebratur in vi-
tis Patrum. Subſcribit verò ſub an. 589. 589.
reſcripto Epiſcoporum apud Greg. lib.
ix. Hiſt. cap. 41. & x. cap. 28. an. 591.
narrat apud Nemptodorum Pariſienſis
agri vicum in Epiſcoporum conuentu, 591.
quos Guntramnus adeſſe iuſſerat, ac-
citum Ætherium cum Syagrio Augu-
ſtodunenſi, Flauióque Cabilonenſi E-
piſcopis, vt intereſſent ſolemnitati ba-
ptiſmatis Clotarij Regis pueri, è ſacro
fonte ſuſcepti ab eodem Guntramno
patruo. Plures epiſtolas ei ſcribit Gre-

ipſius nomen quidem in Anaſtaſij codicibus excidit, ſed eius mentio ex ſchedis Panuinianis teſtituta; vixit ad-
796. huc poſt an. 796.

50. ILDVINVS ſuperioris nepos
799. hanc Eccleſiam obtinuit an. 799. vti oſtendunt verba illa Chronici Ado-
» nis: Poſt Adonem nepos eius ILDVI-
» NVS paululùm Lugdunenſem Eccle-
» ſiam non Epiſcopus tenuit; & abſce-
» dens, Lirinis Inſulæ monaſterio mona-
» chalem conuerſationem ſuſcepit.

51. LAIDRADVS patriâ Noricus, vir doctus, ante adeptum Archiepiſcopatum Bibliothecarius Imperatoris, legatione functus fuerat Caroli Regis mandato Miſſus Dominicus in Galliâ Narbonenſi, vnà cum Theodulfo Aurelianenſi Epiſcopo; cuius Officij quàm ampla fuerit poteſtas, declarant verba Epiſcoporum ad Carolum
» Caluum in Verno palatio. Miſſi enim
» Dominici Maiores dicebantur, aucto-
» re Sirmondo in Notis ad Capitula,
» Legati à latere probatæ fidei, quos
» Princeps extra ordinem ad Iuſtitias fa-
» ciendas (ſic loquebantur) cum ampliſ-
» ſimâ poteſtate dirigebat, in diuerſas
» regiones tractúſque prouinciarum. At
» Carolus Magnus in his miſſaticis duo-
» decim in regno ſuo vniuerſo, Miſſo-
» rum Dominicorum Collegia conſti-
» tuit: quorum ſingula, vt mos erat,
» Epiſcopum aliquem aut ſimul etiam
» Abbatem & Comitem, pluréſve de-
» ſignatos habuêre. Cuiuſmodi Lega-
» tionum exempla paſſim extant: Sed
» duo maximè illuſtria memorantur,
» vnius ſub Carolo Magno Imp. cuius
» meminit Flodoardus lib. II. cap. 18.
» alterius ſub Ludouico Pio, quæ in
» Capitularibus lib. 2. cap. 25. deſcri-
» bitur. Delegatus autem fuit Laidradus in Hiſpaniam ad Felicem Vrgelitanum, cuius profectionis meminit Alcuinus lib. I. aduerſus Elipantum
799. ad annum circiter 799. Synodus enim magna Epiſcoporum in Aquiſgranenſi palatio congregata eſt, in eâque Alcuinus & Felix Vrgelitanus Epiſcopus, Regis iuſſu aliquot diebus conflixerunt, poſtquam Laidradus, Vrgelli eum conueniſſet, vt coram Imp. Carolo ſe ſiſteret in conuentu Epiſcoporum diſputaturus; Quare & conuictus iterum hæreſeos in quam relapſus fuerat, Catholicam fidem ex animo profeſſus eſt, vti recitat idem Al-

A cuinus, cui Lugdunenſi Antiſtiti noſtro & Nebridio Narbonenſi ſcripſit contra Elipantum Archiepiſcopum Toletanum vbi epiſt. 69. meminit Laidradi. Subſcripſit verò cum aliis Epiſcopis teſtamento Caroli Magni an. 811. apud Eginhartum. Reliquias 811.
quoque B. Cypriani Carthaginienſis Lugduni regnante eodem Imp. ſuſcepit, vt refertur apud Surium. Videtur autem non omittenda eiuſdem epiſtola ad Carolum Imperatorem, quæ ſtatum Eccleſiæ Lugdunenſis hoc tempore indicat.

B *SVMMO CAROLO Imperatori LEDRADVS Epiſcopus LVGDVNENSIS. S. Domine noſter, conſtans, & ſacer Imperator, ſupplico clementiæ Celſitudinis veſtræ, vt hanc breuem ſuggeſtiunculam meam vultu ſereniſſimo audiatis; quatinus quæ hic incerta ſunt, piiſſimæ prudentiæ veſtræ nota fieri queant, & intentio meæ poſtulationis ab ingenua clementia veſtra reminiſcatur. Olim me exiguiſſimum famulorum veſtrorum ad regimen Eccleſiæ Lugdunenſis deſtinare voluiſtis, cum ego huic officio impar exiſterem, & indignus, ſed vos, qui non attendiſtis hominum merita, ſed veſtram ſolùm clementiam, egiſtis de me, ſicut ineffabili* C *veſtræ pietati placuit, nullo exiſtente merito meo, méque admonere dignati eſtis vt ego ſollicitudinis curam gererem. Et vt negligentiæ, quæ in prædictâ Eccleſiâ perpetratæ noſcebantur, emendarentur, & perpetrandæ vitarentur. Erat enim dicta Eccleſia multis in rebus deſtituta, interius, exteriuſque, tàm in officijs, quàm in ædificijs, & cæteris Eccleſiaſticis miniſterijs. Ego humillimus ſeruulus veſter, poſtquam ibidem perueni, quæ cum Dei adiutorio, & veſtro peregi, audite. Quoniam, vt inſpector conſcientiarum Dominus omnipotens mihi teſtis eſt, non tali intentione, ea vobis patefacio, quæ dicturus ſum, vt propterea in rebus augeri merear, neque aliud tale in mea cogitatione compoſui, vt acquiſitionis mihi occaſio ſit: quoniam quotidie exitum à rebus humanis ſuſpicor propter infirmitatem meam, & inceſſanter de morte ſuſpectus ſum. Et ideo hæc ſuggero, vt cum benigniſſimis auribus veſtris præſentata fuerint, & clementer inſpecta, ſiqua bene, & ſecundum voluntatem veſtram geſſi, poſt meum diſceſſum non deficiant, aut pereant. Denique poſtquam ſecundum juſſionem veſtram, ſæpe dictam Eccleſiam ſuſcepi iuxta vires paruitatis meæ, omni induſtriâ egi, vt Clericos Officiales poſſem*

habere, ſicut iam, Deo fauente, ex magnâ parte mihi habere videor. Et ideo officio veſtræ pietatis placuit, vt ad petitionem meam mihi concederetis redditus, qui ab antiquo fuerant de Lugdunenſi Eccleſiâ, per quam, Deo iuuante, & mercede veſtrâ annuente, in Lugdunenſi Eccleſiâ eſt ordo pſallendi inſtauratus, vt iuxta vires noſtras (ſecundum ritum ſacri Palatij) omni ex parte agi videatur, quidquid ad diuinum perſoluendum Officium ordo expoſcit. Nam habeo ſcholas Cantorum, ex quibus plerique ita ſunt eruditi, vt alios etiam erudire poſſint. Præter hæc verò habeo ſcholas Lectorum, non ſolùm qui Officiorum lectionibus exerceantur, ſed etiam in diuinorum librorum meditatione ſpiritalis intelligentiæ fructus conſequantur, ex quibus nonnulli de libro Euangeliorum ſenſum ſpiritalem eum ex parte adipiſci poſſunt. Plerique verò librum Prophetarum ſecundum ſpiritalem intelligentiam adepti ſunt. Similiter libros Salomonis, vel libros Pſalmorum, atque etiam Iob. In libris quoque conſcribendis, in eadem Eccleſia in quantum potui, elaboraui. Similiter veſtimenta ſacerdotum, vel miniſteria procuraui. De reſtauratione etiam Eccleſiarum in quantum valui, non ceſſaui, ita vt eiuſdem ciuitatis maximam Eccleſiam, quæ eſt in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ, à nouo operuerim, & macerias ex parte erexerim: ſimiliter Eccleſiæ S. Stephani tegumentum, de nouo inſtaurau, Eccleſiam quoque S. Niceti de nouo etiam reædificaui, ſimiliter Eccleſiam Sanctæ Mariæ, præter Monaſteriorum reſtaurationes, domus quoque Epiſcopales, inter quas vnam reſtauraui, quæ iam penè deſtructa erat, quam operui; aliam quoque domum cum ſolario ædificaui, & duplicaui, & hanc propter vos paraui, vt ſi in iſtis partibus, veſter eſſet aduentus, in eâ ſuſcipi poſſetis. Clauſtrum quoque Clericorum conſtruxi, in quo omnes nunc, ſub vno conclaui manere noſcuntur. In eadem ciuitate alias reſtauraui Eccleſias: vnam quidem in honorem ſanctæ Eulaliæ, vbi fuit Monaſterium puellarum, in honorem ſancti Georgij, quam de nouo operui, & ex parte macerias eius à fundamentis erexi. Alia quoque domus in honorem ſancti Pauli de nouo operta eſt. Monaſterium quoque puellarum in honorem ſancti Petri dicatum, vbi corpus S. Annemundi Martyris humatum eſt, quod ipſe ſanctus martyr & Epiſcopus inſtituit, ego à fundamentis tam Eccleſiam, quàm domum reſtauraui, vbi nunc Sanctimoniales numero triginta duæ, ſecundum inſtitutionem regularem viuentes, habitare videntur, & Monaſterium Regale Inſulæ Barbaræ (ſitum in medio Araris fluuij, quod antiquitus eſt dedicatum in honorem ſancti Andreæ Apoſtoli, & omnium Apoſtolorum, nunc autem in honorem ſancti Martini, recens videtur eſſe fundatum iuſſu Domini Caroli Imperatoris, qui ibidem præfecit Dominum Benedictum Abbatem, cum quo ſimul direxit ibi ſuos codices) ita reſtauraui, vt tecta de nouo fuerint, & aliqua de maceriis à fundamentis erecta, vbi nunc Monachi ſecundum regularem diſciplinam numero nonaginta habitare videntur: cui etiam Abbati tradidimus poteſtatem ligandi, & ſoluendi, vbi habuerunt prædeceſſores ſui, ſcilicet Ambroſius, Maximinus, Licinius, clariſſimi viri, qui ipſum locum rexerunt: quos Eucherius, Lupus, atque Geneſius, cæterique Epiſcopi Lugdunenſes, vbi ipſi deerant, aut non poterant adeſſe, mittebant concognituros, vtrùm Catholica fides rectè crederetur, ne fraus hæretica pullularet. Quibus illis in tantùm erat commiſſa cura, vt ſi Eccleſia Lugdunenſis viduaretur proprio Patrono, ipſi in cunctis adeſſent Rectores, & Conſolatores, quovſque à Domino digniſſimè illuſtraretur Paſtore. Nos ſimiliter poſteris illorum hanc poteſtatem tradidimus. Inſuper iuſſimus fieri decreta priſcorum Regum Franciæ, vt quemadmodum ipſi ſtatuerunt monimenta emendi, & augendi locum in omnibus rebus, quas ad præſens habere videntur, vel in futuro Deo auxiliante (acquirere poterunt) ſine vllâ querimoniâ per ſæcula poſſideant.

Hæc epiſtola legitur in fine operum Agobardi, & in Hiſtoriâ Lugdunenſi Paradini. Tandem Laidradus Pontificatu abdicato, ſeceſſit in monaſterium S. Medardi Sueſſionenſis, teſte eodem Adone Viennenſi, qui « inter alia fuiſſe refert, virum ſæcula- « ri dignitati intentiſſimum, & honori « reipublicæ vtilem. «

52. AGOBARDVS natione Gallus, Eccleſiæ Lugdunenſis Chorepiſcopus primùm fuit ſub Laidrado, & Canonum Gallicanorum acerrimus propugnator ſub Ludouico Pio & Lothario Imperatoribus, Lugdunenſem Metropolim rexit ad an. Dom. 813. 813.
cuius electionem declarat Ado in Chronico, cum ait: In loco eius, (Lai- « dradi) AGOBARDVS eiuſdem Ec- « cleſiæ Chorepiſcopus conſentiente «

„ Imperat. & vniuerſâ Gallorum Epiſ-
„ coporum Synodo, Epiſcopus ſubſtitu-
„ tus eſt. Quod quidam defendere vo-
„ lentes, dixerunt, eundem venerabilem
„ Agobardum à tribus Epiſcopis in Se-
„ de Lugdunenſi, iubente Leidrado,
„ fuiſſe ordinatum. Sed Canonica au-
„ ctoritas eſt, in vnâ ciuitate duos Epiſ-
„ copos non eſſe. Nec viuente Epiſco-
„ po, ſucceſſorem ſibi debere eligere, ac
„ idcirco illâ quacúmque causâ regulæ
„ Eccleſiæ præteriri in tanto ordine fi-
„ xæ, non debent. Cæterùm quod An-
nales Francorum in vitâ Ludouici Pij
de diſſidio inter eum & filios Lotha-
rium & Pipinum fuſius narrant, quia
participes huius fuit Agobardus, nos
paucis. Ingens enim conſpiratio in Im-
peratorem conflata, tum filiorum, tum
aulicorum inuidiâ, cui anſam ſugge-
ſtione ſuâ præbuêre aliquot Præſules
Gallicani, Agobardus maximè, qui
memoratur inter præcipuos Lothariа-
næ factionis & Pipini Aquitaniarum
Regis eius fratris. Is enim Princeps
commotus odio in nouercam, aliſque
fomitibus accenſus, contra patrem
exercitum parauit; cuius rei timore
percitus, ac ſceleratis iſtis filiorum
conatibus colla ſubdens, publicam
pœnitentiam ſuſcepit Concilio apud
Atiniacum celebrato, cui adfuit Ago-
822. bardus an. 822. & alteri Lugdunenſi
828. Sed graui rursùm perturbatione
828. agitata eſt Gallia, quod enim Pipinus
à patre Ludouico priuatus eſſet Aqui-
taniâ, magnam ſibi Imperator concita-
uit inuidiam, non Pipini tantùm, ſed
& aliorum filiorum, qui ad bellandum
exercitus vtrinque pararunt: Interim
Papâ Gregorio IV. fruſtra laborante
pro componendâ pace, & maximâ par-
te exercitus Ludouici ad filios defi-
ciente, ſponte eorumdem ſe voluntati
833. tradens an. 833. ductus eſt apud Com-
pendium Palatium, ibíque peſſimè ha-
bitus tam à filiis, quàm ab Epiſcopis,
de quorum numero Agobardus no-
ſter, vel errore annitentibus, vel ti-
more conſentientibus, à quibus vehe-
menter ſollicitatur Ludouicus mona-
ſticum habitum induere, quòd omni-
nò renuens, coactus eſt in pleno eo-
rumdem Concilio, gladium deponere,
& cilicio ſumpto reum ſe in multis ca-
pitibus de malè adminiſtrato regno
confiteri, atque pœnitentiam publi-
„ cam iterum ſuſcipere: Callido, vt E-
„ ginhartus ſcribit in Chronico, conſi-

A lio à conſpiratoribus hoc inſtitutum „
eſt, vt quod ipſi per vim & inauditam „
contumeliam in mitiſſimum Imperato- „
rem egerant, ea ille ſuâ ſponte vt Ec- „
cleſiæ ſatisfaceret, expetiiſſe aut ſubiiſ- „
ſe videretur. Damnatum ergò, inquit, „
& abſentem & inauditum, neque con- „
fitentem, neque conuictum, ante cor- „
pus S. Medardi Confeſſoris, & S. Se- „
baſtiani Martyris, arma deponere co- „
gunt, pullâque indutum veſte, adhi- „
bitâ magnâ cuſtodiâ ſub tectum quod- „
dam detrudunt. Ita iudicio iniquo „
Ludouicus exauthoratus eſt, quaſi „
ſeruus eſſet suprà Dominum, ait „
B Scriptura, quod etiam auctor ano- „
nymus vitæ Ludouici notat. Hinc
Imperium ipſi ademptum, in Lotha-
rium eius filium tranſlatum eſt. Quod
facinus ſæculis omnibus deteſtan-
dum, quódque Francorum dedecus
cum vetere illius æui Chronico li-
ceat appellare, non ſolùm omnes re-
rum Gallicarum Scriptores, ſed & po-
puli deteſtati ſunt. At ipſe Agobar-
dus, qui vnà cum aliis quibuſdam
Epiſcopis Iudex ſedit aduerſus Ludo-
uicum, eundémque valde inſectatus
eſt, necnon ipſius coniugem Iuditham
C Auguſtã; eo tempore tam de Conuen-
tu Compendienſi, quàm publicâ Lu-
douici pœnitentiâ libellum conſcri-
pſit. Porrò Dominicâ 2. Quadrageſi-
mæ an. 834. Imperator Eccleſiaſticæ 834.
communioni per Epiſcopos reſtitutus,
Imperij quoque ornamenta recepit in
Conuentu apud S. Dionyſium; ſed
an. 835. iterum in Concilio Theodo- 835.
niſuillæ reconciliatus, aduerſus quoſ-
dam Galliæ Antiſtites de ſuâ ex-
auctoratione conqueſtus eſt; Ebone
Remenſi gradu ſuo deiecto: In eo
Agobardus ſententiam paſſus eſt, qui
cum ad ſatisfactionem ter euocatus
D venire diſtuliſſet; ab Eccleſiâ pulſus
eſt, & in Italiam ad Lotharium cum
Bernardo Viennenſi exul ſe contulit,
vt tradunt ſcriptor vitæ Ludouici &
Eginhartus: Agobardus, inquit, Lug- „
dunenſis Archiepiſcopus vſque ad ſa- „
tisfactionem ab Eccleſiæ Præſulatu „
remotus eſt, cæteris in Italiam fugièn- „
tibus. Hinc euenit, vt Conuentus „
apud Stramiacum in pago Lugdunen-
ſi fieri cœptus an. 836. in quo venti- 836.
lata eſt cauſa Eccleſiarum Lugdunen-
ſis, & Viennenſis vacantium, quæ ab-
ſentibus reis Epiſcopis, peragi non
potuit. Eos autem in gratiam poſtea

reduiſſe

rediiſſe cum Ludouico, & Eccleſias
ſuas recepiſſe docet Ado in Chronico;
Ambo, ait, poſtmodum piis Impera-
» toribus agentibus, Agobardus Lug-
» dunenſem, & Bernardus Viennenſem
» ſedem recepit: poſt pauculos annos
» Agobardus apud Santones in expedi-
» tione Regiâ poſitus defungitur; quod
840. accidiſſe volunt quidam an. 840. vel
ſequenti. Inter Sanctos Lugdunenſes
Confeſſores VIII. Idus Iunij memoria
eius anniuerſarius honoribus colitur
in faſtis Eccleſiæ; ac ætatis ſuæ do-
ctiſſimus Præſul, varia opera monu-
mentis literarum tradidit; inter ea ſunt
quæ ſcripſit aduerſus hæreſes Felicis
Vrgelitani, & errores Abbatis Fride-
giſi: aduerſus laicos bona Eccleſiæ
vſurpantes, ſeriam valde tractationem
inſtituit, tametſi errauerit in doctrinâ
cultus imaginum, quippe Iconoma-
chis in aliquibus conſenſit; contexuit
& alia opuſcula quæ in lucem pro-
diere opera viri de literis benè meri-
ti; nobiſque geminis fratribus San-
marthanis amiciſſimi, Papirij Maſſoni,
quæ extant tomo IX. Biblioth. Patrum,
vbi tamen corrigenda ſunt quædam
ex præfatione; vt videre eſt in indice
Hiſpanico. De Agobardo extant car-
mina Vualafridi Strabi Augienſis;
apud Caniſium tomo VI. antiquarum
lectionum. Legendi etiam Baronius &
Spondanus in Annalib. Concilia Gal-
liæ, & vita eius apud Theophilum
Raynaudum in ſuo Indiculo SS. Lug-
dunenſium. Huius Archiepiſcopi fa-
miliaris fuit Florus Diaconus Eccle-
ſiæ Lugdunenſis, de quo mentio apud
Vſuardum in Martyrologio, qui B.
Pauli Epiſtolas; ex veterum aliquot
Patrum ſcriptis, cum fragmento de an-
tiquis Epiſcoporum electionibus ex-
poſuit.

53. AMVLO, ſiue AMVLVS, Ago-
bardo ſuffectus: in Lugdunenſi Pon-
» tificatu, inquit codex MS. Beati Be-
» nigni Diuionenſis; ſanctæ memoriæ
» Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus
» obiit VIII. Idus Iunij, AMOLO præ-
» fati Epiſcopi Diaconus ordinatur E-
» piſcopus Lugdunenſis XVII. Kalendas
» Februarij. Variant tamen in eius ap-
pellatione vetera exemplaria; quæ-
dam enim, ſicut Capitularia Regis
846. Caroli Calui, ad an. 846. Amalonem
legunt, alia, vt Ado Viennenſis, &
fragmentum antiquum Hiſt. Franciæ
Amulonē, Flodoardus Amolum vocat.

Ei ſcribit Guenilo Senonenſis Archi-
præſul, quem clariſſimum Præſulem
indigetat, apud Lupum Ferrarienſem
Abbatem ep. 81. vbi agitur de negotio
Auguſtodunenſis Eccleſiæ, ac præfi-
ciendo ipſi Antiſtite Berno, & conſe-
cratione Godelſadi in Epiſcopum Ca-
bilonenſem; Et in alterâ ad Theobal-
dum Epiſcopum Lingonenſem, Ago-
bardum nominat pium patrem, ante- »
ceſſorem & nutritorem ſuum. De illo »
Trithemius teſtatur ſcripſiſſe contra
Iudæos. Sedebat adhuc an. 848. quo 848.
damnatus Godeſcalcus. Vide Flodoar-
dum lib. 3. cap. 21. & epiſt. 163. Ioan-
nis VIII. Papæ. Sublatus eſt è vitâ pri-
die Calendas Aprilis.

54. S. REMIGIVS I. ſacri Palatij
Lotharij Imp. ſummus Capellanus, Sy- 855.
nodo Valentinæ III. an. 855. præfuit,
Tullenſi apud Saponarias an. 859. Lin-
gonenſi item adfuit præſente Carolo 859.
Caluo Rege, vt eſt apud Flodoardum
ex Hincmari ep. lib. 3. Hiſt. cap. 161.
Subſcribit quoque Concilio Tullenſi
II. 860. Sueſſionenſi III. an. 866. in 860.
quâ Synodo nomen appoſuit cum aliis
Epiſcopis priuilegio monaſterij Sol-
lemniacenſis. Cabilonenſi 873. cum 873.
Leuboino Chorepiſcopo Lugdunenſi
intereſt anno 3. Caroli Calui in Bur-
gundiâ regnantis poſt mortem Lotha-
rij nepotis ſui, vt eſt in chartulario S.
Marcelli. At verò in eiuſdem Imper.
diplomate commendatur Remigius &
ſancta Lugdunenſis Eccleſia ditiſſima, »
rebus latè florentiſſima, ac religione »
præclariſſima: Confirmat autem fun- »
dationem Abbatiæ monialium S. An-
dochij Auguſtodunenſis an. 858. atque
ex veteri tabulâ liquet ſub an. 868.
congregationem Canonicorum in ba-
ſilicâ S. Irenæi conſtituiſſe & S. Iuſti
ſodales in ſæcularem ordinem redu-
xiſſe. Recenſetur & in notitiâ mona-
ſterij S. Benedicti Saxiaci, tum apud
Flodoardum in Hiſtoriâ, Lupum Fer-
rarienſem epiſt. 112. Baronium, & Ray-
naudum in Sanctis Lugdunenſibus.
Cæterùm Maldonatus Remigium au-
ctorem Commentatiorum in Epiſtolas
Pauli, qui S. Ambroſio tribuuntur, fuiſ-
ſe arbitratur; ſed eiuſce lucubrationis
iudicium relinquere aliis ſatius puta-
mus. Hoc eodem tempore ſcripta eſt
epiſtola nomine Lugdunenſis Eccle-
ſiæ aduerſus Ioannem Scotum, quæ
habetur tomo 4. Biblioth. Patrum.

Ad meliorem vitam tranſlatus y. Cal. Nouembris iacet in templo Sancti Iuſti.

55. Avrelianvs Concilio Pontigonenſi
876. ſubſcripſit an. 876. Tricaſſino II. 878. & coram Pont. Ioanne VIII. adlocutionem in eo habuit, vt obſeruat breuiarium actorum huius Concilij, ex codice S. Mariæ Virdunenſis.
879. Electioni Boſonis 879. in Conuentu Mantalenſi nomen inſcripſit, ac primas tenet in Synodo Cabilonenſi 887. de quâ Chron. Beſuenſe; tandem adfuit
890. Valentinæ 890. & alteri Cabilonenſi 894. cùm Epiſcopis Suffraganeis Gualone Eduenſi, Ardrado Cabilonenſi, Geraldo Matiſconenſi, & legatis Teut-
894. baldi Lingonenſis, in quâ auditus Gerfredus monachus & Leuita Flauiniacenſis infamatus, quòd veneficio mortem intuliſſet Adalgario Auguſtodunenſi Epiſcopo, vt eſt in chartulario huius cœnobij. Plura de illo Flodoardus Hiſt. Remenſis lib. 4. cap. 1. & inter alia dicitur ordinaſſe Egilonem Lingonenſem Epiſcopum. Exceſſit è viuis 16. Cal. Iulij.

56. Alvvala, qui in vulgatis catalogis Alualonus legitur circiter an.
895. 895. in Chronico Flauiniacenſi, & vetuſto tabulario Lugdunenſi.

57. Bernardvs recenſetur Alualæ ſucceſſor ab Hugone Abbate Flauiniacenſi, qui ante annos quingentos ſcripſit, in MS. chronico quod ipſe exarauit.

58. Ansterivs an. 906. in mem-
906. branis Matiſconenſis Eccleſiæ, quo loco agitur de querelâ coram ipſo & Gerardo Matiſcenſi Epiſcopo in Eccleſiâ S. Eugendi Iurenſis agitatâ, inter Folcoldum Præpoſitum S. Vincentij Matiſconenſis, & monachos Iurenſes de capellâ in curtili S. Albini fundatâ. Huius mentio habetur in priuilegio Lugdunenſi pro electione Antiſtitis, & in antiquo inſtrumento S. Stephani Diuionenſis cum Algrino Lingonenſi, & Giraldo Matiſco-
912. nenſi an. 912. Adfuiſſe illum Synodo Cabilonenſi in æde S. Marcelli cum Biſontino, Narbonenſi, aliiſque Præſulibus narrant auctores Burgundi-
915. ci an. 915. in cauſâ peruaſionis rerum Eccleſiæ à Comite Matiſconenſi.

59. Remigivs II. Hugo Flauiniacenſis eius nomen in Lugdunenſium Archiepiſcoporum catalogo ſcriptis conſignauit, & rectè; quamquam enim vnum Remigium minus benè agnoſcant vulgati hactenus catalogi, duo tamen re verà fuerunt, duóſque in ſuo numerat, vt dictum eſt Flauiniacenſis ſcriptor quod probat Sirmondus in notis ad tomum 3. Concilior. conſecrauit Heriueum Eduenſem Epiſcopum cuius teſtamento de rebus S. Nazario conceſſis ſubſcripſit anno 919
919.

60. Anschericvs ex tabulis Carilocenſis monaſterij 926. Synodo 926.
præfuit cum Geraldo Matiſconenſi, & Odilardo Maurianenſi Præſulibus; ibique actum eſt, qualiter templis, lociſque Sanctorum deſolatis, propter prauorum hominum cupiditatem ſubuenire poſſet, vbi enumerantur Eccleſiæ decem, quas Synodus cœnobio diuerſis locis ablatas reſtitui iuſſit. Mortuus eſt 18. Calendas Ianuarij.

61. Gvido I. adfuit Synodo Tre-
norchianæ ad Ararim 944. fatóque 944.
functus Nonis Octobris.

62. Amblardvs an. 956. inſtau-
tator Abbatiæ Athanatenſis, vt indi- 956.
cant veteres ſchedæ huius Monaſterij: Diem clauſit extremum 8. Cal. Iunij.

63. Bvrchardvs de Bovrgogne Bovrgogne
Abbas S. Mauricij Agaunenſis, regali vtrinque proſapiâ ſatus, Conrado I. Burgundiæ Tranſiuranæ & Mathilde Ludouici IV. Franciæ Regis, cognomine Vltramarini, filiâ; vnde illum etiam genere nobilem ac ſtrenuum vocat Hermannus Contractus. Is Brunonem Epiſcopum Lingonenſem ordinauit in æde S. Stepha-
ni Diuionenſis an. 981. Indict. IX. vt 981.
de eo refert chronicon S. Benigni. Præterea in chartulario Cluniacenſi donatio decimarum de Chaucyriâ ſic inſcribitur. Bvrcardvs gratiâ Dei humilis Archiepiſcopus. Non incognitum eſſe volumus, qualiter in ſacrâ Synodo noſtrâ decreuimus erga ſancta loca Dei regere, & gubernare, quod quidem per conſilium noſtrorum fidelium; ſcilicet Præpoſiti Hugonis, ac Abbatis Stephani & Archidiaconi, concedimus altare S. Ioannis Baptiſtæ Cauariacenſis Eccleſiæ, cum decimis S. Petro Cluniacenſis Eccleſiæ Domino Mayolo Abbati,

& inibi Deo famulantibus; excommunicamus, & anathema ſit ex parte Dei, Sanctæque Mariæ Virginis, Apoſtolorum, omniúmque fidelium Dei. Signum Burchardi qui hoc donum dedit & ſcribere rogauit, Signum Hugonis Præpoſiti, Stephani Archidiaconi, Lamberti Decani, Eugendi Præcentoris, Ranconis Archiclauerij, Stephani Diaconi. Data menſe Maio anno xx. Conradi Regis. Præſens fuit fundationi Artaldi Comitis Lugdu-
999. nenſis baſilicæ S. Irenæi an. 999. & conuocauit Prouinciale Concilium apud oppidum Anſæ non longè ab Arari, quatuor leucis diſtans Lugduno, in dominio Eccleſiæ, Archipreſbyteratus titulo inſigne, cui interfue-
1025. runt 1025. in templo S. Romani, cum Burchardo Lugdunenſi, alter Viennenſis eiuſdem nominis, tum etiam Tarentaſienſis, Eduenſis, Cabilonenſis, Autiſſiodorenſis, Auguſtenſis, & plurimi alij Galliarum Epiſcopi. Nominatur quoque in diplomate Rodulphi Burgundiæ Regis pro inſtauratione monaſterij S Mauritij de Agauno
1029. 1029. & in epiſtolâ Benedicti Papæ VIII. ad Antiſtites Burgundiæ & Aquitaniæ pro Cluniacenſi Monaſterio. Multa de illius obitu memorantur in Chronico Hugonis Flauiniacenſis Abbatis qui ait, hoc ſolum feciſſe nobile quòd periit pro Epiſcopatu. Verba Glabri Rodulphi ſunt iſta lib. v. Hiſtoriarum cap. 4. Fuit diſſenſio maxima, poſt mortem BVRCHARDI Archipræſulis Lugdunenſis, de Præſulatu ipſius Sedis, quam plures non iniuſtis appetebant meritis, ſed inſtinctu ſuperbæ elationis. Primus omnium prædicti Burchardi nepos, eiuſdem æquiuocus, ſupra modum ſuperbiſſimus, relictâ ſede propriâ Auguſtanæ ciuitatis procaciter Lugdunenſem arripuit. Qui poſt multas perpetratas nequitias captus à militibus Imperatoris, perpetuo eſt condemnatus exilio. Poſt ipſum verò, quidam Comes GIRARDVM ſuum filium puerulum, quendam arroganter ibidem ſolâ præſumptione auctore ſubſtituit, & ipſe poſt modicum, non vt Paſtor ouium, ſed veluti mercenarius in fugam verſus delituit. Quæ omnia dum perlata fuiſſent Romano Pontifici, ſuggeſtum eſt ei à viris fidelibus, vt ſuâ auctoritate Patrem Odilonem Cluniacenſis Monaſterij Abbatem, ibidem eligeret conſecrari Pontificem. Sic enim totius Cleri ac plebis optans acclamabat deuotio. Qui protinus mittens eidem Patri pallium ſimul & anulum, imperauit eundem prædictæ ciuitati fore Archiepiſcopum. Sed vir Religioſus ſuæ humilitatis attendens propoſitum, omnimodis renuit fieri, pallium & anulum ſuſcipiens, illi qui Deo dignus exiſteret reſeruauit futuro Pontifici eiuſdem ſedis. Hactenus Glaber. Eadem planè recitant Hugo Flauiniacenſis & Bibliotheca Cluniacenſis, in obituario Matiſconenſi aſſignatur Burchardi interitus ad diem x. Kal. Iulij.

64. ODOLRICVS ex Archidiacono Lingonenſi electus, ita enim aſſerit Glaber loco citato his verbis: Contigit vt Henricus Rex recepto regno Auſtraſiorum, dum comperiſſet huius diſſenſionis cladem, condoluit, cui dum apud Veſoncionem deueniſſet, ſuggeſtum eſt tam ab Epiſcopis quàm ab omni plebe, vt virum æquè tali miniſterio dignum, ODOLRICVM ſcilicet Lingonenſis Eccleſiæ Archidiaconum, Lugduni conſtitueret Pontificem. Qui ſpecioſiſſimis adornatum indumentis ad præfatam illum deſtinauit Sedem. Illico nempe reſtituta eſt totius prouinciæ requies, & pax diu optata cum gaudio. Ad hæc conuenit Scriptor Flauiniacenſis. Gregorius VI. inquit, S. Odilonem inſtituens Lugdunenſi Eccleſiæ ordinari Pontificem, miſit ei pallium & anulum, ſed vir Religioſus humilitati ſtudens hoc renuit; pallium tamen & anulum retinuit, ſeruans illud Pontifici qui dignus eſſet, quod vſque hodie Cluniaci habetur. Henricus verò Imp. electione Cleri & populi firmatâ, ODELRICVM Lingonenſem Archidiaconum, ad Lugdunenſem deſtinauit Sedem. His conſentit Chronicon S. Benigni
Diuionenſis, an. 1034. vbi dicitur O- 1034.
delricus fuiſſe tunc in Palatio regali, ætate pariter ac conuerſatione prouectus, literis apprimè eruditus, quem Dominus Halinardus ſuaſit expetendum, quem & ſapientiæ vbertas, & ſenectutis commendabat dignitas, qui rexit Eccleſiam Lugdunenſem per annos quinque, verbo & exemplo, poſtea à quibuſdam inuidis veneno peremptus. Is autem ſubſcripſit teſtamento Hugonis Archiepiſcopi Biſonticenſis cum Valtherio Matiſconenſi &

1044. Hugone Lingonenſi Epiſcopis anno A 1044.

65. Halinardvs ex Abbate S. Benigni Diuionenſis, patre Lingonenſi, matre Eduenſi nobilis proſapiæ parentibus ortus, filius ſpiritualis è fonte Valtheri Epiſcopi Eduenſis. Conſecratur ab Hugone Biſonticenſi Antiſtite 1046. Sic enim habet Chronicon Benignianum MS. quòd ipſum diuinitùs reuelatum, prudenter, ſobriè, iuſtéque viuentem prædicat: Ordinatus eſt, ait, Abbas Halinardvs Lugdunenſis Archiepiſcopus in loco qui dicitur Erbreſtin, coram Henrico Cæſare filio Cononis. Accedit Albe- B ricus in Chron. ad eundem an. vbi de illius electione verba facit: Abbas Halinardus S. Benigni Diuionenſis factus eſt Archiepiſcopus Lugdunenſis; Et quia ciuitas tunc erat ſub Imperatore, Dominus Halinardus Curiam Imper. adiit pro Regalibus ſuis accipiendis, Imperator iam erat in procinctu Romani itineris, & voluit vt Archiepiſcopus ſecundum morem iuraret illi fidelitatem: ille dixit ſe eſſe monachum, nec debere facere iuramentum: dictum eſt, vt vel ad minus ſe offerret ad iuramentum: reſpondit, non ſe debere C ſimulationem facere: tandem mediantibus Epiſcopis, Theodorico antequam moreretur Merenſi, Brunone Tullenſi, Richardo Virdunenſi, Imperator pro ſuâ religione iuramentum ei quittauit, deinde Romam abiit. Confirmatus à Papâ Gregorio VI. ſubſcribit diplomati Leonis IX. pro Ve-

1048. ſontionenſibus 1048. Et alteri eiuſdem Pont. dato Ioanni Card. pro Eccleſiâ Portuenſi quod legitur in regiſtro Vaticani Gregorij IX. Cæterùm idem Albericus de ipſius ad Sedem Apoſtolicam poſtulatione clarè explicat ad an. 1048. Cum de ſummi Pontificis, inquit, electione inter Imperatorem & Romanos ageretur, poſtulatus eſt ab D vnâ parte in Papatu Halinardvs Lugdunenſis Archiepiſcopus, ſed diſſimulauit ad Curiam ire, donec electus eſt Bruno Tullenſis, vir nobilis & ſanctus, filius Hugonis Comitis Dagſburgenſis; cuius rei meminit quoque auctor magni Chronici Belgici. Adfuit verò Halinardvs Concilio

1049. Remenſi 1049. ac chirographo firmat priuilegia Eccleſiæ Florentinæ 1050. teſte Vincentio Borghini in Hiſt. Florentinâ. Demùm fato ceſſit Romæ 1052. IV. Calendas Auguſti, Alberico 1052.

1051. Sed veneno intoxicatus, teſte Chronico Benigniano, defunctus in S. Gregorij monaſterio, quod olim ipſe Gregorius Magnus in paternâ domo ad cliuum Scauri S. Andreæ dicauerat, vbi nunc degunt Camaldulenſes. Sepelitur à nobilibus Romanis arcu rumbæ impoſito, ad læuam partem baſilicæ patriarchalis Sancti Pauli viâ Oſtienſi.

66. Philippvs I. Halinardo ſucceſſit an. 1051. vt obſeruauit Albericus in Chronico, qui antiquiorem ſiue primum nuncupat; de illo ſilent antiquæ huius Metropolis tabulæ. Synodus Lugdunenſis an. 1055. tempore Victoris 2. Pont. celebratur, quâ Epiſcopus quidam per Hildebrandum Sedis Apoſtolicæ Legarum, miraculosè de crimine ſimoniæ conuincitur, de quâ Hiſtoria Deſiderius Caſſinenſis Abbas, Petrus Damiani, & Vilelmus Malmeſburienſis lib. III. de geſtis Regum Anglorum. 1051. 1055.

67. Hvmbertvs I. anno 1072. præſens fuit cum Achardo Cabilonenſi Præſule donationi Drogonis Epiſcopi Matiſconenſis Eccleſiæ S. Petri; Eidem & Haganoni Eduenſi Epiſcopo ſcribit S. Gregorius Papa VII. lib. II. epiſt. 15. indict. 13. vt Clericos Lingonenſes moneat de ſatisfactione damnorum Monaſterij Pultarienſis lib. I. epiſt. 62. III. Idus Nouembr. quibus in locis agitur de Matiſconenſi Antiſtite & Clericis eius; itémque epiſt. 35. ei mandatur, vt ab ipſo, vel Suffraganeis eius Archidiaconus Auguſtodunenſis electus Matiſconenſis ordinetur: In veteri martyrologio dicitur, monetam S. Stephani recuperaſſe, necnon villam de Maximiaco, & domum Epiſcopalem ædificaſſe, vbi & anniuerſarij dies notatur 3. Idus Iunij. Inde factus eſt monachus in Abbatiâ S. Eugendi Iurenſis anno 1077. Quocirca qui Gofridum Humberti ſucceſſorem eſſe volunt, tempore qui memoratur in vitâ S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, ab Hugone religioſo Cluniacenſi conſcripta, ſirque, ille vt ſcribit Quercetanus in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem, cuius Nicolaus Arragonius in antiquis Pontificum Romanorum geſtis, & Hildebertus in vitâ S. Hugonis meminêre, quique ſine dubio Sy- 1072. 1077.

nodo Eduenſi prouinciali aduerſus Roberti Burgundiæ Ducis grauamina præſedit, huic ſententiæ tamen clariè videntur refragari verba Chronici Flauiniacenſis mox referenda.

68. Gebvinvs ex Lingonenſis Eccleſiæ Archidiacono ad Primatum Lugdunenſem euehitur: ita enim docet Hugo Flauiniacenſis in Chronico.
1077. „ co. In ſynodo Æduenſi m. lxxvii.
„ quia Lugdunenſis Sedes Humberto ſi-
„ moniaco expulſo & in locis Iurenſi-
„ bus monacho facto, vacabat Antiſtite,
„ à latere Domini Lingonenſis electus
„ eſt Gebvinvs Archidiaconus, vir
„ morum probitate venuſtus, vt præfi-
„ ceretur Lugdunenſi Eccleſiæ, raptus
„ ab altari, quò confugerat, diligen-
„ tius ſeruatur, & in die Dominicâ mo-
„ re ſolemni benedicitur. Die igitur
„ Dominicâ xv. Kal. Octobris conſe-
„ cratus eſt apud Æduam ab Hugone
„ Dienſi Epiſcopo Romanæ Sedis Le-
1078. „ gato. Anno ſequenti nempe 1078. à S. Gregorio vii. Papâ Primas quatuor Lugdunenſium prouinciarum confirmatur, aut potius inſtituitur. Porrò hic locus à nobis poſtulare videtur, vt de Primatu illo paucis quantùm fieri poterit, agamus, quæ exordia habuerit, incrementa, & lites inde cum Primate Senonenſi natas. Liquidò non apparet ex monimentis, vllam dignitatem & prærogatiuam fuiſſe affixam Sedi Epiſcopali Primatum Gallorum & Germanorum ſuprà alios, perſonali tantùm fruebantur ſuperioritate, quæ petebatur inter cæteros Antiſtites ex ordinationis antiquitate, aut delegatione Pontificis ad tempus: vſque dum Gregorius 7. Gebuinum eiúſque ſucceſſores confir-

Primatvs Lvgdvnensis.

mat Primatem ſuper quatuor Lugdunenſes prouincias quas memorat, id eſt Lugdunenſem, Rotomagenſem, Turonicam, & Senonenſem; quia res eſt momenti, integram epiſtolam ſubjicimus, quæ habetur lib. vi. epiſt. xxxiv.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. GEBVINO LVGDVNENSI ARCHIEPISCOPO. Antiqua Sanctorum Patrum, quibus licèt indigni & longè meritis impares in adminiſtratione huius Sedis ſuccedimus, veſtigia in quantum diuina dignatio permittit, imitari deſiderantes, ius quod vnicuique Eccleſiorum pro A *merito & dignitate ſui, ipſi contulerunt, nos ex eorum ſucceſſionis conſideratione decet illæſum & immutabile conſeruare, ac munimine Decretorum noſtrorum ad perpetuam ſtabilitatem corroborare. Quapropter, quia dilectiſſime in Christo Frater Gebuine, poſtulaſti à nobis, quatenus dignitatem ab anteceſſoribus noſtris conceſſam Eccleſiæ, cui Deo authore, præeſſe dignoſceris, confirmaremus, & quaque ſuâ ab infeſtatione hoſtili Apoſtolicæ Sedis defenſione tueremur, inclinati precibus tuis confirmamus PRIMATVM ſuper quatuor prouincias Lugdunenſis Eccleſiæ tuæ, & per eam tibi tuiſque ſucceſſoribus, his tantùm* B *qui nullo interueniente munere electi, vel promoti fuerint, videlicet à manu, ab obſequio, & à linguâ. A manu, vt nullum pretium prorſus à ſe, vel ab aliquo tribuatur. Ab obſequio, vt nihil inde ſeruity faciat, ſicut quidam intentione Eccleſiæ prælationis potentibus perſonis ſolent deferre. A linguâ, vt neque per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam preces effundat. Sed neque his, qui per ſecularem poteſtatem ad hanc dignitatem peruenerint, ſcilicet dono, vel confirmatione alicuius perſonæ, quæ Sanctæ religioni videatur obuiare, &* C *contra purum authenticámque Sanctorum Patrum authoritatem venire. Sed his nimirum hanc dignitatem concedendam eſſe ſancimus, qui purâ & ſincerâ electione tibi ſucceſſerint, & ità per oſtium intrauerint, ſicut fraternitatem tuam cognouimus intraſſe. His verò qui aliter intrauerint, videlicet qui iuxta Dominicam ſententiam, non per oſtium, ſed aliunde, vt fures & latrones aſcenderunt, non ſolum Primatum huius dignitatis non concedimus, verùm etiam omni honore Eccleſiaſtici regiminis indignos & alienos fore adiudicamus. Prouincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunenſem, Ro-* D *thomagenſem, Turonenſem, & Senonenſem, vt hæ videlicet Prouinciæ condignam obedientiam Lugdunenſi Eccleſiæ exhibeant: & honorem quem Romani Pontifices reddendum eſſe ſcriptis propriis præfixerunt, humiliter & deuotè perſoluant, ſaluâ in omnibus Apoſtolicæ Sedis reuerentiâ & authoritate. Præterea, iuxta tenorem poſtulationis tuæ, Eccleſiæ tuæ huiuſmodi priuilegia præſenti authoritatis noſtræ Decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, Statuentes nullum Regum: &c. Datum Romæ* xii, *Kal. Maias, Indictione* ii.

Ne autem tres alij Primates contra nouitatem reclamarent, eodem tem-

pore ad eos ſcribit, quemadmodû patet A ex ep.35.l.vi. vt ex antiquâ Patrum authoritate Primati à ſe confirmato obedirent, & rationem diuerſorum in Eccleſiâ graduum declarat: nempe quod Eccleſia Spiritu Sancto edocta per diuerſas prouincias & regna Præſules, Archiepiſcopos, & Primates ordinauit: cuius conſtitutione & authoritate Lugdunenſis Eccleſia Primatum ſuper quatuor prouincias per annorum longa curricula obtinuit, vnde Patrum exempla ſequens Lugdun. Primatum quem ipſi decretis ſuis conſtituerunt, ſtudet confirmare; ideò enim diuerſos B gradus conſtituit Dei prouiſio, vt concordiâ ex obedientiâ naſceretur, & ſic imitaretur Eccleſia ordines Angelorum, & hinc pax & charitas mutuâ ſe vice complecterentur. Quia igitur vnumquódque tunc ſalubriter completur officium, cum fuerit vnus ad quem recurri poſſit, Prępoſitus, prouinciæ autem multò antè Chriſtum diuiſæ ſunt, & poſtea ab Apoſtolis & Clemente diuiſio renouata eſt, & in capite Prouinciarum, vbi dudum Primates legis erant ſæculi, ac prima iudiciaria poteſtas; ad quos confugiebant pro oppreſſionibus, qui ad reges C confugere non poterant, ipſis quoque locis celebrioribus Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, leges diuinæ & Eccleſiaſticæ poni & eſſe iuſſerunt, ad quos Epiſcopi confugerent, & ipſi nomine Primatum fruerentur, & non alij, reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates licet maiorum Comitum eſſent, haberent tamen Metropolitanos ſuos, qui obedirent Primatibus, vt in legibus ſæculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur, & licet ſingulæ Metropoles ſuas prouincias D habeant & Epiſcopos, Primates tamen tunc & nunc habere iuſſæ ſunt, ad quos poſt Sedem Apoſtolicam ſumma negotia conueniant, vt ibidem, quibus neceſſe eleuentur & iuſtè reſtituantur, & qui iniuſtè opprimuntur, iuſtè reformentur, & fulciantur, Epiſcoporúmque cauſæ, & ſummorum negotiorum iudicia, ſaluâ Apoſtolicæ Sedis authoritate iuſtiſſimè terminentur. Quapropter præcipimus, inquit, vt Lugdunenſi Eccleſiæ honorem à maioribus noſtris de Eccleſiis veſtris præfixum, exhibere humiliter procuretis,

Datum Romæ xii. Kal. Maij Indict. 2. Quæ autem cauſæ potuerint impellere Gregorium vt Primatum Eccleſiæ Lugdunenſi in tres alias Primatias conferret, cum re verâ vſquedùm caruiſſet hâc dignitate; in primis, quod ſemper Lugdunum inter Galliæ ciuitates floruiſſet, & quaſi primaria habita, quod primo martyrum in Galliis ſanguine conſecrata ſit, quod Pothinum, & Irenæum ſanctiſſimos Præſules habuiſſet, quod iam ab an. 894. motâ contentione ab Anſegiſo Senonenſi pro Galliæ Primatiâ, Synodus Cabilonenſis Primatem omnium Galliarum Aurelianum Lugdunenſem Archiep. pronuntiarat, quod in notitiâ prouinciarum quæ S. Clementis & Anacleti epiſtolis coniungitur, Lugdunum primas tenet partes, quod Odilo Cluniacenſis in vitâ S. Maioli, Lugdunum dicat Galliæ ex antiquo more, & Eccleſiaſtico iure, non immeritò arcem retinere. Perlato Decreto Gregorij ad Galliæ Primates, paruit Turonenſis, reſtitit Richerius Senonenſis, vt qui hanc dignitatem ſuæ Eccleſiæ deberi contenderet; nam an. 876. Ioannes viii. Anſegiſum Senonenſem delegauerat per Galliam & Germaniam, vt res maioris momenti Sedi Apoſtolicæ communicaret, Synodos conuocaret, Epiſcopis diplomata à Pontifice ſignificaret, quamobrem in Concilio Pontigonenſi primam ſedem tenuerat; Seguinus à Ioanne xv. idem priuilegium per Gallias tantùm obtinuerat, vndè in Synodo Rhemenſi 992. primus ſedit; denique chronicum Autiſſiodorenſe vult Leothericum Seguini ſucceſſorem à Pontifice idem ius obtinuiſſe. Litem voluit abſoluere Concilium Claromontanum anno 1095. nam Vrbanus ii. cum tunc ibi in Galliis verſaretur, Decretum emittit mox referendum, quo Hugoni Lugdunenſi & ſucceſſoribus Archiepiſcopis Primatum firmat ſupra tres alios & Suffraganeorum obedientiam Senonenſi Metropolitano interdicit: huic ſententiæ Suffraganei tum Senonenſis, tum Rotomagenſis prouinciæ, ſe obedituros propriâ voce profeſſi ſunt; ſed iterum parere recuſat Richerius quamquam Iuo Carnotenſis Præſul ſuaderet, *vt acquieſceret interim Apoſtolicis ſanctionibus, abſque praeiudicio priuilegiorum, ſi quando reperiri poterunt, quæ hanc ſubie-*

ctionem, ab eius Eccleſiâ remouerent, & eius libertatem deffenderent. Non ideò
tamen deſtitit à propoſito Richerius
vſque ad mortem quæ contigit anno
1096. Hugo Primas & tunc Legatus
Pontificius ſcribit ad Senonenſis pro-
uinciæ Epiſcopos, ne conſecrent
Daimbertum in locum Richerij ſuf-
fectum, antequam ſubiectionem Pri-
mati ſibi debitam fuerit profeſſus; re-
clamat Iuo, idque nullo iure ipſi
competere ſiue Primatiæ, ſiue lega-
tionis, niſi electus aliquo *crimine ac-
cuſetur, de quâ re ad Vrbanum II. idem
reſcribit, de profeſſione à Metropolitanis
faciendâ Primatibus, nihil legi conſuetu-
dine firmatum, vel legibus inſtitutum, vl-
tra quas metas nihil conceſſum eſſe Prima-
tibus teſtatur Papa Nicolaus.* Ex decre-
to autem eiuſdem Vrbani accipimus
ipſum hunc Daimbertum conſecraſ-
ſe, & cum idem Senonenſis Romam
ſe contuliſſet; præſentibus legatis Hu-
gonis Lugdunenſis, Sedis Apoſtolicæ
cogente iudicio, omni demum tergi-
uerſatione caſſatâ, vt ait Vrbanus, in
manu Pontificis profeſſus eſt, ſe Lug-
dunenſis Eccleſiæ ſuper Senonenſem,
Primatum agnoſcere. Eſt autem in
1078. chartulario Cluniacenſi 1078. Petri
Cardinalis Albanenſis tabula immu-
nitatis, quâ auctoritate eiuſdem Gre-
gorij reſtitit Gebuino Lugdunenſi; in
his quæ malè innodauerat erga Epiſ-
copum Matiſconenſem. Dedicat Ec-
cleſiam Collegialem Bellioci à Be-
1079. raldo fundaram 1079. quem & S. Pe-
tri Matiſconenſis baſilicam ædificaſſe
tradunt. Probat verò electionem Val-
teri Cabilonenſis Antiſtitis 1080. Co-
litur vt Beatus in Eccleſiâ S. Irenæi
1092. 1092. vbi jacet mortuus 17. Maij aliàs
die 16. Aprilis, idq; affirmat antiquus
codex obituariorum. Porrò Iacobus
Sirmondus in Propemptico ad Salma-
ſium cap. 8. extare dicit octo epiſto-
las Gebuini Primatis Lugdun. ad Ro-
dulphum Turonenſem Metropolita-
num, Euſebium Andegauenſem E-
piſcopum & Abbates eiuſdem pro-
uinciæ ſcriptas, in quibus collau-
dat illorum erga Lugdunenſem Ec-
cleſiam matrem, vt ipſi appellaue-
rant & dominam ſuam obſeruan-
tiam.

69. HVGO Legatus Galliarum & Vicarius Sedis Apoſtolicæ, ex Dienſi Antiſtite factus Lugdunenſis, Legationem in vtroque munere ſub Gre-
gorio VII. & Vrbano 2. Pont. Max.
in Galliâ geſſit, antea Rollandus
Humbaldus dictus; apud Chronic.
Malleacenſe, de quo ita Albericus
& Hugo Flauiniacenſis: Defuncto,
per id temporis Lugdunenſi Archie-
piſcopo Gebuino, cum varia quorum-
dam eſſet electio, Dominus HVGO
Dienſis Epiſcopus electione Cleri &
populi; authoritate & præcepto Ro-
mani Pontificis, in Archiepiſcopum
Lugdunenſem promotus eſt anno Ieſu
Domini M. XXCII. Fuit is rerum 1092.
geſtarum gloriâ clarus; qui à Grego-
rio magni æſtimatus Synodos Gallia-
rum, quas plurimas congregauit, de re-
bus Eccleſiæ, in iis Legatus Apoſtoli-
cus præfuit; nam & in Concilio Lug-
dunenſi Manaſſes Archiepiſcopus Re-
menſis iam antea depoſitus, rurſus ab
eo eandem condemnationis ſenten-
tiam recepit, aliud Concilium Aue-
nione, itémque Meldis hoc ipſo anno
celebrauit, traductúmque in Cathe-
dram Lugdunenſem teſtantur acta S.
Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi:
ſed perculſus eſt anathematis vinculo
à Victore III. Pontifice Rom. 1087. à 1087.
quo aliquantulùm reſiliit, nòn tamen,
vt deficeret ad ſchiſmaticos, quod
pro ambitione Sedis Apoſtolicæ ad
quam dudum clam inhiabat, vbi vo-
tis fruſtratus eſt electo Victore, ſe ab
eius communione ſeiunxiſſet; vt reci-
tat Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 67. idem
Vrbano 2. Papæ ab exordio Pontifi-
catus eius ſe coniungens, priſtinam
Legationis dignitatem ab eo inuitus
ſuſcepit: Bertoldus autem congrega-
tum refert ab eodem Hugone Lug-
dunenſi Oſtione Concilium genera-
le, vbi inter alia renouatur excom-
municatio in Henricum Imp. & Gui-
bertum Antipapam, Regémque Gal-
liarum Philippum, qui reiectâ Bertâ
coniuge, Bertradam pellicem indu-
xerat; rurſùm ad Synodum Placenti-
nam vocatus ab Vrbano, eò quod non
ipſe venerit, nec legatum cum excu-
ſatione legitimâ direxerit, ab officio
ſuſpenſus eſt 1095. quo anno ſubſcri- 1095.
pſit tabulæ eiuſdem Philippi Regis
de ſubiectione Mauſiaci cœnobio Clu-
niacenſi; in cuius chartophilacio ſe-
quens reperitur membrana: IN NO-
MINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis:
Ego HVGO Dei gratiâ LVGDVNEN-
SIS Archiepiſcopus, do Deo & S.
Petro & reuerendiſſimo in Chriſto

,, Patti noſttò Dom. Hugoni Clunia-
,, cenſis Eccleſiæ Abbati, & ſucceſſori-
,, bus eius, fratribúſque ſub eo ducatu
,, Deo militantibus, Eccleſiam S. Deſi-
,, derij ſitam in Brixiâ ſub annuali cenſu
,, trium ſolidorum, retentis paratis &
,, ſynodo, ſecundum antiquum morem
,, aliarum Eccleſiarum Epiſcopatus no-
,, ſtri, & capellam de Roorrerio cum Ec-
,, cleſiâ S. Pauli infra caſtri ipſius muni-
,, rionem ſitam, cum appenditiis eius,
,, ſub annuali cenſu quinque ſolidorum,
,, cuius medietas ſoluetur in feſtiuitate
,, S. Martini, medietas verò in Purifica-
,, tione S. Mariæ. Hæc itaque ſaluâ
,, ſubiectione ſanctæ Lugdunenſis Ec- B
,, cleſiæ, do Eccleſiæ Cluniacenſi per
,, manum dilectiſſimi in Chriſto fratris
,, noſtri Siguini ipſius domni Abbatis
,, Camerarij, iure perpetuo poſſidenda
,, pro remedio animæ meæ, & vt fratres
,, Eccleſiæ Cluniacenſis Deum depre-
,, centur pro exceſſibus meis, & ſtatu
,, Eccleſiæ Lugdunenſis, necnon & pro
,, ſalute omnium amicorum & conſan-
,, guineorum meorum; Facta eſt autem
,, hæc donatio Lugduni in præſentiâ
,, Girini Capellani noſtri, & Hugonis
,, nepotis noſtri, & Godonis Archipres-
,, byteri Canonicorum, & Giraldi Ar-
,, chipreſbyteri. Vt autem hæc donatio C
,, firma permaneat, ſigillo proprio ſub-
1094. ,, terſignaui an. ab Inc. M. XCIV. Indict.
,, 2. concurrente VI. Ego Hugo Diuio-
,, nenſis Eccleſiæ monachus vice Can-
,, cellarij ſubſcripſi. Abſoluit & Fulco-
nem Comitem Andegauenſem, vt ex-
plicant hæ tabulæ quæ recitantur ini-
tio Epiſtolarum Goffridi Abbatis Vin-
docinenſis:

,, HVGO LVGDVNENSIS AR-
,, CHIEPISCOPVS Apoſtolicæ Sedis
,, Legatus, dilectiſſimis in Chriſto fra-
,, tribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ab-
,, batibus, & omnibus ſanctæ Dei Ec-
,, cleſiæ fidelibus ſalutem. Communi D
,, Orthodoxorum omnium notitiæ tra-
,, dere dignum iudicauimus, qualiter
,, ex præcepto Domini noſtri Papæ Vr-
,, bani pro cauſâ Fulconis Andegauen-
,, ſium Comitis vſque ad fines Andega-
,, uorum veniendi obedientiam ſuſcepi-
,, mus, vt eum à vinculo anathematis,
,, quo diutino tempore innodatus erat
,, pro captione fratris ſui Gaufridi,
,, quem in bello publico ceperat, ab-
,, ſolueremus: cum tamen ipſe Comes
,, rationem reddere, aut ſatisfacere, aut
,, iudicium ſubire non ſubterfugeret:

A immo ſemper paratus eſſet: vt viro- „
rum probabilium Clericorum & laï- „
corum relatione cognouimus, præfa- „
tus frater eius, tempore quo captus „
fuit, à Stephano Cardinale Romanæ „
Sedis Legato pro multimodâ iniuriâ, „
quam inferebat Turonenſi Eccleſiæ „
& Abbati S. Martini maioris Mona- „
ſterij, excommunicatus erat, & Ful- „
coni huic principatus Andegauenſis „
Comitatus ab ipſo Legato ex parte „
S. Petri donatus erat. Quem quidem „
& ab auunculo ſuo Gauffrido con- „
ceſſum fuiſſe, virorum probabilium „
de nobilibus ſuis veraci cognouimus „
B relatione. Nos igitur hac ſuſceptâ le- „
gatione, vt vigor Apoſtolicæ obe- „
dientiæ maiori à nobis tractaretur au- „
ctoritate, venerabilem fratrem no- „
ſtrum Bituricenſem Archiepiſcopum „
executionis huius adhibuimus ſocium; „
& ſic ſimul poſiti fratrem Comitis, „
quem captum audiebamus, conſultò „
adiuimus. Quem ita decipientem in- „
uenimus, vt ferebatur ab omnibus; „
vt prorſus inutile & vanum videretur „
tegendæ ei patriæ committere princi- „
patum, qui ſibi & omnibus ſtultitiâ „
ſuâ factus fuiſſet inutilis: vſque adeò, „
vt nec per manus noſtras à captione „
C vellet eripi. Venimus itaque ad cœ- „
nobium S. Florentij, & in die Nati- „
uitatis S. Ioannis Baptiſtæ, virorum „
religioſorum Epiſcoporum, & Abba- „
tum, qui inuitati aduenerant, Fulco- „
nem Comitem paratum ſatisfacere „
aut rationem reddere vnanimi om- „
nium voto & laude abſoluimus; acce- „
ptis ab eo ſecuritatibus, vt ſi frater „
eius melioritatem ſenſus reciperet, ex „
præcepto Domini noſtri Papæ, vel „
noſtro, aut concordiam faceret cum „
eo, aut iudicium ſubire paratus eſſet: „
nec vxorem duceret, de quarum nu- „
D meroſitate culpabatur abſque noſtro „
conſilio, cuius rei geſtæ ſeriem vobis „
pandere iudicauimus. Religioſorum „
autem, qui adfuerunt, nomina hæc „
ſunt. Aldebertus Bituricenſium Ar- „
chiepiſcopus, Ouuellus Cenomanen- „
ſis Epiſcopus, Guillelmus Abbas S. „
Florentij. Bernardus Abbas maioris „
Monaſterij. Bernardus Abbas SS. „
Sergij & Bacchi. Girardus Abbas S. „
Albini. Nualdus Abbas S. Nicolai. „
Baldricus Abbas Burgulienſis. Gau- „
fridus Abbas Vindocinenſis. Actum „
eſt an. ab Incarnat. Dom. M. XCIV. „
apud Abbatiam S. Florentij, die feſto „

Sancti Ioannis Baptiſtæ. Interfuit autem Claromontenſi Concilio, vbi Primatum eidem Hugoni ſuiſque ſucceſſoribus ſupra tres alios torâ conſentiente Synodo, Vrbanus II. confirmat, pallij vſum & Suffraganeorum obedientiam Senonenſi Archiepiſcopo contradicenti interdicit; in Rotomagenſem, qui aberat, idem promulgat, niſi infra tres menſes poſt ſententiam cognitam, ſubiectionem debitam ſcripto polliceretur. Vrbani diplomata appoſuimus, huic quæſtioni illuſtrandæ perutilia ex manuſcripto codice Lugdunenſi publico donata à Dom. de Marcâ Archiep. Toloſano, à quo etiam hac de re multa hauſimus in diſſertatione vbi de Primatu Lugdunenſi & cæteris Primatibus plura leges ſingularis eruditionis: Epiſtolæ Vrbani ita ſe habent:

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei; Venerabili fratri HVGONI LVGDVNENSI Archiepiſcopo & Primati eiuſque ſucceſſoribus canonicè promouendis in perpetuum. Ex Apoſtolicæ Sedis debito & Sanctorum Canonum auctoritate impellimur, in omnibus vbique terrarum Eccleſiis prauè acta corrigere, rectè ſtatuta firmare. Vnde cum nos in Galliarum partes venire ſupernæ diſpoſitionis dignatio conceſſiſſet, cura nobis fuit apud Clarummontem Aruerniæ generale Concilium conuocare. Ibi inter alia, quæ ad ſynodalem audientiam diſcutienda perlata ſunt, fraternitas tua de Primatu ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ querelam expoſuit, multis iam ante Prouincialibus Conciliis agitatam. Lecta ſunt in eodem conſeſſu eundem Primatum aſtruentia Romanæ & Apoſtolicæ auctoritatis priuilegia. Cum igitur Richerius Senonenſis Archiepiſcopus pro cauſâ hac, die altero reſpondere præceptus eſſet, nullámque excuſationis rationem legitimam reddidiſſet, placuit tamen nobis ex Apoſtolicæ manſuetudinis abundantiâ ad deliberandum de ſubiectione hac, in diem tertium inducias indulgere. Tertio itaque die, cum ſe ille partim pro negotij grauamine, partim pro ægritudinis occaſione, ſynodali Conuentui ſubſtraxiſſet, per Legatos requiſitus & obedire renuens, adhuc deliberandi inducias flagitabat. Definitionis etiam iam imminente ſententiâ; rurſum ab Senonenſis Eccleſiæ Suffraganeis in diem alterum, vt eum familiarius conuenirent induciæ impetratæ ſunt; eâ nimirum pollicitatione præmiſsâ vt etiam ille tunc pertinaciter renitteretur, ipſi tamen definitioni Concilij vnanimiter obedirent. Porrò die iam ſexto Concilij euoluto cùm ille adhuc inducias expetendo reſiſteret, ex totius Synodi fauore & indicio ſancitum eſt, Senonenſem Archiepiſcopum Lugdunenſi tanquam Primati ſubiectionem obedientiámque debere, quia & catalogorum auctoritas, & Sedis Apoſtolicæ idipſum conteſtabatur auctoritas. Cui profectò ſententiæ ſe humiliter obedituros Senonenſis Eccleſiæ Suffraganei propriâ quiſque voce profeſſus eſt. Idipſum etiam de Rotomagenſi Eccleſiâ confirmatum eſt: de Turonenſi enim, quia iam à retroactis temporibus ſine refragatione obedierat, nulla iam quæſtio mouebatur. Die verò Concilij octauo, tua iterum fraternitas queſta eſt, Senonenſem Archiepiſcopum à Legatis tuis Aganone ſcilicet Eduenſi, & Lamberto Atrebatenſi Epiſcopis admonitum; nullam adhuc Lugdunenſi Eccleſiæ pro Primatu reuerentiam profiteri. Eapropter nos, toto conſentiente Concilio, pallij vſum & Suffraganeorum obedientiam, donec ipſe obediret, Senonenſi Archiepiſcopo interdiximus. In Rotomagenſem quoque qui aberat, eandem ſententiam promulgamus, niſi intra tres menſes, poſt ſententiam cognitam, ſi quidem viuâ voce non poſſet, ſubiectionem debitam ſcripto polliceretur. Ipſius itaque Suffraganeis, qui præſentes aderant, ſententiam noſtram debitâ humilitate ſuſcipientibus, ac obedientiam promittentibus, ſic tandem Lugdunenſis Eccleſiæ querela diuturna annuente Domino, terminata eſt. Per præſentis igitur priuilegij paginam, Lugdunenſi Eccleſiæ tuæ, Primatum ſuper quatuor prouincias confirmamus, & per eam tibi tuiſque ſucceſſoribus, his tantùm qui eo ordine eóque tenore electi vel promoti fuerint, qui per ſanctæ memoriæ Gregorij VII. *priuilegium prædeceſſori tuo Gibuino præfixus & præſcriptus eſt. Prouincias autem illas, quas vobis confirmamus dicimus Lugdunenſem, Rotomagenſem, Turonenſem & Senonenſem, vt hæ videlicet prouinciæ condignam Lugdunenſi Eccleſiæ obedientiam ſoluant, & honorem, quem Romani Pontifices reddendum eſſe ſcriptis propriis præfixerunt; deuotè, humiliterque ſaluâ in omnibus Sedis Apoſtolicæ reuerentiâ & auctoritate. Si qua ſanè in craſtinum Eccleſiaſtica ſeculariſue perſona huius priuilegij paginam ſciens contra eam venire tentauerit, &c. Interfuerunt autem definitioni huic Archiepiſcopi diuerſarum prouinciarum numero duodecim, cum Epiſcopis octoginta, Abbatibus nonaginta; &*

eo amplius. Datum apud Clarummontem Aruerniæ per manum Ioannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, Calendis Decembr. Indictione III. *Anno Dominicæ*
1095. *Incarnat.* M. XCV. *Pontificatus autem Vrbani* II. *Papæ anno octano.*

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri & Coepiſcopo HVGONI LVGDVNENSI Primati ſalutem & benedictionem. Pro querelâ, quam aduerſus Senonenſem Eccleſiam, & prædeceſſorum tuorum & tua hactenus fraternitas vehementer exercuit, quantis clamoribus, & noſtro & anteceſſorum noſtrorum tempore Sedes Apoſtolica interpellata ſit, non eſt neceſſarium memorare: quoniam & anteceſſorum noſtrorum ſcripta indicant, & Conciliorum, quæ nos auctore Deo in Galliis celebrauimus, communis memoria proteſtatur. Ea ſiquidem cauſâ in plenario Aruernenſi Concilio tractatâ & definita eſt. Et cum Richerius Senonenſis Archiepiſcopus Synodali definitioni minimè acquieuiſſet, in Turonenſi pariter, ac Nemauſenſi Concilio per tuam eſt induſtriam repetita; & ſupradictus quidem Richerius pro ſuâ pertinaciâ interdictus obiit, Suffraganeis eius tibi tanquam Primati & ſynodali iudicio obedientiam iam profeſſis. Frater autem noſter Daimbertus, qui eidem nunc Eccleſiæ diſponente Domino præſidet, ſicut tibi noſtris ſignificatum eſt literis, ſub eadem querelâ per miniſterium meum gratiam conſecrationis accepit. Nuper autem, cum ad Apoſtolorum limina, tam pro eiuſdem cauſæ actione, quàm pro communi ſynodicâ vocatione, rediiſſet præſentibus Legatis tuis Iſmeone Dienſi Epiſcopo, Girino Decano, & item Girino Capellano, Sedis Apoſtolicæ cogente iudicio, omni demum tergiuerſatione caſſatâ, in manu noſtrâ profeſſus eſt, ſit & Lugdunenſis Eccleſia ſuper Senonenſem primatum agnoſcere, & de cetero tibi, tuiſque legitimis ſucceſſoribus tamquam primatibus obedire. Similiter etiam pollicitus eſt, ſtatuto à nobis tempore, id eſt vſque ad proximam B. Dionyſij ſolennitatem, ſe ad vos venturum, & in conſpectu Lugdunenſis Eccleſiæ idipſum ore proprio profeſſurum, niſi Canonicum impedimentum euenèrit: quo tranſacto infra triginta dies id ipſum implere curabit. Sic enim vicariis veſtris, & per eos tibi ac Lugdunenſi Eccleſiæ in manu aſſignauimus, præſentibus fratribus noſtris, quorum infra ſcripta ſunt nomina; Anſelmo videlicet Cantuarienſi, Leodegario Bituricenſi, Amato Burdigalenſi Archiepiſcopis; Gualterio Albanenſi, Odone Oſtienſi, Guntardo Fundano, Lentaldo Siluanectenſi Epiſcopis, Numerio de titulo S. Clementis, Teuzone de titulo Sanctorum Ioannis & Pauli, Ioanne de titulo S. Anaſtaſiæ noſtræ Sedis Apoſtolicæ Presbyteris Cardinalibus, Petro Leonis, Ioanne Faiepane Romanis proceribus. Tua ergo fraternitas quid Apoſtolicæ Sedi debeat propenſiore deinceps & amoris & obſequij exhibitione perpendat. Datum Romæ apud beatum Petrum, per manum Ioannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, indictione ſeptimâ VIII. *Kalendas May, anno Dominicæ Incarnationis* M. XCIX. *Pontificatus Domni Vrbani ſecundi Papæ* XII.

Adfuit Hugo dedicationi Maioris
Monaſterij, vbi Galliæ Primas nominatur
à Ioanne monacho eiuſdem
Abbatiæ, necnon in conſecratione
S. Martialis Lemouicenſis 2. Cal. Ian.
1095. Ei verò ſcribit Vrbanus II. epiſt. 1095.
21. de Roberto Abbate Ciſtercienſi ex
eremo reuocando. Nec omittendum
hîc videtur, quod vnus fuit ex tribus,
quos Gregorius VII. Papa moriturus,
Pontificatu dignos iudicauit, vt eſt
apud Paulum Bernredienſem. Inſuper
dicitur vir religione, prudentiâ, &
auctoritate mirabilis, in lib. MS. de
exordio Ciſtercienſi, cuius Ordinis &
monaſterij inſtitutionem probat conſilio
Galteri Cabilonenſis Præſulis, &
Odonis Ducis Burgundiæ, 1098. Gal- 1098.
liarum omnium Legatus nuncupatur
in vitâ S. Hugonis, apud Malmeſburienſem
de geſtis Pontificum Anglorum,
magni nominis & pietatis, nec
egenus religionis, à quo ſuſceptus fuerit
S. Anſelmus Lugduni, Edinero referente.
Confirmat S. Arnulphum
Epiſcopum Sueſſionenſem, apud Liſiardum
in ipſius Arnulphi vitâ cap. 26.
& S. Gofridum Ambianenſem Surio
vtraque acta vitæ referente. Nominatur
& 1104. indict. 12. epact. 22. in ta- 1104.
bulario S. Marcelli Cabilonenſis, de
Floriaco villâ, cum Hugone nepote
Priore eiuſdem S. Marcelli, Roberto
Lingonenſi, Bernardo Mariſconenſi
Epiſcopis, Vgone Autiſſiodorenſi Abbate,
Hugone Trecenſi Comite, Hugone
Burgundiæ Duce, Bernardo de
Montebarri, Vernerio de Sombernone,
Milone de Froleſio, Achardo de
Caſtellione, Reginaldo de Iuſſiaco
militibus. Demum Concilium prouinciale
indixit apud Petram-inciſam
1099. quo anno difficilis exoritur con- 1099.

trouerſia inter eundem & Iuonem Carnotenſem Epiſcopum, occaſione electionis, vt dictum eſt; Daimberti in Archiepiſcopum Senonenſem, cuius conſecrationi cum idem Hugo intercederet, niſi prius ei obedientiam profiteretur iure Primatûs ſui; Iuo, apud quem Eccleſia Senonenſis pro electi ſui conſecratione inſtabat, hæc ab Hugone præter conſuetudinem præſumi contendens; differendo conſecrationem, eius parere mandato minimè prætermiſit, ob idque ipſum Hugonem, ea nimis imperiosè exigentem acri ſatis redarguit epiſtolâ. Et cum præter hæc in ſe prouocaſſet Epiſcopos prouinciæ Senonenſis; dum electum Niuernenſem abſque aliquâ neceſſitate conſecrandum extra prouinciam vocaſſet, rursùm ad eum cohibendum Iuo epiſtolam conſcripſit, de comprimendo ipſius occaſione Apoſtolicæ Legationis faſtu; ex epiſt. autem eius 235. liquet quantùm fuerit aſſertor decretorum Gregorij, & Vrbani Pontificum aduerſus inueſtituras laicas. Hæc paſſim multáque alia de Hugone Legato docent Iuo Carnotenſis ſæpiſſimè ei ſcribens, S. Anſelmus lib. 2. epiſt. xi. lib. 3. epiſt. 24. & 330. Leo Caſſinenſis lib. 3. cap. 64. & 74. Vincentius lib. 26. cap. 95. Baronius tom. 11. & Spondanus in Annalib. pluréſque auctores; eius prudentiam & virtutem celebrant. Quin & Petrus Mauricius, dictus Venerabilis, miraculum inſigne narrat ab eo factum, igne violento & vicinia quæque deuaſtante, ad eius imperium repente extincto, in Marciniacenſi monaſterio lib. 1. miracul. cap. 22. & 26. eidémque mandat Vrbanus 2. vt tanquam Legatus Sedis Apoſtolicæ, compellat Archiepiſcopum Aquenſem obedire Narbonenſi Primati ſuo. Sed qui eundem Hugonem inter Cardinales cooptatum fuiſſe volunt ſub Alexandro 11. parùm certo nituntur examine: nam in diptychis Vaticani nulla huius Cardinalatus mentio habetur. Moritur

1106. Hugo Salaminæ 1106. teſte chronico Cadomenſi; cui tâle epitaphium exarauit Baldricus Burgulienſis Abbas in carminibus Hiſtoricis:

Poſt LVGDVNENSIS *Præſul priùs* HVGO *Dienſis,*
Magnus Romana filius Eccleſia.
Quem ſibi Legatū Romanus Papa rogauit,
Ad Synodum veniens prob dolor! occubuit.
Virtutum cellam; diuini nectaris aulam,
Hàc tumulauit humo Seguſienſis homo.
Lætatus Iuſtus, hoſpes bonus, hoſpite tanto,
Quem Deus eximium miſit ei ſocium.
Lugdunum luge, ſolemnia Conciliorum,
Occubitu Patris occubuêre tibi.

70. IOANNES I. cuius nomen, tempúſque ſedis vindicant epiſtolæ apud Iuonem Carnotenſem 236. & 237. quas ſcriptas conſtat an. M. C. XI. ſucceſſit 1111.
Hugoni, rexítque Eccleſiam ante Gauceranum [illegible]e ad an. circiter 1112. 1112.
Non vna porrò Ioannis cum Archiepiſcopo Senonenſi fuit contentio; prima cum ab eo Daimbertus ad Concilium Anſanum extra prouinciam vocaretur, vt eſt in ipſius Daimberti epiſtolâ apud Iuonem; altera quam Gofridus Vindocinenſis epiſt. 18. indicat cum eodem Ioanne; ſed paulò ante alteram nata, ob veterem de Primatû controuerſiam. Frequens enim fuit quod Iuo idem epiſt. 51. ſcribit, hac de re Præſulum Senonenſium cum Lugdunenſibus altercatio etiam poſt reſcriptum Gregorij 7. Monet autem Sirmondus in notis ad Gaufridum Abbatem Vindocinenſem, mirum fuiſſe præteritum hactenus Ioannem, ab iis qui Antiſtitum Lugdunenſium catalogos texuerunt.

71. GAVCERANVS Abbas monaſterij Athanatenſis, Concilio Trenorchiano interfuit an. 1115. vbi con- 1115.
trouerſia prærogatiuæ maternitatis inter Eccleſias S. Ioannis & Stephani Biſonticenſis agitata eſt. Nominatur & in diplomate Diuionenſi cum Eberardo Matiſconenſi, & Guidone Gebennenſi Epiſcopis 1116. vbi agitur de re- 1116.
gulariſatione Canonicorum S. Stephani Diuionenſis. Eius quoque extat mentio in vitâ B. Pontij de Balmeto fundatoris Carthuſiæ Mayoræui; & in tabulario Carthuſiæ Portarum inſcripta eſt donatio huius heremi, eo verborum tenore:

EGO BERNARDVS Portarum Prior & frater Pontius, tam in eremo, quàm in monaſterio locum iſtum ſic habitatore vacuum, ſic & poſſeſſore inuenimus liberum &c. in ipſo igitur anno ingreſſionis noſtræ in eam viſitante nos Venerabili patre noſtro GAVCERANNO LVGDVNENSI Archiepiſcopo, presbyter Petrus de Briord, qui etiam poſtmodum Archipresbyter fuit, ibidem eius auribus intimauit, locum iſtum ex antiquitatis tradi-

tione, & ex patris ſui, qui & ipſe multorum annorum fuerat atteſtatione antiquitùs Regalis iuris fuiſſe, & ob id ad Lugdunenſem Eccleſiam ſicut & cætera ſui Epiſcopatus Regalia iure Regio pertinere. Quod cum palam poſitum, ſine vlla contradictione ità eſſe conſtaret; confeſtim præfatus Archiepiſcopus diuinâ inſpirante gratiâ, locum eundem, cum adiacenti iure ſibi ſeyſiuit, & conſequenter Domino & Beatæ Mariæ, nobiſque ac ſucceſſoribus noſtris in perpetuum poſſidendum conceſſit, eiuſdémque donationis terminum, ſicut à ſummitatibus circumſtantium montium verſus heremum pendet conſtituit, ibidem itaque ſub anathemate interdixit, ne quis in vniuerſis, quæ die illa infrà præfixos terminos deſerta, vel ſine certo poſſeſſore inuenerat, ex tunc nobis aut poſteris noſtris iniuriam vel calumniam faceret, his tantum miſericorditer exceptis, qui duobus aut tribus annis ante diem illam proximis certâ terminatione poſſeſſa, & à vicinis deffenſa extiterant &c. quæ omnia in benedictione Eccleſiæ quæ paulò prius ſubſecuta eſt ſub ſanctiſſimi Patris Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani præſentiâ idem Archiepiſcopus iterauit & confirmauit, &c. Nonnullos etiam principum & nobilium qui immunitatem & plenariam libertatem noſtræ ſolitudinis laudauerunt, & quidquid in eâ iuſtè vel iniuſtè habere poterant dimiſerunt, non inutile credimus ſubnotare. Sunt autem hi Amedeus Comes, Guichardus Bellijoci, Giroldus de Turre, Amblardus de Turre, Amblardus de Grandimonte, Humbertus de Coloniaco &c.

72. HVMBALDVS Eduenſis Archidiaconus, mox Lugdunenſis Archiepiſcopus & Apoſtolicæ Sedis Legatus fuit, quod docet epiſt. 22. S. Bernardi Honorio 11. Pontif. Max. ſcripta. Hunc aliqui Humbaldum, Humbertum, vel Humbaudum appellant, éſtque ille, vt tradit Quercetanus, cui ſcribens Innocentius 11. Papa, pro ſanctimonialibus Marciniaci, teſtatur illas ab eo foueri &
1117. diligi. Sedit an. 1117. præſens 1119. Concilio Remenſi, apud Ordericum lib. 12. vbi Vmbertus nominatur; Pri-
1121. matum ei firmat Calixtus 11. an. 1121. quem Lugduni excepit. Electioni autem Erberti primi Abbatis Sancti Stephani Diuionenſis interfuit, cum Io-
1125. ceranno Lingonenſi Epiſcopo 1125. ſequenti anno indict. 4. ratam habuit vices agens Legati Pontificij, conceſſionem vnius prebendæ in Eccleſiâ S. Petri Bellouacenſis, Canonicis regularibus S. Quintini à Petro Antiſtite, vt patet ex originali. Adfuit item dedicationi ædis Carthuſiæ Portarum
1128. cum Humberto Geneuenſi, & 1128.
S. Hugone Gratianopolitano Præſulibus. Memoratur quoque in vitâ S. Pontij Bellicenſis; & in donatione eremi Portarum dicitur Humbaldum conſecratâ inferiori Eccleſiâ Romam feſtinanter properaſſe, ac in ſuam vrbem vltra non rediiſſe, referente tabulario eiuſdem cœnobij; de illo meminit Petrus Venerabilis lib. 2. miracul. cap. 13. recenſetur & in priuilegio Abbatiæ Ambroniacenſis, ipſi ad confirmandum oblato à Bernardo Portarum Carthuſiæ Priore; fato ſuo functus die 3. Nouembris.

73. RAYNALDVS DE SEMVR I. Dalmatij Sinemuri domini ex illuſtri Burgundionum genere, & Aremburge Vergeiâ filius, S. Hugonis Cluniacenſis Abbatis frater, & Gaufridi de Sinemuro. Meritis exigentibus primò Abbas Veſeliacenſis, quo nomine interfuit Concilio Trecenſi, inde tandem aſſumptus ad hanc Sedem: legitur in chartulario Cluniacenſi 1128. 1128.
cum Stephano Decano & Ioſſerano Abbate Inſulæ barbaræ, mediatórque extitit in compoſitione monaſterij de Iugo Dei cum domo Carthuſianorum Montis Merulæ. Vitam is exuit legatione Apoſtolicâ cohoneſtatus, 7. die Auguſti 1129. quamuis autem homi- 1129.
liarium Lugdunenſe dicat eum eſſe conditum in Eccleſiâ S. Irenæi, tamen Cluniaci iacet cum hâc inſcriptione: *Hic requieſcit Domnus* RAYNALDVS *quondam Abbas & reparator Vizeliacenſis, & poſtea Archiepiſcopus* LVGDVNENSIS. Petrus Venerabilis eius memoriam honorifico celebrauit epitaphio, quod inter alia eius opera habetur:

SEMVR. D'argent à trois bandes de gueulles.

Gloria Pontificum iacet hîc, Præſul RAYNALDVS,
Magnus in exiguo conditus hoſpitio.
Vezeliacenſis prius Abbas, pòſt PATRIARCHA
LVGDVNI, *fulſit factus honoris honor.*
Prædia, theſauri, faſtigia celſa loquuntur,
Quo ſtudio primo præfuit ille loco.
Lugdunenſis apex iunxiſſet cornua cælo,
Ni celer occaſus ſurripuiſſet eum.

Cuius erat monachus, prope cuius ab vbere natus
Accubat in gremio nunc, Cluniace, tuo.
Quē tibi cōmiſſum numero coniunge piorū,
Cūmq; tuis precibus fac penetrare polum.

Pluribus quoque in locis eius mentio fit præſertim epiſt. 2. lib. 3. agens „ de Tezelone monacho, vbi ait prius „ Cluniaci ſub S. Patre Hugone, de„ hinc Viſeliaci cum Raynaldo eius ne„ pote, at demum Lugdunenſi Archie„ piſcopo degens, laudabilem vitam „ ſancto fine concluſit.

74. PETRVS I. natione Burgundus, ex Viuarienſi Epiſcopo, Petri Venerabilis Abbatis Cluniacenſis familiaris fuit, & eius meminit libro II. epiſt. 2. quâ ei gratulatur de ipſius promotione ad Primatum Lugdunen„ ſem: Dilexi in te non Antiſtitis digni„ tatem, non diuitis diuitias, non po„ tentis potentias, non eam quæ te cir„ cumſtare poterat quamlibet rerum „ temporalium affluentiam, non illa in„ quam quæ videbantur eſſe circa te, „ ſed ea tantùm quæ agnoueram; & „ quæ ſola diligenda erant in te. Dile„ xi in te erga diuina animi puritatem, „ erga humana morum honeſtatem, „ amorem veræ ſapientiæ in epiſcopali „ faſtigio, ſinceræ mediocritatem vitæ. „ At poſtquam de Viuarienſium colle „ ad Lugdunenſium montem te diuina „ diſpoſitio tranſtulit, atque de ſublimi „ ſublimiorem fecit, cepiſti eſſe propin„ quior loco, ſed nequaquam diſiun„ ctior animo. Tranſlatus eſt igitur an.
1131. 1131. ad eam Metropolim Petrus, qui memoratur in chartâ Ambroniacenſis & Sauiniacenſis monaſteriorum, quâ dirimit querelam diſſidij Widonis Epiſcopi Loſanenſis; alteri item concordiæ ſubſcripſit inter Eccleſiam Briuatenſem & Comitem Aruerniæ Robertum IV. quæ eſt in tabulario Bri-
1136. uatenſi ſub an. 1136. quo eius meminit Baronius tomo XII. Annal. & S. Bernardus epiſt. 152. quem idem Venerab. lib. 2. epiſt. 18. appellat Patriarcham, eundémque magnopere commendat. Arbiter autem eligitur inter Aribertum Epiſcopum Taurinenſem & Amedeum Sabaudiæ Co-
1138. mitem, Pedemontij Principem 1138. Fuit & ab Humbaldo deceſſore tertius Sedis Apoſtolicæ Legatus, vt conſtat ex donatione Carthuſianis factâ, & epiſtolâ Bernardi; Romámque profectus eſt cum Roberto Lingonenſi Decano: caſtiganda ergo eorum aſſertio, qui Petrum noſtrum Lugdunenſem eundem cum Petro Cardinale de Fontanis Burgundo ſibi perſuadent. Emiſit animam 4. Calend. Iunij 1139. in expeditione maritimâ: de cu- 1139.
ius morte hæc recitat Willelmus Tyrenſis Archiepiſcopus lib. XV. Hiſt. cap. 15. Interea Legatus quidam Ec- „ cleſiæ Romanæ PETRVS nomine, „ natione Burgundio, LVGDVNENSIS „ Archiepiſcopus miſſus à Domino In- „ nocentio Papâ, vt cauſæ prædictæ de- „ bitum finem imponat, venit in Sy- „ riam, apud Accon applicans. Erat au- „ tem vir vitæ venerabilis, ſimplex, ac „ timens Deum, longæuus, & iam in „ ſenium vergens. Qui ſtatim ex quo „ Syriam ingreſſus eſt, Hieroſolymam „ orationis gratiâ profectus eſt: vnde „ ſub compendio digreſſus, vrgentibus „ eum prædictis Lamberto & Arnul- „ pho, vt Antiochiam, vti finem impoſi- „ turus acceleraret, Accon iterum per- „ uenit: vbi graui correptus ægritudine, „ antequam procederet, veneno, vt di- „ citur, in potu miniſtrato ſubitò defi- „ ciens, in fata conceſſit. „

75. FALCO, aliàs FVLCO, ex Decano Lugdunenſi ad Cathedram euocatus fuit, teſte S. Bernardo epiſt. 172. ad Innocentium II. Pont. Max. Dominus, inquit, de cœlo proſpexit, „ ſuper matrem noſtram Lugdunenſem „ Eccleſiam, qui decedenti piæ memo- „ riæ Petro Archiepiſcopo, virum opti- „ mum FALCONEM Decanum in om- „ ni pace ſubſtituit. Peto, Domine, vt „ qui à ſuis concorditer eſt electus, vti- „ liter promotus, ritè conſecratus, à vo- „ bis honoris ſui, officiique plenitudi- „ nem conſequatur: de illo etiam epiſt. „ 165. & 173. Porrò recenſetur 1140. „ 1140.
inter benefactores Carthuſiæ Portarum, dicitur enim in chartulario huius monaſterij: FALCO Lugdunenſis „ Archiepiſcopus, inter præcipuos be- „ nefactores noſtros eximios, frequenti „ viſitatione, & dulci affabilitate, lar- „ gitate beneficiorum, & authoritate „ priuilegiorum ſuorum, perpetuam ſui „ memoriam nobis reliquit. Fuit autem „ iudex cum Bellicenſi Epiſcopo, & Himione Ambroniacenſi Abbate, pro cauſâ controuerſiæ prioratus d'Ordonas in Bugeio, inter Carthuſianos Portarum, & canonicos Regulares S. Rufi,

cuius rei, hoc loco vetus addi poteſt documentum è tabulario eiuſdem Carthuſiæ, quod in Hiſtotiâ Sebuſianâ editum, hoc modo:

FALCO SANCTÆ LVGDVNENSIS *Eccleſia Archiepiſcopus, Pontificibus vniuerſis, qui vſque in finem ſeculi per Dei gratiam, Eccleſia einſdem Paſtoralem Cathedram obtinebunt Paſtorum Princepi placere, &c. Quapropter ſerui Domini, qui anno ab Incarnatione* M. C. XV. *in heremo Portarum Domino ſeruire cœperunt, volentes à ſe iurgia hominum ſua quærentium ſubmouere, vt Religioſum ſtudium poſſent coram Deo exercere, habitationi ſua licet modica, certos circumquáque terminos ſtatuere, vltra quos iuxta tenorem Cartuſienſis propoſiti nullam eis immobilem poſſeſſionem adquirere vel poßidere liceret; Prædeceſſores autem mei Lugdunenſes Archiepiſcopi primùm, ac deinde Papa Innocentius* II. *ſcriptis & priuilegiis ſuis decreuerunt, & ſub anathematis ſententiâ ſtatuerunt, vt ſicut fratres Portarum vltra præſcriptos terminos licentiam, vel cupiditatem acquirendi ſibi, & poſteris ſuis amputauerant, ità nulli omnino Religioſorum, vel ſæcularium liceret infra eoſdem terminos acquirere, qua illi ſtatuere, nos quoque Pontificali authoritate roboramus, & eorum conſtitutionem ad notitiam omnium veſtrûm, qui poſt me in Pontificali Sede Lugdunenſis Eccleſia ſeſſuri eſtis, per præſentem ſcripturam tranſmittimus, &c. quadam autem qua in præſentiâ meâ geſta ſunt, huic quoque ſcripto volumus inſerere &c. Cum Bernardus Portarum Prior, & fratres quos ei Dominus paulatim per incrementa temporum aggregauit, in prædictâ Portarum heremo, per viginti quinque & eo amplius annos Chriſto Domino deſeruiſſent, & ea qua infra terminos ſuos iure quantùm eis videbatur, adquiſierant quietè & pacificè ſe poßidere arbitrarentur, relatione multorum didicerimus, quod quidam Canonici Sancti Rufi, qui iuxta eos in loco qui dicitur Ordinatus, habitabant, de eis conquererent, quaſi ipſi terras vel poſſeßiones eorum ſubripuiſſent. Quod cùm & ab eiſdem Canonicis ſciſcitantes audiſſent, & ad me querelam detuliſſent, rogatu ipſorum conuenimus, ego & venerabilis Gulielmus Bellicenſis Epiſcopus, & Iſmio Abbas Ambroniacenſis die & loco vtríſque partibus conſtituto, vbi cum veniſſet iam dictus Bernardus Portarum Prior, & cum eo einſdem domus monachi, & multi clerici milites & laici, affuerunt, ex alterâ parte Fulcherius Prior Eccleſia S. Rufi & Girardus Prior Eccleſia S. Maria de Plateriâ, cum quibuſdam Canonicis Regularibus, vt coram nobis oſtenderent, quam aduerſus eos querelam haberent; qui conſilio accepto coram me & omnibus, qui aderant &c. legi fecerunt priuilegium Innocentij* II. *&c. Lecto priuilegio declarauerunt ijdem fratres Portarum, quomodo terras acquiſierant &c. Huic negotio interfuerunt qui mecum aderánt, Tancredus Canonicus, & alij nonnulli cum Epiſcopo Bellicenſi. De Eccleſia Bellicenſi Arnulfus Archidiaconus, Aymo de Luſtrino, Hugo de Palude, cum Abbate Ambroniacenſi, Ambertus Prior Ambroniacenſis, Manaſſes Otgerius Prior S. Saturnini, Guifredus, qui fuerat Capellanus de Lonnax, & plerique alij. Hi etiam interfuerunt de circumiacentibus oppidis & villis, de loco Saturnino, Humbertus ſacerdos, Odo de Vallibus, Manaſſes Leobardus, & Hugo frater eius, Artoldus de Fonte, &c. Hæc geſta ſunt die Kalendarum Septembris Lunâ* XXVII. *Indict.* IV. *Incar. Dom.*
an. M. C. XLI. *Pont. verò Domini Inno-* 1141.
centij Papa II. XII.

76. AMEDEVS Apoſtolicæ Sedis Legatus, cui confirmatur Primatus in totâ Celticâ diplomate Celeſtini II. Pont. dato Laterani XIII. Kal. Martij
an. 1144. memoratur & 1147. in ta- 1144.
bulario Matiſconenſi, ſeu in donatione Vicardi de Antone Matiſcenſi Ec- 1147.
cleſiæ, itémque altare templi Athanathenſis conſecrauit, vt habetur in veteri codice, vbi mortuus dicitur XI. Cal. Auguſti.

77. HVMBERTVS DE BAVGE' BAVGE'.
II. antiquâ & nobili proſapiâ natus, Vlrico domino Balgiaci & Brixiæ, ex filiâ Amedei I. Comitis Sabaudiæ & Maurienæ, frater Stephani Præſulis Matiſconenſis, & Raynaldi Balgiacenſis dynaſtæ. Primò Canonicus & Archidiaconus Æduenſis à patruo Stephano huius Eccleſiæ Pontifice nominatus inde Epiſcopus eligitur 1140. tandémque ad Archiepiſcopa-
tum aſſumptus 1148. de huius promo- 1148.
tione hiſtoria MS. Vezeliacenſis Abbatiæ ita loquitur: « Cum eſſet HVMBERTVS Æduenſis Epiſcopus genere clariſſimus, motum honeſtate ac pietate decentiſſimus, Eccleſia Lugdunenſis Antiſtite ſuo deſtituta, Archipræſulem ſibi eum petebat, quo aſſumpto ſuſcepit Epiſcopatum Æduenſem Henricus Ducis Burgundiæ germanus. Eodem anno conſecrauit

Eccleſiam Carthuſiæ Portarum & no-
1149. minatur 1149. cum Pontio Matiſco-
nenſi Antiſtite. Scripſit & ad Suge-
rium Abbatem S. Dionyſij epiſtolam
quâ ſe excuſat, non poſſe conuentui
Cleri Gallicano Carnutenſi adeſſe,
cuius exemplar ex codice MS. Thuan.
tale eſt:

» V. Dei gratiâ Sanctæ LVGDV-
» NENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus, ca-
» riſſimo, & venerabili Sugerio S. Dio-
» nyſij Abbati, debitam in Chriſto Ieſu
» ſalutem. Quo dolore, quibus lacry-
» mis Orientali Eccleſiæ in tot & tan-
» tis miſeriis nunc conſtitutæ compati
B » debeamus, nullus fidelis, Deúmque
» timens ignorat. Quâ verò vigilantiâ,
» quo ſtudio pro eius ſubuentione om-
» nis religioſus, & cultor ſollicitari
» debeat, ipſa quam patitur calamitas
» & afflictio manifeſtat. Verùm, quia
» nos pro officio & pro iure Primatus,
» ex parte Domini Regis, & Optima-
» tum Regni ad colloquium, quod
» apud Carnotam celebrari debet, inui-
» taſtis, ſciat charitas V. quòd donec
» Senonenſis Archiepiſcopus in eadem
» causâ Primatus nobis derogare non
» veretur, & Apoſtolicis mandatis con-
» tumax, ac rebellis exiſtit, pudor nobis
C » eſt ad illas progredi partes, vbi Do-
» mino Papæ contradicitur, & Lugdu-
» nenſis Eccleſia debito honore frauda-
» tur. Ad hæc alio magno & inopi-
» nato detinemur impedimento, quia
» Domnus Vlro Abbas, vir vtique ma-
» gnus, & in Lugdunenſi Eccleſiâ præ-
» cipuus grauiter infirmatur; & quoti-
» die ingraueſcente morbo ad exitum
» properare videtur: & quia caſtra, &
» munitiones Eccleſiæ noſtræ in manu
» ipſius ſunt, rogatu, & conſilio Cleri-
» corum noſtrorum longius exire ad
» præſens diſtulimus, ne fortè in abſen-
» tiâ noſtrâ filij huius mundi, qui ſem-
D » per Eccleſiis aduerſantur, opportuni-
» tatem malignandi inueniant, & Lug-
» dunenſi Eccleſiæ inſanabile vulnus
» infligant. His igitur ex cauſis mitti-
» mus ad vos hunc venerabilem fra-
» trem noſtrum, & dilectum Eccleſiæ
» noſtræ filium Domnum Stephanum,
» virum vtique religioſum, & in maxi-
» mis exercitatum, qui vobis in causâ
» noſtrâ, quantum licuerit, Dei vice
» aſſiſtat: & ſi quid de Senonenſi nego-
» tio ad honorem Dei, & Lugdunenſis
» Eccleſiæ per Domini Regis ſtudium,
» & veſtrum compoſitum fuerit, ad nos
A » idoneè referat. Soluto enim huius
» diſcordiæ ſcrupulo, & pace inter Ec-
» cleſias reformatâ, Domino Regi, &
» perſonis Eccleſiæ quolibet occurrere,
» & in hac causâ conſilium Dei, & au-
» xilium noſtrum parati ſumus impen-
» dere. Perperam autem Paradinus, Se-
uertius, aliíque fundationem Carthu-
ſiarum Seillionis & Montis-merulæ
Humberto noſtro adſcribunt, prout
fuſius exponit v. c. Samuel Guiche-
nonius in Hiſtoriâ Breſſiæ & Bugeij.
Certùm enim eſt abdicato Pontifica-
tu Lugdunenſi, monachum Carthu-
ſianum profeſſum, Priorem Seillionis
iuxta Burgum extitiſſe, quo quidem in
cœnobio mortuum cum ſanctimoniæ
famâ & tumulatum fuiſſe traditio eſt,
vt diſcitur ex antiquis monumentis:
cuius cum honorificâ mentione dona-
tionum meminit Martyrologium Ec-
cleſiæ Lugdunenſis.

78. HERACLIVS DE MONTBOIS- MONTBOIS-
SIER, è nobiliſſimo ſanguine in Ar- SIER.
uerniâ genitus, Mauricio & Raingar- D'or au
dâ parentibus; ex quorum coniugio Lyon de ſa-
remanſerunt octo liberi, quos inter ble, ſemé de
doctrinâ, pietate, aliíſque virtutibus Croix po-
inſignes, Pontius Vezeliacenſis, & tencées de
meſme.
C Petrus cognomento Venerabilis Ab-
bas item Cluniacenſis, quemadmo-
dum ex ipſius epiſtolis patet. Hera-
clius eorum germanus Lugdunenſis
Canonicus extitit, vt epiſt. 5. lib. 4.
docetur, poſteáque ad Archiepiſco-
patum euectus eſt ſub annum 1153. in 1153.
chron. Cluniacenſi, vbi memoratur
cum Guillelmo Burgundiæ, Guilel-
mo Cabilonenſi Comitibus, & Hum-
berto de Belloioco, qui conuenêre
apud Matiſconem pro Eccleſiæ Clu-
niacenſis pace reformandâ. Anno ve-
rò 1155. arbiter fuit litigij Comitis Ge- 1155.
neuenſis cum Epiſcopo, compoſiti
D apud S. Sigiſmundum authoritate A-
driani IV. Papæ, teſtibus Stephano
Viennenſi, Petro Tarentaſienſi, Ste-
phano Gratianopolitano, & Guilelmo
Bellicenſi Præſulibus. Meminit huius
Radeuicus Friſingenſis, & multis à Fre-
derico Romanorum Imp. prærogatiuis
cumulatur, vt vel hoc eiuſdem Prin-
cipis præceptum teſtatur, quod ex no-
tis ad epiſtolas Petri Venerab. doctiſ-
ſimi Quercetani è ſuâ Bibliothecâ
Cluniacenſi exſcripſimus:

*IN NOMINE Sanctæ & indiui-
duæ Trinitatis. Federicus diuinâ fauente*

clementiâ, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, &c. Nouerit omnium Chriſti, Imperiíque noſtri fidelium tam præſens ætas, quàm ſucceſſura poſteritas, quantis honoribus progenitores noſtri, & Diui Imperatores Lugdunenſem Eccleſiam ſublimauerunt, quàm largis beneficiis ditauerunt, & quàm dignè eam nobis ſucceſſoribus eorum in poſterum tranſmiſerunt, Imperialibus dignitatum faſtigiis exaltandam. Venientem itaque ad Curiam noſtram eiuſdem Sedis Lugdunenſis (quæ antiquis temporibus vitâ gentilium primis flaminibus, vel primis legis doctoribus, cæteris ciuitatibus præminebat, nunc autem diuinâ religione & imperiali magnificentiâ latiùs præſidet, & inter omnes Eccleſias Galliarum prima eſt, & Primatus dignitate præfulget, ERACLIVM *Archiepiſcopum & Primatem debitâ honorificentiâ ſuſcepimus, & conſuetâ beneuolentiâ tractatum ſicut prædeceſſorum noſtrorum pia ac veneranda ſanxit auctoritas, & ſicut ſacra eorundem nos informabant monimenta, de vniuerſo corpore ciuitatis Lugdunenſis, & de omnibus Regalibus, infra vel extra ciuitatem per totum Archiepiſcopatum conſtitutis, quæ tam antiquo quàm moderno tempore viſa eſt habere Lugdunenſis Eccleſia, plenariè eum inueſtimus. Conceſſimus itaque præfato Archiepiſcopo, & Primati Eraclio, & per eum omnibus ſucceſſoribus eius in perpetuùm, totum corpus ciuitatis Lugdunenſis, & omnia iura regalia, per omnem Archiepiſcopatum eius citra Ararim, infra vel extra ciuitatem in Abbatiis, & earum poſſeſſoribus, monaſteriis, Eccleſiis, & earum appenditiis vbicúmque ſint, comitatibus, foris, duellis, mercatis, monetis, naulis, teloneis, pedagiis, caſtellis, villis, vicis, areis, ſeruis, ancillis, tributariis, decimis, foreſtibus, ſyluis, venationibus, molis, molendinis, aquis, aquarúmque decurſibus, campis, pratis, paſcuis, terris cultis, & incultis, & in omnibus aliis rebus quæ in Lugdunenſi Epiſcopatu, ad imperium pertinent. Concedimus quoque & caſamenta tam Comitis Sauoye, quàm alia omnia de antiquo & nouo iure ad Eccleſiam Lugdunenſem pertinentia, & in ſupradictis omnibus, ſiue infra Epiſcopatum vel extra ſint, generalem iuriſdictionem. Nulla igitur in ſupradictis omnibus infeſtatio tyrannorum ſæuiat, nulla poteſtas ibi per violentiam irruat, nullus Comes, aut Iudex in his legem facere præſumat præter Archiepiſcopum & Primatem Lugdunenſem. Omnis Eccleſiæ poſſeſſio pro immunitate habeatur. Sit illa ciuitas Lugdunenſis & totus Epiſcopatus*

A *liber ab omni extraneâ poteſtate, ſaluâ per omnia imperiali iuſtitiâ. Quatenus ibidem Deo famulantes & primi conſtructoris memoriam dignè celebrare, nóſque fautores & corroboratores poſſint & velint Deo ſedulis precibus commendare. Cæterùm vt Lugd. Eccleſia dominum ſuum Imperatorem Romanorum recognouiſſe ſe ſemper exultet & gaudeat: Archiepiſcopum eius ampliori & eminentiori prærogatiuâ dignitatis, quæ à noſtrâ imperiali excellentiâ eſſe poſſit, ſemper videlicet ſacri palatij noſtri Burgundiæ glorioſiſſimus Exarchon, & ſummus Princeps conſilij noſtri, & in omnibus faciendis, agendíſque noſtris præcipimus.*
B *Vt autem hæc noſtra donatio, & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſentem inde paginam conſcribi, & bullâ aureâ iuſſimus inſigniri, annotato ſigni noſtri caractere, & adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hæc ſunt. Humbertus Biſuntinus Archiepiſcopus, Ado Abbas S. Eugendi, Henricus Curiæ protonotarius, Eberhaldus Archidiaconus Biſontinus, Mathæus Dux Lotharingiæ, Bertholphus Dux de Cenugâ, Leopoldus frater Ducis Bohemiæ, Vdalricus Comes de Luceburg, Hugo Comes de Tagesburg, Stephanus Comes. Signum Federici Romanorum Imperatoris*
C *inuictiſſimi. Ego Reinaldus Cancellarius vice Stephani Vienneuſis Archiepiſcopi, & Archicancellarij recognoui. Datum Ar-*
boſij XIV. Cal. Decemb. Indict. V. An. 1157.
Dom. Incarnat. M. C. LVII. *Regnante Federico Romanorum Imperatore, glorioſiſſimo, anno regni eius ſexto, Imperij verò tertio.* Fuit demum S. Iuſti Lugdunenſis Abbas, Sedis etiam Apoſtolicæ per Gallias Legatus, vt ipſemet alio diplomate teſtatur, quo conceſſit domui de Chaſiriaco, interuenru Archiepiſc. Tarentaſienſis, decimas terrarum parochiæ Villarij, retento ſibi & Eccleſiæ S. Iuſti annuo cenſu. Memoratur in vitâ S. Anrhelmi Bellicenſis, & circa
an. Dom. 1160. noua Waldenſium hæ- 1160.
D reticorum ſecta, pauperum Lugdunenſium in eâ vrbe orirur, Albigenſibus haud diſſimilis, cuius peruerſa dogmata receuſenrur ab huius æui ſcriptoribus.

79. DROGO ex Lugdunenſis Eccleſiæ Archidiacono; de cuius promotione ad Metropolitanam hanc Sedem legitur ſequens Epiſtola Lugdunenſis Capituli ad Regem Ludouicum VII. Iuniorem, numero 299. tomo IV. Hiſtoricorum Francorum Scriptorum And. Quercetani: EXCELLENTISSIMO

» SIMO Domino ſuo Ludouico Dei A
» gratiâ glorioſiſſimo Regi Francorum
» vniuerſus Lugdunenſis Eccleſiæ Con-
» uentus ſalutem. Nouerit ſublimitatis
» veſtræ diſcretio; quod paſtorali ſolli-
» citudine deſtituta Lugdunenſis Eccle-
» ſia, conuocatis Suffraganeis ſuis, &
» aliis religioſis perſonis S. Spiritus in-
» uocatâ gratiâ pari voto & communi
» omnium conſenſu Dominum DRO-
» GONEM eiuſdem Eccleſiæ Archidia-
» conum in Paſtorem ſibi elegit & Do-
» minum, Romanæ Eccleſiæ deuotum
» filium. Cuius electionem ratam fa-
» ciens ſummus Pontifex ſcripti ſui mu-
» nimine roborauit. Eius induſtria pro B
» pace Eccleſiæ noſtræ plurimùm deſu-
» dauit, plurimùm profuit. Accenſi ve-
» rò prauitatis odiis, quidam è fratribus
» noſtris, qui ſenatio clauduntur nume-
» ro, quos tanquam filios vterinos Lug-
» dunenſis Eccleſia tenerè dilexit & fo-
» uit, conſpirantes in vnum coniurauc-
» runt aduerſum Dominum & Electum
» ſuum: in tantam prorumpentes inſa-
» niam, vt nobis inconſultis, imò peni-
» tus ignorantibus, extra ſedem pro-
» priam ad alterius electionem, contra
» ſacros Canones & vniuerſalis Eccleſiæ
» conſuetudinem conuolarent. Præſer-
» tim altero præſidente, quem nec rea- C
» tus ſui confeſſio propria deiecit, nec
» ordo iudiciarius legitimè conuictum
» condemnauit, nec tam Catholicæ ele-
» ctioni ſicut falsò aſſeuerant, reſignauit.
» Eapropter Excellentiæ veſtræ pedibus
» prouoluti Maieſtatē veſtram humiliùs
» exoramus, quatinus honoris & ſerui-
» tij vobis per partes noſtras iter diri-
» gentibus, à nobis in eadem voluntate
» perſeuerantibus exhibiti, non imme-
» mores, diuinis Eccleſiæ noſtræ labori-
» bus miſericorditer compatiendo, ipſam
» à conſpiratoribus huiuſmodi inquieta-
» ri non permittatis, & honorem ipſius
» illibatum conſeruare dignemini. Con- D
» ſeruet vos Dominus ſanum & incolu-
» mem, Chriſtianiſſime Princeps. Poſt-
hæc autem electio Drogonis turbata
eſt à ſex Canonicis, qui Abbatem Pon-
tiniacenſem Lugdunenſi Cathedræ
præficere voluerunt, quare Chriſtia-
niſſimo Regi item reſcripſit Drogo,
vt eius ope ac ſuffragio ſubnixus in
Archiepiſcopatus regimine confirma-
retur: ex eodem enim codice alia epi-
ſtola ita ſe habet:

*CARISSIMO Domino ſuo LVDO-
VICO Dei gratiâ Francorum Regi glo-*
A *rioſiſſimo, DROGO Lugdunenſis dictus
Electus, ſalutem & fidele ſeruitium. Pari
voto & communi conſenſu tam Cleri quàm
populi, non ambitioſè, licèt indigni, in
Lugdunenſi Eccleſiâ electi fuimus. Sed
quod ex poſt facto contigerit, vnde cedere
debeamus, nullis rationibus iuris compre-
hendere valemus. Nos namque neque con-
uictos, neque confeſſos, neque electionis
reſignatores, aliquorum falſis perſuaſioni-
bus, Iuſtiſſime Rex, credatis. Abbas au-
tem quondam Pontiniacenſis, ad vocatio-
nem quorumdam conſpiratorum, qui hoſti-
bus publicis & manifeſtis Eccleſiæ noſtræ
adhæſerant, qui ſex numero tantùm com-*
B *prehenduntur, ſupplantationibus ſuis ſe fe-
cit execrari. Clementiam itaque veſtram,
benigniſſimè Rex, flexis genibus exora-
mus, vt hoc tam enormi facto iuri noſtro
non derogetis. Nos enim ſeruitio & hono-
ri veſtro paratos ſemper inuenietis. Con-
ſeruet vos Deus ſanum & incolumem,
Chriſtianiſſime Princeps.* Præfuit Dro-
go Lugdunenſi Eccleſiæ 1164. ac in- 1164.
ſtituit primum Abbatem Stephanum
in monaſterio B. Mariæ Bellæuillæ.
Subſcripſit item 1166. Indict. 14. cum 1166.
Herberto Biſontino diplomati Friderici
rici Imperatoris.

C 80. GVICHARDVS ex Abbate
Pontiniaci ad Archiepiſcopatum com-
muni aſſenſu Cleri Lugdunenſis &
populi poſtulatus, inauguratur à Pont.
Max. die Dominicâ ante feſtum S.
Laurentij apud Montempeſſulanum,
vt teſtatur S. Thomæ Cantuarienſis
epiſtola ad Ludouicum Francorum
Regem, cui electus Drogo ſcripſerat,
vt dictum eſt, implorans eius auxi-
lium, vt Sanctæ Lugdunenſi Eccleſiæ
grauiter laboranti miſereatur. Nomi-
natur autem 1170. in priuilegio Hu- 1170.
gonis Burgundiæ Ducis pro Abbatiâ
Ciſtercienſi, & in veteri monimento
D cum Galtheto Lingonenſi Præſule.
Conſecrauit item altare S. Ioannis in
Eccleſiâ B. Stephani Diuionenſis 1171. 1171.
cui & nonnullas donationes confir-
mauit. Intereſt quoque dedicationi
Eccleſiæ Claræuallis 1174. teſte Al- 1174.
berico & chronico magno Belgico;
corpus D. Bernardi in eodem mona-
ſterio à terrâ leuauit 1178. S. Tho- 1178.
mam Cantuarienſem Archiepiſcopum
profugum Pontiniaci excepit, & reli-
gioſo habitu induit. Porrò Alexander
III. Papa ei ſcribit cap. 1. de Depoſi-
to, vt ex ſecundâ Compilatione De-
cretalium facilè colligitur. Baronius

1176. quoque tomo xii. an. Chr. 1176. ait A
Lugdunenſem Archiepiſcopum, quem
minus verè Gilbertum, pro Guichardo
nuncupat, dediſſe ſenrentiam in Albi-
genſes hæreticos. De illo pluribus
agunt Henriquez in Faſciculo San-
ctorum Ciſtercienſium lib. 2. diſt. 10.
cap. 19. & in Menologio Iulij 28.
Angelus Manrique in laureâ Euange-
licâ lib. 3. diſt. 7. ac Annal. Ciſter-
cienſes tomo 1. Baſilicam autem Bel-
1179. læuillæ conſecrat 1179. quo anno ob-
dormiuit in Domino xiv. Iunij. Se-
pultus Pontigniaci iuxta maius altare
ad latus epiſtolæ cum hâc inſcriptio- B
ne. *Hîc iacet Dominus* GVICHAR-
DVS *Archiepiſcopus* LVGDVNENSIS,
ſecundus Abbas huius Monaſtery. Tamen
à quibuſdam dicitur humatus ante al-
tare Eccleſiæ Retorterij, ſeu Reotetij,
quod eſt caſtrum ad Ararim diſtans
quinque leucis Lugduno, quódque
acquiſierat à Ioanne Brennenſi Co-
mite Matiſconenſi pretio ſexdecim
millium librarum.

BELLES-MAINS. 81. IOANNES DE BELLESMAINS
II. cognomento ad Albas manus, na-
tione Anglus, quem aliqui ex gente
Beliſmenſi procreatum, Guilelmi ſci-
licet Taluatij dicti, Comitis Alenço-
nij & Pontiuij, & B. Comitiſſæ de C
Varenâ filium eſſe volunt, ſed minus
rectè. Is ab Epiſcopatu Pictauienſi ad
Narbonenſem, móxque Lugdunen-
ſem traducitur an. 1180. ex Chronico
MS. Voſienſi; at ex otiginali Abbatiæ
S. Maxentij in Pictonibus, ſeu dona-
1180. tione factâ Aimerico Abbati 1182. di-
citur Ioannes idem Epiſcopus Picta-
uienſis, creatus Archiepiſcopus Lug-
dunenſis, quo anno, inquit tabula,
diſſenſio exoritur inter Richardum
Comitem Pictauienſem, & Regem
Angliæ pro dominio Pictauiæ ha-
bendo. Verius de eius electione ſic
1181. fatur Robertus de Monte ad an. 1181. D
» IOANNES Epiſcopus Pictauenſis, vir
» magnæ litteraturæ & eloquentiæ, ele-
» ctus ad Archiepiſcopatum Narbonen-
» ſem, cum Romam perrexiſſet propter
» prædictam benedictionem, annuente
» Papâ Lucio Clerici Primæ Lugdunen-
» ſis, elegerunt eum in Archiepiſcopum
» Lugdunenſem, quæ Sedes habet Pri-
» matum ſuper tres Archiepiſcopatus.
Ei verò gratulatur de ſuâ ptomotio-
ne ad ſupremum Galliarum Primatum
Stephanus Tornacenſis Epiſcopus epi-
ſtolâ 92. vbi ſic ſcribit:

*IVCVNDVM mihi theatrum propo-
nit recordatio veſtra, cuius & reficiar ſpe-
ctaculo & afficiar blandimento. Concer-
tant in idem caput diuerſarum prouincia-
rum Pontificales infulæ; & dum Picta-
uienſi Cathedra ſacerdotem ſuum Narbo-
nenſis conatur eripere, religioſo ſaltu per-
ambula, Narbonenſem electum prima Se-
des Galliarum ſibi vendicat Lugdunen-
ſis. Admirabilis & amabilis Eccleſiarum
ludus iſte, vbi ſuperior inferiorem ſpoliat,
& æmulatione ſanctâ voluntate pares ap-
parent, quæ ſunt impares dignitate. Abſit
Pater à manſuetudine veſtrâ, vt ad Go-
thorum barbariem, ad leuitatem Vuaſco-
num, ad crudeles & efferos mores Septi-
maniæ declinetis, vbi ſupra fidem infide-
litas, ſupra famam fames, dolus & dolor
pluſquam valeat æſtimari. Vidi nuper in
tranſitu, cum Dominus Rex Tholoſam me
mitteret, frequentem & feruentem in illâ
terrâ terribilem mortis imaginem, ſemi-
rutos Eccleſiarum muros, ambuſta ſacro-
rum ædificiorum loca, fundamenta effoſſa,
& vbi fuerant habitacula hominum, in-
culta domicilia beſtiarum. Contremui fa-
teor & expaui, cum ad ea loca vos inuita-
ri audirem, in quibus & ſi contigeret,
vos præeſſe, facilè eſſet non prodeſſe. Au-
dito tamen quod Rodanuſia Sidonij vos
vocaret, gauiſus ſum gaudio magno, &
Primatem noſtrum in gloriâ videre deſi-
dero, quem prius affectione patrem, libe-
ralitate beneuolum ſimul & beneficum ſum
expertus. Nepoti veſtro Archidiacono bo-
næ indolis adoleſcenti, ſicut mihi manda-
uiſtis, paratus ſum & conſilio & auxi-
lio prouidere.* Eiuſdem Ioannis iterum
mentio habetur in plurimis epiſtolis,
quas ad eum ſcripſit Ioannes Sareſbe-
rienſis Epiſcopus Carnotenſis: nempe
epiſt. 94. quâ venefico intoxicatum
fuiſſe dicitur, non tamen mortuum: al-
tera 182. quæ agit de ſeruandis iuri-
bus Eccleſiæ ſuæ, vbi homo alienige-
na, & apud exteras gentes nutritus
& inſtitutus nuncupatur; ſcripſit quo-
que ad eundem plures epiſtolas idem
Stephanus Tornacenſis, ac in diplo-
mate Friderici Imper. 1184. vocatur 1184.
Ioannes Galliarum Primas vir illu-
ſtriſſ. prudens, & induſtrius, morum
honeſtate præditus, & religione con-
ſpicuus. Memoratur & à Guillelmo
Neubrigenſi lib. 5. cap. 3. de rebus
Anglicis an. 1194. in Angliam tranſ-
fretaſſe. De illo meminêre ſupplemen-
tum Sigeberti, Baronius in Annal.
aliíque ſcriptores. At ſponte abdica-

poſt aliquot annos Archiepiſcopatu monaſticam vitam profeſſus in Abbatiâ Claræuallis, tandem è viuis abſceſſit, vt refert Rogerus Houedenus Annal. parte poſteriore in Richardo I. qui migrante Ioanne ab Epiſcopatu Pictauorum, quem de Belliſmanibus nominat, portentum accidiſſe tradit; De quo ſequentia ſubjicere viſum eſt ex perantiquo codice vitæ S. Hugonis Lincolnienſis Epiſcopi dum Franciam peragraret: Nos Ciſtercium pertranſiuimus, inquit auctor, quo diuertit Hugo, vt Miſſarum ſolemnia in præclarâ feſtiuitate Aſſumptionis Dei genitricis celebrare poſſet. Claramuallem quoque viſitauit. Miſerat ſi quidem Ioannes Lugdunenſis quondam Archiepiſcopus in occurſum eius venerabiles viros, obnixè ſuplicans, quatenus ſibi in loco commoranti prænotato olim deſideratam præſentiæ ſuæ copiam exhiberet. Qui iam æuo grauis, officio curæ paſtoralis renunciauerat: retentiſque duntaxat iuſſu ſummi Pontificis inſignibus priſtinis, illo ſancto cœnobio ſacræ contemplationi ſedulus vacabat. Sciſcitanti autem Epiſcopo, quibuſnam ſcripturis meditationis ſuæ negotia potiſſimum deuouiſſet: reſpondit: Pſalmorum meditatio ſola iam penitus totum ſibi me vindicauit. Hincque patet cur Ioannes dictus fuerit ab Innocentio III. Pont. Max. c. cum Martha de celebratione Miſſarum, quondam Archiepiſcopus.

Forests
De gueules au Dauphin pasmé d'or.

82. Raynaldvs de Forests II. Guidonis II. Foreſij & Lugduni Comitis ac Vilelmæ filius, Guidonis III. Comitis frater, confirmauit inſtitutionem Canonicorum capellæ Di-
1195. uitum 1195. cum Garnerio Epiſcopo Lingonenſi, & diplomate an. 1196. Priori Carthuſiæ Portarum immunitatem in vrbe ſuâ conceſſit, ab omni pedagio & exactione, amoris intuitu
1196. erga monaſterium. Huic putant Innocentium III. Papam reſcribere c. 2. ex literis de conſuetudine: ſed malè in tertiâ compilatione Decretalium legitur Laudunenſis pro Lugdunenſis. Nominatur verò in chartularij Cluniacenſis tranſactione inter Abbates S. Claudij & Cluniaci, cum Geben-
1198. nenſi Epiſcopo, quâ adiudicatur 1198. ab eodem Raynaldo Sedis Pontificiæ Legato patronatus Eccleſiæ de Bre-

Tomus I.

A nod monaſterio Nantuacenſi. Adfuit & cum Pontio Matiſconenſi Præſule 1208.
iudicio ſententiæ latæ 1208. menſe Octob. contra Abbatem Menati in gratiam Cluniacenſis, vt recitat tabularium huius Abbatiæ. Eo ſedente an. 1210. inſtitutus eſt Franciſcano- 1210.
rum primus in Galliâ conuentus Villæfrancæ in ſuâ diœceſi, à Guichardo Domino Bellijoci apud Franciſcum Gonzagam in hiſtoriâ Seraphicâ; & monaſterium Deſertæ, itemque Franciſcani à dynaſtâ de Groleâ. Aſſenſum dedit fundationi Eccleſiæ Collegialis Montiſbriſonis, vt ſub-
B iecta tabula declarat. Gvido *Comes Forenſis nos, &c. ad honorem Dei & B. Virginis Mariæ authoritate diœceſani noſtri Archiepiſcopi* Raynaldi *patrui noſtri, Eccleſiam conſtruximus apud Montembriſonem in parochiâ Modoni, ſine præiudicio iuris alieni, & in eadem Eccleſiâ tredecim Canonicos inſtituimus, qui diuinis officiis mancipati, Deo & B. Virgini Mariæ perpetuò deſeruirent. Ex quibus vnus Decanus, alter Cantor, alius Sacriſta, ſequens Magiſter Chori eſſent. Hæc omnia in præſentiâ venerabilis Patris Raynaldi Lugdunenſis Archiepiſcopi. Actum*
C *an.* M. CC. XXIII. Hanc dotationem 1223.
probauit diplomate menſis Octobr. anno ſequenti; quo recepit pariter homagium à Beatrice Comitiſsâ; nominatúrque in bullâ Honorij III.
1224. cum Duranno Epiſcopo Cabilonenſi, & in chartâ compoſitionis 1224.
Carthuſiæ Montis-merulæ; varia autem Eccleſiæ ſuæ dominia acquiſiuit, de quibus amplum habes elenchum in hiſtoriâ Lugdunenſi. Obiit 1227. 1227.
ſcribente Alberico, quo anno ex ſchedâ monaſterij Inſulæ Barbaræ Sedes Lugdunenſis paſtore carebat; pro anniuerſarij celebratione 70. libras Ca-
D nonicis legauit, & in variis tabulis Philippi Aug. II. Regis propinquus nuncupatur. Hoc autem loco apponitur à quibuſdam *Guilelmus Peraldus* Ordinis Prædicatorum, alias de Petraltâ, qui potius cenſetur tantùm Propontifex, ſeu Suffraganeus Lugdunenſis, defunctus circa an. 1255. Auctor is fuit Summæ illius doctiſſimæ & piiſſimæ, quam de Virtutibus & Vitiis conſcripſit, cuius Poſſeuinus in Apparatu ſacro poſt Trithemium meminit.

Auvergne.
D'or au gonfanon de gueulles frangé de ſinople.

83. Robertvs d'Avvergne, Roberti V. Comitis Aruerniæ ex Ma-

thilde Burgundâ, filiâ Odonis II. Ducis regiæ ſtirpis Francorum Principis genitus, Guilelmi VII. & Guidonis II. Comitum Aruerniæ frater; antea Claromontenſis Epiſcopus ad Lugdunenſem Primatum euectus 1227. Fallitur enim Paradinus, qui fœdus pacis inter Raynaldum deceſſorem, & Eccleſiam ciuitatéque Lugdunenſem an. 1215. operâ Ducis Burgundiæ Odonis III. huic Roberto perperam adſcribit. Eo quidem mediante Hugo Burgundiæ Dux, eius cognatus vt docet Albericus ad an. 1229. Iolandam Roberti de Branâ Comitis Droearũ filiam vxorem duxit; quare Comiti Campaniæ infenſus & in terrâ ſuâ captus de caſtro in caſtrum nocturno tempore oculis velatis deducebatur, ſed Comitis Barri conſtantiâ liberatur: An. verò 1230. menſe Ianuario Delphinus Viennenſis feudatarius caſtrorum d'Annonay & d'Argenteau, de his fidem clientelæ præſtitit Roberto Archipræſuli ex MS. codice, atque idem ſubſcribit confirmationi priuilegiorum vrbis Diuionenſis ab Hugone Duce Burgundiæ conceſſorum 14. Ianuar. 1231. vbi vocat ipſum amatum & fidelem conſanguineum ſuum: Extat autem in veteri regiſtro membrana reformationis Prioratus Montiſuerduni, quæ ita incipit:

1227.

1229.

1230.

1231.

Nos Robertus *Dei gratiâ* Primæ Lugdunensis *Archiepiſcopus, notum facimus, quod cùm ſæpe ad domum Montiſuerduni acceſſiſſemus, propter ſiniſtra quæ nobis dicta fuerant de Canonicis ibidem commorantibus, cùm ad eorum correctionem & Ordinis reformationem multotiens laborauiſſemus, nec correctionis vel reformationis noſtra vellent verba recipere, pluries à nobis admoniti, cum ex eorum infamiâ de die in diem crebreſcente videntur plurimorum ſcandala ſuſcitari, cum talia non poſſent longius ſine periculo tolerari. Nos attendentes honeſtatem & religionem & laudabilem conuerſationem Monaſterij Caſadei, à longis retro temporibus approbatam, ſperantes firmiter quod ex ſubſtencione eorundem diſciplinæ regularis obſeruantia in eodem loco poſſet vtilius reformari, de conſilio presbyterorum aſſentientibus eiuſdem loci Canonicis & Comitis Foreſij eiuſdem loci patroni accedente conſenſu, dictam domum Montiſuerduni cum omnibus appendentiis & pertinentiis ſuis monaſterio Caſadei duximus vniendam, & ſubjiciendam, ſaluo in omnibus iure noſtro, & ſub eorum regulâ & inſtitutionibus ſalubriter in perpetuum gubernandam. Abbas verò Caſadei, qui tunc præſens erat, ad euidentioris & ſecurioris regularis diſciplinæ obſeruantiam, ibidem viginti monachos inſtituit, diuino ſeruitio deputatos, Capellano ſeculari qui curam habebit Eccleſia dicti loci, ſub dicto numero computato, cum longè pauciores Canonicè in eadem Eccleſiâ conſueuerunt inuocari. Et quia antiqui redditus Montiſuerduni tanto numero non ſufficiebant, dictus Abbas de conſenſu Conuentus ſui, Prioratus de Vayſſeu, de Cromeuz, de la Volenâ, de Conueillen, de S. Medardo, de S. Dyoniſio, de Poilliaco in Lugdunenſi diœceſi cum ſuis appenditiis, dictæ domus Montiſuerduni contulit & conceſſit, retento cenſu ſolito, & ſubiectione debitâ in dictis Prioratibus, ſibi & Eccleſiæ Caſadei, &c.* Probat aubat autem pactum Petri de Paluello Mareſcalli Burgundiæ, ex chartis Burgundiæ 1233. menſe Maio, ac tandem condito teſtamento 1232. menſe Iunio, legauit Eccleſiæ ſuæ Lugdunenſi ducentas marcas argenti, pro duobus anniuerſariis annuatim celebrandis, ſui videlicet & Odonis Burgundiæ Ducis conſanguinei, executoribus nominatis Hugone Claromontenſi Epiſcopo & Guidone de Turre, vt eſt in archiuis Lugdunenſibus. Morte ſublatus 1233. 6. Ianuarij vel ſequenti teſte Alberico; iacet in capellâ Eccleſiæ maioris S. Ioannis. 1232. 1233.

84. Guido de la Tour II. Roberti ex Mariâ ſorore nepos, parente natus Alberto II. domino de Turre, frater Hugonis Epiſcopi Claromontenſis; ex Archidiacono Lugdunenſi ſuffectus auunculo; Pontificatum enim adeptus eſt, poſtquam Thomas de Sabaudia Archidiaconus Comitis Sabaudiæ filius, è Lauſanenſi Eccleſiâ deiectus 1232. repulſam quoque paſſus eſt pro eodem Archiepiſcopatu Lugdunenſi, vt nos docuit Albericus in chronico MS. qui etiam tradit Ioannæ Comitiſſæ Flandriæ matrimonio iunctum fuiſſe. Lugdunenſis huius Antiſtitis notitia debetur cuidam chartæ quam Chriſtoph. Iuſtellus lib. V. hiſtor. Aruerniæ citat ex archiuis Cameræ rationum Delphinatus, éſtque donatio Siboudi de Bellouidere pro caſtro eiuſdem nominis Wilelmo filio, quam eius petitione ſigilli munimine roborauit Guido Lugdunenſis Electus, & Alber- 1232.

La Tour D'au... de ... à la To... d'argent

1233. tus de Turre an. 1233. ſed breui Pontificalibus infulis ornâtur.

Pinis. 85. Radvlphvs de Pinis I
Abbas Igniacenſis primùm, inde Clarauallenſis 1227. poſtea Epiſcopus Agenuenſis, tandemque ad hanc Me-
1235. tropolitanam Eccleſiam aſcendit 1235.
cum ſuffragiis capituli pars Canonicorum Archidiac. altera procuratorem Eccl. Valentinenſis nominari poſtulaſ-
1236. ſet. Anno ſequenti 3. Nonas Martij cum magnâ deuotione, inquit Albericus, ad meliorem vitam tranſiit, humatus Claraualle, ad altare S. Saluatoris iuxta B. Aleidem ſeu Aletham S. Bernardi matrem, illuc ex monaſterio Benigniano tralatam, non longè ab Eſkilo Lundenſi Archiepiſcopo.

Ripis. 87. Aimericvs de Ripis, Archidiaconus Pariſienſis, electus 1236.
1236. apud Albericum, vbi malè tamen in
„ chronico Henricus vocatur. Iuris Ca-
„ nonici Doctor, ſtudioſus, ſtudioſó-
„ rumq; amator præclarus, & Eccleſiæ
„ Grandimontenſi multa bona contu-
„ liſſe dicitur, in monimentis illius Ab-
„ batiæ; quem etiam perperam Roberti Turriani nepotem fuiſſe quidam tradidere. Mathæus Paris ſcribit anno
1239. 1239. habitum Lugduni celeberrimum conuentum Crucesignatorum ad expeditionem terræ Sanctæ; Anno verò 1245. menſe Ianuario, Innocentius IV. Pontifex, (qui & aliquando Lugdunenſis fuerat Canonicus) Concilium vniuerſale ad diem natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ in refectorio Religioſorum S. Iuſti Lugdunenſis apud quos hoſpitabatur, indixit; Cui Synodo in Baſilicâ maiore, quam malè anno precedenti celebratam ponunt auctores plurimi, cum ex actis eius MS. bibliothecæ Vaticanæ, & Nauarricæ Pariſienſis, necnon pleriſque Scripto-
1245. ribus, habitam fuiſſe conſtet an. 1245. interfuêrunt vnà cum Papâ & Cardinalibus, Patriarchæ Conſtantinopolitanus, Antiochenus, & Aquileienſis, Aymericus noſter Lugdunenſis; aliique Antiſtites ex Galliis, Hiſpaniâ, Italiâ & Angliâ. Inſuper ex ſæcularibus Principibus, Balduinus Imp. Conſtantinopolitanus, Raymundus Comes Toloſæ, aliúſque cognominis Prouinciæ, aduenerunt, quod Concilium Lugdunenſe generale primum magni nominis fuit ob res in eo ſan-

A ctas; Nam & Fridericus II. Imperio regniſque Siciliæ & Hieruſalem latâ ſententiâ priuatur, hoſtis Eccleſiæ declaratus; item de ſubſidio Terræ Sanctæ & negotio Crucis, atque Imperij Conſtantinopolitani recuperatione, pace Eccleſiæ reſtituendâ tractatum eſt, ſicuti de galero rubro quem Cardinales in poſterum geſtarent, námque ipſos antehac reliquâ veſte purpuratos multorum eſt aſſertio; aliis tamen ad poſteriora tempora referentibus vt de actis huius Synodi fuſè diſ-ſeruit Spondanus tomo I. Annal. Aimericus autem reſignato Archiepiſco-
B patu in manibus Pontificis, ſeceſſit Grandimontem, in quo Monaſterio per aliquot annos verſatus, tandem in Domino obdormiuit 1257. ſepultus in 1257.
medio chori Eccleſiæ ſub laminâ cupreâ, cui inciſum tale habet Epitaphium, chronico Grandimontenſi inſertum:

Laus Cenomanenſis, & gloria Lemouicẽſis,
Quo Doctore prius, & iuſto iudice fulſit,
Inclyta Pariſius, & quo Paſtore reluxit
Lvgdvnvm, *patria decus, & arca Sophiæ,*
Largus, famoſus, ſubtilis, & ingenioſus,
Hic Aimericvs *iacet, Ordinis huius amicus,*
C *Et quoniam voluit in Grandimonte locari,*
Fac Deus illius animam ſuper aſtra leuari.

88. Philippvs de Savoye II. Thomâ Sabaudiæ Comite, & Beatrice Gebennenſi natus eſt Aquebellæ 1207. frater verò Amedei Comitis, Humberti, Thomæ, Guilelmi, Amedei Epiſcopi Maurianenſis, ac Bonifacij Cantuarienſis Archiepiſcopi. Iuuenis adhuc ſacris deditus, Guilelmi germani in Epiſcopatu Valentinenſi ſucceſſor datus eſt, inde ad Lugdunenſem Metropolim vocatur 1245. à 1245.
D Pont. Innocentio IV. cùm in eâ vrbe celebraretur ſynodus: de cuius electione ſic ſcribit Matthæus Paris in Hiſt. Angl. ſub Rege Henrico III. *Anni*, inquit, *ſub illius curriculo, conſecratus eſt à Papâ Lugduni in Archiepiſcopum Cantuarienſem Bonifacius, plus genere, quàm ſcientiâ coruſcus; plus armis martialibus, quàm ſpiritualibus formidabilis: qui procurantibus Rege Angliæ & Reginâ nepte ſuâ, ad hanc promotus eſt dignitatem. Huius frater* Philippvs *electus Valentiæ, ipſis diebus ad Archiepiſcopatus Lugdunenſis promotus eſt poſſeſſionem: Priore cedente ob cauſas dicen-*

Savoye ancien. D'or à l'Aigle de ſable, membrée & becquée de gueulles.

das. Qui tantam à Papâ meruit obtinere A
diſpenſationem, vt Archiepiſcopatus reten-
tâ cum ſuis commodis poteſtate, Epiſcopatus
Valentini prouentus perciperet, vberrimo-
rúmque redditúum quos in Angliâ &
Flandriâ poſſederat: quod plus, vt vide-
batur, ob quaſdam cauſas ſeculares fiebat,
quàm ſpirituales liberè ac licenter aſporta-
ret, & Præpoſituram Brugenſem obtine-
ret. Hic igitur elegans corpore, & armo-
rum peritiâ præpollens, copioſíſque reddi-
tibus ſaginatus, factus eſt quaſi Princeps
Papalis militiæ, & cuſtos præpotens pacis
in Concilio Lugdunenſi celebrando; & id-
circò potiſſimè, quòd generis claritate co-
ruſcabat. Huius idem Paris meminit B
pluribus in locis, eúmque ſolummo-
dò Lugdunenſem Electum vocitat,
& in controuerſiâ Papæ Innocentij
cum Canonicis Lugdunenſibus, qui
præbendis Eccleſiæ vacantibus quoſ-
dam alienigenas affines ſuos inconſul-
to Capitulo intrudere molitus fuerat;
ibi Philippus cuſtos Eccleſiaſticæ pa-
cis nuncupatur: Refert quoque eum
& Bonifacium fidiſſimos Pontificis
1251. fuiſſe, qui an. 1251. à Lugduno in Ita-
liam reuerſus, eundem Philippus no-
ſter cum numeroſâ militum manu co-
mitatus eſt, propter inſidias fautorum
Frederici. Romæ deinde vitam egit, C
Lugdunenſi Valentinóque Epiſcopa-
tibus conſpicuus, nullo tamen ordine
ſacro initiatus, imo militiæ deditus
patrimonij S. Petri gubernator exti-
tit. Sub eius Pontificatu confirmatur
1254. Richardus Epiſcopus Eduenſis 1254.
& Ioannes Dalmatius Matiſconenſis
1262. idémque in chartâ hominij
Ioannis Comitis Brenæ, vocatur pri-
1260. mæ Lugdunenſis electus 1260. men-
ſe Iunio in tabulario Campaniæ. Eo
ſedente Hugo Dux Burgundiæ fidem
clientelæ iurauit Eccleſię Lugdunenſi,
ac Raynaldus Foteſij Comes dominus
Bellijoci, donationes anteceſſorum Ar- D
chiepiſcopis & capitulo factas cõfirma-
uit. Obſeruandum quoque hîc videtur
quod rerum Lugdunenſium Scripto-
res proferunt, hoc tempore in Eccle-
ſiâ Lugdunenſi inter Canonicos fuiſſe,
vnum Imperatoris filium, nouem Re-
gum, quatuordecim Ducum, triginta
Comitum, & viginti Baronum: quod
profectò denotat ſummam illius Ec-
cleſiæ nobilitatem, coniunctam cum
antiquitate & dignitate, quibus præe-
minebat cæteris Galliarum, teſte Spon-
dano. Quo eodem tempore Hugo de

S. Charo, Cardinalis primus ex Ordi-
ne Dominicanorum, inſignis Theolo-
gus Academiæ Pariſienſis, ob eximiam
eruditionem purpurâ condecoratus in
Concilio Lugdunenſi, ibidem naturæ
debitum ſoluit 17. Martij 1260. apud
ſuos Prædicatores humatus. Sed no-
bile illud ſacerdotium Lugdunenſe
diu cum Valentinenſi poſſeſſum, PHI-
LIPPVS poſtea eiurauit 1268. nam 1268.
hoc anno abſque prole maſculâ de-
cedente Petro Sabaudiæ Comite, hunc
Philippum fratrem ſibi ſucceſſorem
inſtituit: qui quamuis ad Principatus ſui
adminiſtrationem perquàm idoneus
viſus fuiſſet, vt recitant Spondanus
Annal. Tomo 1. & alij Sabaudię Hiſto-
rici, tamen ex quo priſtinum Eccleſia-
ſticæ vitæ genus deſeruit, vxorémque
duxit Aleidem Comitiſſam Burgun-
diæ, filiam Othonis Comitis, omnia
illi in peius fluere cœperunt tam ab
hoſtibus inſectatus, quàm ab aduersâ
valetudine hydropiſis, quâ ad mortem
vſque toto ferè decennio cruciatus in-
teriit menſe Decembri 1284. quod & 1284.
frequenter in aliis Præſulibus triſti ex-
perimẽto confirmatum paſſim in hiſto-
riis legitur, ſicque rarò fœliciter con-
iugia ſuccedunt Clero & domini ſorti
adſcriptis. Depoſitus eſt in Abbatiâ
Altæcumbæ ſereniſſimæ familiæ Sa-
baudæ ſepulchro gentilitio. Nonnulli
verò Guidonem de Belliioco præpo-
nunt Petro Tarentaſienſi, de quo ta-
men alij dubitant.

89. PETRVS DE TARENTAISE II. TARENTAISE
Cardinalis Oſtienſis, patriâ Sabaudus
Tarẽtaſienſis, ſic à loco originis dictus,
non procul à Maurienâ valle, flumi-
néque Iſarâ, natus in Alpinis ſcopulis,
præclaro tamen ingenio excelluit, &
Ordinem Prædicatorum profeſſus,
ſcientiâ Theologiæ valde inſignis Do-
ctor & Magiſter Pariſienſis renuntia-
tus eſt. Ac primùm ex Prouinciali
Franciæ Archiepiſcopus Lugdunen-
ſis creatur 1271. poſtquam Sedes Pon- 1271.
tificia regaliorum iure vacaſſet à de-
miſſione Philippi de Sabaudiâ. Mox
& ante conſecrationem à Gregorio x.
Epiſcopus Oſtienſis electus 1272. pau- 1272.
lò poſt maior Pœnitentiarius Eccl.
Rom. vt de illo Onuphrius, Ciacco-
nius, Spondanus tomo 1. Vghellus,
aliíque retulere. Vir quidem fuit ſan-
ctimoniæ, & doctrinæ laude præſtans,
qui primus ex ſuo Ordine ad ſum-
mum Pontificatum promotus, XIII.

Kal. Febr. 1276. nomen aſſumpſit Innocentij v. ac Romam veniens 22. Februarij in baſilicâ Principis Apoſtolorum ornamenta dignitatis ſuſcepit. Vnde & poſt electionem ad omnes Principes & Prælatos ſcribens de more, ad opus Terræ Sanctæ hortatus eſt, ſtatimque animum ad præclara, quæ mente verſabat; pro Eccleſiæ bono adiiciens, mors conatibus obſtitit; Romæ enim defunctus 22. Iu-
1276. nij eiuſdem anni 1276. poſtquam ſediſſet menſes quinque; ſepelitur in baſilicâ Lateranenſi. Extant multæ nobilis ingenij lucubrationes ante Pontificatum exaratæ, interfuerâtque Concilio generali 2. Lugdunenſi an.
1274. 1274 Maij 7. triduo ante feſtum Aſcenſionis; præſidente vniuerſæ Synodo omnium quotquot fuerunt vnquam numeroſſimæ, ipſo Gregorio x. olim eiuſdem Eccleſiæ Canonico; in quâ Græci concordiam cum Latinis; vnionémque cum Romanâ Sede profeſſi ſunt. At dum celebraretur, die Dominicâ Iulij 15. deceſſit Seraphicus Doctor Bonauentura Cardinalis Albanenſis, miraculis & ſcientiâ clariſſimus, qui ſublatus eſt ad Eccleſiam Minorum, ipſomet Pontifice exequias tanti viri celebrante, & Petro Tarentaſienſi Cardinali Orationem funebrem habente. De cuius vitâ & geſtis ſupra omnes conſule Vadingum tomo 2. Annalium Minorum.

Rossillon. D'or a l'Aigle eſployé de gueulles.

90. Aymarvs de Rossillon, monachus Cluniacenſis, ſucceſſor Petri ad Eccleſiam Oſtienſem tranſlati, conſecratur Antiſtes ab eodem Papâ Gregorio x. in cuius diplomate no-
1275. minatur 12. Cal. Nouemb. 1275 breui hanc cathedram adminiſtrauit, nam liquet ex chartophilacio Lugdunen-
1283. ſi v. Non. Octobr. 1283. Lugdunenſem Sedem Pontifice orbatam fuiſſe.

Torote. De gueul. les 10 Lyon d'argent.

91. Radvlphvs de Torote ii. nobili genere ortus ex dominis de Torotâ Nouioduni Caſtellanis; parente Ioanne iii. Campaniæ Buticulario, ac Theobaldi Nauarræ Regis, Campaniæ & Briæ Prorege, ex Luciâ dominâ de Honnecourt Nigellæ Caſtellanâ: frater autem Roberti Epiſcopi & Ducis Laudunenſis, patruúſque Radulfi Virdunenſis, & Roberti Lingonenſis Epiſcoporum: Is autem ex Theſaurario Meldenſi capituli ſuffragiis promotus eſt poſt exceſſum Aymari circiter an. 1284. Metropolitico iure obedientiam Hugonis Eduenſis Epiſcopi recepit, ac cum eodem pro iure Regaliæ tranſegit diplomate an. 1286. menſe Martio. 1284. 1286.

92. Ioannes iii. memoria illius habetur in concordiâ pacis initæ cum Ludouico & Guichardo Bellijocenſibus dynaſtis 1289. ſcribente Paradino. Ceterùm adſcribitur in quibuſdam elenchis Lugdunenſium Archiepiſcoporum; vti & à Ciacconio; Vghello, Seuertio, aliíſve; Hugo Seguin Aruernus Cardinalis Oſtienſis Ord. Prædicatorum, vir doctus, Romæ viuis exemptus 1298. iii. Cal. Ianuarij; qui Lugdunenſis tantùm Archidiaconus, non Pontifex fuit; nam vt obſeruat Rubius hiſt. Lugdunenſis lib. 3. ca. 29. Beraldus de Gotho Radulpho ſubiungitur. 1289.

De Govt. D'or à trois faſces de gueulles.

93. Beraldvs de Govt Cardinalis Albanenſis, ex dominis de Villandrado; frater Clementis v. Pont. Max. Memoratur in peruetuſto exemplari compoſitionis eiuſdem cum Capitulo, pro iuſtitiâ & iuriſdictione temporali ciuitatis Lugdunenſis, vbi Radulphum anteceſſorem nominat Lugduni Dominicâ poſt natiuitatem S. Ioannis Bapt. 1290. Inde creatus fuit Cardinalis Albanus 1294. menſe Sept. à Cæleſtino v. Papâ. Sub Bonifacio autem viii. legatione Gallicanâ functus eſt; ad pacem inter Reges Franciæ & Angliæ componendam; quâ honeſtatus & in Galliis obiit 1297. Iulij 27. De illo plura narrat in Annalib. Angliæ Thomas Vualſinghamus. Videndi Onuphrius, Ciacconius, Vghellus in Epiſcop. Albanenſibus, Victorellus, & alij. 1290. 1294. 1297.

Villars. Bandé d'or & de gueulles de ſix pieces.

94. Henricvs de Villars i. Stephani domini de Thoire & de Villars, ex Beatrice de Foucigny filius; primò Abbas Caſſaniæ, dein Canonicus & Camerarius Lugdunenſis, ac in eadem Eccleſiâ Præpoſitus Forueríj: Quo in munere Camerarij varíis de iuribus compromiſit pro iuſtitiâ temporali, cum Archiepiſcopo Radulpho, & Hugone de Turre Seneſcallo Lugdunenſi; itémque cum Beraldo Antiſtite. Sed cum auitum illuſtris familiæ decus præſtantibus meritis tueretur, Lugdunenſem Pontifica-

tum adeptus eſt 1296. poſt feſtum
1296. Pentecoſtes, eo elogio dignus iudicatus, qui per excellentiam generis quâ enitebat, homo nobilis prædicaretur.
1297. Synodus verò habita eſt anno 1297. in vrbe à Bonifacio 8 Pontifice contra Nobiles vectigalia Eccleſiæ imponentes, vt teſtatur Polydorus Virgilius lib. 17. Hiſt. Anglicæ, & Ioannes dominus Ioinuillæ cap. vltimo Hiſt. S. Ludouici eum interfuiſſe ſcribit canonizationi eiuſdem Regis, & in baſilicâ S. Dionyſij ſolemni ceremoniâ corpus è tumulo leuaſſe, cum Remenſi Metropolitano. Poſthæc clientelare ſacramentum Aureliæ Philippo Pulchro exhibuit pro Comitatu Lugdunenſi, ipſéque fidem hominij
1299. recipit 1299. ab Humberto de Villarus nepote pro caſtro de Chaſtellard, & à Guichardo domino Bellijoci. Teſtamentum condidit 15. Iulij quo varia legat monaſterio Caſſaniæ & Eccleſiæ Lugdunenſi, præcipitque hæredibus vt caſtrum Trevoltianum proprij patrimonij tenerent perpetuò in feudum ab Archiepiſcopatu Lugdu-
1301. nenſi Romæ deceſſit 1301. die 18. Iulij ſequentis.

VILLARS Comme cy-deſſus. 95. LVDOVICVS DE VILLARS filius Humberti IV. domini de Villars ex Archidiacono Lugdunenſi, ſucceſſor Henrici propatrui creatur ſuffra-
1301. gijs Canonicorum 1301. menſe Septembri, confirmatus à Bonifacio VIII. Papâ, inauguratur à Viennenſi Archiepiſcopo & Matiſconenſi Præſule
1302. 1302. anno inſequenti concedit facultatem Carmelitis ædes conſtruendi, eóque ſedente coronatur in Eccleſiâ
1305. S. Iuſti XI. Nouembris 1305. Clemens V. Pontifex. Inſtituit Collegium Canonicorum Lugduni in Eccleſiâ parochiali S. Niceti, vt ex ſubiecto diplomate in Lugdunenſi chartophilacio habetur:

LVDOVICVS miſeratione diuinâ PRIMÆ LVGDVNENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus, &c. Cùm per ſcripturam antiquam didicerimus ſedem Metropolitanam noſtræ Eccleſiæ Lugdunenſis in noſtrâ S. Nicety Lugduni retroactis temporibus extitiſſe, multáque corpora Sanctorum prædeceſſorum noſtrorum ibidem requieſcere: nos ad laudem Dei & Petri Apoſtoli, ſanctíque Nicety & aliorum Sanctorum in dictâ Eccleſiâ quieſcentium, cultum diuinum ibidem augeri cu-

A *pientes, in hoc bonæ memoria Rodulphi prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, qui infra ſcripta facere propoſuerat, ſed morte præuentus non potuit, ordinamus dictam Eccleſiam S. Nicety, quæ ad nos pertinet pleno iure, in perpetuum Conuentualem eſſe: vbi per nos & noſtros ſucceſſores creantur & inſtituuntur ſexdecim Canonici, ac conferuntur per nos & noſtros ſucceſſores, &c. Primos Canonicos creamus in dictâ Eccleſiâ, videlicet curatum ipſius Petrum de Chalone, &c. Sit vnus Sacriſta maior inter cæteros, & caput capituli, & qui curam animarum regiménque ipſius*
B *Eccleſiæ ſeu Canonicorum ac aliorum qui ibidem deſeruiunt, habeat: necnon tota familia dictorum Canonicorum & capituli dictæ Eccleſiæ, eadem immunitate gaudeat, quâ gaudent noſtri Canonici Lugdunenſes in perſonis, rebus, & familiâ eorundem, &c. quando literæ Canonicorum fuerint ſigillandæ, pro ſigillo noſtro & ſucceſſorum noſtrorum, ac officialatus noſtri Lugdun. nihil omnino dare teneantur, &c. in cuius rei teſtimonium &c. Datum Riorgiis die Veneris ante ramos Palmarum an.* M. CCC. V. Hinc autem Rex Philippus 1305.
Pulcher reſcripto dato Pontiſaræ 1307. menſe Septembri multa Archiepiſco-
C patui, Eccleſiæ, & Canonicis contulit priuilegia, cuius Paradinus meminit, eodémque anno Guichardus dominus Bellijoci ſe feudatarium Eccleſiæ Lugdunenſis profeſſus eſt, vt recitant veteres tabulæ villarum de Maximiaco & Chalamonte. Fato eripitur 1308. Iulij 4. vt eſt in obituario 1308.
Caſſaniæ; tumulatus apud Abbatiam S. Claudij in Comitatu Burgundiæ. De Henrico ac Ludouico de Villarus conſule Hiſtoriam Breſſiæ.

96. PETRVS DE SAVOYE III. SAVOYE Comme cy-deuant.
D Thomâ Pedemontij Principe Mauriennæ Comite, ex Guyetâ Burgundâ matre natus, Philippi Pedemontij Achaiæ & Moreæ Principis frater, Lugdunenſis Antiſtes creatus 1308. menſe 1308.
Decembri. Is concordiam iniit cum Philippo Pulchro Rege pro dominio temporali ciuitatis Lugdunenſis & iuriſdictione ciuili; ortæ enim fuère frequentes inter Archiepiſcopum, Capitulúmque Eccleſiæ, ac ciues magnæ diſſenſiones, quibus Reges Chriſtianiſſimi non ſolùm ſe immiſcuerunt, vti ſupremi domini ad res componendas, verùm etiam procedente tempore ob iuſtitiam ſæcularem, de quâ controuerte-

trouertebatur, ſibi propriam eſſe iure
meritò ſuſtinuerunt. Quod ægrè fe-
rens Petrus miniſtros regios ibi con-
ſtitutos malè habuit, & hoſtilia in di-
tionem regiam exercuit. Miſſus au-
tem Ludouicus Rex Nauarræ Regis
primogenitus, ad eius conatus repri-
mendos, qui illum captum ad pa-
trem Lutetiam Pariſiorum duxit, ſub
cuſtodiâ nihilominus Amedæi Comi-
tis Sabaudiæ, diúque ipſum detinens,
tandem libertati reſtituit, eâ condi-
tione, vt omnino cederet temporalita-
te ciuitatis, quæ tot turbas concita-
uerat, acceptis in compenſationem
quibuſdam redditibus annuis, & ad
rei confirmationem confectum eâ de
re inſtrumentum Viennæ, vbi Conci-
1312. lium celebrabatur, menſe Aprili 1312.
quod plerique auctores illius & poſte-
riorum temporum tradunt; rem totam
Spondanus tomo 1. Annal. ac diſſen-
ſionem longè plenius recitat Rubius
Hiſt. Lugdunenſis lib. 3. cap. 40. In-
de reſtituta fuit Eccleſiæ temporali-
tas à Rege Philippo Longo, ſeruatâ
tamen ſupremi dominij auctoritate,
ac rursùm nouis emergentibus diſſi-
diis à ſucceſſoribus Regibus in per-
petuum recepta, hactenuſque retenta
eſt. Poſt redditam igitur libertatem
impetrauit ius Regaliæ, teſte Renato
Chopino lib. 2. domanij Franciæ tit.
IX. Ei verò ſcribit Philippus Franciæ
& Nauarræ Rex, cæteriſque Archie-
piſcopis pro Conciliis congregandis
1319. per Galliam 7. Iunij 1319. vt habent
chartæ regij Theſauri. Nominatúr-
que 1321. Nouembr. 23. in ſchedâ pro
monialibus S. Petri; dicauir Eccleſiam
Franciſcanorum ac diem clauſit ex-
1338. tremum 1328. ætatis anno 53. condi-
tus Lugduni in maiori baſilicâ teſte
Pingonio in Arbore gentilitiâ Prin-
cipum Sabaudiæ. Seuertius tamen
vult teſtamenti tabulas ſcripſiſſe Cal.
Nouembr. 1332. & in Eccleſiâ S. Iuſti
iacere. Illi autem à nonnullis perpe-
ram in Archiepiſcopatu ſucceſſor ſub-
jicitur Petrus de Chalant, Ebali Vi-
cecomitis Auguſtæ filius, de quo idem
Pingonius in ſtemmate Comitum de
Chalanco.

DE SVRE D'argent ſemé de billettes de ſable, au Lyon de meſme brochant ſur le tout.

97. GVILELMVS DE SVRE I.
Cantor Lugdunenſis, tum ex Archi-
diacono electus Pontifex 1332. No-
uembr. 28. vt habent lib. Obligatio-
num Vaticani. Subiectionem eidem
iurat Abbas Athanatenſis 20. Maij

A 1338. de quâ profeſſione obedientiæ 1338.
Abbatum erga Epiſcopos conſulen-
dus Honorius III. Papa cap. 43. de
ſimoniâ; idémque præſtat Sybilla de
Varenis S. Petri Abbatiſſa 1339. ac
Petrus de Caſtellione Abbas Bellæ-
uillæ. Vitâ exceſſit 1340. XII. Cal. 1340.
Octobr. humatus in Metropolitani
templi ſacello de Alto dono ſub inuo-
catione B. Virginis.

AVVERGNE BOLOGNE. D'or au gonfanon de gueulles frangé de ſinople.

98. GVIDO D'AVVERGNE III.
dictus DE BOLOGNE, Cardinalis
Portuenſis, Roberti VIII. Comitis Ar-
B uerniæ & Boloniæ ex Mariâ Flan-
dricâ filius, Guilelmi X. Comitis Ar-
uerniæ, Ioannis I. & Godefridi do-
mini de Mongaſcon frater, Clementis
7. Antipapæ, & Ioannis Franciæ Re-
gis auunculus; eligitur 1340. Octob. 1340.
26. ex eodem libro Obligat. non è
Tornacenſi, aut Cameracenſi Sede euo-
catus, vt Frizonius aliique autumant,
fuit enim Guido eius propatruus, vt
alibi diximus. De Archiepiſcopatu
verò Lugdunenſi prouiſus eſt poſt obi-
tum Guilelmi, anno V. Pontificatus
Benedicti XII. ex bullâ in archiuo Pa-
riſienſi relatâ: poſt à Clemente VI.
C purpurâ decoratur tituli S. Cæciliæ
1342. Kal. Octobr. 12. & ab eodem 1342.
Pontifice Epiſcopus Cardinalis Por-
tuenſis ac S. Ruffinæ effectus eſt 1350. 1350.
Porrò à duobus Italis ſcriptoribus O-
nuphrio & Ciacconio dignitate Epiſ-
copus Bolonienſis Guido, cognomi-
ne autem de Monteforti perperam
ſcribitur, non enim Præſul Bononien-
ſis in Galliâ fuit, cum nondum eo
tempore Bononia Epiſcopatus eſſet;
nec minus verè Tornacenſem, aut Ca-
meracenſem Eccleſiam rexit hic Car-
dinalis, qui multis legationibus pro
Sede Apoſtolicâ per vniuerſam ferè
Europam feliciter perfunctus eſt: fœ-
D dus inter Ioannam Neapolis Regi-
nam, & Ludouicum Hungariæ Re-
gem conſtituit, tum à Clemente VI.
in Hungariam deſtinatus res pro par-
te compoſuit: eius per Italiam geſta
deſcribit Guilelmus Cortuſius in hi-
ſtoriâ de nouitatibus Paduæ lib. 10.
cap. 1. de quo etiam Vghellus memi-
nit in Epiſcopis Portuenſibus. Inde in
Galliam profectus cum Legationis 1352.
officio 1352. multa egit pro pace inter
Reges Franciæ & Angliæ ſanciendâ,
quo tempore Pariſiis dicauit Eccle- 1353.
ſiam Carmelitarum 1353. 16. Octobr.

ad preces cognatæ ſuæ Ioannæ Phi- A
lippi Longi Regis vxoris, Collegij Bur-
gundiæ fundatricis ædem etiam Cla-
riſſarum Moncelli diœceſis Bellouа-
cenſis Margaretâ ipſius ſorore Abba-
tiſſâ, Rege ac Reginâ præſentibus.
Nominatur in actis fundationis Col-
1341. legij Eduenſis Lutetiæ 1341. Mortuo
Clemente, Innocentius vi. Papa ite-
rum in Gallias cum Cardinale Petra-
goricenſi illum legauit. At cum eſſet
magni vir conſilij ad Reges Caſtellæ
1359. & Arragoniæ mittitur 1359. ſed quam-
uis operam ſuam apud vtrúmque Re-
gem diligentiſſimè pro conficiendâ
pace impenderit, nihil tamen ab ob- B
ſtinatiſſimis impetrare potuit; iterúm-
que à Gregorio xi. eadem legatione
cohoneſtatus eſt, quâ is Eccleſiaſtica
negotia gerens, extremum vitæ ſpiri-
tum emiſit legatus Apoſtolicus Ilerdæ
1373. in Hiſpaniâ 1373. Nouemb. 25. vel ſe-
quenti Cal. Decemb. vt placet Ciac-
conio, ibidem quieſcit in Abbatiâ Bou-
ſetti. Meminit huius Guidonis Ma-
thæus Villanus, Theodoricus à Niem,
Mariana de rebus Hiſpaniæ, Vghel-
lus, Valerius Polidorus in deſcriptione
Eccleſiæ S. Antonij Patauienſis, Zu-
rita lib. 3. & Chriſtophorus Iuſtellus
in Hiſtoriâ Aruerniæ lib. 2. cap. 22. C
vbi ait Philippi Burgundiæ Ducis ne-
potis executorem teſtamenti nomina-
tum 1361. ac cognomen Boloniæ &
Aruerniæ ſumpſiſſe; explicat quoque
mendum eorum qui Cardinalem no-
ſtrum Lugdunenſem, cum alio Guido-
ne de Aruerniâ ipſius patruo Torna-
cenſi & Cameracenſi Antiſtite confun-
dunt.

Villars.
Bandé d'or & de gueulles de ſix pieces a la briſure d'vne Croix de S. Mauris, au pied fiché d'azur.

99. Henricvs de Villars
ii. Humberti v. domini de Villars &
Leonoræ de Bellojoco filius, Ludoui-
ci Archiepiſcopi nepos; Lugdunenſis
Canonicus, Sacriſta & Camerarius,
inde Epiſcopus Viuarienſis 1333. ab D
Humberto Delphino Viennenſi 1335.
Iulij 12. omnium ipſius terrarum præ-
fecturâ generali donatur, vt eſt in ar-
chiuis Cameræ rationum regiarum
Delphinatus. Poſtea fit Antiſtes Va-
lentinenſis & Diæ 1336. permutatione
cum Aimaro de Voutâ. Demum ob
eximias dotes à Lugdunenſi Capitulo
1342. nominatur 1342. Nouemb. 7. ex actis
Conſiſtorialibus 24. Decemb. poſſeſ-
ſionem realem adeptus ineunte an.
1343. Fuit eiuſdem Delphini Princi-
pis adminiſter præcipuus, nec parùm
profuit, vt conſiliis ſuis ditionem ſuam
Delphinus Philippo Francorum Regi
tranſmitteret, cum in Comitiis gene-
ralibus trium Statuum Delphinatus,
deliberante Humberto, Clerus ſuffra-
gia deferret ad Pont. Max. nobilitas
ad Regem, populus ad Comitem Sa-
baudiæ. Quamobrem & à Rege Ioan-
ne Delphinatus Gubernator inſtitu-
tus eſt nomine Caroli filij: demúmque
ſubſcripſit Henricus diplomati quo
idem Humbertus pactionem ceſſionis
huius prouinciæ confirmauit, & domi-
nio penitus ſeſe exuit Lugduni in mo-
naſterio Dominicanorum 1349. Iulij 1349.
16. Controuerſiam cum Bartholomæo
Abbate Athanatenſi pro iuriſdictione
habuit, & ab eodem Rege in gratiam
meritorum plurima dominia obtinuit
apud Rupem ſciſſam 1351. ex chartis 1351.
Lugdunenſis Eccleſiæ. Fundator verò
capellæ B. Mariæ Magdalenæ in ſuâ
Metropoli 1355. inſtitutis xii. Capella- 1355.
nis; exequitur bullam Clementis vi.
quâ permittitur coniugium inter eun-
dem Delphinum Carolum & Ioannam
Borboniam. Sub eius Pontificatu, vt
eſt in veteri inſtrumento; facta fuit
inquiſitio quòd monetam antiquo pri-
uilegio cudebat nomine ſuo ac ſtem-
mate inſculptam in loco de Treuouls.
Floruit & Lugduni 1343. Bernardus de
Turre Sacriſta, Camerarius Lugdu-
nenſis & Cardinalis Supremum diem
expleuit Henricus Maij 3. an. 1357. hu- 1357.
matus in ſacello Magdalenæ.

Saqveti.

100. Raimvndvs Saqveti
Regius primùm in Senatu Conſilia-
rius, poſtea Morinenſis, ſeu Teruanen-
ſis Præſul, ad hanc Cathedram aſſum-
ptus iuramentum præſtitit 5. Kal. Maij
1355. Humbertus dominus de Villars 1355.
fidem clientelæ ei reddidit pro caſtris
de Beauuoir & de Chaſtellard in Se-
buſianis, quemadmodum habet regi-
ſtrum Baroniæ Bellojocenſis; Bien-
nium aut circiter ſediſſe reperitur in
chartophilacio Eccleſiæ.

Tvrey.
De gueulles au ſautoir d'or.

101. Gvilelmvs de Tvrey
ii. Lugdunenſis Decanus, indéque Ar-
chiepiſcopus euaſit circa 1357. Funda-
uit cum Girardo fratre Oratorium in
Eccleſiâ de Cuſery; præſens item com- 1357.
poſitioni inter eum & Capitulum Lug-
dunenſe, pro rebus mobilibus dece-
dentium Clericorum, 1363. Iunij 26. 1363.
Viuis exceſſit 1365. iv. Id. Maij, ſe-
pultus in choro Cathedralis in quâ 1365.

anniuerſarium pro ſalute animæ fundauit.

ALENÇON. Semé de FRANCE, à la bordure de gueulles, chargée de huict beſans d'argent. 102. CAROLVS D'ALENÇON, I. regio Francorum ſanguine ortus, Comes Alençonius, Caroli Comitis filius natu maximus, frater autem Philippi Cardinalis, Patriarchæ Ieroſolimitani, Archiepiſcopi Rotomagenſis, religionis zelo & turbarum, quæ poſt obitum parentis in Galliâ vigebant, pertæſus, habitum S. Dominici ſuſcepit in Conuentu Pariſienſi, abdicatâ dignitate Comitis & amplâ hæreditate. Quâ de re quæſta eius mater Maria Hiſpana, apud Innocentium VI. ex eo quòd Comitatus periclitaretur; B commiſit Pontifex Ioanni Marchioni Montisferrati, quatenus Caroli propoſitum diligentius indagaret, & ſi inueniret mundum conſtanti perſeuerantiâ relinquere voluiſſe, eum in propoſito confirmaret, ſin autem iuuenili leuitate hoc ſibi perſuaſiſſet, vel deinde ignotâ ſibi prius religionis aſperitate, à ſtatuto profeſſionis termino interdiceret. Poſtea verò perſeueraſſe Comitem in propoſito conſtat, fuiſſéque propter virtutem creatum Archiepiſcopum Lugdunenſem à Carolo V. Rege, eius agnato, & inauguratum 3. C
1365. Id. Iul. 1365. quam Eccleſiam piè & dignè per decennium adminiſtrauit, vt auctor eſt inter alios Spondanus tomo 3. Annalium. Suſcepit è fonte
1371. ſacro Diuione 1371. Ioannem Comitem Niuernenſem, poſtea Burgundiæ Ducem, anteáque interfuerat baptiſmo Caroli Delfini, deinde Regis huius nominis ſexti Lutetiæ in æde Paulinâ 1368. Eo ſedente controuerſum eſt iterum inter ipſum Regem & eundem Archiepiſcopum, occaſione potiſſimùm Iuſtitiæ regiæ in vrbe Lugdunenſi, ex quâ multa bella & ſeditiones vt antea, ortæ ſunt, quibus & temporali redditu Metropolita iſte ſuſpenſus, eam ciuitatem & Balliuum D Eccleſiaſtico ſuſpendit interdictò: Cuius diſſidij compoſitio opportunè deſiit, vt fusè recitat Rubius in hiſt. Lugdunenſi obitu eiuſdem Caroli, qui in caſtro Epiſcopali Petræ-inciſæ
1375. animam exhalauit 5. Iulij 1375. Quâ de re etiam legendi Guilelmus Paradinus, Sammarthani tomo 1. Hiſt. Genealogicæ Domus Franciæ lib. 21. cap. 3. Ioan. Michael Pius lib. 3. de viris illuſtrib. Ordinis Prædicatorum, vbi perperam Sanpaio duos ſtatuit Catolos ex hac gente Lugdunenſes Antiſtites.

103. IOANNES DE TALARV III. Cardinalis Lugdunenſis, Mathæi domini de Talaru filius, Hugonis frater; primò maior Cuſtos Lugdunenſis, ex Decano ſuffectus Carolo Alençonio circa 1376. quo anno Martij 3. Synodum prouincialem in vrbe conuocauit, cuius acta habentur in ſcriniis Lugdunenſibus, poſteáque 1389. ante diem 6. Id. Nouemb. petitione Caroli VI. Francorum Regis, Auenione degentis, Cardinalis creatus eſt à Pſeudopontifice Clemente VII. vir probus & doctus in annalibus Victorinis commendatur. Mortalitatem expleuit 1392. VIII. Calendas Octobris, ſepultus in ædis Metropolitanæ capellâ S. Petri ab eo fundatâ, ex bonis patrimonij de Vallibus & Bellicaſtro, vt recenſetur in magno Obituum libro. TALARV. Party d'or & d'azur à la bande de gueulles brochante ſur le tout. 1376. 1389. 1392.

104. PHILIPPVS DE TVREY II. Petri Cardinalis Sedis Apoſtolicæ à latere Legati frater germanus, & ſanctioris Conſiſtorij Caroli VI. Regis Conſiliarius, antea Lugdunenſis Canonicus eidem Eccleſiæ præficitur 1389. Nouembr. 17. ex libro Obligation. Vaticani. Recepit cum Capitulo in Canonicum honoris Principem Ioannem à Franciâ Bituricenſem Ducem, vt eſt in actis capitularibus 1393. Confirmauit & Milonem de Granceio in Epiſcopum Æduenſem 1401. fidémque clientelarem feudarariorum Eccleſiæ ſuæ recepit 1400. Intereſt autem Concilio Piſano 1409. eóque præſente Petrus Cardinalis de Tureio 1419. 8. Id. Aprilis releuat corpus S. Irenei; aſſiſtentibus Petro de Saluciis, Ioanne Sauiniaci, Ludouico Ambroniaci, Guillelmo S. Ruffi, Girardo Inſulæ Barbaræ, Anthonio Athanati Abbatibus, aliiſque. Finem vitæ habuit 4. Kalen. Decemb. 1415. conditus in capellâ S. Sepulchri, quam fundauit ad maiorem baſilicam. TVREY. Comme cy-deuant. 1389. 1393. 1400. 1415.

105. AMEDEVS DE TALARV II. Cardinalis Lugdunenſis, nepos Ioannis ex fratre Mathæo dynaſtâ de Talaru, & Beatrice de Marcilly dominâ de Chalmazel: ex Archidiacono abſens à Capitulo eligitur 9. Decembris 1415. Lugduni conſecratus in Cathedrali 16. Ianuarij anni ſequentis à Carolo de Pictauiâ Lingonenſi, TALARV. Comme cy-deuant. 1415.

Ioanne Matiſconenſi, & Hugone
d'Orges Cabilonenſi Præſulibus Suf-
fraganeis; cuius etiam hoc anno con-
ſcriptæ extant epiſtolæ ad Patres Con-
ſtantienſes. Ei Martinus v. Pont. con-
firmauit priuilegia Primatiæ Lugdu-
1417. nenſis 1417. Cal. Aug. Adfuit & Con-
cilio Baſileenſi vbi eiuſdem nomine
diſpenſauit in gradibus matrimonij
contracti ix. Iulij 1438. Coram ea-
dem Synodo acta fuit cauſa huius
Amedei Antiſtitis, cum Philippo Bor-
bonio domino Bellijoci, ratione ca-
ſtrorum de Chalamont, de Beaure-
gard, & aliorum feodorum, vt patet
ex his literis:

*SACROSANCTA Generalis Sy-
nodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legiti-
mè congregata, vniuerſalem Eccleſiam re-
præſentans, dilecto Eccleſiæ filio nobili vi-
ro Carolo Duci Borbonienſi ſalutem. Ex-
poſuit nobis Venerabilis Epiſcopus Lugdu-
nenſis excellentiam tuam ratione caſtro-
rum & territoriorum Calomontis, Belli-
regardi, Caſtellarij, Treuotij & Montis-
meruli, ac plurium aliorum oppidorum,
caſtrorum, domorum, & terrarum Eccleſiæ
ſuæ Ludunenſis fundatariam eſſe; nec ad
quemquam alium feuda, dictâ ratione, per
excellentiam tuam exoluenda ſpectare,
quàm ad ipſam Eccleſiam Lugdunenſem:
Et quia idem Epiſcopus veretur, ne feuda
eiuſmodi ab aliquibus aliis exigantur, &
in preiudicium Eccleſiæ ſuæ ad alienas ma-
nus deueniant, hortamur celſitudinem
tuam, ipsámque requirimus & monemus,
vt de feudis ipſis neminem niſi præfato
Archiepiſcopo, ita vt tenetur, quomodo re-
ſpondeat, cui, vt æquum eſt, ac Eccleſiæ
ſuæ in omnibus ita integrè ſatisfacias,
quod Eccleſia ipſa præiudicium nullum pa-
tiatur, & ne, quod abſit, ſi contrarium
faciat, ipſe Archiepiſcopus cogatur in con-
ſeruationem patrimonij & iurium Eccle-
ſiæ ſuæ aliud remedium à nobis requira-
tur, quod certè nobis diſpliceret, & reme-
dium ſuum ſibi poſtea negare non poſſu-
mus. Exiſtimamus tamen quod excellen-
tia tua tanquam Catholicum & Eccleſiam
Dei ſemper exaltarunt, & eadem feuda
deuoto promptóque animo recognouerunt in
promiſſis, & in omnibus quibuſcúmque
concernentibus iura Eccleſiæ Lugdunenſis,
quæ quidem iura celſitudini tuæ efficaciter
recommiſſa, facimus, rogantes, vt eadem
excellentia ſe in iis ita gerat, quod apud
Deum præmia, & homines debitas laudes
conſequatur. Datum Baſileæ, xv. Kalend.
1436. Aprilis anno à Natiuitate Domini M.
A cccc. xxxvi.* *A. de Pangalis.*

Deligitur autem anno 1432. à Præ- 1432.
ſulibus Gallicanis conuentus Bituri-
cenſis, qui vnà cum oratoribus Re-
giis, apud Eugenium iv. Pontifi-
cem proſequeretur, vt pro fidei & re-
ligionis Chriſtianæ vtilitate, Conci-
lium Baſileæ continuaretur; de quo
conuentu, vt ait Spondanus tomo i. ex
appendice huius Concil. legitur breuis
epiſtola præfati Archiepiſc. ad Syno-
dum, aliáque ad Epiſc. Loſannę, quâ
res Bituris tractatas aliáque recitat,
vehementiſſimum præ ſe ferens Con-
cilij ſtudium, ac nihilominus monens,
B vt cum illo ageretur multâ manſue-
tudine, qui caput eſſet Eccleſię & cu-
ius vita eſſet commendabilis. Interim
fuit allectus in Purpuratorum cœtum
ab Antipapâ Felice v. 1440. prid. Id. 1440.
Nou. Baſileæ, ac paulò poſt 1443. te-
ſtamento condito 19. Iulij è viuis ad-
emptus eodem anno tertio Idus Febr. 1443.
humatur in baſilicæ capellâ S. Petri.
Amedeo ſedente, Ioannes Gerſonius
Doctor Theologus inſignis, Cancella-
rius Eccleſiæ & Academiæ Pariſienſis,
qui Synodo Conſtantienſi exactâ, pro-
pter cruentas Anglorum & Burgun-
dionum molitiones Lutetiâ diſcedens,
C Lugduni ſedem fixerat, ibidem ani-
mam reddidit 1429. Iulij 12. ætatis 66.
ſepultúſque in templo S. Pauli cum epi-
taphio; nonnulla opera reliquit mul-
tiplicis ingenij, pietatis ac doctrinæ
monimenta.

106. Gavfridvs Vassali Vassali
ex Archiepiſcopo Viennenſi traductus
ad Lugdunenſem per obitum Amedei
an. 1444. xii. Cal. Maij vt produnt 1444.
acta Conſiſtorialia Vaticani. Teſta-
menti codicillis multa legauit Eccle-
ſiæ Viennenſi & fato conceſſit 1446. 1446.
De Gaufrido nulla mentio hactenus
D in catalogis Antiſtitum Lugdunen-
ſium.

107. Carolvs de Bovrbon Bovrbon.
ii. Cardinalis tit. S. Martini in Mon- D'azur à 3.
tibus, ex auguſtiſſimâ Borboniorum fleurs de Lys
Principum ſtirpe, filius Caroli i. Bor- d'or, à la co-
bonij & Aruerniæ Ducis, ex Agnete tice de
Burgundâ; frater Ioannis ii. ac Petri gueulles.
Ducum, itémque Ludouici Epiſcopi
Leodienſis: Eccleſiæ Lugdunenſis Prę-
centor, Prior Charitatis ad Ligerim,
Abbas Floriaci, S. Vedaſti Atrebaten-
ſis, ac Legatus Auenionenſis fuit, de-
múmque Epiſcopatus Claromontenſis
Adminiſtrator, ſolemni pompâ Lug-

dunum inuehitur, 1446. ſucceſſor Gau- A
1446. fridi, vt liquet ex iiſdem actis Conſiſtorialibus. Synodum celebrari curauit pro abdicatione ſummi Eccleſiæ Pontificatus, quem Felix v. Antipapa ſibi arrogabat: mox & conſecratus Antiſtes à Ioanne Cœur Bituricenſi Ar-
1470. chiepiſcopo 1470. eo tempore electus eſt à Ludouico xi. patrinus filij Delfini Caroli; & ab eodem Principe mittitur pro pace cum Carolo Burgundiæ, & Franciſco ii. Britanniæ Ducibus, contrahendâ. Igitur ob egregia merita fit Cardinalis à Sixto iv. Pont.
1476. 1476. 15 Kal. Ianuar. Legatione Auenionenſi cohoneſtatus, mendosè tamen apud Onuphrium Burdegalenſis Adminiſtrator nuncupatur; & à quibuſdam aliis Lutetiæ Gubernator. Liquet autem ex veteri regiſtro Ioannem eius fratrem, ei toparchiam de Boiſion, decimas de Chambon, S. Marcellini, aliáque dominia contuliſſe pro dotatione capellæ, quam pro ſalute animæ Principum Borboniorum in ſuâ Eccleſiâ fundare decreuerat, chartâ Molinij Boiorum ſcriptâ menſe
1485. Febr. 1485. Sublato verò Ioanne Duce, hæreditatem illius primogeniti iure ſibi vindicans, titulum Ducis aſſumpſit. Sed Petrus Dominus Bellijoci Ludouici Regis gener & Caroli germanus, tranſactione cum eo habitâ controuerſiam dirimit, relicto vſufructu Bellijoci cum annuâ viginti millium librarum penſitatione. Mortuus
1488. eſt non Lutetiæ, ſed Lugduni 1488. Septembris 13. ætatis ſuæ circiter quarto & quinquageſimo, in S. Ioannis baſilicæ maioris ſacello; quod cum palatio Archiepiſcopali condiderat, tumulum marmoreum habet. Legenda Hiſt. genealogica Domus Franciæ tomo 2. lib. 2. cap. 10.

TALARV. Comme cy-deſſus.

188. HVGO DE TALARV II. Archidiaconus Lugdunenſis, Abbas Compendij & Præpoſitus S. Benedicti de Saltu; parentibus ortus Mathæo domino de Talaru, & Ioannâ de la Palu: ex quâ nobili genre de Talaru tredecim Canonici in Eccleſiæ Lugdunenſis faſtis numerantur. Electus
1488. fuit ad Archipræſulatum 1488. ſed nominationi renuntiauit, vt patet ex
1499. actis compoſitionis factæ 1499. Decemb. 23. præſente Ludouico xii. Rege, Georgio de Ambaſiâ Cardinali Rotomagenſi, Cancellario Franciæ,

aliiſque proceribus regni. Igitur non conſecratus, ſed tantùm contentus ſuô Archidiaconatu notatur fato ceſſiſſe 1517. Decembr. 22. teſtamento plura 1517.
legauit Eccleſiæ ſuæ, vt eſt in Obituariorum libro.

ESPINAY. D'argent au Lyon couppé, le haut de gueulles, le bas de ſinople, couronné, lampaſſé & armé d'or.

109. ANDREAS D'ESPINAY Cardinalis Burdegalenſis, nobilis Brito Aremoricus, ad Lugdunenſem electus cathedram 1499. ceſſione Hugonis, ſed breui Pontificatu iſto fruitur; nam ſupremum diem expleuit Lutetiæ 10. Nouemb. 1500. ibidem apud Cœleſtinos humatur. Plura de illo in Archiepiſcopis Burdegalenſibus diximus. B Porrò ab obitu Cardinalis Borbonij in hac diœceſi conduntur Cla- 1500.
riſſæ in ciuitate Montebriſonis, fundatore Petro d'Vrfé 1497. à quo pariter erigitur Conuentus Minorum Baſtiæ apud Segufianos, & 1494. 25. Martij Carolus viii. Rex Franciæ cum Annâ vxore petram fundamentalem appoſuit ædificationi Conuentus Obſeruantiæ Lugduni.

ROHAN. De gueulles a neuf macles d'or, 3. 3. 3.

110. FRANCISCVS DE ROHAN I. Petri de Rohano Domini de Gié Mareſcalli Franciæ, Ducis Nemoroſij, Vicecomitis Fronſaci, & Franciſcæ de C Penhoët filius; Abbas S. Albini Andegauenſis; iuuenis, admodum fauente Carolo viii. Rege Præſul Andegauenſis eligitur, poſteáque aſſentiente Capitulo huc tranſlatus eſt 1501. v. Id. Feb. 1501.
Præfuit Concilio nationali Præſulum Gallicanorum in ciuitate Turonenſi, iubente Ludouico xii. an. 1510. bien- 1510.
nio ante publicationi conſuetudinum Andegauenſium interfuerat, & 15. Februar. 1513. in æde Sandionyſianâ exe- 1513.
quiis Annæ Britannicæ Francorum Reginæ. Sub eius quoque regimine cum Eccleſia B. Mariæ de Burgo in Breſſiâ Cathedralis dignitate fuiſſet D condecorata, diplomate an. 1515. men- 1515.
ſe Iulio à Leone x. Papâ, hic nouus Epiſcopatus ſupprimitur, alterâ Bullâ Pauli iii. 1534. poſtquam hanc Sedem rexiſſent duo tantum Pontifices Ludouicus de Gorreuod Cardinalis, & Ioannes Philibertus de Chales, ambo Maurianenſes Epiſcopi. De quibus fusè agitur in Hiſtoriâ Breſſiæ. Congregauit autem Synodum prouincialem Lugduni per procuratorem Claudium de Longouico Matiſconenſem Antiſtitem 1527. anno ſequen- 1527.
ti menſe Septembri adfuit conuentui Lutetiæ habito, cui præſidebat Fran-

ciſcus Rex, adſtantibus Principibus, Epiſcopis, Legaro Pontificio & aliis Magnatibus, dum admiſit in palatio Pariſienſi fecialem Caroli v. Imper. qui cum ad ſingulare certamen prouocauit, vt notat Arnoldus Ferronus lib. 8. rerum Gallicarum. Tandem migrauit à ſeculo Franciſcus de Rohano
1536. 1536. Cúmque Pariſienſis Senatus ad eius funus inuitatus fuiſſet à defunċti propinquis, in conſeſſu publico, reſponſum eſt; Quod Curiâ pro meritis » Mareſcalli Gienſis, eiuſque filij, hunc » vltro honorem ei deferret, quem Prin» cipibus viris & proceribus ſolebat red» dere, quemadmodum legitur in tabulariis eiuſdem Senatus. Tumulatur planâ tumbâ in naui maioris baſilicæ Lugdunenſis. Ceterùm aliis Præſulibus quoque clatuit Rohanęa familia genere iuxta & antiquitate prçcellens, ſcilicet S. Meriadeco Vennetenſi, Gaufrido S. Brioci, Ioſſelino Maclouienſi, Claudio Coriſopitenſi, & Arruro Burdegalenſi Archiepiſcopo è lineâ dominorum Montiſalbani.

LORRAINE. Party au 1. de HONGRIE. Au 2. de NAPLES Sicil. Au 3. de HIERVSALEM. Au 4. d'ARRAGON. Au 5. & 2. de la pointe d'ANIOV France. Au 6. & dernier DE BAR. Sur le tout d'or à la bande de gueulles, chargée de trois alerions d'argent, qui eſt LORRAINE.

111. IOANNES DE LORRAINE 111. Cardinalis S. Onofrij, filius Renati Ducis Lotharingiæ ex Philippâ de Gueldres: multis infulis ornatus eſt. Námque in purpuratorum Collegium aſcitus à Leone x. Papâ 1518. cum Lugdunenſi Narbonenſem Pontificatum geſſit, fuitque etiam Epiſcopus Metenſis, Virdunenſis, Tullenſis, Morinenſis, Lucionenſis, Albienſis; ac tandem Valentinus, Sediſque Apoſtolicæ Legatus à latere in Lotharingiâ. Primus autem nominatione Franciſci 1. Lugdunenſis Archiepiſcopatus poſſeſſionem adeptus eſt per procuratorem 3. Non. Aug. 1537. è vitâ migrauit 1550. Iacet Nanceij ad Franciſcanos.

D'ESTE FERRARE. Au 1. & 4. d'azur à 3. fleurs de Lis d'or, à la bordure endentée d'or & de gueulles, qui eſt FRANCE. 2. & 3. d'azur [illegible] Aigle d'argent, ar & couronné d'or, qui eſt D'ESTE.

112. HIPPOLYTVS D'ESTE Cardinalis Ferrarienſis, Alfonſo 1. Ferrariæ Duce, Lucretiáque Borgiâ natus; Archiepiſcopus item Auſcenſis, Narbonenſis, Mediolanenſis, Æduenſis, & Trecorenſis Præſul, Abbas Athanati, Flauignei, & Gallicæ Coronæ in Curiâ Protector, purpurâ inſignitus à Paulo 111. 1539. ceſſione Ioannis à Lotharingiâ eodem anno Lugdunenſem Præſulatum conſequutus; excipit Henricum 11. Regem affinem ſuum ſolemni pompâ vrbem ingredientem 1548. Eóque ſedente Lugduni Santes Pagninus Lucenſis, Ordin. Prædicarorum interiit 1541. Latinæ, 1541. Græcæ, Hebraicæ, & Caldaicæ linguarum doctiſſimus, vt Teſtamenti vtriúſque verſio, Theſaurus linguæ ſanċtæ, aliáque opera teſtantur. Sedem porrò HIPPOLYTVS Cardinali Turnonio reſignauit.

TOVRNON. D'azur ſemé de fleurs de Lis d'or; party de gueulles au Lyon d'or.

113. FRANCISCVS DE TOVRNON 11. Cardinalis Oſtienſis, Comes de Rouſſillon, ex vetuſtiſſimâ clariſſimâque Turnoniâ gente editus, Iacobi 11. domini de Tournon, & Ioannæ de Polignac filius; ab ineunte ætate religioſus S. Antonij Viennenſis, Præceptor generalis Foreſij, totiúſque Ordinis Generalis, ampliſſimas deinde Eccleſiæ Gallicanæ dignitates promeruit; variis enim temporibus Archiepiſcopus Ebredunenſis fuit, dein Biturícenſis, Auſcenſis, Lugdunenſis; (cuius Pontificatus regimen ſumpſit 13. Cal. Aug. 1551.) ſacri purpuratorum Senatus Princeps, Cancellarius Ordinis S. Michaëlis, & plurimorum monaſteriorum Abbas, ſcilicet S. Germani de Pratis, Tornuſij, Caſædei, Athanati, S. Florentij Salmurienſis, Ferrariatum, Candelij, Portus-dei, S. Ioannis Reomenſis, S. Iuliani Turonenſis, & S. Launomari, cœnobiarcha item S. Portiani, Siluiniaci, Magiſter Capellæ regiæ, Præfectus prouinciarum Lugdunenſis, Foreſij, Aruerniæ, Bellijoci & aliarum. Primùm quidem ex Abbate S. Antonij & Canonico Auenionenſi, Metropolim Ebredunenſem rexit 1519. eámque per 1519. annos nouem adminiſtrauit; quo etiam tempore multas legationes grauiſſimas prudenter obiuit; nam eius ſapientiâ ſingulari apud Carolum v. in Hiſpaniâ pax ſancita eſt Madriti, pro liberatione Franciſci 1. nec minori ſolertiâ verſatus eſt apud alios Europæ Principes, Clementem VII. vt exorta ſedaretur tempeſtas inter Pontificem & Henricum VIII. Regem Angliæ, qui miſero conſilio à fide defecerat, ad quem etiam profectus eſt, ipſum vt ad Eccleſię gremium reuocaret; deinde Paulum 111. & IV. Pont. Max. à Clemente verò ob inſignes animi dotes poſtulante Franciſco 1. cui in primis gratus erat, Cardinalis creatur ſub tit. Sanċt. Marcellini & Petri 1530. 1530. XVI. Kal. Ian. vt volunt Ciacconius & Cabrera: Iulius 111. Epiſcopum

Sabinum ipſum conſtituit 1550. Pius A
IV. Oſtienſem ac Veliternum an. 1560.
At cum eſſet vir ſummæ peritiæ, tum
vt omnibus prudenter conſuleret, tum
vt deliberata nauiter perageret, rele-
gato Annâ de Montmorency Magiſtro
equitum Franciæ, à Franciſco I. fit par-
ticeps grauiſſimorum regni negotio-
1547. rum vſque ad Regis obitum 1547. cu-
ius exequiis ipſe cum Purpuratis aliis
nouem interfuit apud S. Dionyſium:
Exinde cum Claudio Annebaldo ma-
ris Præfecto aulâ pulſus, cum quo
res publicas adminiſtrauerat, Romam
amandatus, inter ſocios Cardinales fa-
mam latiùs propagauit, & rem Galli- B
cam patrocinio ſuo ſtrenuè tutatus eſt,
cum ampliſſimâ ibi negotiorum Gal-
licæ Coronæ præfecturâ potiretur, vbi
& electioni Marcelli II. Pont. inter-
1559. fuit; ſed ab Italiâ reuocatur 1559. à
Catharinâ matre & Franciſco II. vt
ſanctiori Regis Conſilio intereſſet; Ad-
1560. fuit etiam 1560. Comitiis Aurelianen-
ſibus: ac celebrationi inſignis Collo-
quij Piſſiacenſis 1561. cum ſex aliis Car-
din. & quadraginta circiter Epiſcopis,
vbi eius conſtantia pro fidei Catholicæ
1561. conſeruandæ zelo inclaruit, vſq; adeò C
ſēper & acriter impugnauit hæreticos.
Hic autem ingenti ad res præclaras &
dignas artes amplectendas animo præ-
ditus, literas & literatos ſummo amore
& beneuolentiâ proſecutus eſt, cum
homines eruditione præſtantes dome-
ſticos ſecum, in aulâ regiâ, in Italiâ, &
peregrinationibus comites duceret,
quos inter Petrus Daneſius Epiſcopus
Vautenſis, Arnoldus Ferrerius, Ioan.
Vincentius Laureus, Dionyſius Lam-
binus, Marc. Anton. Muretus, & alij
quibus eius beneficio renaſcentibus
apud Gallos ſcientiis fauit; quo fa-
ctum, vt viri docti paſſim opera ſua ei di- D
cent, & illius laudes celebrent. Statu-
ta ſynodalia edidit an. 1560. fato fun-
1562. ctus 1562. Aprilis 22. de cuius obitu
proferre iuuat elogium celeberrimi
Hiſtorici Iacobi Aug. Thuani l. 34.
« FRANCISCVS TVRNONIVS
« Cardinalis, mortalitatem exuit, cum
« ferè octuageſimum ætatis annum at-
« tigiſſet, vir profundâ prudentiâ, rerum
« agendarum peritiâ, & ſingulari erga
» patriam pietate cum paucis compa-
» randus; à Franciſco I. ſummæ nego-
» tiorum præpoſitus, dein poſt eius mor-
» tem inuidiâ ex aulâ pulſus, ſed ſemper
» maximo in honore etiam ab æmulis

habitus: in cauſſâ religionis eò viſus «
Proteſtantibus iniquior, quod in eâ «
quidquam immutari aut innouari poſ- «
ſe citra publicæ tranquillitatis perni- «
ciem negaret; alioqui à factionibus «
quæ miſerè hoc regnum poſtea lace- «
rarunt, alienus, ideóque Regibus me- «
ritò carus, vt qui in publicâ regni ad- «
miniſtratione, in quâ triginta amplius «
annos ſummâ cum laude verſatus eſt, «
ad vnum Regis obſequium & publi- «
cam vtilitatem ſemper collimauerit; «
Ad hæc literarum & literatorum fau- «
tor eximius exſtitit, quas vt magis pro- «
moueret Ignacij Loiolæ ſequaces, quos «
in iuuentute ad pietatem & ſtudia in- «
ſtituenda maiorem curam ac ſoler- «
tiam adhibere intellexerat, inſueto «
fauore proſecutus eſt, auctórque fuit, «
vt eorum Ordo tanquam rei literariæ «
vtilis in Galliâ certis conditionibus «
reciperetur, inſtauratâ in Viuarienſi «
pago Turnonij, vnde nobiliſſimæ fa- «
miliæ gentile cognomen, famoſiſſimâ «
ſcholâ, & ampliſſimis redditibus ab eo «
dotatâ, cuius curam illius Ordinis Pa- «
tribus attribuit. Sepultus eſt in Ec- «
cleſiâ collegij Turnonenſis Soc. Ieſu,
addito ſequenti epitaphio quo ſum-
matim res eius geſtæ indicantur:

DEO OPT. MAX.

ÆTERNÆ *memoria* FRANCISCI A TVRNONE *Epiſcopi Oſtienſis, Sacri Cardinalium Collegij Decani, Eccleſiæ* LVGDVNENSIS *Antiſtitis, Galliarum Primi, qui poſt impenſam Chriſtianiſſimis Regibus Franciſco I. Enrico II. alteri quoque Franciſco, poſtremò Carolo IX. maximis in rebus annis* L. *fœlicem ac memorabilem operam, poſt procuratas ſingulari fide, & non mediocriter auctas regni populíque Gallici maximas vtilitates; poſt ſæpe compoſitos, pacificatóſque grauiſſimos & periculoſiſſimos bellicorum diſſidiorum æſtus; poſt conciliatos quoties res tulit, ſummorum Pontificum, & magnorum Principum animos; poſt aſſertam inuictâ animi conſtantiâ aduerſus hæreticorum tumultus Catholicæ doctrinæ veritatem: denique poſt exhibitum in omni vita parte præclarum, integerrimi ac pientiſſimi Pontificis ſpecimen, exſtructo hoc quadrato lapide Gymnaſio, ſapientia pietatiſque Academiâ inſtitutâ & Societat. Ieſu cura perpetuò traditâ, Deo Opt. Max. tot bonorum auctori, animam piè commendauit ac reddidit an. Chr.* M. D. LXII. X. *Cal. Maij ætatis ſuæ* LXXIII. *apud S. Germanum in Layâ.* 1562.

Cæterùm eiuſdem Cardinalis laudes, pietatem, doctrinam, morúmque candorem egregiè Iacobus Card. Sadoletus lib. 6. & 14. epiſtolar. Thuanus in Hiſtoriâ paſſim, Petramellarius, Ciacconius, Vghellus tomo 1. Michaël Hoſpitalis Franciæ Cancellarius, Genebrardus in Chronologiâ, Spondanus in Annalib. Aymarus Falco in compendio hiſtoriæ Antonianæ, aliíque fusè Scriptores meminerunt.

D'Este. Comme cy-deſſus.

114. Hippolytus d'Este Cardinalis Ferrarienſis, iterum per regreſſum an. 1562. Archiepiſcopatum adeptus eſt poſt mortem Turnonij. De illo in Auſcienſibus plura.

D'Albon. De ſable à la Croix d'or.

115. Antonius d'Albon Abbas Inſulæ Barbaræ & Sauiniaci, nobili familiâ Alboniâ natus parentibus Guilelmo domino de S. Forgeul & Gabrielide de S. Chaumont; permutatione factâ cum Hippolyto Cardinali ex Arelatenſi Eccleſiâ ad Lugdu-
1562. nenſem tranſiens 1562. tempore belli ciuilis vrbis ac prouinciæ præfecturam geſſit; religionis verò acerrimus propugnator, nouum baſilicæ S. Iuſti ædificium olim ab hæreticis dirutum ſolemni ritu benedixit. Commentariis etiam illuſtrauit Ruffinum in Pſalmos, quæ Pio v. Pont. Max. dicauit,
1573. & teſtamenti tabulis ſcriptis die vi. Nouemb. 1568. interiit an. 1573.

Espinac. D'argent à vn Lyon de gueulles à la bordure de ſable, chargée de huict beſás d'or, qui eſt d'Espinac. Ecartelé de ſable à la Croix d'or, qui eſt d'Albon.

116. Petrus d'Espinac iv. Petri Domini d'Eſpinac regij in Burgundiâ & Lugdunenſi prouinciâ Progubernatoris, ac Guichardæ Boniæ ſuperioris Antonij ſororis filius, natus an. 1540. mortuo auunculo ex Decano Lugdunenſi fit Archiepiſcopus eius Eccleſiæ 1574. menſe Septembri, necnon Abbas Athanatenſis, Inſulæ barbaræ, Benedictionis Dei, & Prior S. Remberti. Vir eloquentiæ laude clariſſimus, à Petro Viennenſi Archie-
1574. piſcopo conſecratur: & continuò emiſſis in lucem ſtatutis ſynodalibus 1577. diuino cultui benedixit alta-
1582. re maius baſilicæ Lugdunenſis: Cœtui quoque Cleri Melodunenſis 1585. interfuit delegatus à ſacro Ordine, vt Henrico iii. codices huius Conuentus Eccleſiaſtici offerret, quo tempore Eſpinacus coram eodem Principe
1585. elegantiſſimè perorauit; hoc etiam anno Breuiarium ſuæ Eccleſiæ edidit correctius. Datur verò comes Reginæ Catharinæ Mediceæ cum Lanſaco & Brularto, vt ad fœderatos proficiſceretur, Borbonium Card. & Guiſium, pacis conciliandæ gratiâ, de quo ſic Thuanus 81. hiſtor. Homo fœderatis in occulto addictus, in adoleſcentiâ doctrinam proteſtantium profeſſus fuerat, poſtea mutauerat, & impotenti in eos odio ferebatur, veróne an adfectato, ad conſequendam Cardinalis dignitatem, quam perditè ambiebat, incertum: de cætero doctus & vehementi facundiâ præditus; & profuſiore luxu abſumptis non ſolùm propriis, ſed ſuorum facultatibus, materiam per turbas nouas parandis opibus quærens; Cúmque res è voto non ſuccederet, iniuriis, vt aiebat, Ducis Eſpernonij Regis gratiâ tunc pollentis exacerbatus; ad Guiſianorum partes ſe recepit, atque adeò Henoticam factionem toto pectore amplexus eſt, ſpe, vt proſequitur Thuanus lib. cxxii. Purpurei galeri adipiſcendi, quam ex Henrici iii. commendatione olim conceptam, poſteà præpollente in aulâ Romanâ principum Catholicorum, quos vocabant, gratiâ, ſibi tamquam certiſſimam ſemper pollicebatur, dum in factione ſuâ obfirmatus, omnes reconciliationis ſibi priuatim conditiones vtiles reſpuit.
Comitiis Bleſenſibus 1588. cum aliis 1588.
Principibus & Præſulibus primas partes tenuit & perorauit. Sed enecato Duce Guiſio cum Cardinali ipſius fratre, Eſpinacus, qui antea acerbis verbis coram Rege & regni proceribus, deinde libello in lucem edito vltionem quærens, ad Guiſij partes apertè defecerat, cum Cardinale Guiſio comprehenſus ſub cuſtodiâ ducitur, ambóque precibus ad Deum, & mutuis exhortationibus, atque etiam ſacramentali confeſſione ad mortem animum obfirmarunt; ſed poſtridie de medio ſublato Cardinali: intercedente Edmundo Malinio Luxio ex ſorore Margaretâ Eſpinaci nepote, à Rege vita ipſi conceſſa eſt, interrogatus autem à iudicibus delegatis audacter reſpondere recuſauit, ſe quippe Archiepiſcopum, de cuius causâ Regij iudices cognoſcere non poſſent, & prætereà nihil ad ſe attinere, vt reſponderet, vt qui Galliarum Primas eſſet, niſi aut coram Pontifice, aut delegatis ab eo iudicibus. Quæ Rex cum indignè tuliſſet, rurſùm ad eum mittit

mittit Nicolaum Fumæum Epiſc. Bel- A
louacenſem cum Marrino Ruſæo; nec
tamen id ab eo vnquam obtinere po-
tuerunt, proinde ipſos rogauit vt Re-
gi renunciarent, non æquum eſſe, vt
qui ipſi vitæ gratiam feciſſet, vim
conſcientiæ, quæ vitâ carior eſt,
afferri pateretur. Itaque Ambaſiam
amandatur ſub cuſtodiâ Præfecti ar-
cis, è quâ poſt aliquot annos redem-
ptionis prerio liberatus eſt. Irerum
tamen ad Fœderatorum partes ſe rece-
pit. Deſtinatur cum Cardinali Gon-
1590. dio ad Regem legatus an. 1590. de
pace inter eundem & Meduanium fa- B
ciendâ: biennio poſt ad Comitia Pari-
ſienſia proficiſcitur. Sequenri anno
ex parte legatorum Pontificiorum ad
Conuentum indictum Sureſnæ ad Se-
1591. quanam mittitur; vtque erat ingenio
& facundiâ non mediocri præditus,
cum Bituricenſi Archiepiſcopo Regi-
naldo Belnenſi plura colloquia ha-
buit, vt fœderatis iuſtam pro tuendâ
Religione Romanâ eſſe cauſam pro-
teſtaretur, quæ habes fusè & doctè
hinc inde agitata apud Thuanum lib.
1593. 106. Cum autem an. 1593. Meduanius
pertimeſceret, ne Nemoroſij Dux
Lugdunum occuparet, Eſpinacum mit- C
tit, vt Nemoroſij conſiliis obuiam iret,
qui captatâ plebis beneuolentiâ vrbe
potitus, deditâ etiam arce Petræinciſæ
Carolum Colinium Andelotum liber-
tate donat ibi detentum, & Nemoro-
ſium eodem loco captiuum includit,
tum ab ipſis ciuibus vrbis præfectus
creatus à Meduanio confirmatur. Re-
ſipiſcenribus tandem Lugdunenſibus,
cum ad Regis parres ſe vellent confer-
re, cui rei totis viribus obnitebatur, ab
vrbe diſceſſum parans prohibitus eſt;
tandem cum nullâ ratione potuiſſet
adduci, vt Regi Henrico IV. reconci-
liaretur, Lugduno interim recepto, & D
pace factâ, ipſe ſolus permanſit in pro-
poſito obfirmatus, & grauiſſimis ar-
thritidis doloribus diuexatus, denique
vltimum diem clauſit v. Idus Ianuar.
1599. Lugduni. Conditur in ſacello B. Mag-
delenæ in primariâ baſilicâ, in quâ
legitur hoc Epitaphium:

EN SVMPTVOSÆ

Ædes, in quibus ſpectandum prabuit Præſulem, non viſurum, non videndum amplius. Is fuit omnibus modis maximus, ab antiquâ PINACIORVM *& Albonum familiâ, quæ Torquatos milites, Equites, cohortium Tribunos, Prouinciæ Præfectos, Antiſtites illuſtres edidit; Diuinarum & humanarum literarum eruditiſſimus: præclarè è ſummo Decanatu Lugdunenſis Baſilicæ, ad primam Galliarum Sedem vocatus, Eccleſiaſtici Ordinis in Comitiis Bleſenſibus Orator ſelectus, Meldunenſis conſeſſus Præſes, in Armoricos Legatus Regis Chriſtianiſſimi, ab intimis Conſiliis, varia per æſtus ciuilis procella fortunâ iactatus, cui ſatis amplum theatrum extitit conſcientia. Qui dum pacato orbe pacis munera & collapſam Eccleſiæ diſciplinam reſtituere cogitabat, hac mortali ad immortalem vitam* B *curis ſolutus anxiis, abiit v. Idus Ianuarij horâ noctis* XI. *Anno* M. D. XCIX. 1599.
ætatis LIX.

Tomus I.

Huius Archiepiſcopi prolixius meminêre Thuanus, Henric. Catherin. d'Auila in Hiſtoriâ bellorum ciuilium Franciæ, & Spondanus in Annalibus.

117. ALBERTVS DE BELLIE-
VRE ex nobili Belleuræorum familiâ,
Pomponij Franciæ Cancellarij & Ma-
riæ Prunier filius, nepos Claudij Gra-
tionopolitani Senatus primi Præſidis,
Abbas Ioyaci & ſanctioris conſiſtorij
Conſiliarius, Henrici IV. nominatione
C à Clemente VIII. Pont. bullas obtinet
1599. 4. Calend. April. Inde conſe- 1599.
cratus Lutetiæ Non. Iulij in ſacello
Catharinæ Mediceæ Reginæ matris
prope S. Euſtachium; poſſeſſionémque
accepit vltimo Kal. Aug. 1600. quo 1600.
anno interfuit cum Niuernenſi, Ca-
ſtrenſi & Bellouacenſi Epiſcopis, pro-
uocationi diſputationis Iacobi Perro-
nij Ebroicenſis Præſulis, cum Philip-
po Mornæo apud Fontem-Bellaquam
præſente Rege, pro diſcuſſione erro-
rum libri de Miſſæ abuſibus & anti-
quo ſacræ Euchariſtiæ vſu. Clariſſæ
autem Lugduni fundanrur 1601. ac 1601.
D paulò poſt Pontificatu abdicato in
gratiam fratris, mortuus eſt Albertus
circiter annum 1621.

BELLIEVRE. D'azur à la faſce d'or, accompagnée de 3. treffles de meſmes, 2. 1.

118. CLAVDIVS DE BELLIE-
VRE frater ſuperioris, ex Senatore
Pariſienſi, bullas ab eodem Clemen-
te impetrauit ſcriptas Romæ apud S.
Marcum 4. Kal. Octob. Pontificatus
XIII. conſecratus Lutetiæ in aulâ Epiſ-
copali prid. Id. Decembris 1604. à 1604.
Petro Gondio Card. Epiſcopo Pari-
ſienſi 3. Kal. Ianuar. ſequentis, in poſ-
ſeſſionem admittitur procuratorio no-
mine Antonij de Gilbertes Canonici

BELLIEVRE. Comme cy-deſſus.

Lugdun. 1605. tum ad vrbem profe- A
1605. ctus ſolemniter baſilicam ingreſſus à Capitulo recipitur 16. Kal. Maij. Intereſt generalibus Cleri Gallicani Comitiis Lutetiæ 1606. palatio Archie-
1606. piſcopali inſtaurato, cathedrali variis ſumptibus exornatâ, demum totâ diœceſi ex officio luſtratâ, probitate morum inſignis, vitam cum morte commutauit Lugduni feriâ quintâ maioris
1612. hebdomadæ Aprilis 19. an. 1612. ſepultus iuxta Petrum d'Eſpinac. At verò inter alios fratres claruit Nicolaus Belleuræus, paternæ virtutis hæres, in ſupremâ Galliarum curiâ Præſes, parens B Pomponij, eiuſdem nunc Senatus Pariſienſis Principis, qui legationes apud Italos, Anglos, & Barauos magnâ cum laude feliciter obiuit.

MARQVEMONT. D'azur à 3. roſes d'argent, deux en chef, vne en pointe; au cheuron d'argent chargé de trois croiſſans de gueulles.

119. DIONYSIVS SIMON DE MARQVEMONT Cardinalis Lugdunenſis tit. S. Trinitatis in Monte-Pincio, Pariſinus, Dionyſij de Marquemont Regi à ſecretis, & Mariæ Roulliard filius; adoleſcens iuris ſcientiam profeſſus, adeò ſingulare ſui ſpecimen dedit, vt ab Henrico IV. ſub regni primordia Romam profectus cum Iacobo Perronio tunc Ebroicenſi Præſule, inter Camerarios Pontificis C primùm fuerit adſcriptus, tum cauſarum Palatij Apoſtolici Auditor Gallus renunciatus, hoc munere per multos annos in Curiâ functus eſt; Florentiam adiit, vt cum Nicolao Brularto Sillerio legato eiuſdem Henrici, nuptiale fœdus proponeret cum Mariâ Medicæâ Principe; Exinde poſt rectè adminiſtratum Auditoriatum
1612. Rotæ, à Ludouico XIII. Sedem Lugdunenſem propter merita facilè conſequutus, bullâ Papæ Pauli V. Non. Nouemb. prouiſus eſt 1612. poſſeſſionem accipit per procuratorem 1. Febr.
1613. 1613. & perſonaliter 9. Martij 1618. D in generalibus regni Comitiis 1614. Lutetiæ habitis Cleri nomine die 27. Octobris coram Rege perorauit; in Conuentu autem Cleri Gallicani eo-
1614. dem anno cum Archiep. Turonenſis primum locum iure antiquitatis poſtularet, obtinuit Dionyſius Lugdunenſis, tum iure Primatiæ, tum ſuffragiis Coëpiſcoporum: paulò poſt defuncto Petro Saunier multis annis iure Regaliæ vacantem Eccleſiam Eduenſem rexit. A Rege autem Chriſtianiſſ. ad Paulum V. Pontif. Max. Orator legatus eſt primùm 1617. pro variis maximique momenti negotiis; 1617.
denique ad Vrbanum VIII. à quo Cardinalis Preſbyter tit. S. Trinitatis in monte Pincio 1626. Ianuarij 19. crea- 1626.
tus eſt, cum pietate, doctrinâ, prudentiâ, longóque rerum vſu commendabilem Marquemontium ſciret; quibus animi doribus, Clementi VIII. Paulo V. & Gregorio XV. Pontif. fuerat acceptus. Ab ipſo Vrbano præfectus eſt tribus Congregationibus ſancti Officij de propagandâ fide, & interpretum Concilij Tridentini. Porrò Lugduni conſiſtens nihil magis in votis habuit, quàm vt diligenti curâ viſitationem Eccleſiarum ſuæ diœceſis abſolueret; luſtrauit enim Comitatum Breſſiæ & Burgundiæ, Dumbas, aliaque territoria. Eo verò curante plura virorum & monialium cœnobia inſtituuntur in vrbe, videlicet ſorores Viſitationis B. Mariæ & Carmelinæ 1615. domus probationis Societ. Ieſu, Vrſulinæ; moniales Eliſabethæ tertij Ordinis S. Franciſci, Celeſtes ſorores, hoſpitale Charitatis in Bellâcuriâ; Capucinorum alter conuentus 1622. primordia Chartuſiæ cuius Eccleſiam benedixit 1616. Patres Oratorij 1614. Carmelitæ diſcalceati, Fulienſes, Recollecti & Eremitæ Auguſtiniani, reformati 1624. conuentus Capucinorum Burgi in Breſſiâ, Minimorum in oppido de S. Chaumont à Gabrielide de Gadagne dominâ de Cheurieres, & Collegium Patrum Ieſuitarum Rodanæ. Illi autem And. Querceranus dicauit Summorum Pontificum hiſtoriam; tandémque in ſecundâ legatione Romanâ octo menſibus Purpuræ honore potitus, vir omni laude dignus, poſt acerbos cruciatus ſtranguriæ, ſupremum diem expleuit 16. Septembr. 1626. ætatis 54. magni pre- 1626.
tij ſacram ſupellectilem Lugdunenſi hoſpitali legauit. Romæ ſepelitur in æde tituli ſui S. Trinitatis patrum Minimorum, in quâ hoc Epitaphium legitur:

DEO OPT. MAX.

Immortali memoriæ DIONYSII SIMONIS *ſanctæ Rom. Eccl. titulo huius Eccleſiæ* CARDINALIS DE MARQVEMONT. *Roma, quem Iudicem Rotæ integerrimum*, LVGDVNVM *Paſtorem incomparabilem*, *Rex Chriſtianiſſimus Neſtorem fideliſſimum*, *Gallia pietatis exemplar puriſſimum*, *Eccleſia decus*,

& ornamentum, boni omnes tutelare præsidium, ſibi, totíque mundo ereptum lugent; lugeas & tu, qui legis, & tantum virum imitare, ſi nequeas, admirare. Vixit an. LIII. menſes XI. dies XVI. Obiit
1626. *XVI. Kal. Octob. an. M. DC. XXVI. hæredes fratri amantiſſimo poſuêre.*

Miron. Ecartelé au 1 & 4. de gueulles au miroir à lanse d'argent pommeté d'or qui eſt Miron au 2. & 3. d'argent à trois faſces viurées de gueulles à vne bande d'azur, ſemée de fleurs de Lis d'or, qui eſt Gentian.

120. Carolvs Miron III. Cormeriaci, & Aureæuallis Abbas, Marci toparchæ de l'Hermitage, Equitis, Sacri Conſiſtorij Conſiliarij, Regis Archiatri, ex Mariâ Gentian filius. Etſi verò pluribus aliis Togæ ſupremis eſt nobilitata Magiſtratibus Mironum familia, eo tamen in primis gloriatur, quòd id munus à Carolo VIII. Rege ſuſcepit, velut gratitudinis & beneuolentiæ pignus; ex eo quòd (vti domeſticæ tabulæ produnt) Mirones è Catalaunenſium nobili ſtirpe progeniti, Gallorum ſeſe addixêre partibus, dum pro Ruſcinonenſi Comitatu, ſæuum bellum Francos inter & Hiſpanos ageretur; à quo tempore, quaſi per ſucceſſionem, vſque ad Marcum, Archiatrorum Comitis officio fideliter defuncti ſunt. Carolus autem iuuenis annorum octodecim, prudentiâ & eruditione ſingulari ætatem omnem anteuertens, Eccleſiæ Audegauenſis curam paſtoralem ſuſcepit an. 1588. quam Sedem primùm per annos viginti ſeptem adminiſtrauit, tum eam permutationis iure ſub an. 1616. Guillelmo Fouqueto tranſmiſit; eóq; mortuo Andegauenſi Cathedræ iterum reſtituitur an.
1626. 1621. tranſlatus verò ad Archiepiſcopatum Lugdunenſem 1626. menſe Decembri à Rege Lud. XIII. qui in epiſtolis commendatitiis ad Vrbanum VIII. Pontif. Max. aſſerit eundem „Carolvm, literarum gloriâ & religionis ſtudio commendatum, ad inſignem diœceſim Lugdunenſem, & ſactum Galliæ Primatum Senatu vniuerſo plaudente, meritò promotum fuiſſe." Februarij 12. an. 1627. poſſeſſionem adipiſcitur per Hectorem de Cremeaux Metropolis Decanum. Inter-
1628. iit 1628. Dominicâ die 6. Auguſt. Epiſcoporum Galliæ antiquiſſimus.

Plessis Richelieu. D'argent à trois cheurons de gueulles.

121. Alphonsvs Lvdovicvs dv Plessis de Richeliev, Cardinalis Lugdunenſis, magnus Franciæ Eleemoſynarius, Ordinis S. Spiritus Præceptor, Abbas S. Victoris Maſſilienſis, S. Stephani Cadomenſis,

A S. Pauli de Cormeriaco, & Caſædei, Decanus B. Martini Turonenſis, Sorbonæ Prouiſor; Armandi Ioannis Cardinalis Ducis Richelij frater natu maior, patrẽ habuit Franciſcum du Pleſſis, Richelij Dominum in Pictonibus, matrẽ Suſannam de la Porte. Qui poſt patruũ Iacobum Antiſtes Lucionenſis deſignatus ab Henrico IV. non conſecratus eã dignitatem ceſſit Armando fratri 1605. & per plures poſtmodum annos Cartuſianorum inſtitutum profeſſus, in quo Viſitatoris officio functus fuerat, ex eo aſſumitur ad Archiepiſcopatum
B Aquenſem à Rege Ludouico XIII. Iuſto. Inauguratur apud Cartuſianos Pariſienſes die Dóm. 21. Iunij 1626. à 1626.
Guillelmo d'Hugues Archiepiſcopo & Principe Ebredunenſi, aſſiſtentibus Claudio de Rueil Baionenſi & Nicolao Sanguin Siluanectenſi Epiſcopis. Ad hãc demum Lugdunenſem Primatiam euectus 1628 poſſeſſionem cepit per procuratorẽ Antonium de Gilbertes Archidiaconum XV. Martij 1629. 1629.
ſolemni pompâ vrbem ingreditur 10. Iulij ſequentis, & 17. Sept. eiuſdẽ anni Regi ſacramentũ fidelitatis præſtat pro tẽporali; paulò poſt verò 13 Kal. Dec.
C ab Vrbano VIII. Papâ creatur Cardinalis 1629. ex diſpenſatione illius decreti Sixti V. Pont. quo prohibitur fratres germanos purpurâ ſimul cohoneſtari; ſed Vrbanus ſignificauit, id à ſe præſtitũ merito Cardinalis Richelij, tũ etiam quòd Alfonsi pietatem, fidei ac diſciplinæ zelum eximium perſpectum haberet. Poſteà magnus Franciæ Eleemoſynarius cedente Franciſco Cardinali Rupifulcado renuntiatur an. 1632. Martij 24. ac primus à Rege inter Antiſtites Ordinis S. Spiritus Præceptores apud Fontem Bellaquam 14. Maij 1633. 1635.
admiſſus eſt. Deinde 1635. eius operâ
D Rex Chriſtianiſſimus vſus eſt, cùm pro grauiſſimis regni negotiis Romam ad Pont. Vrbanum proficiſcitur. Eóque loci donatur galero, tituló que S. Trinitatis in Monte Pincio. In Galliam reuerſus cùm Lugduni peſtilentia immanis graſſaretur, quæ multa hominum millia abſumpſit, nullam non diligentiam, pietatis & humanitatis officium adhibuit bonus paſtor, vitam pro ouibus ſuis exponens, cùm ægros viſitans Eccleſiæ ſacramenta ſedulò adminiſtrare ſategit anno 1638. quo Gal- 1638.
liam ſuam Purpuratam eidem Alf. & Armando Richelio Cardinali fratri

dicat Petrus Frizonus Doctot Theolo- A
gus Pariſienſis. Poſtmodum in Eccle-
ſiâ S. Dionyſij ſolemne funus Ludo-
uici XIII. Iuſti celebrauit 1643. inte-
teſt Comitiis quibus Innocentius X.
Papa Romæ ad ſummum Pontificatum
euehitur menſe Septemb. 1644. anno
ſequenti præfuit Cœtui generali Cle-
1645. ti Gallicani Lutetiæ congtegato. Plu-
res autem Eccleſiæ ac monaſteria Lug-
duni, necnon in diœceſi eo ſedente
ſtabiliuntur, ſcilicet Conuentus mo-
nialium Cœleſtium Annunciatæ 6.
Sept. 1629. Minores vrbis de S. Gal-
mier in Foreſio 22. Octob. 1630. S. Vr-
ſulæ moniales Rodanæ ad Ligerim 14. B
Ian. 1631. & 1632. Octob. 26. confir-
matut fundatio Capituli & Eccleſiæ
Collegiatæ oppidi de S. Amote in Co-
mitatu Burgundiæ. Conuentus altet
Vrſulanarum Lugduni 1633. 1. Febr.
die 25. Martij ſequentis ſorotes Viſita-
tionis S. Mariæ in eodem oppido S.
Amotis. Moniales Vrſulanæ in vrbe
de Chaſtillon in Ptincipatu Dumba-
rum 16. Martij 1634. & B. Eliſabethæ
in eadem vrbe Rodanenſi Aprilis 28.
Approbat verò vltimâ Sept. 1643. fun-
dationem baſilicæ Collegialis S. Ioan-
nis Bapt. de S. Chamond, à Melchiore C
Mitte de Cheurieres Marchione de S.
Chamond, qui Eccleſiam multis ſum-
ptibus ædificauit, reliquiis & variis do-
nis exotnauit, vt patet in actis funda-
tionis IX. & X. Octob. 1634. prætereà
Vrſulanæ S. Symphotiani de Caſtro 21.
Febr. 1635. & conuentus Religioſarum
de Blye in Bugeio Ord. Bened. ædifi-
catur Lugduni, Annunciatæ S. Amoris
in vrbē etiam tranſlatæ ſunt 1637. Apt.
9. S. Catharinæ Senenſis, D. Stephani
de Furan 1638. Septemb. 23. Vrſulanæ
Treuoltij eodem anno 1. Iunij. Monia-
les B. Mariæ in oppido Nantuaci anno
1650. 1650. 8. Octob. alter Conuentus Vrſu- D
lanarum Lugduni 1651. Aptilis 11. &
eiuſdem Ordinis in oppidis de S. Gal-
mier & de Monbriſon. ALFONSVS
autem diuturno hydropiſis morbo cor-
reptus, vt ſaluti attentiùs conſuleret,
deliberatis quæ ad diœceſeos admini-
ſtrationem ſpectabant, teſtamentum
condit, quo plurima piis operibus im-
pendi committit; deinde perceptis
magnâ pietate Eccleſiæ ſacramentis
1653. migrauit ad Dominum 23. Martij 1653.
manu propriâ ſcripto epitaphio in
Hoſpitali pauperum Lugdunenſium
apponendo, apud quos ſine vllo faſtu
& monumento condi voluit: *Pauper natus ſum, paupertatem voui, pauper morior, inter pauperes ſepeliri volo.* In Eccleſiâ Charitatis ſulemni concione funebri à Priote Sauiniacenſi commendatus 8. Idus Maias; in cuius laudem nomine Scholæ Regiæ Pariſienſis, orationem habuit Franciſcus du Monſtier Eloquentiæ Ptofeſſor Regius.

122. CAMILLVS DE NEVFVILLE Abbas Athanarenſis, Inſulæbarbaræ, Latiniaci, & Fuſniaci, Protex Vicarius Lugdunenſis, Forenſis, & Bellilocenſis, Romæ naſcitur 22. Aug. 1606. Patre Carolo de Nouauillâ Alincurtij toparchâ, Villaregij Marchione, Comite Burienſi, Præfecto & Seneſcallo Lugdunenſium, Henrici IV. tunc ad Pontificem Max. regio Oratore, matre Iacobâ ex illuſtri familiâ Harlæorum, quæ belli togæque ſtudiis floruit. Sacro fonte leuatut à Paulo V. Papâ: fatis autem cedente Alfonſo Cardinale Lugdunenſi, à Rege Ludouico XIV. nominatur 27. Maij
1653. 1653. ad celeberrimam Galliarum Metropolim gubernandam, tum vt votis Lugdunenſium obſecundaret, tum quia ſe fidiſſimum Regi difficillimis in temporibus præbuiſſet; denique vt teſtatum relinqueret fratri Nicolao Duci de Villeroy, Franciæ Mareſcallo, quantum acceptas habeat curas & labores, quos impendit continuò ſuis moribus & ingenio ad virturem informandis. Conſecratur Lugduni in baſilicâ Metropolitanâ 29. Iunij 1654. per Iacobum de Nucheze Epiſcopum Cabilonenſem, cooperantibus Ioanne de Lingendes Matiſconenſi, & Ferdinando fratre S. Maclouij Præſule, à quo Pallium eccepit. Cùm autem domui ſuæ benè præpoſitum eſſe laus ſit Epiſcopi iuxta Paulum, non tantùm verò domui, ſed & pluribus prouinciis benè præeſſe ſciuerit CAMILLVS, Eccleſiæ Dei quoq; diligentiam non mediocrem habiturũ ſperatur; & quemadmodum in ciuili gubernatione, feliciter greſſibus inſiſtir aui Nicolai de Nouâuillâ dynaſtæ Villaregij, Quatuorvirorũ Epiſtolis ac diplomatibus Regiis ſcribendis ptimi, qui iuxta Thuanum, prudentiâ, induſtriâ, & magnâ ingenij fœlicitate meruerat, vt res vniuerſas Imperij Gallicani moderaretur, ita in Eccleſiaſticâ ſollicitudine, ſãctiſſimos, & ingentis nominis Præſules ſuos prædeceſſores imitandos ſibi proponet.

NEVFVIL A VILLAROY. D'azur au cheuron d'or, accompagne de trois Croix ancrees de meſme, 2. en chef & 1. en pointe.

LVGDVNENSES DECANI ET COMITES.

SEries Decanorum ſequens ex variis tabulis, & archiuis Lugdunenſis Eccleſiæ deſumpta nunc primùm publico datur.

Lambertus nominatur cum Hugone Præpoſito, Stephano Archidiacono, Eugendo Præcentore, in chartâ donationis Burchardi Lugdunenſis Archiepiſcopi, altaris Cauariacenſis, monaſterio Cluniacenſi, anno xx. Conradi Regis.

B... anno 1078. cuius memoria ex-
1078. tat cum Landrico Matiſconenſi, in ep. Greg. VII. Papæ lib. VI.

P.... recenſetur in ſchedâ Hugonis Antiſtitis pro limitibus terminandis parochiæ Prioratus Sancti Petri de
1084. Brou in diœceſi Lugdunenſi 1084. ex chartophilacio Eccleſiæ.

Vilelmus I. memoratur 1116. in vitâ
1116. B. Pontij de Balmeto fundatoris Cartuſiæ Mayoræui.

1128. *Stephanus* I. an. 1128. in cartulario Cluniacenſi.

Falco, vel *Fulco*, ex Decano, Lugdunenſis Archiepiſcopus, vt dictum eſt.

Oliuarius I. inchoauit baſilicam S. Thomæ Cantuarienſis in Foro Veneris, poſtea dotatam à Ioanne Archiep. cum Stephano Decano & Capitulo,
1192. tabulâ an. 1192. in quâ bonæ memoriæ dicitur.

Stephanus de S. Amour II. an. 1192. delegatur iudex à Sede Apoſtolicâ cum
1198. Ioſſerano Abbate Inſulę Barbarę 1198. in cauſâ patronatus Eccleſiæ de Brenod Nantuacenſi cœnobio conceſsâ.

1210. *Guilelmus* II. an. 1210. probat confirmationem donationis Stephani domini de Villars, Abbatiæ Inſulæ bar-
1226. baræ, vacante cathedrâ Lugdunenſi, 3. Cal. April. 1226.

Armandus de Colonges 1240. recen-
1240. ſetur in veteri documento fundatio-

A nis Aymerici Archiep. mortuus 3. Id. Octob.

Milo de Vallibus 1260. menſe Iunio; memoratur in regiſtro Comitatus Campaniæ Ioannis Comitis Brenæ; deceſſit 4. Id. Iulias. 1260.

Hugo de Piſſy teſtis fuit in membranâ donationis Ludouici de Bellijoco ſcriptâ apud Villamfrancam menſe Oct. 1275. PISSY. 1275.

Guido præſens ſacramento obedientiæ electi Hugonis Epiſcopi Eduenſis menſe Martio 1286. & 1290. 1286.

B *Guilelmus* III. adſtitit cum aliis Canonicis in Capitulo Lugdunenſi hominio Guichardi domini Bellijoci an. 1298. 1298.

Stephanus de la Rochetaillée III. facto functus pridie Idus Iulias ex necrologio.

Stephanus de la Baume IV. circa an. 1308. tabulis ſtatuti numeri Canonicorum Lugdunenſium ſubſcribit 2. Nou. 1321. legitúrque 1323. Dec. 6. in regiſtro cameræ rationum Sabaudiæ. LA BAVME. 1321.

Amalricus erexit turrim Rochetaliæ, & muros Anſæ, defunctus pridie Idus Aug.

C *Ioannes* I. adfuit iuramento Petri Abbatis Bellæuillæ 1336. Nouembr. VI. 1336.

Oliuerius de Chauanes II. de quo plura in necrologio.

Mallenus obiit 4. Id. Martij.

Guilelmus de Turey IV. 1355. Maij 20. in actis ſacramenti fidelitatis Abbatis Inſulæ barbaræ, ex manuſcripto Lugdunenſi, cuius Eccl. Archiep. creatur. 1355.

Æmilius Baſſetus fato conceſſit 1360. 1360.

D *Ioannes de Talaru* II. creatur ſuffragiis Canonicorum 1360. legitúrque in actis compoſitionis cum Archiepiſcopo Lugdunenſi 26 Iunij 1363. inde ad hanc Sedem promotus eſt vt ſuo loco diximus. TALARV. 1363.

Ioannes de Saint Amour III. nominatur in antiquo inſtrumento Capituli pro monetâ Lugdunenſi 1375. S. AMOVR. 1375.

Reynaldus de Turey 1387. I. Iulij animam emiſit, & plura fundauit vt eſt in obituario baſilicæ Metropolitanæ. TVREY. 1387.

Guichardus de l'Eſpinaſſe, antea Præpoſitus Lugdunenſis 1375. Decanus L'ESPINASSE.

autem 1389. fuit præſens 1390. Octob. A
1389. 10. homagio Humberti domini de Villars, Philippo de Tureyo Archiepiſcopo: ſublatus è vitâ 26. Nouemb. 1399.

Monteioco.

Petrus de Monteioco I. electus 1399. cum Sacriſtâ Lugdunenſi mittitur Villamfrancam ad Ludouicum Ducem
1399. Borbonium an. 1400. vt reciperet hominium pro terris, quas ab Eccleſiâ Lugdunenſi tenebat, vt eſt in vetuſto chartophilacio; memoratúrque in confirmatione Milonis Epiſcopi Eduenſis
1410. 1401. & 1410. in reuelatione corporis S. Irenæi.

Montchenv.

Girardus de Montchenu Decretorum Doctor, renuntiatur Decanus 1416.
1416. ſubſcribit quoque actis iuramenti Petri Abbatis de Jugo Dei 1429. Martij 25. & in altero Ioannis Borbonij Epiſ-
1449. copi Anicienſis 1449.

Saconay.

Henricus de Saconay filius Guichardi domini de Saconay. recenſentur autem incerto tempore Decani in archiuis Eccleſiæ, Guilelmus de Rupeforti, Anſelmus, Guilelmus Arnulfi de Colonglis filius, Petrus Berardi, Ioannes de Marziaco, & Guilelmus de Franchelins.

Gaste.

Claudius Gaſte I. Decretorum Doctor Regi ſacramentum hominij iura-
1483. uit 1483. Bleſis 30. Octob. memoratur in generalibus regni Comitus Turo-
1485. nenſibus 1485. quo anno penultimâ Iunij conſtrui fecit in æde maiori ſumptuoſam capellam, quam bonis ſuis dotauit, vt eſt in archiuis Lugdunenſibus.

Guilelmus de Vineto v.

Fevre Loſangé d'or & de ſable.

Anthonius de Feurs I. Abbas Ferrarienſis, Præſes Cameræ Inquiſitionum Parlamenti Pariſienſis, magnus Archidiaconus Nannetenſis ac Lugdunenſis Decanus.

Fovgeres. D'azur au chef loſangé d'or & de gueulles, de deux traits.

Claudius de Fougeres II. Magiſter chori, & ex Præcentore Decanus, moritur an. 1507. 12. Septemb. fundator capellæ S. Raphaëlis, in quâ ſex Præbendarios conſtituit, vt liquet ex confecto eâ de re inſtrumento in magno libro obituum.

Estain. D'azur à 3. fleurs de Lis d'or, au chef de meſme.

Anthonius d'Eſtain II. Epiſcopus Engoliſmenſis, frater Franciſci Ruthenenſis, eligitur Decanus an. 1516.

Albon. Comme cy-deuant.

Anthonius d'Albon III. Henrici de Albone domini S. Ferreoli & Annæ de Montmorin filius; Præpoſitus maioris baſilicæ, Abbas Inſulæ barbaræ, 1523. conſtituitur Decanus an. 1523. viuis exceſſit apud S. Ferreolum, ibique tu- 1525.
mulatus 6. Aug. 1525.

Mitte. D'argent au ſautoir de gueulles à la bordure de ſable, chargée de huict fleurs de Lis d'or.

Ioannes Mitte IV. Ioanne domino de Cheurieres & Annâ de Layre parentibus ortus; Sedis Apoſtolicæ protonotarius, Abbas Clairacenſis in Vaſconiâ, declaratur Decanus 1525. & in quibuſdam ſchedis Archiepiſcopatus Viennenſis Coadiutor nuncupatur, mortuus an. 1533. iacet in templo de 1533.
Cheurieres.

B *Ioannes de Cuzieu* v. electus anno 1533.
1533.

Amanze. De gueulles à 3 coquilles d'or, &c.

Claudius d'Amanzé III. Prior S. Romani en Iarets, Ioannis domini d'Amanzé apud Matiſconenſes filius, ex Beatrice Mitte, Ioannis Decani ſorore, præfuit Capitulo Lugdunenſi an. 1536. Iulij 7.

Tovrn.

Iacobus de Tournon electus 1539.

Vichy. Vairé...

Theodorus de Vichy ſedit an. 1550. Ianuar. 16. vt conſtat ex actis fundationis Petri de Nagu Canonici Lugdunenſis.

Semvr.

Rolinus de Semur aliàs *de l'Aubeſpin*,
C nominatur an. 1569.

Espin. Comme cy-deſſus.

Petrus d'Eſpinac II. 1569. poſtea Archiepiſcopus & Primas Lugdunenſis.

Saconay. De ſable à 3. eſtoiles d'argent, 2. 1. au chef d'argent chargé d'vn Lion iſſant de gueulles.

Gabriel de Saconay electus 1574. ſcriptor Apologiæ pro vrbe Lugdunenſi contra hæreticos.

Talary. Party d'or & d'azur à la cotice de gueulles brochant ſur le tout.

Claudius de Talaru de Chalmazel IV. Ludouici toparchiæ de Chalmazel regij Camerarij filius eligitur 1580. adfuit Comitiis Cleri Franciæ Pariſienſibus; ſepultus in naui maioris baſilicæ in exitu Chori hâc inſcriptione: *Claudius de Talaru de Chalmazel, vixit ad*
D *alias dignitates Eccleſiæ triginta annos, in Decanatu totidem: obiit* XV. *February an.* M. DC. XI. *ætatis* LXXIV.

Messet.

Ioannes Meſſet de la Beſnerie VI. ex Præpoſito 1611. deceſſit an. 1620.

Cremeavx. De gueulles à 3. treffles au pied fiché d'or, au chef d'argent chargé d'vne onde d'azur.

Hector de Cremeaux Abbas Mediomontis, antea Præcentor 1620. excepit Lud. XIII. Regem 1622. & Carolum Archiep. Lugdunenſem 1627. ſublatus è vitâ 1639.

Salvces. D'argent au chef d'azur.

Adrianus de Saluces Franciſci Renati Comitis Mantæ & Verſolij, militis torquati Sabaudiæ ac gubernatoris

Marchiæ Saluciarum filius, Abbas Al-
1639. ræcumbæ, Canonicus numero duodecimus ex Saluciana familia, tandem ex Sacriſtâ Decanus eligitur 1639. Ex-
1640. ceſſit Lugduni 1640. ſepulturæ mandatus in æde Metropolitanâ prope Amedeum Cardinalem Salucium.

Favqvier. D'azur à 3. faux d'or, 2 en chef affrontées, & vne en pointe.

Edmundus Fauquier Vitrey Claudij Fauquier domini de Vitrey & Franciſcæ de Malain filius, Petri d'Eſpinac, è ſorore Margaretâ pronepos; ex Præcentore 1640. Mortuus an. 1642.

Albon.

Guilelmus d'Albon VI. ex Præcentore Lugdunenſi Edmundo ſucceſſit 1642.
1650. fato ſuo functus 1650.

Becerel. D'argent à la bande de gueulles, chargée de 3. quintefeuilles d'argent.

Carolus de Beſſerel de Marlia, dominus de la Baſtie & du Deaul; Franciſci dynaſtæ de Marlia & Huguetæ d'Oncieux filius; Canonicus Mariſconenſis, Præpoſitus primùm, indéque ex Sacriſtâ eligitur 1650. Martij 30. adeptus poſſeſſionem 1651. Octob. 31. cuius ele-
1651. ctio confirmata fuit per arreſtum Senatus Pariſienſis menſis Iunij eodem anno, contra reſignationem in curiâ Romanâ.

MACHLINIENSES ARCHIEPISCOPI.

Malines en Brabant.

MACHLINIA in meditullio ferè Brabantiæ ad Diliam flumen quod mediâ ſecat, æquali ab Antwerpiâ, Bruxellâ & Louanio interuallo ſita, amœnitate, ædificiorum magnitudine ac venuſtate conſpicua eſt. Habuit olim ſuos dynaſtas, tandem proprij iuris eſſe cepit an. 1336. tum quoque in Burgundicam familiam, poſtremò in Auſtriacam deuenit 1477. huius dominium vnam ex ſeptemdecim Belgij prouinciis efficit, in eâque vrbe ſupremus Senatus, ſiue Parlamentum à Carolo Burgundo Principe Belgarum, inſtitutum eſt 1473. baſilica Metropolitana S. Rumoldo Machlinienſium diuo tutelari ſacra eſt, habens duodecim Canonicos fundatos circa annum 1000. à Notgero Leodienſi Epiſcopo; in nouam Archiepiſcopalem Sedem erigitur à Paulo IV. Pont. 1559. cum titulo Primatis Belgicæ prouinciæ, qui competit Remenſi Metropolitano in Galliis, detracta Epiſcopali Sedi Cameracenſi, cui in Eccleſiaſticis ſuberat, idque cum aliis Epiſcopatibus nouis Belgicæ, auctore Cardinale Granuellano, ei ſubiectis Suffraganeis diœceſibus ANTVERPIENSI, BRVGENSI, GANDENSI, IPRENSI, RVREMONDENSI, ET BVSCODVCENSI. Huius vrbis ac prouinciæ antiquitates deſcripſit Ioan. Bapt. Gramaius, & Valerius Andreas in bibliothecâ Belgicâ. Abbatiæ autem reperiuntur in diœceſi.

Svffragans de l'Archeveſché de Malines. Anvers. Brvges. Gand. Ipre. Rvremonde. Boldvcq.

AFFLIGHEMENSIS, *Ord. Bened. Afflinghem.*

BIGARDENSIS, *Bigarden*, O. B.

CORTEMBERGA, *feminar.* O. B.

GRANDIMONTIS, *Grammont*, O. B.

EYNHAMENSIS, *Einham*, O. B.

VLIDERBECK, O. B.

AVERBODII, *Euerbeur*, O. P.

DIELEGHEM, O. P.

GRAIMBERGA, *Grimberg*, O. P.

S. GERTRVDIS, *Louany*, O. P.

HELIELMENSIS, *Helichem*, O. P.

MINOVE ET DE PARCO, O. P.

Præfuêre verò huic Eccleſiæ ſequentes Præſules.

Perrenot Granovelle. Bandé d'argent & de ſable de ſix pieces, au chef d'or chargé d'vne aigle eſployé de ſable.

I. ANTONIVS PERRENOT Cardinalis de Granduelle, Carolo V. ſponte Imperio ſe abdicante, atque è Belgis in Hiſpaniam ſecedente, Atrebatum Antiſtes iam factus, exinde virtutis merito à Pio 4. Purpuratorum cœtui adſcriptus, primus Machlinienſium Archiepiſcopus declaratur 1559. Rebus in Belgio conſtitutis cum Philippus II. patris exceſſu in Hiſpaniam reuocaretur, Margaretæ Auſtriæ Bel- 1559.
garum Gubernatrici ſorori regias vices ſubituræ publicarum curarum comes datur. Exorto deinde ciuili bello apud Belgas, inuidiæ cedens in Burgundiam ſe contulit, indéque mox à Rege in Hiſpaniam euocatus, perpetuò ei carus, honoribus auctus eſt; Neapolitanis enim Prorex præfuit, in Hiſpaniam reuocatus dum in Luſitaniam expeditionem Philippus ſuſcepiſſet, eam æquabili iure adminiſtrauit; Demum Archiepiſcopus Biſontinenſis creatus ſeptuagenario maior facto conceſſit Mantuæ Carpetanorum

1585. vt differit Arnoldus Raiſſius in A
1585. ſuâ Belgicâ Chriſtianâ; de quo etiam plura in Archiepiſcopis Biſontinis diximus.

Havchin. 2. Ioannes Havchin ex Decano Beatæ Gudulæ Bruxellenſis reſignatione Antonij euectus ad hanc Cathedram 9. Calend. Febr. 1582. Inter
1582. viuos eſſe deſiit 5. Ianuarij 1 humatus in Eccleſiâ S. Rumoldi cum hâc inſcriptione.

Deo Opt. Max.

Ioanni Havchino *Archiepiſcopo* Machliniensi II. *viro incomparabili. Qui non ſubnixus iam obſoletis maiorum ſuorum imaginibus, ſed propriâ virtute per omnes ſacræ militiæ gradus, ad Archiepiſcopatus apicem fauente numine euectus, ita ſe geſſit, vt candore, comitate, prudentiâ, pietate, viuus exactum omnibus exemplum, mortuus ſui ingens deſiderium reliquerit. Vixit annos* LXII. *in Archiepiſcopatu ſex. Obiit anno*
1589. *reſtauratæ ſal.* M. D. XXCIX. *ipſis Nonis Ianuary.*

Alanvs. 3. Gvilelmvs Alanvs Cardinalis tituli S. Martini in Montibus, natione Anglus, patriâ Lancaſtrenſis, Oxoniæ bonis literis operam impendit, & ſuppreſſâ per hæreticos fide C Catholicâ in Angliâ, patriæ ſolum deſerens, in exilium profectus, Duaci in Belgio lauream adeptus eſt in almâ facultate Theologicâ, Regius ibidem profeſſor, poſtea Canonicus Cameracenſis & Remenſis aſſumptus. Is omnium primus Anglos ſub Eliſabethâ Reginâ Catholicæ religionis causâ exules, per vniuerſam penè Europam diſperſos Duaci, deinde Remis ad diſciplinam collegiatam reduxit, & copioſam iuuentutem ſub optimis profeſſoribus ad pietatem & ſtudia erudire curauit, cui ſeminario Alanus auctor præficitur; cuius meritorum D intuitu Remis à Sixto v. Papâ Ro-
1587. mam euocatus an. M. D. XXCVII. Aug. 7. Id. Cardinalis Presbyter creatus eſt, deinde mortuo Carafâ Cardinale Bibliothecarius Apoſtolicus declaratur, ad reformationem ſacrorum Bibliorum, ſub Sixto inceptam. Poſtremò Machlinienſis Antiſtes electus, Archiepiſcopatus tamen poſſeſſionem non habuit. Romæ etenim omni virtutum genere excultus, præclaris ingenij doctrinæque monimentis clarus, quæ partim Anglicè, partim Latinè conſcripta reliquit, cuius elenchum habes apud Antonium Sanderum de Scriptoribus Flandriæ libro 2. terreſtres exuuias reliquit die Dominicâ 16. Octob. 1594. ibidem in Ec- 1594.
cleſiâ S. Trinitatis nationis Anglicæ ſepultus hoc Epitaphio.

Deo Trino et vno.

Gvillelmo Alano *Lancaſtrenſi S. R. E. Presbytero Card. Angliæ, qui exterris à patriâ perfunctus laboribus diuturnis, in Orthodoxâ religione tuendâ, ſudoribus multis in ſeminariis ad ſalutem patriæ inſtituendis, fouendis periculis plu-* B *rimis, ob Eccleſiam Romanam operâ, ſcriptis, omni corporis & animi contentione deffenſam, hic in eius gremio ſcientiæ, pietatis, modeſtiæ, integritatis famâ & exemplo clarus, ac piis omnibus carus occubuit. 17. Kal. Nouembris anno ætatis 63. exilij* 1594.
33. ſal. humanæ 1594.

4. Levinvs Torrentivs Torrentivs. ortu Gandauenſis, Louanij Philoſophiæ operam dedit & Iuriſprudentiæ, De gueulles à cinq cercles d'argêt en ſautoir. poſt in Italiam profectus Romæ annos aliquos ſubſtitit, & in illo Orbis theatro à doctis hominibus cultus eſt, Morono, Sirleto, Borromęo Cardinalibus, Ant. Auguſtino, Manutio, Gambarâ, Vrſino, ceteriſque. In Belgium reuerſus Archidiaconus Brabantiæ factus apud Leodienſes, & Erneſti Bauari Principis Vicarius creatus, ob legationes præclarè obitas à Philippo II. Antiſtes Antuerpienſis eligitur, poſtea tertius Machlinienſium Archiepiſcopus deſignatur. Vir fuit antiquitatis in primis ſtudioſus, priſci Iuris peritiſſimus indagator, doctrinâ ad miraculum vſque excultus, qui Hiſtoriam Romanam mirè illuſtrauit luculentâ expoſitione in Suetonium & Horatium, cuius nomen etiam apud poſteros celebratur, ob lyrici carminis excellentiam, Lyricorum Princeps poſt Horatium etiam ab Italis ſalutatus, quæ ad extremam ætatem mirâ vbertate profudit & Pio v. Pontifici inſcripſit. Neque verò, vt rectè notat Sanderus lib. 2. de Gandauenſibus eruditione claris in elogio ipſius Torrentij, alienum eſt ab Epiſcopi dignitate in Dei laudem poëticum adhibere, cum & Paulus Apoſtolus hymnis Deum celebrari iubeat, & iam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ exempla non defuerint, quo in numero ſunt Damaſus Papa, Nazianzenus, Damaſcenus, Paulinus,

Paulinus, Alcimus Auitus, Fortunatus, Proſper, Sidonius. Leuini autem elogium extat apud Ant. Sanderum lib. 2. de Gandauenſibus eruditione claris, déque illo agunt Miræus, Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Valerius Andreas in bibliothecâ Belgicâ, & Iuſtus Lipſius: in æde Cathedrali B. Virginis conditus tumulo marmoreo cum effigie & inſcriptione ad latus Euangelij:

DEO OPT. MAX.

LEVINVS TORRENTIVS *patriâ Gandauenſis, literis & legationibus domi, foriſque ſpectatus, ex Archidiacono & Leodienſis Principis Vicario generali, II. Antuerpienſium Epiſcopus, III.* MECHLINIENSIVM *Archiepiſcopus deſignatus, collegij Societ. Ieſu apud Louanienſes fundator, ad rerum Status Belgij conſilium vocatus, dum præcipitantem Remp. fractus viribus, animo infracto, conſiliis ſuſtenat,*
1595. *Bruxellæ deceſſit VI. Kal. Maias* M. D. XCV. *Vixit an.* LXX. *menſem vnum, dies decem & octo.*

HOVIVS.

5. MATTHIAS HOVIVS Machlinienſis Theologiæ licentiatus, primùm ad B. Petrum in patriâ Paſtor & eloquij ſacri præco excelluit. Inde ex maioris Eccleſiæ Archidiacono & Sede vacante Vicario Generali in Ar-
1596. chiepiſcopum conſecratur 1596. annis viginti quatuor fæliciter præfuit, Principibus gratus; nam & cum iis de Republicâ varia negotia tractauit, & pro Eccleſiaſticâ diſciplinâ Concilio prouinciali in ſuâ Metropoli celebrato menſe Martio 1607. in eius auſpiciis luculentam orationem habuit de abuſibus Cleri & Eccleſiæ tollendis; biennio poſt ſtatura Synodalia ab eo edita publicauit. Ei ſcribit epiſt. 15. centuriâ v. & ſyntagma de Veſtalibus dicat Iuſtus Lipſius Belga, Philippi II. Hiſpaniarum Regis Hiſtoricus, eruditione inſignis, ſcripriſque toto orbe no-
1606. tiſſimus, qui x. Kal. Aptil. 1606. è vitâ migrauit Louanij in hâc diœceſi. Poſtquam verò Archiepiſcopatum admi-
1620. niſtraſſet annis 25. fato conceſſit 1620. Kal. Iulij 3. in cœnobio Afflinghemenſi; illius exequias celebrauit Iacobus Boonem Machlinienſis Antiſtes deſignatus, in quibus laudationem funebrem habuit Afflinghemij Laurentius Beyerlinck, Archipreſbyter Antuerpienſis, & Machliniæ Iacobus Ianſonius Doctor Theologus, Decanus &

A Profeſſor Louanienſis. Iacet in Metropolitanâ in quâ hoc epitaphium legitur:

En primus ille Belgij ſplendor iacet,
Quem ſacra Martis inter & mortis metus,
Variis probatum muniis pietas, hunc
(Auſpice Philippo) tertium Archiepiſcopum
Dedit eſſe Cathedræ, deputante, Belgicas
Pontifice turmas regere, conſilio intimo
Alberto, adeſſe, Principe, MATHIAS HOVIVS.
Suo hic relicto hærede Seminario;
Virtute fulgens, deſiit AfflIgemij
B III. *Kal. Iun. Anno ſal.* M. DC. XX. *ætat.* LXXVIII. *Sacerdotij* LIV. *Archiepiſcopatus* XXV.

BOONHEM. D'or au ſautoir de gueulles, vuidé d'argent, accompagné d'vn aigle le ſable en chef.

6. IACOBVS BOONHEM, omnibus ornatus virtutibus quæ magnum decent Præſulem; nam ſpectatæ tum eruditionis, tum probitatis vir, ſcientiis Theologicis optimè imbutus, Doctor Louanij renuntiatur, inde Epiſcopus Gandauēſis, necnon Abbas Afflinghemenſis, prudentiâque conſpicuus, multis in rebus maximi momenti ſtrenuè ſe geſſit, & fortitudinem animi in omnibus non mediocrem demonſtra-
C uit. Demum ex Coadjutore Mathiæ
Houij creatur Archiepiſcopus 1620. in 1620.
ſequenti anno exequiis Archiducis Alberti de Auſtriâ intereſt, quo præſente Ioan. Rusbrochij Theologiæ myſticæ excellentiſſimi Scriptoris & primi Prioris Vallis viridis prope Bru-
xellas corpus terrâ leuatur 1622. & cap- 1622.
ſâ includitur, dum illuſtriſſima Princeps Iſabella vxor, ei magnificum ſepulchrum paratet, vt refert auctuarium Molani. Aduocauit autem è Galliis Franciſcum Bourgoing nunc Oratorij D. I. digniſſimum Præpoſitum generalem, cum aliis Congregatio-
D nis Sacerdotibus, vt Clericorum motibus ad pietatem informandis vacatent; primam domum conſtituit ipſâ Iſabellâ fauente in Monreacuto ſeu Aſpero-colle, quo è loco plures in ciuitates Belgij, procuranre ipſo Boonenſi, & adlaborante Bourgoino Congregatio Oratorij fœliciter diſſemina-
ra eſt. An. 1633. Kal. Nouemb. Iſabel- 1633.
læ conſtituitur teſtamenti executor cum Epiſcopo Gandauenſi. Viuit adhuc Antiſtitum Belgij Decanus, ſuæque Eccleſiæ aſſiduâ, indefeſſâque curâ inuigilat.

MOGVNTINENSES EPISCOPI ET ARCHIEPISCOPI, PRINCIPES ELECTORES IMPERII.

MAYENCE ſur le Rhin. D'argent a la roue de gueules.

GERMANIÆ primæ in Notitiâ Imperij aliiſque
B Galliarum Metropolis
eſt Moguntia, quæ apud
Ptolemæum, Tacitum,
Ammianum, Hieronymum, celebris eſt, ob vrbis quondam
florentiſſimæ dignitatem, quæ ſitus
commoditate & commerciorum frequentiâ inter Germanicas vrbes caput
extollit; à Goſwino lib. 1. cap. 27.
» ſic deſcribitur: nobiliſſima vrbs opi-
» natiſſimi Reni fluentis alluitur, om-
» niúmque bonorum & honorum co-
» piâ perfruitur: & ex omni gente &
» natione confluentibus hoſpitalis, &
» portuoſa, tam per pontificalem pri-
C » matum diuo apice, quàm per regni
» faſtigium, mundioli culmine glorio-
» ſa, ſitúque iucunda, glebis fœcunda,
» aëre ſalubris, delectabilis facie, om-
» níque prorſus coronata dignitate. Ptolemæo lib. 2. cap. 9. dicitur ciuitas
Germaniæ minoris, quæ ſecundum
ipſum & Celto Galatia Belgica eſt,
vnde propriè ad Gallias pertinet, iuxta Coſmographos, qui Gallorum Imperium Reno claudunt, intra quod
Moguntia continetur; Metropolis
Germaniæ minoris ſuperioris, vt habetur in notitiâ Imperij & Annalibus
D Francor. Fuldenſibus, regia ciuitas &
Franciæ Metropolis dicta in continuatore Reginonis. Primùm condita
erat ducentis paſſibus diſtans à Reno,
ſed vt refert legendâ S. Aurei ab Attilâ euerſa, non in eo in quo prius
condita fuerat, ſed in alio Reni &
Mœni confluentis magis propinquo
loco vbi hodie ſita eſt, multò meliùs
multóque honeſtius quam prius, reſtaurata eſt à Francorum Regibus.
Moguntiacum apud Eutropium lib.
7. & Eginhardum in vitâ Caroli Magni, à Tacito 4. hiſt. Maguntiacum,
ab Ammiano Marcellino lib. 15. Ma-
A guntiacus appellatur; cuius etymologiam nominis quidam deducunt à Magog filio Iaphet, aut Magantio Troiano, vel à Magis qui hîc vrbem condiderunt, ſed iſta ad fabulas amandamus: alij deducunt nomen à Mogo
fluuio, quem volunt eſſe Mænum,
qui Moguntiam alluit & Cia fluuiolo, vrbem irrigante, ad quod alludit
poëta Ligurinus libro 1. deſcribens
Fridericum Moguntiam ingredientem:

Nomen ab infuſo recipit Moguntia Mogo.

Sed non arridet hæc opinio, cum
B nullus antiquus auctor Mœnum Magum, aut Mogum vocet. Beatus Rhenanus lib. 3. vult à Mago quod olim
domum ſignificabat, & Ciâ vocatam
Maguntiam, forte tamen aptius Ciomagus appellaretur, iuxta alias vrbes,
vt Bormetomagus & Nouiomagus ciuitates vicinæ, ſed de iis nihil certi
apparet. Scriptor libri lectionum S.
Aurei dicit Moguntiam Iulium Cæſarem principalem habuiſſe fundatorem; melior coniectura eſt quod à
Claudio Druſo Germanico Auguſti
priuigno Tiberij fratre, videatur conſtituta, paulò ante Chriſti natiuita-
C tem; nam antequam ibi verſaretur,
nulla fit ab hiſtoricis mentio de Moguntiâ; Cum autẽ apud Florum lib. 4.
dicatur Druſus quinquaginta amplius
caſtella direxiſſe per Reni ripam, inter ea probabile eſt Moguntiam incepiſſe; nam ad eam rem locus opportunus, in confluente Reni & Mœni
& riuorum; quam ſententiam amplectitur Otto Epiſcop. Friſingenſis l. 3.
cap. 4. & Abbas Vrſpergenſis; auget
fidem quòd antiquitùs hâc in vrbe
Druſi multa monimenta viſebantur,
nempe eius ſtatua cuprea, & nodus
deauratus in quo viſcerum cineres
D condebantur, vt annotant MS. Moguntina. Eutropius verò lib. 7. ait
Druſum apud Moguntiam monumentum habere; præterea eius ſtatua in
ſaxo ſculpta cum hac inſcriptione: In »
memoriam Druſi Germanici. Videtur »
etiam nunc in vineis S. Iacobi monaſterio proxima moles, quam Appianus refert altitudinem habere centum
pedum & planitiem in cacumine octo,
& baſim in circuitu 132. pedum, quam
Druſi cœnotaphium fuiſſe ſuſpicantur
Friſing. & Vrſperg. Denique Beatus
Rhenanus lib. 3. Maguntiaci obſeruat, fuiſſe magnam copiam veterum

inſcriptionum, ideò quod Romani ſemper ibi verſati ſint, limitem regni tuentes, & ſub poſterioribus Auguſtis Præfectus militum Armigerorum & Dux militaris, qui multas præfectutas gubernabant, illic ſedem ſuam habuerint; quod probatur ex notitiâ Imperij, in quâ deſcribitur, ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Moguntiacenſis; ex quo collige vrbem fuiſſe illuſtrem. Porrò multoties vaſtata iterum & reſtaurata eſt; primùm à Batauis tempore Veſpaſiani capta, id conjicitur ex Tacito 4. hiſtoriarum, tempore Iuliani à Barbaris poſſidebatur, vt patet ex Ammiano Marcel. lib. 16. Deleta fuit à Vandalis, Alanis & Sueuis circa Honorij tempora ſub annum 413. cum hæ barbaræ gentes in Galliam irruperunt; quot vrbes cum Moguntiâ expugnauerint, aut ferro, ignéque vaſtauerint, commemorat Hieronymus in epiſtolâ ad Gerontiam, ſiue Ageruchiam de Monogamiâ, cum inquit: *Innumerabiles & ferociſſimæ nationes vniuerſas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pyrenæum eſt, quod Oceano & Reno, includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Eruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, & ô lugenda Reſpublica! hoſtes Pannonij vaſtarunt. Etenim Aſſur venit cum illis.* MAGONTIACVM *nobilis quondam ciuitas capta, atque ſubuerſa eſt, & in Eccleſiâ multa hominum millia trucidata. Vangiones longâ obſidione deleti. Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebatæ, extremíque hominum Morini, Tornacum, Nemetæ, Argentoratus tranſlatæ in Germaniam. Aquitania, Nouemque populorum, Lugdunenſis & Narbonenſis prouinciæ, præter paucas vrbes populata ſunt cuncta: quas & ipſas foris gladius, intus vaſtabat fames. Non poſſum abſque lacrymis Toloſæ facere mentionem, quæ vt huc uſque non rueret, ſancti Epiſcopi Exſuperij merita præſtiterunt. Ipſa Hiſpania, iam iámque peritura, quotidie contremiſcunt, recordantes irruptionis Cimbricæ.* Anno autem 872. terræ motu diruta eſt, vt tradunt Annales Francorum, & 1080. iuxta Marianum Scotum igne conſumpta magnâ ex parte; Sed, vt placet Dodechino à Frid. Barbaroſſâ funditus euertitur, ob parricidium Arnoldi Præſulis à ciuibus crudeliter cæſi; reſtauratur verò ab illis permittente Othone Imp. poſt varias eius vrbis ruinas. Vult Rhenanus lib. 2. Clo-

A douæum poſt baptiſmum Argentoratum templis inſtruxiſſe, nec dubitat quin Moguntiæ idem præſtiterit: vnde Gallorum Regibus debet potiora ſua ornamenta; nam & à Dagoberto renouata, à Carolo Magno pontem accepit. Poſtquam enim Romanorum Imperium à Gallis per Reges noſtros diminutum eſt, paruit ipſis Moguntia pluribus ſæculis: nunc Archiepiſcopo, qui Decani Electoris primariâ dignitate potitur, vndè non tantùm Germaniæ Metropolitanum Sigonius lib. 7. de regno Ital. ſed & Vuitikindus Saxo ſummũ Pontificem vocat, intelli-
B ge quod Eccleſiaſtico & ciuili honore maximè fulgeat. Ceterùm Imperij per Germaniam Archicancellarius declaratur Bullâ aureâ Caroli IV. Imp. ſcriptâ Nurembergæ 1354. Hinc factum, vt cum dignitate creuerit etiam dominium temporale, quo aliis Eccleſiis Alemaniæ præſtare dicitur: nunc enim ſubſunt eius poteſtati plurimæ vrbes, Comitatus, caſtra, & toparchiæ in prouinciis Heſſiæ, Turingiæ & Franconiæ, cum ciuitate & caſtro Aſchafemburgenſi, quod æſtiuo tempore ob amœnitatem inhabitat Archiepiſcopus. Mareſcallo vtitur pro belli ad-
C miniſtratione, Cancellario pro re ciuili, Aſſeſſoribus quoque & ſecretiotis conſilij Comitibus, qui vrbem adminiſtrant. Cathedralis patronus eſt Sanctus Martinus; olim B. Stephanus, cuius baſilica ad Metropolis faſtigium euecta fuit à Zachariâ Pontifice ſub S. Bonifacio an. 752. Capitulum conſtat nobili collegio Canonicorum 42. é quibus viginti quinque capitulares. Sunt & aliæ Eccleſiæ SS. Albani, Petri, Stephani, Victoris, & Deiparæ Virginis; decem quoque Monaſteria virorum, fœminarum octo, parochiæ
D ſeptem; in eâ vrbe quæ Academiâ gaudet, multa Concilia celebrata fuêre. Plures habet Suffraganeos, in Galliis quatuor tantùm recenſentur, videlicet VORMACIENSIS, SPIRENSIS, ARGENTINENSIS, CONSTANTIENSIS; in Germaniâ verò Herbipolenſis, Eiſtatenſis, Verdenſis, Curienſis, Hildesheimenſis, Paderbornenſis, Halberſtadenſis, Auguſtanus & Bambergenſis. Abbatiæ in diœceſi præcipuæ reperiuntur:

SVFFRAGANS de l'Archeueſché de MAYENCE. VVORMES. SPIRE. STRASBOVRG. CONSTANCE.

S. ALBANI *extra muros*, O. B.

HERFELDENSIS, O. B.

S. Iacobi *extra muros*, O. B.

Vallis S. Georgii, O. B.

Vladenstadensis, O. B.

Eberbacvm, O. C.

Ottembvrgensis, O. C.

Lavriscensis, O. P.

Moguntinorum Antiſtitum catalogum Petrus Ctatcpolius in Annalib. Electorum Eccleſiaſticorum pnblicauit; Sed vrbis antiquitates ſacras ac profanas cum hiſtoriâ Archiepiſcoporum deſcripſit plenius Nic. Serarius Soc. Ieſu in Academiâ Moguntinâ Profeſ- B ſor, ex quo nos aliiſque monumentis Præſulum ſeriem damus; hoc præmonito, de nominibus illorum qui vſque ad Bonifacium edentur, nihil ferè quicquam aliunde conſtare, quam ex vulgatis tabulis, & hiſtoricis rerum Moguntinarum.

EPISCOPI MOGVNTINENSES.

1. S. Crescens.
2. S. Marinvs.
3. S. Crescentivs II.
4. S. Cyriacvs.
5. S. Hilarivs.
6. S. Martinvs.
7. S. Celsvs.
8. S. Lvcivs.
9. S. Gothardvs.
10. S. Sophronivs.
11. S. Herigervs.
12. S. Rvthervs.
13. S. Avitvs.
14. S. Ignativs.
15. S. Dionysivs.
16. S. Rvthbertvs.
17. Adelardvs.

18. S. Lvcivs Annævs, relegatus in Phrygiam, Artianorum inſi-
343. diis necatus dicitur in faſtis Eccleſiæ an. Dom. 343.

A 19. Martinvs Concilio Colonienſi interfuit 346. vbi depoſitus Eu- 346.
phratas Coloniæ Epiſcopus.

20. Sidonivs I.

21. Sigismvndvs.

22. Lvpoldvs.

23. Nicetivs.

24. Marianvs.

25. S. Avrevs martyrio coronatur; de quo plura breuiarium Moguntinum die 16. Iunij.

26. Evtropivs.

27. Adelbertvs.

28. Ratherivs.

29. Adelbaldvs.

30. Lanfridvs.

31. Ritardvs.

32. Sidonivs II. famæ celeberrimæ Epiſcopus, Theodotico & Theodoberto Francorum Regibus ætate proximus, ſæpè, vt Brouuerus in notis obſeruat, laudatur à Fortunato, vbi memorat præteritos Moguntiæ caſus & ruinas templorum quæ
C huius Sidonij & Mediomatricum Regum opibus, in priſtinum paulatim redire ſplendorem cœperunt. Scribit enim Venantius Fortunat. lib. 2. pœmatum cap. 12. eundem Antiſtitem baptiſterium Moguntiæ inſigni fabricâ extruxiſſe, Berthoaræ munificentiâ, ſed in primis egregium condidit carmen quo virtutes Sidonij Præſulis canit lib. IX. c. IX.

Reddita ne doleas felix Magvntia *caſus;*
Antiſtes rediit, qui tibi ferret opem.
Ne mærore graui lacrimans orbata taceres,
Te meruiſſe fame........
Porrigit ecce manum genitor Sidonivs
D *vrbi;*
Quo renouante loca, priſca ruina perit.
Iura Sacerdotum ſacro moderamine ſeruans,
Per cuius ſtudium creuit & ipſe gradus.
Parturis aſſiduè grauidos Eccleſiæ fructus,
Quamuis Apoſtolico vinctus amore Regis.
Suſcipit heredes celeſti germine natus,
Tali nupta viro quando marita placet.
Te vigili cuſtode lupus non diripit agnos,
Te paſcente gregem, non ouis vlla perit.
Cautius in toto per mitia paſcua ducis;
Toxica ne noceant, florea rura paras.
Sis cibus vt populi, placidè ieiunia ſeruas;
Et ſatias alios, ſubtrahis vnde tibi.

Nudos veſte tegis, captiuis vincula ſoluens,
Depoſito reddens libera colla iugo.
Exulibus domus es, & eſurientibus eſca,
Felix cui Chriſtus debitor inde manet.
Te doctrina probum, prouidentia ſacra modeſtum
Fecit, & eloquio vincere mella tuo.
Templa vetuſta nouans ſpecioſo fulta decore,
Inſeris hinc populis plus in amore Deum.
Vt plebem foueas, & Rheni congruis amnes
Quid referat terris, quæ bona præbet aquis.
Hic quod fana micant, & inſtaurata quod extant,
Viuis in æterno laude fluente tibi.
Hac creſces longos meritorũ fruge per annos,
Et creſcente diu de grege vota, feras.

33. VILBERTVS.

34. LEVNISIVS memoratur ab Aimoino lib. 3. Hiſt. Francorum cap. 98. vbi dicitur anno 17. regni Theodorici, obuiam ei occurriſſe dum Theodebertum fratrem perſequeretur, cuius Theodorici fautor dicitur Moguntinus Præſul, fortè idem eſt qui apud Serarium Leudegaſtus appellatur.

35. RVTELMVS.

36. RVTVALDVS.

37. LVPOALDVS Concilio Remenſi interfuit cum aliis quadraginta
630. Galliarum Epiſcopis anno 630. apud Flodoardum lib. 2. Hiſtoriarum Eccl. Rem. cap. v.

38 RICHBERTVS.

39. GEROLDVS.

40. GERVILIO.

ARCHIEPISCOPI MOGVNTINENSES.

41 S. BONIFACIVS Germaniæ Apoſtolus, Sediſque Pontificiæ in eà regione Legatus, ante ordinationem ad Epiſcopatum Vuinfridus dictus, ex Angliæ Regum proſapiâ ortus eſt ſub an.
670. 670. Religionem monaſticam primùm profeſſus, pietate & ſacrarum literarum ſtudiis claruit, tum relicto natali ſolo in Germaniam tranſiens ſub an. 704. Euangelij prædicandi causâ cum plurimis diſcipulis, S. Vilibrodo Epiſcopo adhæſit, in cuius Eccleſiâ Traiectenſi Sacerdos & Canonicus ordinatur. Exinde Romam profectus circa annum 717. auctori Annalium 717.
Francorum Fuldenſium, ad Pontif. Max. Gregorium 2. qui poteſtatem illi fecit an. 719. vt Fidei myſterium incredulis gentibus annuntiaret: ab eodem Papâ conſecratus Romæ circiter 722. Nouemb. 30. in eius gra- 722.
tiam Carolo Martello Duci, Maiori Palatij Franciæ ſcripſit, vbi commendat ipſi Bonifacium, quippe qui Eccleſiæ generali ſollicitudine informatus, ad prædicandum plebibus Germaniæ, ac diuerſis in Orientali fluminis Rheni parte gentilitatis errore detentis fuerit neceſſariò deſtinatus. Conſtat ex plurimis epiſtolis eiuſdem Gregorij quantum ipſi acceptus, dum exponit quas ad res pro fide Chriſtianâ promouendas, miſſus fuerit. In Alemaniam reuerſus 723. in 723.
quâ regione monaſteria Monachorum & Virginum primus inſtituit, à Carolo Principe excipitur, vt patet ex literâ Gregorij, vbi inter alia ipſi gratulatur, quod ad imitationem Apoſtolorum verbum Domini annuntiauit: reſpondet etiam ad varias eius interrogationes & conſulta de rebus diuinis, ac ſacrâ religione obſeruandâ. Ornatur Pallio Archiepiſcopali à Gregorio 3. an. 738. eique tribuitur fa- 738.
cultas nouos Epiſcopatus inſtituendi, quod præſtitit in Baioariâ, vbi Concilium iuxta ripam Danubij fluminis celebrauit; memorat idem Pontifex Bonifacij pietate, Deum de poteſtate paganorum centum millia animatum, in ſinu matris Eccleſiæ ſuo conamine, & Caroli Principis, aggregare dignatum fuiſſe. Rationem quoque miniſterij Apoſtolatus ſui exhibet in eà epiſtolâ, quam Zachariæ Papæ miſit 742. quomodo tres Epiſcopatus 742.
in Germaniâ inſtituerit, apud Wirtzburg, Buraburg, & Erphesfurt. Porrò Legatus, Vicarius & Miſſus Sedis Apoſtolicæ in Galliarum prouinciâ & Bajoariâ, Concilio Liptinenſi præeſt 743. Cal. Martij, vbi decreta Synodi 743.
Germanicæ continentur. Anno verò 744. tria ipſi Metropolitanorum pal- 744.
lia miſit Zacharias, pro Rotomagenſi, Remenſi & Senonum Archiepiſcopis, ac vices illi ſuas per Galliam omnem delegauit. Porrò celeberrimum totâ Germaniâ Fuldenſe monaſterium ædificauit, anno 750. vt patet ex epi- 750.

» ſtolâ ad Zachariam : Eſt, inquit, lo-
» cus ſiluaticus in eremo vaſtiſſimæ ſo-
» litudinis, in medio nationum prædi-
» cationis noſtræ, in quo Monaſterium
» conſtruentes monachos conſtituimus
» ſub regulâ S. Patris Benedicti viuen-
» tes, viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque
» carne & vino, abſque ſicerâ & ſeruis,
» proprio manuum ſuarum labore con-
» tentos. Hunc locum ſupradictum, per
» viros religioſos & Deum timentes,
» maximè Carolomannum quondam
» Principem Francorum, iuſto labore
» acquiſiui, & in honore S. Saluatoris
» dedicaui. In quo loco, cum conſen-
» ſu pietatis veſtræ, propoſui aliquan-
» tulùm vel paucis diebus feſſum ſene-
» ctute corpus requieſcendo recupera-
» re, & poſt mortem iacere. Quatuor
» enim populi, quibus verbum Chriſti
» per gratiam Dei diximus, in circuitu
» loci huius habitare dinoſcuntur, &c.
» Poſt autem Sedis Apoſtolicæ priuile-
gio decorari, ac ſub tutelâ S. Petri
ſuſcipi obtinuit à Pontifice, qui Mo-
guntiam in Metropolim erexit anno
1752. Chr. 752. Nouembr. IV. cuius diplo-
ma habes tomo I. Conciliorum Gal-
liæ.

REVERENTISSIMO *& Sanctiſ-
ſimo fratri* BONIFACIO *Coepiſcopo,
Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Qualiter
Dominus Deus noſter ſanctæ Eccleſiæ pro-
pitiatus ſit, & laboribus Sanctiſſimæ fra-
ternitatis tuæ cooperator extiterit, per
ſingula edicere longum eſt: tamen vt hæc
quæ obiicimus confirmemus, quæ ex parte
te narrante perſpeximus, enarramus. Igi-
tur dum in Germaniâ prouinciâ, tua fra-
terna ſanctitas ad prædicandum fuiſſet di-
recta à ſanctæ recordationis prædeceſſore
noſtro Domno Gregorio Papâ, & poſt in-
choatum opus, & aliquâ ex parte ſpirita-
liter ædificatum, Romam reuerſus, ab eo
Epiſcopus ordinatus, & illic ad prædican-
dum denuò remiſſus es, & elaboraſti Deo
prauio nunc vſque per annos XXV. in ea-
dem prædicatione, ex quo Epiſcopatum ſuſ-
cepiſti. Sed & in prouinciâ Francorum
noſtrâ vice Concilium egiſti, & iuxta ca-
nonum inſtituta, Deo eis annuente, omnes
flexi ſunt obedire. Et dum in his piis ope-
ribus occupata eſſet tua fraternitas, nunc
vſque Cathedralem Sedem minimè ſibi
vindicauit. At verò vbi Deus prædica-
tionem tuam auxit, obtinere voluiſti, vt
tibi Cathedralem Eccleſiam vel ſucceſſori-
bus tuis confirmare debeamus, iuxta eo-
rumdem filiorum Francorum petitionem. Et*

A *idcirco B. Petri Apoſtoli auctoritate ſanci-
mus, vt ſupradicta Eccleſia Moguntina
perpetuis temporibus tibi, & ſucceſſoribus
tuis, in Metropolim ſit confirmata; ha-
bens ſub ſe has quinque ciuitates, id eſt,*
TVNGRIS, COLONIAM, VVOR-
MATIAM, SPIRATIAM, *&* TRE-
CTIS, *& omnes Germaniæ gentes, quas
tua fraternitas per ſuam prædicationem
Chriſti lumen agnoſcere fecit. His à no-
bis definitis, per huius confirmationis pa-
ginam, in tuâ Eccleſiâ perpetuis tempori-
bus pro ſui confirmatione conſeruandam
eſſe mandamus. Bene valete. Data pridie
Nonas Nouembris imperante domno piiſ-*
B *ſimo Auguſto Conſtantino magno, Impe-
ratore anno XXXII. P. C. eius anno XI.
Indictione V.* Vnxit verò Bonifacius
an. 752. apud Sueſſiones Pipinum Ma- 752.
iorem Domus in Regem ſublimatum
auctori Annal. Franc. Fuldenſium;
inſtituitúrque à Zachariâ Papâ Tre-
uerenſis Eccleſiæ viſitator; Milone
Archiepiſcopo parùm piè Pontifica-
tum adminiſtrante; vt eſt in MS. Tre-
uerenſi: Rexit etiam Eccleſiam Vltra-
iectenſem poſt obitum S. Vuilibror-
di, quemadmodum Marcellinus re-
fert in vitâ Swiberti apud Surium.
Tandem martyrij palmâ inſignitur
C an. 754. Iunij 4. ſepultus in Abbatiâ 754.
Fuldenſi. De illo plura Serarius in
Archiep. Moguntinis, qui Bonifacij
epiſtolas è bibliothecâ Viennenſi Cæ-
ſareâ luce donauit, quæ continentur
tomo XVI. Bibliothecæ veterum Pa-
trum; Trithemius de Scriptoribus Ec-
cleſiaſticis, Martyrologium die V. Iunij
& Aubertus Miræus in Faſtis Belgicis.

42. S. LVLLVS presbyter, ex B.
Bonifacij diſcipulo & Coepiſcopo
Antiſtes ab eodem conſecratur; de
ipſius vitâ & motibus inquiri præci-
pit Hadrianus Papa in epiſtolâ ad
D Tilpinum Archiepiſcopum Remen-
ſem. Interfuit autem Concilio Ro-
mano Stephano III. Pont. an. 769. 769.
duo cœnobia in Germaniâ conſtruxit
& S. Goaris Eccleſiam Caroli iuſſu
benedixit. Eius laudes recenſentur in
MS. codice Ingolſtadienſi, ad ſuperos
tranſlatus an. 787. Octob. XVI. vitam 787.
eius pluribus exarauit Serarius in ſuâ
Moguntinâ hiſt. Surius tom. V. Cra-
tepolius, Rabanus, Lupus Seruatus,
Vuandelbertus, & Trithemius; cor-
pus è Saxoniâ Moguntiam traduci-
tur.

43. Richvlfvs ex Archicapel-
lano palatij, & Conſiliario Caroli Ma-
785. gni ordinatur Epiſcopus 785. 4. Non.
Martij. Ex Hiſpaniâ in Gallias no-
uum Iuris Canonici corpus aduexit,
quod eius operâ & ſtudio publicari
curauit; Et ex epiſtolis Pontificum
eâ tempeſtate concinnatis aliquot fra-
gmenta in leges Capitulares Caroli
Magni & Ludouici, à Benedicto Le-
uitâ collectas referri obtinuit, vt no-
tat Hincmarus opuſculi capitulo 24.
De illo Archiepiſcopo qui in aulâ re-
giâ magnæ fuit auctoritatis, comme-
800. morant ad an. 800. Caroli Magni
ſelecta Capitula in generali Conuentu
Vormatiæ. Munera autem miſit Papæ
Leoni III. qui ipſum in epiſtolâ 3.
gratulatoriâ, ſanctiſſimum appellat, &
ab eo viciſſim accipit reliquias S. Cæ-
809. ſarij, quas poſtulabat circa 809. Eiuſ-
dem mentio habetur apud Eginhar-
tum in vitâ Caroli 811. idem ædifica-
uit S. Albani baſilicam Moguntiæ
quam Kalend. Decembr. conſecrauit.
Concilium quoque Moguntinum I.
813. eius mandato celebratur 9. Iunij 813.
in clauſtro B. Albani, cuius Synodi
acta manuſcripta dicuntur aſſeruari in
bibliothecâ Cæſareâ Vienneſi. De
Richulpho meminere Alcuinus epiſt.
41. & Hincmarus Remenſis ſcribens
contra nepotem Hincmarum Laudu-
814. nenſem. Fato functus eſt an. 814. cu-
ius epitaphia legere eſt apud Sera-
rium.

44. Atvlphvs, ſiue Haistvl-
phvs, Abbas Fuldenſis, teſte Can-
dido monacho ſcriptore chronici
eiuſdem cœnobij. Templum S. Boni-
facij Fuldæ inaugurauit B. Saluatori
819. anno 819. quâ de re carmen Rabani,
qui ipſi librum de inſtitutione Cleri-
corum dicat; eóque vſus eſt Haiſtul-
phus in multis negotiis Eccleſiaſticis,
cuius rogatu doctiſſimus vir homilias
de vitiis & virtutibus conſcripſit. Mo-
825. ritur an. 825. Ianuarij 28. tumulatus
apud S. Albanum in ſacello B. Boni-
facij hac inſcriptione:

Præſulis Haistvlphi *ſita ſunt hoc*
membra ſepulchro,
Pontificale ſacrum qui benè geſſit onus;
Bis ſenis vrbem hanc Paſtor qui rexerat
annis,
Dogma & Apoſtolicum, protulit ore ſacro.
Iuſtitiæ cuſtos rectus, patiénſque benignus,
Fidus in eloquiis & pietate placens.

A *Lulli diſcipulus, ſucceſſor ritè Ricolfi,*
Ambobus meritis, non minor iſte fuit.
Quis te, ſancte Pater, cum Chriſto neſciat
eſſe?
Splendida quem tecum vita fuiſſe probat.

45. Avtgartvs Ludouici Pij
Imp. gratiâ promouetur ad hanc Ec-
cleſiam. Suſcepit è ſacro fonte Hatiol-
dum Danorum Regem an. 826. poſteá- 826.
que inuitatur ad Concilium quatuor
Prouinciarum 829. Meminit eius in
edicto Lotharij Flodoardus lib. 2. cap.
20. an. 840. Deceſſit XXI. April. 846. 846.
apud chronicon Fuldenſe: humatus in
S. Albano; narrat Sigebertus Raba-
B num ſuos ei commentarios in Sapien-
tiam & Eccleſiaſticum dedicaſſe.

46. Rabanvs Magnentivs
Mavrvs, Fuldenſis in Franconiâ
Abbas quartus, vbi naſcitur, ſi Trithe-
mio, Sixto Senenſi, Poſſeuino creditur;
ſed minimè patriam habuit Mogun-
tiam & Angliam, vt Ptolomæus Lu-
cenſis voluit. Hic in eodem monaſte-
rio religionem primùm profeſſus, Al-
bini Flacci Alcuini auditor, docente
Hincmaro, Philoſophus inſignis, ſui
temporis poëtarum facile princeps, ac
in diuinis ſcripturis eruditiſſimus adeò
C effloruit, vt teſte Trithemio, Italia,
nec Germania æqualem pepererit. Cœ-
nobij præfecturâ annis viginti quatuor
adminiſtratâ, vbi eximias ingenij lucu-
brationes compoſuit, monachis inui-
ſus redditur, quòd illum ſacris ſtudiis
impensè addictum, temporalia negli-
gere quererentur; quamobrem quieti
amore ſe abdicans Abbatiâ circiter
842. ad Ludouicum Germaniæ Regem
ſe recepit, & apud eum manſit vſque
ad mortem Autgarij, cuius in locum
ſuffectus an. 847. Iunij 27. in Annalib. 847.
veteribus Francorum; perperam enim
D ordinatus dicitur an. 875. in chronico
Mindenſi. Plura autem Concilia à
Rabano iuſſu Ludouici celebrata ſunt,
Moguntinum anno primo ordinatio-
nis ſuæ, pro immunitatibus Eccleſiaſti-
cis; & alterum in quo Gotheſcalcus
monachus Orbacenſis damnatus, ad
Remorum Metropolim remiſſus eſt
848. cuius Concilij meminit Hincma- 848.
rus; & ſynodalis epiſtola à Rabano
miſſa, ex codice S. Remigij Remenſis
profertur tomo 3. Concil. Multa alia
pro Eccleſiæ ſuæ vtilitate ordinauit;
námque extra muros Fuldenſes mona-
ſterium montis S. Petri ab eo condi-

tum, & baſilicam S. Vuigberti dicauit A
850. 850. Defunctus an. 856. die 4. Februa-
rij ex Annalib. Francorum Fuldenſi-
856. bus, poſtquam ſediſſet annos nouem
menſem vnum & dies quatuor; tumulatur in S. Albani fano Moguntiæ. Conſcriptum ab eodem Præſule his verſibus epitaphium produnt Trithemius, & Serarius, quod ita legitur l. 4. rerum Moguntiacarum.

Lector honeſte, meã, ſi vis cognoſcere vitam,
Tempore mortali, diſcere ſic poteris.
Vrbe quidem genitus ſum, & ſacro fonte renatus,
In Fuldâ: poſthæc dogma ſacrum didici. B
Quo monachus factus, ſeniorum iuſſa ſequebar;
Norma mihi vitæ regula ſancta fuit.
Sed licet incautè hanc, nec fixè ſemper haberem,
Cella tamen mihimet manſio grata fuit.
Aſt vbi iam plures tranſiſſent temporis anni,
Conuenêre viri vertere fata loci.
Me abſtraxêre domo inualidũ, Regíq; tulêre
Poſcentes fungi, Præſulis officio:
In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum eſt;
Nec Paſtoris opus iure beneplacitum.
Promptus erat animus: ſed tardans debile corpus, C
Feci quod poteram, quódq; Deus dederat:
Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte, iuuando,
Cõmendes Chriſto, me vt precibus Domino.
Iudicis æterni me vt gratia ſaluet in æuum,
Non meritum aſpiciens; ſed pietatis opus.
RABANI *nempè mihi nomen: lectio dulcis,*
Diuinæ legis ſemper vbique fuit.
Cui Deus omnipotens tribuas cæleſtia regna,
Et veram requiem ſemper in arce poli.

Vitam Rabani Rodolphus Fuldenſis monachus eius diſcipulus, vti & tribus libris eam complexus eſt Trithemius Abbas, Baronius tomo 10. Serarius lib. IV. ſed plura de eo ſcriptorum illuſtrium elogia extant; Odilo Abbas Cluniacenſis in ſermone de laude S. Crucis, ſæculari ſcientiâ affatim eruditum, & ſpirituali ad plenum edoctum commendat; Baronius, Germaniæ fulgentiſſimum ſidus, & temporis ſui verticem Theologorum; Trithemius virum in diuinis ſcripturis eruditiſſimum, in ſæcularibus literis nobiliter doctum, Philoſophum, Rhetorem, Aſtronomum, & poëtam ſubtiliſſimum, cœleſtis ingenij ornamentis, & immenſitate ſcientiarum emi- D cuiſſe, inſinuant Bellarminus, Brouuerus, Bruſchius, Sixtus Senenſis, Voſſius, aliíque Scriptores Germaniæ. Meritò autem fuit omni planè ſcientiarum genere excultus, qui præter doctiſſimos in vniuerſam Scripturam ſacram Commentarios, plura alia tam carmine quàm ſolutâ oratione feliciter explanauit; inter alia librum de laude S. Crucis figurarum varietate diſtinctum mirando poëmate, Sergio Papæ offerendum miſit; elegantem quoque epiſtolam quam inſcribit Humberto Epiſcopo, quotâ generatione licitum ſit connubium; de inſtitutione Clericorum, diuinis officiis, ceremoniis antiquæ Eccleſiæ, de benedictionibus Patriarcharum, ſacramento Euchariſtiæ, origine rerum, reliquiis Sanctorum, Officiis Miſſæ, regulâ S. Benedicti, de ortu & moribus Antichriſti, ſicut fidem facit Rupertus Tuitienſis, epiſtolas ad diuerſos, & alia opera pleráque MSS quæ à Trithemio & Serario recenſentur. Oſſa eiuſdem Antiſtitis, qui exceſſit non ſine ſanctitatis famâ chronico Hiſaurgienſi, poſtmodum Albertus Cardinalis Brandeburgicus, Moguntiâ é B. Albani templo Saxoniam ad oppidum Halam deuexit in baſilicâ Sancti Mauricij.

47. CAROLVS Pipini 1. Regis Aquitaniæ & Engeltrudis, Theodeberti Madriacenſis Comitis filius, Pipini 2. frater & Lud. Pij. Imp. nepos fuit. Fragmentum chronici Fontanellenſis refert an. 849. tonſurâ clericali initiatum Carnuti, indéque ad Abbatiam Corbeienſem traductum, vt monaſticæ religioni vacaret. Poſtmodum
ſucceſſit Rabano anno 856. magis ex 856.
voluntate Regis Caroli, (vt inquiunt Annales Francorum Fuldenſes) & Conſiliariorum eius, quàm conſenſu & electione Cleri & populi; de quo ſic vetus* MS. CAROLVS S. Pipini Regis Aquitaniæ filius, & Corbeienſis antiquæ in Franciâ monachus, vir carne quidem nobilis, ſed omnium virtutum genere nobilior, conſeruatione religioſus, deuotione plenus, ſcientiâ legis diuinæ & humanæ optimè pollens, ad quem ſæpè ſummus Pontifex literas deſtinauit, à patruo ſuo Ludouico Germaniæ Rege, è monaſterio vocatus in Moguntiacenſis Eccleſiæ Archipræſulem ſeptimum ſublimatus eſt: Præfuit Synodo Moguntinæ

circa

circa Kalend. Octobr. 857. ſublatus è A
863. viuis an. 863. Iunij 6. iacet ad S. Albanum, quam Eccleſiam reſtaurauit. Eius tale eſt Epitaphium:

Quis lateat tumulo, quiſquis miraris, in iſto,
Nolo mireris; tu quoque puluis eris.
Sic equidem dura mors exercet ſua iura,
Vt nulli parcat, parcere nec valeat.
Eſt teſtis CAROLVS *Regali ſemine natus,*
Præſul magnificus, vermibus eſca datus.
Sed Lector, fragilis quia putrent omnia carnis,
Dic animæ perpes, vt maneat requies.

48. LVITBERTVS ſucceſſor Ca- B
863. roli ad an. 863. de quo Annal. Fuldenſes. Memoratur in Concilio Sueſſionenſi III. 866: cuius Præſules in » epiſtolâ Synodicâ ad Nicolaum Pa- » pam ſcriptâ gratulantur, quod ipſius » benefico munere donatus eſt pallio » Pontificali, & ob ſanctitatis eius re- » uerentiam, ſapientiæ amplitudinem, » interuentu Caroli Calui Regis, huic » Synodo eum aggregari experierunt:
868. Conuentui Metenſi 868. apud S. Arnulfum & Aquiſgrani 870. in conuentionibus habitis cum Ludouico & Carolo Regibus, vt tradunt capitularia Caroli Calui, necnon dedicationi Me- C
873. tropolis Colonienſis interfuit an. 873. ſub eius Pontificatu, Concilium Moguntiacenſe III. congregatur occaſione Arnulphi Regis, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ propter incurſiones Normanorum reformandæ gratiâ. Fundauit collegiatam S. Mauritij in vrbe; ad eum verò extat epiſtolâ Otfridi monachi, quæ ad calcem opuſculorum Hincmari legitur; & Ioannis VIII. Papæ apud Iuonem cap. 51.
889. Demum ex hac luce migrauit an. 889. depoſitus ad S. Albanum. Plura de illo memorant Rhegino, Otho Friſingenſis, Trithemius in chronico Hirſaugienſi, Auentinus Annalium Boiorum lib. 4. Serarius, & Annal. Francorum Fuldenſium Scriptor, qui eum nobilem Archiepiſcopum, probitate morum inſignem & doctum appellat. D

49. SVNZO, aliàs SVNDAROLDVS, Moguntinæ natus; in Liudperti locum ſubrogatur teſte Reginone lib. II. vit religioſus, ſacris literis in Fuldâ monaſterio ab ineunte ætate excultus, poſt Moguntinus Præſul Arnulphi Imper. fauore renuntiatur; per annum circiter Eccleſiæ præfuit, nec procul à Vuormatiâ in prælio contra Normanos vnâ cum Arnulpho Comite occubuit VI. Kal. Iulij 891. 891.
Reginoni, Sigeberto & Annal. Fuldenſium ſcriptori; corpus in D. Albano tumulatum.

50. HATTO I. Abbas Augienſis inauguratus in æde Metropolitanâ 891. Concilio Triburienſi præſedit 895. graues inter eum, Albertum Co- 895.
mitem, & Henricum Saxoniæ Ducem ſimultates interceſſerunt, de quibus diſſerit fuſius Otto Friſing. lib. 6. cap. 15. Ei librum de muſicâ Hugbaldus monachus dicat; Mortuus eſt autem 913. vel 912. ex Schafnaburgen- 912.
ſi, Reginone, ac Fuldenſium Annal. auctore, qui ſtrenuum, prudentem, & ſubtilis ingenij vocant.

51. HERIGERVS ex Abbate Fuldenſi 913. adſtitit Henrico Principi in 913.
tractatu pacis Bonnenſi; Epiſcopatus adiutorem aſſumpſiſſe Ruperttũ quemdam legitur apud Lambertum; expi- 930.
rauit poſt an. 930.

52. HILDEBERTVS Henrici Aucupis Cæſaris ſacræ Capellæ Archicapellanus, an. 931. vt ſcribit Cuſpi- 931.
nianus in Ottone magno, malè à quibuſdam Orientalis Franciæ Dux nuncupatur; is ob vitæ ſanctimoniam, eruditionem & ſingularem ſapientiam, ad Pontificatum prouectus eſt; addit Witikindus lib. II. eum inter cætera gratiarum dona, ſpiritum prophetiæ accepiſſe. Ottone ad Imperium electo dum Colonienſis & Treuerenſis Archiepiſc. de vnctione regiâ inter ſe contenderent, proceres Hildebertum delegerunt, qui ceremoniam peregit in palatio Aquenſi 936. quam 936.
deſcripſere Otto Friſing. Witikindus, & Trithemius in chronico Hirſaugienſi. Viuere deſiit an. 939. ſepultus 939.
ad S. Albanum.

LORRAINE.

53. FRIDERICVS Dux Lotharingiæ Othonis Archicancellarius, ex chartâ an. 940. quibuſdam Giſleberti 940.
Lotharingiæ Ducis frater dicitur, qui ſororem Ottonis magni Gerbergam duxerat, cuius affinitatis beneficio ad hanc dignitatem ſibi gradum fecit. Laudatur à Reginone, in ſanctâ religione ſtrenuus & valde laudabilis; adfuit verò Synodis duabus Engelſeuinenſi 948. & Auguſtanæ 952. beati 948.

Petri collegium & templum extra vrbis mœnia à ſe conſtructum benedixit; fato functus an. 954. Octob. xxv. humatur in S. Albano.

Saxi. 54. Gvilemvs Dux Saxoniæ Imperij Archicancellarius, Ottonis I. ex concubinâ Sclauonici generis natus; non igitur Edgithâ Angliæ Regis filiâ ortus erat, vt Witikindus Saxo, Merſerus, Bruſchius & Serarius exiſtimant: electus eſt anno 954. quem etiam idem Witikindus lib. 3. ſapientem, prudentem, pium, & cunctis affabilem nominat. Fratrem Ottonem Romam deduxit vt inſignia Imperij ſuſciperet; de illo Rogerus in vitâ S. Brunonis, & Bauariæ hiſtoria multa produnt. Deceſſit 968. Alberico 967. In Archipræſulum D. Albani mauſoleo conditus tali inſcriptione:

954.

954.

968.

Lector ſiſte gradus, proprios horreſce reatus,
Et commortalis compatiare neci.
Rege ſui genitus, ſublimis Epiſcopus, auctus
Nomine VVILHELMVS, *nunc cinis exiguus.*
Dic, animæ requiem da cuius, Chriſte perennem
Viuere fac tecum qui tibi crediderat.

55. Hatto II. Bonosvs cognomento ex Abbate Fuldenſi & auunculi Hademari ſucceſſore, Ottone fauente creatus 968. Fabulantur multi imperitè à muribus fuiſſe corroſum, quia nimiùm auarus & in pauperes inclemens, facultatibus ſuis eos in extremâ famis indigentiâ minimè iuuarit. Non eſt autem quòd pluribus commentitiam hanc aſſertionem Centuriatorum refutare tentemus, cum eam Serarius in Hiſtoria ſuâ pluribus argumentis refellat: Obiit anno 969.

968.

969.

56. Rvpertvs Ottonis ſigillorum cuſtos Archiepiſcopus deſignatur 973. Iulij 27. naturæ debitum ſoluit 975. vt legitur in chronico Hildesheimenſi.

973.

57. Vvillegisvs regalis aulæ Notarius, & educator Ottonis I. Imp. eoque abſente in regni Germanici gubernatione Vicarius; cum eſſet humili apud pagum Saxoniæ Scheningen ortus loco, parente fabro lignario, tamen doctrinâ & ingenio ad Moguntinum faſtigium euectus eſt 976. primus Elector Imperij vulgò declaratus, pro inſigni rotam aſſumpſit, quo ſtemmate etiamnum ſucceſſores Archiepiſcopi gloriantur. Mortuo Ottone ſuffragia Henrico in conuentu Francofordienſi contulit, quem à Vuillegiſo conſecratum obſeruant Sigebertus & chron. Belgicum. Tranſiit à ſæculo an. 1001. iacet in nouâ baſilicâ S. Stephani à ſe conſtructâ, cum Collegio Canonicorum in monte S. Diſibodi, cuius epitaphium refert Serarius. Mentio quoque illius habetur apud Marianum Scotum, Ditmarum, Trithemium in chron. Hirſaugienſi, & in vitâ S. Gothardi. 1001.

976.

A

58. Meingavdvs Præpoſitus Eccleſiæ Moguntinæ Archiepiſcopatum obtinuit ab Henrico Rege Alemaniæ 1003. ſcribente Alberico, contra quem Adalbeto de Luxembourg frater vxoris Henrici, Præpoſitus S. Paulini ſedem inuaſit, ac diſſenſione graui Pontificatus diu laborauit, cum interim Meingaudus apud Confluentiam maneret; de quo Præſule nulla hactenus mentio in catalogis Moguntinenſibus. 1003.

B

59. Erkembaldvs I. ex Abbate Fuldenſi conſecratur à Berwardo Hildeſienſi Antiſtite eius conſobrino, vt eſt in vitâ S. Gothardi apud Surium: B. Mariæ monaſterium ædificauit, nominatúrque Cancellarius in Ottonis diplomate an. 1014. Animam reddidit 1020. altis ſequenti, poſt ſedem annorum 10. menſium 4. in templo S. Ioannis funeratus. 1014. 1020.

C

60. Aribo Imperatoris Archicapellanus ex chron. Hildesheimenſi: natione Noricus, proſapiâ nobilis & ſapiens, aptúſque regalibus conſiliis, inquit Vuippo in vitâ Conradi Salici, ſucceſſit 1021. Et anno inſequenti Dominicâ primâ Aduentus B. Gotardum Epiſcopum Hildesheimenſem inaugurauit; Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudioſus, plures Synodos congregauit, Moguntinam pro causâ Ottonis Comitis de Haniſtein 1023. cuius acta recitat Surius in vitâ Gothardi: aliam quoque apud Salegunſtat cum Suffraganeis 2. Idus Aug. Conrado diadema impoſuit 1024. 6. Idus Decembr. & Paderbornæ in ſolemni conuentu à Cæſare licentiam impetrauit, Romam proficiſcendi peregrinationis causâ, ex quâ cum rediiſſet, ſpiritum efflauit 8. Idus April. 1031. de quo Lambertus, Sigebertus, Marianus, 1021. 1023. 1024. 1031.

D

Scotus, & Trithemius plura. Vir do-
ctrinâ inſignis commentarium in Pſal-
mos graduales ſcripſit, ad Bernonem
Augienſem Abbatem, cui viciſſim Ber-
no tractatum de Aduentu Domini di-
cauit.

Oppershoven. 61. Bardo de Oppershoven
Archicancellarius, ex nobili Vereda-
iæ familiâ, Abbas primùm Fuldenſis
& Hirsfeldenſis, Ariboni ſuffectus an.
1031. 1031. nominatur in diplomate Conradi
1033. Metropolitanam baſilicam à Vil-
ligiſo inchoatam, & ab eo ſolemni
1037. pompâ conſecratam 1037. abſoluit,
Agnetémque Imperatricem vnxit, ſub
eo Moguntiæ Synodus celebratur,
1049. 1049. præſentibus Pont Leone & Imp.
qui propoſuit quæſtionem de canoni-
ſatione S. Seruatij; piè deceſſit 4. Id.
1050. Iunij 1050. Sigeberto, & Trithemio;
defunctum tradit ſuperiori anno Albe-
ricus in chron. quem ſanctitate ac mul-
tâ miraculorum gratiâ claruiſſe teſta-
tur, iacet in cathedrali Moguntinâ,
aliis in monaſterio Sumiæ.

62. Leopoldvs Præpoſitus Bam-
bergenſis, è monaſterio Fuldenſi ad
Pontificatum euocatus, de quo mentio
extat in priuilegio Henrici Imper. Sy-
nodum habet Vormatiæ circa Natale
1053. Domini 1053. quemadmodum prodit
Vrſpergenſis: ſepulturæ mandatur in
cœnobio S. Iacobi ab eo exſtructo,
1060. poſtquam obiiſſet 7. Decemb. 1060.

Epestein. 63. Sigefridvs de Epes-
tein I. Abbas Fuldenſis 1060. vir
magnificus, doctus, & religioſus lauda-
tur in chron Hirſaugienſi; cum Otto-
ne Ratiſponenſi, Vilelmo Traiectenſi,
aliiſque Præſulibus. Hieroſolymitano
1064. itineri ſe accinxit ſub an. 1064. quam
expeditionem contra Infideles in ter-
ram Sanctam literis conſignauit Lam-
bertus Schafnaburgenſis, & Vrſpergen-
ſis; collegiatam Eccleſiam B. Virgini
condidit, & Rudolphum Sueuiæ Du-
cem in Imperatorem conſecrauit ad-
uerſus Henricum Regem, cum quo
graues interceſsêre diſſenſiones, qui-
bus coactus Romam ad Pontificem
profectus, Galliciam in Hiſpaniâ ora-
tionis causâ perrexit: celebratur autem
1071. Concilium Moguntiæ 1071. in causâ
Caroli Conſtantienſis Epiſcopi quem
Clerici eiuſdem Eccleſiæ, ob crimen
ſimoniæ cathedrâ deponi [illegible]gebant.
Huius Sigefridi vitam pluribus expo-
nunt memoratus Lambertus & alij

A Scriptores Germanici. Tandem animi
mœrore diem extremum obiit in mo-
naſterio Haſungenſi in Haſſiâ, quod
conſtruxerat, 1084. ibique ſepultus 1084.
eſt poſt regimen annorum viginti qua-
tuor.

64. Erkembaldvs II. Pontifi-
catum adeptus 1085. teſte Alberico 1085.
in chronico, qui refert clauſtrum B.
Mariæ de Campis ædificaſſe; de illo
Præſule nulla in diptychis Moganti-
nenſibus mentio.

65. Vvezellvs, aliàs Vezilo,
B commendatur ob facundiam à Trithe-
mio; ſucceſſor Erkembaldi, non autem
Sigefridi vt Vrſpergenſis & Dodechi-
nus ſcripsêre, Moguntinæ pſeudo-
ſynodo apud S. Albanum præfuit 1085. 1085.
ſed cum fuiſſet fautor Henrici, ab eius
partibus poſtea receſſit, ac Pontifici
reconciliatus fato conceſſit 1089. in- 1089.
dict. x. Hildensheimenſi chron. vir li-
teris apprimè eruditus ac eloquens, te-
ſte eodem Vrſpergenſi. Eo ſedente
1085. moritur Marianus Scotus Chro-
nographus, ætate ſuâ admodum diſer-
tus, vt de eo Sigebertus tradit, Chro-
nici ſcriptor vſque ad an. Dom. 1083.
quod Dodechinus continuauit.

C 66. Rvthardvs Abbas antea S.
Petri Erfordienſis eligitur circa an.
1089. Ei ſcribit Paſchalis II. Papa de 1089.
inueſtituris Epiſcoporum per Princi-
pes ſeculares epiſt. 74. apud Ioan. Pi-
cardum in notis ad lib. 3. S. Anſelmi.
Ille autem ab Henrico cathedrâ pul-
ſus, in Thuringiam ſecedere coactus,
per octo circiter annos commoratur,
vt legitur apud Dodechinum, Vrſper-
genſem, & Trithemium, idem ſtetit à
partibus Henrici filij, & teſtimonio
eiuſdem Alberici ad an. 1105. præfuit 1105.
Conuentui Epiſcoporum apud Nor-
thuſen; per iuniorem Henricum, octa-
D uo ex quo fuerat eiectus anno, in Pon-
tificatum reſtitutus; quâ de re Otho
Friſing. lib. 7. cap. 9. & Vrſpergenſis
totam exilij narrationem proſequitur.
Monaſterium Moguntiæ in Ringouiâ
Sancti Ioannis nomine vulgò Epiſcopi
Montem appellatum, de nouo funda-
uit, in quo tumulatur, defunctus an. 1109.
1109.

67. Adalbertvs I. Lotha- Lorraine.
ringiæ Dux, vt liquet ex diploma-
te Lotharij an. 1131. Cancellarius Hen- 1131.
rici V. & primus inter primos eius præ-

cordialis conſiliarius nominatur ab
Ortone Friſingenſi lib.7. cap.14. alij
ortum volunt è proſapiâ Co[illegible]m Sar-
brucenſium ; Coloniæ ab Orhone
Bambergenſi in feſto S. Stephani ſa-
cris initiatus eſt. Hunc Vrſpergenſis
ſecundum à Rege Imperij negotia tra-
ctaſſe dicit, ſed cum, vt fama eſt, in
1112. eum conſpiraſſet, circa 1112. prius car-
cere liberari non potuit, quàm Bruno
Colonienſis pro ipſo ſe Henrico obſi-
dem conſtituiſſet, à quo plurima paſ-
ſus eſt, illum enim, vt teſtatur Otho,
detentum variis ergaſtuli tormentis, &
incredibili penè famis inediâ enectum,
ipſum de amiciſſimo, hoſtem infen-
ſiſſimum, vſque ad extremum vitæ ex-
pertus eſt. Nihilominus liberatus, Cæ-
ſari ſemper aduerſus extitit, & à Calix-
to II. Papâ vt excommunicaretur, im-
petrauit; inſuper legatione Apoſtolicâ
functus in Germaniâ, teſte Vrſpergen-
ſi; cui etiam ſcribit Pontifex Max. de
ſuâ aſſumptione ad apicem ſummi
Apoſtolatus. Adalberti autem memi-
nit ſequens tabula in chartulario ma-
iori Sancti Dionyſij eo verborum te-
nore;

*EGO MAINARDVS Dei gratiâ
Comes Moerpeccenſis, cum ad Comitatum
Moerſpeccenſem poſt deceſſum Adalberti
Comitis cuius filiam duxi hæreditario iure
coniugis ſuccederem, inter alia iuris præ-
dia, quaſdam poſſeſſiones ſuſcepi, quæ ad ius
B. Dionyſij pertinere dicebantur, videlicet
Bliterſtof cum appendiciis, pro quibus mei
anteceſſores frequenti proclamatione fatiga-
ti, & ad vltimum excommunicati. Vnde
ego iudicium pertimeſcens & ſaluti meæ ac
prædeceſſorum coniugis ac liberorum cum
Sugerio venerabili Abbate S. Dionyſij, con-
ſenſu vxoris meæ Mathildis filiorum atque
fidelium noſtrorum, in præſentiâ ADAL-
BERTI venerabilis MOGVNTINI
Archiepiſcopi & Girardi Cardinalis &
Apoſtolicæ Sedis Legati in illo celebri col-
loquio quod de electione Imp. apud Mogun-
tiam habitum eſt, hanc pacis compoſitionem
feci. Dedi enim Sugerio & fratribus Cel-
lam nouam in pago Metenſi quam incepit
Comes Adalbertus cum omni libertate per-
petualiter poſſidendam; pari modo prædictæ
cellæ conceſſimus quidquid Auſminge Co-
mes Adalbertus poſſidet &c. Similiter de-
dimus Eccleſiam de Fulcreiâ & ſalinas &
patellas ſalinarum quotquot habebamus
apud Marſalciam. Pro hac donatione Ab-
bas nos & anteceſſores, in præſentiâ ADAL-
BERTI Moguntini Archiepiſcopi, &*

A *Girardi Cardinalis vinculo anathematis
abſoluit &c. Acta ſunt hac anno Incar-
nationis verbi* M. C. XXV. Moguntiæ
habitum eſt Concilium, inquit Dode-
chinus 1131. præſidente Matheo Alba- 1131.
nenſi ac Moguntino Archiepiſcopo,
vbi Bruno Argentinenſis à Clero &
populo ſuper violentâ intruſione &
conſecratione impetitus, in manu Ar-
chiepiſcopi & Cardinalis Epiſcopatum
reſignauit. Paulò poſt an. 1135. bene- 1135.
ficiorum memor Adalbertus, quæ in
ſe olim ab Imperatore captiuum ciues
Moguntini contulerant, eos priuile-
B giis decorauit, vt fidem facit diploma
è MS. codice à Serario relatum:

*IN NOMINE Sanctæ Trinitatis.
ADALBERTVS MOGVNTI-
NENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus, &
Apoſtolicæ Sedis legatus &c. Cognoſcat
futurorum per me ſucceſſio, quantus ex alto
proſperitatem comitentur caſus, & deie-
ctio, in medio enim proſperitatis meæ curſu,
Henricus Quintus, vt noſtis, Imperator, poſt
multa beneficia, non niſi propter Romanæ
Eccleſiæ obedientiam, carceris etiam mihi
captiuo tenebras intulit & latibula. Ibi
profectò longo manens tempore, primi pa-
ſtoris omnium conſolationem, dicentis; ſi
C quid patimini propter iuſtitiam, beati; re-
duxi memoriæ. Memini etiam in mœrore,
Iſaiam incarceratum inſectioni ſerræ ſer-
uatum, Danielem innocentem de lacu leo-
num liberatum. Denique per multas tribu-
lationes contritos corde viſitans ex alto
Deus, corda fidelium Mogontinenſis Me-
tropolis ad hoc permouit, vt ſuum conaren-
tur liberare captiuum. Tamdiu itaque Cle-
rici, Comites, liberi cùm ciuibus & familiâ
præfato Imperatori Henrico inſiſtentes ela-
borauerunt, donec me tandem datis obſidi-
bus, caris filiis & propinquis corpore ex toto
attenuatum, vix ſemiuiuum, ſicut fideles
filij patrem, in ſua receperunt, ſed quàm
D cautè, quàm honeſtè, quàm iuſtè obſides ha-
berentur, ſine mœrore nemo loqui poterit.
Nam alij membris truncati redierunt, alij
fame, alij exilio deputati, alij nuditate &
corporis ægritudine præoccupati perierunt.
Hæc & his ſimilia fideles Mogontinenſes
ciuitatis ciues pro iuſtitiâ paſſi ſunt. Quæ
verò in defenſionem ciuitatis ſuique hono-
ris pertulerunt, ſatis omni regno patet.
Mihi igitur cogitanti, quid eorum bonis &
tantis recompenſarem meritis, occurrit, vt
ſicut ipſi pariter meo communicauerunt la-
bori, ſic [illegible]nium aliquid conferrem honori
& vtilitati: communicato ergò primorum
conſilio, Clericorum dico, Comitum, libe-*

rorum, familiæ & ciuium, habitantes infra ambitum muri ciuitatis præfata, & manere volentes hoc iure donaui, vt nullius Aduocati placita vel exactiones extra murum expeterent; ſed intra, ſui natiui iuris eſſent ſine exactoris violentiâ. Vt autem hac donatio rata ad poſteros tranſeat, ſigillo noſtro confirmantes, ſubſcriptis teſtibus ſignari iuſſimus. Huic quidèm prima tradìtioni interfuerunt viri venerabiles Bruno Spirenſis Epiſcopus, Bocco Vuormatienſis, Embricho Erbipolenſis, Anshelmus maioris Eccleſiæ Præpoſitus, Ceizolfus Decanus, Richardus Cantor, Arnold præfectus ciuitatis. Fridericus Comes de Arnesburg, Herman de Binſcheburg, Sigebert, & Friderich Comites de Saresburgen, Comes Goſuuinus de Satlechæ, Comes Bertoldus de Noring, Reginboldus & Gerlacus de Iſenberg. Secunda confirmationi interfuerunt, Henricus maioris Eccleſia, & Sancti Victoris Præpoſitus, Adelbertus Præpoſitus, Henricus Cuſtos, Hartmannus Decanus, Gusbertus Præpoſitus, Vuilhelmus Comes de Luzelenburg, Dux Fridericus, item Præfectus ciuitatis Arnoldus Comes & frater eius Rupertus de Luzenburg, Comes Herim. de Salme, & frater eius Otho de Rinech, Emmecho Comes & frater eius, Gerlacus Comes, Gerhardus & frater Henricus de Berebach, Henricus de Caceneleboge, &c. Facta ſunt hac anno Dominicæ Incarnat.
1135. M. C. XXXV. *Indictione* XII. *Et confirmata regnante Domino Lothario Imperatore eiuſdem nominis* III. *anno regni eius* IX. *Imperij verò* II. *feliciter.* Tandem è
1137. vitâ migrauit Adelbertus 1137. Iulij
„ 14. vir ad ſæculum prudens, potens,
„ locupletiſſimúſque dictus ab Alberi-
„ co, Ottone lib. 7. cap. 23. & Dodechino, humatur in monaſterio Erbacenſi quod fundauerat.

Sarbrvck. 68. Adelbertvs de Sarbrvck II. ſuperioris nepos, ex Comitibus Sarbrucenſibus ortus, antea baſilicæ Erfordianæ Præpoſitus, poſt Moguntinus Præſul deſignatur ab Im-
1138. per. ſub an. 1138. conſecratus in octa-
uis Pentecoſtes ab Ottone Bamber-
1139. genſi 1139. Romæ inuiſit Papam Innocentium, ac Conradi electioni, inquit Otto l. 7. c. 22. contrarius fuit; in cuius diplomate nominatur 1138. Pau-
1140. lò poſt fato ſuo fungitur 1140. Augu-
ſti 17.

69. Arnvlfvs Aſchafenburgenſis Canonicorum collegij Præpoſitus, ſucceſſit Adelberto, prout notat Al-

A bericus, malè dicitur Marculfus apud Dodechinum. Legationem ad Pont.
Max. direxit pro impetratione pallij; 1142.
mortuus Idibus Iulij 1142.

70. Henricvs I. Felix cognominatus, Moguntinenſis Præpoſitus,
creatur Archiepiſcopus 1142. à Rege 1142.
apud Francofordiam inueſtitus; inſigni pietate excultus, falsò inſimulatur apud Pontificem à Canonicis, quod pro ratione officij Epiſcopalis ſolutæ vitæ deditos obiurgaſſet, cui ſcribit S. Bernardus epiſt. 323. Deponitur iuſſu Eugenij III. Vuormatiæ die
B Pentecoſtes 1151. Iunij 27. in Saxoniam 1153.
relegatus, vbi interiit 1153. Kal. Sept. tumulatus Embeci.

71. Radvlfvs de Zeringen Zeringen.
Bertoldi Ducis Zyringiæ, Conradi & Alberti frater, Henrico ſuffectus ſcribente Alberico qui Pontificatu abſcedere coactum notat, eò quod fractâ Bennone ſtatuâ aureâ, in templo Moguntino, aurum conſanguineis ſuis diuiſerat. Inde Henrici Namurcenſis Comitis auunculi ſui fauore ad Epiſ-
copatum Leodienſem traducitur an. 1168.
1168.

72. Arnoldvs Selehofen Selehofen.
C Aquiſgranenſis Decanus, S. Petri Moguntiæ Præpoſitus, ciuitatis Camerarius, ſubrogatur, vt aiunt ſcriptores
Moguntini 1153. in quo diſſentit Albe- 1153.
ricus loco præfato. Apoſtolicus Le-
gatus declaratur à Pontif. Max. 1156. 1156.
ſubſcripſitque Papienſi Concilio apud Radeuicum lib. 4. cap. 54. hoc eo-
dem anno 1160. die feſti natiuitatis 1160.
S. Ioannis Baptiſtæ, à ciuibus in cœnobio S. Iacobi immaniter trucidatur.

73. Conradvs I. Ottonis Palatini Comitis de Vvitelsbach Vvitelsbach.
frater, Imper. Friderici affinis, electus
D 1160. de quo Albericus ſub an. 1168. 1168.
Depoſito, inquit, apud Moguntiam „
Radulpho, factus eſt Archiepiſcop. „
Conradvs, vir honeſtus & ma- „
gnanimus, contra quem Imperator „
ſchiſmaticum intruſit non re, ſed „
nomine Chriſtianum. Conradus au- „
tem Alexandro III. vero Pontifici conſtanter adhæſit in ſchiſmate; quamobrem à Friderico, ſede expulſus cogitur ad eundem Alexandrum in Galliâ Senonenſe Concilium celebrantem proficiſci, à quo Cardinalis pronuntiatus tit. S. Marcelli, móxque Præſul Sabinenſis, & Saltzburgenſis

Archiepiſcopus creatur. Poſt etiam A
Moguntinam cathedram recuperauit
mortuo Chriſtiano, & firmando fœ-
deri inter Alexandrum III. ac Fride-
ricum interfuit. Legatione Apoſtoli-
câ in Syriam, iubente Celeſtino 3.
functus eſt, quâ egregiè obitâ Leo-
nem Regem Armeniæ coronauit in
reditu, & maximè laborauit vt Otto ad
Imperij apices capeſcendos proouehe-
1202. retur. Defunctus eſt in Bauariâ 1202.
etenim teſte Vghello Italiæ ſacræ to-
mo I. reperitur in regiſtris Innocen-
tij III. Papæ epiſtola Canonicis Mo-
guntinis directa, anno v. Pont. 10. B
1202. Kal. Aprilis, qui fuit 1202. vt in lo-
cum bonæ memoriæ Conradi Mogun-
tini Epiſcopi Sabinenſis, Lupoldum
Vvormacienſem Antiſtitem à maiori
parte Canonicorum poſtulatum, ſi
idoneus repertus fuiſſet, confirma-
rent; ex quâ epiſt. patet erraſſe Ciac-
conium, dum eius obitum annotauit
1205. 1205. VI. Cal. Nouemb. Legendi Gaſ-
par Bruſchius de Epiſcopis Germaniæ,
Vſpergenſis, Dodechinus, Baronius,
Caniſius, Vghellus in Epiſcopis Sabi-
nenſibus. Iacet Conradus in æde Me-
tropolitanâ.

BVCHE. 74. CHRISTIANVS DE BV-
CHE I. patria Turingus, Friderici C
1164. Imperatoris Archicancellarius, in-
truſus Conrado viuente 1164. Eccle-
ſiam Sancti Iacobi in vrbe eiectis Be-
nedictinis monachis ob cædem Arnol-
di Præmonſtratenſibus tradit; nomi-
natur in actis veteribus oppignneratio-
nis Heriſtallij pro Eccleſiâ Leodienſi
à Godefrido Lotharingiæ Duce 1171.
1180. & in alio priuilegio Cæſaris an 1180.
Fuit bellator, vt præclara eius faci-
nora teſtantur, Fridericum enim in
Italiam ſequutus prope Tuſculum cum
paruâ manu, quindecim millia Roma-
norum profligauit ſcribente Nicetâ.
Probè autem literis inſtructum fuiſſe D
libri ab eo editi teſtantur, nam præ-
ter Epiſtolas & Conciones, compoſuit
tractatum de vitâ & geſtis Imp. Bar-
baroſſæ, qui eius operâ plurimùm vſus
eſt in legationibus obeundis; hoc ta-
men vituperandus, quod militaribus
ſtudiis nimiùm deditus eſſet. Duæ hu-
ius ad Hildegardim Abbatiſſam epi-
ſtolæ leguntur, & plures viciſſim Hil-
degardis ad ipſum ſcriptæ, de quibus
Gerardus Ioan. Voſſius l. 2. hiſtor. La-
tin. Obiit iuxta Romam circiter an.
1183. 1183.

A 75. SIGEFRIDVS DE EPESTEIN EPESTEIN.
II. ſenior, maioris Eccleſiæ Præpoſi-
tus, Pontificatum obtinuit aduerſus
Lupoldum Vormacienſem Epiſco-
pum, qui à parte Capituli fuerat ele-
ctus, de quo diploma Innocentij III.
Papæ, conſecratur à Germaniæ Le-
gato Cardinali Præneſtino, mox Ro-
mam profectus ab Innocentio deco-
ratur pallio Archiepiſcopali. Sed ab
Ottone pulſus, apod Hermannum
Lantgrauium Haſſiæ Principem cogi-
tur exulare. Reſtitutus priſtino hono-
ri, Friderico Bohemiæ Regi diadema
impoſuit; mortuus Herfordiæ 1231. 1231.
B conditur in baſilicâ B. Virginis cum
hoc epitaphio:

Migrans vir fidus quinto Septembris in
Idus,
Præſul SIGFRIDVS, *fulget cælo quaſi*
ſidus.

76. SIGEFRIDVS DE EPESTEIN EPESTEIN.
III. ſuperioris ex fratre Godefrido ne-
pos, natus ſorore Archiepiſcopi Tre-
uerenſis, ſucceſſit patruo 1231. vt ſcri-
bit Albericus, ſiue vt alij volunt 1230. 1230.
rebelles ciues dominio ſuo parere coë-
git, ac etiam pro Abbatiâ de Lauriſſâ
contra Ottonem Ducem Bauariæ vxo-
C rio iure magnum Comitem de Rhe-
no dimicat; ſublatus è viuis Bingæ
1248. Mathæus Paris in hiſt. Angl. 1248.
defunctum inſequenti anno, & Fride-
rico infenſiſſimum ſcribit; humatur in
Cathedrali.

77. CHRISTIANVS II. ex Mo-
guntinenſi Præpoſito 1248. biennio
poſt 1251. abdicat mandato Hugonis 1251.
Cardinalis Sedis Apoſtolicæ Legati,
eóque anno viuere deſiit.

78. GERARDVS I. Comes Silue-
ſter RENENSIS, Conradi Comitis
filius, ex Minoritarum Erfordienſium-
D cœnobio aſſumptus ſuffragiis Canoni
corum 1251. ab Alberto Brunſuicenſi 1251.
Duce per annum cuſtodiæ mancipa-
tus, operâ Richardi Comitis Cornu-
biæ, octo millium marcarum argen-
ti pretio liber euaſit; terræ man-
datus in Franciſcanorum Eccleſiâ 1260.
1260.

79. VVERNERVS DE FALKEN- FALKEN-
STEIN, ſtirpe illuſtris Præpoſitus an- STEIN.
tea maioris Eccleſiæ, ingenio & pru-
dentiâ clarus apud Trithemium, ad
Pontificatum euehitur; ingenti præ-
lio Ioannem Comitem Spanheymen-

ſem ſuperat, ac pluribus dominiis Ar- A
chiepiſcopatum ditat, cum aliis Patri-
1274. bus Concilio Lugdunenſi 1274. inter-
fuit, defunctus 2. April. 1282. iacet in
Cathedrali. Poſt mortem ſedes duo-
1282. bus annis & aliquot menſibus vacat,
diſtractâ in varias electiones Cano-
nicorum ſententiâ: poſtulatur enim ab
aliquibus Gerardus Comes de Peſtein
Archidiaconus Treuerenſis, ab aliis
Petrus Rodulfi Romanorum Regis ar-
chiater, ſed rem totam Honorij decre-
tum diremit.

KNODERER. 80. HENRICVS KNODERER
II. patriâ Sueuus ex Algouiâ oppido B
Iſenâ, fabri cuiuſdam piſtoris filius,
profeſſione Minorita, Lector theolo-
gus in cœnobio Moguntinenſi, & à
confeſſionibus ſacris Rudolfi Imper.
Baſilienſis Epiſcopus deſignatus, vt eſt
in Chron. Citizenſi, inde Moguntī-
1286. num Electoratum promeritus an. 1286.
præfuit biennium aut circa, & viuere
1288. deſiit 1288. ſepultus in Cathedrali.

EPSTEIN. 81. GERARDVS DE EPESTEIN
II. Archidiaconus Treuerenſis à Ni-
colao IV. Pont. Max. ordinatur Romæ;
in regimine huius Eccleſiæ competi-
torem habuit Bohemundum, vt paret C
ex chronico Hirſaugienſi, quod virum
prudentem & magnanimum appellat,
& qui vtiliter Eccleſiam ſuam rexit ac
multa pace bellóque geſſit. Interfuit
pugnæ in quâ Adolphus Naſſouius
miſerè interemptus in agro Worma-
1292. cienſi; celebrauit etiam anno 1292.
Synodum Aſchafenburgi cum ſuffra-
ganeis Epiſcopis & ſponſalia Venceſlai
Bohemiæ Regis, Pragæ 1298. rebus
1304. humanis exemptus 1304. 25. Februa-
rij in æde Moguntinâ terræ manda-
tus.

ACHZPALT. 82. PETRVS DE ACHTZPALT
Treuerenſis, profeſſione medicus Hen- D
rici Luxemburgenſis poſtea Imperato-
ris, dein è Canonico Præſul Mogun-
tinus à Papâ Clemente creatus eſt, in
gratitudinem reſtituræ ſanitatis, Pon-
1304. tifex renuntiatus 1304 conſtruxit inſi-
ſignem Chartuſiam Moguntiæ 1308.
& diadema impoſuit Ioanni Bohemiæ
1308. Regi, tum ſuffragia confert Ludouico
Bauariæ Duci Imperium ambienti;
Concilium Moguntiæ celebrat iuſſu
Pontificis an. 1310. in quo tractata eſt
1320. cauſa Templariorum; deceſſit an. 1320.
die S. Bonifacij in Moguntino templo
depoſitus cum hoc epitaphio;

Anno milleno trecentenóque viceno,
PETRVM *petra tegit iſtum, quæ tartara*
fregit,
De Treueri natus Præſul fuit hîc trabeatus;
Redditibus, donis, & clenodiis ſibi pronis,
Eccleſiam ditat, res auget, crimina vitat.
Hic pius & largus, in conſiliis fuit Argus,
Sceptra dat Henrico regni, poſt hac Ludouico
Fert pius, extremo, Ioanni regna Bohemo;
Hic qui nos menſes annos deca tetra re-
penſes,
Quos vigil hic rexit, quem Chriſtus ad
æthera vexit.

83. MATTHIAS DE BVSSECT BVSSECT.
Hugonis Comitis frater Murbacenſis
in Alſatiâ monaſterij Aduocati, à Papâ
eligitur Archiepiſcopus ex religioſo
1320. Henricum Haſſiæ Landgrauium, 1320.
Erfordienſes, alióſque ſibi rebellantes
contudit, fautor Ludouici Imp. ac
Synodo congregatâ 1327. moritur
1328. VI. Kalendas Octobris, funera- 1328.
tus in Metropolis fano hac epigra-
phe:

Mille trecentenis annis, octóque vicenis
MATTHIAS *Præſul, fuit iſte Comes, li-*
cet exul.
DE BVCHEK *natus, tamen exilio benè*
gratus.
Magnanimus, iuſtus, virtutum ſole peruſtus.
Verax vt noſtis, inuictus, & hoſtibus hoſtis.
Donis magnificus: & amicis fulſit amicus:
Se ſatis hic ſtrauit, dum religione notauit.
Hic ſublimari meruit, quia Pontificari
Annos octo quidem, non plenè rexerat idem,
Heu datus hic turmis, probitatis luxit in
armis,
Exequias flẽdas peragas, data ſexta Calẽdas
Octobris, iuncta ſibi ſint cœli bona cuncta.

84. HENRICVS DE VIRNE- VIRNEBERG.
BERG III. Bonnenſis Præpoſitus re-
iectâ Balduini Luxemburgenſis Hen-
rici VII. Imper. fratris poſtulatione,
promotus eſt 1328. ex chronico Hir- 1328.
ſaugienſi, familiaris Ludouici Bauari,
idcirco à Papâ exauctoratus aſſumpto
in coadiutorem Cunone Comite de
Falkenſtein. Vocat ſe Decanum Ele-
ctorum 1338. illiúſque extant literæ in
regio chartophilacio Pariſienſi 1351. 1351.
quibus profitetur ſe Philippi Regis
Franciæ fidelem & federatum ami-
cum; fato conceſſit 1353. die S. Tho- 1353.
mæ, quidam humatum volunt Bon-
næ, alij verò in Erbacenſi Abba-
tiâ.

85. GERLACVS DE NASSAV NASSAV.
Gerlaci Naſſouiæ Comitis & Agnetis D'azur, ſe-

mé de billettes d'or, au Lyon de meſme, lampaſſé & armé de gueulles.

Conradi Haſſiæ Landgrauij natæ filius, antea ſuptemi Collegij Moguntini Archidiaconus, Henrico ſubſtitutus 1345. eius obitu Pontificiam ſedem accepit 1353. cum aliis Imperij Septemviris Carolum IV. Cæſarem fe-
1371. cit: mortuus Aſchafenburgi 1371. 12. Februarij magnificè tumulatur in Erbacenſi Ringauiæ monaſterio.

LVXEMBOVRG. D'argent au Lyon de gueulles, à la queuë double paſſée en lautoir, couronné & armé d'or, lampaſſé d'azur.

86. IOANNES DE LVXEMBOVRG I. ex Epiſcopo Argentinenſi, ad hanc ſedem tranſlatus 1371. Cunone Archiepiſcopo Treuerenſi liberè electionis iuri rennnciante; ſublatus è vitâ apud Eltfeld poſt regimen biennij, conditus in Erbacenſi cœnobio, cuius Epitaphium in Sponheimenſi chronico tale eſt;

ANNO DOMINI

1373. *Milleſimo trecenteſimo, ſeptuageſimo tertio, pridie Nonas Aprilis, obiit Reuerendus in Chriſto pater & Dominus* IOANNES DE LVTZELBVRG, *Sancti Pauli Comes, Argentinenſis Epiſcopus primùm, deinde* MOGVNTINVS *Archiepiſcopus, Domino Gerlaco de Naſſaw Archiepiſcopo Moguntinenſi tunc ſuccedens: in Altauillâ veneno intoxicatus, vitâ defungitur, in aliud ſeculum receptus.*

NASSAV. Comme cy-deſſus.

87. ADOLPHVS DE NASSAV Gerlaci ex Adolpho Comite fratre, & Annâ Friderici Vicecomitis Noribergenſis filiâ nepos, per decem annos Spirenſis Epiſcopus, poſtea Collegij ſuffragiis electus contra Ludouicum Marchionem Miſniæ Bambergenſem Epiſcopum, cathedram Moguntinam
1380. obtinet circa an. 1380. Dimiſſo Epiſcopatu Spirenſi, dono accepit à Carolo IV. Hœgeſtum oppidulum non longè Francofurto; ſuámque Eccleſiam ſummâ laude octo annis adminiſtrauit,
1388. defunctus Hailgenſtadij 1388. iacet Moguntiæ.

VVEISSENBERG. Ecartelé au 1. & 4. de Mayence. Au 2. & 3. trois eſcuſſons, 2. 1.

88. CONRADVS DE VVEINSBERG II. ſubrogatur Adolpho 1390. ſub quo Valdenſium hæreſis irrepſit; mortuus 1396. 19. Octobris, ſepelitur in Cathedralis ſacello Trium Regum.

NASSAV. Comme cy-deſſus.

89. IOANNES DE NASSAV II. Adolphi ſuperioris frater, dignitatis confirmationem Romæ accepitâ Papâ 1397. quamuis electus fuiſſet à Colle-
1397. gio Canonicorum Godefridus Comes Leiningiæ. Ioannes autem magnâ prudentiâ Pontificatum per annos 23. tatus eſt, & in Imperij faſtigio Rupertum Palatinum, eóque mortuo Sigiſmnndum Caroli IV. filium conſtituit. Sunt in archiuo regio Pariſienſi 1409.
ipſius literæ an. 1409. quibus homagium profitetur Carolo VI. Franciæ Regi; diem obiit 1419. 23. Sept. Aſ- 1419.
chafenburgi, in templo Moguntino ſepultus.

REINGRAVE.

90. CONRADVS REINGRAVE III. è Comitibus Rheni, Francofordienſis baſilicæ S. Bartholomei Præpoſitus Rudelshemij, Archiepiſcopus 1419. Octobr. XI. Synodo prouinciali 1419.
celebratâ 1423. Vicarius Imperatoris in bello Bohemico, Eltvillæ interiit 1434. X. Iunij, conditus in Cathedralis 1434.
choro.

SCHENCK. Au 1. & 4. de Mayence, au 2. & 3. trois eſtoiles, deux en chef, une en pointe.

91. THEODORICVS SCHENCK dominus d'Herbach, Imperij pincerna, aſſumptus ex Cantore & Canonico Moguntino Bingæ in octauâ Beat. Petri & Pauli 1434. ab Eugenio IV. confirmatus, Alberti Auſtriaci electioni adfuit, & monaſterio D. Iacobi inſtaurato, exceſſit poſt ſedem annorum 23. menſium XI. pridie Nonas Maij 1479. 1479.
iacet Aſchafemburgi in choro baſilicæ S. Petri.

ISENBERG.

92. DIETHERVS DE ISENBERG Comes in Budingen, Canonicus & Cuſtos Moguntinenſis, deinde Præpo- 1459.
ſitus S. Victoris, ad Pontificatus culmen euectus 1459. XX. Iulij, non con- 1461.
firmatus, deponitur II. Kal. Septemb. 1461.

NASSAV. Ecartelé de Mayence & de Naſſau.

93. ADOLPHVS DE NASSAV II. Ioannis & Adolphi Archiepiſcoporum nepos, parentes habuit Adolphum Comitem Naſſouiæ, & Margaretam Badenſem, excluſo Diethero in eius locum ſubſtitutus ad Sedem Moguntinã vocatur ex Canonico, aſſentiente Pio 2. deiectionis cauſas legere eſt apud Nauclerum, Vtſpergenſem, & Trithemium, quas huic Eccleſiæ pluſquam vicies centenis millibus aureorum conſtitiſſe tradunt. Fato functus Eltenfeldij 1475. die 6. Septembris, ſepul- 1475.
túſque iuxta Gerlacum Naſſouium in Erbacenſis monaſterij fano; plura de Adolpho qui ſcire velit, conſulat Mutium lib. 29. chronici Germaniæ.

ISENBERG.

94. DIETHERVS DE ISENBERG canonicâ nominatione iterum Pontifex factus, defuncto Adolpho 1475. 1475.
die S. Martini; Academiam inſtituit quæ à Pont. Max. confirmata priuilegiis

giis decoratur, de quâ Iacobus Middendorpius lib. 5. Arcem etiam Moguntiæ de nouo conſtruxit; mortuus
1482. Aſchafenburgi 1482. 7. Maij. Moguntiæ iacet in æde maiori cum hoc epitaphio:

Bis Præſul factus Comes EYSENBERG DIETHERVS,
Moguntinã arcem ſtruxerat atq; ſcholam,
Hoc voluit tumulo corpus condi miſerandum,
Ciuibus athereis dans animámque Deo.

SAXE. Burelé d'or & de ſable, de huict pieces, à vne eſcharpe de reé brochant ſur le tour.

95. ALBERTVS DE SAXE III. Erneſti Saxoniæ & Miſniæ Ducis filius, Canonicus Moguntinus, à Diethero in Coadiutorem aſſumptus, adoleſcens annorum 18. ſupremum diem clauſit 1494. Maij 1. talis viſitur inſcriptio in baſilicâ S. Martini;

HIC MANET

Reliquum Reuerendiſſimi Domini ADELBERTI MOGVNTINI *optimi atque innocentiſſimi adoleſcentis, qui vt omni applauſu eſt ingreſſus, ſic patrum populíque mœrore, carnem feliciſſimè ſoluit anno ſa-*
1484. *lutis 1484. Kalendis May.*

HENNEBERG. Ecartelé au 1. & 4. de Mayence. Au 2. & 3. contre-eſcartelé au 1. d'vne tour, au 2. d'vn oyſeau de...

96. BERTOLDVS DE HENNEBERG Metropolis Decanus nominatur Antiſtes 1484. Maij xx. conſecratus in maiori templo 1485. à Ioanne d'Alburgio Vormatienſi Epiſcopo, aſſiſtentibus Ludouico & Bertoldo Præſulibus, per multos annos Maximiliani Imp. Cancellarius, ipsíque valde carus, vti & Friderico, in Conuentu Vormatienſi auctor fuit 1495. conſti-
1495. tuendæ Imperialis Cameræ Spirenſis, ac Synodum pro regimine diœceſis
1499. congregauit an. 1499. Huic Bernardus Bredembachius Decanus Moguntinus itinerarium Ieroſolymitanum, & Iacobus Ymphelengius libellum de triplici candore dicant; fato conceſſit
1504. Bertoldus 1504. 11. Decemb. Moguntiæ in maiori templo depoſitus.

LIEBESTEIN. Au 1. & 4. de Mayence, au 2. & 3. d'argent à deux faſces de ſable.

97. IACOBVS DE LIEBESTEIN nobilis Sueuus ex Decano, Archiepiſcopatus regimini admotus 1504. 30. Decemb. anno inſequenti adfuit Comitiis Colonienſibus, & 1507. Conſtantiæ moritur ætatis an. 46. poſt ſe-
1507. dem trium annorum, menſium ſex, iacet in Cathedrali cum hac epigraphe:

IACOBO DE LIEBESTEIN

Optimo & clementiſſimo Præſuli, qui anno ex quo Pontificatum inierat ſecundo, menſe Iulio die XVI. bonis omnibus Eccleſia vicem dolentibus deceſſit, poſteri benè merenti poſuerunt.

GEMMINGEN.

98. VRIEL DE GEMMINGEN ex Decano in Iacobi locum delectus eſt VI. Kal. Octob. 1508. inauguratur 1509. Doctor legum peritiſſimus, ab 1508.
hac luce migrauit ætat. 45. cuius monumento hæc appoſita inſcriptio in Metropoli:

VRIELI DE GEMMINGEN

Archiepiſcopo MOGVNTINO *Principi Electori, viro ſingulari vita grauitate, animique conſtantiâ præclaro, qui poſtea quam ſedit annis IV. menſibus IV. ætatis ſua anno* XLV. *à Chriſto nato* M. D. XIV. 1514.
V. *Idus February, vitam cum Pontificatu depoſuit.*

BRANDEBOVRG. Party de deux & coupé de quatre, au 1. de Nurẽberg, au 2. DE BRANDEBOVRG, qui eſt d'argent à l'Aigle de gueulles, becqué & membré d'or, lié par les alerons de meſme, au 3. de Pomeranie, au 4. de... au 5. de Rugie, au 6. de Caſubie, au 7. de .. au 8. de MAYENCE. party de Magdebourg, l'Eſcu d'Halberſtad enté en pointe, au 9.... au 10. de Slauie, au 11. de Zollern, au 12. de... au 13. de... au 14. de gueulles pur, au 15. de Mazouie.

99. ALBERTVS DE BRANDEBOVRG II. Cardinalis S. Chryſogoni, Ioannis Marchionis Electoris & Margaretæ Saxonicæ filius, ex Canonico Moguntinenſi, Archiepiſcopus Magdeburgenſis Germaniæ Primas, Eccleſiæ Halberſtadienſis adminiſtrator, Moguntinus Antiſtes eligitur 9. Martij 1514. & duabus ſimul Archiepiſcopalibus cathedris præfuit Leone X. Pont. aſſentiente; in Cardinalium collegium cooptatus Kal. April. 1518. Auguſtæ Vindelicorum à Thomâ Caietano Legato purpuræ inſignibus condecoratus: vitâ functo Maximiliano Imp. auctor in primis fuit, vt Carolus V. Francorfurti eligeretur; Ferdinando quoque ipſius fratri cariſſimus, quem item Coloniæ in Cæſarem ſuffragiis Electorum proclamari curauit; Martino Luthero Nouatorum in Germaniâ anteſignano hæreſim ſuam diſſeminanti egregiè obſtitit, quem & epiſtolis & exhortationibus ad meliorem vitam reducere tentauit: Serarius autem lib. 5. capite 40. Moguntinæ hiſt. Alberti in Eccleſias ac Metropolitanam ſuam dona munificentiæ celebrat; cuius præcipua laus & cura fuit, erga Deum & Sanctorum cultum, vt eleganter Trithemius in fine hiſt. S. Maximini expreſſit hoc elogio:
ALBERTVS ex Marchionibus Brandeburgi Princeps nobiliſſimus, Moguntinæ, & Magdeburgenſis in Saxoniâ Eccleſiarum inſignium Archiepiſcopus atque Primas Germaniæ, Chriſto deuotiſſimus Archipræſul, cum cultor & amator, & venerator Sancto-

» rum Dei maximus eſſet, reliquias, & A
» ſacta buſta eorum ſummâ cum vene-
» ratione ſemper vbi licuit, inquiſiuit,
» de puluete cum honote leuans, auro
» & argento veſtiuit, honotem quoque
» debitum ſingulis exhibuit, & eorum
» memoriam feſtiuè celebrauit. Mox
» enim vt ſummi Pontificatus duplicem
» apud Germanos Domino ptouidente
» apicem ſuſcepit, totum ſe Chriſtianæ
» teligioni mancipauit, actus Epiſcopa-
» lés prætet multorum conſuetudinem
» Ptæſulum, in perſonâ frequenter pro-
» priâ deuotiſſimè miniſtrauit, Ordines
» contulit, miſſas ad Altare ſolemnitet
» ſæpius decantauit, conſecrauit Eccle- B
» ſias, benedixit Abbates, habitum pu-
» blicè deferebat Epiſcopalem locis at-
» que temporibus ſuis, & nihil omiſit
» eorum quæ ad Chriſtiani Antiſtitis
» ſacri ſacrum videbantur pertinere offi-
» cium; ſumma eius delectatio ſemper in
» obſequio diuino, in celebrandis ad
» Altare myſteriis ſacroſanctis, in ornan-
» dis quoque & venerandis magnificè
» teliquiis Sanctorum. Præclaræ indo-
lis genetoſus Princeps, cum doctrinâ
pietatem, cætetáſque virtutes vſque
ad ſupremum vitæ ſpititum raro otna-
mento cumulauit, Moguntiæ defun- C
1545. ctus 8. Cal. Octob. 1545. ætatis 55. in
templo primario S. Martini ad aræ
ſummæ baſim inciſum marmori hoc
epitaphium:

Albertvs *iacet hoc loco ſepultus,*
Qui de ſanguine regio creatus
Lumen Cardinei fuit Senatus,
Qui virtute potentiâque rexit
Magni Saxonicus Othonis vrbes,
Et Moguntiaci fluenta Rheni.
Nil Germania maius hoc habebat,
Nam de litibus, ardniſque rebus
Conuentus vbi Principes agebant,
Verbis promptus, & elegante linguâ,
Ceu Laërtiades regebat alter,
Tutum conſilio ſuo Senatum:
Ac tot diſſidiis vbique motis
Terrarum benè conſulebat orbi.
Pacis ſuaſor erat, quieta pacis
Sanis ocia præferebat armis:
Quin & iuſtitiæ tenax & æqui
Dignas ſontibus irrogare pœnas,
Complectique bonos & innocentes
Mitis non ſecus ac parens ſolebat.
Nec fuluum ſibi congregabat aurum,
Doctos munera conferens in omnes:
Diſpenſabat opes, manúque largâ
Sacras Pieridum fouebat artes.
Hunc lugubria tectus ora velo
Albis, Rhenus, Hauelus hunc peremptum,
Fontis Pegaſei cohors, & omnis
Eſt Reſpublica proſecuta fletu.

100. Sebastianvs de Hev- Hevsens-
senstam ex Canonico Scholaſtico tam.
Moguntinenſi & Iuris Cæſarei Docto- Au 1.& 4. de
re conſultiſſimo, Alberto Cardinali Mayence,
ſuffectus 1545. Octobris 20. Interfuit au 2 & 3.
Comitiis Auguſtæ Vindelicorum, & vne faſce
Concilio Tridentino, 1551. Eo ſeden- viurée.... 1551.
te Mauricij Ducis Saxoniæ & Alberti
Brandeburgenſis fœderatis copiis, in
inferiore Germaniâ graſſantibus, ex-
pugnata Moguntiâ cum S. Martini ar-
ce & ptæcipuis Eccleſiis nefariè diti-
pitur; quieſcit iuxta Albertum ſub
mauſoleo, cui tale inſculptum epita-
phium:

Memento mori

Domino Sebastiano ab Hevsenstam, Mogvntino *Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, &c. Viro ingenio, rerúmque vſu clariſſimo, vtriúſque Iuris Doctori ac in adminiſtrandâ Rep. domi, foriſque indefeſſo; qui inter fluctuantes Germaniæ procellas dum fatigatus oneri ſuccubuiſſet, ſpiritúmque Deo reddidiſſet, ſucceſſor pio officio monumentum poſuit. Sedit annis nouem, menſibus quatuor, diebus* xxviii. *Moritur* 1555.
in Eltuil xvii. *Martij* m. d. l. v.

101. Daniel Brendel de Brendel.
Hombvrg parentibus Frederico, & Au 1.& 4 de
Margaretâ Redeſelianâ in lucem edi- Mayence,
tus an. 1523. xxii. Martij: cuius fratres au 2. & 3 de
duo Philippus & Euetardus Btendelij ... à la viure poſée
magnâ cum auctoritate Vicedomi- en faſce.
ni Moguntinam vrbem gubernarunt.
Cum autem Daniel inſignis doctrinæ
ac virturis famâ prædirus eſſet, Scho-
laſticus Eccleſiæ Spirenſis, tandem ex
D Canonico Moguntino ad Archiepiſ-
copatum ſublatus 1555. April. 18. æta- 1555.
tis 33. vt legere eſt apud Serarium, qui
fusè vitam ipſius in commentariis Mo-
guntinis illuſtrauit, Maximilianum ii.
Imp. Ferdinandi filium Regem Ro-
manorum electum 1562. in Francofor- 1562.
dienſi S. Battholomæi templo, & Au-
guſtæ Vindelicorum Rodulphum ii.
inunxit: Vniuerſitate Moguntinâ cum
arce inſtauratâ collegium Societ. Ieſu
inſtituit 1566. ac Henticum Andega- 1566.
uenſem Ducem poſtea Franciæ & Po-
loniæ Regem in Sarmatiam profeiſ-
centem ſolemni pompâ excipit 1572. 1572.

pluta quoque ad Eccleſiæ diſciplinam confecit. Poſtquam verò ſediſſet an. 25. menſibus 11. diebus 5 in Metropolitani templi ſacello tumulatur magnifico cœnotaphio quod ipſi Volfangus ſucceſſor poſuit:

DANIEL DEI GRATIA

Archiepiſcopus MOGVNTINENSIS *ſacri Imp. per Germaniam Archicancellarius Princeps Elector & è nobili familiâ Brendel ab Homperg, anno 1555. ætatis ſuæ 33. electus Eccleſiam annis 27. optimè pacificéque rexit, haud paucis emolumentis auxit, atque ampliauit: iuſtitiam coluit, religionem promouit, carus omnibus extitit. Duos Imperatores Maximilianum 11. & Rudolphum 11. coronauit, inculpatè vixit, ſacramentis Catholicè perceptis, piè placidéque quieuit, deſiderium ſui luctumque cunctis reliquit. Obiit Aſchaffenburgi anno*

1582. M. D. XXCII. 22. *Martij G. A. K. I. P. ſucceſſor prædeceſſori bene meritq poſuit.*

D'ALBERG Ecartelé au 1 & 4. de Mayence, au 2. & 3 de .. à ſix fleurs de Lis, 3. 2. 1. au chef.

102. VVOLPHGANGVS DE D'ALBERG antiquo in Vangionibus Camerariorum, ſeu Dalbergorum ſtemmate oriundus; Spirenſis & Moguntinus Canonicus, in vtrâque Eccleſiâ Præpoſiti munere functus, ex Scholaſtico & Decano Moguntinus Præſul electus
1582. 1582. menſe Aprili, in Archiepiſcopum conſecratur Aſchafenburgi 1584.
1584. vir inſignis facundiæ, comitiis Imperialibus Auguſtanis & Ratiſponenſibus vbi actum de bello Turcico ad-
1601. fuit 1594. tandem è vitâ diſceſſit 1601. Aprilis 17. Aſchafenburgi, iacet prope Cardinalem Albertum, laudatúſq; oratione funebri à Ioanne Elgardo eiuſdem principis Volfangi ſacellano.

BIKEN Ecartelé au 1. & 4. de Mayence, au 2 & 3. deux faſces de . . .

103. IOANNES ADAMVS DE BIKEN Philippo Colonienſis aulæ Mareſcallo, & Annâ Brendeliâ Danielis Archiepiſcopi ſorore natus; adoleſcens apud Herbipolim & Moguntiam Philoſophicis ac Theologicis diſciplinis eruditus, externis peregrinationibus ſtudiiſq; confectis, Canonicatu in Metropolitano tēplo primùm donatur, deinde ad Scholaſtici dignitatem euectus 1595. poſtremò ad Pontificatus
1601. culmen 1601. Maij 15. anno inſequenti promulgari fecit decreta contra hæreſes, tum variis ad Eccleſiarum diœceſeos in melius conſtitutis ordinationibus, Aſchafenburgi vitam cum morte
1604. commutauit 1604. XI. Ianuarij; huma- A tus autem fuit in ſummi templi choro.

SCHVVICARD. Ecartelé au 1 & 4. de Mayence, 2 & 3. Ecartelé au 1. de .. à vne couronne . au 2. & 3. varé de . . au 4. de . à la bordure . . .

104. IOANNES SCHVVICARD IV. è familiâ Crombergorum procreatus, Vvolfangi deceſſoris Vicarius generalis in ſpiritualibus, tum Scholaſticus & Decanus, tandem ad Pontificalem aſcēdit cathedram 1604. poſſeſſionem adeptus 17. Februarij. Ei Nicolaus Serarius commentarios in Ioſue, libros quinque rerum Moguntiacarum, Chriſtoph. Brouuerus Germaniæ ſidera, & Ioannes Bernardus Abbas Fuldenſis Rabani Moguntini opera dicant; animam efflauit 1626. 1626.
B Sept. 17. ætatis 75.

GREIFFENKLAVV.

105. GEORGIVS FRIDERICVS GREIFFENKLAVV ex Scholaſtico Præpoſitus Moguntiæ 1614. mox Epiſcopus Vormacienſis, tandémque ad 1626.
hanc Metropolim traductus an. 1626. 1628.
mortuus 1628.

VVAMBOLT. Ecartelé au 1. & 4. de Mayence. Au 2. & 3, DE VAMBOLT, qui eſt couppé, le chef mâché aliſé de ſept pieces de ſable & d'argent, la pointe de meſme de cinq pieces.

106. ANSELMVS CASIMIRVS VVAMBOLT DE VMBSTAT, Canonicus Moguntinus & Sancti Albani 1596. ſedem obtinuit an. 1628. 6. Augusti; denatus 1647. die 27. Septemb.
C Francofurti ad Mœnum, cum Moguntia armis Francorum ſubacta fuiſſet tegnante Ludouico XIV. Adeodato.

SCHOMBORN.

107. IOANNES PHILIPPVS DE SCHŌMBORN Princeps Elector per Germaniam Archicancellarius, Epiſcopus Bambergenſis, & Herbipolenſis, Dux Franconiæ, dominus de Ringhau, d'Omenebourg, d'Orbe, Mittembourg, territorij d'Eikfeld & d'Erford in Thuringiâ, Electorum Eccleſiaſticorum Decanus, ex Epiſcopo & Principe Vittzburgenſi electus XIX. Nouembris 1647. ad Pontificiam carhe- 1647.
D dram Regis Chriſtianiſſimi patrocinio & electione Canonicorum promotus eſt.

PRÆPOSITI ALIQVOT MOGVNTINENSES.

M*eingaudus* ex Præpoſito Archiepiſcopus 1003. 1003.

Burchardus 1090. poſtea Epiſcopus Metenſis, teſte Alberico. 1090.

Anshelmus 1135. ex tabulâ confirma- 1135.

tionis priuilegiorum Præſulis Adel- A
berti.

1219. *Henricus* I. 1219. in dotatione monaſterij S. Catharinæ iuxta Creutzennacum; memoratur etiam an. 1220.

1249. *Chriſtianus* vixit an. 1249.

Falkenstein. *Vernerus de Falkenſtein* Moguntinus Antiſtes, 1260.

1288. *Petrus* Canonicus Baſileenſis 1288. Epiſcopatum ambiens contra Vernerum iuri ſuo renuntiauit.

1386. *Andreas de Brauneck* 1386. interiit 1388. April. 19. B

Schonenberg. *Ioannes de Schoenenberg* I. 1414. obiit 9. Iulij.

Nassav. *Vilelmus de Naſſau* I. an. 1419.

1429. *Vilelmus de Naſſau* II. electus 1429. mortuus 18. Aprilis 1430.

1468. *Henricus de Naſſau* II. 1468.

Baviere. *Georgius Guilelmus de Baniere* Comes Palatinus Reni, Dux Bauariæ, Epiſcopus Spirenſis 1513. obiit Decani fungens officio 28. Sept. 1529.
1529.

1531. *Marquardus Vomſtein* 1531. exceſſit 14. C Ianuarij 1559.

Baviere. 1559. *Richardus de Baniere*, Princeps Zimmeranus, Comes Palatinus Reni 1559.

Fvgger. *Alexander Fugger* Baro de Kircberg & Veiſenhorn, ſuperioris reſignatione
1562. præfuit Canonicorum collegio 1562.

Ioannes Andreas Mosbach de Lindefels,
1563. ex Decano electus 1563. è vita ſublatus 1571. Maij 5.

d'Albirg. *Volphangus de Vormatia dictus de Dalberg*, nominatur 1571. poſtea Mogun-
1571. tinus Antiſtes. D

1582. *Georgius de Schonenburg* 1582. deceſſit Spiræ 1595. Auguſti 11.

Scarffenstain. *Philippus Crats de Scharffenſtein* 1596. inde nominatus Wormatienſis Præſul.

Schvvicard. *Ioannes Schuuicard de Croneberg* II. 1603. in comitiis Ratiſponenſibus.

Greiffenklavv. *Georgius Fridericus Greiffenklavv de Volrats* Metropolitanæ Eccleſiæ Scholaſticus, Præpoſitus, tandémque De-
1604. canus eligitur 1604. V. Auguſti.

DECANI ALIQVOT MOGVNTINENSES.

Fizolfus 1135. ex chartâ Adelberti Pontificis. 1135.

Poppo 1219. in dotatione Creutzenaci. 1219.

Conradus 1244. Capellanus Innocentij Pont. Max. 1244.

Eberardus de Ippelbrun an. 1388. Ippelbrvn.

Ioannes Vueiss de Feuuerbach I. 1419. tranſiit à ſæculo 20. Martij 1428. 1419.

Petrus Echter de Meſpelbron electus 1428. Echter.

Ioannes Niex de Hoheneck dictus Entzberg II. 1458. inde Spirenſis Epiſcopus. 1458.

Ricardus de Lapide, vulgò *Oberſtein* an. 1498. Oberstein.

Bertoldus de Henneberg, poſtea Moguntinus Archipræſul 1484. Henneberg.

Bernardus de Bredenbach, ex Camerario Decanus ſub Bertoldo. Bredenbach.

Iacobus de Liebeſtein 1500. 1500.

Vriel de Gemmingen electus 1505. factus inde Moguntinus Archiepiſcopus. Gemmingen.

Adolfus Raus de Holtzh 1508. interiit 1513. 26. Decemb. 1513.

Laurentius Truchſes de Bommersfeld 1513. ceſſit 1528. defunctus 1543. Trvchses.

Ioannes de Erenberg III. electus 1528. Erenberg.

Adamus Kuchenmeiſter de Gamberg nominatus die 24. Nou. 1544. mortuus 1553. 26. Iulij. 1544.

Ioannes Andreas Mosbach promotus ad Decanatum 1553. Mosbach.

Georgius de Schonenburg 1564. Vormatienſis Epiſcopus an. 1580. Schonenbvrg.

Ioannes Theobaldus de Stadion 1583. Stadion.

Philippus Cratz de Scharffenſtein anno 1587. Cratz.

Ioannes Schuuicard de Cronberg 1596. 1596.

Eberh Guolph de Heuſenſtan, an. 1605. obiit 28. Aprilis 1605. Hevsenstan.

Iacobus de Eltz electus 1605. Ianuarij die 30. Eltz.

NARBONENSES ARCHIEPISCOPI ET PRIMATES.

NARBONNE ſur l'Aude; Porte d'argent à la Croix de geuulles.

NARBONA, vt vocatur ab Eutropio, Ammiano, & Suetonio, quæ & Narbo à Strabone, Martiale, & Plinio dicitur, olim primaria ciuitas Galliæ Narbonenſi nomen impoſuit; nunc in regione, quæ à Viſigothis, id eſt, Occidentalibus Gothis, Gothia dicta eſt, vulgò Lantgothia, ſiue terra Gothorum, ex quò Toloſa Archiepiſcopatu & Parlamento gaudet, ſecundas partes habet. Pomponius coloniam populi Romani Atacinorum, Mela Decumanorum, appellant, Strabo libro 4. ſitam ait ſupra Atacis fluuij oſtia & lacum Narbonenſem, & maximum eorum quæ ibi locorum ſunt emporium: eodem libro paulò poſt, ad alterum Rhodani latus Volcæ maiori ex parte accolunt, cognomento Arecomici, horum nauale dicitur eſſe Narbo; celebre emporium Galliæ tantum vetuſtate reliquis anteit; cum tamen Narbo XII. milliaribus diſtet à mari, vt patet ex Plinio lib. 3. cap. 4. dicendum aut mare receſſiſſe, aut potius portum vicinum Narbonenſem cenſeri, & à Narbone ſic denominari, vt fluuius & lacus iuxta Polybij fragmentum, quod citat Athenæus lib. 8. ciuitas antiquitatibus olim inclyta, à Romanis amphitheatro, Capitolio, aquæductibus, & Proconſulum ſede fuit decorata, ad quam miſſi Romani Prætores, qui toti Prouinciæ ius dicerent. In loco ſatis depreſſo iacet, lacu vicino, qui tuendæ ſanitati incommodus, quidquid dicat in eius laudem Sidonius, vbi paucis eleganter vrbem deſcribit carmine 23. ad Conſentium Narbonenſem:

Salue NARBO *potens ſalubritate,*
Vrbe & rure ſimul bonus videri,
Muris, ciuibus, ambitu, tabernis,
Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, Capitoliis, monetis,
Thermis, arcubus, horreis, macellis,
Pratis, fontibus, inſulis, ſalinis,
Stagnis, flumine, merce, ponte, ponto;

A *Vnus qui venerere iure diuos,*
Lenæum, Cererem, panem, Mineruam,
Spicis, palmite, paſcuis, trapetis,
Solis fiſe viris, nec expetito
Naturæ auxilio, procul relictis.
Promens montibus altius cacumen.
Non te foſſa patens, nec hiſpidarum
Obiectu ſudium coronat agger, &c.

Seculi verò ſui ante Sidonium Princeps poëta Auſonius carmine XII. de claris vrbibus:

Nec tu MARTIE NARBO *ſilebere: nomine cuius*
B *Fuſa per immenſũ quondã prouincia regnũ*
Obtinuit multos dominandi iure colonos.
. . . . . . Tu Gallia prima togati
Nominis attollis Latio Proconſule faſces.
Quis memoret, portúſque tuos, montéſque lacúſque?
Quis populos vario diſcrimine veſtis & oris:
Quódque tibi Pario quondam de marmore templum
Tantæ molis erat, quãtam nõ ſperneret olim
Tarquinius, Catulúſque iterum, poſtremus & ille
Aurea qui ſtatuit Capitoli culmina Cæſar?
Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora: te claſſes Lybici, Siculíq; profundi:
C *Et quicquid vario per flumina, per freta curſu*
Aduehitur, toto tibi nauigat orbe [illegible].

In quibus habes breuiter omnia inſignia antiqua vrbis Narbonenſis; ex his patet quare à Martiali l. 8. epigram. 72. pulcherrima nominetur, à Prudentio in hymnis, ſpecioſa, à Theodulpho decora, nullo ornamento carens ciuitas à Sidonio, celeberrima Aymoino l. 4. c. 57. A quo autem Narbo habuerit exordium non patet ex hiſtoricis; bis ad eam Coloniam deductam à Romanis conſtat: primò M. Porcio Catone & Marcio Rege Coſſ. teſte Eutr. D lib. 4. à quibus Narbonem Martium vult dici Lambinus; ſed melius iuxta Sidonium epiſtolâ ad Pontium Leontium, quod bellicoſa fuerit, Martia dicitur, vnde Cicero oratione pro Fonteio: Eſt in eadem prouinciâ Narbo Martius Colonia noſtra ciuium, ſpecula populi Romani, ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum: re verâ vrbs munitiſſima, tutiſſimum hodie contra Hiſpanos propugnaculum eſt: vnde ab Ademaro fortiſſima Gothorum Metropolis dicitur. Paruit Romanis vſque ad regnum Wiſigothorum, & in Notitiâ

dignitatum Imperij antequam Gallia à Gothis obtineretur, inter XI. Galliæ Præſides Narbonenſis primæ ſeptimo loco recenſetur; inter Procuratores Baphiorum, Procurator Baphij Narbonenſis, & in notitiâ prouinciarum Galliæ primæ Narbonenſis Metropolis eſt Narbona; id teſtatur in honore fuiſſe ſemper in Galliis eam ciuitatem, quæ imperante Antonino Pio arſit, vt auctor eſt Iulius Capitol. Cęterùm Ataulfo poſt Alarici affinis mortem à Gothis Rege ſalutato, & onuſto Italiæ ſpoliis Gallias inuadente an. 412. Narbonem caput prouinciæ cognominis debellaſſe teſtatur Olympiodorus an. 414. ſed à Conſtantio recipitur, qui obſeſſus à Theodorico maiore, liberatur à Litorio Comite, de quâ obſidione Proſperi chronicon, & Sidonius in carm. 7. & 23. Exinde Agrippinus Comes Theodorico minori Narbonam tradidit, vt docet Hydatius in chronico; poſt hæc Roderico vltimo Wiſigothorũ Rege interempto 714. à Sarracenorum armis occupatur ſub an. 732. ſed à Carolo Martello Duce inſigni clade apud Sigeanum victi ſunt, & Narbona cum aliis vrbibus obſidetur & capitur, tandem Gallicæ coronæ perpetuò adiuncta eſt, ſuóſque poſtea Vicecomites habuit. Quod pertinet ad Eccleſiaſticum principatum, ſemper Narbona Metropolis honore claruit, ſi creditur actis quæ refert Garſias Loaiſa ex bibliothecâ Toletanâ, à tempore Conſtantini an. 309. conſtituitur ab ipſo prima Sedes inter ſex Metropoles Hiſpaniarum: hanc dignitatem in primâ Narbonenſi prouinciâ ſibi attribuit, donec ab Arelatenſi auctâ ſecularibus titulis, ipſius iura peruaſa ſunt. Nam cum prima Narbonenſis à Gothis occupata fuiſſet, præter Tholoſam, quæ mortuo Alarico in poteſtatem Francorum venit, Narbona ſub Gothorum dominio Toletanis Primatibus aliquandiu ſubiecta, Conciliis Hiſpaniæ ſubſcripſit. Subacta autem à Gallis Narbonenſi prouinciâ, Aquitaniæ primæ Archiepiſcopo Bituricenſi tanquam viciniori Primati ſubmiſſus eſt Narbonenſis, quem poſtea Vrbanus II. Paſchalis II. Martinus II. & Benedictus Pont. Max. à Bituricenſis iuriſdictione liberauerunt, vti annotant Philippus Bertherius diatribe 2. cap. 5. & Loaiſa in notis ad Concilium Lucenſe, cui Metropoli etiam paruiſſe Aquenſem conſtat ex epiſtolâ Vrbani 2. ad Hugonem Lugdunenſem Sedis Apoſtolicæ Legatum. Nonnulli verò obſeruant Vrgelitanum, Gerundenſem, Barcinonenſem & Pampilonenſem Præſules ſubditos fuiſſe Metropolitano Narbonenſi. Conſtat enim edomitâ Iberiæ parte à Carolo Magno, Eccleſias Hiſpaniarum, iuriſdictionem Conciliorum Gallicanorum agnouiſſe, quæ vtique obedientia ad an. vſque 1100. perdurauit. Sed paulatim attritis Sarracenorum reliquiis, à iuriſdictione Narbonenſis Hiſpania ſe exemit; omnino autem Primatiæ ius ei ablatum eſt in Caucoliberim, Helenam, aliáſque Eccleſias, poſt renuntiationem S. Ludouici Regis in Barcinonam, Vrgellum, cæteráſque prouincias an. 1256. Narbonæ porrò Suffraganeæ Eccleſiæ olim fuêre, Toloſa nunc Metropolis, Caucoliberis, & Elena, Epiſcopatum habens Perpiniani, qui Tarraconenſi in Catalauniâ paret, eíque tunc nouem Epiſcopales Sedes ſubjiciuntur, BITERRENSIS, AGATHENSIS, NEMAVSENSIS, MAGALONENSIS, ſiue MONTISPESSVLI, CARCASSONENSIS, LODEVENSIS, VCETICENSIS, S. PONTII TOMERIARVM, ET ALECTENSIS. Ciuitatem exornat Metropolis templum Iuſto Martyri & Paſtori dicatum, opus miræ magnificentiæ, ſacellis elegantibus exornatum; Cathedralis Capituli primaria dignitas magnus Archidiaconus eſt; Præterea in diœceſi recenſentur Abbatiæ:

Suffragans de l'Archeueſché de Narbonne. Beziers. Agde. Niſmes. Magvelone, dict, Montpellier. Carcaſſonne. Lodeve. Vzez. S. Pons de Tomieres. Alet.

S. PETRI DE CAVNIS, O. B. *des Caunes.*

S. POLYCARPI, *S. Polycarpe*, O.B.

DE QVADRAGINTA, O. B. *Noſtre-Dame de Quarante.*

FONTISFRIGIDI, O. C. *Fontfroide.*

S. PAVLI *in vrbe nunc ſecularis.*

Cæterùm Archiepiſcoporum Narbonẽſium ſeries quam modò dabimus, magnâ ex parte deſumpta eſt è chartophilacij Archiepiſcopalis archiuis, de quibus hiſtoriam quoque contexuit Guilelmus Catellus Senator Toloſanus in commentariis Occitaniæ; inde nos aliíſque monumentis vberiorem catalogum protulimus.

1. S. Pavlvs cum ſex aliis Epiſco- A pis, qui Romà ad prædicandum in Galliam miſſi ſunt, vt ſcribit Greg. Turon. lib. 1. hiſt. Francorum c. 28. Narbonæ ordinatus dicitur, ac fide Chriſti per omnem regionem vicinam annunciatâ felici confeſſione ad Chriſtum migraſſe. Conſtans autem huius Eccleſiæ traditio eſt, ex antiquis Pauli vitæ monumentis collecta, eum eſſe Paulum Sergium Proconſulem, qui ad fidem conuerſus Cypro Romam, indéque Narbonam ad Euangelij prædicationem veniſſe legitur; cui traditioni, aſſentiuntur Martyrologium B Romanum vetus & nouum, Vſuardi, Adonis, vitæ S. Genulphi, Theodardi, aliique Scriptores, ex actis eiuſdem Pauli ea mutuati ſunt, vti & de huius itinere in Hiſpaniam, quæ omnia à pleriſque non probantur, vt patet ex lib. 1. hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ. Conditum eſſe volunt Paulum in Eccleſiâ nominis ſui Collegiali in ſuburbio ad Atacem fluuium, olim Abbatiali, ad cuius tumulum non ſolùm ex Occitaniâ, ſed etiam Hiſpaniâ votiuæ peregrinationes fiunt.

2. Stephanvs.

3. Hilarivs ad quem extat Zo- C ſimi Papæ epiſtola, quâ ipſi Narbonenſis primæ ordinationes interdicit, & Arelatenſi Metropolitano attribuit; ei verò ſcribit Bonifacius epiſtola 3.
422. an. 422. vbi agitur de Patroclo Arelatenſi, qui Epiſcopum in Eccleſiâ Luteuenſi ordinarat, ideóque iubet Pontifex vt Hilarius iure Metropolitano ad locum vbi erat Patroclus accedat, ac ius ordinationum & Metropolitani ipſi adiudicat. De illo Baronius in Annalibus.

4. S. Rvsticvs ſedit ab an. 427.
427. ad 461. ei ſcribit S. Leo Papa epiſt. D 92. ſub an. 452. quâ ſubditis reſpon-
452. ſionibus ad eius conſulta reſcriptis per Hermetem Archidiaconum reſpondet; Eius mentio habetur in dedicatione aræ Narbonenſis, quæ Minetbiæ in Occitaniâ inuenta eſt marmori inciſa, & inter alia continet; Rvsticvs anno xxx. Epiſcopatus ſui. Vbi dicitur Bonoſi Epiſcopi filius, Aratoris Epiſcopi ex ſorore nepos, Veneri Epiſcopi in monaſterio ſocius, Compreſbyter Eccleſiæ Maſſilienſis; hanc inſcriptionem recitat Catellus lib. 5.

5. Hermes ab Epiſcopatu Biterrenſi eiectus, Narbonenſem inuaſit ſub an. 462. vt paret ex epiſtolâ 7. 462.
Hilarij Papæ ad Leontium Arelatenſem; rumore, inquit, cognouimus & quantum diligenter à Diacono Ioanne, qui à magnifico viro filio noſtro Friderico literis ſuis nobis inſinuatus eſt, requiſiuimus, quod iniquiſſimâ vſurpatione quidam Hermes Epiſcopatum ciuitatis Narbonenſis execrabili temeritate præſumpſerit, quâ de re monemus, tam tuæ dilectionis, quam fratrum noſtrorum relationem tranſmittatis. Et in epiſt. 8. ad Epiſcopos diuerſarum prouinciarum Galliæ: Frater & Coëpiſcopus noſter Hermes à Narbonenſi Eccleſiâ credidit iure ſuſcipi, quia indignè à Biterrenſibus, quibus ordinatus eſt, dicebat excludi. Tametſi verò intruſus fuiſſet, eiuſdem epiſtolæ cap. 1. ita eidem Eccleſiæ præſidere permittitur, vt ordinandorum Epiſcoporum, ob hæc quæ prauè facta fuerant, careat poteſtate, quam ad Conſtantium Vceticæ Antiſtitem, quia æuo honoris Primas eſſe dicitur, pertinere cenſuit Pontifex; ita vt ſi ſuperſtite Herme defunctus fuerit, illum hæc cura reſpiciat, quem repererit Epiſcopalis ordo Primatem. Herme autem deficiente, faciendorum mos Antiſtitum Narbonenſi mox reddatur Eccleſiæ; quem non ciuitas, ſed cauſa præſumptionis amiſit.

6. Caprarivs Concilio Agathenſi ſubſcripſit an. 506. per Auilium 506.
preſbyterum.

7. Athalocvs, Arianæ ſectæ fautor tempore quo Recaredus Gothorum in Hiſpaniâ Rex ad Catholicam conuerſus eſt fidem, qui peſſimo interitu animam exhalauit circiter 589. apud Gregor. Turon. lib. 9. c. 15. 589.
hiſt. Franc.

8. Migetivs præfuit Synodo Narbonenſi tempore eiuſdem Recaredi celebrato Kalend. Nouembris an. 589. cui ſubſcripsêre Suffraganei Præ- 589.
ſules. Adfuit eodem anno Concilio 3. Toletano, cuius acta nomine Narbonenſis Metropolitani Epiſcopi Galliæ prouinciæ poſt Spalenſem Metropolitanum prouinciæ Bæticæ ſignat, & 597.
alteri Toletano 597. apud Baronium tomo 8. Annal.

9. Sergivs ſubſcribit edicto

610. Gondemari anno 610.

633. 10. Selva memoratur in Conciliis Toletanis IV. V. & VI. annis Dom. 633. 636. & 638. cui ſextæ Synodo pri-
638. mus nomen appoſuit ante Toletanum & Bracarenſem.

11. Felix ad quem ſcribit Reienſis Epiſcopus, vt & Sanctus Deſiderius Caturcenſis Præſul, quæ epiſtola extat tomo 5. antiquarum lectionum Henrici Caniſij.

12. Argebadus Eccleſiæ Narbonenſis Pontifex in expeditione
667. Wambæ Regis Gothorum an. 667. vt Lucas Diaconus Tudenſis & Iulianus Archiepiſcopus Toletanus ſcripſêre; quæ cum notiſſima ſit & celebris in hiſtoriæ Occitaniæ faſtis expeditio, hanc paucis ex Marianæ ſcriptis redactam ſubjicimus. Cum XIII. Kalend. Octobr. Toleti in templo S. Petri inunctus fuiſſet Wamba,& multi Regem diuerſis partium ſtudiis recipere nollent, vocatis ex Galliâ Iudæis pridem ex Gothorum finibus pulſis, rebellandi initium fecit Hilpericus Nemauſi Comes; tunc Wamba bello Cantabrico implicatus, Paulum Comitem, rei militaris peritiſſimum præmiſit, ad rebellium vires frangendas; ſed defectionis conſilio cum Gothorum proceribus communicato, Gerundâ, Barcinone, atque aliis Hiſpaniæ vrbibus in poteſtatem redactis, cum Hilderico copias iungere cogitat in Galliâ. Argebadus autem Narbonenſis, initio quidem conatus ſuæ vrbis portas rebellibus claudere, eorum celeritate præoccupatus, à Rege tandem deficere viſus eſt, magis cum non ſatis animi eſſet ad reſiſtendum, quàm proditorum cauſam probaret. In eâ vrbe Paulus concione tum ciuium, tum militum aduocatus, Archiepiſcopi temeritatem accuſauit, qui ciues de Republicâ optimè meritos, vrbis aditu prohibere tentaſſet: deinde explicuit, æquum eſſe Wambæ imperium detrectare,& poſtulauit nouum Regem legibus creari. Paulus igitur Gothorum Rex pronunciatus, Hilderico in partes ſuas attracto, & Galliæ vrbibus ſub iugum miſſis, Wambam contumelioſis literis eo ſucceſſu elatus prouocat, qui cognitâ perfidiâ, nouiſque auxiliis confirmatus, Pyrenæi iuga ſuperat, & prope Narbonam

A caſtrametatus in ciuitatem impetum facit, ac Vittimerus, cuius curæ eam crediderat Paulus, re deſperatâ ad Virginis aram captus Regis arbitrio plectendus ſeruatur. Captâ Narbonâ eodem victoriæ curſu Nemauſus expugnatur,& in deditione à ciuibus faciendâ ex captiuorum numero Argebaudus communi conſilio Regi obuiam mittitur veniæ deprecator. Is ad quartum ab vrbe lapidem aduenienti Wambæ occurrens, ex equo deſcendens, genibus nixus, inter ſingultus & lacrymas toto ore manantes, orationem habuit ad
B eumdem Regem, quæ à Marianâ lib. 6. de rebus Hiſpaniæ cap. 12. refertur, vnâ cum hiſtoriâ expeditionis Wambæ; digna eſt autem vt ipſius verbis vtamur: Tui ciues, inquit, Rex clementiſſime, ſi tamen eo nomine digni ſunt qui patriæ caritatem exuerunt, exilióque & diminutione capitis ius ciuium amiſerunt, in tuâ clementiâ ſalutis ſpem ponentes, non veniam ſcelerum orant: quamuis te Rege hæ preces non inuerecundè videri poſſent, ſed pro meritis, ſupplicij modū aliquē deprecantur. Eſt omnino difficilius animum in victoriâ continere, quam hoſtes in bello ſuperare, ſed aliis. Ani-
C mi magnitudo nullâ re magis perſpicitur, quàm miſerorum ærumnis ſubleuandis. Illa laus communis cum milite eſt, hæc magnorum Regum præcipua. Procul abſentes contemplari oculis nequis: ſed finge animo lacrymis & ſqualore fœdatos, pedibus tuis aduolutos, cauſam ſuam tibi commendare, homines vel mentis inſcitiâ, vel communi temporum calamitate, vel inſuperabili vi fatorum in hæc flagitia prolapſos. Quo grauiora delicta ſunt, eo maior tibi, clementiſſime Rex, gloria erit miſeros conſeruaſſe: furoréque ſuo extinctos quaſi ad vitam re-
D uocaſſe: Veniſſent ad te inermes, laqueis colla implicati, vt vel eâ ſpecie ad miſericordiam flecterent, vel morte obitâ quod ſe promeruiſſe fatentur, vitæ finem ſimul atque ærumnis pariter facerent: ſed veriti ſunt, ſi ad extremam veniæ petendæ ſpem conditionémque deſcenderent, ne cui videretur animus tuus immitior eis videri, quàm qui poſſet niſi extremis remediis mitigari: pauci relicti ſumus, tuíque omnes! Noli tuâ manu perire, quibus belli crudelitas pepercit hactenus. Atque illud caue, ne dum

dum vindictæ indulges deletis ciuibus, nobiliſſimam Galliæ ciuitatem, atque Gothorum Imperij propugnaculum exſcindas. Erat Vamba bellicis artibus cuiuis veterum Regum æqualis, ſed Imperatoriam laudem benignitate, clementiâ & manſuetudine ſuperabat. Itaque perpauca locutus, hanc ſummam orationis habuit: Tuis, inquit, precibus flexus, vitam ſontibus dono. Ne tamen abſolutio improbitatis, lex impunitatis eſſe credatur: ſupplicium, quod ad retinendam Imperij dignitatem neceſſarium fore arbitror, penes coniurationis capita ſtabit. Epiſcopo verò integram veniam pergente flagitare, Rex aliquanto iratior redditus: An non ſatis, ait, eſſe videtur, vitam facinoroſis conceſſam? an vultis vt ſupplicia ad delictorum menſuram expendamus? Tibi, ARGEBAVDE Præſul, bono ſit à nobis quod exploratum habemus, inuitum defeciſſe, ne venia dimidiata concedatur: reliqui quicquid de ignominioſâ morte fuerit detractum, id totum in lucro ponant, noſtræque acceptum ferant benignitati. Continuò Rex in vrbem cum copiis triumphi ſpecie aduenit, Paulus toto ſpectante exercitu ad Wambam deducitur, ac omni militari honore ſpoliatur; captiui ad eius pedes proſtrati, vita ſupplicibus donatur; inde Rex in Hiſpaniam reuerſus Toletum vrbem ſolemni apparatu inuectus, Paulo ludibrij causâ coronâ ex nigro corio capiti impoſitâ. Peractâ pompâ vnâ cum ſontibus perpetuo carceri mancipatus eſt. Hactenus Mariana loco citato, & hiſtoria Wambæ Regis Toletani auctore Iuliano Archiepiſcopo.

13. SVNIFREDVS Concilio Toletano tertio vice ipſius ſubſcribit Paca-
683. tus Abbas an. 683. quarto & quinto 684. & 688. cuius Rodericus meminit
688. lib. 3. hiſtoriæ Hiſpaniæ capitib. XII. & XIII.

14. NIMBRISIVS magnæ authoritatis ac ſanctitatis vir in chronico breui S. Theodorici Vceticenſis, qui
773. an. 773. ordinauit Sigipertum Epiſcopum Vceticenſem; longè autem alius eſt à Nibridio in ſerie vulgatâ Præſulum Narbonenſium recenſito; nam Nibridius ſucceſſit Danieli, qui an. 788. ſedebat, vt conſtat ex Synodo Narbonenſi celebratâ eodem anno 788. ſub Daniele; Nimbriſius verò

A Narbonenſi Eccleſiæ præſidebat an. 773. quo Sigipertum ordinauit, vt diſcitur ex fragmento illius chronici, quod Petrus Caſananouâ vulgauit in Inſtructionibus de Franco Allodio.

15. DANIEL memoratur in vetuſto placito iudicij Miſſorum Dominicorum Regis pro honore Sanctorum Iuſti & Paſtoris, cum Milone Comite; cuius autographum in archiui Narbonenſis armario Vicecomitum habetur, num. CC. LV. ſub hac verborum formulâ:

B *IN DEI nomine, hæc eſt notitia traditionis iudicis. Cum reſiderent Miſſi à glorioſiſſimo atque excellentiſſimo domino noſtro Carolo Rege Francorum in Narbonâ ciuitate, die Martis propter multorum altercationes audiendas, & rectis negotijs terminandis, terminatione eorundem Miſſorum, id eſt Galbery, Adalberti, Fulconis, & Gibonij Vaſſorum, & Dominicorum, id eſt Rodeſtagni, & Abundantij, & Iudices qui miſſi ſunt cauſas dirimere, & legibus definire, id eſt Gontarius, Diſcolius, Leodericus, Petrus bona vita, Sigfredus, & alij boni homines qui ibidem aderant, id eſt Garibertus; Vidalus, & Galbertus, Arluinus, Vicar, Vuiſulfus, Arila, Samuel,* C *Donadeus, Agemundus, Vrſio, Agimirus, Anſelmus, Vuarnarius eo in iudicio, vel præſentiâ, quos cauſa fecit eſſe præſentes, cùm, inquam, inde præſcripti Miſſi & iudices, vel plures boni homines in Narbonâ ciuitate reſiderent, ad cauſas dirimendas, ad eorum iudicium veniens Arluinus aſſertor, & cauſidicus, & mandatarius* DANIELIS *Archiepiſcopi ordinatione Regis noſtri Caroli dixit. Iubete me audire cum iſto præſente Milone Comite, quia multas villas ſeu poſſeſſiones Sanctorum, Iuſti & Paſtoris, & S. Pauli & S. Stephani quæ ſunt in pago Narbonenſi, iſte retinet iniuſtè, quorum hæc ſunt nomina,* D *Quintianus, & Muſarus ſingulæ ex medietate, villa Puteus Valerij, Baxanius, Malianus quæ villæ duæ ſunt vltra Pontem Septimium Sanctorum Iuſti & Paſtoris ab integro, villa Antonianus, Trapalianicus, Paredina, Agellus, Medullanus, Buconianus, Fallopianus, Amoianus ex medietate, Magrinianus; Leaulæ, Centumpinus, Chriſtimanicus, Petrurio ab integro, Canato, Trolo, Laureolis, Curta oliua media, Prexanus media, Caunæ, &c. Has omnes villas quidquid ſcilicet in eis debet habere Archiepiſcopus, Milonem totum tenere iniuſtè certis approbanit conditionibus.*

Tunc interrogauerunt Miſſi, & Iudices prædictum Milonem, an ita eſſet, & ſuper huiuſmodi reſpondere iuſſerunt, ad hoc Milo reſpondit; Ipſas villas Rex Carolus mihi dedit in beneficium. Miſſi igitur & Iudicee Dominici & Vaſſi quæſiuerunt à Milone, vtrum poſſet habere iudicium vel teſtes quibus hoc ſuis partibus vendicaret. Milo ad
» *hæc. Nec iudicium veritatis, nec teſtimonia*
» *hinc habeo, ſed nec vllo tempore habere*
» *potero, vel habere ſpero. Interrogatus ergo*
» *Arluinus an haberet aſſertionis ſuæ teſti-*
» *monia. Habeo, inquit, plurima & illico*
» *protulit: procedunt igitur teſtes veraces &*
» *legitimi, &c. dicentes; vidimus Danielem*
» *Archiepiſcopum has villas ſupradictas cum*
» *omnibus ſuis finibus & terminis habentem*
» *ab integro; & hoc iurauerunt in præſentiâ prædictorum Iudicum in Eccleſiâ B. Mariæ, quæ ſita eſt infra muros ciuitatis Narbonæ; cognitâ igitur veritate & probatâ, reddita ſunt Arluino Cauſidico villæ quas calumniabatur, & Miloni exempta; vnde gauiſus eſt Arluinus plenariam ſe excepiſſe iuſtitiam: Data iudicio notitia traditionis tertio Nonas Iulij, anno 14. Caroli Regis Francorum. Signum Milonis qui hanc notitiam traditionis iudicij, & euacuationis feci, & firmari rogaui. S. Gariberti, & aliorum; ego Valtarius Notarius Boſonis hanc notitiam traditionis iudicij ſcripſi die & anno quo ſupra.* Narbonæ autem Concilium celebrauit Daniel
788. ac primas tenuit an. 788. cum pleriſque Septimaniæ & Hiſpaniæ Præſulibus; in eo pronunriatum eſt pagum Reddenſem ſubjici Archiepiſcopatui Narbonenſi, & Auſonam ab Antiſtite regi, donec fugatis infidelibus E,piſcopus in eâ conſtitueretur; huius Synodi acta Catellus edidit in hiſtoriâ Occitaniæ; quæ reperies etiam in archiuo Metropolis num. 194. eo verborum tenore:

Anno Incarnationis d.cc.
788. xxcviii. *Ind. xii. glorioſiſſimo Imp. Carolo regnante anno 23. quinto Cal. Iulij: dum pro multis & variis Eccleſiaſticis negotiis præſertim pro Felicis Vrgelitanæ Sedis Epiſcopi peſtifero dogmate graſſante, per ſuæ authoritatis literas Domno Apoſtolico Adriano, ac Domino Imperatore per Miſſum ſuum nomine Deſiderium conueniſſemus vrbem Narbonam, intra baſilicam S. Iuſti & Paſtoris: Ego ſcilicet* Daniel *licet indignus atque peccator, gratiâ tamen Dei ſanctæ Metropolitanæ præmiſſæ vrbis Epiſcopus, necnon & Eliſantus Arelatenſis Epiſcopus, cum plurimorum collegio venera-*

A *bilium Epiſcoporum, vnà cum authoritate Domini Apoſtolici, Miſſóque prædicto Domini Imperatoris Caroli. Inter cætera quæ veraci ſermone finem acceperunt, orta eſt querela coram nobis omnibus de parochiâ Narbonenſi, inde præcipiente Domino Imperatore, ſubtili examinatione, & ſpeciali ob prolixas altercationes terminari iuſſerat. De quâ Daniel Epiſcopus per teſtes idoneos Iuſtinum ſcilicet Agathenſem Epiſcopum, & Vuiteringum Nemauſenſem Epiſcopum, atque Amicum Magalonenſem Comitem, cæteróſque quam plures diſcutiendo elucidans, totum Reddenſem pagum ſuper Vi-*
B *uerdarium Hoſtienſem Epiſcopum euindicauit, & marginem parochiæ Narbonenſis ex aliâ parte, vſque ad fluuium qui vocatur Orbus, quandiu vocabulum ſuum idem Comitatus retinet, ſuperius & inferius perduxit pleniſſimâ ratione, Vulfegarij Epiſcopi Biterrenſis cum prædictis teſtibus ſuperatâ. Præterea idem Daniel Archiepiſcopus de Auſonenſi parochiâ rationem adhibens, oſtendit quod nullo modo Epiſcopum ponere illic potuiſſet ob paganorum infeſtationem, & quemadmodum Deo per anteceſſoris ſui induſtriam, quondam ibidem hæreſis extincta fuerit. Et quia eiuſdem pagi plebs ſicut quidam eorum in præſentiâ retule-*
C *runt, nulli parochiæ adhærere, niſi Narbonenſi ob principalitatem tantæ Sedis præcipuæ; Cuius Archiepiſcopi ſalubrem eſſe rationem comprobantes, prædictis commoditatibus, & no confinio Hiſpaniæ occaſionem triſtitiæ ingeremus, vnanimiter iuſto perpendimus examine, vt nulli ſedi deinceps ſociata habeatur, niſi Narbonenſi, ſeruatâ verumtamen authoritate ſi per ſe Epiſcopum habere nequiuerit. Rogamus igitur cunctos ſubſequentes nos, & hoc noſtræ authoritatis decreto confirmamus, ſancimus, ſtabilimus tam de Reddenſi pagò, quam etiam de Auſonenſi, ſiue confinio Narbonenſi & Biterrenſi, quod eſt Orbus, vt ſicut coram nobis diſcuſſum & comprobatum eſt,*
D *ita inconcuſſum & incontaminatum, nullius contradictione valente imperpetuum permaneat. Si quis verò, &c. Vt autem hoc noſtræ firmitatis decretum certiorem obtineat roboris vigorem, manus noſtræ ſubſcriptione illud roborare voluimus; in Chriſti nomine.* Daniel *Dei miſeratione Sedis* Narbonensis *Metropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus huius decreti inſtitutionem ſubſcripſi. Ego Eliſantus primæ Sedis Arelatenſis Epiſcopus confirmaui. Ego Deſideratus Dienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Salicus Arauſienſis Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Arruſo Toloſanæ Sedis Epiſcopus confirmaui*

in Dei nomine. Donadeus Vuapicenſis Epiſcopus. Francolinus Coſeranenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Lupus Caualionenſis Epiſcopus. Armudus Vceticenſis Epiſcop. Hiſcepio Carcaſſenſis Epiſcopus, In Chriſti nomine Magnitus Epiſcop. Atenſis ſubſcripſi, Vuiterineus Nemauſenſis confirmaui. Felix Epiſcopus Vrgelitanæ Sedis, Bonitus Vacentinæ Sedis Epiſcop. Iuſtus Agathenſis Epiſcopus, Adoulfus Termidenſis Epiſcop. In Chriſti nomine, Vuenedarius Helnenſis Epiſcop. Fermideus Barchinonenſis Epiſcop. Aribertus Antipolitanæ Sedis Epiſcopus. Ioannes Cunelacenſis, Ioannes Madalonenſis, Aſmarius Vrcaulienſis, Abraham Commenenſæ Sedis Epiſcop. Ragambaldus Diaconus Dianenſis vocatus Epiſcop. Amatus Carpentinenſis Epiſcop. Auſebrandus Diaconus ad vicem Landeberti Eglinenſium Epiſcopi, Dominicus indignus presbyter ad vicem Vuſelgary Sedis Biterrenſis Epiſcopi. Ego Arrico Cancellarius hoc decretum ſcripſi, die & anno quo ſupra.

16. NIBRIDIVS Caroli Magni
Imp. Miſſus Dominicus in Concilio
813. 6. Arelatenſi an. 813. cum Ioanne Atchiepiſcopo, qui in eadem Synodo orationem habuêre. Agobardus Lugdunenſis Archiepiſcopus illius meminit in libro epiſtolar. vbi dicitur iam longæuus. Extat in chartophilacio Narbonenſi priuilegiorum Regiorum numero 3. diploma quod hic etiamſi Catellus retulerit, inſerendum exiſtimauimus:

IN NOMINE *Domini Noſtri Ieſu Chriſti Ludouicus diuinâ ordinante prouidentiâ Imper. Auguſtus, &c. Notum ſit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris tam præſentibus quàm futuris, quia vir venerabilis* NIBRIDIVS NARBONENSIS *vrbis Archiepiſcopus, adiens obtutibus noſtris deprecatus eſt manſuetudinem culminis noſtri, vt matrem Eccleſiæ ipſius ciuitatis, quæ eſt in honore SS. Iuſti & Paſtoris, vel S. Mariæ ſemper Virginis cum monaſterio S. Pauli Confeſſoris vbi ipſe Sanctus corpore requieſcit, quod eſt conſtructum haud procul ab eadem vrbe: cum omnibus moderno tempore ſibi ſubiectis ſub noſtrâ defenſione, & immunitatis tuitione conſiſtere faceremus. Cuius precibus ob amorem Dei & reuerentiam eorumdem Sanctorum, aurem accommodare libuit & hoc noſtræ authoritatis immunitatiſque præceptum erga eandem Eccleſiam facere, per quod decernimus atque iubemus, vt nemo ex iudiciariâ poteſtate, nec vllus ex fidelibus noſtris in Eccleſias aut loca vel agros, aut reliquas poſſeſſiones quas præſenti tempore poſſidet, vel ea quæ deinceps in iure atque poteſtate ipſius Eccleſiæ diuina pietas voluerit augere, ad cauſas audiendas, vel freda & tributa exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ tam ingenuos, quàm & ſeruos diſtringendos, vel vllas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris aut futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ ſupra enumerata ſunt penitus exigere præſumat, ſed liceat memorato Præſuli ſuiſque ſucceſſoribus ſub noſtrâ defenſione, quietè reſidere, & noſtro parere Imperio, & quidquid ius fiſci inde exigere poterat, totum nos pro æternâ remuneratione eidem concedimus Eccleſiæ, vt perpetuis temporibus Clericis ibidem ſeruientibus, Deo proficiat in augmentis, quatenus rectores eiuſdem Eccleſiæ cum omnibus ad ſe pertinentibus, cum Clero & populo ſibi ſubiecto, pro nobis & coniuge proléque noſtrâ ac totius Imperij à Deo nobis per immenſam Domini miſericordiam commiſſi, alacriter exorare delectet. Et vt hæc auctoritas noſtræ perceptionis à fidelibus S. Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs credatur; & diligentius conſeruetur, eam manu propriâ ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Ludouici Piiſſimi Auguſti. S. Durandus Diaconus, ad vicem Eliſachar recognouit. Data IV. Kalend. Ianu. anno Chriſto propitio Aquiſgrani, Palatio Regio, in Dei nomine feliciter Amen.*

17. BARTHOLOMÆVS I. in Concilio Toloſano an. 828. de quo Capi- 828.
tulare III. Ludouici Pij Imp. Fuit inter Præſules Lotharianæ factionis cum Agobardo Lugdunenſi præcipuus, vt inſinuat Flodoardus hiſtor. Remenſis l. 2. cap. 20. meminitq; illius Amulo epiſtolâ ad Theobaldum Lingonenſem & chartularium Ferrarienſe.

18. BERARIVS an. 843. Carolo 843.
Caluo Imperante, cui Rex idem confirmat dimidiam partem ciuitatis Narbonenſis, quam Pipinus Rex donauerat, confecto eâ de re apud Cœnobium S. Saturnini Toloſæ regio diplomate, quod in iiſdem archiuis aſſeruatur num. 10.

19. FREDOLDVS ſubſcribit Con-
cilio Tuciacenſi an. 860. cui Impera- 860.
tor tradit quaſdam res proprietatis ſuæ ſitas infra Narbonenſem pagum villares ſcilicet nuncupatas, Caſales,

Alautianus, & inſulam Mandriacus, quâ de re conſuli poſſunt tabularia priuilegiorum numero 14.

20. Sigebodus quæritur in epiſtolâ Nicolai I. Papæ ad Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum, ſub an.
864. 864. quòd Clericos ſuos ad iudicium ſuum venire compelleret, ſic enim apud Gratianum Can. 9. q. 3. inquit: » Conqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigebodus Archiepiſcopus Narbonenſis, quòd Clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad Eccleſiam ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure Patriarchatus tui diſponas: cùm hoc neque antiquitas cui Sancti Patres ſanxerunt reuerentiam, habeat, & auctoritas Sanctorum Canonum penitus interdicat. niſi fortè pro cauſis quæ apud ſe terminari non poſſunt; ad te quaſi ad Patriarcham ſuum prouocauerint per appellationes, vel ſi Epiſcopus ſuus deceſſerit, res Eccleſiæ ſuæ iudicio tuo diſpenſare voluerint. Ingobertum verò Præſulem Vrgelitanum ordinauit, & epiſtolâ Ioannis 8. Papæ ad Synodum Trecaſſinam vocatus,
878. eidem ſubſcripſit an. 878. in quâ cum ſuis Suffraganeis obtulit Pontifici librum Gothicæ legis de ſacrilegiis, teſte Iuone, parte 3. c. 98. epiſt. 122. eiuſdem Papæ illi definienda cauſa inter Vceticenſem & Auenionenſem Epiſcopos committitur; eique ſcribit pro Nemauſenſi Antiſtite 879. & 882.
885. Mortuus ſub an. 885. ex monumentis Narbonenſibus; in cartophilacio Archiepiſcopali num. 17. donatio extat Carlomanni Regis, Eccleſiæ S. Iuſti, de Abbatiâ S. Laurentij, Limoſi vici in Comitatu Reddenſi, data prid. Non. Iunij an. 3. apud Pauliacum.

21. S. Theodardus, Aquitanus nobilis proſapiæ, prius Narbonenſis Archipreſbyter, ſucceſſit Sigebodo,
885. inauguratus anno 885. vt prodit vita antiqua eiuſdem quam Catellus edidit ex Sanctotali Bernardi Guidonis: » Aduenit dies in quo beatiſſimus Theodardus conſecrandus erat Dei diſpoſitione Epiſcopus; erat autem Dominica necnon Auguſti octaua decima dies, in quâ celebritas Aſſumptionis glorioſiſſimæ Genitricis Dei veneratur; tunc à tempore Incarnat. 885. computabantur anni. Igitur qui conuenerant Narbonam Epiſcopi Auſin- A dus, Giſletanus, atque Agilbertus, peractâ triduanâ frugalitate, vnà cum tunc futuro Epiſcopo, comitante ſecum innumerâ Cleri & populi multitudine S. Mariæ intrauêre Eccleſiam, vbi ſanctiſſimum corpus B. Pauli quieſcit, vt propter quem illo conuenerant deuotiſſimè conſecrarent Epiſcopum, quod vtique ſanctè perfecerunt. « Igitur poſt ſuſceptum Pontificatum, Romam adiit ad Stephanum VI. Pontificem 886. ab eóque Pallium impetrauit, 886. & literas contra Siluam quendam, qui pro Archiepiſcopo Narbonenſi ſe gerebat. Quæ congregandæ aduerſus B eum Synodi cauſæ fuerint, docent ex tabulis Narbonenſibus excerpta quæ ſequuntur è tom. 3. Conciliorum Galliæ. Silua, inquiunt, Clericus Hiſpanus, qui ſe Archiepiſcopum fecerat, eiecto Ingoberto Vrgellitano Epiſcopo, qui à Sigebodo fuerat conſecratus, in Gerundenſi etiam Eccleſiâ pro Seruo Dei, quem Theodardus ordinarat, alium conſtituit nomine Ermemirum, quem ordinarunt cum Seluâ Frodoinus Barcinonenſis & Gotmarus Auſonenſis Epiſcopi. Ergo ordinatores ad ſe venire iuſſit beatus Theodar- C dus. Cùm venire detrectarent, Synodum ſuæ prouinciæ ad XV. Kal. Decembris indixit in villâ quæ Portus dicitur, ſita inter Magalonem & Nemauſum. Aduocauit & Prouinciæ Epiſcopos. Adfuere autem Roſtagnus Arelatenſis, Matfridus Aquenſis, Ermaldus Ebredunenſis Archiepiſcopi; & cum eis Paulus Aptenſis, Berengarius Maſſilienſis, & alij. Adfuit & venerabilis Theodardus habens ſecum Guilbertum Nemauſenſem, Giſletanum Carcaſſonenſem, Elegium Albienſem, Amelium Vceticenſem, Abbonem Magalonenſem, Boſonem Agathenſem, Agilbertum Biterrenſem, Riculfum Helenenſem, Gotmarum D Auſonenſem, Ingobertum Vrgellenſem, Seruum Dei Gerundenſem, Bernardum Toloſanum, & Macarium Lutouenſem. In hoc Concilio Gotmarus veniam petiit à Sinuatio Comite ſe inductum cauſatus: Contra Seluam verò & ſocios, Epiſcopi qui Concilio aderant Stephani Papæ anathema renouarunt, niſi ante Quadrageſimam ſatisfacerent. Ad Sinuarium Comitem quoque miſſa legatio, Gotmaro deferente, & benignè ſuſcepta eſt. Cum enim omnia quæ geſta erant audiuiſſet, «

» regionis primarios conuocauit, adfuit
» etiam accitus THEODARDVS cum ali-
» quot Epiſcopis in Eccleſiâ S. Mariæ
» Vrgellæ. Ibi Seluam iuxta canones,
» quia ſe extra Metropolitani ſui con-
» ſenſum ordinari fecerat, & Ermemi-
» rum degradarunt, ſciſſis Epiſcopali-
» bus indumentis, baculis eorum ſuper
» eorum capita confractis, anulis cum de-
» decore à digitis euulſis. Frodoino Bar-
» cinonenſi veniâ, quam humiliter po-
» ſtulabat, conceſsâ. Ita Narbonam re-
» uerſus eſt victor Theodardus. Interfuit in Eccleſiâ B. Mariæ tranſlationi reliquiarum S. Antonini martyris XIII.

887\. Calend. Iulij anno 887. cum Auſcindo Elenenſi, Agilberto Biterrenſi, Arnulpho Carcaſſonenſi, Raimundo Toloſano, Rogerio Conſeranenſi, aliiſque Epiſcopis; mox baſilicam Sancti Iuſti variis ornamentis decorauit, & ab Odone Rege priuilegia impetrat, quæ aſſeruantur in archiuo chartarum num. 17. cum epiſtolâ Stephani Papæ ad Seluam qui dominium Archiepiſcopatus Tarraconenſis ſibi arrogabat. Tandem ſancto fine quieuit Theodardus, in vetuſtiſſimo monaſterio B. Martini humatus, quod à ſepulturâ eius nomen S. Theodardi accepit, & Epiſcopali Sede Monralbanenſi inſignitum eſt à Pont. Ioanne XXII. vt liquet ex Extrauaganti, Saluator, vbi emendatione indiget vulgata lectio, & pro Theodori reſtituendum Theodardi; cuius reliquiæ expugnato Montalbano ab hæreticis, apud Montechium depoſitæ ſunt.

22\. ARIBERTVS, ei ſcribit epiſtolam Stephanus Papa, relatam à Catello in cauſâ Iudæorum qui allodia terrarum poſſidebant.

23\. ARNVSTVS Concilio Magalonenſi præfuit, vt diſcitur ex ſchedæ antiquæ breui fragmento quod ſic ha-

894\.» bet. Anno Incarn. 894. Ind. XII.
» Nonis Maij in regno Septimaniæ, ter-
» ritorio Magalonenſi loco Iuniarias
» vocato, in Eccleſiâ S. Vincentij, nos
» humiles Septimaniæ, Spaniæ atque
» Prouinciæ Epiſcopi, ARNVSTVS vi-
» delicet ſanctæ Eccleſiæ primæ Narbo-
» næ Metropolitanus, Amelius Vceti-
» cenſis, Gimara Carcaſſonenſis, Regi-
» nardus Biterrenſis, Nantigiſus Vrgel-
» litanus, Autgarius Luteuenſis, Gerar-
» dus Agathenſis, Vuicbertus Nemau-
» ſenſis, Gontarius Magalonenſis, Be-

A nedictus Foroiulienſis, item Reginar- »
dus Cauallicenſis. Triennio poſt, vt »
Narbonenſes tabulæ ferunt, conuocata eſt Arnuſti eiuſdem iuſſu, Synodus altera apud Nemauſenſem pagum, in loco qui Portus cognominatur, in Eccleſiâ S. Mariæ 13. Cal. Maij an. 897. 897.
Primas tenet in Conuentu Epiſcoporum habito ad oppidum cui Fonticooperto nomen eſt in agro Narbonenſi, pro controuerſiâ inter Epiſcopos Vrgellitanum & Palliarenſem de finibus ditionis, cuius Concilij epocham refert Mariana lib. 8. c. 5. hiſt. an. 940. cum iam deceſſiſſet Arnuſtus: Biterris

B quoque an. 909. Concilium habuiſſe 909.
legitur ex chartophilacio Eccleſiæ, in cuius priuilegiorum Regalium ſcriniis ſequens habetur diploma:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karolus diuinâ propitiante clementiâ Rex omnibus Marchionibus, Comitibus, Ducibus, Vicariis, Iudicibus actionariis, notum eſſe volumus. Quia venerabilis Sanctæ Narbonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus* ARNVSTVS *noſtram adiit ſerenitatem, innoteſcens auribus clementiæ noſtræ, quod in ſuâ parochia, ceu & in cunctis Epiſcopiis, qui in ſuffragio ipſius poſiti ſunt;*
C *grauiſſima quadam contra iura Canonum, atque inſtituta legum increuerit conſuetudo; de eo quòd Comites, atque Iudices ceu Miniſtri illorum, Sacerdotes Domini, ſiue reliquos Eccleſiæ Miniſtros ad placitum ſuum violenter ducere, & fideiuſſores tollere, atque eos more laicorum diſtringere præſumant, &c. Nos verò has præceptionis noſtræ literas fieri decreuimus, per quas authoritate Regali iubemus, præcipientes, vt nemo Comitum, vel Iudicum, vel quorumlibet publica negotia adminiſtrantium in cunctâ Narbonenſi diœceſi; ceu & in omnium Epiſcoporum ſibi Suffraganeorum Eccleſiis, aliquem Sacerdotum, ceu Leuitarum, aut*
D *reliquorum Eccleſiæ Dei Miniſtrorum, violenter ſibi ſubjicere, aut fideiuſſores tollere, vel in placitum laicorum diſtringere vllatenus præſumat, & neque de proprietatibus, aut reliquis poſſeſſionibus illorum aliquam exactionem aut redhibitionem illicitam vllo vnquam tempore exigere audeat. Si aliqua verò querimonia aduerſus illos exorta fuerint, in præſentiam ſuorum Epiſcoporum veniant, atque ibi de iis canonicè, atque legaliter iudicentur, quia iuxta ſanctiones legum indignum eſt, vt homines iudicent Deos. Si quis autem &c. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis, Hernicus Notarius ad vicem Folconis Archiepiſcopi reco-*

gnouit. Datum octauo Idus Iunij, indictione 11. anno VII. Rege Karolo, & in ſucceſſione Odonis 11. pleniter regnante sereniſſimo. Actum apud Thurinum villam in Dei nomine feliciter. Amen. In tabulatio Eccleſiæ ad eundem Narbonenſem Antiſtitem Pontificis Max. Bulla repetitur his verbis:

STEPHANVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Reuerentiſſimo, & ſanctiſſimo Confratri noſtro* ARNVSTO *Epiſcopo primæ Sedis ſanctæ Narbonenſis Eccleſiæ, & per te in eadem venerabili Eccleſiâ in perpetuum, &c. Salubribus petitionibus veſtris inclinati decreuimus à præſenti die, XIV. indictione per huius noſtræ Apoſtolicæ confirmationis priuilegium roboramus, ſtabilimus, & in perpetuum noſtrâ Apoſtolicâ authoritate confirmamus, id eſt omnes domos, cellas, Eccleſias, villas, curtes, parochias, terras, vineas, prata, ſyluas, atque medietatem ſyluarum & telonei, ſeu raſiam, atque naufragij Monaſterio S. Laurentij, & cellas vel cum adiacentiis, & pertinentiis earum, vnà cum famulis vtriúſque ſexus, & alia omnia quæ à piis Imperatoribus, & Regibus, vel ab aliis Deum timentibus in eadem Eccleſia collata ſunt vel conferenda, tam in ipſo Comitatu Narbonenſi, quam & Reddenſi, ceu Nemauſenſi, atque Auſonenſi. Hæc verò omnia ita iure firmiſſimo à te poſſideri ac dominari volumus, ceu olim poſſeſſum eſt à ſanctæ memoriæ deceſſore tuo Daniele Epiſcopo, ceu & reuerendo Sigebodo eiuſdem primæ Sedis Narbonenſis Præſule ſub tuâ, tuorúmque ſucceſſorum ditione, poteſtate, ac vtilitate: omnimodis confirmantes, ſtatuentes, Apoſtolicâ cenſurâ ſub diuini iudicij obteſtatione & anathematis interdicto, vt nulli vnquam paruo aut magno homini liceat quamlibet forciam, vel appriſionem in omnibus rebus eius facere, aut poteſtatem aliquam habere, vel aliquem diſtringere, aut qualecúmque teloneum ab eis exigere, ſiue ad placitum eos vbicúmque pro quibuſcúmque caſibus prouocare præſumat, niſi in præſentiâ Archiepiſcopi cauſa illorum audiatur & regulariter firmetur. Illud quoque noſtrâ Apoſtolicâ authoritate iuxta Canonicam ſanctionem nobis addere placuit, vt ſi quando diuinâ vocatione vos, veſtríque ſucceſſores ex hac luce migrauerint, quandiu in ipſâ Eccleſiâ Narbonenſi repertus fuerit qui dignus ſit officio Pontificatus ipſius fungi, nulli liceat ex alio loco inibi ingredi, nec iam dictam ſibi prædictus quacunque dignitate aut regiâ auctoritate vſurpare ſedem: ſed conuentu vicinorum Coëpiſcoporum occurrere valentium facto alicuius poteſtatis, benedictionis Cleri vel plebis præcipiat dignitatem. Si verò aliquem de Suffraganeis Coepiſcopis contigerit mori, perquirens Metropolitanus electionem plebis ipſius eam viſitare ſtudeat, vtpote viduatam Eccleſiam. Quod ſi fortè ibi talis non repertus fuerit, qui onus ſacerdotale ferre queat, per Canonicam auctoritatem & noſtram Apoſtolicam permiſſionem licentia ſit illi, abſque vllâ retractatione de ſuâ Eccleſiâ talem intronizare, qui Suffraganeæ ſuæ Eccleſiæ dignus præeſſe valeat paſtor &c. Scriptum per manum Nicolai Scriniarij S. Romanæ Eccleſiæ in menſe Auguſto, indict. XIV. bene valete. Datum XIII. Kal. Septemb. per manum Stephani Epiſcopi S. Eccleſiæ Nepheſinæ in arcario S. Sedis Apoſtolicæ, Imperante Domino piiſſimo Auguſto Arnulpho à Deo coronato magno Imperatore, anno primo.* Toletum autem proficiſcens Arnuſtus, crudeliter trucidatur ſub Pontificatu Anaſta- 913.
ſij III. qui mortuus eſt an. 913.

24. AGIVS ex Abbate Vabrincenſi, ſpectatæ probitatis vir canonicè eligitur; adfuit cum Lugdunenſi & Biſonticenſi Archiepiſcopis, Concilio Cabilonenſi apud S. Marcellum an.
915. vt narrant Burgundici ſcriptores; 915.
à Ioanne X. Pont. Metropolitani pallio cohoneſtatus, quod ſequenti originali docetur apud Catellum.

« IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Reginaldo Biterrenſi, Armano Toloſenſi, Riculpho Elnenſi, Guineræ Carcaſſenſi, Wigoni Gerundenſi, Gerardo Agathenſi, Theuderico Lurouenſi, Huberto Nemauſenſi, item Theuderico Barcinonenſi, Georgio Auſonenſi, Rudolpho Vrgellitanenſi Eccleſiarum Chriſti reuerentiſſimis ac ſanctiſſimis Epiſcopis. Sanctitatis veſtræ litteras de Metropolitano AGIO ſuſcipientes, huic inſidias & fraudes Gerardi nequiſſimi ei illatas agnoſcentes, valdè doluimus & quaſi noſtro corpore ſuſcipientes defecimus. Vnde veſtræ ſanctitati notum eſſe volumus, quia præfatus Geraldus falſidicus, ad hanc ſanctam Romanam atque Apoſtolicam Eccleſiam, cui authore Deo deſeruio, veniens à nobis quaſi innocens ſurripere voluit Epiſcopatum, cui nos licet eius iniquitatis verſutiam plenius non agnoſcentes commodare ſine Canonica cenſurâ noluimus. Ipſe verò, vt multorum veridicâ relatione comperimus, neſcio

,, quas falſas epiſtolas per ſurreptionem
,, quaſi ex noſtro nomine vobis perfe-
,, rens, Epiſcopatum Narbonenſem hac
,, oecaſione armatâ manu deprædatur,
,, venerabilis AGIVS eius inſidiis cap-
,, tus venire ad hanc ſanctam Apoſtoli-
,, cam Sedem defertur, & alia quam-
,, plurima de illo antequam per veſtras
,, litteras cognouimus audientes; Qua-
,, propter vobis per Eminium Atchiepiſ-
,, copum noſtras Apoſtolicas litteras mi-
,, ſimus, vt ipſum ſæpe nominatum Ge-
,, raldum per omnia falſidicum tenentes
,, inter Epiſcopos non haberetis. Nunc
,, quia eius malitiam, iniquitatem arque
,, fraudes à veſtrâ frarernitate pleniter
,, agnoſcenres agnouimus, volumus, at-
,, que Apoſtolicâ auctoritate manda-
,, mus, vt ſicut iam vobis ſcripſimus, &
,, ſacri Canones teſtanrur, eum inter E-
,, piſcopos non habeatis, quippe qui nec
,, à Clericis, vel populo ciuitatis ſit expe-
,, titus, nec à vobis ſuis Comprouincia-
,, libus more ſolito ordinatus, priuile-
,, gium, pallium, & vſum pallij veſtro
,, Metropolitano Agio, vt veſtra petiuit
,, dilectio miſimus, quia nulli Eccleſiæ
,, hoc quod illi iuſtè competit, dene-
,, gamus. Ceterùm regali diplomate confirmationem priuilegiorum obtinet cum donatione Abbatiæ S. Laurentij, vt fidem faciunt literæ quæ aſſeruantur in armario Archiepiſcopali chartarum num. XXV.

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Carolus, &c. Nouerit omnium fidelium Dei Eccleſiæ noſtrorum, tam præſentium, quàm futurorum induſtria, quia acceſſit ad clementiam ſerenitatis noſtræ Vnigo S. Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus, deprecans nobis, vt cuidam fideli noſtro* AGIONI SANCTÆ NARBONENSIS, *ac Reddenſis Eccleſiæ Archipræſuli, ſcripturas Eccleſiaſticas renouando confir-* D *maremus, &c. C: n petitionem neceſſariam ac rationabilem eſſe cognoſcentes, placuit celſitudini noſtræ pro remedio animarum genitoris, & fratris noſtri, atque noſtræ, quatenus ad eandem Eccleſiam SS. Iuſti & Paſtoris, necnon & S. Pauli Confeſſoris, vbi ipſe venerabilis vi: corpore requieſcit, Abbatiam S. Laurentij cum omnibus ſuis cellulis, & villis, atque terminis, cum ſummâ integritate locorum, veluti in præceptis Monachorum ab anteceſſoribus noſtris piiſſimis Regibus, factis perpetualiter concederemus, eo videlicet tenore, vt ſtipendia Monachorum ibidem degentium iuxta vires Præſulis non deficiant. Concedimus præ-* A *terea medietatem ſalinarum, telonei, portatici & raſicæ, ſiue naufragij, atque paſcuarij ad eandem præfatam Eccleſiam tam in Narbonenſi, quam Reddenſi Comitatu vndecúmque Comes vel Miſſus eius receperit, vel recipere debuerit aliquid exactionis, &c. Fiſcos verò qui ſunt in Biterrenſi Comitatu S. Paulo Confeſſori à longo tempore collatos, & à poteſtate Comitatis iniuſtè vſurpatos pleniſſimè reddidimus, atque eidem Eccleſiæ ſicut dignum eſt, per hoc noſtræ authoritatis præceptum confirmauimus. Reddidimus quoque præfatæ Eccleſiæ SS. Iuſti & Paſtoris ex noſtrâ regali libertate in Comitatu Biſaldunenſi Abbatiam S. Stephani,* B *quæ nuncupatur Balmolas, cum Eccleſiis cellulis, villis, villaribus, & omnibus adjacentiis ſuis ac mancipiis vtriúſque ſexus ad eundem locum pertinentibus. Et in Comitatu Narbonenſi Montilium fiſcum cum terris & ſalinis, & omnibus adjacentiis ſuis, necnon & Colonicas, fiſcum in eodem Comitatu ſitum, terras quoque omnes & domos, ac vineas quas Iudæi in ipſo Comitatu poſſidere videntur, vnde decimæ in Eccleſiis Dei exire conſueuerunt quocúmque modo ipſas acquiſierint poſſeſſiones, pro eleemoſynâ noſtrâ eidem concedimus Eccle-* C *ſiæ, ſimiliter & fiſcum Iuniacum cum Eccleſiâ in Comitatu Nemauſenſi, atque in ſuburbio caſtro Salauenſe in valle Ocilianenſe Eccleſiam S. Saturnini cum villâ totâ & omnibus appenditiis ſuis. Addimus quoque, &c. Si verò infra iſtas vel alias villas einſdem Eccleſiæ homines hoſtolenſes, vel alij Hiſpani fuerint, quicquid ius fiſci inde exigere debet, totum ad opus S. Matris Eccleſiæ Narbonenſis iure perpetuo concedimus obtinendum, &c. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Hagano notarius ad vicem Rogerij Archiepiſcopi, ſummíque Cancellarij recognouit, & ſubſcripſit. Data VII. Idus Iunij Indict. X. anno XXX. re-* D *gnate Domino Karolo redintegrante XXV. largiore verò hæreditate indeptâ XI.* Catellus verò in hiſtoriâ quendam Erifontem Archiepiſcopum ſubjicit Agioni, ſed coniecturâ vtitur.

25. ANNO, cuius notitia eruitur ex veteri ſchedâ venditionis Adalaidis Vicecomitiſſæ Biterrenſis, an. 924. de 924.
omni poſſeſſione quam habebat in villâ de Sellaſion: charta habetur in tabulario Archiepiſcopali num. 294.

26. AIMERICVS ſcribit cum Hugone Toloſano & Reginaldo Birerrenſi, nomine Epiſcoporum totius prouinciæ ad Pont. Ioannem, quod poſt

illius electionem, Romam ad eum ſa- A
lutandum propter infeſtationem Hun-
garorum proficiſci non poterat; epi-
ſtola extat in archiuo Archiepiſcopa-
tus. Adfuit conſecrationi Monaſterij
S. Pontij Tomieriarum cum Carcaſſo-
nenſi & Biterrenſi Præſulibus, & à
Papâ confirmationem priuilegiorum
955. Eccleſiæ ſuæ obtinet 955. acquiſiuit
etiam à Manfredo Vicecomite Nar-
bonæ & Adalaxi vxore 959. terram
de Creiſſan, quam legauit collegio
977. Metropolitanæ baſilicæ an. 977.

Narbone. 27. Ermengavdvs de Nar- B
bone Matfredi Vicecomitis & Ada-
985. laxis filius, Raimundi frater an. 985.
cui & Capitulo Narbonenſi conceſſit
in feudum Rolandus plurima dominia
apud caſtrum Maurum; Concilium
prouinciale celebrauit contra Nobiles
bona Eccleſiaſtica vſurpantes, cuius
acta in membranis Capituli docent
997. vixiſſe adhuc 997. & 1010. quo anno
iure beneficiario tradidit quaſdam
poſſeſſiones Durando presbytero, vt
patet ex regiſtro feodorum num. 104.
1010. teſtamenti tabulis Eccleſiæ ſuæ bene-
facit Ermengaudus, qui laudatur di-
uini cultus in Archiepiſcopatu reſtau- C
rator.

Cerdaigne. 28. Gviffredvs de Cer-
daigne Abbas S. Pauli Narbonen-
ſis, parentibus ortus Vifredo Comite
Ceretaniæ, & Dulciâ Palliarenſis Co-
mitis filiâ. fratres habuit Raimundum,
Vifredum, Guilelmum Vrgelitanum,
& Berengarium Gerundenſem Epiſco-
pos; conſecrauit baſilicam de Frou-
1015. menguiere an. 1015. ex tabulâ mona-
ſterij Iucundenſis. Eſt verò in archi-
uis Narbonenſibus fragmentum vetus
concionis quam habuit Berengarius
1032. Vicecomes 1032. coram Narbonenſis
Concilij Patribus, vbi teſtatur, decimo D
ætatis anno de Archiepiſcopatu inue-
ſtitum fuiſſe pretio centum mille ſoli-
dorum, à Raimundo patre Berengarij,
qui Graſindim, Guiffredi conſangui-
neam vxorem duxerat; His autem con-
ditionibus ordinatur, vt Vicecomitum
Narbonenſium familiæ patrocinare-
tur; continuò pactorum immemor,
hoſtiliter armis eam domum inſecta-
tus, Archiepiſcopatum cædibus & diſ-
ſidiis turbauit, inſuper pro Vilelmo
fratre centum millibus ſolidorum E-
piſcopatus Vrgelli dignitatem emit;
& pro eâ pecuniæ ſummâ, Iudæis ſa-
cram Eccleſiæ ſuæ ſuppellectilem di-
uendidit: adhæc de ordinationũ & con-
ſecrationis Eccleſiarum infami quæ-
ſtu, illicitiſque amoribus cum Vrgelli
Comitiſsâ inſimulatur; Quamobrem
conuocatâ Synodo prope Narbonam,
tentauit Raiambaldus Arelarenſis An-
tiſtes pacem Eccleſiæ reddere, ſed fru-
ſtra: Interim Concilio Toloſano 1056. 1056.
& alteri Synodo interfuit in monaſte-
rio de Coxan 1035. Narbonam ex Hiſ-
paniâ Sanctorum Iuſti & Paſtoris de
Pardinaco corpora aduexit 1058. vt 1058.
eſt in vetuſto Martyrologio S. Pauli;
B cuius Eccleſiæ Abbas, cœnobio B.
Michaëlis Narbonenſis quædam bona
contulit 1044. & fidelitatem clientelæ
Bernardi Berengarij Vicecomitis ex-
cepit an. 1066. præſentibus Raymun- 1066.
do de S. Ægidio, Durando Toloſa-
no, & Raimundo Elnenſi Epiſcopis,
mutuo compromiſſo coram arbitris
facto, pro iuribus Narbonenſis ciui-
tatis. Hæreſi autem Berengarij nomen
dediſſe Guiffredum, inſinuat epiſt. 16.
lib. 6. Greg. VII. Papæ, data Romæ 4.
Non. Ian. ind. 2. ad Berengarium Epiſ-
copum Gerundenſem, vbi inquit: Præ- «
terea de fratre tuo Narbonenſi, magis «
C quàm hactenus fueris volo te eſſe ſolli- «
citum, quia ſatis de perditione eius «
doleo, & miror, ſi tu illum cui gemi- «
nâ germanitate cohæres, ad ſalutem «
non ſtudes reducere, cum ſcis quia «
vel pro carnali, vel ſpirituali affinitate «
alicuius, Chriſtianus homo in tanti «
periculi articulo ſeipſum debet oppo- «
nere. Age ergo & fraternâ charitate «
ſuccenſus, illum ex noſtræ fiduciâ ad- «
monitionis aggredere, commemorans «
illi & præteritos longæuæ ætatis ex- «
ceſſus, & propinquum iam ſibi diuinæ «
vltionis imminere iudicium, ſi fortè «
poſſis eum ab ipſo mortis æternæ limi- «
D ne reuocare, & de ſalute fratris non «
ſolùm cordis gaudium, verùm etiam «
maximum æternæ retributionis à diui- «
nâ largitate præmium promereri. Tan- «
dem anathemate percuſſus ab eodem
Pontifice ſub annum 1078. extremum 1079.
diem clauſit 1079. cuius meminêre
Baronius in Annalibus, Catellus, &
Andoquius lib. 9. hiſtoriæ Occita-
niæ.

29. Dalmativs nominatur Ar-
chiepiſcopus circa an. 1080. Petro 1080.
Narbonenſis Vicecomitis fratre eun-
dem Pontificatum ambiente: nam quæ-
dam literæ extant in archiuo Metro-
polis

polis 1080. quibus Petrus electus Nar-
1080. bonenſis donat Capitulo decimam ſa-
lis; Porrò Gregorius VII. Pont. epi-
ſtolarum lib. 8. ep. 16. ſcribit ad Rai-
mundum Ducem Narbonenſem, &
Berengarium, illiſque Dalmatium ca-
nonicè electum commendat, vt tan-
quam verum paſtorem adiuuent, &
peruaſori reſiſtant:

GREGORIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruo-
rum Dei, R. & B. nobilibus Comitibus ſalu-
tem & Apoſtolicam benedictionem. Quan-
tum domus veſtra B. Petrum iam dudum
dilexerit, quantúmque ipſi fidelis extiterit,
profectò non modo apud vos ſcitur, ſed etiam
in pluribus diuerſarum gentium partibus*
B *notum habetur, vnde & de inimicis victo-
riam, & præ cæteris paribus ſuis honorem
& gloriam hactenus obtinuiſſe longè laté-
que dignoſcitur. Quia verò parentum ve-
ſtrorum ſicut nobilitatis lineam, ita quoque
probitatum ſtudia vos imitari cognouimus,
pro certo valde lætamur, & vt deuotum ami-
cum circa B. Petrum & matrem omnium
ſanctam Romanam Eccleſiam ſemper gera-
tis ſalubriter hortamur, atque monemus: cu-
ius vos dilectionem tenere proculdubio in
nullo melius poteſtis oſtendere, quàm ſi
inter cætera bona quæ debetis agere ſanctam
Eccleſiam procuratis iuuare, atque defen-
dere. Itaque ſaluti veſtræ præcipuè proui-*
C *dentes rogamus, & ex parte B. Petri præci-
pimus vobis vt Narbonenſi Eccleſiæ iam ex
longo tempore à membris diaboli peruaſa,
promptè ſubuenientes, fratrem noſtrum*
DALMATIVM *Archiepiſcopum quem tan-
dem canonicè & ſecundum Dominum ele-
ctum & ordinatum meruit accipere, modis
omnibus ſtudeatis adiuuare, illi verò perua-
ſori qui non per oſtium vt paſtor, ſed aliunde
vt fur & latro ingreſſus, oues Chriſti mactat,
& perdit, immo diabolo tradit, modis quibus
poteſtis reſiſtite, ſi gratiam omnipotentis Dei
deſideratis accipere. Agite ergo & omnino
procurate B. Petrum Apoſtolorum principem*
D *vobis adiutorem, imo debitorem facere, qui
poteſt vobis huius vitæ & futuræ ſalutem &
honorem dare, vel tollere, quique neſcit
fideles ſuos relinquere, ſed potius nouit ſu-
perbis reſiſtere, & confundere, humilibus
autem gratiam dare, eóſque exaltare. Dat.
decimo Kal. Ianuarij.* Vrbani quoque
Pont. Max. alia epiſtola pro Dalma-
tio, ſic inſcribitur apud Catellum:
« VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruo-
« rum Dei, Clero, & populo Narbonen-
« ſi, Raimondo videlicet Comiti, atque
« Aimerico Vicecomiti, cariſſimis filiis
« Apoſtolicam benedictionem. Ve-
A nientem ad nos Reuerendiſſimum fi- «
lium noſtrum DALMATIVM ve- «
ſtratem Archiepiſcopum debitâ be- «
nignitate ſuſcepimus, eiúſque re- «
ligionem & probitatem iamdudum «
agnoſcentes, ipſum dilectioni veſtræ «
Apoſtolicæ Sedis operibus commen- «
damus. Vos ei, vt deuoto & catholico «
Patri dilecti filij obedite, reuerentiam «
& debitam ſubiectionem, vt Domini «
Vicario, in omnibus exhibete, decimas «
vnicuique Eccleſiæ pertinentes ex in- «
tegro reddite, & quæcúmque Epiſco- «
palis iuſticiæ ſunt integra ſibi conſer- «
uate; quæ autem vobis ex Deo dixe- «
B rit, deuotè & lubenter audite & obe- «
dite, pro Chriſto enim legatione fun- «
gitur inter vos, obſeruans pro Chriſto, «
vt reconciliemini Deo, ipſum igitur, «
ſicut Chriſtum honorantes, & audien- «
tes, mores veſtros corrigite, à vitiis ab- «
ſtinete, Deo in omnibus placere cu- «
rate; ſi enim Deo in omnibus placere «
ſtudueritis, paſtorem profectò placen- «
tem Deo habebitis, & ſummum pro «
vobis Iudicem interpellans, niſi veſtra «
delicta impedient, copioſius audietur. «
Eis autem qui bona Narbonenſis Ec- «
cleſiæ iniuſtè detinent & violenter au- «
ferunt, denunciamus nomine Domini «
C Ieſu & Apoſtolicâ authoritate præci- «
pimus, quatenus ea Archiepiſcopo red- «
dant, aut pactum cum eo tale faciant «
quod ipſi debeat complacere, ne bo- «
na iniuſtè detinendo & auferendo ter- «
rena, & animæ incurrant periculum, & «
bonis priuentur æternis. Quod ſi no- «
ſtra præcepta contempſeritis, cùm ite- «
rata ad nos querela peruenerit, nos «
Canonum vltionem & gladium ſpiri- «
tus afferemus: obedientes vos monitis «
noſtris diuina miſericordia cuſtodiat. «
Ceterùm Dalmatius Richardo Abbati
S. Victoris Maſſilienſis dedit Eccleſiam
D de la Mourguie 1086. vt eſt in archi- 1086.
uis, & celebratâ ſynodo Narbonenſi 20.
April. 1090. cui interfuêre Epiſcopi
Carcaſſonæ & Barcinonenſis, in eâ
querimoniã pronuntiauit Abbas Gra- 1090.
tiæ, aduerſus Dalmatium vt docent ta-
bularia S. Iuſti num. 2. Cathedralis
Canonicos ad ſtrictiorem diſciplinam
reduxit; de cuius vitâ hæc habet ve-
tuſtiſſimum Martyrologium;

ANNO DOMINICÆ

Incarnationis M. XCVI. *depoſitio corporis* 1096.
DALMATII *Archiepiſcopi Eccleſiæ*
NARBONENSIS, *qui dum in hoc ſa-*

culo vixit, regularem vitam tenuit, beato
fine XVI. *Kal. Febr. in Chriſto quieuit: ſic*
ſedit in Epiſcopatu annos XV. *menſes tres,*
dies ſexdecim; ordinauit & conſecrauit ſex
Epiſcopos Catholicos, quorum primus God-
fredus Magalonenſis, alter Pampilonenſis,
cæteri Aurienſis, Barchinonenſis, Biterrenſis
& Agathenſis, cuius ſepulturæ non defuê-
re Ricardus, & duo Epiſcopi, ſcilicet Biter-
renſis, & Carcaſſenſis cum quinque Abbati-
bus monachis videlicet Graſſenſi, Electenſi,
Baiolenſi, de S. Benedicto Caſtrenſi, de S.
Sabino, cum altero Abbate de Quadragin-
ta, cum quamplurimis Clericis & Monachis
Deo ordinante ad eum miſsis, ad caſtrum
de Riuis in Eccleſiâ S. Mariæ; qui venien-
tes inuenerunt eum Pontificalibus veſtibus
indutum, cuius caſtri populus ſeruabat cor-
pus volens illud alieni concedere.

30. BERTRANDVS ex Nemau-
1096. ſenſi Antiſtite eligitur 1096. confirma-
tus ab Vrbano II. Papâ 1097. ind. 6.
eodem anno Primatum illi in prouin-
ciam Aquenſem delegauit, & Paſchalis
1099. II. an. 1099. quæ diplomata aſſeruan-
tur in ſcriniis Eccleſiæ Narbonenſis
ſub titulo priuilegiorum Pontif. Exin-
de à Vicecomitibus in regimine tem-
porali turbatus, Archiepiſcopatui re-
1106. nunciauit & mortuus eſt circa an. 1106.

CARLAT
31. RICHARDVS DE CARLAT
Berengarij Vicecomitis Carladenſis &
Bernardi Abbatis S. Victoris Maſſi-
lienſis frater: Ob egregias animi dotes
Gregorio VII. Papæ acceptus, poſt
exceſſum Bernardi eligitur Maſſilien-
ſis monaſterij Cœnobiarcha & Legatus
in Hiſpaniam miſſus an. 1076. Burgi
Concilium Epiſcoporum congregauit,
& Conſtantiæ Alfonſi Regis Caſtel-
læ vxoris voluntati morem gerens,
priſcâ Gothorum in rebus diuinis pro-
curandis conſuetudine antiquatâ, ſa-
cras ceremonias in precandi ritu Ro-
mano more ſanciuit auctore Ioanne
Marianâ lib. 9. hiſt. c. 11. Inde altero
Legato ſubſtituto, committitur ad re-
formationem Abbatiæ Montismajoris.
Ciaconius verò ſcribit ab Alexandro
II. creatum fuiſſe Cardinalem, &
Gregorij partibus dum vixit perpetuò
adhæſiſſe, tum Clementis 3. Antipa-
pæ ſectatorem & à Victore in Synodo
Beneuentanâ damnatum fuiſſe. Nar-
bonenſi Pontificatu donatus, confir-
1107. matur bullâ Paſchalis II. Papæ 1107.
adeptúſque regimen Sedis, Aimeri-
cum 3. Vicecomitem Narbonenſem,
Eccleſiæ bona vſurpantem cenſuris in-
terdixit, vt prolixius legere eſt apud
Catellum; nihilominus in archiuis
tranſactio habetur 1112. Septemb. 24. 1112.
inter Richardum & Vicecomitem pro
iure naufragiorum: Eidem clientelæ
fidem iurauit Bernardus Atto pro ter-
râ d'Auriac, mox diſſidium inter Rai-
mundum Berengarium III. Barcinonæ,
& Bernardum Attonem Carcaſſonen-
ſem Comites, pactione mutuâ dirimit
hoc eodem anno 1112. Iulij 8. vt ſcri- 1112.
bitur lib. 4. c. 89. Comitum Barcino-
nenſium. Memoratur etiam in charta-
rio Maſſilienſi 1119. menſe Ianuario 1119.
teſtis confirmationis Attonis Archie-
piſcopi Arelatenſis. Deceſſit poſt ad-
miniſtrationem annorum XIV. trium
menſium, & dierum 10.

LEVIZE.
32. ARNALDVS DE LEVEZE I.
Arſindæ filius, donauit capitulo S. Iu-
ſti Eccleſiam de Cuxac 1119. hominia 1119.
Bertrandi Attonis, & Raimundi de
Terminis 1121. atque item Aymerici
Vicecomitis Narbonenſis excipit 1122. 1122.
Conſecrat verò Eccleſiam B. Martini
de Creiſſan, vt declaratur ſequenti
membranâ:

ANNO *ab Incarn. Dom.* M. C. XXXII.
Ind. XI. epacta 12. concurrente, V. *Nonas* 1132.
Decemb. Romanæ Sedis Præſule Innocen-
tio, regnante Rege Lodoico, factus eſt Con-
uentus apud villam Creiſſanam in territo-
rio Narbonenſi, quæ iuris eſt Eccleſiæ SS.
Iuſti & Paſtoris, Conuentus, inquam Epiſ-
coporum, Clericorum quoque & laicorum,
non minus multitudinis nobilium, quàm
ignobilium, ſub poteſtate Domini AR-
NALDI NARBONÆ *Archiepiſcopi &*
Sedis Apoſtolicæ Legati, ad celebrandam
eiuſdem loci Eccleſiæ dedicationem, in ho-
norem B. Martini, ad conſtituendam quo-
que ibidem ad monimentum tam futuro-
rum quàm præſentium ſaluitatem, quâ com-
muni omnium qui aderant conſilio inſtitu-
tâ & firmatâ, qui præſentes erant Epiſcopi
locum ad eandem ſaluitatem circumeundo
deſignauerunt, & eius continentiam cruci-
bus infixis terminauerunt. Quæcúmque
igitur perſona quicquid infra eaſdem cruces
continetur inuaſerit, prædatus fuerit, aut
temerariis vexationibus fatigauerit, &c.
ſubiaceat anathemati. Ego Arnaldus Nar-
bonæ Archiepiſcopus & Apoſtolicæ Sedis
Legatus huius prædictæ ſaluitatis inuaſores
præfato anathemate ferio. Ego Bernardus
Biterrenſis Epiſcopus huic conſtituto pro-
mulgato ſubſcripſi. Ego Raimundus Car-

caſſonenſis Epiſcopus. Ego Ioannes Ne- A
mauſenſis Epiſcopus ſubſcripſi. Huic verò
ſcribens Petrus Venerabilis l. 4. ep. 11.
Archiepiſcopatum abdicandum ſua-
„ det: Relatum, inquit, mihi eſt ab ami-
„ cis communibus, teuetenriam veſtram
„ Epiſcopalibus negotiis iam vſque ad
„ ſenium detritam, magis magíſque in
„ dies atteri: & moleſtiis curarum irruen-
„ tium oppreſſam, ſolito vehementius
„ fatigari: Doleo laborare emeritum,
„ qui iuſtis ſudoribus miſſionem prome-
„ ruit, & vt mihi dictum eſt, de Marthæ
„ laboribus ad Mariæ quieſcentis tran-
„ ſire ocium concupiſcit. Si tamen, quod
„ ſaluo amicitiæ iure loquor, eſſet ani- B
„ mus victor annorum, & cedere neſcius
„ ſenectuti: vererer Pontificalem ſubli-
„ mitatem à ſummis ad ima retrahere,
„ & vt de Pontificatu ad monaſticum
„ ordinem tranſitum faceret, inuitare:
„ fugiendus eſt, vt mihi videtur, mons
„ parens vniuerſis aurarum turbinibus;
„ amplectenda eſt vallis nullis aërum
„ ſubiecta prouentibus; vallis hæc Clu-
„ niacus vobis eſſe poterit, quæ multos
„ non tantùm inferioris, ſed etiam veſtri
„ ordinis viros, pro Chriſto humiliatos
„ ſuſcepit, eóſque ſuo tempore ad cæ-
„ leſtem ſublimitatem prouexit. Tranſe- C
1145. git Arnaldus cum incolis Sigeani 1145.
ex tabulario Archiepiſcopali, & reſta-
mentum condidit 4. Kal. Octob. 1149.
quo ſepulturam inſtituens in templo
S. Pauli, pro anniuerſario ſacram ſu-
pellectilem & plurima alia Eccleſiæ
legat, Arnaldo quoque Archidiacono
nepoti caſtrum Montilij. Migrauit à
1149. ſæculo 30. Septemb. eiuſdem anni, ex
veteri Martyrologio Narbonenſi.

33. Petrus I. ſucceſſit ad an. 1150.
1150. vt liquet ex rabulis S. Iuſti pro acqui-
ſitione decimarum: eius petitione Eu-
genius III. Pont. Max. priuilegia Ec-
1153. cleſiæ ſuæ firmat 1153. Maij 4. quod D
paret ex Pontificiis diplomatibus num.
11. & in iiſdem archiuis habetur char-
ta hominij Ermengardis Vicecomi-
riſſæ Narbonenſis, quod ei exhibuit
1155. 1155. pro dominiis quæ in feudum à
Narbonenſi Eccleſiâ tenebat.

Asponr.
D guculles
tout pur.

34. Berengarius de Nar-
bone I. ex nobiliſſimo genere, Ay-
merici IV. Vicecomitis Narbonenſis, &
Mathildis Raymundi Antiochiæ Prin-
cipis ſororis filius; hanc Sedem adeptus
1156. circiter 1156. menſe Aprili; inter Re-
ligioſos S. Pontij Tomeriarum primùm

educatus, inde Abbas Graſſenſis, tan-
dem Archiepiſcopus priuilegio Apo-
ſtolico Adriani IV. confirmatur 1156.
quod extat in tabulario Eccleſiæ num.
XV. Ei clientelæ ſacramentum reddi- 1158.
dit Bermundus pro caſtro de Sigean
1158. Fatóque functus eſt 7. April.
referente martyrologio monaſterij
Graſſenſis.

35. Pontius de Alsatio Alsatio.
1160. cui hominium præſtitit Raymun-
dus Trincauellus Vicecomes Biterren- 1160.
ſis; arbiter nominatur cum Nemau-
ſenſi & Lodeuenſi Epiſcopis in diſſi-
dio Ioannis de Montelauro Magalo-
nenſis Præſulis, & Bernardi Præpoſiti
1165. Memoratur in archiuis Narbo- 1165.
nenſibus 1175. & plurima bona con-
ceſſit Abbatiæ B. Mariæ Fontisfrigidi
an. 1177. & 1178. idem interfuit gene-
rali Synodo Romanæ in baſilicâ Late-
ranenſi 1179. Attamen in Annalib. An- 1179.
gliæ Rogerij Houedeni, Petrus Nar-
bonenſis Archiepiſcopus quem *Aurelli*
nuncupant, & ab Almarico Biterrenſi
in actibus Pontif. Romanorum vir va-
lentiſſimus nominatur, præſens cum
aliis Epiſcopis legitur 1176. in Conci-
cilio Albienſi contra hæreticos; quod
tamen repugnat tabulis donationum
cœnobij Fontisfrigidi, in quibus Pon-
tius de Alſatio eodem anno recenſe-
tur Archiepiſcopus, & in Narbonenſi-
bus membranis, quæ de Petro Aurelli
planè reticent.

36. Ioannes de Bellesmains Bellesmains.
I. natione Anglus, ex Epiſcopo Picta-
uienſi ad Narbonenſem metropolim
aſſumptus 1180. chronico Voſienſi, vel 1180.
ſequenti anno, auctore Roberto de
Monte; nondum confirmatus ad Lug-
dunenſem euehitur, vt ſupra de eo di-
ximus.

37. Bernardus Gaucelin Gaucelin.
I. pontificio oneri admotus 1181. vt
eſt in præfato chron. Voſienſi. Ele- 1181.
ctum ſe vocat in veteri documento ac-
quiſitionis terræ de Canet menſe No-
uembri 1183. ac conſenſu Pont. Max. 1183.
Epiſcopatus Biterrenſis adminiſtratio-
nem tenuit 1184. ex archiuis publicis
ciuitatis; quo eodem anno, Canoni-
corum ſententiâ vendidit Abbatiæ
Fontisfrigidi caſtrum du Terrail; dein-
de 1185. hominium Rogerij Vicecomi- 1185.
tis excepit, & tranſactione habitâ de
mutuis controuerſiis. Raimundus Dux
Narbonenſis ei fidelitatem iurat, ac

patrocinium ſpondet in bello incola- A
1189. rum de Capeſtang 1189. quemadmo-
dum paret ex originali num. 1. an. au-
tem 1190. raram habuit donationem
Pontij de Alſatio deceſſoris monaſte-
rio Fontisfrigidi, de quâ regiſtrum an-
tiquum eiuſdem Abbatiæ num. 5. Viuis
1191. exceſſit 2. Octobris 1191. teſte marty-
rologio.

38. Berengarius ii. ex Epiſ-
copo Ilerdenſi in Hiſpaniâ, Narbo-
1191. nenſis renuntiatus 1191. confirmatur
„ Bullâ Cœleſtini 3. Papæ vbi ait; Cre-
„ dimus & ſperamus quòd qui in Abba-
„ tiâ & Epiſcopatu ſe geſſerit vtiliter &
„ honeſtè in Archiepiſcopatu, opitulan-
„ te Domino ea poterit operari, quæ in
„ temporalibus Eccleſiæ veſtræ profi-
„ cient, & in ſpiritualibus correctionem
„ atque meliorationem diuinâ operante
„ virtute præſtabit. Confeſtim à nobili-
bus dynaſtis vaſallis Eccleſiæ conſue-
1192. tum clientelæ officium exigit 1192. vt
conſtat documentis Archiepiſcopatus
num. 10. in quibus etiam aſſeruatur
1196. Petri Arragoniæ Regis tabula 1196.
quâ eidem Berengario auunculo, ſicuti
vocat, mille ſolidos Maurenſes ſolue-
re profitetur. Is verò liberalitate Ca-
1204. pitulum locupletauit 1204. largitione C
decimarum, & fundatione duorum
Hebdomadariorum in baſilicâ pro ce-
lebratione miſſarum, & anniuerſario
ad altare B. Trinitatis quod in cathe-
rali excitauerat; de quibus donatio-
nibus fidem faciunt membranæ Nar-
bonenſes num. 21. promulgat annuen-
te Aymerico Vicecomite decreta ad-
1212. uerſus Albigenſes, & diem extremum
obiit 1212.

Amalric. 39. Arnaldus Amalric, ii.
Abbas Populeti & Grandisſyluæ, tum
ex Ciſtercienſis ordinis Generali Ar-
chiepiſcopus Narbonenſis creatur an.
1212. 1212. Primus fuit fidei Inquiſitor in
Galliâ contra Albigenſes, cum Petro D
de Caſtronouo Legatus Pontificius:
Aymericus Vicecomes eidem homi-
nium reddidit pro dimidiâ parte ciui-
tatis. De Narbonenſi autem princi-
patu cum Simone Comite Montis-
fortis diſceptans, epiſtolam miſit ad
purpuratos Patres, quæ cum bullâ In-
nocentij relata eſt in baſilicæ Metro-
politanæ armario Ducatus Narbo-
nenſis num. 2. & 3. quam etiam lib. 1.
hiſt. Comitum Toloſanorum inſeruit
eruditus Catellus his verbis: Vene-

« rabilibus Patribus & Dominis
« reuerendis Dei gratiâ Romanæ Ec-
« cleſiæ Card. Fr. A Narbonensis
« Eccleſiæ Miniſter humilis, ſalutem, &
« deuotum ſubiectionis debitæ famula-
« tum. Ne per alicuius malitiam de fa-
« cto meo, & Eccleſiæ Narbonenſis ve-
« ſtra poſſit circumueniri religio, puram
« veritatem rotius facti ſanctitati veſtræ,
« dignum duxi præſentibus explanare:
« Pateat igitur ſanctæ vniuerſitati ve-
« ſtræ, quod anno Dom. m. cc. xii: 1212.
« menſe Martio, ego Frater Arnal-
« dus tunc electus Narbonenſis recepi
« hominium & iuramentum pro Ducatu
« B Narbonæ, ab Aimerico Vicecomite
« Narbonenſi, præſente Vticenſi Epiſ-
« copo tunc Apoſtolicæ ſedis Legato,
« cuius conſilio hoc ipſum feci, & præ-
« ſentibus Biterrenſi, Agathenſi, Maga-
« lonenſi, Lodouenſi, Elnenſi, Toloſa-
« no Suffraganeis Eccleſiæ Narbonenſis,
« & multorum aliorum, & recepi pala-
« tium poſito ſigno Eccleſiæ in turri pro
« dominio & Ducatu, quem Ducatum
« poſſedi per triennium & amplius pa-
« cificè & quietè: proceſſu verò tempo-
« ris; cum Dominus Ludouicus filius
« Regis Franciæ adueniret per partes
« prouinciæ Narbonenſis, procurauit ma-
« chinando Comes Montisfortis, cum
« eſſet, & ſit homo meus quod muri Nar-
« bonæ deſtruerentur, & fuerũt demoliti
« me ſæpius offerente, coram Domino
« Cardinali. P. Beneuẽtano pro me & Vi-
« cecomite Narbonenſi, & pro villâ Nar-
« bonæ, quod paratus eram omni con-
« querenti de iuſtitiâ reſpondere. Poſt-
« modum cum D. Ludouicus duxiſſet
« ſecum per violentiam apud Carcaſſo-
« nam obſides multos de Narbonâ, ma-
« chinatus eſt Comes Montisfortis quod
« dictus Vicecomes Narbonenſis voca-
« retur, qui vocatus tandiu detentus eſt,
« velut inuitus, donec impulſus fuit iu-
« rare, & facere eidem Comiti homi-
« nium pro Ducatu, ipſo Vicecomite
« reclamante, & affirmante, quod pro
« Ducatu prius Narbonæ fecerit mihi
« iam dudum hominium, & quod non
« poterat alij iurare ſaluâ fide: verùm
« eſt tamen, ſicut optimè nouit Dominus
« meus Cardinalis P. Beneuentanus,
« quod idem Vicecomes fecit huiuſmo-
« di iuramentum vſque ad Concilium
« Generale ſaluâ fidelitate & iuramento
« quod mihi prius fecerat pro Ducatu;
« inſuper à quibuſdam hominibus Nar-
« bonæ qui tenebantur in oſtagio Car-

caſſonæ extorſit idem Comes contra iuſtitiam, iuramentum, & pecuniam multam. Hæc autem facta ſunt in præiudicium meum, & Eccleſiæ meæ & me non commonito & penitus ignorante: & cum primo peruenit ad notitiam meam reclamante & poſſeſſionem Ducatus tenente, & etiam ſuper eodem Ducatu ad Dominum Papam Innocentium appellante, poſt receſſum Domini Ludouici de terrâ, ipſe Comes fecit demoliri muros de craparia proprij mei & Eccleſiæ Narbonenſis; ad oſtendenda igitur grauamina mihi, & Eccleſiæ meæ illata, deſtinaui eum ipsâ appellatione nuncium meum ad eundem qui impetrauit literas à ſede Apoſtolicâ. Sic autem Pont. Max. ad Comitem Montisfortis in gratiam Arnaldi reſcripſit.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, nobili viro Simoni Comiti Montisfortis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Quod & quanta & quam vtiliter ſit Dominus operatus per miniſterium venerabilis fratris noſtri Arnaldi Archiepiſcopi Narbonenſis, dum antequam fuiſſet ad pontificalem Cathedram ſublimatus, & poſtea contra hæreticos Albigenſes pro fidei veritate pugnaret gladio verbi Dei, & ſtudio ſollicitudinis indefeſſæ; necnon & quàm prudenter, fideliter, & potenter in tuis oportunitatibus tibi aſtiterit, quamque neceſſaria tibi eius prudentia fuerit, ac etiam fructuoſa, non oportet præſentibus exarare, cum plenè per diuerſas prouincias iam ſint nota. Vnde cogimur admirari, quod ſicut eodem Archiepiſcopo accepimus referente, licet eidem hominium feceris & fidelitatis præſtiteris iuramentum, nihilominus tamen, prout tibi placuit, procuraſti, vt demolirentur muri & turres ciuitatis ipſius, & tam ipſe quàm Clerus & populus inimicis ſuis expoſiti remanerent, quamquam paratus fuerit etiam dilecto filio noſtro P. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali à S. L. ſuper obtentis omnibus iuſtitiæ plenitudinem exhibere; præterea eidem indebitè extraxiſti fidelitates Vicecomitis, & quorundam hominum Narbonæ, qui apud Carcaſſonam obſides tenebantur, attendens eundem ſic ſpoliare Narbonenſi Ducatu, quêm à tempore ſuæ promotionis pacificè ſe aſſecuit poſſidere, indebitè inſuper moleſtans eundem ſuper caſtro de Labretis, & rebus alius quæ ad ipſum, & ad Eccleſiam ſuam de iure pertinere noſcuntur, de Argens, de S. Marcello caſtra, & medietatem caſtri de Venrenaco, & quædam alia bona Eccleſiæ ſuæ contra iuſtitiam detineri occupata. Cum igitur Deus non obliuiſcatur inter multa mala paucorum bonorum, nedum quod obliuiſci quiſquam debeat multorum bonorum inter mala pauca, ſi quæ forſitan per cuiuſquam incuriam contigerint, nobilitatem tuam rogantes, ac etiam monentes per Apoſtolica ſcripta tibi mandantes, quamuis iuſtè derogari valeat famæ tuæ, tibique adſcribi vitium ingratitudinis in peccatum, ſi cum forſitan inhonoras qui te ſtuduit honorare, necnon & offendere ac deprimere ſatagis, qui dudum ad tuam promotionem ſtudioſius aſpirauit, ſibi de damnis & iniuriis irrogatis ſatisfactionem exhibeas competentem, ab eius de cætero ſuper prædictis & aliis indebitâ moleſtatione deſiſtens: ita quod cum idem Domino dante ad Concilium venerit generale, de te nobis iuſtam non habeat querendi materiam; alioqui cum ſuper hoc executorem deputari nolimus aliû quam nos ipſos, ſi contemptis noſtris monitis & mandatis ea neglexeris adimplere, nos prout oportuit & decuerit hæc corrigere ſatagemus. Datum Fecentini VI. Non. Iulij.

ARNALDVS verò non ſolùm probitate morum, ſed & inſigni propagandæ religionis zelo clariſſimus fuit, quod egregiè facta paſſim contra Albigenſes teſtantur, etenim validis contractis copiis, Pyrenæi iuga ſuperauit & Alfonſo Caſtellæ, Petro Arragoniæ, Sanctio Nauarræ Regibus fœderatis, nobiliſſimam victoriam contra Mauros conſilio ſuo peperit, benedicto ante pugnam exercitu Chriſtianorum; Rem geſtam plenius deſcripſêre Rodericus Toletanus, Mariana & alij; ſed iuuat recitare epiſtolam eiuſdem Archiepiſcopi, quæ memorabilis illius prælij ſummam enarrat, cuius exemplar è D. Mariæ Ciſtercienſium monaſterio Florentiæ erutum publicauit tomo I. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Sabinenſibus Ferdinand. Vghellus in hunc modum:

VENERABILIBVS *in Chriſto ſibi multùm dilectis Arnoldo Abbati Ciſtercienſi, cæteriſque Abbatibus in generali*

Capitulo conſtitutis, Fr. Arnoldus Dei gratiâ, Narbonensis Archiepiſcopus, ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Gloria in excelſis Deo & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Quia magnificauit Dominus facere noſtris temporibus cum ſuo populo Chriſtiano victoriam de ſuis hoſtibus conferendo eidem in quâ victoriâ eò ipſe fortius eſt laudandus, quo de potentiori hoſte dignoſcitur triumphaſſe. Ecce enim euangelizamus vobis gaudium magnum, quia Miramolinus Rex Marrochenſis, qui, ſicut audiuimus à pleriſque, bellum indixerat omnibus illis, qui crucem adorant, ab illis eiſdem, qui crucem colunt, bello campeſtri deuictus eſt, & fugatus. Siquidem cum de diuerſis mundi partibus fideles Chriſti propter remiſſionem, quæ à Domino Papâ, Domini Ieſu Chriſti Vicario, proficiſcentibus ad indictum bellum in Chriſtianitatis Hiſpaniæ ſubſidium eſt indulta Toleti conueniſſent, vbi debebant in octanâ Pentecoſtes ex edicto Regis Caſtellæ, & Arragonum conuenire, affuerunt inter eos, qui conuenerant, venerabilis Pater Guillelmus Burdegalenſis Archiepiſcopus, & alij Eccleſiarum Prælati, Barones quoque, ac milites partibus Pictauiæ, & Andegau. ac Britann. & de Lemouic. & Petragoric. & Santon. & Burdegalenſis diœceſibus, & aliquot de aliis partibus vltramontanis. Nos quippe cum comitatu militum, ac peditum ſatis honeſto, & benè armato de Lugdunenſis, & Viennenſis, & Valentinenſis diœceſibus, tertio die Martij poſt octauam diem Pentecoſtes ..... Toletum venimus, & de vtilitate Reipublicæ Chriſtianæ tractauimus cum Regibus, & de aduentu Domini Regis Nauarræ, qui tunc inimicabatur Domino Regi Caſtellæ. Nos ſiquidem in ipſo noſtro itinere diuerteramus ad ipſum Regem Nauarræ, vt induceremus ipſum ad veniendum in ſubſidium populi Chriſtiani. Cúmque reſidentiam vltra quatuor hebdomadas feciſſet exercitus iam Toleti, & tædio fatigatus ex morâ arripiendi iam iter contra nationes Sarracenicas æſtuaret, quintodecimo die poſtquam nos Toletum venimus, feriâ tertiâ nos omnes vltramontani, præſtito nobis pro Duce, ac ſocio itineris nobili viro Didaco à Rege Caſtellæ, mouimus caſtra noſtra: & in ſequenti die Dominico, in feſto S. Ioannis venimus ad quoddam caſtrum Maurorum, quod Magalon appellatur: & nondum fixis tentoriis, ſtatim vltramontani aggreſſi ſunt ipſum caſtrum, & infra horam, vt credimus, fuit illud, quod erat in circuitu capiti caſtri captum. Poſtmodum capiti caſtri eiuſdem inceſſanter ſagittis, &

A lapidibus per totum diem, & noctem impugnarunt, muros nihilominus cum piconibus fodientes. Erat ſiquidem turris quadrangula de lapide, atque calce habens in ſingulis lateribus ſingulas turres cohærentes ſibi, quorum etiam propugnacula erant benè tabulatu munita. Capta ſunt igitur quatuor turres, & per violentiam expugnata, per quas etiam ventum eſt fodiendo ad fundamenta maioris turris. Defendebant ſe adhuc per poſſe ſuo Sarraceni, qui erant in ſuperioribus partibus turris; nec adhuc poterant ad eos noſtri aſcendere, pro eo, quod teſtudines fortiſſimæ de lateribus, atque B calce, ſeu gipſo defendebant eos deſuper exiſtentes. Tractatum eſt ergo de redditione caſtri ipſius. Mauri ſiquidem & volebant ſeipſos reddere, vt eſſent ſemper captiui, ſed non placuit iſtud noſtris. Acceptum eſt ergo caſtrum hoc modo, quod ſeruatâ vitâ illi, qui habebat in cuſtodiâ ſuâ caſtrum cum duobus ſuis filiis, cæteri eſſent in voluntate peregrinorum. Interfecti ſunt ergo omnes, qui inuenti ſunt præter paucos.

In ſequenti ſecundâ feriâ venerunt Reges Arragonum, & Caſtellæ, & tertiâ feriâ vniuerſi requieuimus, iuxta prædictum caſtrum; quartâ cum feriâ proceſſimus vltra per duas leugas, & venimus Calatrauam. Erat autem Calatraua caſtrum benè muni- C tum turribus fortibus, atque denſis, & erant in multis turribus mangonelli. Die igitur Sabbati, die videlicet commemorationis S. Pauli, impugnauit caſtrum totus exercitus Chriſtianus, & aſſiſtente diuino adiutorio, pars illa, quæ erat exterior verſus aquam, & debilior, quam impugnabat Rex Arragonum, & noſtri Viennenſes, & fratres etiam Calatrauæ, fuit ea die infra tempus modicum occupata: & in duabus turribus, quæ in illa erant parte, poſita ſunt vexilla noſtrorum. In craſtino verò cœperunt Sarraceni tractare de pace; & quia illud, quod captum fuerat, erat debile, & illud, quod reſtabat capiendum multâ fortitudine nite- D batur; placuit Regibus ad euitandum ſuſpendium, atque necem Chriſtianorum, caſtrum accipere ſub tali conditione, vt perſonæ exirent liberæ, & veſtitæ, & de illis equis, qui ibi erant, educent equos 35. ſecum, ſequenti ſecundâ feriâ quidam vltramontani Prælati comitante illos magnâ multitudine militum recedentes de exercitu ad propria remearunt; & qui tunc cum prædictis Prælatis redierunt ad ſua; vltra quadraginta millia æſtimantur fuiſſe. In ſequenti recedentes Calatrauâ, relicto Rege Arragonum apud Calatrauam, qui victualia, quæ inuenta erant Calatrauæ ſuis mili-

tabus diuidebat, venimus ad illud caſtrum, quod appellatur Matros; iuxta quod fuerat olim bellum, in quo à Rege Marrocchenſi deuicti fuerunt aliquando peccatis exigentibus Chriſtiani. Eodem die venit Rex Nauarra; deinde per duas dietas venimus ad radices montis, qui dicitur portus de Munadal, & ecce quidam ex noſtris montis aſcendentes cacumen, viderunt quaſi ad vnam leugam, vel duo, tentoria Sarracenorum: aliqui etiam Sarraceni ſurſum in eodem montis cacumine conflictum habuêre cum noſtris. Dictum eſt tunc in exercitu, quod Rex Valentia patruus Miramolini eſſet cum Sarracenis, militibus Ciſmarinis, qui Fandalutes dicuntur, in illis tentoriis, vt noſtris tranſitum inhiberent. Erat enim locus arctus & arduus, per quem exercitus proponebat tranſire, & ideo ad id inhibendum tranſitum illum nobis, fixerant Mauri tentoria ſua. Ipſemet Miramolinus die ſequenti venit cum reſiduâ exercitus ſui parte, in quâ die ſextâ feriâ montis ipſius cacumen aſcendimus, & non proceſſimus vlterius ipsâ die. Caſtrum quoddam, quod erat in illo monte relictum eſt ſtatim à Mauris. Eâ die Sarraceni, Chriſtianos, qui aliquantulum vltra tentoria noſtra proceſſerant impetierunt, & verterunt in fugam, & quoſdam etiam proſtrauerunt, & longè plures proſtrauiſſent, niſi Viennenſes, & Pictauenſes fuiſſent, qui cum eſſent præſentes ſe quamuis pauci eſſent eiſdem Sarracenis vſque adeo viriliter obiecerunt, quod vltra aquam, quam ipſi nobis inhibere volebant eos fuerint perſecuti, & ſic ab impetitione noſtrorum ſunt contriti Sarraceni.

In ſequenti die, quæ fuit dies ſabbati, cum non poſſemus per noſtrum iter tranſire per quod propoſueramus tum propter altitudinem, & arduitatem loci, tum propter Sarracenos, qui ex oppoſito conſiſtentes tranſitum inhibebant, fecimus quaſi circuitum per aliam partem, euntes per loca ardua, & abrupta: & cum veniſſemus ad locum, vbi tentoria noſtra erant figenda, ecce erant à regione, Maurorum acies ordinatæ, & infra breuem horam proſilierunt ante ipſas acies Arabes, & ſagittarij, prouocantes noſtros, cum ſuis lanceis, & ſagittis. Noſtri curauerunt tantum defigendis tentoriis ſuperſedentes eo die bello campali. In craſtino venerunt ſimiliter diluculo Sarraceni, diſpoſitis eo modo aciebus, quo præcedenti die fuerant ordinatæ: noſtri quoque ſuperſederunt bello, etiam ipsâ die, ſagittariis ſolis, & paucis aliis hinc inde diſcurrentibus: Arabibus etiam ex parte ipſorum torneantibus cum noſtris, non more Fran- A corum, ſed ſecundum aliam ſuam conſuetudinem torneandi cum lanceis, ſiue cannis. Ipsâ die Miramolinus demonſtrauit plenius poſſe ſuum, quam in die ſabbati demonſtraret.

Aderat iam tertia dies, dies inquam lætitiæ dies, quam fecit Dominus, dies per multa ſecula memoranda. Et ecce mane, antequam Sol incaleſceret, prima Maurorum acies & Arabes qui erant è latere quaſi in alio monticulo, qui nunquam dicitur venire, ſed quaſi exuagantes extra acies diſcurrendo pugnare fugiunt hoſtibus minimè expectatis, quod apparet per hoc quod in illo loco nulli Sarraceni mortui ſunt in- B uenti. Inſequuntur igitur noſtri Sarracenos fugientes, & cum vltra montem prædictum deſcendiſſent ad vallem ibi inuenerunt multos Mauros in acie, & ipſos occiderunt Mauri, qui fugerunt; cum ad cacumen montis altius perueniſſent, ſiſtunt ibidem, pro eo quod ibi erat Maurorum quædam acies ordinata fortiſſima, vt ipſi credebant, & ipſe Miramolinus vt dicitur in acie illâ erat. Perſonantibus igitur valde inſtrumentis Maurorum, quæ Hiſpani appellant Iambures, figunt greſſus Sarraceni, & non ſolummodo noſtris reſtiterunt, verùm & noſtros ita efficaciter inuaſerunt, quod Serani quædam videlicet gens de regno Ca- C ſtellæ, tam equites quam pedites in fugam conuerſi ſunt, ita quod totus ferè exercitus qui erat ante vltimam aciem, præter quoſdam nobiles Hiſpanos & vltramontanos fugere viderentur, & multus timor fuit in cordibus multorum ex noſtris, nec illo die nos Dominus defraudaſſet, quod credendum eſt ex diſpoſitione diuinâ, ad reprimendam noſtrorum ſuperbiam eueniſſe, vt dum noſtros armatos à facie videremus, non nobis vel armis perſonarum, vel equorum quæ multa erant in exercitu noſtro, pauciſſima verò vel nulla in exercitu Sarracenorum: ſed Domino Ieſu Chriſto adſcriberemus vi- D ctoriam poſtmodum ſequuturam, & cruci eiuſdem cui ipſi inſultarant, & quam noſtri portabant in pectore, vt eſſent quales dicit Apoſtolus portantes videlicet eius improperium extra caſtra, in quo improperio noſtro, ſine dubio poſtmodum deuicerunt. Nos cum fugam Chriſtianorum vidiſſemus, cæpimus diſcurrere per exercitum, & hortari fugientes, vt obſtarent. Licet autem Serani, & forte plures alij fugerent, vltimâ tamen acie ſtante, & vno quoque Regum cum ſuo comitatu ipſos Sarracenos ſtrenuiſſimè impetente, quibuſdam ad hortationem noſtram ſtantibus, quibuſdam etiam ad conflictum redeuntibus, non ſolum retro repulſi

ſunt Sarraceni, qui tergo Chriſtianorum imminebant: verùm etiam illi, qui erant in illâ forti acie, ſunt confecti, & occiſi. Et ex tunc fugit exercitus Sarracenorum irreparabiliter poſt Miramolinum Regem ipſorum, qui prius aufugit, qui etiam, vt dicitur, & creditur, in præcedenti nocte, præſentiens, quod deuincendus eſſet, præmiſerat eadem nocte ante ſe, ſuper mulos, & camelos, diuitias inæſtimabiles quas habebat. Noſtri Sarracenos inſequuntur per media ſua tentoria fugientes. Tentoria verò plura, niſi quando venerunt illuc, ad terram depoſita inuenerunt: inſequuti ſunt autem eos, per quatuor leugas benè, & tot ex eis occiderunt, quotque in bello, & poſt bellum ſunt interfecti, ſexaginta millia, & multò plures exiſtimantur fuiſſe; & quod eſt valde mirabile, ſicut credimus, non ſunt de noſtris mortui quinquaginta. In tribus verò locis, vel quatuor tot lanceæ ſunt inuentæ, licet iam confractæ, quod omnes, qui viderunt multùm exinde admirabantur archæ paruâ plenæ ſagittis, & quatrellis tot ſimiliter in tribus locis vel quatuor ſunt inuentæ, quod ſi etiam plures opinantur, & contendunt, duo millia ſomariorum non ſufficerent ad portandum. Benedictus per omnia Dominus Ieſus Chriſtus, qui per ſuam miſericordiam in noſtris temporibus, ſub felici Apoſtolatu Domini Papæ Innocentij, de tribus generibus petulantium hominum, & inimicorum Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, videlicet Orientalibus ſchiſmaticis, Occidentalibus hæreticis, meridionalibus Sarracenis, victoriam contulit Catholicis Chriſtianis. Super tantis igitur bonis, & donis nobis ab eo collatis, quod dat omnibus affluenter, & non improperat gratias ei, quas ei poſtulamus, & ſi non dignas tamen quantas, & quales poſſumus, referamus. Fuit autem
1212. bellum anno Domini M. CC. XII. XVII. Kal. Auguſt. ſecundâ feriâ, ante Magdalenæ, in loco qui dicitur Hanas de Toloſa. Erat quippe quoddam caſtrum Maurorum prope, quod Toloſa nominatur, quod nunc in poteſtate Chriſtianorum per Dei gratiam eſt redactum, vt intelligant, & timeant ſimile, niſi pæniteant hæretici Toloſani.

Tertiâ die poſt bellum peractum quartâ feriâ videlicet, recedentes dicto loco illo vbi tentoria Maurorum fuerant, vbi nos per duas noctes pernoctauimus, venimus ad quandam aquam, quæ dicitur Gualien. Quot autem cadauera mortuorum occiſorum à Chriſtianis perſequentibus inuenerimus in itinere, vſque ad quoddam caſtrum, quod erat in via, Bilch appellatur, quis ſufficiat explicare? redditum eſt ergo caſtrum illud eâ die Regi Caſtellæ. Erant enim ibi aliquot Sarraceni, qui de bello euaſerant, & receperunt ſeſe ibi. Indigenæ ſiquidem iam inde fugerant ante faciem Chriſtianorum. Requieuit autem exercitus iuxta prædictam aquam per duos dies, feriâ vero ſextâ venimus, Viatiam ciuitatem, quam inuenimus à ſuis indigenis penitus deſtitutam. Receperant enim ſeſe plures in quandam villam vicinam, quæ Vbeda nuncupatur. Pars tamen maior exercitus, venit Vbedam eâ die. Nos verò cum quadam parte exercitus venimus Vbedam die ſequenti. In craſtinâ, videlicet Dominicâ die cum armaſſet ſe maior pars exercitus ad illam villam impugnandam, placuit Regibus, vt redirent ad caſtra, & ſuperſederent inſultui eâ die; feriâ autem ſecundâ, villa impugnatur, & cum noſtri iam per plures horas inſtitiſſent & non poſſent multùm perficere, & iam quaſi deſperati ferè omnes ad tentoria rediiſſent; ecce eâ illâ parte, quam Rex Arragonum impugnabat, medietas turris, quam perforauerat occidit, & intrantibus per eum illum Arragonenſibus, cœperunt muros relinquere Sarraceni, & tunc per diuerſas partes murorum irrumpentibus Chriſtianis, Sarraceni relictis duabus partibus villæ, receperunt ſe in tertia parte villæ confeſtim, quæ erat fortior aliquantulum. Poſtmodum de compoſitione tractatum eſt in hunc modum, vt videlicet Sarraceni Vbedæ, darent Regibus millies mille Mazmutinas; ipſi verò remanerent in ipſâ villâ cum omnibus aliis rebus ſuis. Quoniam verò iſta compoſitio erat contra Deum: Sic enim non ſolum vendebantur Sarracenis arma, & bladum quod eſt per canones ſub excommunicatione inhibitum; verum etiam terra non ſolùm illa, quæ erat acquirenda; immo illa, quæ fuerat acquiſita, cum pars villæ iam capta fuiſſet: & de illa, quæ nondum erat capta, eſſet certiſſima ſpes, quod facilè caperetur; cœperunt quidam Prælati, qui erant in exercitu contra compoſitionem huiuſmodi reclamare. Quorum autē conſilio Chriſtianorum compoſitio hæc fiebat, non intereſt noſtrum referre. Redeuntibus tandem Regibus ad cor ſuum, facta eſt compoſitio altera in huiuſmodi modum, vt videlicet Mauris darent ſumptam pecuniæ quantitatem, necnon, & villam relinquere diruendam; & ipſi Mauri exirent inde ſecuri, cum omnibus aliis rebus ſuis. Et factum eſt diuino iudicio diſponente, quod Mauri non potuerunt promiſſionem adimplere, & ideo à Chriſtianis in captiuitatem ſunt redacti, & fuerunt deſerti muri villæ. Benedicamus ergo Dominum vniuerſi, & laudemus,

&

*& confiteamur, quia fecit nobiſcum miſe-
ricordiam ſuam magnam. Propter quod
ſanctam diſcretionem veſtram rogamus
quatenus referatis gratias Deo,&c. Amen.*
Hic exitus fuit inſignis victoriæ; ſed
de Arnaldi facinoribus contra hære-
ticos, illuſtrem memoriam inter alios
auctores celebrauit Petrus monachus
cœnobij Vallium Cernaij hiſtor. Albi-
genſium cap. 4. 66. 81. & 82. Cæſarius
lib. 5. & 7. c. 21. & 52. Henriquez in
Faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium
l. 1. diſt. 22. & Catellus in hiſt. Comi-
tum Toloſæ & Archiep. Narbonen-
1214. ſium l. 5. An. autem 1214. Concilio
Monſpelienſi adfuit; At in eius gratiam
& Aimerici Vicecomitis, poëma ſcri-
pſit Nalbuſſo Cadurcinus ex loco de
Gourdon, vbi Narbona laudatur.
Tandem ad meliorem vitam tranſlatus
1225. 1225. Sept. 29. humatur Ciſtercij.

AMELLI. 40. PETRVS AMELLI, II. ex
Canonico & Archidiacono maiore
Narbonenſi, Camerario Eccleſiæ Bi-
terrenſis, poſteáque Notario Apoſto-
lico Gregorij IX. Pont. Max. ſucceſſit
1225. Arnaldo 1225. teſte Guilelmo de Po-
dio Laurentij, & ſcriptore chron. de
præclaris Francorum facinoribus; Ni-
hilominus Mathæus Paris in hiſtor.
1226. Angl. docet vacaſſe cathedram 1226.
quo anno 6. Kal. Iulias in Conuentu
Epiſcoporum & Abbatum, apud S.
Ioannem de Verges, præſens fuit re-
conciliationi Comitis Fuxenſis cum
Rege Franciæ, de quo vetus documen-
tum in chartario Palenſi, & in regio
Pariſienſi extat compoſitio cum Lu-
douico habita pro facto hæreſis, aliiſ-
que articulis, cuius rei tabulæ ita deſ-
criptæ:

» PETRVS Dei gratiâ NARBONEN-
» SIS ARCHIEPISCOPVS vniuerſis
» præſentes literas inſpecturis, ſalutem
» in Domino. Nouerit vniuerſitas veſtra
» quod cum omnia feoda & domania
» quæ ab hæreticis, fautoribus, creden-
» tibus, defenſoribus, & receptatoribus
» eorumdem, iam inciderint, vel in po-
» ſterum incident in commiſſum, fue-
» rint Domini Ludouici Regis Franco-
» rum propria, & ad manum ſuam de-
» beant deuenire, & ipſe nemini homa-
» gium facere teneatur; ipſe pro eo quod
» omnia feoda & domania de nobis &
» Eccleſiâ Narbonenſi mouentia de hæ-
» reticis & aliis ſicut prędictum eſt, com-
» miſſa vel committenda ei & hæredi-
A bus ſuis remanerit in perpetuum tan- «
quam ſua liberè & quietè & abſque «
omni homagio & ſeruitio nobis, ſeu «
Narbonenſi Eccleſiæ ab ipſo & hære- «
dibus ſuis faciendo, donat & conce- «
dit nobis & Eccleſiæ memoratæ in «
perpetuum, quadringentas libratas «
annui redditus Turonenſis monetæ, «
pro quibus redditibus aſſignat nobis «
& Eccleſiæ Narbonenſi caſtrum de «
Pipionibus in Minerbeſio, & caſtrum «
de Pinciano in Reddenſi, habenda & «
poſſidenda cum omnibus eorum ap- «
pendiciis in perpetuum pleno iure. Et ſi «
illa caſtra ad prædictam ſummam red- «
B dituum non fuerint ſufficientia, quod «
defuerit alibi aſſignabit nobis & Ec- «
cleſiæ Narbonenſi ad æſtimationem «
bonorum virorum; & ſi fortè caſtra «
illa cum ipſorum appendiciis ſicut «
prædictum eſt plus valuerint, totum «
reſiduum erit ipſius Domini Regis «
vel hæredum ſuorum. Præterea idem «
Rex nobis & Eccleſiæ Narbonenſi «
donat & concedit in perpetuum, om- «
nia feoda quæ continentur in villis «
& territoriis villarum quæ in præſenti «
ſunt domaniæ noſtræ, & nos & ſuc- «
ceſſores noſtri & Eccleſia Narbonen- «
ſis in recognitione huius ſuæ dona- «
C tionis, faciemus fieri in ipsâ Eccleſiâ «
Narbonenſi anniuerſarium perpetuò «
pro animâ patris ſui & ſuâ, cum ipſum «
contigerit humanitatis debitum exol- «
uiſſe. Præterea inter ipſum Regem «
& nos & Eccleſiam Narbonenſem eſt «
taliter ordinatum, quod ſi Aimericum «
de Narbona idem Dom. Rex voluerit «
exhæredare de feodo ciuitatis & Bur- «
gi Narbonenſis, quod idem Aimeri- «
cus nunc tenet ab Archiepiſcopo & «
Eccleſiâ Narbonenſi, medietatem il- «
lius feodi ex parte ciuitatis ſuæ, ha- «
bebit idem Rex & hæredes ſui pleno «
iure, & abſque homagio & ſeruicio «
D faciendo, ſicut de prædictis ſuperius «
eſt expreſſum, & aliam medietatem «
habebimus nos, & Eccleſia Narbo- «
nenſis in domanio noſtro ſimiliter ple- «
no iure habebimus, & pleno iure fur- «
num de Bellouidere quem ipſe Aime- «
ricus habebat, & quidquid iuris ha- «
bebat in burgo idem Aimericus, vel «
aliquis pro eo quia videlicet à nobis «
& à Narbonenſi Eccleſiâ tenebatur, «
ſaluo domino Regi & hæredibus ſuis «
iuramento & exercitu, quos dictus «
Aimericus in prædicto burgo habe- «
bat. Nos autem fecimus dicto Regi «

» fidelitatem, & facere debemus nos &
» ſucceſſores noſtri, ipſi & hæredibus
» ſuis Regibus. Propter hanc autem fi-
» delitatem non intendit Rex diminue-
» re iura aut libertates noſtras vel Ec-
» cleſiæ Narbonenſis, ſed ſalua ſint no-
» bis in omnibus, & ſimiliter ſaluum ſit
» Domino Regi & hæredibus ſuis in
» omnibus ius ſuum, ſi quod habent vel
» habere debent. Quod vt robur obti-
» neat perpetuæ firmitatis præſenti ſcri-
» pto & ſigilli noſtri munimine fecimus
» confirmari. Actum apud Monaſter. an.
1226. » Dominicæ Incarnat. M. CC. XXVI.
» menſe Octobri.
Confirmatur bullâ eiuſdem Gregorij
1227. Papæ 1227. menſe Decembri, quæ
habetur in archiuo Archiepiſcopali
num. 344. & in chartophilacio miſcel-
leaneorum reperitur donatio domus,
in vrbe Biterrenſi facta ab Amalrico
Duce Narbonenſi, Comite Toloſæ,
dilecto amico Petro Amelli Archiep.
1228. Porrò interfuit 1228. tranſactioni Oli-
uarij & Bernardi de Terminis, pro
eodem caſtro cum S. Ludouico Rege,
vt eſt in tabulario Carcaſſonenſi; quo
anno etiam memoratur inter Duces
& rectores exercitus Chriſtianorum
aduerſus Infideles, cum Fredericus
Imp. in terram Sanctam appulit. Ille
autem honorem clientelarem ab Ai-
merico Vicecomite Narbonenſi repe-
1232. tit 1232. & eo tempore nonnulla domi-
nia in Comitatu Ruſcinonenſi pretio
comparauit, de quibus in armario S.
Iuſti num. 33. Exinde præſtitit ſe Regi
Franciæ probè gratum, cum Trenca-
uellus Vicecomitis Biterrenſis filius,
Carcaſſonam per turbas inuadens, ple-
riſque ei factioni fauentibus, vnà cum
Præſule Toloſano, & proceribus re-
gionis, auctoritatem accerrimè defen-
dit, & ad partes regias vrbem reuoca-
uit, teſte Guil. de Podiolaurentij cap.
43. Sed exortâ graui diſcordiâ cum
Aymerico Vicecomite pro iure mone-
tæ, aduentantibus è Catalauniâ copiis,
ipſum Narbonâ aufugiſſe docent ta-
bulæ Archiepiſcopatus. Ceterùm hic
egregiam nauauit operam in expedi-
1237. tione Valentinâ contra Mauros 1237.
ad cuius ciuitatis expugnationem,
cum delectâ Gallorum manu venit in
auxilium Regis Arragonij, vt notant
Albericus in chron. & Mariana de reb.
Hiſp. lib. 12. cap. 19. Hinc abſoluit
Narbonæ Raimundum Comitem To-
loſanum à cenſuris Eccleſiaſticis pro-

A pter damna, quæ Petro & Suffraga-
neis Præſulibus intulerat; Eiuſdem
Archiepiſcopi literę, Vicęcomitis Nar-
bonenſis, Abbatis S. Pauli, & Con-
ſulum Narbonenſium extant ad Lud.
Regem Francorum, quibus patroci-
nium eius implorant, aduerſus ciues
burgi Narbonenſis, qui irruptione fa-
ctâ in Dominicanorum conuentum
hæreticos excipiebant. Prætetea no-
tanda ſunt hæc, quæ de Petro haben-
tur in Martyrologio Narbonenſi à Ca-
tello relata: ANNO M. CC. XLII. » 1242.
intrauit Comes Toloſæ Narbonam de »
conſenſu Domini Amalrici tunc Nar- »
B bonæ Comitis, & Capitulum Narbo- »
nenſe cum quibuſdam Canonicis S. »
Pauli, & plures burgenſes in craſtinum »
exierunt villam Narbonæ, & Domi- »
num Petrum Amelij tunc Archiepiſ- »
copum ſecuti fuerunt, & poſtmodum »
an. M. CC. XLIV. omnes prædicti Ca- » 1244.
nonici, cum burgenſibus, honorificè »
cum Domino Archiepiſcopo ſupradi- »
cto redierunt. Ita pro certo, quòd »
Raymundus Comes Toloſæ, & Amal- »
ricus Vicecomes Narbonenſis, pedi- »
bus, & ſine ſupertunicalibus duxerunt »
Dominum Archiepiſcopum ſupradi- »
ctum, qui equitabat ſupra ſuum e- »
C quum, per habenas ac ſi eſſet ſponſus, »
à domo fratrum Minorum Narbonen- »
ſium, vſque ad palatium Archiepiſco- »
pale, & ibi abſoluit eos. Interiit XIII. »
Cal. Iunij 1245. ſcriptis teſtamenti 1245.
tabulis, tribus diebus ante feſtiuita-
tem Paſchæ, cuius originale in ar-
chiuo Archiepiſcopali habetur num.
XXII.

41. GVILELMVS DE BROA I. DE BROA.
Abbas S. Aphrodiſij Biterrenſis, ex
Metropolitanæ Eccleſiæ Canonico ad
Pontificatum aſſumptus, vigiliâ Aſcen-
ſionis 1245. quod patet ex originali 1245.
documento electionis num. 3. Anno ſe-
D quenti Amalricum Vicecomitem Nar-
bonę iuramentum clientelare profiten-
tem excipit, vt habetur in tabulario
Archiepiſcopali reg. 44. & cum eodem
variis litigiis contendit, quæ tandem
compoſita ſunt 1251. ſententiâ Hugo- 1251.
nis Epiſcopi Biterrenſis. Deinde quæ-
dã vtiliter ſanciuit ſtatuta pro decimis
territorij Reddenſis, prout liquet in
regiſtro acquiſitionis decimarum Ca-
pituli num. 27. cuius & mentio fit in
tabulario regio Pariſienſi; Multæ hu-
ius fundationes reperiuntur in marty-
rologio Narbonenſi & Graſſenſis cœ-

nobij. Memoratur etiam cum aliis
1247. Epiſcopis præſens 1247. April. 7. in
chartâ ceſſionis Vicecomitatuum Bi-
terrenſis & Carcaſſonæ, à Trencauello
Vicecomite, Lud. Francorum Regi.
Conditus iacet in Cathedralis capellâ
S. Michaëlis, vel Lazari cum hoc Epi-
taphio:

ANNO DOMINI

MILLESIMO DVCENTESIMO
1257. QVINQVAGESIMO SEPTIMO,
VII. *Kalend. Auguſti obiit Dominus*
GVILLELMVS DE BROA, *quon-*
dam ARCHIEPISCOPVS NAR-
BONÆ, *qui fuit oriundus de Podio Celi-*
gueno, diœceſis Biterrenſis; cuius oſſa in
præſenti ſepulchro requieſcunt: & vixit in
Archiepiſcopatu laudabiliter duodecim an-
nis, & Eccleſiam ſuam & ſubditos ſuos in
pace & quiete ſalubriter gubernauit. De
bonis autem ſuis inſtituti ſunt quatuor Preſ-
byteri perpetui, qui celebrare tenentur in
præſenti capellâ, & ſeptem anniuerſaria, in
quibus recipiunt omnes intitulati quoquo-
modo in Eccleſiâ Narbonæ ac Capellani
Capellarum ciuitatis Narbonæ, & qui præ-
ſentes literas legerit, Orationem Domini-
cam ter deuotè dicat pro animâ ipſius.

42. IACOBVS, erat antea Sancti
Aphrodiſij Abbas; Concilio prouin-
ciali celebrato apud Montempeſſulum
1258. 1258. 6. Sept. Amalricum Vicecomitem
eodem anno ad fidem admittit, cuius
ſeries continetur num. 62. armarij Vi-
cecomitum; quædam feoda emit in
loco de Gruſſan, & proceſſioni gene-
rali ab eo indictæ cum Clero ciuitatis
adfuit ob peſtem ſedandam VI. Non.
1259. Maij 1259. vt prodit vetuſtiſſimum
Martyrologium: quo anno teſtamen-
tum conſcripſit, cuius tabulæ haben-
tur num. 54. archiui Archiepiſcopo-
rum. Perperam enim chron. S. Pauli
obitum Iacobi conſignauit an. 1221. 3.
Non. Octob.

Fovlqvis. Dor a ſix f. eurs de Lys d'azur, 3. 2. 1.

43. GVIDO GROSSVS, aliàs
FVLCODII, Cardinalis Sabinenſis,
natione Gallus, ex oppido S. Ægidij
ad Rhodani ripam in prouinciâ Nar-
bonenſi, familiâ Groſſâ non ignobili
oriundus, patre Fulcodio, matre Ger-
manâ magnæ ſanctimoniæ fœminâ.
Guido autem relictâ armorum militiâ,
cui adoleſcens ſe addixerat, literis
apprimè imbutus, Iuriſprudentiæ ſtu-
diis excolendis animũ ita exactè adie-
cit, meritò vt Durandus clariſſimus eâ
A ætate Iuriſconſultus, lumen Iuris ap- "
pellet, Platina Iuriſconſultum totius "
Galliæ ſine contentione primarium, "
Onuphrius Iuriſconſultorum peritiſſi- "
mum; vnde & fori munera amplexus
in regio Prætorio cauſas integerrimè
tractauit; & cum rarâ eſſet vitæ mo-
deratione, à S. Ludouico Rege in ſe-
cretius conſilium allectus, omnium
amorem & admirationem ſibi peperit.
Vxore mortuâ, ex quâ duas filias ſu-
ſceperat, ſacris initiatur; primúmque
Anicienſis Archidiaconus, inde eiuſ-
dem Eccleſiæ Præſul, tandem Archi-
epiſcopus Narbonenſis creatus 1260. 1260.
B quo anno militum vaſſalorum Sedis
ſuæ fidei iuramenta recepit, quæ con-
tinentur in regiſtro hominiorum Nar-
bonenſis Eccleſiæ, & in tabulario re-
gio Pariſienſi aſſeruatur charta com-
poſitionis nouæ habita cum Rege in
negotio hæreſis Luteræ an. 1260. men-
ſe Aprili. Confeſtim dignitate Archi-
epiſcopali inſignitus, verbi dominici
prædicationi quo plurimùm ob facun-
diam pollebat, aſſiduè incubuit. Po-
ſtremò Cardinalis Sabinenſis ab Vr-
bano IV. Pont. effectus an. 1261. cum 1261.
C in Angliâ de grauiſſimis rebus Lega-
tione Apoſtolicâ fungeretur, vt inter
Henricum Regem & proceres regni
diſcordias ſuâ prudentiâ componeret.
Quo munere feliciter tranſacto, ad
Curiam rediens, ob egregiam virtutem
omnium Cardinalium votis expetitus
Pontifex declaratur Peruſij Non. Fe-
bruarij 1265. ibidem coronatur 8. Cal. 1265.
Martij die Cathedræ S. Petri, aſſum-
pto CLEMENTIS IV. nomine.
Quod ad publicas eius Pontificatus
res geſtas ſpectat, teſtes ſunt hiſtorici;
poſtquam enim ratam habuit electio-
nem ab Vrbano factam Caroli Ande-
D gauiæ & Prouinciæ Comitis in Regem
Apuliæ, eius aduentu accelerato, Ro-
mæ ſuſceptus, ac Rex Siciliæ in baſi-
licâ Lateranenſi declaratus, iuuatur à
Clemente, qui auxilia ad hanc expe-
ditionem contra Manfredum ſubmini-
ſtrauit; nec propterea generalem Ec-
cleſiæ ſollicitudinem minus curans,
ad fidei propagationem contra hære-
ticos, Mauros & Sarracenos plurima
præclarè egit. Ceterùm, vt Spondanus
Epiſcopus Appamienſis in Annalibus
ſuis ait, morbo ſenioque confectus, "
Eccleſiâ Dei optimè adminiſtratâ, ple- "
nus gloriâ, & onuſtus bonis operibus, " 1268.
Viterbij migrauit in cælum an. 1268. "

" 3. Kal. Decemb. poſt tres ſedis annos, A
" menſes nouem, & dies viginti quin-
" que, ſepultus ad Prædicatores ibidem,
in Eccleſiâ S. Mariæ ad Gradus hâc
inſcriptione:

Lector ſige pedes admirãs quàm breuis ades,
PONTIFICEM QVARTVM CLEMENTEM *contegit arctum,*
En datur in cineres Petri ſucceſſor & hæres,
Cuius, ſi memor es, nõ mundi gaudia quæres.
Hic Iudex primùm, quem ſic ſucceſſus opimũ
Reddidit, vt fertur, miles probus efficeretur.
Taléque ſortitus nomen, Iuriſque peritus,
Virginis vnius fuit vnicus ipſe maritus.
Qui viduatus eâ, mox Chriſti ſorte potitus,
ANICIENSIS *ita dignus fuit Archileuita,*
Præſul ibi factus, poſt Archiepiſcopus actus.
Paſtor vt egregius NARBONÆ *præfuit auctus.*
Vtque Deo gratus & Cardinalibus ſociatus,
Papatus nomen clarum ſuſcepit & omen.
Sic ſublimatus, ſit deníque clarificatus,
Perficiendo gradus cenſetur ad aſtra leuatus,
Annis ſex denis octo cum mille ducentis
Tranſactis Chriſti, CLEMENS *tumulo datur iſti,*
Vt finalis ei det gaudia ſumma diei. Amen.

44. MAVRINVS Capellanus Pont.
Max. ex Canonico Narbonenſi Ar- C
1262. chiepiſcopus nominatur 1262. aſſum-
pto ad Pontificatum Sabinum Guido-
ne Fulcodi, quod liquet ex tabulis nu.
321. ita vt non ſit locus in ſerie Nar-
bonenſium Præſulum Gaufrido, quem
annotant regiſtra Vaticana ad an. M.
CC. LXIX. Clementis IV. Papæ amicus
& valde familiaris fuit, quemadmo-
dum docent plures ipſius epiſtolæ quæ
ſucceſſorem eum nuncupant; tamen
epiſt. 1 Pontificatus anno 1. ſcriptâ ab
eo reprehenditur, quod vnitatem cum
Suffraganeis Epiſcopis, & concordiam
cum laïcis non ſeruaret. Fidelitatem
1263. Sicardi Ademari ſuſcepit 1263. ac ſen- D
tentiâ Bernardi Epiſcopi Toloſani
eiuſdem controuerſia cum Capitulo
terminatur, pro definiendo loco nouæ
1271. conſtructionis baſilicæ S. Iuſti 1271.
quæ aſſeruatur in indiculo ſchedarum
templi B. Iuſti cap. 45. primarium quo-
que lapidem in fabricâ nouâ eiuſdem
Cathedralis impoſuit Maurinus, ex
chron. S. Pauli, cui crux aurea à Cle-
mente tranſmiſſa die Dominicâ 3. Non.
1272. April. 1272. in fundamenta injicitur,
quo pariter anno teſtamentum emiſit,
defunctus, IX. Cal. Aug. in veteri obi-
tuario.

45. PETRVS DE MONTBRVN MONTBRVN.
III. Metropolitanæ Eccleſiæ Canoni-
cus, poſt obitum Maurini, de Archie-
piſcopatu prouiſus eſt, diplomate an.
1272. cuius autographum in armario 1272.
Præſulum extát cap. 223. Arbiter de-
ſignatus in cauſâ Iacobi Regis Maio-
ricæ, cum Berengario Magalonenſi
Epiſcopo, pro iuriſdictione ciuitatis
Monſpelienſis 1278. vltimâ Iunij. No- 1278.
minatur 1283. in literis Epiſcoporum
Biterrenſis, Toloſani, Vceticenſis,
Agathenſis, Lodeuenſis, & Nemauſen- 1283.
ſis, quibus Regem Philippum III. exo-
B rant, ne quid ſiniſtri de Petro velit crè-
dere, eum quippe eſſe virum probum,
cuius operâ & induſtriâ Clemens Pa-
pa, & Cardinales, Sede vacante, in ar-
duis Eccleſiæ negotiis moderandis vſi
fuerunt; quod ipſum teſtari verè poſ-
ſunt Magalonenſis Epiſcopus, & Ab-
bas S. Ægidij, quos eâ de cauſâ ad
eundem Regem dirigunt. Vitam cum
morte commutauit 1286. Iunij 3. in 1286.
chron. S. Pauli, vbi dicitur communi-
tati Eccleſiæ quinquaginta libras Mel-
gorienſes pro celebratione anniuerſa-
rij dediſſe. Vacauit ſedes an. 1287. &
1290. Sepultus in cathedrali ad latus
C dextrum capellæ S. Petri, cuius tumu-
lo ſuperpoſita hæc inſcriptio:

Felix Prælatus heu! quã citò morte vocatus,
Mẽte Deo gratus hic carne iacet tumulatus.
Nobilis ex genere, ſed nobilior pietate,
Præfuit hic verè, ſimilis tibi Petre beate,
Nomine non tantùm, ſed & ordine plus laborantum,
Par conregnantum ſit cum Domino dominantum.
Dictus de MONTEBRVNO *fuit, indéque natus,*
Dura ferens ſponte vixit ſine labe reatus,
Quod ſatagendo piè bibit hic de fonte Sophiæ,
Diffudit patriæ Martha, memorátque Mariæ
D *Anno milleſimo bis centeno octuageno,*
Bis terno Chriſti, Chriſtus requiem dedit iſti.
Ante dies menſis Iunij lux tertia luxit,
Cum NARBONENSIS *radius de corpore fluxit.*
Vt lux Pontificum tribus illuxit quaſi luſtris,
Moribus illuſtris Dominũ lucratus amicum,
Obtinet vt ſtatuit Quintini feſta beati,
Presbyteróſque duos qui ſunt hic perpetuati,
Vt citius meritum Chriſti moriens reperiret,
Ordinat hic obitũ die mortis quando rediret.

46. ÆGIDIVS AISCELLIN do- AISCELLIN.
minus de Billomo & de Bellamerâ,
Aruernus, ex Canonico Narbonenſi,

& Præpoſito Claromontenſis Eccleſiæ
1290. creatur Archiepiſcopus 1290. à Nico-
lao IV. Papâ ſuffragiis Capituli, mor-
tuo Petro de Montebruno; diſſidenti-
bus enim Canonicis pro electione pars
Ægidium, altera Arnulfum de Auau-
giere optabat Antiſtitem, reiectâ eius
poſtulatione, Pontifex, penes quem
eligendi erat arbitrium, Ægidium re-
nuntiauit Archiepiſc. bullâ quæ aſſer-
uatur num. 53. tabularij S. Iuſti. Hoc
eodem anno 1290. conſecratur à Si-
mone de Soliaco Bituricenſi Archie-
piſcopo in caſtro de Nauis. Paulòpoſt
1293. 1293. procuratorio nomine Ioannæ
Franciæ & Nauarræ Reginæ, Comitiſ-
ſæ Palatinæ Campaniæ, Epiſcopo Ani-
cienſi fidelitatem reddidit pro Comi-
tatu Bigorritano; ac viciſſim recipit
clientelare officium ab Amalrico Vi-
1295. cecomite. Interim tres Synodos pro-
uinciales Biterris conuocauit, an. 1295.
1299. & 1303. ac regij conſiſtorij Con-
1296. ſiliariis Luparæ annumeratur 1296. In
obeundis autem muneribus Ægidium
fuiſſe induſtrium teſtatur, quod illi
cum principibus viris Burgundiæ &
Britanniæ Ducibus, Epiſcopis Am-
bianenſi & Antiſſiodorenſi, Legatio-
nem vltrò detulerit Rex Chriſtianiſſi-
mus, pro pace procurandâ & induciis
cum Anglorum Rege, adfuitque con-
uentui pacis Monſtrolij menſe Iunio
1299. 1299. Porrò à Rege grati animi me-
more accipit in donum ſequentia quæ
continentur in veteri ſchedâ:

„ PHILIPPVS Rex Francorum, &c.
„ Notum facimus, quod nos olim grata
„ conſiderantes obſequia, quæ dilectus
„ & fidelis noſter EGIDIVS NARBO-
„ NENSIS Archiepiſcopus nobis, in
„ noſtris & regni negotiis impendiſſe
„ dignoſcitur, & obtentu ſeruitiorum
„ ſuorum, non tanquam Archiepiſcopo,
„ ſed tanquam priuatæ perſonæ & Egi-
„ dio Aycelini conceſſimus quidquid
„ poſſidebamus communiter vel diuiſim,
„ cum Abbate & conuentu monaſterij
„ Montiſpetroſi Ciſtercienſis ordinis, in
„ villa Podij-Guilielmi in bailliuâ Ar-
„ uerniæ, ratione cuiuſdam pariagij facti
„ olim inter recordationis inclitæ Al-
„ fonſum Comitem Pictauenſem propa-
„ truum noſtrum, & Abbatem monaſte-
1303. „ rij ſupradicti, &c. Actum Biterris 1303.
Eduuardi autem Principis Walliæ
ſponſalia, cum Iſabellâ Francorum
Regis filiâ contrahuntur 1303. Ægidio
ſacris operante, & diſcordia Ioannis

A II. Comitis Drocenſis cum eodem &
nepote cognomine hoc anno compo-
nitur, à Philippo Pulchro Rege, pro
causâ toparchiæ de Caſteloudon, quam
vendiderant Ioanni Aiſcellin Abbati
ſecularis Eccleſiæ Claromontenſis Æ-
gidij fratri, quod conſtat ex chartis
Drocenſis familiæ. Demum recenſe-
tur 1306. 17. Maij in conceſſione in- 1306.
dulgentiarum pro S. Capellâ Pariſien-
ſi; ciúſque mentio adhuc habetur in
tabulis Narbonenſibus 1309. poſtremò
transfertur ad Rothomagenſem cathe-
dram, quam cum aliquot annis rexiſ-
ſet, moritur 1318. Epitaphij loco ob- 1318.
B ſeruare conuenit quæ leguntur apud
Catellum in antiquo Martyrologio hac
ſerie:

NONO CAL. IVLII.

ANNO *Domini* M. CCC. XVIII. *in vigiliâ S. Ioannis Baptiſtæ, obitus* ÆGIDII AICELINI *quondam Archiepiſcopi* NARBONENSIS, *qui in Eccleſiâ Narbonenſi inſtituit miſſam B. Mariæ & duas præbendas ſacerdotales, & fundauit duas Capellas in Eccleſiâ nouâ Narbonenſi, & inſtituit quatuor anniuerſaria, & in eorum quolibet debet dare communitas cæteris Clericis eiuſdem duos denarios Turonenſes. Item inſtituit in Eccle-*
C *ſiâ S. Pauli Narbonæ vnam Capellaniam, & duo anniuerſaria. Item in Eccleſiâ Collegiatâ de Capiteſtagno inſtituit perpetuam miſſam B. Mariæ conuentualem, ſicut in Eccleſiâ Narbonenſi, & duo anniuerſaria, quibus prædictis omnibus inſtitutis, fuit per Papam Clementem V. tranſlatus in Archiepiſcopum Rothomagenſem.*

47. BERNARDVS DE FARGIS FARGIS.
ti. Clementis V. Papæ propinquus, ex
Agennenſi Epiſcopo, Rothomagenſis,
indéque ad Narbonenſem Metropo-
lim transfertur 1311. dotauit collegium 1311.
Canonicorum S. Stephani extra mu-
D ros, qui poſtea traducti à Ioanne de
Haricuriâ in templo D. Sebaſtiani.
Fundauit quoque Pariſiis Collegium
Narbonenſe 1317. quo anno ſacramen- 1317.
tum hominij Amalrici Vicecomitis
ſuſcipit, & alterum an. 1337. quorum
acta in membranis publicis continen- 1337.
tur num. 181. & 191. Biennio poſt, 28.
Nouemb. Narbonæ in Palatio Archi-
epiſcopali die feſto S. Catharinæ cele-
bratum eſt generale capitulum pro-
uinciale ab Abbatibus S. Auguſtini.
Expungendus autem hîc videtur è
catalogo Archiepiſcoporum *Bartho-*

lomæus cui electo Ioannem XXII. Pa- A
pam ſcripſiſſe volunt an. 8. Pontificatus
1324. pridie Idus Nouembr. cum eo
tempore ſederet Bernardus: equidem
in archiuis Narbonenſibus num. 148.
reperitur Capituli decretum conceſ-
ſum Bartholomæo de Pireu, huius ca-
thedræ Theſaurario, Sede vacante,
pro regimine bonorum Archiepiſco-
patus.

De Valle. De gueulles à trois faſces d'argent.

48. Gvasbertvs de Valle,
ex Arelatenſi Narbonenſis Metropo-
litanus creatur, obitu Bernardi anno
1340. bullâ prouiſionis, quæ eſt in ar-
mario priuilegiorum Pontificum, vnà B
1340. cùm diplomate conceſſionis Pallij; ſe-
quenti anno 20. Octob. tranſlatus tan-
tùm enuntiatur in lib. Obligationum
1342. ſacri Collegij. Fundauit Toloſæ 1342.
17. die Martij collegium Narbonenſe
quod ampliſſimis redditibus auxit, &
Synodo prouinciali in vrbe conuoca-
1346. tâ, fato functus eſt an. 1346. De illo
in Archiepiſcopis Arelatenſibus ſcrip-
ſimus.

De Ivge.

49. Petrvs de Ivge IV.
Gregorij XI. Pont. conſobrinus, ex
Archiepiſcopo Cæſarauguſtano in
Hiſpaniâ, ad Narbonenſem Eccle- C
ſiam poſtulatus defuncto Gasberto
transfertur à Clemente VI. Papâ 1346.
1346. diplomate Apoſtolico num. 169. vel
1347. April. 22. ex actis Conſiſtoriali-
bus. Sacramentum clientelæ exigit
1348. ab Aimerico Vicecomite Nar-
bonenſi; Exinde cum aliis Epiſcopis
Caroli V. Regis Legatus ad Vrbanum
1365. V. Papam delegatur 1365. Febr. 8. pro
dirimendâ controuerſiâ inter eumdem
& Regem Nauarræ. Concilium Vau-
renſe celebrauit 1368. Iunij 3. cui in-
1368. terfuêre Gaufredus Toloſanus, Phi-
lippus Abbas de Sorieinio, Vicarius
Arnaldi Archiepiſcopi Auxitani, Ber- D
nardus Conuenenſis, Robertus Vau-
renſis, Hugo Biterrenſis, Ioannes Ca-
durcenſis, Arnaldus Aletenſis, Guil-
lelmus Lombarienſis, Guillelmus Ap-
pamienſis, & Otto Leſcarienſis Epiſco-
pi. Transfertur verò è Narbonenſi
Sede ad Rothomagenſem, nominatus
1375. Cardinalis à Gregorio XI. 1375. natu-
ræ debitum ſoluit Piſis anno ſequenti
3. Nonas Nouemb. ibidémque ſepul-
tus. Emendandi autem vulgati catalo-
gi, dum *Septimianum* quemdam Narbo-
nenſem Pontificem nuncupant; de quo
nulla extat mentio in tabulariis Eccle-
ſiæ; imo Archiepiſcopum fuiſſe peni-
tus refragantur.

Roger. D'argent à la bande d'azur, accompagnée de ſix roſes de gueulles.

50. Ioannes Roger II. Cle-
mentis VI. Papæ & Hugonis Cardi-
nalis Epiſcopi Ruthenenſis frater; ex
Archiepiſcopatu Auſcienſi ad Narbo-
nenſem euectus aſſumpto ad Rotoma-
genſem Petro, bullâ Greg. XI. an.
1374. Sept. 4. quæ habetur in tabula- 1374.
rio num. 430. & in lib. Obligationum
ſacri Collegij; Legauit Capitulo lo-
cum du Bouſquet in territorio Nar-
bonenſi 1387. ac teſtamenti tabulas
conſcripſit 1391. cuius originale in ar- 1391.
mario Archiepiſcoporum num. IV.

Conzie. D'azur au chef d'or chargé d'vn lyon iſſant de gueulles.

51. Franciscvs de Conzie'
I. ex Gratianopolitano Præſule Are-
latenſis creatur, poſt ab Antipapâ Cle-
mente VII. Auenione 1391. XIII. Cal.
Octobris, Toloſano Archiepiſcopatu
inſignitus, ad Narbonenſem promo-
tus eſt, Legatione Auenionenſi inſu-
per cohoneſtatus, aliis muneribus Ec-
cleſiæ ſummâ laude fungitur: excipit
fidem Guilielmi Vicecomitis 1408. 1408.
ſequenti anno Piſanæ Synodo adfuit.
Martinus V. Papa ad eum quoque
ſcribit 1424. pro negotio collationis 1424.
trium præbendarum in templo B Pau-
li Narbonenſis, nominatúrque execu-
tor teſtamenti Elipdis de Baucio Co-
mitiſſæ Auellini in caſtro Baucij 1426. 1426.
Octobr. 7. quieſcit apud Cœleſtinos
Auenionenſes cum hac inſcriptione:

Hic Iacet

*Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Do-
minus* Franciscvs, *nobilis legum
Doctor, diœceſis Gebennenſis, primo Gra-
tianopolis Epiſcopus, & demum Romanæ
Eccleſiæ Camerarius, Arelatenſis, & inde
Toloſanenſis, & vltimo* Narbonen-
sis *Archiepiſcopus, qui obyt anno Domi-
ni* M. CCCC. XXXII. *die vltimâ men-* 1432.
*ſis Decembris. Cuius anima in pace re-
quieſcat.*

Nonnulli verò Franciſcum de Collo-
medio ſucceſſorem huius Antiſtitis
ſubiiciunt, ſed in melioris notæ ca-
talogis & archiuis Narbonenſibus, in-
ter Archiepiſcopos non comparet.

Harcovrt. De gueulles à deux faſces d'or.

52. Ioannes de Harcovrt
III. Patriarcha Antiochenus, ex anti-
quâ & nobili ſtirpe in Neuſtriâ geni-
tus, patre Iacobo domino de Mongo-
mery, matre Ioannâ d'Enghien do-
minâ d'Hauré, frater Iacobi 2. Co-

mitis de Tancaruille. Primùm Ambianenſis Epiſcopus, & ex Tornacenſi Narbonenſis efficitur, cui cathedræ
1436. præſidebat an. 1436. Conſuetum fidelitatis ſacramentum Attrebatenſi Epiſcopo iurauit pro Sede Apoſtolicâ 1438. ac tandem Narbonam ſolemni inaugurationis pompâ inuehitur 21.
1439. Martij 1439. Conſtruxit Eccleſiam B. Sebaſtiani & benedictis tribus altaribus 1451. Capitulum è Diuæ Mariæ Maioris baſilicâ tranſtulit, cui Canonicorum Collegio parochiam S. Stephani vniendam curauit, quemadmo-
1452. dum patet ex tabul. S. Iuſti num. 114. Mortalitatem expleuit anno 1452.

HARCOVRT. Comme cy-deſſus.

53. LVDOVICVS DE HARCOVRT, I. Patriarcha Ieroſolymitanus, Ioannis de Haricuriâ Comitis Aumalæ filius naturalis, ex Epiſcopo Bajocenſi, Narbonenſem Pontificatum re-
1452. gendum ſuſcepit, & feudatariorum hominia recipit 1452. memoratúrque adhuc in chartis Eccleſiæ 1459. Ex hac
1459. autem gente prodierunt alij Antiſtites, videlicet Ludouicus de Haricuriâ Rothomagenſis Epiſcopi, Philippus Bajocenſis, Robertus Conſtantienſis, & Guido Lexouienſis.

[CRE]SPIN. ... d'ar... & de ...

54. ANTONIVS CRESPIN Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, Pariſienſis Epiſcopus, & ex Laudunenſi ad hanc Sedem vocatus, fidei clientelam præſtitit Regi 1460. Legatus
1460. mittitur à Ludouico XI. cum Petro Moruillerio Franciæ Cancellario, & Comite Augienſi, ad Philippum Burgundiæ Ducem cognomento bonum
1464. 1464. vt eiuſdem Regis nomine impetrarent libertatem nothi Rubempratenſis, auctore Philippo Cominæo lib. I. Commentariorum. Contra Epiſcopum Alectenſem pro iuriſdictione
1470. Metropoliticâ literas obtinet 1470. ex ſchedis Secretariatus capituli.

BOVRBON. De Fr[a]nce à la [b]arre d'argent.

55. RAYNALDVS DE BOVRBON Caroli I. Ducis Borbonij filius naturalis, patruus Hectoris Archiepiſcopi Toloſani. Antequam ſacris Ordinibus eſſet initiatus, parens fuit Caroli Claromontenſis Epiſcopi, deinde Nar-
1472. bonenſi Archiepiſcopatu potitus eſt 1472. 17. Calend. Ianuarij in Capitu-
1473. lo exceptus 20. Decembr. 1473. ſequenti an. Bullam obtinet à Sixto IV. Papâ aduerſus Epiſcopum Carcaſſonenſem, qui eius iuriſdictioni parete

A detrectabat. Recenſetur in actis capitularibus 1480. pro fabricâ Eccleſiæ; 1480.
Deceſſit in Prioratu S. Petri diœceſis Lugdunenſis 7. die Iunij 1483. vt no- 1483.
tant Ioannes Quadrigarius monachus Sancti Dionyſij volum. 3. chronicorum Franciæ, & acta Conſiſtorialia Vaticani.

AMBOISE. Pallé d'or & de gueulles de ſix pieces.

56. GEORGIVS D'AMBOISE Petri Domini de Chaumont, & Annæ de Bueil filius, defuncto Rainaldo poſt multos Canonicorum de electione conuentus habitos 18. Iunij an. 1482.
Georgius poſtulatur in Archiepiſco- 1482
pum, vt inſinuant excerpta actorũ Capitularium ſub hac verborum formu-
B
lâ : His igitur peractis nullóque alio « tractatu interueniente, ſed ſtatim ſubitò & repente Spiritus S. gratiâ, & vt « firmiter credimus inſpirati omnes vnanimiter conſenſimus, & vota noſtra « direximus, in nobilem ac generoſum « virum Dominum GEORGIVM DE « AMBOZIA Decretorum Doctorem, « S. Sedis Apoſtolicæ Protonotarium, « virum vtique plenæ & maturæ ætatis, « in ſacerdotio conſtitutum, naturâ & « prudentiâ, literarum ſcientiâ, vitâ & « moribus, vniuerſis actibus meritò com- «
C mendatum, & legitimo matrimonio « procreatum, in ſpiritualibus & temporalibus plurimùm circumſpectum, & « per quem ſperamus multa nobis & « Eccleſiæ commoda peruentura. Ad- « miniſtratorem porrò tantùm fuiſſe aut Franciſco ſequenti Archiepiſcopatum poſtea reſignaſſe, cum reſeruatâ in defuncti munus ſucceſſione probabile eſt, quod bullis Apoſtolicis nuſquam prouiſus, aut poſſeſſionem accepiſſe reperiatur in regiſtris capitularibus. Deinde factus Montalbanenſis Epiſcopus, Purpurâ, Sediſque Apoſtolicæ Legatione, ac demùm Archiepiſcopatu Rothomagenſi decoratur, vbi plura
D de ipſo differemus.

HALLE'. Ecartelé au 1. & 4. d'azur, à la Croix d'argent Au 2. & 3. d'or à la teſte de bœuf de gueulles ſurmontée d'vne eſtoile d'azur.

57. FRANCISCVS HALLE' II. ex magno Archidiacono & Canonico Pariſienſi electus renunciatur 1482. Cancellarius Ordinis S. Michaëlis, antea Senatus Pariſienſis patronus Regius: in celeberrimo illo conſeſſu munere fungi grauiſſimè promeruit, ab anno 1465. ad 1482. quo idem officium reſignauit, vocatus ad Narbonenſem Pontificatum, cui præfuiſſe legitur à die 11. Nou. 1482. vſque ad 1491. ſed
non adeptâ poſſeſſione, vt acta ſecre- 1482.

tariatus tradunt. Tumulo conditus eſt
in æde Cathedrali B. Virginis Luteriæ
hoc epitaphio quod è Gallico ſic La-
tinè redditum.

HIC IACET

Reuerendiſſimus Pater in Domino FRAN-
CISCVS HALLE', *natus Pariſiis, dum*
viueret Archiepiſcopus NARBONEN-
SIS, *Canonicus & magnus Archidiaconus*
in hâc Eccleſiâ, qui obiit die Iouis vigeſi-
1491. *mâ quartâ die Februarij, anno milleſimo*
quadringenteſimo nonageſimo primo.

ABEZAC.

58. PETRVS D'ABEZAC, v. or-
tus è familiâ dominorum de la Douſe,
Monachus Benedictinus, Doctor in
decretis, & Abbas Gratiæ diœceſis
Carcaſſonenſis, ex Epiſcopo Riuenſi
fit Lactorenſis, deinde Narbonenſis
Metropolitanus deſignatur, ceſſione
1494. Georgij de Ambaſia 1494. vt innuit
Guillelmus Ialigniacus in hiſt. Regis
Caroli VIII. ſub annuâ tamen penſio-
ne, in gratiam Amboſij, quod deinde
Capitulum contra priuilegium Eccle-
ſiæ, id factum fuiſſe denunciat in actis
Capitularibus numero 5. Petri autem
Carcaſſonenſis Antiſtitis fidem homi-
1502. nij recipit 1498. defunctus 25. Maij
1502.

CLERMONT. D'or à trois faſces de gueulles au chef d'hermines.

59. FRANCISCVS GVILLEL-
MVS DE CLERMONT Cardin. Geor-
gij de Ambaſiâ Rotomagenſis Arch.
nepos, parente natus Triſtano Barone
de Clermont de Lodeue: magnus Ar-
chidiaconus Narbonenſis, Epiſcopus
S. Pontij Tomeriarum, poſteáque Va-
lentinenſis, & Agathenſis, ſuffragiis
Canonicorum expetitus eſt in Archie-
1502. piſcopum 14. Iunij 1502. eam Eccle-
ſiam rexit vſque ad an. 1507. poſtea
Auxitanus Pręſul, vt ſupra narrauimus.

BRIÇONNET. D'azur à la bande componnée d'or & de gueulles de 5. pieces, chargée ſur le 1. compon de gueulles, d'vne autre eſtoile d'or au quartier ſeneſtre de l'eſcu.

60. GVILLELMVS BRIÇON-
NET II. Ioannis generalis ærarij Gal-
liarum Quæſtoris, & Ioannæ Berthe-
lot filius, frater Roberti Archiepiſco-
pi Ducis Remenſis, Franciæ Cancel-
larij: Prorex Occitaniæ, opulenta à
Rege ſacerdotia accepit. Etenim fit
Abbas S. Germani Pariſienſis, Grandi-
montenſis, S. Nicolai Andegauenſis,
Epiſcopus Nemauſenſis, & Maclo-
uienſis: Pontificatum Remenſem ade-
ptus poſt fratrem tranſiit ad Narbo-
nenſem, ceſſione Franciſci de Claro-
1507. monte 1507. ſob onere penſionis: pro-
motus ad Cardinalatus dignitatem tit.
S. Pudentianæ ab Alexandro VI. Pont.
Max. 1495. inde nominatur ad Epiſco-
patus Albanum, Tuſculanum, & Præ-
neſtinum. Plura Guicciardinus lib. 10.
de Cardinali Briſſoneto, cui ſoli Pau-
lus Iouius ad interiorem Caroli 8. Re-
gis amicitiam aditum patuiſſe ſcribit,
Bembus, eius conſilio in omnibus Re-
gem nixum fuiſſe, & Ferronus Oracu-
lum Principis, Regniq; columnam alij
eum appellauere. Auctor Carolo Re-
gi expeditionis Neapolitanæ, vnúſque
è Cardinalibus fuit, qui in gratiam
Cæſaris Maximiliani, & Ludouici XII.
Francorum Regis, Piſanum Concilia-
bulum, contra Iulium 2. Pontificem
agitarunt, & eam ob cauſam citatus
Romam Eccleſiaſtico honore priua-
tur, ſed à Leone X. priſtinæ dignitati
reſtituitur. Demum Narbonæ cum
per ſeptennium ſediſſet vitâ functus
eſt 1514. Decemb. 14. ibidem huma- 1514.
tus in primariâ baſilicâ, in quâ anni-
uerſarium trium millium librarum fun-
dauit.

ESTE FERRARE. Au 1. & 4. de France, au 2. & 3. d'ESTE, comme cy-deuant.

61. HIPPOLYTVS D'ESTE I.
Card. Eſtenſis tit. S. Luciæ in Silice,
variis temporibus Archiepiſcopus Stri-
gonienſis, Mediolanenſis, Narbonæ,
Capuanus, Adminiſtrator Ferrarienſis
& Mutinenſis; ortus erat nobiliſſimis
natalibus, patre Hercule I. Duce Fer-
rariæ, matre Eleonorâ filiâ Ferdinandi
Regis Siciliæ. Penè infans excelſi in-
genij ſpecimina dedit, nam optimis
moribus inſtitutus, cum inſigni appa-
ratu à patre in Pannoniam miſſus, à
Rege Mathiâ perhonorificè excipitur,
& filij loco aſcitus, Archiepiſcopatus
Strigonienſis dignitate vix ſeptennis
cohoneſtatur; in Hungariâ, vbi litera-
rum ſtudiis excultus, per ſeptennium
manſit, modeſtiâ, humanitate, morum
elegantiâ, omnium animos qui illum
nouerant ſibi deuinxit. Mortuo Rege,
pari beneuolentiâ gratóque animo,
reginam, matris loco complexus eſt,
& in Italiam accerſitus, ſummo ſtudio
vt ad Cardinalatus honorem prouehe-
retur, curauit Ludouicus Sfortia Dux
Inſubriæ, renunciatus ab Alexandro
VI. Pont. an. 1493. cui Principi in ar-
duis rebus adiutor fuit. Mediolanen-
ſis Antiſtes etiam deſignatus, eam ca-
thedram per annos 13. ſingulari pru-
dentiâ, & rerum tractandarum ſolertiâ
rexit, S. Petri Archipreſbyteratum,
Eccleſias Capuanam, Ferrarienſem, &
Narbonenſem adeptus in Galliâ 1514. 1514.
ibi ſummâ gratiâ ob pietatem fuit, &

B. Iuſtâ

B. Iuſti templum exquiſiti pretij ornamentis & capellâ locupletauit. Ludouicum autem Regem Francorum in Italiâ bellum gerentem inuiſit, ſummóque honore ſuſceptus, ſecretioribus conſilus interfuit, ad Maximilianum quoque Imp. Patauium armis laceſſentem Apoſtolicâ auctoritate acceſſit; nec minus quàm Alphonſus frater Ferrariæ Dux fortiſſimus, militari peritiâ claruit, illi enim contra Venetos magno vſui fuit, & eorum claſſem in Pado flumine fregit; dum Conciliabulum contra Iulium pararetur, in Galliam profectus, dexteritate B Iulio & Ludouico ſatisfecit, ab vtroque ſapiens appellatus. Ferrariam reuerſus Epiſcopatum reſtituit, ac deinde Strigonienſem Eccleſiam cum Arienſi permutauit. Ab omnibus Europæ Principibus maximo in pretio & honore habitus, Romæ, Ferrariæ, Mediolani, in Galliis, & Pannoniâ, penè admirabilis extitit; nobiles enim diſciplinas ſingulari ſtudio complexus, literatorum munificentiſſimus Mœce-
1520. nas extitit. Defunctus Ferrariæ 1520. poſtridie Cal. Septemb. ibidem ſepelitur in ſacrario Eccleſiæ. Hæc autem omnia ferè deſumpta ſunt ex funebri C oratione, quâ Alexander Guarinus Cardinali Hippolyto parentauit. Plura de illo Iouius, Ciaconius, Victorellus in additionibus ad eundem, Garimbertus, Vghellus tomo II. in Epiſcopis Ferrarienſibus, illiúſque vitam deſcripſit Sardus.

MEDICIS. D'or à cinq tourteaux de gueulles ... , ſurmótez d'vn tourteau d'azur, en chef, chargé de trois fleurs de lis d'or, 2 & 1.

62. IVLIVS DE MEDICIS, Cardinalis Medicæus, Archiepiſcopus Florentinus, Rom. Eccleſiæ Vicecancellarius, Narbonenſem Sedem obtinuit poſt Hippolytum ex archiuis baſilicæ Metropolitanæ & Vaticani. Templum S. Iuſti eius munificentiâ D decoratur eximiâ picturâ Lazari, quæ aſſeruatur in capellâ D. Michaëlis; mox ad Beati Petri cathedram aſcen-
1523. dit, 13. Cal. Decembr. 1523. accepto nomine Clementis VII.

LORRAINE. Comme cy-deſſus.

63. IOANNES DE LORRAINE IV. Cardinalis S. Onofrij, Renati Ducis Lotharingiæ filius, reſignatione Iulij Medicæi, Narbonenſis Eccle-
1524. ſiæ poſſeſſionem adipiſcitur 1524. in ſacrum Collegium allectus à Leone X. 1518. Lugdunenſi Pontificatu, & adminiſtratione Epiſcopatuum Valentiæ, Lucionenſis, Virdunenſis, Morinorum, Albienſis, Nannetenſis, Metenſis, & Agenenſis vario tempore inſignitus eſt: Abbas quoque Cluniacenſis, Fiſcanenſis, Maioris monaſterij & S. Audoeni: dignus iudicatur non ſolùm purpurâ, ſed etiam qui Franciſci I. gratiâ polleret, cui in primis
charus erat. Romam profectus an. 1521. 1521.
ibi nomine Regis negotia tractauit, cúmque Comitiis Iulij III. adfuiſſet, in Galliam reuertens, Neuuiaci ad Ligerim apoplexiâ correptus, expira-
uit x. Maij 1550. depoſitus Ioinuillæ 1550.
primùm, deinde Naneeij ad Franciſcanos ſepulturæ traditur.

ESTE FERRARE. Comme cy-deuant.

64. HIPPOLYTVS D'ESTE II. Card. Areſtinus iunior, Alfonſi I. Ducis Ferrariæ filius, multarum Eccleſiarum commendatarius in Galliis, Arelatenſi, Auſcenſi, Lugdunenſi, Eduenſi, Archiepiſcopus Mediolanenſis, Ferrarienſis Præſul, patrimonij Legatus, & Galliæ Protector; ab Henrico II. nominatur Narbonenſis, cu-
ius Eccleſiæ accipit poſſeſſionem 1550. 1550.
28. Iulij per procuratorem Alexandrum Gerbinatum Sedis Apoſtolicæ Protonotarium. Obiit 1572. de quo plura in Auſcenſibus.

PISANNI.

65. FRANCISCVS PISANNI V. Cardinalis S. Theodori Venetus, Aloiſio Diui Marci procuratore natus, Clementi VII. fidus comes in mole Hadriani obſeſſo fuit, deinde pro eodem in arce Neapolitanâ obſes per annum & ſex menſes detinetur, electus Epiſcopus Parauinus, Antonius Porcellinus in eius Cardinalis laudatione, vt ſcribit Victorellus in additionibus ad Ciaconium, fortiſſimum « Romanæ Eccleſiæ cardinem, reli- « gionis Chriſtianæ clarum ſidus, Pata- « uinæ ciuitatis parentem, ornamentum « & decus vnicum nominauit: adoleſ- « cens purpuræ honore à Leone x. Papâ
ornatus 1517. per annos 53. eâ dignita- 1517.
te præfulſit, Taruiſino item & Narbonenſi Archiepiſcopatu conſpicuus, de quo, Cardinalis Eſtenſis reſignatio-
ne prouiſus eſt à Pontif. Max. 1551. 1551.
primâ die Maij ſub reſeruatione tertiæ partis fructuum, & omnimodâ collatione beneficiorum pro Franciſco Cardinali Turnonio, vt acta capitularia docent. Porrò abſens Vicarium generalem inſtituit Alexandrum Gerbinatum, qui eius nomine Concilium prouinciale Narbonæ celebrauit eodem

an. 1551. Hic Cardinalis Rom. Eccle- A ſiæ Archidiaconus Marcellum II. & Paulum IV. coronauit. Deinde Albanenſem, Tuſculanum, Portuenſem,
1564. demúmque 1564. Oſtienſem Epiſcopatum, cum ſacri Collegij Decanatu aſſequutus eſt; in templo Romano S. Marci quieſcit cum hâc inſcriptione:

DEO OPT. MAX.

FRANCISCO PISANO *Cardinali Epiſcopo Oſtienſi, viro antiquæ probitatis ac innocentiæ, hæredes ex teſtamento po-*
1570. *ſuêre. Vixit annos XXCVI. Obiit tertio Cal. Iuly M. D. LXX.*

VIGOR. D'argent à vn Aigle eſployée de ſable, au chef d'azur chargé de trois molettes d'or.

66. SIMON VIGOR patriâ Normanus, Doctor Sorbonicus inſignis, Regius Concionator, S. Pauli Paſtor, & Canonicus Theologus Pariſienſis Eccleſiæ; ad hanc Cathedram ſolo virtutis & doctrinæ patrocinio, renitentibus aulicis, euectus eſt à Rege Carolo IX. nondum Præſul Concilio Tridentino interfuit, & Archiepiſcopatus poſſeſſionē, quo donatus fuerat, obitu Cardinalis Piſani accepit anno
1554. 1554. Orauit Pariſiis in funere Elizabetæ Hiſpaniarum Reginæ 25. die Octobris 1568. Conciones in vulgus emiſit, ac mortuus eſt Carcaſſonæ
1575. 1575. I. die Nouembris, tumulatus in Cathedrali.

IOYEVSE. Ecartelé au 1. & 4. de pallé d'or & d'azur de ſix pieces, au chef de gueulles chargé de trois hydres d'or, qui eſt de IOYEVSE. Au 2 & 3. d'azur au Lion d'argent, à la bordure de gueulles chargée de huict fleurs de Lis d'or, qui eſt de S. DIDIER.

67. FRANCISCVS DE IOYEVSE VI. Guilelmi Vicecomitis Ioyoſæ Mareſcalli Franciæ & Mariæ de Batarnay filius, ab Henrico III. ad Archiepiſcoparum Narbonenſem nominatus, à Greg. XIII. Papâ bullas obtinet 1582. per obitum Simonis, in poſſeſſionem inductus 14. Martij eiuſdem anni creatus Cardinalis 1583. ætatis anno 24. tit. primùm S. Silueſtri in Montibus, deinde S. Trinitatis in monte Pincio, conſecrat Eccleſiam Metropolitanam D Narbonenſem 1587. 14. Iunij, Capucinos in vrbem admittit, & Minimis S. Franciſci de Paulâ cœnobium ædificat; deinde Toloſanus & Rothomagenſis Archiepiſcopus declaratur. Sub Paulo autem V. ex Sabinenſi Oſtienſis Antiſtes, Decanúſque ſacri Collegij eligitur, Galliarum quoque protector, & Clementis VIII. Pontificis Legatus, vt eius nomine Ludouicum Delphinum è ſacro fonte ſuſciperet. Mariam Medicæam ſolemniter coronauit in templo Sandionyſiano, & ſuâ prudentiâ effecit, vt Leo XI. ad Apoſtolicam Sedem proueheretur; legatione grauiſſimâ functus ad Venetos in controuerſiâ Pauli V. cum eâ Republicâ; multùm autem de religione & patriâ promeritus, Auenione 23. Aug. eripitur è viuis 1615. humatus Pontiſaræ in ſacello reſidentiæ Patrum Societ. 1615.
Ieſu. De eo vide plura inferius in Rothomagenſibus Archiepiſcopis.

VERVINS. D'or à trois bandes de gueulles au chef d'azur, chargé d'vne fleur de Lis d'or acoſté de deux eſtoiles de meſme. Ecartelé d'argent au pal de gueulles ſurmonté d'vn chef de meſme, à vne eſtoile d'argent ſur le pal & le chef.

68. LVDOVICVS DE VERVINSII. Balmis in diœceſi Carpentoratenſi nobili proſapiâ, patre Gubernatore pro Chriſtianiſſimo Rege caſtri turris de Bucco in Prouinciâ, & triremis Regiæ B Præfecto, natus eſt anno 1547. die feſto S. Dominici, cuius poſtmodum adoleſcens fratrum Prædicarorum religionem in Conuentu Carpentoratenſi Prouinciæ, ſolemniter eſt profeſſus, in eâque tantam doctrinæ, & concionandi præſtantiam eſt aſſequutus, vt doctorali laureâ donatus, & in gremium vniuerſitatis Aquenſis cooptatus, inter clariſſimos ſuæ ætatis concionatores vbique ſit habitus. Primùm Eccleſiaſtes ſeu Theologus Epiſcopatus Tolonenſis 1577. tum ad officium Vicarij generalis, & Officialis Eccleſiæ Caſtrenſis aſſumptus 1578. poſt verò 1578.
C ciuilibus turbis Ibericæ factioni fauens, ad Hiſpaniæ Regem Philippum II. Orator eſt delegatus, pluribúſque præfecturis in Religione digniſſimè perfunctus à Pont. Max. Sixto V. an.
1589. Inquiſitor generalis fidei in ciuitate, & totâ legatione Auenionenſi creatur. Sed ad maiora deſtinatus, agente Cardinali de Ioyoſâ, & promouente Chriſtianiſſ. Rege Henrico Magno ad Archiepiſcopatum Narbonenſem à Clemente VIII. Papâ ſublimatus eſt an. 1600. die ſacro Conceptæ 1600.
Deiparæ Virginis, Lugduni in ſolemni ferè omnium Ordinum totius Galliæ pro nuptiis Henrici IV. & Mariæ Medicæ concurſu ab eodem Franciſco Cardinali de Ioyoſâ conſecratur. In Archiepiſcopatu vigilantiſſimum agens paſtorem, & vbique bonum opus deſiderans, Synodū prouincialem Narbonæ an. 1609. ſaluberrimis euulgatis conſtitutionibus celebrauit; Eccle- 1609.
ſias ac loca omni diœceſis ſibi commiſſæ accuratiſſimâ viſitatione luſtrauit, collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam vbique reſtituit, frequentiſſimis concionibus populum in fidei Catholicæ zelo confirmauit. Præſidens na-

tus trium Ordinum prouinciæ Occita-
niæ, in generalibus Comitiis ſempet
conſtantiſſimè atque incorruptè Regis
iura & plebis leuamen infracto animo
tutatus eſt, ita vt titulum communis
parentis ac defenſuris populi totius
prouinciæ meritò ſit adeptus. Hanc
autem generoſi animi conſtantiam, &
inconcuſſam erga Reges fidelitatem,
in agendis prudentiam, in dicendis
ſapientiam, non minus in cœtu Cleri
1610. Gallicani 1610. quàm in totius Regni
Conuentibus Rothomagi & Pariſiis
apud omnes demonſtrauit. Ad ſuam
reuerſus diœceſim, illam vndiquaque
ſuæ munificentiæ prutuſionibus am-
pliſſimis nobilitauit, nam præter do-
mos & caſtra ad ditionem Archiepiſ-
copalem ſpectantia, vel omnino refe-
cta, vel reſtaurata, ſuam Cathedralem
Eccleſiam tribus ordinibus ditiſſimo-
rum aulæorum, ſeu periſtromatum, to-
tam intus circumueſtiuit, & ſumptuo-
ſiſſimo ſacrarum veſtium ornauit ap-
paratu. Singulis ferè omnium oppi-
dorum ſuæ diœceſis Eccleſiis paro-
chialibus calices & vrceolos argen-
teos, pro digniori ſacrificij Euchariſti-
ci celebratione rarâ liberalitate diſtri-
buit. Patres Doctrinæ Chriſtianæ ad-
1619. miſit in vrbem 16. Iulij 1619. & in eo-
rum Collegio Philoſophiæ curſum pu-
blicè prælegendum annis ſingulis fun-
dauit; Moniales Carmelitas recepit
1620. 1620. Maij die 27. patribus ſui Ordi-
nis Prædicarutum in conuentu Nar-
bonenſi, dormitorium, & domum vi-
carialem iuxta ſacellum Beatiſſimæ
Virginis de Lætitiâ nuncupatæ à fun-
damentis erexit; ſuum verò conuen-
tum Carpentorati, templo omni ex
parte illuſtrato, dormitorio, bibliothe-
câ & annuorum redditùum incremen-
to ditauit. Puellis pauperibus ciuita-
tis & diœceſis Narbonenſis honeſto
locandis matrimonio, fructus annuos
duodecim millium librarum turo-
nenſium in perpetuum conſtituit. Tan-
dem virtutum omnium meritis clarus,
reſtauratâ in diœceſi diſciplinâ Eccle-
ſiaſticâ, ſolius ſenectutis preſſus ægri-
tudine, ſemper tamen iudicio integer-
rimo, ſacramentis omnibus Eccleſia-
ſticis præmunitus, animam cœlo di-
1628. gnam exhalauit, anno ſalutis 1628.
ſexto Idus Februarij, horâ poſt me-
ridiem primâ, ſui regiminis vige-
ſimo octauo, in Cathedrali tumula-
tus.

Tomus I.

A 69. Clavdivs de Rebé Co-
mes & Primas Narbonenſis, Comitio-
rum generalium trium Ordinum pro-
uinciæ Occitaniæ Præſes natus, ſacri
Regis Conſiſtorij Aſſeſſor, Ordinis
Torquati S. Spiritus Præceptor, Ab-
bas Beatæ Mariæ Fontisfrigidi, filius
Claudij domini de Rebé Equitis,
Baronis d'Amplepuis, de Chauaigny,
le Lombard, & de Thiſy, & Ioannæ
de Mezé; ex Cantore Canonico &
Comite Lugdunenſi, ſanctique Petri
Matiſconenſis Præpoſito, Heraclien-
ſis Archiepiſcopus Ludouici deceſſo-
ris ſui Coadiutor conſecratur Romæ
B 1622. die 29. Septembris in Eccleſiâ 1622.
S. Ludouici Gallicanæ nationis à Gui-
done Cardinale Bentiuolio, Compro-
tectore Franciæ, aſſiſtentibus Aduren-
ſi & Cabellicenſi Epiſcopis. Intereſt
generali Cœtui Cleri Gallicani 1626. 1626.
Ad Narbonenſem verò Sedem eue-
ctus, 2. Febr. 1628. poſſeſſionem adi-
piſcitur, & Pallium ab Vrbano VIII.
Papâ per manus Iacobi de Nucheze
Cabilonenſis Epiſcopi & Comitis 28.
Septemb. ſuſcepit in Eccleſiâ Cathe-
drali S. Vincentij. Tum ſe addixit
officio paſtorali, diœceſis viſitationem 1628.
C adimplendo, & omnibus prouidendo
quæ tum ad pietatem, tum ad doctri-
nam promouendam ſpectant; nam
congregationem quæ examini & inſti-
tutioni clericorum ordinandorum in-
cumberet, apud Patres doctrinæ Chri-
ſtianæ Scholam Theologicam annuis
ſtipendiis dotauit, & S. Mariæ Mo-
niales præfecit puellarum inſtitutioni;
piâ quoque liberalitate & curâ vigili
effecit, vt pauperes in hoſpitali Cha-
ritatis colligerentur, necnon in vrbem
Limoſij ſuæ diœceſis aduocauit eiuſ-
dem Doctrinæ Chriſtianæ Patres, qui-
bus locum ampliſſimum, & pecuniæ
D vim non mediocrem collegio ædifi-
cando conceſſit. Baſilicæ verò Metro-
politanæ vaſa exquiſitæ artis & pretij,
quæcunque ad ſacra peragenda neceſ-
ſaria ſunt, donauit, necnon S. Seba-
ſtiani Eccleſiam variis decorauit orna-
mentis; & ne quid deeſſet eius vigi-
lantiæ curauit colligi & ordinari
chartophilacium & inſtrumenta per-
antiqua dominij Archiepiſcopalis, quæ
multis abhinc annis incondita iacue-
rant, necnon domum vſque adeo
magnificis ædibus reſtaurauit, vt ipſe
Ludouicus XIII. cum in Perpiniani
oppugnatione in ijs demoraretur, vo-

Rebé.
Ecartelé au 1. & 4. d'or à 3 merlettes de ſable, 2. en chef & 1. en pointe. Au 2. & 3. d'or à la faſce ondée de gueulles, qui eſt Rebé. Sur le tout de gueulles à 3. chevrons d'argent, qui eſt de Favsages.

lucrit ſuæ domus Regiæ præcipuam A turrim nomine Moureſque funditus euerti, pluréſque vicinas domos, vt gratior proſpectus palatij Epiſcopalis ad vrbis ſplendorem appareret. Cum autem diligentia non defuerit in domeſticis rebus, longè amplior enituit in publicis prudentia. Nam ter Cleri Gallicani Comitiis generalibus adfuit,
1645. & 1645. inter Præſides nominatur, quo eodem anno Iulij 27. coram Rege Ludouico XIV. egregiè perorauit contra Nouatores. Octies verò à Prouinciæ conuentu ad Regem delegatur, à quo humaniſſimè ſemper exceptus B eſt, vt cui perſpecta eſſet non minus in patriam, quàm in Regem fides integerrima. Nec ſilendum illud pro-
1632. batæ fidei exemplum; quod cum 1632. menſe Iulio Henricus Monmorentij Dux, apud Pezennates Septimaniæ Conuentum publicum congregaſſet, & omnes ſollicitaret, vt hoſtiles Hiſpanotum turmas admitterent contra Regis obſequium; obſtitit generoſiſſimus Præſul, cum verò omnes ad fidem Regi debitam tam oratione quàm exemplo eſſet cohortatus, & omnium ferè inclinantes animos reuocaſſet, ne C actu publicè admiſſo in cœtu hoſtes patriæ exciperent, & ſic in Regem rebellarent; iubente Montmorentio cuſtodiæ traditur vſq; ad decimam-quintam Aug. à quâ liberatur eâ conditione, vt Regem conueniret & pacis ineundæ propoſitiones exhiberet. Interim tamen cum pugnâ ad Caſtrumnouum-arri vulneratus Montmorentius à Rege captus eſſet, rerum mutatis vicibus cum Biterris Comitia generalia Rex indixiſſet, à Narbonenſi Archiepiſcopo facundâ oratione excipitur totius prouinciæ nomine, à quo in fine conuentus publici etiam ſalu- D tatur, cum ſolita Principi munera ob-
1633. tuliſſet; Anno ſequenti apud Fontembellaquam inter S. Spiritus Præceptores aggregatur; ſimili quoque erga Regem fidelitate viguit, dum Gallia vbique ferè inteſtinis motibus agitaretur, nam ipſo Præſide in Occitaniæ Comitiis, prouincia pacata tranquilláque permanſit; quo factum, vt cum à Rege diuerſis in legationibus multa beneficia in vtilitatem Prouinciæ meruiſſet, nouiſſimè tandem obtinuit, vt antiquis priuilegiis gaudeteт.

MAGNI ARCHIDIACONI NARBONENSES.

Ermes Archidiaconus Narbonenſis (quæ primaria Capituli dignitas) vixit ſub B. Ruſtico vt docet epiſtola S. Leonis Pontificis Max.

B. recenſetur in hominio Vicecomitis Narbonenſis quod præſtitit Comiti Toloſano pro Vicecomitatu Narbonenſi, præſente Berengario Antiſtite 1203. in veteri regiſtro Cameræ 1203. Rationum Pariſienſium.

Petrus Amelli I. ex Archidiacono Archiepiſcopus euaſit. Amelli.

Petrus de Monte II. mortuus 1286. De Monte Maij 18. ex martyrologio Narbonenſi.

Petrus de Viridario III. 1330. inſtituit De Viridario. feſtum vndecim millium Virginum, teſte martyrologio S. Iuſti.

Gaillardus de la Motte Cardinalis tit. La Motte. S. Luciæ in Silice Archidiaconus fuit 1340. exceſſit Auenione 1357. die Ia- 1357. nuarij 13. in martyrologio baſilicæ cathedralis.

N... Cardinalis Albanus, fuit Archidiaconus an. 1404. 1404.

Ioannes de Guiolan I. an. 1459. Guiolan.

Dionyſius de Bar Epiſcopus S. Papuli De Bar. & Archidiaconus an. 1468.

Ioannes d'Oriole II. an. 1475. Oriole.

Franciſcus Guillelmus de Clermont Epiſcopus S. Pontij Tomeriarum, receptus Clermont. fuit an. 1501. 1501.

Gulielmus d'Abezac I. Petri Archie- Abeza. piſcopi conſanguineus an. 1504.

Simon de Belloſole ſucceſſor Guilelmi, Beausoleil. ſedit ſub Cardinali Briſſoneto.

Gulielmus de S. Eſtienne II. ſub Hip- S. Estienne. polyto I. Cardinale Eſtenſi, obiit an. 1527.

N... de Baſilhac electus 1527. mori- Basilhac. tur 1541.

Georgius de Narbone electus 1541. Narbone.

Sebaſtianus de Narbone filius Guerini Narbone. domini de Salelles Gubernatoris Perpiniani, & Margaritæ de Miremont,

Archipresbyter etiam fuit de Grenade A
1564. vbi iacet, mortuus menſe Aug. 1564.
frater Georgij & Gabrielis Abbatum
Grandiſſylvæ & Antonij Epiſcopi Siſtaricenſis.

CHAMBERT. *Ioannes de Chambert* III. ceſſit ſequenti.

HAVPOVL. *Bernardus d'Haupoul* avunculi reſignatione præfuit ſub Archiepiſcopatu Simonis Vigot.

Carolus de Caſalez Bernardi nepos ele-
1607. ctus eſt 1607.

Arnaldus de Caſalez Caroli frater,
1624 ex ipſius reſignatione 1624.

CASALEZ. *Ioannes Franciſcus de Caſalez* Arnaldi nepos & ſucceſſor an. 1644.

PARISIENSES
EPISCOPI
ET
ARCHIEPISCOPI.

LVTECIA non vrbs, ſed Orbis, Europæ illuſtriſſima, Galliarum primaria, Regni caput; multitudine ædificiorum, pontium, palatiorum, Eccleſiarum ſtupenda, numero ciuium mirè populoſa, auro, argento, metallis, opibus, ſupellectile omnis generis abundans; aëre, fontibus, fluuio ſaluberrima, frugibus, vineis, paſcuis, frumentis feraciſſima, carnibus, altilibus, piſcibus ex omni Galliâ confluentibus ad ſatietatem omnium copioſiſſima; hortis, palatiis, templis, ſpecioſiſſima, artibus cultiſſima, ſcientiis florentiſſima, Regis & Principum ſedes, omnium ordinum, Eccleſiæ, militiæ, togæ domicilium, Academiis, Senatu, & Archiepiſcopali Sede auguſtiſſima, denique omnium Gallorum deliciæ, externorum miraculum, mundi compendium; cum in eam quaſi in centrum confluant omnia quæ ad artes, militiam, ſcientias & religionem colendas, fouendas, perficiendas attinent, & complectens ſola quæcúmque vſquam gentium vrbes clariſſimas exornarunt; vnde non eſt demirandum, quod eam tot laudibus tam multi Scriptores celebrauêre. Nam fertilis ſolo, Regum diuitiæ, emporium populorum dicitur ab Adreualdo, nobilis Galliarum ciuitas & Sedes regia à S. Bernardo, maxima totiúſque Regni Metropolis à Sugerio; de cuius encomio ſic Guilelmus Brito Philippidos lib. I.

Vrbibus vrbs ſpecioſa magis, bona cuius ad
vnguem,
Commendare mihi ſenſus breuitate negatur.
Quæ caput eſt Regni, quæ grandia germina
Regum,
Educat, & doctrix exiſtit totius orbis,
Cui quamuis verè toto præluceat orbi,
Nullus in orbe locus: quoniam tunc tempo-
ris illam
Reddebat palus & terra pinguedo lutoſam,
Aptum Pariſij poſuêre Lutecia nomen.

Lutecia autem à Cæſare libro 7. & Strabone lib. 4. dicitur, à Græcis Leucetia, nomen Pariſiorum ſumpſiſſe fabulantur à Paride Troiano, qui ciuitatem hanc ædificare cœpit; non leue tamen eſt antiquæ originis argumentum, quod incerta ſit. Alij Luteciam vocant à luto, nam primitus ciuitas in inſulâ ſolùm continebatur, ideóq; aquis & luto obnoxia, quia in tantùm erat depreſſa, quantùm nunc pauimentum baſilicæ S. Dionyſij à carcere, quod viginti gradibus eſt inferius, ateâ platearum publicarum; alij Leucoteciam iuxta Græcos, qui λευκὸν albedinem dicunt, quod incolæ eius ob aëris clementiam ſint albicanti colore decori. Tempore Cæſaris parua erat adhuc, clauſa inſulâ maiori in quâ nunc maxima & ornatiſſima baſilica B. Mariæ, vnde à Iuliano & ab Ammiano Marcell. caſtellum vocatur. A Septentrione extra inſulam vicinæ erant paludes & ſyluæ, in quibus nunc ædificata eſt ciuitas, à meridie aſſurgebat paulatim cliuus, vbi nunc via S. Iacobi, vineis, hortiſque conditus, in quibus nunc Vniuerſitas, vndè tres in partes diuiditur, prima antiquior Ciuitas, quæ inſulâ terminatur, ſecunda Vniuerſitas, in quâ Academia & Collegia, tertia Vrbs nuncupatur, in quâ Regis palatium & magnatum domus. Multùm autem augeri cœpit cum Clodouæus Luteciam Regni caput inſtituiſſet. Philippo verò Auguſto regnante 1211. curauit murum foſſas & aggeres circunduci, Vniuerſitati vt etiam nunc apparet, à portâ S. Bernardi iuxta Sequanam, ad portas Sanctorum Victoris, Marcelli, Iacobi, Michaëlis, Ger-

mani, de Buciaco, & de Nigellâ, quæ A ſita eſt prope fluuium verſus Occidentem. Deinde procedente tempore iuxta quamlibet portam, ſuburbia rurſum excreuerunt eiuſdem nominis in tantum, vt nunc S. Germani ampliſſimam ciuitatem adæquet: ex alterâ parte Sequanæ, idem Philippus Rex munierat vrbem foſſis, portis, muris, ſed paucæ ex his permanent, cum vlterius ſit extenſa, & nunc claudatur ab Oriente portâ Sanctorum Antonij, Martini, Dionyſij, Honorati, Templi, Montiſmartyrum, Richeliâ, & nouâ porta ad Sequanam. Primùm ergo aucta eſt B ſub Clodouæo, cincta muris ſub Philippo Aug. ornata pontibus, foris publicis, fontibus, palatiis, ſub Henrico IV. ad apicem ſuæ dignitatis & ornamenti ſub Ludou. XIII. & XIV. peruenit. Tota vrbs in regiones ſexdecim diuiditur, vndecim pontibus coniungitur inſulæ ciuitatis, tum vrbi, tum Vniuerſitati: ex his duo tantùm lignei, cæteri lapidei ingenti pretio & ſumptu conſtructi, quos inter duo præſertim eminent Auguſtinianus & Sacræ Virginis; præcipua ædificia habet, Luparam domum Regiam omnes architecturæ regulas & ornamenta com- C plectentem, quæ ſi abſoluta foret, vrbem amplitudine & ſumptibus adæquaret; Luxemburgum ſecundas tenet partes. Præterea pluſquam quingenta palatia digna Principibus viris: Baſtilla ad extremam ciuitatis partem verſus Orientem iacet, iuxta Armamentarium maximè tormentorum bellicorum; non longè domus publica ciuitatis, palatium Regium antiquitus in meditullio ſitum, nunc à Senatu occupatur, Camera Rationum publicarum, Curia Iuuaminum, Tribunal Quæſtorum Franciæ, & alia officia quæ ad ius exibendum pertinent, D à quorum enumeratione longiori abſtinemus; vno verbo pluſquam viginti regiæ iuriſdictiones diſtinguuntur, vnaquæque pollet ſuis Magiſtratibus, prætera ſunt pluſquam centum & ſexaginta aliæ minores quas ſibi vendicant domini peculiares. Academia omnibus ſcientiarum titulis fulget, publicos & plures doctos habet in omni genere Profeſſores. Sorbona in primis commendanda, ſocietate ſapientiſſimorum Doctorum, qui & morum grauitate, & Theologiæ tum poſitiuæ, tum ſcholaſticæ altiſſimâ ſcientiâ optimè imbuti, nominis famam apud omnem Europam venerabilem effecerunt; collapſa ferè vetuſtate ædificia in magnum ſplendorem reſtituit Richelius Cardinalis, cui templum auguſtiſſimum adiecit; florent præterea Collegia plurima, Regium Nauarræum, Claromontanum, aliáque numerantur ferè quinquaginta gymnaſia in Academiâ Pariſienſi, magnum ſanè argumentum quantam pro re literariâ operam nauarit. Quod pertinet ad res ſacras præter Metropolitanam Eccleſiam, de quâ mox, quatuor Abbatiis ornatur Lutecia, antiquiſſimâ S. Germani de Pratis, in quâ religioſi S. Benedicti Congregationis S. Mauri, S. Victoris, B. Genoueſæ, in quibus D. Auguſtini Canonici regulares, & S. Maglorij in quâ nunc Orat. Dom. Ieſu Sacerdotes: quælibet magnis gaudet priuilegiis & iuriſdictionibus; plurimæ ſunt parochiæ, & Canonicorum Collegia, inter Capellas ſplendet, ea quæ Sancta vocatur in palatio regali Pariſienſi, ſacris reliquiis, opibus, titulis regiis, ſacelli mirabili ſtructurâ excellens. Præter Mendicantium quatuor illuſtriora cœnobia, cætera tum religioſorum, tum monialium accedunt ad numerum centum & amplius conuentuum, Auguſtiniani, Dominicani, Carmelitæ, Franciſcani; Societas Ieſu & Patres Oratorij triplici domo ſingulâ fruuntur. Orphanotrophia, Xenodochia, & Noſocomia viginti, excipiunt omnis ſexus, ætatis, conditionis, morbo, paupertate, orbitate, afflictos, inter alia elucent quod vocant Hoſpitium Dei & Charitatis; verè vt de Luteciâ poſſit prædicari, ipſam eſſe religionis erga Deum, Charitatis erga pauperes, ſupra reliquas orbis ciuitates piiſſimam Academiam.

Metropolis baſilica, quam datâ operâ hunc in locum reiecimus, inter miracula orbis accenſenda eſt, primùm à Childeberto Rege ædificatam autumant. Fortunatus ſplendidam & mirificè exornatam laudat lib. 2. car. 11. de Eccleſiâ Pariſiacâ, dicatam Beatæ Virgini teſtatur Aimonius de geſtis Francorum lib. 3. cap. 37. Robertus Rex, Hugonis Capeti filius, renouare cœpit à fundamentis, Reges ſucceſſores opus inchoatum prouexerunt, ſub Philippo Auguſto eo modo & apparatu, quo nunc viſitur, ſub Præſule Mauricio aut ſucceſſore Odone abſoluitur.

L'Eglise de Paris, porte de France, qui eſt d'azur ſemé de fleurs de Lis d'or à la croſſe de meſme, brochant ſur le tout.

Tota operis moles palis in terram aquis fluuij vicinam adactis fundatur, fulciuntur laquearia templi centum & viginti columnis, quæ circa chorum & pronaon gemino ordine duplicem deambulationem commodam præbent, tum inferius, tum ſuperius: præterea eadem lineâ 45. ſacella totam ambiunt Eccleſiam, longam 396. pedibus regiis, latam 144. altam vſque ad teſtitudinem 172. portæ quæ aditum præſtant, imaginibus Sanctorum, Regum & aliis eiuſmodi ornamentis decorantur. Præcipuum veſtibulum in ſuperbæ molis geminas turres aſſurgit, lignaria fabrica tota plumbo integitur, ſacella verò lapidibus plumbo iunctis; vbiq; circum arcubus, eriſmis, ſtillicidus miro artificio compactis, ordinatis & ornatis cingitur, intus verò imaginibus & tabellis exquiſitæ artis, varietate capitellorũ, columnarum, ſplendore auri ac vaſorum ſacrorum fulget. Quantâ verò religione ad imaginem Deiparæ Virginis vndique ſit confluxus, non tantùm plebis, ſed Principum, ita vt ipſe Ludouicus XIII. totum regnum Beatæ Mariæ ſingulis annis in eius Aſſumptionis feſto conſecrauerit, & publicâ ex omnibus ordinibus proceſſione, eius protectioni ſubiici voluerit; quam ſanè luctuoſiſſimis his temporibus tota Gallia, cui ruina imminebat, & maximè Lutecia fœliciter eſt experta. Iuxta baſilicam domus Archiepiſcopalis multis ab Epiſcopis ædificata, à Cardinale verò Gondio multò magis exornata & amplificata palatio. Porrò Pariſienſis Eccleſia cæteris in Galliâ dignitate præcellit, cuius Antiſtes primus & ſolus Regis eſt paſtor vbicunque verſetur, Senator Pariſienſis natus iure deliberandi potitur. Imò, vt aſſerit Iacobus du Breuil, Coëpiſcopos etſi conſecratione antiquiores præcedebat, etiam antequam fieret Metropolita. Nam cum eſſet Lutecia vrbs regni Galliæ primaria, inſtante Rege Chriſtianiſſ. Ludouico XIII. ob ſplendorem ciuitatis, Senonenſi Archiepiſcopatui detracta, in nouam Metropolim erigitur à Gregorio XV. Pont. Max. 1622. attributis ei Suffraganeis Epiſcopatibus CARNOTENSI, MELDENSI, & AVRELIANENSI, qui prius eidem Senonenſi ſubiiciebantur, Ioanne Franciſco Gondio primo Archiepiſcopo eius ſedis nominato. Bullam Apoſtolicam ex archiuis Eccleſiæ Pariſienſis erutam hîc inſerere duximus:

Suffragans de l'Archeveſché de Paris. Chartres, Meavx. Orleans.

GREGORIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Vniuerſi orbis Eccleſiis eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præſidentes, in omnes agri Dominici partes, oculos noſtræ mentis vigiles more Paſtoris intendimus, inſpicientes quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium inſignium, ſtatui & decori maximè conueniat, atque hoc quidem tantò liberalius, promptiúſque curandum cenſemus; quantò magis ciuitatum celebritas, ac Regum Chriſtianorum vota id expoſcunt, ac diuino fulti præſidio, illius, qui cuncta ex ſuâ benignitate ad fidelis populi ſui ſalutem diſponit ad ea quæ ad dignitatem & ſtatum Eccleſiarum ipſarum augendum pertinent, officij noſtri partes libenter conuertimus, prout conſpicimus in Deo ſalubriter expedire. Sanè attendentes, quod Eccleſia Pariſienſis, quæ de præſenti Paſtoris ſolatio deſtituta exiſtit, maximis dignitatum, & Canonicorum, ac aliorum miniſtrorum Eccleſiaſticorum diuinis laudibus in eâ continuò inſiſtentium numero decorata exiſtit, ac non modò diœceſis magnitudine patet, ſed Cleri, populíque pietate, nobilitate, & amplitudine floret; Epiſcoporum quoque ordine ſuccedentium, quos multos ab initio ferè naſcentis religionis ſæuientibus adhuc Infidelium perſecutionibus, fidei Catholicæ defenſores & propugnatores habuit, numero affluit, ſacrarúmque reliquiarum copiâ abundat, & erga eandem Eccleſiam Pariſienſem Franciæ Reges maximum ſemper geſſerunt deuotionis affectum. Cumque ſicut accepimus, ciuitas ipſa Pariſienſis ex inſignioribus nedum Europæ, ſed vniuerſi Orbis Regum Galliæ Chriſtianiſſimorum Regia Sedes, ac totius Regni Galliæ caput, ex inclita memoria Clodouai primi eorumdem Francorum Regis Chriſtianiſſimi decreto exiſtat, & in dicto Regno principatum obtineat, virorúmque Principum, ac procerum, & magnatum omnium illius Regni prouinciarum aulam Regiam, pro ipſius Regis decore ſequentium frequenti concurſu ciuiúmque litterariæ & militaris diſciplinæ laude, & gloriâ clarorum ingenti numero florentiſſima dignoſcatur, & in eâ celeberrimâ omnium ſcientiarum Academia, ſeu Vniuerſitas, ſtudij generalis iam à pluribus ſæculis præ cæteris ſimilium ſtudiorum Vniuerſitatibus floreat, & etiam ſupremâ totius Regni Senatus, ex nobilium & aliorum inſignium Iuriſperitorum conſilio compoſi-*

tus reſideat, & quamplurimis ſumptuoſo adificio conſtructis Eccleſiis & templis, necnon virorum ac ſanctimonialium monaſteriis, xenodochiis, & locis piis, ampliſſimis redditibus ex Regum munificentiâ & liberalitate, pro ſingulari eorum pietate datatis abundet: Propterea Eccleſia ipſa Pariſienſis Metropoliticâ prælatione meritò digna cenſeatur. Nos igitur his atque aliis rationibus & cauſis adducti, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei ac beatæ Virginis Mariæ, necnon fidei Catholicæ exaltationem, & totius militantis Eccleſiæ gloriam, motu proprio, & ex certâ ſcientiâ noſtrâ, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictam Eccleſiam Pariſienſem à iure Metropolitico, quo Eccleſiæ Archiepiſcopali Senonenſi, etiam ad præſens Paſtoris ſolatio deſtitutæ tenetur, omnino ſegregamus & eximimus, ac in Metropolim, Sedémque Epiſcopalem Pariſienſem in Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque & Metropolitani Præſidis Sedem prouinciæ caput pro illius Archiepiſcopo pro tempore exiſtentis, ita tamen quod Eccleſia ipſa Pariſienſis Eccleſiæ Primatiali Lugdunenſi, & illius Archiepiſcopo, ſeu Primati, ad inſtar dictæ Eccleſiæ Senonenſis ſubiacere debeat, & ſine præiudicio concordatorum Regni Franciæ, dudum inter Sedem Apoſtolicam & claræ memoriæ Franciſcum I. eorumdem Francorum Regem initorum, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium erigimus & inſtituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiſcopali & Metropolitano decoramus; necnon dictæ Eccleſiæ Pariſienſis Præſulibus qui erunt pro tempore, Pallium in ſignum plenitudinis videlicet Pontificalis officij aſſignandum fore, Eccleſiámque Pariſienſem Metropolitanam, prædictos Præſules Archiepiſcopos cenſeri, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere, Archiepiſcopalia quoque & Metropolitica inſignia gerere, iura, iuriſdictiones, & cætera ſingula, prout Metropolitanis in eorum ciuitatibus, diœceſibus, ac prouinciis à iure indultum exiſtit, facere, exercere, adminiſtrare, & exequi poſſe dictâ auctoritate concedimus. Necnon Carnotenſem & Meldenſem ac Aurelianenſem Eccleſias, quæ etiam de iure Metropolitico prædictæ Eccleſiæ Senonenſi ſubeſſe dignoſcuntur, earúmque omnium & ſingularum ciuitates & diœceſes, cum omnibus & quibuſcúmque earum territoriis, & terminis, ac dilectos filios earum ſingularum, Clerum; & populum vniuerſum, cum quibuſuis Collegiatis parochialibus & aliis Eccleſiis, necnon monaſteriis vtriúſque ſexus, cæteríſque beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis A *cum curâ & ſine curâ ſæcularibus, & quorumuis ordinum & militiarum regularibus, necnon hoſpitalibus, domibus, Collegiis, & locis religioſis quibuſcúmque, ab Eccleſiâ Senonenſi, ac pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Senonenſis ſubiectione, & iuriſdictione, necnon correctione, viſitatione, ac omni & quacúmque aliâ obedientiâ & ſuperioritate perpetuò diuidimus & ſeparamus, illáſque & earum ciuitates & diœceſes poſthac in prouinciâ Pariſienſi eſſe & conſiſtere, neque in aliâ prouinciâ cenſendas & numerandas eſſe decernimus, & declaramus: Præterea dictæ Pariſienſis Eccleſiæ,* B *Carnotenſem & Meldenſem & Aurelianenſem Eccleſias & diœceſes præfatas, modernóſque pro tempore exiſtentes; illarum ſingularum Præſules pro ſuis pro tempore exiſtentes, Archiepiſcopi Pariſienſis Suffraganeos, qui earúmque ſingularum Capitula, etiam quocúmque priuilegio ſuffulta, tanquam membra capiti, eidem Archiepiſcopo Pariſienſi iure Metropolitico ſubſint, ſibíque obedientiam & reuerentiam, tanquam proprio Metropolitano prorſus exhibeant, etiam perpetuò ſubjicimus. Eidémque Archiepiſcopo Pariſienſi præfatos ſuos Suffraganeos conſecrandi, ac Prouinciales Synodos euocandi, ac cum eis, etiam Eccleſiaſtica negotia terminandi, eorum Eccle-* C *ſias diſponendi & cauſas quarumcúmque appellationum, ſiue querelas alias, ad eum tanquam Metropolitanum iuxta decreta Concilij Tridentini deuolutas, aut alias iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta ſpectantes cognoſcendi, omniáque alia, & ſingula, quæ de iure vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ad Archiepiſcopos & Archiepiſcopale munus ſpectare, pertinere, ſolent & debent gerendi, faciendi, & exercendi plenam & omnimodam concedimus facultatem. Prouinciæ quoque Pariſienſis Clerum & populum vniuerſum eorum pro Eccleſia & Archiepiſcopi Pariſienſis prouincialibus, pariter perpetuò concedimus & aſſignamus: de-* D *cernentes eaſdem præſentes literas ſub quibuſuis ſimilium & diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus etiam per nos, ſeu alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ſub quibuſcúmque verborum expreſſionibus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu, ſcientiâ, poteſtatis plenitudine, ſimilibus pro tempore quomodolibet factis minimè comprehendi; ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenariè*

plenariè reintegratas, ac de nouo etiam, ſub quacúmque poſteriori datâ, per Archiepiſcopum Pariſienſem pro tempore exiſtentem, quandocúmque eligenda conceſſas, ac ſemper perpetuò validas & efficaces eſſe & fore, ſuóſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus ad quos nunc quomodolibet ſpectat & ſpectare poterit in futurum, perpetuò firmiter & inuiolabiliter obſeruari & adimpleri, ſicque per quoſcúmque Iudices Ordinarios & delegatos quauis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque B *Sedis Nuncios iudicare & definiri debere, ac exnunc irritum & inane; ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus regulâ noſtrâ de iure quæſito non tollendo, ac quibuſuis aliis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, Synodalibus, vniuerſalibus, Conciliis, editis & edendis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon Carnotenſis & Meldenſis, ac Aurelianenſis Eccleſiarum prædictarum iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quauis firmitate aliâ roboratis. Statutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis, eiſdem Eccle-* C *ſiis & venerabilibus fratribus noſtris modernis earum Epiſcopis, necnon dilectis filiis earum Capitulis, & quibuſuis aliis perſonis, ſeu quibuſcúmque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibúſque & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu & ſcientiâ paribus, ac conſiſtorialibus, ac aliis quomodolibet etiam pluries conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorum totis tenoribus, ſpecialis ſpecificáque expreſſa mentio habenda, aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad* D *verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris; hac vice dumtaxat harum ſerie, ſpecialiter & expreſsè, motu, ſcientiâ, poteſtatis plenitudine prædictis derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcúmque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſegregationis, exemptionis, erectionis, inſtitutionis, decorationis, diuiſionis, ſeparationis, declarationis, ſubiectionis, conceſſionum, aſſignationis decretorum, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire.*

A *Si quis hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXII. XIII. Kal. Nouembris.* 1622.
Pontificatûs noſtri anno II.

Proceres autem, qui Epiſcopum in ſolemni ciuitatis ingreſſu portare conſueuerunt, hi numerantur in veteri manuſcripto, Balduinus de Corbolio, Theobaldus Macer, deſtinati pro Corbolio, Monthelerico, & Firmitate Alidis. Ancellus de Garlandâ pro caſtro Tornonij, Ferrieus de Braneio, B Guido de Caproſiâ, Montiſgaij dominus, & Comes Batri. Dignitates Eccleſiæ ſunt Decanus, Cantor, Succentor, Archidiaconus maior, duo alij Archidiaconi Ioyaei & Briæ, Cancellarius, Pœnitentiarius, quinquaginta & vnus Canonici, aliique Capellani & Clerici. Diœceſis terminatur ab Occidente Carnotenſi, ab Oriente Meldenſi, à Meridie Senonenſi, à Septentrione Rothomagenſi, & in eâ continentur Abbatiæ:

S. GERMANI DE PRATIS, O.B.
S. Germain des Prez.

C S. MAGLORII, *S. Magloire*, O.B.

S. VICTORIS, *S. Victor*, O.A.

S. GENOVEFÆ, *S. Geneuiefue*, O.A.

S. ANTONII, *femin.* O.C.
S. Antoine des Champs.

S. DIONYSII, O.B.
S. Denys en France.

S. MAVRI FOSSATENSIS, O.B.
S. Maur des Foſſez.

LATIGNIACI, *Lagny*, O.B.

DE CALA *feminar. Chelles*, O.B.

D GERCIACI, *Gercy*, O.B.

DE HEDERA, *Hierre*, O.B.

DE MALANODA, *Malenoüe*, O.B.

MONTISMARTYRVM, O.B.
Montmartre.

VALLIS GRATIÆ, *olim*, O.B.
le Val de Grace.

HERIVALLIS, *Herinaulx*, O.A.

HIBERNALIS, *Yuerneaux*, O.A.

LIVRIACI, *Liury*, O.A.

DE ROCHA, *olim, la Roche.* O.A.

Vallis S. Mariæ, O.C.
Noſtre-Dame du Val.

Vallis Cernaii, O.C.
Les Vaux de Cernay.

De Giffo, *feminarum, Gif*, O.C.

Malidvni, *Maubuiſſon*, O.C.

Portvs Regivs, O.C.
Port Royal.

De Hermeriis, *Hermieres*, O.P.

Longicampi, *femin. O. S. Claræ.*
Longchamp.

Pariſienſium Epiſcoporum catalogus extat apud Iacobum Breulium monachum Benedictinum S. Germani de Praris, libro quem fusè de Antiquitatibus Pariſienſibus ſcripſit; eorumdem vt ſperamus, Præſulum ſeriem vberiorem damus, quam huius noſtræ lucubrationis cum illo comparatio prodet, adiuti veteribus ſchedis & manuſcriptis, quæ tum in archiuio Pariſienſis Eccleſiæ, tum in variis monimentis & hiſtoricis aſſeruantur.

1. S. Dionysivs Areopagita, multis ab hinc ſeculis creditus Pariſiorum primus Epiſcopus & Apoſtolus; & quod à Paulo edoctus de fidei myſteriis, baptiſatus & Athenienſium Epiſcopus ordinatus, cùm pluribus annis hanc Eccleſiam direxiſſet, amore Pauli magiſtri ſui, quem Romæ vinctum acceperat, relictis Athenis ad eum iter fecit; Poſtea verò à Clemente Pontifice ſociis Ruſtico Presbytero, Eleutherio Diacono, & aliis plerïſque in Gallias prædicandi Euangelij causâ miſſus, Luteciam deueniens, cum ibi per annos aliquot commiſſum ſibi opus fideliter proſequeretur, tandem à Præfecto Feſcennino poſt grauiſſima tormentorum genera gladio percuſſus, martyrium pro Chriſto ſubiit. Cùm autem hac de re grauiſſimæ diſputationes, inter viros hiſtoriæ peritiſſimos hoc maximè ſeculo in publicum prodierint, abſque negligentiæ notâ, aut veritatis diſperdio, diuerſarum opinionum fundamenta ſilentio prætermittere non poſſumus. Vnum ergò eumdémque Dionyſium Areopagitam & Pariſienſem cum aſſeruiſſet doctiſſimus Baronius, tum in Martyrologio, tum in Annalibus, quem ſequutus eſt Spondanus, Germanus Milletus S. Dionyſij monachus, eâ quæ Ia-

A cobus Sirmondus Soc. Ieſu Presbyter antiquitatis eruditiſſimus indagator, contra Hilduini aſſertiones de vnico Dionyſio ſcripſerat, confutare, & Eccleſiæ Pariſienſis multis à ſeculis traditionem probare toto libro aggreſſus eſt. Et primum quidem argumentum petit, ex eo quod primo ſeculo fides in Galliis propagata eſt, contra Seueri & Gregorij auctoritatem, qui ſerius fidem ad nos tranſmiſſam affirmant, tum verò nititur traditione & conſenſu Eccleſiarum Galliæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, & Italiæ, quæ in Martyrologiis, Breuiariis, & Miſſalibus, vnum Diony-
B ſium colunt: Pariſienſem autem eſſe & Areopagitam hinc maximè probat, quod in miſsâ diei epiſtola quæ ad Areopagitam ſpectat recitetur, nec minus recenſet Euſebij, Bedæ, Rabani, antiqua Martyrologia, recentiora verò Galeſinij & Sauſſæi; & ne quid deſit, etiam ex parte Græcorum, teſtes adducit Methodium, Metaphraſtem, & Nicephorum huic opinioni conſentientes, ac claris verbis Athenienſem Dionyſium in Gallias miſſum prædicaſſe, & martyrio conſecratum. His verò adiungit Hilduinum Abbatem,
C qui ad Ludouicum Pium Imper. ſcribens, probat hiſtoriam Dionyſij ex Ariſtarco Græcorum Cronographo, eius quoque vitæ acta & martyrium auctoritate Viſbij vetuſtiſſimi ſcriptoris; plures poſtea Hilduini ſententiam dato calculo comprobarunt, Paſchaſius Abbas Corbeienſis, inter æratis ſuæ doctiſſimos, Hincmarus Remenſis in epiſtolâ ad Carolum Calnum, Anaſtaſius Bibliothecarius, & Rothomagenſis Archiep. Franco, vt refert Dudo l. 2. de moribus & actis Normanorum: Poſterioribus item ſeculis D. Thomas in ſermone quem Dionyſio inſcripſit, Ro-
D bertus Autiſſiodorẽſis, Raphaël Volateranus l. 15. Antropologiæ; Faber Stapulenſis, denique Genebrardus in ſuâ chronologiâ, Mathæus Galenus in præfatione ad Areopagitica, Iacobus Pamelius in Tertullianum, Molanus ad Vſuardum, & Loaiſa in notis ad decretum regis Gundemari. Multos his adiungere poſſemus, tum recentes, tum antiquioris notæ, niſi breuitati conſulere ſtuderemus, & contrahere paucis quæ Milletus diligenter expoſuit, & Sirmondus integrâ diſſertatione de duobus Dionyſiis publico donatâ refellit 1641. proferuntur enim

Seueri Sulpitij & Gregor. Turonenſis A aperta teſtimonia, huic ſententiæ manifeſtè repugnantia; illе enim lib. 11. ſacræ hiſtoriæ, inquit, *ſub Aurelio Antonini filio perſecutio quinta agitata: ac tum primùm intra Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes Dei religione ſuſceptâ*: Gregorius verò lib. 1. hiſt. Franc. c. 30. Decij tempore poſt an. Ch. 250. aſſerit miſſum eſſe Pariſios Dionyſium; ex quibus clarè conuincit Dionyſium Pariſienſem, Apoſtolum & Martyrem, non poſſe eſſe Areopagitam, vt qui antea occubuiſſet; teſtimonia autem petita à Martyrologiis, aut nullius eſſe momenti, aut falſitatis conuincit, ex B ipſis Martyrologiis Pariſienſibus, quæ duos diſtingunt: alterum quidem v. Nonas Octobr. alterum 7. Idus eiuſdem menſis: de Areopagitâ igitur ſic ſe habent: *v. Nonas Oct. Natale S. Dionyſij Epiſcopi & martyris, qui poſt clariſſimam confeſſionem fidei, & poſt grauiſſima tormentorum genera, glorioſo martyrio coronatus eſt, vt teſtatur Ariſtides Athenienſis, vir fide, ſapientiâque mirabilis, in eo opere quod de Chriſtianâ religione compoſuit*: de Pariſienſi verò: *vii. Idus Octob. apud Pariſium, natale Sanctorum martyrum Dionyſij Epiſcopi, Ruſtici Presbyteri,* C *& Eleuthery Diaconi: Qui Beatus Epiſcopus à Pontifice in Gallias prædicandi gratiâ directus, ad præfatam vrbem deuenit, vbi tandem vnà cum ſociis martyrium compleuit.* Huius Martyrologij fidem augent alia quamplurima, quæ Ioan. de Launoy Theologus Pariſienſis, in aſſerendâ antiquitate diligentiſſimus, conquiſiuit & euulgauit in diſcuſſione de duobus Dionyſiis; nam Bedæ Martyrologium antiquiſſimum, Vſuardi, qui Carolo magno regnante, paulò ante Hilduinum in vrbe Pariſiorum ſcribebat, in monaſterio S. Germani, Romanum ab Heriberto Roſweido editum id probat; Adonis, Viennenſis, Notkeri, Aruernenſis Eccleſiæ, Remēſia duo, D Autiſſiodorenſia tria, Trecenſe vnum, Pariſienſia multa, eiuſdem temporis, & longè poſterioris, in Eccleſiâ Pariſienſi Metropolitanâ duo an. 1448. exarata: præterea eiuſdem vrbis S. Germani de Pratis, & Autiſſiodorenſis, S. Martini de Campis, S. Victoris, & in ipſo B. Dionyſij monaſterio ante trecentos & paucos annos reperiebatur, quod Guido Abbas cœnobij teſtatur & Sanctilogio ſuo inſeruit. Paſſim autem per Gallias baſilicæ Rothomagenſis, Se-

A nonenſis, Auguſtodunenſis, Anicienſis, Andegauenſis, Ambianenſis, & S. Martini Turonenſis; plura quoque kalendaria typis mandata; denique vitæ Sanctorum ante & poſt annum Chriſti octingenteſimum conſcriptæ, Dionyſium diſertè aſſerunt in Gallias veniſſe imperante Decio; ex quibus ea quæ opponuntur ex antiquis martyrologiis & nouis falſi arguuntur. Addit Sirmondus recentis opinionis auctorem fuiſſe Hilduinum S. Dionyſij Abbatem; mandauit ei Ludouicus Imper. vt Dionyſij Pariſienſis geſtorum hiſtoriam, ex Græcis Latiniſ- B que codicibus colligeret; huius epiſtolæ mandato, quæ extat tom. 2. Conciliorum Gall. collegit librum cui titulus Areopagitica, quo primus omnium docuit, Dionyſium Areopagitam, eundem cum Pariſienſi, quod vt adſtruat, chartas ex armario Pariſienſi vetuſtiſſimas, martyrologia ex abditis nouæ Romæ ſcriniis profert in lucem, Gregorium Turon. qui diuerſa ſenſerit ſimplicitatis accuſat. Creditur Hilduinus arte Græcorum fauorem eius ambientium deluſus, vt qui perditis eorum rebus, à Francorũ Regibus ſup- C petias poſtulabant; Citat etiam Ariſtarchum Hilduinus & Viſbium, quæ omnia toto cap. 4. diſſertationis confutat Sirmondus, & opponit præcipuè martyrologiorum Gallicanorum perpetuam auctoritatem. Deinde ignotus fuit Græcis Epiſcopi tranſitus à Sede Epiſcopali ad aliam, ita vt apud ipſos hoc adulterium cenſeretur, cum Antiſtes Eccleſiæ ſuæ veluti ſponſæ adhærere, ſummâ fide teneretur; qui mos in Eccleſiâ Latinâ vſque ad nonum ſeculum viguit. quod verò opponit Miletus ex Socrate lib. 7. c. 35. qui plures Græcos Epiſcopos ſedes mutaſſe recenſet: retorquet argumentum Sirmondus. Et cum nihil penitus apud D Socratem de Dionyſio tam celebri apud Græcos, hinc optimè conjicitur, nullam apud ipſos de hoc tranſitu in Gallias fuiſſe memoriam. imò Concil. Sardicenſe can. 1. apertè docet vſque tunc nullum Epiſcopum à maiore ciuitate ad minorem tranſiiſſe, quod falſum eſſet, ſi Dionyſius Athenas florentiſſimam ciuitatem reliquiſſet, vt adiret Luteciam, tunc temporis Athenis multis titulis inferiorem. quam verò parùm credibile eſt Dionyſium octogenario maiorem, tot tantiſque

peregrinationibus longiſſimis & diffi- A cillimis, terrâ, marique perfunctum, Italiam, Galliam, Hiſpaniam,& Aſiam Ioannis Euangeliſtæ viſendi gratiâ peragraſſe. Quid quod Ioannes Morinus Oratorij Preſbyter doctiſſimus, in præfatione ſacrarum ordinationum, decerptarum ex S. Dionyſij libro de Hierarchiâ Eccleſiaſticâ nondum editâ, mox publico vſui donanda, quam humaniter nobis communicauit; probat accuratè omnia ferè Dionyſij opera in Aſiâ ab eo conſcripta, inde antequam in Gallias adueniret centenario maiorem fuiſſe: vnum, aut alterum argumentum ex ipſo proferemus; viuebat B in Oriente cum librum ſcribebat de diuinis nominibus, vt demonſtratur ex titulo, cum enim Timotheo Epheſiorum Epiſcopo nuncupat; deinde verba, quibus liber finitur, neceſſariò euincunt vtróſque in eadem aut viciniâ regione vixiſſe; quare verò ſi tunc in Galliis verſatus eſſet, Græcè & non Latinè ſcriberet, quare non potius prædicationi & peregrinationibus vacaret, vt fidem propagaret, & inſumeret tempus ſibi conceſſum ad prædicandum Euangelium, libris conſcribendis, quæ otium profundum, altiſſimámque quietem deſiderant; itaque in C Aſiâ condidit librum de diuinis nominibus, poſt mortem Ignatij quę contigit an. Chr. 109. citat enim c. 4. S. Ignatij ſententiam ſcribentis, cum Romam ad martyrium duceretur, ad Romanos fideles; agebat igitur Dionyſius annum 102. cum ex Aſiâ, vel mediâ Græciâ Romam ſe contulit, vbi Pontificem deprehendiſſet, non Clementem, vt volunt, ſed Anacletum Clementis martyrio functi ſucceſſorem; At ſi comparemus quæ iam ex vltimis verbis libri de diuinis nominibus retulimus, cum iis quæ profert initio epiſtolæ ad Titum Epiſcopum, neceſſariâ D conſequentiâ colligemus, Dionyſium, antequam in Gallias proficiſceretur, annos natum ſaltem quinque, aut ſex ſupra centum: ac proinde non à Clemente, nec ab Anacleto, ſed ab Euariſto annoſum ſenem eſſe miſſum; finiens enim librum de diuinis nominibus, ait, ſe tunc ad Theologiam ſymbolicam Deo duce tranſiturum. Initio verò literæ ad Titum, dicit ſe de Theologiâ ſymbolicâ ſcripſiſſe, eámque Timotheo domi ſuæ explicaſſe, iſta non potuerunt profectò contingere, niſi aliquot annis poſt epiſtolas à S. Ignatio ad martyrium proficiſcente, elucubratas, cuius vnam citat Dionyſius in lib. de diuinis nominibus; at Ignatius iuxta Baronium moritur an. 109. à quo tempore librum perfecit, compoſuit opus de Theologiâ ſymbolicâ, docet Timotheum, Romam proficiſcitur; hæc accuratè & plura Morinus. Inſuper demonſtrat Sirmondus Dionyſium Areopagitam, non ſub Trajano vel Hadriano, ſed ſub Domitiano martyrium feciſſe, vt commemorant Metaphraſtes, Methodius, ipſe Hilduinus, & Ratbertus, quamuis de anno diſcrepent & die. His argumentis aliâ diſſertatione ſupra memoratus Miletus editâ 1642. ſingulis Sirmondi capitibus reſpondit. Tandem Ioan. de Lamoy, de quo ſuperius, eodem anno diſcuſſionem in lucem edit, in quâ probatum à Sirmondo de duobus Dionyſiis diſcrimen, ex inueniendi aſſerendíque veri legibus deffenditur; ſubiungit verò vtriúſque vitam Dionyſij ex optimæ fidei auctoribus collectam. miracula Pariſienſis habes apud Greg. Turon. lib. 1. c. 72. de miraculis lib. 5. hiſtoriæ lib. 10. cap. 29. Fredegarium chronici cap. 54. Audoënum Rothomagi Præſulem in vitâ S. Eligij lib. 1. c. 22. & Flodoardum Remenſem hiſt. lib. 1. cap. 24. Duorum Dionyſiorum diſtinctionem probant in ſcriptis ſuis, Aubertus Miræus in Annal. Belgicis, Heribertus Roſweidus, & Dionyſius Petauius Societ. Ieſu Preſbyteri, Nic. Faber Lud. XIII. Præceptor, Anton. Loiſellus, Andreas Quercetanus in notis ad bibliothecam Cluniacenſem, & in vitis Pontificum, Franciſcus etiam Boſquetus Epiſcopus Lodouenſis hiſt. lib. 1. c. 26. de hac quæſtione fusè diſſerit. Ad quem autem pertineant ſcripta quæ vulgò Dionyſij Areopagitæ titulo inſcribuntur, intricatiſſima quoque difficultas, certiſſimum eſt ante an. 532. de iis nullam apud auctores probatæ fidei factam mentionem; citant illa primùm Seueriani hæretici in collatione habitâ cum Catholicis, quæ Epiſcopi Catholici ſe ignorare fatentur; paulatim tamen demirati ſequentibus temporibus, tanti Scriptoris doctrinam ſublimem, & verè orthodoxam, probarunt & Pontifices S. Gregorius, Martinus 1. Sophronius & Maximus monachus Areopagitę tribuunt, quamuis non leuia ſuppetant argu-

menta ſub finem quarti ſæculi, aut potius paulò ante Eutychetem damnatum in Concil. Calchedonenſi an. 451. eſſe conſcripta. Sed iſta non huius loci, noſtrarum verò partium eſſe duximus, vtrámque de duobus Dionyſiis opinionem, à doctis viris hinc inde propugnaram, prudenti lectori, abſque veritatis præiudicio ſubjicere.

2. Mallo.

3. Massvs ſcripſit paſſionem & martyria Sanctorum Dionyſij & Eleutherij, vt obſeruat Demochares l.2. de Sacrificio Miſſæ c.18. ſed ea opera perierunt. Meminit eius Præſulis Abbas Hilduinus in Agone horum Martyrum. » Liſbius, inquit, Romam ductus » ſub Domitiano, per tres Cæſares mi» litauit: & ſub S. Maſſo Epiſcopo (qui » tertius à B. Dionyſio Pariſiorum rexit » Eccleſiam) reuerſus, omnibus, quæ » ſunt mundi relictis, baptiſatus, & re» ligioſorum Chriſti pauperum numero » eſt ſociatus.

4. Marcvs.

5. Adventvs.

6. Victorinvs Concilio A-
346. grippinenſi interfuit an. 346. poſtea
teſte Diuo Athanaſio ad Synodum
347. Sardicenſem conuenit an. 347. cui adfuêre ex Galliâ triginta quatuor Epiſcopi.

7. Pavlvs, eo fortè ſedente anno
362. 362. celebratum eſt Concilium Pariſienſe 1. in quo formula fidei ab Arrianis ſuppreſſo vſiæ nomine condita, & Arimini ſuſcepta, damnata eſt, Fidéſque Catholica expoſita fuit ab Epiſcopis Gallicanis ad Orientales.

8. Prvdentivs memoratur in vitâ S. Marcelli ſucceſſoris, & ſepelitur in cryptâ S. Genouefæ, vbi olim erat ſacellum, cui deinde Clodouæus Magnus Rex, Eccleſiam exſtruxit in honorem Sanctorum Apoſtolorum, quæ nunc appellatur S. Genouefæ Abbatia.

9. S. Marcellvs ex Subdiacono Prudentij, Epiſcopatum adeptus eſt, vt legitur in vitâ eius deſcriptâ tomo 6. Surij, apud Fortunatum, qui Marcelli vitam dicat S. Germano, de quo martyrologium Kal. Nouembr. cum tamen eiuſdem feſtum agatur die 3 ſequenti propter ſolemnitatem omnium Sanctorum. Hunc Greg. Turon. cap. 89. de gloriâ Confeſſ. miraculis claruiſſe, & ipſius vitam ſuo tempore ſcriptam, teſtatur. Eccleſiam Collegialem habet in vrbe, quæ nomen dedit vni ſuburbiorum ciuitatis.

10. Vivianvs.

11. Felix.

12. Flavianvs.

13. Vrsicinvs.

14. Apedinivs, ſiue Apedemius.

15. Heraclivs ſubſcripſit Con-
cilio 1. Aurelianenſi an. 511. eíque, 511.
Leoni & Theodoſio Epiſcopis, dirigit
epiſtolam Remigius Remorum Anti-
ſtes ſub an. 523. Hic porrò non vide- 523.
tur alienum pauca obſeruare de B. Genouefâ Pariſiorum patronâ, ex lib. VI. Rerum Francicarum doctiſſ. Hadriani Valeſij; eodem enim, vt inquit, Sigebertus, anno, quo Synodus apud Aurelianum congregata eſt, interiit, profeſſione virginitatis non minus, quàm vitæ ſanctimoniâ commendabilis. Fuit verò natione Franca; Aimoinus monachus, Honorij & Theodoſij minoris principatu ortam, atque à Germano Autiſſiodorenſi Præſule in Britanniam proficiſcente, ſacro velamine capiti impoſito, poſt parentum ſuorum mortem, regnante Childerico Luteciam commigraſſe prodit, ibique vſque ad Childebertum & Chlotarium Reges vixiſſe: at octogenariam deceſſiſſe præter cæteros Sigebertus notat. Quidam autem à Villico Carnoteno Antiſtite, non à Germano (vt Vſuardus & Aimoinus tradidêre) Deo conſecratam Genouefam ſcribunt; equidem Germanum vnà cum Lupo Trecaſſino Epiſcopo, Florentio & Dionyſio Coſſ. hoc eſt annis 83. ante Chlodouæi & Genouefæ obitum, in Britanniam traieciſſe reperitur in faſtis Tironis Proſperi Aquitani, quem Beda non ſequitur. Auctor vitæ eiuſdem S Genouefæ memoriæ tradidit, cùm Attila in Gallias irrupiſſet, ciuitatem Pariſiacam eius orationibus ſeruatam; at dum omnes perterriti fugâ ſe ſubducerent, perſuaſiſſe teſtatur, vt ieiuniis ac precibus Deum placarent, domíque remanerent; Sed cum ab Attilæ aduentu in Galliam ad Chlodouæi & Genouefæ obitum anni ſint LXI. mirùm videri poteſt, puellam vix

annotum viginti, barbaras gentes à A propoſito deterruiſſe; quidquid ſit, eius virtutes admirata Lutecia, præſens auxilium contra febres, nimióſque imbres, ac ſiccitates experitur. Tumulo condita eſt in baſilicâ Apoſtolorum, nonnunquam à Gregorio baſilica S. Petri dicta; quæ ob id poſterioribus ſęculis, Eccleſia Sancti Petri & S. Genouefæ coniunctim; ſæpe etiam, vt nunc, ſimpliciter S. Genouefæ appellatur.

16. PROBATIVS.

17. AMELIVS, ſubſcripſit Conci- B
533. liis Aurelianenſibus II. an. 533. tertio. 538. quarto per Amphilochium Abbatem 541.

18. SAFFARACVS, adfuit Syno-
549. do Aurelianenſi V. 549. poſtea deponitur an. 555. in Concilio Pariſienſi II. Childeberti Regis iuſſu celebrato: nam crimine grauiſſimo accuſatus, propriâque confeſſione conuictus, ſe-
555. cundum conſtitutiones ſacrorum Canonum Epiſcopatu amotus, in monaſterium pœnitentiæ causâ relegatur. *Libanum* Demochares ſubjicit Saffaraco.

19. EVSEBIVS I. Germani deceſ- C ſor, ex Aimoino lib. 2. de geſtis Francorum cap. 18. diſtinctus ab Euſebio altero, qui Ragnemodo Germani ſucceſſori ſucceſſit; ſic enim eo loco inquit: » His diebus B. Germanus poſitus ſopore, inſpicit à quodam ſene claues ſibi portæ Pariſiacæ porrigi, & interrogans quid hoc fieret, accepit reſponſum, vt ſaluas eas faceret. At poſt ciuitatis eius Epiſcopo nomine EVSEBIO decedente, dum præcellentiſſimo Regi Childeberto occurriſſet, in eius electione mox effectum illa vox cœleſtis promeruit, & Epiſcopatum ſortitus eſt gradum di- D gnitatis.

20. S. GERMANVS Auguſtoduni Euchetio & Euſebiâ parentibus natus, vbi ordinatus eſt Presbyter à S. Agripino & Abbas S. Symphoriani Eduenſis à Nectario: Præfectus erat eleemoſinis Childeberti Regis: cúmque ſanctitate vitæ, moribus, & miraculorum virtute clareret, vocatur ad regimen Pariſienſis Eccleſiæ mortuo Euſebio: teſtis Fortunatus, qui res ab eo præclarè geſtas libro de vitâ eius ſcripto tradidit, auctore Gregorio. Quantùm verò ſub eo Præſule Childebertus pietate enituerit, oſtendit in primis, quod Cæſarauguſtæ vrbis opulentiſſimæ in Hiſpaniâ ad ripas Iberi obſidione ſolutâ, & inde allatâ Vincentij Diaconi & Martyris ſtolâ, reuerſus Luteciam, ædificauerit D. Vincentij nomine illuſtrem baſilicam, in quâ eam ſtolam depoſuit. Porrò Clotarius Francorum Monarchiam adeptus, Pariſios veniens, ob contemptum B. Germanum in grauem morbum incidens ab eodem Sancto ſanatur, ſcribente Fortunato.
Interfuit an. 557. Pariſienſi 3. 557.
Concilio; & Turonenſi II. 567. vbi decretum Epiſcoporum de ſuſceptâ Beatæ Radegundis epiſtolâ conſcriptum eſt; demùm Pariſienſi IV. 573. 573.
quo eodem anno Brunichildem Reginam luculentâ epiſtolâ hortatus eſt, vt Sigebertum reuocaret à conſilio belli, quod fratri ſuo inferebat, vt tradit Gregorius lib. 4. c. 46. Præterea ſub an. 570. Charibertus Rex inceſti cri- 570.
mine inſimulatus, vtpote qui repudiatâ legitimâ coniuge Ingobertâ, Merofledem, ac poſtea Marcofeuam eius ſororem coniugio ſibi copulauerat, cùm nollet eam dimittere, ab eodem Germano ſacris interdictus eſt, quod recitant Gregorius lib. 4. c. 26. & geſta veterum Francorum cap. 30. Adfuit & ordinationi Felicis Biturigum Archiepiſcopi, & Siagrij Eduenſis Præſulis, tralationi quoque S. Albini Andegauenſis, & D. Vrſini Bituricenſis; idémque in diplomate Roberti Regis Pariſiorũ inexpugnabilis clypeus nuncupatur. Celebrat autem Fortunatus eiuſdem Antiſtitis virtutes, morum ſanctitatem, Clerique Pariſienſis ſub eo Pontifice religionem & Eccleſiaſtici chori cantum; Nam poëmate 19. libri 2. eius inſtitutum recens de pſalmodiâ commendat, quam à populo & Clero Pariſienſi mirâ frequentiâ & animorum alacritate perhibet ſuſceptam fuiſſe. In cœlum migrauit Germanus anno Dom. 576. Maij 28. Baronius 576.
triennio poſt defunctum tradit. Sepelitur in baſilicâ S. Vincentij, quam, teſte Gregorio cap. 90. de gloriâ Confeſſorum, dicauerat: quæ poſtea de ipſius nomine S. Germani monaſterium appellata eſt: eiuſdem epitaphium à Chilperico Rege in poëticis literis exculto conſcriptum, notat Aimoinus monachus B huius Germani familiaris, l. 3. c. 16. quod tamen alij Regem ei

poſuiſſe tantùm, & illum qui vitæ S. A
Germani acta compoſuit, auctorem eſſe contendunt, ſic autem habet:

Eccleſiæ ſpeculum, patriæ vigor, ara reorum,
Et pater, & medicus, paſtor, amorq; gregis.
GERMANVS *virtute, fide, corde, ore beatus,*
Carne tenet tumulũ, mentis honore polum.
Vir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulchri,
Viuit enim, nam mors, quẽ tulit, ipſa timet.
Creuit adhuc potius iuſtus poſt funera, nã qui
Fictile vas fuerat, gemma ſuperba micat,
Huius opem, ac meritum, mutis data verba loquuntur,
Redditus & cæcis prædicat ore dies,
Hic vir Apoſtolicus rapiens de carne trophæũ, B
Iure triumphali conſidet arce poli.

21. RAGNEMODVS, Germano
576. ſuffectus an. 576. vt videre eſt apud Greg. lib. 5. Hiſt. c. 14. vbi meminit de fugâ Merouei filij Chilperici Re-
» gis ad baſilicam S. Martini. Erat, in-
» quit, tunc nobiſcum Ragnemodus Pa-
» riſiacæ Sedis Epiſcopus, qui S. Germa-
» no ſucceſſerat: & cap. 19. Adfuit Con-
577. cilio Pariſienſi 577. in Eccleſiâ S. Petri, in quo Prætextati Rothomagenſis Præſulis cauſa, Chilperico accuſante, diſcuſſa eſt, atque inter primos Antiſtites aderat Ragnemodus; nam iuxta C
» tabernaculum, vt ipſe teſtatur, ad dex-
» tram Regis Berthcramnus Epiſcopus,
» ad læuam verò Ragnemodus ſtabat,
» præſente Ætio Eccleſiæ ſuæ Archidia-
» cono. Memoratur etiam c. 33. pro recipiendis ad communionem Eccleſiaſticam nocentibus, quos Chilpericus Rex ad eum, tanquam loci Epiſcopum remiſit. Suſcepit verò de fonte ſacro die feſtiuitatis Paſchæ cum multâ alacritate filium Chilperici Regis, quem pater Theodoricum nuncupari voluit, vt refertur lib. 6. c. 27. & lib. 7. c. 16. Legitur & in actis reſtitutionis Prætextati, ac reſponſum dediſſe Synodo, D quam Rex pro eius cauſâ Luteciæ conuocare cupiebat. Idem porrò interfuit
585. Concilio Matiſconenſi 2. an. 585. ac de eo Aimoinus Monachus l. 3. c. 58. tradit ſuſcepiſſe in baſilicâ B. Mariæ Pariſienſis, Fredegundim Reginam cum theſauris, quos ſecum aduexerat. Laudatur à Fortunato ipſius amico lib. 9. carm. 10. vbi eum vocat ſummum patrem patriæ, dulcem amicum, & ſummâ teſtificatione amoris gratiarum actionem rependit Ragnemodus, ob munera ex pario marmore, quæ ad Beat. Radegundim Pictones miſerat.

Tandem de illo ſcribit idem Gregorius l. 9. c. 6. cum agitur de feſtiuitate Rogationum, & exploratâ ab ipſo veritate reliquiarum Vincentij & Felicis Martyrum.

22. EVSEBIVS II. natione Syrus, cuius electionem exponit ſub an. 595. 595.
Gregorius lib. 10. Hiſt. c. 26. Ragne- «
mondus, inquit, Pariſiacæ vrbis Epiſ- «
copus obiit: cúmq. germanus eius Fara- «
mundus presbyter, pro Epiſcopatu con- «
curreret, EVSEBIVS quidam nego- «
tiator, genere Syrus, datis multis mu- «
neribus in locum eius ſubrogatus eſt. «
Iſque accepto Epiſcopatu omnem ſcho- «
lam deceſſoris ſui (Fortunatus exiſti- «
mat ſic nuncupari Clerum vrbis) ab- «
jiciens, Syros de genere ſuo Eccleſia- «
ſticæ domui miniſtros ſtatuit. Ordi- «
nauit S. Clodoaldum ex Regiâ familiâ Principem, Clodemiri Regis filium, qui iacet Nogenti ad Sequanam, vbi reliquum vitæ exegit, pietati vacans, quâ meruit in Sanctorum numerum adſcribi, ab eóque vicus non longè à Luteciâ, de eius nomine appellatur S. Clodoaldus.

23. FARAMVNDVS.

24. SIMPLICIVS an. 601. memoratur cum aliis Præſulibus Galliarum à S. Gregorio Papâ 1. epiſt. 52. l. 9. in quâ agitur de Auguſtino Epiſcopo & conuerſione gentis Anglorum. 601.

25. S. CERANNIVS, ei dicata fuit Hiſtoria tergeminorum Lingonenſium, vbi Papa dicitur, quorum geſta eiuſdem Ceranni iuſſu Wariharius, qui Euſebij exemplo, vndequaque colligens acta martyrum literis exarauit ſub an. 600. quæ habentur in antiquis membranis. Sub illo Epiſcopo vt videtur an. 615. celebratum fuit Pariſienſe Concilium v. Clotario 2. Rege 615.
cui LXX. nouem Epiſcopos adfuiſſe prodit verus collectio, & propterea canone 3. Concilij Rem. Generalis Synodus appellatur. Cerannius autem humatur Sept. 27. in cryptâ baſilicæ Monaſterij S. Genouefæ, de illo conſule Franc. Boſquetum hiſt. ſacræ lib. 2. cap. 17.

26. LEVDEBERTVS cum aliis Galliarum Epiſcopis an. 630. Synodo 630.
Remenſi adfuit, cuius canones commemorantur à Flodoardo lib. 11. hiſt. Remenſis cap. 5.

27. Audobertus patriâ Anglobritannus, de quo ſæpiſſimè mentio habetur in vitâ S. Baboleni Abbatis Foſſatenſis; qui cum Regis Angliæ Choinuallæ perſecutionem fugeret, Epiſcopatu abdicato in Galliam migrauit, vbi Regis Clodouæi II. fauore, huic vrbi Pariſiacæ Præſul deligitur, quamuis ignotus & aduena, vt ipſe ait in vitâ eiuſdem Baboleni; facultatem inſuper ei tribuens condendi monaſterij in caſtro Bagaudarum ad Matronam, Bladegiſilo Archidiacono Pariſienſi, dato immunitatis priuilegio à Clodouæo an. V. Iduum Maiarum 15. Adfuit & donationi eiuſdem Principis de fiſco regio Britonnico nomine in ripâ Maternæ; antequam verò Babolenus ex hac vitâ decederet, Præſul Audobertus arctâ neceſſitudine totâ vitâ ei coniunctus, monaſterium Foſſatenſe eximit à ſuâ iuriſdictione Epiſcopali anno quinto Clodouæi II. vt tradit ſcriptor vitæ eiuſdem Abbatis:
650. illius vice Germoaldus Abbas intereſt Concilio Cabilonenſi an. 650.

28. S. Landericus ſubſcribit Dagoberti Regis chartæ anno X. quâ petita ab Aigulfo Abbate S. Dionyſij conceditur immunitas & in aliis tabu-
654. lis an. 654. tum etiam famoſo illi priuilegio libertatis ab eodem datæ monaſterio S. Dionyſij 658. nomen appoſuit præcepto Clodouæi II. Regis ſu-
659. per immunitate eiuſdem cœnobij 659. quæ membranæ extant tom. I. Concil. Galliæ; dicitur ab aliquibus fato
660. functus 10. Iunij an. 660. At nonnulli volunt, apud auctores qui temporibus Dagoberti, Clodouæi 2. & Chlotarij 3. ſcripſerunt, vel apud Concilia quæ habita ſunt, nullum reperiri Landericum Pariſienſem Epiſcopum: Ille verò cui Marculfus ſuas Formulas nuncupat, poteſt eſſe alter, puta Meldenſis, de quo Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij.

29. Chrodobertus nominatur in vitâ S. Batildis, Beatorum Audoëni & Eligij, vbi mutuæ epiſtolæ Rodoberti Pariſienſis & Audoëni Rothomagenſis leguntur apud Surium; cuius rogatu idem Audoënus vitam D. Eligij Nouiomenſis Præſulis eleganti ſtylo exarauit, & ad eum miſit; Subſcriptus autem legitur priuilegio monaſterij Corbeienſis conceſſo à Bertefri-
664. do Ambianenſi Epiſcopo an. 664.

30. Sigobaudus.

31. Importunus, de quo nihil præter nomen in diptychis Pariſienſis Eccleſiæ.

32. Agilbertus memoratur à Bedâ Venerabili lib. 3. hiſt. Angl. vt hæc verba oſtendunt: Rex Alchfrid » miſit Wilfridum preſbyterum ad Re- » gem Galliarum, qui eum ſibi ſuiſque » conſecrari faceret Epiſcopum; at ille » miſit illum ordinandum ad Agil- » bertum, qui relictâ Britanniâ, Pari- » ſiacæ ciuitatis factus erat Epiſcopus; & » conſecratus eſt magno cum honore ab » ipſo, conuenientibus plurimis Epiſco- » pis in vico regio qui vocatur in Com- » pendio. Eiuſdem libri cap. 25. dicitur » Occidentalium Saxonum Epiſcopus, amicus Alcfridi Regis, ac per Wilfridum Abbatem rogatu eiuſdem Principis, motâ controuerſiâ de Paſchate, aliiſque Eccleſiaſticis rebus, in Synodo hac de re quæſtionem agitaſſe; vt idem ſcriptor aſſerit, aliàque de Agilberto recitat l. 3. cap. 7. l. 4. cap. 1. 5. & 20. interiit longæuus, teſte eodem hiſtorico.

33. Sigofridus.

34. Turnaldus, ex Abbate S. Dionyſij ad Epiſcopalem Cathedram aſſumptus, vt tradunt membranæ huius monaſterij.

35. Adulphus.

36. Bernecharius.

37. S. Hugo I. Drogone Burgundiæ & Campaniæ Duce, filio Pipini cognomine Craſſi Maioris Domûs Francorũ, & Plectrudis, ex Adeltrude filius. Hic ab auiâ Auflede educatus, primùm quidem Metenſis Primicerius, poſt autem Rothomagenſi Eccleſiæ præfectus anno 722. iuxta tabulas & 722. chronicon vetus; Pariſienſem & Baiocenſem Præſulatus, vnà cum Rothomagenſi rexit, factione Caroli Principis patrui ſui, vt verbis Scriptorum vtamur, ſimul etiam Abbas Fontanellenſis & Gemmeticenſis. Deceſſit in eodem cœnobio circa an. 730. V. Id. 730. Aprilis; ſepultus ibidem in baſilicâ S. Mariæ, inde cum S. Aicardo Abbate, Haſpas poſtea tranſlatus; de illo plura in Archiepiſcopis Rothomagenſibus. Eius Epiſcopi geſta ſcripſit Baldricus, quæ referuntur in chartulario Pariſienſi.

38. Mer-

38. MERSEIDVS.

39. FEDOLVS.

40. RAGNECAPTVS, ſub eo fortè aut deceſſore, celebratur Concilium
767. an. 767. in agri Pariſienſis villâ Gentiliaco, pro cultu imaginum & Sanctâ Trinitate.

41. DEODEFRIDVS, circa eius tempora Pariſienſis Academia inſtituta dicitur, quæ à Carolo Magno fundata, erectis Lutetiæ ſcholis publicis, præ ceteris Europæ celeberrima maiori claritate fulget; de cuius laudibus paſſim ſcriptores plura; ſed elegans locus tom. 2. probationum Libertatum Eccl. Gallicanæ expreſſus, in actu appellationis Vniuerſitatis facto pro Eccleſiæ immunitatibus ſub Innocentio 8. ita ſe habet: Eſt ipſa Pariſienſis Vniuerſitas quaſi lucerna fulgens in domo Domini, ad quam, tanquam ad ſcientiarum fontem, & ſpeculum fidei, pro literis capeſſendis, non Galli ſolùm, non Germani, non Siculi, ſed etiam vltimi Heſperi, ac omnes penè mundi nationes tanquam ad cunctarum doctrinarum ſeminarium, omniúmque ſcientiarum parentem confluunt, & confluere conſueuerunt: Et Gregorius IX. ait: Parens ſcientiarum Pariſius, ciuitas eſt docentibus & diſcentibus gratioſa: Alexander quoque Pont. Max. Quaſi lignum vitæ in Paradiſo Dei, & quaſi lucerna fulgens in domo Domini, eſt in ſanctâ Eccleſiâ Pariſienſis ſtudij diſciplina: hæc quippe velut ſecunda eruditionis parens, ad irrigandum ſterilem orbis faciem, fluuios de fontibus ſapientiæ ſalutaris cum impetu foras mittens, vbique terrarum Dei lætificat ciuitatem. Ibi enim ordinatus eſt per prouidentiam conditoris, ad opus atque cuſtodiam Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, Doctorum ordo præcipuus.

42. ERCHANRADVS, Synodo
835. Theodoniſuillæ adfuit an. 835. in depoſitione Ebonis Remorum Antiſtitis, & reſtitutione Ludouici Pij Imp. miſſus eſt cum Aldrico Cœnomanenſi
836. 836. ad Pipinum Regem Aquitaniæ à Concilio Aquiſgranenſi; eius aſſenſu Hilduinus Abbas S. Dionyſij, Varino Reſbacenſi Abbati conceſſit portionem reliquiarum S. Viti, & aliorum Martyrum, vt prodit libellus antiqui ſcriptoris de conſtructione nouæ Cot-

A beiæ ſub eodem Lud. Pio. Præſens fuit electioni Hincmari Remenſis 845. 845.
apud Flodoardum l. 3. cap. 1. qui eiuſdem meminit cap. 11. Synodis quoque Beluacenſi & Pariſienſi interfuit 846. in illâ probat priuilegium libertatis monaſterij Corbeienſis, Turonenſi item IV. 849. contra Nomenoium Du- 849.
cem. Moritur Erkenradus circa an.
853. Id. Maij 3. vt fidem faciunt epi- 853.
ſtolæ Lupi Ferrarienſis mox recitandæ; mendoſa autem eſt aſſertio, quæ duos Erkenrados Præſules pro vno conſtituit. Ceterùm in magno chartophilacio Pariſienſis Eccleſiæ quod Paſtorale nuncupant, continetur ſequens diploma quod ex originali ſic expreſſum:

B

KAROLVS gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum & Patritius Romanorum. Omnibus fidelibus noſtris &c. Si petitionibus ſacerdotum hoc quod noſtris auribus innotuerit, ad effectum pro Dei amore mittere ſtuduerimus, proculdubio æterna vita remuneratione habitura non dubitamus. Ideóque dum pluris habetur percognitum, qualiter Eccleſia Pariſiaca, quæ eſt in honore S. Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti & SS. Stephani Protomartyris, Dionyſij, Germani, Marcelli, vel

C

S. Clodoaldi Confeſſoris, vel cæterorum Dominorum, quorum pignora in ipſâ plebe, vel in ipſâ Eccleſiâ Pariſiacâ adunata requieſcunt, vbi præeſt ERKENRADVS *in ipſâ plebe* EPISCOPVS, *petiit qualiter ad anteriores Reges, vel à nobis integrâ emunitate, de omnibus villis Pariſiaci, agros vel territoria videntur habere conceſſa, ſed hoc nos pro mercedis noſtræ compendio, vel pro reuerentiâ ipſius ſancta pignora, quæ ſunt in ipſâ plebe Pariſius recondita, tam villis, agris, territoriis, cum omnibus ibidem pertinentibus quorum nomina ſunt hæc. Andreſiacum cum omni integritate; Heleriacum cum omnibus ad ſe pertinen-*

D

tibus, Aureliacum, Ciuiliacum, Caſtanetum cum cunctis quæ illis adiacent, Baniolum; Laiacum, & Steouilla cum vniuerſis quæ pertinent ad eas, inſuper & fundos quos fidelium liberalitas ſtipendiis eorumdem fratrum delegauit; videlicet Sulſiacum; quem Stephanus piæ recordationis Comes; necnon & vxor eius Amaltrudis eorum vſibus delegauerunt, & adhuc tam vltra Ligerim quàm & citra Ligerim, vel & vbique in regno noſtro propitio Domino, Eccleſia Pariſiaca poſſeſſio eſſe videtur, tam pro immunitatis anterioris quondam Regibus, quam & pro reliqua inſtrumēta ſpecies caſſarum ipſius

Eccleſia Pariſiaci, vel vndique ibidem de- A *legatum habentur, aut adhuc in Domini nomine à Deum timentibus hominibus additum vel collatum fuerit, per noſtram præceptionem plenius confirmamus, & integrâ immunitate à nouo perpetualiter concedimus, vt quicquam; ſicus noſter de quolibet modo, de omnibus liberis hominibus, qui ſuper terram ipſius Eccleſiæ Pariſiacæ, commanere noſcuntur, tam de capitibus quàm & de omnibus redditionibus quibuſlibet, abſque illius iudicis introitu, aut repetitione ipſa Ecclesia Pariſiaca habeat perennem ſucceſſum. Præcipientes enim iubemus, vt neque nos, neque iuniores, neque ſucceſſores* B *noſtri, aut vllus quiſlibet ex iudiciariâ poteſtate accinctus, vel per quemcúmque modum nullíſque ingeniis in curtis, vel iis territoriis, in inſulis, poſitus vel in aliis locis, quod præſenti terra habere, vel poſſidere videntur, vel quod indutea à Deum timentibus hominibus, ibidem additum vel collatum fuerit, nec ad cauſas audiendum, nec freda exigenda, nec diſtrictiones faciendas, nec vllas paratas requirendas, nec vllum teloneum de omnibus cauſis exactando, nec rotaticum, nec foraticum, nec pulueraticum, prendere, vel exigere, nec facere vllatenus præſumatis, & prætermiſſas veſtras repetitiones, qui aut à veſtris tem-* G *poribus, aut ſucceſſorum Regum qui ibidem fuiſſent conſuetudo ingrediendi ſuper terram Sanctæ Mariæ ab hodiernâ die calcatas fiant. Igitur cognoſcant omnium ſequtura poteſtas, Præſulúmque nobis ſuccedentium pia paternitas, quæ petierunt à noſtrâ exiguitate fratres noſtri S. matris Eccleſiæ, cui miſerante Deo, deſeruimus. Eorum nos petitioni aſſenſum præbentes, in Eccleſiâ quæ eſt in honore S. Stephani Prothomartyris, coram ipſo ſacroſancto altari, in præſentiâ venerabilium Epiſcoporum concedimus, Ebboni videlicet Archiepiſcopi, Aldrici Epiſcopi, Ramoardi Epiſc. Rantgary, Lantdranni, Lone, Ieſſe, Rothadi, Adelelmi, Hude-* D *manni, Godefredi, Fretulfi, Wiladi, Theodiſcli, Amathei, Alitgary, Franconis, Bernoini, Ariboldi, Elie. Item Lone, Hugberti, Fulcary, Ermenberti Epiſcoporum. Si quis verò quod abſit contra hoc noſtræ auctoritatis indictum, vel conceſſum inſurgere tentauerit, in Dei omnipotentis incurrat maledictionem, & artatus atque conſtrictus, igneis cathenis profundi inferni percuſſione S. Dei Genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum, horúmque Epiſcoporum ſit anathematizatus, atque diuinâ vltione perfoſſus, animam exſpiret vindicationis lepra laniatus. Amen.*

A 43. Æneas Notarius ſacri Palatij in Concilio Cariſiaci 848. Epiſcopus creatur circiter an. 853. cuius electionis formula per Clerum Pariſienſem extat epiſt. 98. Lupi Ferrarienſis Abbatis, ad Metropolitanum Senonenſem eiúſque Suffraganeos, vt illius promotionem ratam habeant, his verbis: Religiosissimis Patribus & fratribus, Weniloni Metropolitano Senonicæ ſedis Antiſtiti, & vniuerſo Clero eius, & cæterarum Eccleſiarum præſidentibus, quæ in diœceſi memoratæ ſedis cenſentur, cunctis in eis Domino famulantibus, Clerus matris Ec- B cleſiæ Pariſiorum, & fratres Cœnobij S. Dionyſij, & S. Germani, & B. Genouefæ, ac Foſſarenſis, diuerſorúmque Monaſteriorum vnanimitas, præſentem & futuram ſalutem. Venerabilem Paſtorem noſtrum Ercanradum nuper deceſſiſſe, cùm longè latéque diuulgatum ſit, tum Sanctitatem veſtram latere non potuit, nóſque affici mœſtitiâ de vocatione patris defuncti, ac ſollicitudine permoueri de electione ſucceſſuri, prudentia veſtra intelligit. Cum enim principaliter ſe futurum Dominus Ieſus polliceatur cum his, qui principes religionis exiſtunt, G non patimur diu carere Antiſtite, cuius doctrinâ ad ſalutem noſtram inſtituamur, exemplo informemur, benedictionibus in nomine Domini muniamur. Eius tempore bonorum omnium auctoris nequaquam nos cura deſtitutos firmiſſimè credimus, dum ipſe curas noſtras ſuâ clementiâ ſuſtulit, & vota vltroneâ benignitate præuenit. Namque ipſe, in cuius manu cor regis eſt, glorioſi domini noſtri Caroli, quemadmodum plenè confidimus, menti infudit, vt eius nos regimini committeret, quem in diuinis D & humanis rebus ſibi fidiſſimum multis experimentis probaſſet. Igitur Dei pronam in nos amplectentes miſericordiam, & regis noſtri piam ſuſcipientes prouidentiam, Æneam cuius præconia præmiſimus, concorditer omnes eligimus. Æneam patrem & Æneam Pontificem habere optamus. Quamuis enim tantâ prouidentiâ ac probitate, præcellentiſſimus Rex noſter polleat, vt ſolum eius iudicium de viro memorato poſſet ſufficere. tamen conditionis humanæ non neſcij, futurarúmque curioſi rerum, nos ipſi propoſitum ac mores longè prius inſpe- 853.

„ ximus & inter graues, probatáſque per- A
„ ſonas & ſanctitate feruentes, hunc,
„ quem Antiſtitem habere cupimus,
„ quotquot eum noſſe potuimus, vt nunc
„ palàm eſt abſque errore annumeraui-
„ mus. Proinde Sancti Patres ne dila-
„ tione diuini & regij beneficij torquea-
„ mur: ſed nobis ſuſpenſis, nobis deſide-
„ rantibus, nobis flagitantibus ponatur
„ celeriter lucerna ſuper candelabrum,
„ vt lumen veritatis populus Dei videat,
„ & æmulâ deuotione Præſulis veſtigia
„ tenens, ſempiternæ beatitudini præ-
„ paretur. Profeſſionem verò noſtri con-
„ ſenſus in Ænæam, Deo annuente, per
„ veſtrum monaſterium nobis futurum B
„ Antiſtitem ſubſcriptionibus noſtris
„ certatim roborauimus, vt noſtrâ vna-
„ nimitate compertâ votum ſummâ pro-
„ perantiâ compleatis. Senonenſis au-
tem Archiepiſcopus & alij Coëpiſco-
pi prouinciæ ſuæ, ad Clerum Pariſien-
ſem de ordinato ab ipſis Æneâ Epiſ-
copo ſic reſcribunt epiſt. 99. eiuſdem
„ Lupi Abbatis: VVENILO Sanctæ
„ Senonicæ Sedis Metropolitanus Epiſ-
„ copus, Heriboldus Autiſſiodori Epiſ-
„ copus, Agius Aurelianorum, Pruden-
„ tius Tricaſſinorum, Herimannus Ni-
„ uernenſium, Frobaldus Carnutum,
„ Hildegarius Meldorum, Clero matris C
„ Eccleſiæ Pariſiorum, & cunctis in di-
„ uerſis cœnobiis ſub eâ Domino mili-
„ tantibus ſalutem. De exceſſu reue-
„ rentiſſimi Coëpiſcopi noſtri Ercanra-
„ di non mediocriter anxij, veſtríque
„ mœroris participes, tandem iuſtiſſimâ
„ diſpoſitione Dei non minores conſo-
„ lationes recepimus, dum vos ſub Pa-
„ ſtore bono agentes, qui ſummè bonus
„ eſt, Vicarium eius ſcilicet viſibilem,
„ miniſterijque conſortem, abſque dila-
„ tione expetere veſtris literis tenenti-
„ bus lineas rationis cognouimus. Præ-
„ paratum enim à Domino ei bonum D
„ exitum credimus, cuius munere talem
„ videmus pateře ingreſſum, quamquam
„ nobis futurus nūc ſocius olim fuit præ-
„ cognitus, & merito ſuæ probitatis ama-
„ bilis. Quis enim vel leuiter tetigit Pa-
„ latium, cui labor ÆNEÆ non inno-
„ tuit, & feruor in diuinis rebus non
„ apparuit? Quamobrem electionem
„ veſtram in eo factam Deo propitio li-
„ bènter ſequimur, vt eum profuturum
„ populo eius ad dignitatem Pontifica-
„ tûs promouendum concorditer decer-
„ namus. Sic igitur vobis Paſtor qui pro
„ ſuis in Deum meritis benè compla-
cuit, & ſequentes eius veracem docti- «
nam, & Sancti opera imitantes, ad cœ- «
leſtis regni paſcua properare felices. «
Ordinationi autem eius ſubſcripſimus «
concorditer vniuerſi, vt ſecuti mini- «
ſterio poteſtatis eius fruamini. Ad «
eundem Æneam ſcribit Lupus epiſt.
119. quâ illum rogat, vt neptis ſuæ fi-
lio beneficium conferat. citatur &
cap. 3. literæ Præſulum Remenſis &
Rothomagenſis diœceſis ad Lud. Re-
gem 858. ceterùm Synodo apud Sapo- 858.
natias interfuit anno 859. Tuciacenſi
860. Sueſſionenſi 3. 866. & Trecaſſinæ
867. Porrò Carolus Caluus pridie Id. 867.
Iulij an. 21. regni, diplomate dato Com-
pendio palatio, pontem Pariſienſem
Æneæ donauit; qui tranſlationi cor-
poris B. Mauri Abbatis è Glannafolio
in Foſſatenſem locum, humeros ſan-
cto feretro deuoté ſuppoſuit; huius rei
gratiâ Foſſatenſi Eccleſiæ in perpe-
tuum conceſſit Præbendam integram
in Cathedrali, annuámque proceſſio-
nem inſtituit: priuilegium, quod è
tabulario Foſſatenſi erutum ſupple-
mento antiquitatum Pariſiacarum in-
ſeritur, tale eſt:

IN NOMINE *Patris, & Filij, & Spi-*
ritus Sancti, Amen. &c. ego ÆNEAS
PARISIORVM *Epiſcopus, notum facio*
cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, præſenti-
bus ſcilicet & futuris, quod anno Dominicæ
Incarnationis D. CCC. LXVIII. *Ind.* I. 868.
iuſſu Sereniſſimi Caroli Regis, ad Foſſaten-
ſem (ob recipiendum corpus B. Leuitæ
Mauri) accedens Abbatiam: dum à pro-
priis ſacram præfati ſancti depoſui hume-
ris, ſuper Beatorum Apoſtolorum altare, gle-
bam: Conceſſi eidem Eccleſiæ, annuentibus
cunctis Archidiaconibus & Clericis noſtris,
qui vnà mecum illic aderant, in ſede no-
ſtri Epiſcopatus, in Eccleſiâ videlicet B.
Dei genitricis Mariæ perpetuò Præbendam
integram. Ita vt ab hac horâ vſque in no-
uiſſimam huius ſeculi horam, tam venera-
bilis Odo, qui nunc illi Cœnobio præeſt,
quam ſui ſucceſſores, eam liberè & abſque
vllâ moleſtiâ, vel inquietudine, aut aliqua
ſeruitio habeant & ſecurè poſſideant. Pro-
ceſſionem denique annuatim in Quadro-
geſimâ, quartâ ſcilicet feriâ poſt Domini-
cam quæ paſſioni Christi prætitulatur, no-
ſtris ſequacibus, in monumentum proceſſio-
nis quam Chriſti dilecto Confeſſori Mauro
exhibuimus, die quâ primùm receptus eſt
à Foſſatenſibus, indicimus; vt eius ſemel
in anno membra reuiſimus, eius precibus
& meritis aſſiduè muniamur. Quicúmque

A *ergo noſtrorum ad hanc venerint proceſsio-*
nem, nullam ibi ſumant refectionem; ſed
ſolâ charitate (quæ multitudinem peccato-
rum operit) illuc adeant: atque ſibi mutuò
datâ benedictione, ad propria ieiuni re-
deant. Abbas verò præſcripti cœnobij, ſi-
bique fratres ſubditi, nullam huius rei gra-
tiâ perſoluant Pariſienſi Eccleſiæ conſuetu-
dinem, neque nobis aut ſucceſſoribus no-
ſtris aliquam redhibitionem. Quod ſi ali-
quis ſucceſſorum noſtrorum huius conceſſio-
nis calumniator aut retractor extiterit, &
prebendam reſciderit, vel imminuerit:
Proceſsionem quoque Foſſatenſis Eccleſiæ, à
nobis ob amorem B. Mauri traditam, fieri,
niſi occaſione rationabili, aliquoties prohi-
buerit: excommunicatus, niſi pœnitens re-
ſipuerit, pereat in æternum. Amen. Vt ergo
hoc donum firmum & ſtabile maneat per
ſucceſſura tempora: coram omnibus in Capi-
tulo B. Mariæ illud manu propriâ, ac no-
ſtris Archidiaconibus, cunctiſque Clericis
ad roborandum tradidi, noſtroque ſigillo
muniri. Leguntur duæ ipſius epiſtolæ
Formatæ ad Hincmarum Remenſem,
& librum edidit de erroribus Græ-
corum iuſſu & rogatu Nicolai I. Papæ,
qui ſcriptus in membranis quarumdam
bibliothecarum reperitur.

44. INGELVVINVS Synodo Pon-
876. tigonenſi ſubſcribit an. 876. & Trecaſ-
ſinæ II. 878. nominatur in Capitulari
Caroli Calui apud Cariſiacum tit. 43.
numero XV. vbi Imperator vult eum
aſsiduè eſſe cum Ludouico filio; eiuſ-
dem quoque mentio habetur cum Hu-
gone Abbate in epiſt. excuſatoriâ Re-
menſium Canonicorum congregatio-
nis S. Mariæ, ad Hildeboldum Sueſ-
ſionenſem & ceteros prouinciæ Re-
menſis Præſules, qui ante Viſitatoris
aduentum poſt Hincmari mortem E-
piſcopum elegiſſe dicebantur: Me-
moratur & ab Aimoino lib. 2. miracu-
lorum S. Germani, cum Gozleno Ab-
bate. Præterea in tabulario Pariſienſi
aſſeruatur charta Caroli Regis quâ, vt
» inquit, precibus ENGELVVINI E-
» piſcopi, pro ſalute animæ Richildis
» Reginæ conceſſit Eccleſiam S. Eligij,
» eo pacto vt dies depoſitionis præcel-
» lentiſsimi Imper. Ludouici, XIV. Cal.
» Maij, matris ſuæ glorioſiſſ. Imperatri-
» cis Iudith XIII. Cal. April. natiuitatis
» ipſius Karoli Id. Iunij; necnon etiam
» vnctionis qui poſt obitum in diem ip-
» ſius transfundetur natiuitatis, amabi-
» liſsimæ quoque coniugis ſuæ Richildis
Reginæ Cal. Aug. & copula ſecundum «
Dei voluntatem coniunctionis, inſuper «
& ortus prolis ſi à ſecundâ Virgine im- «
petretur, data fuerit, ſub continuâ Miſ- «
ſarum aſsiduitate celebretur: Actum «
Siluagio palatio. «

45. GAVZLENVS Roticonis Co-
mitis & Milechildis filius, vel, vt alij
volunt, Rotrudis concubinæ Ludoui-
ci Pij Imper. frater autem Blichildis
Bernardi Comitis Pictauienſis coniu-
gis, ex quorum proſapiâ Comites Picta-
uenſes Duces Aquitaniæ prodierunt
vſque ad Eleonoram Ludouici VII.
B Regis Iunioris vxorem. Primùm inſti-
tuti Benedictini monachus in cœno-
bio Glannenſi ad Ligerim dicto S.
Mauri, cum Gauzberto auunculo, ex
tabulâ an. 839. poſt ex Abbate Sancto-
rum Germani & Vincentij Pariſienſis,
B. Dionyſij & S. Mauri, Pariſienſi Pon-
tificatu condecoratur; transfert cor-
pus S. Mederici 884. die XXII. Ianua- 884.
rij. Eſt autem is Gozlinus qui forti-
tudine ac bellicis facinoribus clarus,
ſub Carolo Craſſo Lutetiam defendit
aduerſus Normannos, Danóſque vr-
bem obſidentes, quod an. 886. conti- 886.
giſſe tradunt hiſtorici & MS. tractatus
C de Normanis hæc habet: Normani, «
non ceſſant oppugnare ciuitatem Pa- «
riſiorum, GOZLINVS verò Epiſco- «
pus, dum populum ſibi commiſſum «
iuuare vellet, cum Sigeberto Rege «
Normanorum amicitiam firmauit, vt «
per hoc ciuitas ab obſidione liberare- «
tur, quo facto, Epiſcopus diem clauſit «
extremũ. Epiſcopo defuncto Normani «
non ceſſant oppugnare ciuitatem: Eam «
verò obſidionem ſub Odone Comite
inceptam an. 886. & ſolutam 887. vt 887.
ex fragmento coætanei ſcriptoris pa-
tet, metricè libris duobus contexuit
Abbo monachus S. Germani à Pratis,
D diſcipulus Aimoini, qui eidem inter-
fuit, & ſibi fidem hiſtoriæ eo maiorem
vendicat, quod non audita tantùm, ſed
& viſa referat; opus ſuum dicauit
Gozlino Pariſiorum Epiſcopo; nam
vt lib I. teſtatur, erat Primas ſuper om-
nes Proceres, & in eâ dignitate vrbem
cum nepote ſuo Ebolo egregiè contra
infideles tutatus eſt: Sed in libro bel-
lorum Pariſiacæ ciuitatis mortem An-
tiſtitis ſui quæ inter eaſdem obſidio-
nis preſſuras accidit anno 887. ita de- 887
plorat:

Saxoniâ vir Ainricus fortiſque potenſque «

Venit in auxilium Gauslini *Præſulis vrbis &c.*
Terra gemat, pontúſque, polum, latus quoque Mundus,
Gauslinus *Domini Præſul mitiſſimus Heros*
Aſtra petit, Domino migrans rutilans velut ipſa,
Noſtra manens turris, clypeus, necnon bis acuta
Rumphea, fortis & arcus erat, fortiſq; ſagitta.
Heu! cunctis oculos fontes tenebrant lacrymarum,
Atque pauore dolor contritis viſcera ſcindit.

Dicitur ab Aimoini continuatore lib. 5. c. 34. Paſtor benignus, & Heros dulciſſimus: Sirmondus autem in Analectis ad Capitula Caroli Calui Regis notat, in diuturno eius regno duos tantùm fuiſſe ſummos Cancellarios, Ludouicum S. Dionyſij Abbatem, & poſt hunc Gauslenum Epiſcopum Pariſienſem, qui ſub Ludouico etiam filio eodem functus eſt Magiſtratu.

46. Anschericus frater Tetberri Conſulis, ſiue Comitis Meldenſis, defuncto Goſleno Epiſcopatum adep-
887. tus ſub an. 887. eo tempore quo Rex Carolus Craſſus & Imp. ad auxilium Pariſiacæ ciuitatis adueniens, caſtra fixit ad Montemmartyrum; vnde Abbo ſic de illo canit:

Redditur Eccleſiaque diu Paſtore viduata,
Nobilis egregiúſq; ſacra pompatus honore,
Totius Anschericus *virtutis germine clarus.*

Fuiſſe illum bellicâ virtute inſignem argumento eſt, quod vnà cum Ebolo Pictauienſi Abbate, ſtrenuam operam nauauit in obſidione Pariſiacâ contra Normanos, quos aſſiduâ impugnatione, multíſque prælijs profligauit, ſocio Comite Odone, vt aſſerunt Annales Francorum S. Arnulfi Metenſis, & Regino lib. 2. quamobrem liberarâ Luteciâ, grati animi memor princeps Carolus, dum in Aquitaniam proficiſceretur, vrbis curam ei demandauit; ac denuò cum infidelibus aperto Marte congreſſus eſt iuxta Montemfalconem; inquit enim Abbo:

. . . . . quadringentis à mille remotis
Acephalos proſtrauit humi, peditũ comitatus
Agmine tercentum Paſtor, certamine acerbo
Nobilis Anschericus *ſpollens ex virginis ore:*

Nominatur in diplomate Odonis Regis an. 892. in chartulario Arremarenſi, & S. Germani Pariſienſis, vbi ſubſcribit tabulæ Roberti Comitis in hæc verba: In nomine *Sanctæ Indiuiduæ Trinitatis Karolus diuinâ propitiante clementiâ Rex. Nouerit vniuerſitas, quod quidam Comes nobis admodum dilectus nomine Robertus, necnon & grex ſcilicet monachorum S. Germani Pariſienſis, ad noſtram accedentes manſuetudinem obtulerunt preceptum nobis diuæ memoriæ atavi noſtri Karoli Imp. atque abaui noſtri Ludouici, necnon & Karoli nepotis aui noſtri, qui Pariſius rabie paganorum ſæuiente deuenit: deprecati ſunt, vt noſtram munificentiam auctoritatiuè eis reconceſſiſſemus. Nos verò pro Dei amore & S. Germani reliquorúmque Sanctorum veneratione, in quorum honore idem locus conſtructus habetur, id fieri conſenſimus. Vnde hoc noſtra altitudinis præceptum fieri, & memorato loco dari iuſſimus, per quod iubemus vt ſicut id memorato edicto atavi noſtri & abaui, necnon & memorati Caroli iunioris continetur, ita per ſuccedentia tempora, conſeruatum à nobis & ſucceſſoribus noſtris inuiolabiliter habeatur; reconfirmamus igitur iam dicto ſancto loco & fratribus ibidem Deo ſeruientibus, villas quæ in ſupradictis continentur edictis, &c. Signum Karoli Regis glorioſi. Ernuſtus Notarius ad vicem* Ascherici Episcopi *ſubnotauit. Datum* vsi. *Kal. Maias, Indict.* vs. *anno* xsi. *regnantis glorioſi Regis Karoli, redintegrantis eius* vi. *Actum Compendio Palatio in Dei nomine feliciter, Amen.* 892.

Extat verò in membranis monaſterij Reſbacenſis vetus exemplar conceſſionis Caroli Regis, in fauorem Anſcherici, cuius tenor huiuſmodi eſt:

« In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Carolus diuinâ propitiante clementiâ Rex. Si locis Sanctis & Sanctis cultibus mancipatis, opem noſtræ impendimus munificentiæ, profuturum nobis & ad præſentem vitam proſperè tranſiendam, & ad perpetuam facilius obtinendam omnino confidimus. Quocirca omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum præſentium, ceu futurorum nouerit religioſitas, quod Anschericus Parisiacæ vrbis Præſul venerabilis, noſtræ adiens præſentiam ſerenitatis, felicibus intimauit vocibus, noſtrorum coram præſentiâ fidelium, Eccleſiam S. Mariæ prædictæ videlicet vrbis quâ iſdem Præſul eſſe dignoſcitur, Normanicâ penitus

» infeſtatione deſtructam, atque ſæuitiâ
» conſuetâ prope ad nihilum redactam,
» vnde interuentu quorumdam Princi-
» pum vicinius nobis aſſiſtentium, Fre-
» derunæ videlicet coniugis cariſſimæ,
» necnon & dilectæ Giſlæ Abbatiſſæ, at-
» que venerandi Comitis Roberti, &
» Adelæ Comitiſſæ, Almari quinetiam,
» atque Erchengarij Comitum, & Ro-
» berti nobis dilecti, humiliter expetiit,
» vt ad ſupplementum deſolatæ Eccle-
» ſiæ, Abbatiam Sancti Petri Reſbacis
» nomine dictam, & quondam Hieruſa-
» lem cognominatam, in Comitatu * ſi-
» tam, quam iſdem Epiſcopus in benefi-
» cium hactenus habuiſſe dinoſcitur, per
» noſtræ authoritatis præceptum conce-
» dere dignaremur, quatenus eidem
» Præſuli, ſuiſque foret augmentum ſuc-
» ceſſotibus, quo noſtræ liberius poſſint
» ſeruitutis explere negotia. Præfato-
» rum igitur Principum cognoſcentes
» conſilia eſſe ſalubria, eorum acquieui-
» mus benignè poſtulationibus, atque
» communi conſenſu fidelium iam di-
» ctorum, S. Petri Abbatiam, quo fiat
» perpetuum Eccleſiæ S. Mariæ vrbis
» duntaxat Pariſiacæ & Epiſcopis eiuſ-
» dem loci adminiculum, Regiâ conce-
» dimus authoritate. Et vt hæc noſtræ
» authoritatis conceſſio firmior habea-
» rur, omnibus temporibus à noſtris con-
» ſeruetur ſucceſſoribus, continuúmq; in
» Dei nomine obtineat firmitatis vigo-
» tem, manu propriâ ſubterfirmauimus,
» & de annulo noſtro ſigillari iuſſimus.
» S. Caroli glorioſiſſimi Regis. Ernuſtus
» Notarius ad vicem ANSCHERICI
» eiuſdem Epiſcopi recognouit. Datum
» XI. Kal. Iunij Indictione X. anno XV.
» regnante Dom. Karolo gloriſſ. Rege,
» redintegrante X. Actum in villâ d'I-
» ſiaco in Dei nomine feliciter, Amen.

Ei Præſuli confirmatur donatio magni pontis Luteciæ præcepto Caroli Regis, quod è magno Paſtotali Pariſienſis baſilicæ depromptum dominus de Vyon d'Herouual pethumaniter ſuppeditauit hoc modo:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Karolus diuinâ propitiante clementia Rex; omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum fidelium præſentium ſcilicet futurorúmque religioſitas nouerit, quoniam* ASKERICVS PARISIACÆ *vrbis* PRÆSVL *venerabilis innotuit ſerenitati noſtræ, qualiter auus noſter dignæ memoriæ Rex Carolus, pontem iam dictæ vrbis cum areis & molendinis Eccleſiæ S. Mariæ, necnon & Epiſcopis eiuſdem loci, pro animæ ſuæ remedio per præceptum propriâ manu corroboratum condonauit perpetualiter poſſidendum. Vnde & iam humiliter petiit, vt præfatum pontem cum areis & molendinis, fratribus ibidem Domino militantibus, pro noſtræ remedium animæ, necnon & ipſius Præſulis, per noſtræ auctoritatis præceptum dignaremur concedere iugiter habendum, eorúmque ſtipendiis ac neceſſitatibus ſine intermiſſione deſeruiat, ſiue alicuius venturi Epiſcopi, Comitis quoque aut Vicecomitis, aut alterius reſpectu perſonæ, vel contradictione. Nos verò præfati Præſulis iuſtam & ſalubrem cognoſcentes fore petitionem, concedimus memoratis fratribus, per hoc noſtræ auctoritatis præceptum, ſupra dictum pontem, cum areis & molendinis, præcipientes, Regiâque auctoritate interdicentes, vt nullus Epiſcopus, Comes, vel Vicecomes, aut aliquis eiuſdem loci miniſterialis, præfatis fratribus & ſæpe dicto ponte, areis verò aut molendinis, aliquam præſumat facere inquietudinem; ſed quod benignè concedimus iugiter habeant, quietè teneant, ac perpetualiter poſſideant, & quidquid exinde facere voluerint, ſecundùm Canonicam auctoritatem, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem, pro noſtrâ duntaxat ſalute, & iugis quoque ac prolis, ac totius Regni ſtatu Dei miſericordiam aſſiduè exorantes. Et vt hæc noſtræ auctoritatis conceſſio firma iugiter & ſtabilis permaneat, manu propriâ ſubterfirmauimus, & annuli noſtri ſigillari iuſſimus impreſſione. Datum XVI. Kalend. Octobris indictione XII. anno XVII. regnante Karolo Rege glorioſiſſimo redintegrante XII.*

47. THEODVLFVS obtinet à Rege Carolo priuilegium immunitatis clauſtri & domorum Canonicorum Beatæ Mariæ Pariſienſis an. 911. vt li- 911.
quet ſequenti originali eiuſdem chartophilacij Paſtoralis : IN NOMINE »
Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Amen. »
Karolus diuinâ propitiante clementiâ »
Rex, &c. Igitur Sanctæ Eccleſiæ Dei »
fidelium noſtrorúmque tam præſen- »
tium quam futurorum nouerit indu- »
ſtria, quoniam adiens ſerenitatis no- »
ſtræ præſentiam dilectus noſter ac ve- »
nerabilis THEODVLFVS PARI- »
SIACENSIS Eccleſiæ Sanctæ Mariæ »
perpetuæ Virginis Epiſcopus, humili- »
ter deprecatus eſt, quatinus fratribus »
eiuſdem Eccleſiæ inibi Domino famu- »
lantibus, ex clauſtro eorum hoc no- »
ſtræ auctoritatis præceptum fieri iube- »

» mus. Ita vt illud ſine vllius Epiſcopi
» aut cuiuſlibet perſonæ inquietudine,
» ſicut à priſcis temporibus ad cohabi-
» tandum eis, pro obſeruando licentius
» ſuæ religionis propoſito conceſſum eſt;
» perpetim ſimul poſſidere valerent, at-
» que cohabitationes domorum ſuarum
» inibi conſtructas; Immo & in poſte-
» rum conſtruendas, abſque alicuius ca-
» lumniâ iugiter quietè obtinere poſ-
» ſent. Inſuper & cuicumque conſoda-
» lium ſuorum, aut pro ſuæ neceſſitatis
» negotio, aut iuſtæ auctoritatis arbitrio,
» ſigillatim eaſdem concedere & vende-
» rè vellent, liberaliſſimam id agendi
» poteſtatem haberent. Huius námque
» congruam ac neceſſariam conſideran-
» tes petitionem, necnon & proaui no-
» ſtri Karoli Imperatoris, cuius edicto
» optimatum Imperij ſui conſilio exiit,
» vt vniuerſa Canonicorum clauſtra abſ-
» que cenſus exactione abſoluta perma-
» nerent: & inclytæ prolis ipſius aui no-
» ſtri, ſcilicet Karoli Regis id præcepto
» roboratum eſt; inſuper & quicquid
» iidem Canonici infra clauſtra ædifica-
» rent, licentiam haberent, inde facien-
» di quod voluerint veſtigia, imitan-
» tes; placuit ſerenitati noſtræ eiuſdem
» Epiſcopi Theodulfi adquieſcere po-
» ſtulationibus, & munificentiæ noſtræ
» præcepto concedimus eiſdem fratri-
» bus S. Mariæ, vt prædictum clauſtrum
» illorum, tam ipſi quàm ſucceſſores eo-
» rum Domino ſeruientium, ab hodier-
» nâ die, & deinceps abſque alicuius
» ſenioris, vel vllius hominis impulſio-
» ne, ſimul cum domibus ſuis infra &
» extra exiſtentibus, indeſinenter liberè
» ac quietè poſſideant, & quicquid ex
» ijs videlicet omnibus vt dictum eſt
» agere voluerint, & Chriſto propitio in
» omnibus habeant poteſtatem facien-
» di pro noſtrâ tantummodò ſalute, con-
» iugiſque noſtræ Friderunæ ac prolis,
» totius quoque Regni ſtatu Domini
» clementiam propenſius obſecrantes.
» Vt autem huius auctoritatis præce-
» ptum per futura tempora inuiolabi-
» lem obtineat firmitatis vigorem, manu
» propriâ ſubterfirmauimus, & annulo no-
» ſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Si-
» gnum Karoli Regis glorioſiſſimi, Hu-
» go Regiæ dignitatis Notarius ad vi-
» cem Heruei Archiepiſcopi recogno-
» ui, & ſubſcripſi. Datum XV. Kal. Iu-
» lij. Indictione XIV. anno Incarnatio-
911. » nis Dominicæ DCCCC. XI. Regnante
» Domino Rege Karolo XXX. redinte-

A grante XIV. Actum villâ Cangiaco in «
Dei nomine feliciter, Amen. Dies «
obitus Theodulfi inſcribitur 8. Cal.
Maij in Calendario Pariſienſi.

48. Fulradus, poſt Theodulfum Pariſienſem rexit Eccleſiam an. 922. 922.

49. Gualterius I. cuius memoria habetur in veteri documento baſilicæ S. Mederici, quod infra relatum eſt his verbis: *In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ludouicus Dei gratiâ Rex; quatúmque pro amore Dei & reuerentiâ Sanctorum eius efficere bona*
B *deuotionis ſtudio contendimus, profutura nobis ad æternam beatitudinis gloriam facilius obtinendam, & ad præſentem vitam feliciter tranſigendam omnino confidimus. Nouerit igitur omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorúmque tam præſentium quam futurorum ſolertia, quia adeuntes præſentiam noſtræ ſerenitatis, illuſtres fideles noſtri Hugo Comes, necnon* Galterius Pariſiorum *Epiſcopus, atque Teudo Vicecomes humiliter petierunt, vt Eccleſia S. Petri in quâ S. Medericus corpore quieſcit, manufirmas quas fecerunt Comes Adalardus, & Abbo Vaſſus; vnde & præcepta corroborauerunt Charlomannus*
C *& Odo glorioſiſſimi Reges, præcepto noſtræ authoritatis renouaremus, atque confirmaremus; Placuit itaque celſitudini noſtræ, eorum ſaluberrimis acquieſcere poſtulationibus, ideo præceptum ex hoc noſtræ altitudinis fieri, & Ioanni, matríque ſuæ Alberada, filióque eius nomine Gaulterio dari iuſſimus, per quod præcipimus atque ſubemus, vt tam ipſa prænominata perſona &c. quàm ſucceſſores eorum prædicti, Eccleſia S. Petri & pretioſiſſimi confeſſoris Chriſti Mederici, Abbatiolam vbi adſpiciunt in vllâ Linaias manſelli XX. in Vuarias ſimiliter manſelli XX. in manſo Villare III. in Iuriaco manſos &c. Hac omnia in vtilita-*
D *tibus Eccleſiæ iam dictæ, in ſuorum vſibus omni tempore poſſideant, abſq; vllâ dominatione, neq; theloneum, neq; portaticum, neq; piraticum, ſeu viaticum, nec etiam vultaticum, exinde aliquid accipiat poteſtas iudiciaria. Vt autem hoc præceptum noſtræ authoritatis inuiolabilem in Dei nomine obtineat perpetuitatis vigorem, manu propriâ ſubterfirmauimus, atque annuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Signum Ludouici glorioſiſſimi Regis. Geraldus Cancellarius ad vicem Artoldi Archiepiſcopi recognoui. Actum Lugduni Clauati, Cal. February anno Dom. Incarnat. D. CCCC.* 936.

XXXVI. *Indict. autem v. anno verò primo Ludouico Rege glorioſiſſimo.* Repe-
941. „ ritur autem GVALTERIVS in Pan-
„ cartâ nigrâ Sancti Martini Turonen-
„ ſis, ſubſcriptus diplomati Hugonis
„ Abbatis, quo reddidit Canonicis S.
„ Martini portariam quamdam, pro ani-
„ mâ genitoris Roberti, & auunculi O-
„ donis Regis, teſtibus Teotolone Turo-
„ num Archiepiſcopo, Ernulfo Aurelia-
„ norum, Guidone Sueſſionenſium Præ-
„ ſulibus; Hugone Remenſi Archiepiſc.
„ Erberto & Bernardo Comitibus. Da-
„ tum auctoritatis præceptum; VII. Id.
„ Ianuar. Pariſius anno v. regnante Hlu-
„ douico Rege.. Gualterius Cancellarius
„ per iuſſionem Hugonis Abbatis.

TRVNCINISVILLA.

50. ASCELINVS DE TRVNCINISVILLA I. Abbas ſiue Præpoſitus Trunchinienſis cœnobij in Flandriâ, Balduini Calui Comitis Flandriæ filius ex concubinâ, dictus Adalbertus & Ecelinus; memoratur in vitâ S. Gerardi Bronienſis apud Surium 3. Oct. & Meyerum; Claudius Falchetus Antiquitatum Francicarum peritiſſimus ſcriptor lib. 1. 2. partis cap. 12. ſub
951. an. 951. ab Epiſcopatu eiectum ad fratrem commigraſſe recenſet; defunctus XVI. ſedis anno 977. Sepulturam habuit in ſacello S. Mariæ monaſterij B. Petri Blandinienſis diœceſis Gandauenſis, vbi tale Epitaphium viſitur:

Pauſant membrorum Paſtoris PARISIORVM,
Hoc dat ADALBERTO *ſumma Trias tumulo.*
Hunc ſic Balduinus generarat Marchia diuus,
Filius Arnulphi par patre, de parili.
Cum dat bis binas Februarius ire Kalendas,
Terrea depoſuit, Cœlica promeruit.
Hanc tibi fundauit Trias alma domúmque dicauit,
Quâ pretium veniæ ſunto preces animæ.

51. ALBERICVS.

52. CONSTANTIVS, nomen appoſuit veteri originali confirmationis monaſterij S. Petri in valle, à Ragenfredo Carnutenſi Præſule, cum Hildemanno Senonenſi, & Ioſepho Tu-
954. ronenſi Archiepiſcopis circa an. 954. cuius tabulæ in libro Aganonis S. Petri continentur.

53. GARINVS.

54. ELYSIARDVS, duo priuilegia pro immunitate rerum & poſſeſſionum Epiſcopi & Canonicorum impetrauit, primum quidem à Lothario Rege; alterum à Benedicto Romano Pontifice, diplomata ex eodem Paſtoralis Pariſienſis chartophilacio deſumpta, licet prolixiora cenſuimus apponere, quia faciunt ad propoſitum:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Lotharius genitor, genitúſque eius Lodouicus, vtrique opitulante gratiâ Dei Francorum Reges &c. Notum eſſe volumus omnibus S. Dei Eccleſiæ fidelibus, tam noſtris præſentibus quàm ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis* ELYSIARDVS PARISIENSIS ECCLESIÆ EPISCOPVS *noſtræ innotuit ſerenitati, ſuggerentibus itaque ac interuenientibus dilectis filiis noſtris, videlicet dulciſſimâ coniuge Emmâ, atque Hugone excellentiſſimo Duce, egregiiſque Præſulibus Alberone Remenſi, Gibuino Cathalaunenſi, quod pro Dei omnipotentis amore, & futuro eiuſdem Congregationis cauendo periculo, ne aliquâ ſucceſſorum ſuorum aut ſecularium perſonarum negligentiâ vel parcitate, ordo in eâ ſede commemoratâ futuris temporibus perturbaretur canonicus, quandam poteſtatem Spedonam nomine cum Eccleſiâ in honore S. Beati dicatâ, ac villam vocabulo Maſciacus, cum terris cultis & incultis, vineis, ſyluis, molendinis, pratis, paſcuis, piſtoriis, aquis aquarúmue decurſibus, & cum omnibus inibi iuſtè legalitérque aſpicientibus; quàm idem prælibatus Præſul Elyſiardus amore Dei ductus, tam à ſuo quam à ſucceſſorum ſuorum dominio auferens, in fratrum S. Mariæ præfatæ Sedis delegauit vſus, per hoc Regale præceptum ſtabili iure eis concederemus. Præterea humiliter exorantes petierunt, vt pro diuino intuitu, & pro ipſius Congregationis cauendâ neceſſitate, auorum noſtrorum præcepta Regum, ex ſtipendiis ipſorum fratrum, quæ in membranulis vetuſtiſſimis continebantur inſerta, in huius corpore præcepti breuiter accumulata, Regali auctoritate reconfirmaremus ad integrum. Ob firmitatem tamen religionis petiit memoratus Elyſiardus Epiſcopus, vt & clauſtrum ipſius Congregationis, ſicut ab auo noſtro Rege Carolo ſupplicante Theudulfo eiuſdem loci Epiſcopo confirmatum eſt, iure perpetuo ac ſtabili ordine corroboraremus, quo abſque vllius inquietudine tam ipſius Sedis Epiſcopi, quàm aliarum perſonarum ſecuri viuerent, & vnuſquiſque Canonicus ſuam propriam domum, cum omni ſubſtantiâ dare, vel vendere valeat, cuicumque voluerit tantùm ex fratribus, velut*

conſti-

conſtitutum eſt à priſcis temporibus. Nos verò quia petitioni eorum neceſſaria & rationabilis erat, aſſenſum præbentes, velut poſtulauerint fieri adiudicauimus, quatinus nullâ occaſione, nec Reſpub. ſeruitio quiſquam ex ſucceſſoribus ſeu ſecularibus perſonis, impedimentum in futuro eis inferre potuiſſet, pro quo à viâ rectitudinis, & obſeruatione Canonicâ eos oberrare neceſſe foret, ſed deputati ſibi rebus contenti, abſque neceſſitate & inopiâ, Canonicum Ordinem tenere, & ſine præuaricatione quantùm humana ſinit fragilitas obſeruare quiuiſſent. Et ſemetipſis ſemper per communem omnium aſſenſum eligentes Præpoſitum & Decanum, qui & eorumdem prauideant villas, & debita ſtipendia, fratribus fideliter adminiſtrent. Quapropter ſtatuimus atque iubemus, & noſtrâ præcepsione confirmamus eis villas, quas dudum per priuilegia & per præcepta Regum habere noſcuntur, ad eorum neceſſitates procurandas, & metu futurorum caſuum, propellendo, videlicet Andreſiacum cum Eccleſiâ & altare omníque integritate & ſuis adiacentiis, Aurelsacum cum Eccleſiâ & altare ſuíſque appenditiis, Ciuiliacum cum Eccleſiâ & altare & omnibus inibi adiacentibus, Laiacum, Caſtanetum cum Eccleſiâ & altare omnibúſque adiacentibus, Baniolum cum Eccleſiâ & altare cæteríſque appenditiis, Sulciacum cum Eccleſiâ & altare, & Reſinlarziaco & in Lotueo villâ, cum omnibus ad vſus fratrum pertinentibus, Chriſtoilum cum Eccleſiâ & altare, vel quidquid inibi ad prædictorum ſtipendia pertinet. Hæc autem ſeptem altaria Pariſiacæ Sedi attinentia, prædictus Præſul Elyſiardus, ex proprio dominio ſuo, ſine ſuorúmque venditione, nullo contradicente ſtipendiis perpetualiter attribuit, ipſorum fratrum. Alertacum videlicet, Steouillam, Roſetum, Cellas, & Vernou, Machelum & Sameſſum, Mintriacum, & Mauriacum cum Eccleſiis, & vniuerſis ad ſe pertinentibus. Virſacum cum omnibus quæ videntur ad prædictorum vſus fratrum aſpicere, ſed & medietatem nonæ ac decimæ quæ de rebus ipſius Eccleſiæ, quæ abſtracta fuerant ab iis qui eis vtuntur accipi ſolent. Hanc ergo prædictam poteſtatem ſpedonam, & has nominatas villas cum omnibus appenditiis, & redditibus ſuis, vt diximus, ad omnes eiuſdem Congregationis neceſſitates, & ſuſtentacula mortalis vitæ miniſtranda, vel quod à longo tempore ibidem ſunt aſpicientia, vel ad præſens aſpicere videntur, aut deinceps à Domino timentibus additum, vel collatum fuerit, Regali auctoritate & indulgentiâ, per hoc præceptum confirma-

A *tionis noſtræ ſtabili iure eis concedimus, ac confirmamus. Præcipientes vt nullus Epiſcoporum, per ſucceſſiones ſubtrahere, minuere, aut vſus ſuos retorquere, vel alicui in beneficium tribuere, neque vllum impedimentum ex prædictis rebus eis inferre, ſed nec ſeruitia ex eiſdem villis exactare, neque vllas in aliquâ re exactiones inde exigere præſumant; ſi augere eis aliquid placuerit licitum habeant; diſtrahendi autem vel minuendi ea quæ pro Dei ſtatuta ſunt amore, nequaquam valeant. Eo námque ordine præcipimus & corroboramus pro ſalutis noſtræ remuneratione, & pro S. Eccleſiæ Dei ſtatu, Reíquepublicæ gubernatione, ve-*
B *lut anteceſſoribus noſtris confirmatum eſt, vt nullus vnquam ex iudiciariâ poteſtate accinctus, vel quocúmque modo, nulliſque ingeniis in prædictis villis aliquam iudicandi poteſtatem inibi exerceat, neque aliquem cenſum, neque teloneum, neque ripaticum, neque roraticum, neque portaticum, neque bannum, nec freda, nec vllas diſtrictiones faciendas, nec vllas paratas requirendas, nec foraticum, nec pulueraticum, nec vllas leges faciendas, nec de liberis hominibus, albaníſque, ac colonibus in dictâ terrâ commanentibus aliquem cenſum, vel*
C *aliquas redibitiones accipere præſumat, ſed quicquid fieri noſcitur, inde exigere aut ſperare præſentialiter potuerit, requirere non præſumat. Et ſi forte calliditate Iudicis ipſæ emunitates alicubi interruptæ fuerint, priſcorum lege id eſt ſolidis* DC. *mulctetur. Petimus ergo ſucceſſores noſtros, vt hanc noſtram liberaliſſimam, ita conſeruent conceſſionem, ſicut ea quæ ob amorem Dei æternámque mercedem ſtatuerint, à ſuis voluerint ſucceſſoribus eſſe ſeruanda. Et vt hæc authoritas quam ob dilectionem Dei & animarum noſtrarum remedium ſtatuimus, firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem manibus propriis eam ſubterfirmauimus. S.*
D *Hlothary glorioſiſſimi Regis, filiíque eius Ludouici. Arnulphus Cancellarius ad vicem Alberonis Archiepiſcopi recognouit. Actum Compendio palatio.*

Benedictvs Episcopvs *ſeruus ſeruorum Dei &c. Noſcat igitur veſtra excellentia laudabilis manſuetudo, quod* Elysiardvs Parisiacæ *Sedis Epiſcopus, adiens limina Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ, inſtantia oſtendens Regalia præcepta, quæ pro remedio animarum ſuarum, necnon & anteceſſorum noſtrorum priuilegia Eccleſiæ B. Dei genitricis Mariæ & S. Protomartyris Stephani præfati loci, firmâ conſcriptione tradiderunt. Hâc autem ratione commotus*

ſupplici deuotione deprecatus eſt nobis, quatinus ei Apoſtolicâ auctoritate reconfirmaremus prædictas conceptiones, & Epiſcopatum præfatæ Sedis, cum omnibus pertinentiis vel adiacentiis ſuis, videlicet Abb. S. Eligij Abb. S. Germani Rotundi, Abb. S. Marcelli, Abb. S. Clodoaldi atque S. Martini Abbat. S. Petri quæ dicitur Reſbacis, Abbat. S. Saturnini de Caurosâ, Abbat. quæ dicitur Nigella, Abbat. S. Martini, quæ eſt in campellis, Abbat. S. Petri quæ dicitur Caziacus ſuper Matronam cum omnibus adiacentiis earum, & quicquid tam in præſens quàm in futurum præfata Eccleſia poſſidenda eſt. Simili modo de ſtipendiis fratrum ipſius loci, ſcilicet Spedonam poteſtatem, cum Eccleſiâ ac villulâ nomine Macerias, cum omnibus inibi iuſtè legalitérque aſpicientibus, quam idem prælibatus Præſul Elyſiardus, amore Dei ductus, tam à ſuo, quàm à ſucceſſorum ſuorum dominio auferens, in fratrum S. Mariæ præfatæ Sedis delegauit vſus. Andreſiacum cum Eccleſiâ & altare omníque integritate & ſuis adiacentiis. Aureliacum cum Eccleſiâ & altare ſuíſque appenditiis; Ciuiliacum, Laiacum cum Eccleſia & altare omnibúſque inibi adiacentibus, Caſtenetum cum Eccleſiâ & altare ſuíſque appenditiis, Baniolum cum Eccleſia & altare & ſuis appenditiis, Sulciacum cum Eccleſiâ & altare cum omnibus ad vſus fratrum pertinentibus, Chriſtoilum cum Eccleſiâ & altare, vel quicquid inibi ad prædictorum pertinet ſtipendia. Hæc enim ſeptem altaria præfata Sedi attinentia memoratus Præſul, ex proprio dominio ſine ſuâ ſuorúmque ſucceſſorum venditione, nullo contradicente ſtipendiis perpetualiter ipſorum attribuit fratrum; Aleriacum & Steouillam, Rozetum, Cellas, & Vernou, Machellum, & Sameſium, Nintriacum, Mauriacum cum vniuerſis Eccleſiis ad ſe pertinentibus, Viriacum cum omnibus quæ videntur ad prædictorum vſus fratrum aſpicere, ſed & medietatem nonæ & decimæ, quæ de rebus ipſius Eccleſiæ abſtractæ fuerant, ab iis qui eis vtuntur, accipi ſolent. Fontenetum cum Eccleſiâ, Vilcenam cum omnibus inibi adiacentiis, ob firmitatem religionis prout ſuperius taxatus Elyſiardus Epiſcopus, vt & clauſtrum ipſius congregationis iure perpetuo confirmaremus, quo abſque vllius inquietudine, tam ipſius loci Epiſcopi, quam aliarum perſonarum ſecuri viuent, & vnuſquiſque Canonicus ſuam propriam domum, cum omni ſubſtantiâ dare vel vendere valeat, cuicúmque Canonico voluerit ex ipsâ Congregatione, nullíque alio velut inſtitutum eſt à priſcis temporibus. Nos inſpectis piiſsimorum auctorum, & paternis

A præceptionibus, libuit nobis petitionibus eiuſdem Epiſcopi aſſenſum præbere, vt ſub iure & patrocinio S. Romanæ & Apoſtolicæ S. Matris Eccl. omnia firma atque inuiolata iugiter maneant, præcipientes Apoſtolicâ auctoritate iam dictis Canonicis, eligentes ex ſemetipſis per communem omnium aſſenſum Præpoſitos, & Decanos, qui & eorum prouideant villas, & debita ſtipendia, eis adminiſtrant fideliter. Cúmque ordine præcipimus, vt nulli Epiſcoporum per ſucceſſiones ſubtrahere, minuere, aut ad vſus ſuos retorquere, vel alicui in beneficium tribuere, neque vllum impedi-
B mentum ex prædictis rebus fratrum inferre, ſed nec ſeruitia ex eadem terra exactare, neque vllas in aliquâ re exactiones inde exigere præſumant, ſi augere eſt aliquid placuit, licitum habeant; diſtrahendi autem vel minuendi, ea quæ pro Dei amore ſtatuta ſunt, nequidquam valeant; ſtatuimus namque ſub diuini iudicij intuitu, obteſtatione & B. Apoſtolorum Petri & Pauli noſtraque humilitatis iuſsione, vt nullus vnquam ex Imperatoribus, Regibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Principibus, vel ex omni Iudicaliâ poteſtate accinctus, ſeu in quolibet ordine & miniſterio conſtitutus, in ſupradictis Epiſcopi vel Canonico-
C rum rebus, nec in ipsâ inſulâ vbi ciuitas Pariſius videtur eſſe poſita, & de Regali viâ ex parte S. Germani Rotundi & S. Mederico vſque ad locum qui vulgo vocatur Tudella in rugâ eiuſdem S. Germani, nec in aliis minoribus viis quæ tendunt ad idem Monaſterium, aliquam iudicandi poteſtatem inibi exerceat, nec aliquem cenſum, neque theloneum, neque ripaticum, neque roraticum, neque poſtaticum, neque bannum, freda vel vllas diſtrictiones faciendas, nec vllas paratas requirendas, nec foraticum, nec pulueraticum, nec vllas leges faciendas, nec de liberis hominibus albaniſque ac colonibus in ſupradictâ terrâ commanen-
D tibus, aliquem cenſum, vel aliquas reddibitiones accipere præſumant, nec quamlibet maliciam, nec iacturæ moleſtiam, ibidem ſiue pacis, ſiue belli tempore inferre conetur, dum profectò amodo vſque in finem ſeculi vt prædictum eſt, ſummâ ſtabilitate ſub patrocinio & iuriſdictione S. Rom. Matris Eccleſiæ permanendo, cuncta decernimus: Si quis autem, quod non optamus, hæc quæ à nobis ad honorificentiam S. Dei Genitricis Mariæ & B. Protomartyris Stephani, ceterorúmque Sanctorum quæ ibi venerantur, pro ipſius ſtabilitate Epiſcopatus ſtatuta ſunt, tranſgredi auſu nefario præſumpſerit, ſciat ſe anathematis vinculo innodatum, & cum

diabolo & omnibus impiis, æterni incendij atrociſſimo ſupplicio deputatum. At verò qui pio intuitu cuſtos & obſeruator horum præceptorum exſtiterit, omnimodæ benedictionis gratiam, omniúmque peccatorum ſuorum abſolutionem & indulgentiam, & cæleſtis vitæ beatitudinem cum ſanctis & electis à miſericordiſſimo Domino noſtro conſequi mereatur, in ſæcula ſæculorum. Amen. Datum III. Kal. Januar. per manum Dom. Stephani Bibliothecarij S. Romanæ Eccleſiæ.

55. Gislebertvs, ſiue Engelbertvs, de cuius obitu Glaber
» Rodulphus lib. 2. c. 7. Vilermus, in-
» quit, Pictauorum Dux ſub eodem tem-
» pore vitam finiuit. Pontifices item in
» Galliis quique religioſiores à ſeculo
» exceſſerunt, Manaſſes videlicet vir
» ſanctitate plenus, Trecorum Epiſco-
» pus, & Gislebertvs Pariſiorum,
» necnon & Geboinus Catalonorum
» cum aliis pluribus.

Vendosme Aecun. 56. Rainaldvs de Vendosme Comes de Vindocino & Meleduno, Burchardi I. Comitis Vindocinenſis, Meleduni & Pariſienſis, cognomento Vetuli, & Eliſabethæ relictæ Aimonis Comitis Corbolij filius; frater Burchardi II. Comitis Meloduni, & Elizabethæ vxoris Fulconis Nerræ Comitis Andegauenſis. Ragenaldum etiam vocat Odo in vitâ primi Burchardi, & ſub Hugone Capeto Rege fuiſſe Cancellarium Franciæ docet an.
988. 988. quo Lutetiæ 13. Cal. Iulij diploma edidit in gratiam Foſſatenſis monaſterij; non multò poſt Epiſcopatus honore condecoratus, inſcribit enim ſe Comitem Miledunenſem, & S. Mariæ Sedis Pariſiacæ Epiſcopum, in chartâ Roberti Regis pro Eccleſiâ S. Dionyſij de carcere:

» In nomine S. Trinitatis Rot-
» bertus diuinâ propitiante clementiâ
» Rex, &c. Omnium ſanctæ Dei Eccle-
» ſiæ fidelium, noſtrorúmque tam præ-
» ſentium quàm & futurorum nouerit
» induſtria, quoniam adiens ſerenitatis
» noſtræ præſentiam, quidam fidelium
» noſtrorum nomine Anſoldus, & vxor
» ſua Reitrudis, aſſenſu Rainoldi
» Milidvnensis Comitis & Sanctæ
» Mariæ Sedis Parisiacæ Epis-
» copi, humiliter deprecatus eſt, qua-
» tenus Canonicis S. Dionyſij de Pari-
» ſiaco carcere peruigili prece inibi do-
» mino famulantibus, ex quadam villâ
» quæ vulgò vocatur Lembuecas, cum
» Eccleſiâ & omnibus appenditiis, terris
» cultis & incultis, omnibus mancipiis,
» hoc noſtræ authoritatis præceptum
» fieri iuberemus: eius námque con-
» gruam conſiderantes petitionem, præ-
» dictis Canonicis S. Dionyſij prædi-
» ctum allodum ſub præcepti authori-
» tate, cum Eccleſiâ & omnibus appen-
» ditiis concedimus perpetualiter ha-
» bendum, &c. Vt huius autem autho-
» ritatis præceptum per futura tempora
» inuiolabilem obtineat firmitatis vigo-
» rem, manu propriâ ſubterfirmauimus,
» & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri
» rogauimus. Franco Cancellarius Pa-
» latij ſubſcripſit. Actum in Palatio Au-
» relianis. Eiuſdem Epiſcopi donatio
Pariſienſibus Canonicis facta deſumitur ex citato Paſtorali in hæc verba:

Ioannes *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. In Dei nomine & pace Sanctorum omnium permotus ego* Regenoldvs Parisiorvm Episcopvs *ex mei vice officij, commiſſi gregis vigilanti curâ ſollicitus, & memor magnæ diei tremendi examinis, & vtriúſque iuſtorum, ſiue iniuſtorum retributionis, operæpretium duxi, & acceſſibus patrimoniorum meorum, felici commercio mihi internorum ſubſidia ciuium fœnorari. Cuius deuotionis feruore ſuccenſus, notum eſſe volo omnibus tam & futuris, quàm & præſentibus, quod ob ſempiternæ præmia remunerationis, & pro obtinendâ delictorum veniâ genitorum meorum Comitis videlicet Buchardi, eiúſque opinatiſſimæ coniugis Eliſabeth, vt gremiis ſanctæ immortalitatis conſoueri, & iucunditate lucis æternæ perpetim mereamur lætari, placuit veſtræ reuerentiæ ſynodali conuentu & fauore, ac notitiâ cœtus reipub. quoddam alodum vulgo vocitatur largum campum, conferre S. Mariæ Pariſiacenſi Eccleſiæ, & rebus, vel vſibus deputare fratrum inibi degentium, Dominóque canonicè militantium. Vt autem prædictus Largus campus in pago & Comitatu Vuaſtinienſi conſitus, ſiluis, villis, & villulis, vineis, pratis, terris cultis & incultis, cum Eccleſiâ in honore S. Maturini dicatâ cum omnibus appenditiis ſuis, eâ quidem lege; ac omne iam dicti poſſeſſionem allodi S. Mariæ & prædictis collegis Canonicæ Congregationis offerimus, vt noſtri memoriale illis ab omnibus habeatur in pſalteriis, ac Miſſarum ſolemniis, ac cunctis veſpertinis, ac matutinalibus vigiliis, perpetuóque ſit ratum iure, tandémque noſtri anniuerſaria, videlicet*

patris & matris, atque ipſius Antiſtitis Ragenoldi, vt ſolemni deuotione & celebri commemoratione, annuatim profiteatur obnixè precamur. Si quis verò rationis expers, liuore & facibus auaritia perſuaſus, noſtræ deuotionis adeò munificum pignus auferre, & quolibet iure, quâcunque iniuriâ voluerit impedire, mille auri librarum fratribus, vllis Canonicis S. Mariæ Regiâ ſublimitate cogatur exoluere, & ruſticano more vel paralitate, ſubmiſſus, capitalis cenſus diſſolutione plectatur, & ad tollerandum perpes totius perpetuitatis tormentum, auctoritate Patris & Filij & Spiritus Sancti ſit maledictus & confuſus, & nullis Sanctorum ſuffragiis mereatur mederi; ſítque coniunctus Diabolo & Angelis eius in inferno inferiori, & pereat in æternum. Datum IV. Non. Decembr. per manus Petri Abbatis, & Cancellarij ſacri Lateranenſis Palatij, anno III. Pontificatus Domini Ioannis octaui decimi, & vniuerſalis Papæ in ſacratiſſimâ ſede B. Petri Apoſtoli indictione V. Rainaldo autem Robertus Francorum Rex, pro ſalute animæ Comitis Burchardi & Eliſabethæ Comitiſſæ, præcepto Regali firmauit omnia dona Teuroni Foſſarenſis monaſterij Abbati conceſſa, annuente Reginâ Franc. Adelaide & Bertâ Roberti vxore; conſcriptum hac de re habetur di-
998. ploma XIII. Cal. Maij Lutetiæ an. 998.
in tabulario Foſſarenſi, vbi aſſeruatur
» ſequens membrana fol. XVII. EGO
» BVRCHARDVS nutu Dei & gratiâ
» Domini noſtri Francorum Regis Ro-
» berti, caſtri Comes Corboili, vnà cum
» filio meo RAINALDO venerabili
» PARISIENSIVM Epiſcopo conce-
» dimus, & iuris perpetui dono acquieſ-
» cimus, & acquieſcendo fauemus, vt
» omnis cuiuſcúmque ordinis Militiæ ſit
» vel Clericatus, qui de noſtro beneficio
» aliquid in feudum quamuis magnum
» vel paruum poſſideat, licentiam dandi
» aut relinquendi partem ex illo, Eccle-
» ſiæ Foſſatenſis Abbati Theobaldo qui
» ipſi Eccleſiæ præeſſe noſcitur, cunctiſ-
» que eius ſucceſſoribus & monachis il-
» lic Domino militantibus, habeant &
» hoc abſque ſcitu & aſſenſu Domino-
» rum, de quibus videntur poſſidere ſem-
» per faciant. Hoc itaque donum tam
» peculiare & maximum Foſſatenſi Ec-
» cleſiæ facimus, inſuper addentes, vt ſi
» quis Clericorum aut Canonicorum
» eiuſdem caſtri voluerit monachus ef-
» fici, Foſſatis efficiatur, ſiue diues ſit ſiue
» pauper: laïci denique extra parochias
A ſuas ad nullam aliam Eccleſiam ad- »
mittantur, niſi ad Foſſatenſem, quia »
hoc in mandatum à dominis & princi- »
pibus Regibúſque meis Hugone atque »
Roberto filio eius accepimus, vt omne »
bonum quod ipſi Eccleſiæ impendere »
quoquomodo poterimus, eorum fulti »
authoritate & auxilio faciamus. Vt »
igitur noſtri memoria à Cœnobitis »
ſemper habeatur & recolatur in ea- »
dem Eccleſiâ, huius conceſſionis deſ- »
cribere iuſſimus cartham, &c. Actum »
publicè in curiâ Corboili. Addimus »
& tabulam donationis huius Burchardi, filiíque Raynaldi è chartophilacio B Abbatiæ Maioris-monaſterij deſumptam:

IN NOMINE DOMINI *Dei & Saluatoris Ieſu Chriſti, Rotbertus Rex & Auguſtus diuinâ ordinante prouidentiâ. Si illius amore cuius munere ceteris mortalibus ſublimiores ſumus, proprias facultates in alimoniis pauperum ſeu veſtrum, quod vſibus die, noctúque inuicem ſeruientium dignâ retributionis mercede diſtribuerimus, à Domino remunerari fideliter credimus. Nos quoque congruis petitionibus fidelium noſtrorum, quas pro vniuerſitate nobis annuunt gratuitâ mente, ſecundùm noſtræ* C *Regalis magnificentiæ negotium probemus, protinus conſenſum vt cultum Regiæ celſitudinis ſectari videbimur, eóſque ad noſtræ fidelitatis profectum deuotiores, & ad tutamen ſummi Regnorum gubernaculi promptiores ſentiamus. Quapropter nouerit vniuerſorum induſtria, tam etiam præſentium quàm futurorum, quia deprecatum adiens fideliſſimus Comes Burchardus, illiúſque filius* PARISIORVM *Antiſtes, noſtræ Regalis largitionis munificentiam, vt ex rebus ſuorum beneficij, pro indulgentiâ eorundem animarum, concederemus eis aliquid perpetualiter condonare, oratorio videlicet piiſſimi Confeſſoris Epiſcopi Martini, quod Maius-monaſterium præ ceteris in noſtris partibus huius nuncupatur, ad vſus* D *fratrum ibidem Deo deuotè famulantium, hoc eſt etiam Capella quadam S. Audoëni vice conſeruatâ, quæ proprio noſtro olim eidem loco videbatur adiecta, ſed à Ducibus Franciæ fuiſſe priuata, ab eodem loco verè ſcitur hactenus beneficióque collata; Quorum petitioni propter amorem & venerationem prædicti ſanctiſſimi egregij alacriter adquieuimus, & memoratam Eccleſiam cum omni eiuſdem adiacentiâ vineis, pratis, ruribus incultis, atque cultis curſus aquarum ac mancipia vtriúſque ſexus, per noſtræ traditionis auctoritatem ad eundem locum*

reſtituimus & prætitulamus, eo ſcilicet tenore, vt perpetuo in ipſius iure monaſterij conſiſtat inconuulſa, & nullus fidelium noſtrorum, neque Abbas ipſius monaſtery, vel etiam Deo diſpenſante noſtrorum ſucceſſorum vllam habeat poteſtatem, prelibatam Eccleſiam, atque omnia quæ ad eam pertinere noſcuntur, de vſu fratrum degentium inibi abſtrahendi vel minorandi; ſed ſicut ſupra ſancitum eſt, memorata congregatio ſucceſſoréſque ſui ad id, quod ſuperius diximus, de iis rebus quidquam inde quolibet modo exigi poteſt, ſed habeant licentiam faciendi, ordinandi atque in melius diſponendi, tam preſentibus, quàm futuris temporibus. Proinde verò vt eis libentius pro noſtri auxily augmento, poſterorúmque noſtrorum Domini miſericordiam impetrare delectet. Et vt hac noſtræ conceſſionis atque reditionis auctoritas perpetuùm & vndique parte contineat ſubnixum vigorem, propria manu corroborauimus, ſubter eam & annuli noſtri ſuperficiis preſignari iuſsimus. Memoratur & in alio præcepto immunitatis Roberti pro allodio Ayuteo pagi Pariſiaci, quod ab ipſius beneficio Ermenfridus poſſidebat, vbi honore Pontificali prælucens dicitur
1000. 7. Cal. Nouembr. an. 1000. donationem verò præbendæ in Cathedrali percipiendam à Foſſatenſibus, olim ab Æneâ anteceſſore conceſſam appro-
1006. bauit an. 1006. Indict. IV. pridie Cal. Maias, vt eſt in chartulario S. Martini Pariſienſis, & S. Mauri; eiuſdem Epiſcopi conſilio, auctore Aimoino lib. 5. c. 46. Leothericus Archiepiſcopus Senonenſis hanc ciuitatem expugnauit,
1015. & Roberto Regi reddidit an. 1015. 10. Cal. Maij. Videndi Breulius in ſupplemento Antiquitatum Pariſ. & Scriptor miraculorum S. Maioli lib. 2. c. 3. apud Andream Quercetanum in notis bibliothecæ Cluniacenſis. Deceſſit Ray-
1020. naldus 8. Idus Ianuarij 1020. ex tabulis antiquis Vindocinenſibus, Lutetiæ ſepultus.

57. Azelinus II. ſiue Enzelinus, quem exiſtimant eum eſſe de quo Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus loquitur epiſtolâ 88. quam hîc referre lubet: Venerabili *Fratri in Domino & conſacerdoti ſuo A. Fulbertus*, Abſit Frater vt credatur, verum eſſe quod ſcripſiſti, meum Archipræſulem & me, tuam confeſſionem publicaſſe, non eſt enim verum. Túque, dum talia ſcribis, benè meritis de te ingratus es, & iniuſtè contumeliam facis, ſi quâ enim

A honeſta tua nouimus, aut ſperauimus, fideliter ea publicauimus, ad teſtimonium tuæ probitatis, contra illos maximè, qui diſceſſionem tuam ab Epiſcopatu, auaritiæ vel ignauiæ, vel turpitudini aſcribere nitebantur. Si quæ verò occulta, quæ pœnitenda forent, noſtræ fidei credidiſti, cautè celata ſunt. At ſi talia confeſſus es, quæ & prius & poſtmodo ore vulgi ventilata ſint, ea nos occultare nequiuimus. Comperi autem ex literis tuis tibi moleſtum eſſe, quod te monaſticæ vitæ diximus amatorem, quod quia nocere non intelligo, moleſtum eſſe demiror.
B Amor námque Religionis, Epiſcopali gradu quem repetis dignum, te potius, quam indignum efficeret, ſi nihil aliud impediret. Verum autem ſit, vel quidquid ſit, quod impediat, ſagacitatem tuam non arbitror ignorare, ſi quædam grauis cauſa quam diſſimulas non obſtaret. Ea eſt huiuſmodi. Si de repetendo Epiſcopio querimoniam incipere velis, non ſatis apparet, cui eam iure intendere poſſis. Nullus enim te expulit, nullus Cathedram tuam te renitente peruaſit. Sed tute-met vltro causâ ægritudinis, vt aiebas, curam Epiſcopalem ſimul & Cathedram reli-
C quiſti, vt perhibent; & ſiue Franconem tunc Decanum Pariſienſis Eccleſiæ, ſiue quemlibet alium ſubrogari tibi verbis & ſcriptis à Rege petiſti. Quod ſi ita eſt, & ſic tibi conſequenter ſubſtitutus eſt Franco eligente Clero, ſuffragante populo, dono Regis, approbatione Romani Pontificis per manum Metropolitani Senonenſis, fulcitur vtique ſubſtitutio & conſecratio eius, fauore quoque & authoritate B. Gregorij Papæ, qui ſcriptis ſuis ſicut nulli Pontificum non petenti pro qualibet ægritudine ſuccedendum fore docuit, ita voluntariè renuncianti Sedi ſuæ
D ſucceſſorem nullo modo denegauit. Si quid aliud eſt, quare te Epiſcopatu carere oporteat, tute noueris. Sin autem hoc tanti nobis eſſe videtur, vt te facere valeat, recuperationis exortem. Quapropter deſine curioſos inſtigatores audire, deſine Reges & Principes inefficacis querimoniæ tædioſis ſcriptitationibus fatigare, & Eccleſiæ Pariſienſi te importunè obtrudere velle, quæ, vt fatetur, nec patronum te habuiſſe gauiſa eſt, nec doluit amiſiſſe. Quippe cùm neque ex præſentiâ tuâ doctrinæ profectum, neque ex abſen-

» tiâ ſenſerit detrimentum. Viue memor A
» noſtri.

58. Franco ex Decano Pariſien-
ſis Eccleſiæ, & Franciæ Cancellario,
vt eſt in diplomate Roberti Regis pro
S. Martino Pariſienſi, & apud Odo-
nem Foſſatenſem in vitâ Burchardi
» Comitis: Regis, inquit, adeuntes præ-
» ſentiam deprecati ſunt, vt hæc dona
» præcepti ſui authoritate roboraret:
» conſcripto itaque teſtamento, ac mo-
» nogrammate Regis manu facto, Fran-
» co tunc Cancellarius, poſtea verò Epiſ-
» copus Pariſiis factus, imaginem Regis
» impoſuit. Factum eſt hoc in prædictâ
1000. » vrbe anno Incarn. Chriſti milleſimo.
De illius electione Fulbertus idem
ſic fatur in epiſtolâ 88. ad Robertum
» Francorum Regem: Ex parte celſitu-
» dinis veſtræ dictum eſt, quòd Dom-
» num Franconem Pariſiacenſi Ec-
» cleſiæ date vultis Epiſcopum, & ad
» hoc peragendum noſtræ humilitatis
» habete fauorem. Nobis autem vide-
» tur, quia ſi Epiſcopus de quo agitur,
» aptus eſt Clericus, eſt optimè litera-
» tus, & ad ſermonem faciendum agilis:
» in quâ re omnes Epiſcopos decet eſſe,
» non minus quàm in operatione po-
» tentes, atque diſcretos. Vnde ſi hoc
» fieri poſſe Canonici Archiepiſcopi Se-
» nonenſis, & Coëpiſcoporum noſtro-
» rum probauit ſagacitas, noſtrum etiam
» qui de hac diſcuſſione appellati non
» fuimus habeatis aſſenſum; Nominatur
& in chartâ dotationis S. Trinitatis
Fiſcanenſis anno 1005. Fato exceſſit
1030. 8. Kal. Aug. circiter an. 1030.

> Vergy.
> De gueulles à trois quintefeuilles percées d'or.

59. Hvmbertvs de Vergy,
aliàs Enzelinvs, Valonis domini
de Vergeio & Iudithæ de Fonuens fi-
lius, Imbertum Albericus in chron.
ſub an. M. XV. eum vocat, ſed minus
rectè Roberto Franciæ Rege natum
refert. Fuit autem is primò Lingonen-
ſis Canonicus, dein Archidiaconus
eiuſdem Eccleſiæ, vt indicat chron.
» diui Benigni Diuionenſis: Anno ab
» Incarnat. Dom. M. XIV. Epiſcopus
» Bruno obiit, cui ſucceſſit Lambertus,
» in cuius diebus quidam Archidiaconus
» Lingonenſis Eccleſiæ, Pariſiorum po-
» ſtea Epiſcopus Hvmbertvs no-
» mine, Abbatiam S. Amatoris ſitam
» ante mœnia ipſius vrbis, quam bene-
» ficij iure tenebat, à Preſule memoratæ
» Sedis, obtulit S. Benigno per donum
» & laudem prædicti Epiſcopi Lamberti
A quatenus ibi monachi ſiſterentur. In- »
de verò Archidiaconus Eduenſis, fun-
dauit in Eccleſiâ caſtri ſui Vergeij,
collegiatam baſilicam ſub patrocinio
S. Dionyſij, annuente Eliſabethâ Co-
mitiſsâ, Roberto & Gaufrido nepoti-
bus, cuius documentum extat in ar-
chiuio Vergiaco Maij 3. an. 1023. Poſt- 1023.
modum ſublato è viuis Francone, Ro-
bertus Rex Humbertum ob egregias
animi virtutes donauit, Pariſienſi Epiſ-
copatu circiter an. 1030. quo tempore 1030.
inaugurauit Eccleſiam Foſſatenſem S.
Mauri in ſuâ diœceſi ab Odone Abba-
te conſtructam. Porrò ſubiecit prote-
B ctionem Collegij Vergiacenſis capitu-
lo B. Nazarij Eduenſis, vt ex hoc Hi-
ſtoriæ Vergiacæ originali patet:

Ego Enzelinvs Pariſien-
ſivm *Dei gratiâ Epiſcopus, Vergiacen-*
ſium verò Patronus, & hereditario iure
Dominus, infra prælibati oppidi ſepta Mo-
naſteriolum à me ob mei parentúmq; meo-
rum requiem, vitaque æternæ adeptionem
conſtructum, & in honorem S. Dionyſij
Martyris dedicatum, quantulácunque meæ
hereditatis portione pro modulo meæ poſſibi-
litatis ditaueram, Clericóſque inibi die no-
ctúque vigilantes obſequentiſſimè, prout
prædicta facultas poſtulabat, adhibueram.
C *Porrò proſpiciens magna quæque ad infe-*
riora relabi, minora verò difficile ad altio-
ra poſſe erigi, cum mundus iam ſeneſcens
poſitus ſit in procliui, Eccleſia autem Chri-
ſti vndique aduerſitatum procellis irruenti-
bus, diuini auxilij anchorâ firmata, ad æ-
ternæ ſecuritatis littus tendens vix pericu-
lum euadat naufragij: hanc quam prædixi
Eccleſiam alieni cognoui adminiculi egere.
Quod quomodo inueniretur circumſpiciens,
ad S. Nazarij Martyris venerandam fra-
trum congregationem mentis intuitum in-
tendi, congruúmque hoc ob duarum rerum
exactionem fore decreui. Primùm, quia
D *prædicta Eccleſia in prælibati ſancti ſita*
eſt diœceſi. Secundùm, quia præfata Ca-
nonicorum congregatio in regularibus inſti-
tutis nullibi inferior valet inueniri. Eâ
verò lege ad Congregationem hanc Eccle-
ſiam noſtram volumus reſpicere, vt nihil
inibi S. Nazarij Epiſcopus poteſtatis, ſeu
diſpoſitionis exerceat. Decanus autem Præ-
lationis officium, præbendáſque Vergiacen-
ſium fratrum det, vel ſicut vſus, imo abu-
ſus eſt, vendat, pretiúmque in fratrum
Eduenſium vſum, ſicut eis complacitum
fuerit, conuertat. Locuſque Vergiacenſis
ſitu tantummodo poſitionis, ſed non fir-
mitatis vnitate ab illo Sancti Nazarij

loco diſtet. Teſtamenti igitur calumnia-
tor ſeu inficiator huius noſtri, anathema-
tis vinculo irretitum ſe ſciat, & iudicio
puniendum eius, quo regnante in æter-
num hoc publicè Auguſtoduni eſt actum
1032. *anno Incarnat. einſdem* M. XXXII. *In-*
dictione XV. *regnante Henrico Francorum*
rege anno II. *Ego* ENZELINVS *Epiſ-*
copus ſigno teſtamentum firmaui. Signum
Roberti Ducis, à quo & in cuius præſentiâ
hac carta eſt firmata. S. Helmuini Epiſ-
copi. S. Hugonis Epiſcopi & Comitis. S.
Hugonis Archiepiſcopi Chryſopolitani. S.
Gofridi Epiſcopi Cabiloneuſis. S. Hugonis
Epiſcopi Niuernenſis. S. Rainaldi Comitis.
S. Ottonis Comitis. S. Vidonis Decani.
S. Aganonis Abbatis. S. Euſeby Præcen-
toris. Himbertum verò Regis gratiâ
plurimùm pollentem, teſtatur cartha
Paſtoralis Pariſienſis, quâ Henricus
Eoclesias Sanctorum Stephani, Iuliani
& Bachi olim Abbatiæ titulo inſignes,
Congregationi S. Mariæ tradidit, pe-
tente Ymberto qui à Rege pro ſuis me-
ritis magnus appellatur: tabula ſic in-
» cipit: HENRICVS gratiâ Dei Fran-
» corum Rex. Nouerit poſteritas om-
» nium S. matris Eccleſiæ fidelium &
» noſtrorum, quod quidam IMBER-
» TVS PARISIACENSIS Eccleſiæ
» Epiſcopus, noſtræ Serenitatis adierit
» præſentiam, rogans & obnixè poſtu-
» lans, vt quaſdam Eccleſias in ſuburbio
» Pariſiacenſi, noſtræ poteſtati & ante-
» ceſſorum noſtrorum antiquitus man-
» cipatas, S. Stephani ſcilicet, Iuliani
» Martyris, Seuerini ſolitarij, necnon &
» S. Bachij, quarum quædam olim Ab-
» batiarum dignitate ſublimatæ, & ideo
» receptaculum & ſtationem Congrega-
» tioni Canonicorum præbentes S. Ma-
» riæ, ſed propter regni perturbationem
» rebus conceſſis ſpoliatæ ſolitudini va-
» cantes, paruum aut nullum antiquæ
» poſſeſſionis retinuerant ſtatum, præ-
» dictæ Congregationi concederemus.
» Sed quia apud nos pro ſuis meritis
» prædictus Epiſcopus erat magnus, eius
» voluntati nolentes aliquid derogare,
» conceſſimus eius petitioni prædicta
» loca regali præcepto & liberalitate, eo
» pacto & conditione, vt quandiu Giral-
» dus Clericus earum poſſeſſor vixerit,
» ſine inquietudine per aſſenſum Cano-
» nicorum totius Congregationis teneat,
» & poſt eius exceſſum vſibus Canoni-
» corum ſine reclamatione mancipetur:
» & ibi pro remedio animæ meæ vel pa-
» rentum meorum Canonici aggregen-
tur, qui pro ſtatu & incolumitate re- «
gni noſtri exorantes ad vtrúmque ſuf- «
ficiant, ſcilicet & ad ſtationem more «
ſolito reddendam Eccleſiæ, & ad ſer- «
uiendum canonicè valeant communi- «
ter degere. Exinde ad eius preces «
Rex conceſſit Eccleſiæ Pariſienſi Ab-
batiolam S Germani in Layâ, ſequen-
ti documento quod in eodem carto-
philacio refertur:

EGO HENRICVS *Princeps licet*
non idoneus in Regnum Francorum Deo
volente conſtitutus, cuidam Domini IM-
BERTI PARISIORVM *Præſulis ad-*
quieui petitionibus, quàm Chriſticolis om-
nibus tam futuris quàm præſentibus reue-
rentiam Chriſtianæ Religionis debitâ, nec-
non condignâ veneratione colentibus. San-
ctæ matris ſupradictæ feliciter à cunabulis
educatis vberibus innoteſcere decreui, vt
Abbatiolam quandam in ſyluâ quæ Lea
dicitur, patris mei Rodberti clementiâ in
honore S. Germani fabricatam S. Pariſia-
cenſi Eccleſiæ concederem. Quod quia di-
gnum videbatur annuens, oratáque corde
benigno ſuſcipiens, cum conſenſu ac volun-
tate Epiſcoporum atque Abbatum, ſeu om-
nium Comitúmque Militum meorum S. Dei
genitrici cum omnibus quæ ad eam perti-
nent, ipſam Abbatiolam contuli, vt quan-
diu loci illius Præſules viuent, teneant,
regant, nullóque noſtrorum ſucceſſorum au-
ferente poſſideant, videlicet terram Filio
licurti & in pago Pinciaco altare Aureæ val-
lis & in pago Vuilcaſino altare Treci, in
pago Beluacenſi altare Botreti, & Eccleſiam
S. Marinæ in inſulâ Pariſij, item præfato
Præſuli quæ ad Eccleſiam ipſam non perti-
nent in ſuburbio Pariſij quatuor arpennos
vinearum. Sed vt hoc noſtræ clementiæ do-
num noſtris futuríſque temporibus firmum
habeatur, placuit nobis quatinus exinde
præceptum fieri iuberemus, videlicet vt nec
noſtris, nec reliquis poſt futuríſque tempo-
ribus, aliquis hominum quodlibet ei impe-
dimentum de iiſdem rebus inferre præſu-
mat. Et vt hæc noſtri præcepti auctoritas
firmior habeatur, manu noſtrâ ſubterfirma-
uimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignaui-
mus. Recenſetur quoque in tabulâ
donationis Regis Henrici Abbatiæ S. 1035.
Ricarij Centulenſis 1035. & in alterâ
cœnobij Foſſatenſis 1044. itémq; cum
Gilduino 1048. & Maynardo Seno-
nenſibus Metropolitanis: hoc eodem 1048.
tempore apud Senonicum palatium
interfuit, vbi actum eſt de monachis
apud S. Aigulphum ſub Pruuinenſi
oppido inſtituendis. Præſens verò te-

uelarioni corporum S. Dionyſij & ſo- A
1050. ciorum, an. 1050. menſe Iunio, vt eſt
in codice MS. Subſcribit confirmatio-
ni ab Henrico Rege datâ Alberto Mo-
ioris monaſterij Abbati, pro loco Se-
1053. nicurtis 1053. ac S. Germani de Pratis,
cœnobio conceſſit Eccleſias Antonia-
ci, Villænouæ, & Combiſuillæ: Ad-
fuit autem cum Rege & aliis Præſuli-
1058. bus obſidioni caſtri Timeriarum 1058.
& ſacro Philippi 1. Regis Henrici filij
in Cathedrali Remenſi 1059. Demum
ſubſcriptus reperitur priuilegio inſtau-
1060. rationis S. Martini Pariſienſis 1060.
quo anno deceſſit 22. Nouembr. Mar- B
tyrologio. Pariſienſi, Benigniano &
Flauigniacenſi x. Cal. Dec. in quo le-
» gitur: Depoſitio Dom. Imberti Epiſ-
» copi Pariſienſis, qui dedit nobis cel-
» lam S. Amatoris in vrbe Lingonicâ.
Vixit ad annum ætatis circiter octo-
geſimum, peculiari elogio celebratus
à clariſſ. viro Andreâ Quercetano lib.
2. cap. 11. hiſtoriæ Vergeiæ.

BOLOGNE. D'or à trois tourteaux de gueulles, 2. 1.

60. GOFRIDVS DE BOLOGNE,
Euſtachio 1. Comite Bolonienſi &
Mathilde Louanienſi parentibus or-
tus, Euſtachij 2. frater, auctore Lam-
berto presbytero Ardearum in chro- C
nico: Patruus hic fuit Godefridi Du-
cis Bullonij pietate & fortitudine mi-
litari in expeditione Orientali inſi-
gnis, ac Balduini 3. Regum Hieruſa-
lem: Cancellarij honore functus eſt
Philippo 1. Rege, nominatúrque an.
1060. 1060. in vetuſto originali donationis
Prioratus de Bruerijs, Abbatiæ S. Flo-
rentij Salmurienſis, cuius hæc ſeries è
tabulario ſic deſcribitur:

» EGO GAVFRIDVS Dei gratiâ PA-
» RISIORVM Epiſcopus omnium Dei
» ſeruorum ſeruus: Notum fieri volo
» omnibus Chriſtianis fidei cultoribus,
» dominum Wilielmum Abbatem S. D
» Florentij cum monachis, noſtram in
» noſtrâ ſede præſentiam adiiſſe, no-
» ſtram fraternitatem ſuppliciter exo-
» raſſe, quatenus, Deo, Sanctóque Flo-
» rentio ac monachis eius, Eccleſiam S.
» Deſiderij, & capellam B. Mariæ de
» caſtello Bruyerias dicto concedere-
» mus, necnon Eccleſias ad caſtellum
» Gomer pertinentes, videlicet Eccle-
» ſiam S. Germani, & Eccleſiam S. Cla-
» ri, atque apud villam Buqueual, Ec-
» cleſiam S. Mariæ apud villam Dueil,
» Eccleſiam S. Eugenij Martyris. Ego
» autem attendens humilitatem, & in

Dei ſeruitio ſanctam deuotionem, »
conſilio Archidiaconi noſtríſque Ca- »
nonicis canonicè approbato, magnæ »
eorum humilitati, ſanctæ deuotioni »
illorum per omnia libenter adquieui, »
& quod à me petebant ſaluâ quidem »
omni ſubiectione . . . meis prius ha- »
bueram, ſed in omnibus Epiſcopi Ar- »
chidiaconi communicatione, ſeu . . . »
communicatos, ſeu interdictos. Ob- »
ſeruata vt deinceps inconcuſſum ha- »
beatur . . . . confirmandum fuerat, »
confirmandum tradidi. S. Epiſcopi. »
S. Archidiaconi. S. Sacerdotis. S. Go- »
deran. Sacerdotis. Giraldi Diaconi, »
&c. Wlgrinus Cancellarius. Actum »
Pariſius anno ab Incarn. 1060. Re- » 1060.
gnante Rege Philippo, Gaufrido Pa- »
riſiorum Epiſcopo qui relegit & ſub- »
ſcripſit. Præterea ſubſignauit an. 1066. 1066.
diploma eiuſdem Philippi & Adelæ
vxoris, pro confirmatione bonorum
monaſterij Meſſinenſis, apud Auber-
tum Miræum in Cod. donationum
piarum cap. 57. & in fundatione Ec-
cleſiæ S. Chriſtophori de Caſtello
forti ab Emerico milite 1068. Ipſius
verò meminit Albericus ſub an. 1070. 1070.
& 1071. cum Rege & Senonenſi Me-
tropolitano Richerio, literas appro-
bauit Burchardi 2. Comitis Corbo-
lienſis, pro conſtructione clauſtri &
libertate eiuſdem Eccleſiæ, Ioanne S.
Exuperij Abbate. Memoratur & in
chartâ libertatum baſilicæ Sancti Petri
Arienſis à Balduino Flandriæ Comi-
te conſtructæ anno 1075. in quâ Vuil- 1075.
fridus appellatur, confirmátque Can-
cellarij officio priuilegium Abbatiæ
Pontisleuienſis à Philippo Rege con-
ceſſum, & fundationem S. Ioannis
Vineatum Sueſſionenſis. Ei porrò
ſcribit Gregor. VII. Papa l. 4. ep. 20.
in causâ Valteri, quem ab Archiepiſ-
copo Remenſi excommunicatum, ab-
ſolui iubet. Profertur autem lib. 5.
hiſt. cœnobij S. Martini de Campis
Pariſiis cartha huius Guilelmi quam
hîc lubet apponere:

EGO GOTFRIDVS *Dei gratiâ*
PARISIORVM *Epiſcopus, apud me*
pertractans, notum fieri volo omnibus tam
præſentibus quàm futuris. Quoniam con-
fratrum ac amicorum noſtrorum, Monacho-
rum Cluniacenſium in Eccleſiâ B. Martini
prope Pariſius ſitâ, Deo famulantium, exem-
plo ac petitione prouocatus, dono Deo & ipſi
prædictæ Eccleſiæ, quæ vocatur de Campis,
fratribúſque ibidem Deo ſeruientibus, alta-
re quod-

re quoddam, quod fuerat mei iuris, cum atrio & his omnibus quæ ad ipſum altare pertinent, in villâ quadam Bongeias nomine. Quæ villa ex largitione piæ memoriæ excellentiſsimi Regis Francorum Heinrici, qui ipſam prædictam Eccleſiam honorificè reſtaurauit, cum multis aliis donariis ipſi Eccleſiæ primùm tradita fuerat. Hoc inquam altare cum omnibus reditibus & redibitionibus eius dono, liberum concedo, & transfundo prædictæ Eccleſiæ, ipsíſque fratribus Cluniacenſibus perpetuo iure tenendum & poſsidendum, nullo mihi vel ſucceſſoribus meis inibi iure retento, præter Synodum ac Circadam, & curam animarum parochiano Presbytero à nobis commiſſam. Hoc idem facio & ego Drogo Archidiaconus, in cuius Archidiaconatu ipſum altare habetur, & ad cuius manum tertia pars omnium reddituum ipſius altaris tunc pertinebat, omnia videlicet ſupra memorata prædictæ Eccleſiæ donando, & concedendo. Laudantibus quoque & annuentibus omnibus Canonicis tam Prapoſitis, quàm inferioris ordinis Eccleſiæ B. Mariæ Pariſienſis. Et vt hoc donum ſtabile & inconcuſſum permaneat, hanc cartam in quâ me præcipiente hæc omnia ſcripta ſunt ſigillo meo ſubterſignaui, &c. Actum Pariſius publicè in Capitulo S. Mariæ Pariſienſis. Anno ab

1088. *Incarnat. Dom. 1088. regnante Philippo Francorum Rege, anno XXVIII. Golsfredo verò Pariſiorum Epiſcopo, anno XXVII. Indict. quoque X. S. Goisfredi Pariſiorum Epiſcopi. S. Ioannis Decani, S. Ioſcelini Archidiaconi. S. Vualtery Sacerdotis. S. Goderanni Sacerdotis. S. Vualtery Canonici, & Meldenſis Epiſcopi. S. Yuonis Archidiaconi. S. Roberti Sacerdotis, &c.* Deinde conceſ-

1092. ſit an. 1092. Eccleſiam villæ Bonduflæ monaſterio B. Mariæ de Longoponte in ſuâ diœceſi, fundato à Guidone Trouſſelli domino Monriſlererici ibidem profeſſo Monacho, quam dotationem ipſe Gofridus confirmauit; conſtruitur quoque Prioratus S. Honorinæ Confluentis in Decanatu Pariſienſi ab Iuone Bellimontis ad Oeſiam Comite & Adelâ vxore. Hunc verò ſacri ſigilli cuſtodiâ decoratum paſſim prædicant chartularia & ſcriptores, qui eum non in re modò ſacrâ, ſed & prophanâ magnæ fuiſſe authoritatis commendant.

Mon icat Degueulles au Lyõ d'argent a la queue fourchée.

61. GVILELMVS DE MONTFORT I. Simonis domini de Monteforti filius, frater verò famoſæ illius Bertradæ Andegauenſis Comitiſſæ, Fulconis Richini vxoris & Philippi I. Regis Francorum ſuperinductæ; non igitur ortus erat parentibus Humberto II. Comite Maurienæ ac Sabaudiæ ex connubio Giſlæ Burgundicæ, vt plurimi auctores ſcripſère. Eius electionem his verbis profert Iuo Carnotenſis Epiſcopus epiſt. 50. ad Richerium Senonenſem Archiepiſcopum: Sciatis Canonicos Pariſienſes Decanum videlicet, Cantorem, Raginaldum, Archidiaconum in præſentiâ noſtrâ ſecundum præceptum Domni Papæ iuraſſe, ſe nullo terrore Regis vel dictæ Reginæ (quæ ſoror iſtius electi, vt ait in fine epiſt. 122.) compulſos, Domnum GVILELMVM Epiſcopum ſibi elegiſſe, neque aliquid ſymoniacæ prauitatis in eius electione intendiſſe. Vnde mando vobis ex parte Domni Papæ, vt ſi Pariſienſis Eccleſia eum ſibi ordinari & conſecrari poſtulauerit, ante feſtum S. Remigij ſecundum auctoritatem & conſuetudinem Eccleſiæ veſtræ ei manum imponatis, & honore pallij ad tempus vobis interdicto, in eius ordinatione & conſecratione vti nullatenus formidetis. Sic enim Papa mihi conceſſit apud Montem-peſſulanum, cùm ad petitionem Regis de eiuſdem Guilielmi electione tractaretur, & poſt multam ventilationem eiuſdem electionis diſcuſſio mihi à Papâ committeretur. Epiſtolæ autem LIV. ad Hugonem Lugdunenſem Antiſtitem formula ſacramentalis inſcritur: Ego Iuo Carnotenſis, ſacramentum quod ſecundùm præceptum Papæ fecerunt Pariſienſes pro electo ſuo Decanus, Cantor, Archidiaconus reliquis conſentientibus: non elegimus nobis in Epiſcopum VILELMVM propter munus acceptum, vel promiſſum ab aliquo, vel gratiâ contubernij quod habebat ſoror eius cùm Rege, vel propter minas nobis illatas à Rege, vel prædictâ eius ſorore. Sic nos Deus adiuuet, & hæc ſacra euangelia. Sic purgatus ſecundùm quod apud Montempeſſulanum Rege poſtulante Papa præceperat, ante feſtum S. Remigij à ſuo Metropolitano (Richerio) eſt conſecratus. Vocatur electus Pariſienſis 1092. in chronico Alberici. Sed aper- 1092.
tè eius promotionis epocham deſignat, ſequens membrana B. Martini de Campis, pro conceſſione quorumdam altarium quæ eſt huiuſmodi:

EGO GVILLELMVS PARI-

» SIENSIS Epiſcopus notum volo fieri, A
» non minùs futuris quàm præſentibus,
» quod monachi S. Martini de Campis
» Pariſiis, noſtram adierunt præſentiam,
» cum quibuſdam noſtris familiaribus,
» qui ſupplicando nobis multiplicatis
» petierunt intercesſionibus, quatenus
» ad ſuſtentationem fratrum, altaria,
» quæ ſubſcripta ſunt, in diœceſi noſtrâ
» ſita, monaſterio S. Martini de Campis
» in perpetuum habenda concederemus.
» Videlicet altare Montis-Martyrum,
» & altare villæ quæ dicitur Penthinum,
» altare etiam villæ quam vocamus De-
» rentiacum, altare villæ quæ dicitur
» Caſtanetum, & duas partes, & altaris B
» villæ quæ dicitur Luuetis: duas partes
» etiam altaris villæ quæ dicitur Con-
» fluentium, altare quoque villæ quæ
» dicitur Clamard. Quorum poſtulatio-
» nem exaudiri debere decreuimus, tàm
» pietatis affectu, quàm ſupradictis au-
» thoritatibus; adhibito igitur aſſenſu
» & conſilio Archidiaconorum noſtro-
» rum, videlicet Wlgrini, & Stephani,
» & Reinaldi, & Cleri noſtri totius, ſu-
» pra dicta altaria dicto monaſterio S.
» Martini de Campis, omni tempore
» poſſidenda conceſſimus. Retinuimus
» tamen Eccleſiæ noſtræ ipſorum alta- C
» riorum debitam obedientiam, & Sy-
» nodum & Circadam. Quod ne pro-
» lixitate temporis valeat aboleri, pla-
» cuit nobis ſcripto memoriæ commen-
» dari. Signa quoque noſtra ſubſcripſi-
» mus, manibus noſtris tangendo firma-
» uimus, ne quâ violentiâ corrumpi
» poſſit noſtris ſucceſſoribus. S. VVIL-
» LELMI Epiſcopi, S Fulconis Decani;
» S. Gualeranni Præcentoris, S. Wlgri-
» ni Archidiaconi, S. Stephani Archi-
» diaconi, S. Rainaldi Archidiaconi,
» S. Goderanni Sacerdotis, S. Roberti
» Sacerdotis, S. Rogeri Sacerdotis, S.
» Ancelmi Leuitæ, S. Pontij Leuitæ, D
» S. Haenrici Leuitæ, S. Hugonis Sub-
» diaconi, &c. Actum Pariſiis in capi-
» tulo S. Mariæ anno ab Incarnat. Do-
1097. » mini M. XCVII. regnante Philippo
» Rege anno XXXVIII. Vuillelmo
» Epiſcopo anno III. Indict. VI. Epactâ
» XV. concurrente IV. Ego Ricardus
» Cancellarius ſcripſi, &c. At biennio

poſt ſe fuiſſe ordinatum, inſinuat idem Guilelmus, in ſchedâ magni Paſtoralis, quâ dedit canonicis baſilicam S. Chriſtophori his verbis: IN NOMINE *S. Trinitatis, &c. Ego* VVILELMVS *Dei miſeratione* PARISIORVM *Epiſcopus, ante mentis oculos diem illum reducens, & periculum animæ meæ accuſante conſcientiâ metuens, Canonicis B. Dei Genitricis Mariæ quandam Eccleſiam infra muros ciuitatis Pariſiis ſitam, & in honore B. Chriſtophori Martyris Deo conſecratam, precibus amicorum noſtrorum, & aſſenſu Vulgrini eiuſdem ciuitatis Archidiaconi, liberam & quietam Epiſcopali auctoritate concedimus, & quidquid iuris in eâ obtinuimus, perpetuò eis habendum donamus. Vt autem hoc donum firmum inconcuſſúmque permaneat, cartam iſtam fieri præcipimus, manúque propriâ firmauimus, manibúſque Canonicorum noſtrorum firmandam tradidimus. Actum Pariſius in capitulo S. Mariæ an. ab Incarnat. Domini 1097.* 1097.
regnante Philippo Rege anno XXXVIII. Vuillelmo verò anno primo, indictione V. concurrente III. epacta XV. S. Villelmi Epiſcopi. S. Fulconis Decani. S. Gualeranni Præcentoris. S. Vulgrini Archidiac. S. Stephani Archidiac. S. Rainaldi Archidiac. S. Roberti Sacerdotis. S. Goderanni Sacerdotis. S. Rogeri Sacerdotis. S. Anſcheri Diaconi. S. Poncij Diaconi. S. Henrici Diaconi. S. Thedoini Subdiaconi. S. Nanton. Subdiac. S. Hugonis Subdiac. S. Liſiardi Acoliti. S. Petri Acoliti. S. Godefridi Acoliti. Amelinus Cancellarius ſcripſit. Memoratur autem in cartularij S. Martini Pariſienſis tabulâ pro Montiſmartyrum Eccleſiâ; & in commutatione 1099.
Vrſionis S. Martini Prioris cum Walterio Camerario 1099. Ind. 7. viuis exceſſit Guilelmus circa feſtiuitatem 1100.
Paſchatis an. 1100.

62. FVLCO I. Clericus Siluanectenſis Eccleſiæ ſub Vrſo Epiſcopo, mox Decanus Pariſienſis, defuncto Guilelmo ſubſtitutus eſt: Ad eum Decanatus dignitate fungentem Iuo ſcripſit epiſt. 112. quâ arguitur quòd Paganum & Hugonem Puteacenſem in communionem receperat. In eius promotione ortum fuiſſe ſchiſma, Iuo ipſe docet epiſt. 138. ad Vulgrinum & Stephanum Archidiaconos: Cum de electio- «
ne, ait, Epiſcopi apud vos ageretur, & «
à quibuſdam veſtrum domnus FVLCO «
Decanus veſter eligeretur, habita eſt, «
vt audiuimus inter vos fœda conten- «
tio, quæ & multorum aures offende- «
ret, & de Eccleſiâ veſtrâ non bonum «
odorem longè latéque diſpergeret. De «
obtenebratâ itaque pacis veſtræ ſere- «
nitate, fraternâ compaſſione dolui- «
mus: petitioni veſtræ tamen hoc reſ- «

» pondemus, quia electioni Fulconis, vel » alterius aſſenſum non dabimus, niſi » quem aut Cleri plebiſque conſenſus » elegerit, aut Metropolitani iudicium » cum conniuentiâ Suffraganeorum ha- » bitâ legitimâ diſcuſſione probauerit. Epiſt. 164. ad Daimbertum Senonenſem Archiepiſcopum pro hâc contro- » uerſiâ ſedandâ euocatum ſe dicit: Ap- » pellatio quam fecerunt Pariſienſes, ad » vos referenda erat: vt vos eis diem & » locum pro arbitrio veſtro præſcribe- » retis: quod quia factum non eſt, præ- » properè mihi facta videtur Fulconis » electio; Ad hanc autem diſcuſſionem » à Rege inuitatus eram: ſed hoc mihi » diſplicebat, quia ſecundùm morem » eccleſiaſticum & inſtitutionem cano- » nicam à vobis talis admonitio non pro- » ceſſerat.

63. GALO Sedis Apoſtolicæ Legatus, diſcipulus & ſucceſſor Iuonis Carnotenſis, in Abbatiâ B. Quintini Bellouacenſis, eiuſdem Eccleſiæ creatus Epiſcopus 1102. ordinatur Pariſienſis
1102. anno 1105. non 1103. vt auctor eſt
1105. Albericus in chronico. Hic enim primò Bellouacenſis Præſul conſecratus, cum perſecutione Regis ad ſacramentum, & poſſeſſionem temporalis nequaquam poſſet admitti, inde tandem eius conſenſu tranſlatum in Pariſienſem Cathedram Iuo indicat ſub finem epiſt. 144. Paſchali Pont. ſcriptæ. » De cætero, inquit, ſanctæ paternitati » veſtræ ſupplicando ſuggerimus, vt » Dom. GALONEM Coëpiſcopum no- » ſtrum, de Beluacenſi Epiſcopatu, quem » propter ſacramentum Domini Ludo- » uici habere non poteſt, per manum » Senonenſis Archiepiſcopi transferre » iubeatis in Pariſienſem Epiſcopatum, » quem ei gratanter & deuotè conce- » dunt pro veſtro amore Rex & Regis » filius. Qualiter autem in eum Cleri » & plebis vota conueniant, dicet vobis » præſentium portitor Clericus Pariſien- » ſis Eccleſiæ Canonicus, vt cognoſcatis » eum benè poſſe transferri, qui Sedem » propriam nullâ ratione præualet adi- » piſci. Electum verò teſtatur epiſt. 146. ad Daimbertum Senonenſem: Notum » facimus veſtræ paternitati quod Clerus » & populus Pariſienſis Eccleſiæ voto & » voce Dom. GALONEM Beluacenſi » Eccleſiæ conſecratum, in Epiſcopum » elegerunt, & ipſam electionem cum » literarum adſtipulatione miſſis ex Cle- » ro idoneis perſonis prædicto Epiſcopo

A præſentes, vt paſtoralem prædictæ Ec- » cleſiæ curam ſuſciperet, humiliter & » deuotè petierunt: Sed quia tranſlatio- » nes Epiſcoporum neceſſitate vrgente » Metropolitani auctoritate & ſummi » Pontificis diſpenſatione fieri oporteт » nos, quantùm in nobis eſt, eidem ele- » ctioni aſſenſum præbentes, paternitati » veſtræ ſuggerimus, quatinus eidem » electioni adſtipulando, à dom. Papâ » poſtuletis vt prædictum Epiſcopum » per manum veſtram transferri præci- » piat, cum propriam ſedem obtinere » non valeat. Hunc etiam vitâ hone- » B ſtum, literalibúſque ſtudiis & Eccleſiaſticis diſciplinis ornatum deſignat idem Iuo, qui Galoni epiſtolas inſcribit 169. 218. & 243. variiſque in locis de illo verba facit, nempe epiſt. 104. 105. 144. 145. & 193. Teſtatur porrò Edinerus lib. 2. vitæ S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, ſe vidiſſe Romæ hunc Galonem: Venit ad nos, in- » quit, Walo Epiſcopus Pariſienſis, vir » benè religioſus & Eccleſiaſticarum » conſuetudinum inſtitutionibus ab in- » eunte ætate imbutus. Hic Romæ no- » tus, & Apoſtolicæ Legationis miniſte- » rio functus, familiaritate patris Anſel- » C mi potiebatur: quo etiam lib. 3. ep. 69. Anſelmi eiuſdem verba, ad Paſchalem Papam referenda ſunt. Eccleſia Bel- » uacenſis veſtro conſilio directâ & au- » ctoritate roboratâ, Galonem Abbatem » S. Quintini elegit, & electum deſide- » rat ſibi conſtitui Epiſcopum. Eſt enim » hic aptus & vtilis ad hoc in omnibus, » quæ in eligendo Epiſcopo conſideran- » da ſunt, vt melior & aptior in eadem » Eccleſiâ inueniri nequeat. Longinus » Scriptor Polonus tradit, poſtquam Romæ ſolemni reuelationi reliquiarum S. Priſcæ adfuiſſet cum Anſelmo, Legatum à latere miſſum fuiſſe à Paſchali in Poloniam, ad abuſus reformanD dos, vbi & Cracouienſem Epiſcopum depoſuit; quod etiam notat Baronius tomo XII. Annal. eóque ab hac Legatione reuertente, ad Epiſcopatum Pariſienſem traductum. Expulit verò Moniales ab Eccleſiâ S. Eligij Pariſienſis propter intemperantem fornicationem, in quarum locum duodecim Monachos Foſſatenſes cum Priore inſtituit, vt patet priuilegio magni Paſtoralis cuius verba hæc ſunt:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ratio quidem, & ſanctarum ſcripturarum monet auctoritas, vt qui paſto-*

raliter Eccleſiis præſident, vigilanti curâ, paſtorali ſollicitudine, ſubditorum vitam inquirant & inſpiciant, vt in Eccleſiis ſibi commiſsis, ſi inhoneſtas & incorrigibiles viderint perſonas, aut ad ſtatum religionis ſtudeant reuocare, aut alias omnino perſonas commutare, ne malè viuentium exemplo beneuiuentes corrumpantur, & paſtores ſi diſsimulauerint aut tacuerint, ex conſenſu taciturnitatis in perpetuum condemnentur. Omnibus igitur notum fieri volumus, Monaſterium S. Eligij Pariſienſis, ordini quidem Monacharum antiquitus fuiſſe deputatum, ſed tandem diabolico inſtinctu, fragilis ille ſexus ad tantam turpitudinis prolapſus eſt miſeriam, vt publicè ſecularitati impudenter adherens, voto caſtitatis rupto, propoſito religionis penitus abiecto, templum Dei ſpeluncam fornicationis effecerit, & vocem noſtræ ammonitionis, nullatenus audierit. Ego igitur GALO *Dei gratiâ* PARISIORVM EPISCOPVS, & *Guillelmus Archidiaconus, tantum ſcandalum, tantam peſtem minimè ferentes, ex præcepto quidem Domini Papæ Paſchalis, ex conſilio Regis noſtri Philippi & filij ſui Ludouici hortatu, & Canonicorum noſtrorum, infames & incorrigibiles perſonas pro turpitudine, iure à prædicto Monaſterio eliminauimus, & omnino alienauimus, & altiori religionis ordine, cum Dei auxilio ſanctum locum decorauimus. Nouerint igitur omnes tam poſteri quàm præſentes, quod Monaſterium S. Eligij cum omnibus ad illud pertinentibus, Eccleſiæ B. Petri Foſſatenſis, ſaluo quidem iure Pariſienſis Eccleſiæ, perpetuò habendum concedimus. Ita ſcilicet vt Abbas Foſſatenſis prædictum Monaſterium, tanquam cellam ſuam poſsideat, & in Monachos illic Deo militantes, plenam ac perfectam Abbatis poteſtatem exerceat; Inſtitutum eſt vt duodecim ad minus Monachi cum ſuo Priore ad ſeruiendum Domino illic apponantur, qui iuxta regulam S. Benedicti, ad ordinem tenendum ſufficere videantur. Sciendum verò eſt, quia illam eandem poteſtatem quam prædeceſſores noſtri in Monaſterium S. Eligij, & in Abbatiſſam illius loci antiquitus habebant, nos in Abbatem Foſſatenſem ex integro habemus, & in perpetuum retinemus, quantùm ſcilicet ad cœnobium S. Eligij, & ad res illius Monaſterij pertinere videntur. Sed vt totius altercationis moleſtia impoſterum excludatur, quid poteſtatis Epiſcopus, quid iuris aut conſuetudinis Canonicis S. Mariæ tam in Abbatiſſam, quàm in Monaſterium illud prius poſſederint, & modò poſsideant, euidenter & apertè diſtin-*

A *ximus. Sciendum igitur eſt, quod quotiens Pariſienſis Epiſcopus Abbatiſſam ad iuſtitiam vocauit, illa proculdubio omnem executura iuſticiam ante Epiſcopum ſe præſentauit, ſi autem vel ſeruus, vel ancilla, vel hoſpes illius Monaſterij, contra perſonam Epiſcopi aut contra proprias res illius, aliquid fortè feciſſet, Abbatiſſa audito prius Epiſcopi mandato, in præſentiâ Epiſcopi, illos ad iuſtitiam faciendam adduxiſſet, & poſt iuſtitiam Epiſcopi, Abbatiſſa ſuos diſtrictus accepiſſet ſi voluiſſet, quod ſi Abbatiſſa ſeruos vel ancillas illius Monaſtery libertate donare, aut terram alienare, aut mannfirmam facere* B *voluiſſet, nullam poteſtatem, nullam id faciendi licentiam habuiſſet, abſque aſſenſu Epiſcopi, & abſque cartâ ſigillo eius & Cancellario firmatâ. Hanc ergo poteſtatem in Abbatiſſam & in Monaſterium S. Eligij anteceſſores noſtri habuiſſe dignoſcuntur, & nos quoque in Abbatem Foſſatenſis Eccleſiæ, eandem poteſtatis dignitatem vt ſuperius determinatum eſt obtinemus. Nihil ſcilicet noſtri iuris relinquẽtes vel relaxantes, ſed tantummodò Abbatiam in cellam commutantes: Canonicis verò B. Mariæ prædictum Monaſterium S Eligij per ſingulos annos duos, paſtus ex conſuetudine debitâ perſoluit, vnum ſcilicet in feſtiuitate S. Pauli, alterum in feſtiuitate S. Eligij:* C *Ita ſcilicet quod vtèrque paſtus in refectorio Canonicorum, recipitur. Conſuetudo tamen eſt vt conuentus præfati Monaſterij, vnam cum Canonicis B. Mariæ proceſſionem faciant, & in diebus Rogationum, & in die Aſcenſionis, & in funeribus Canonicorum, alias etiam proceſsiones, aut pro aëris ſerenitate, aut pro aliquâ tempeſtate, ſiue neceſsitate, ſi Canonici facere diſpoſuerint, neceſſe eſt prædictum conuentum Canonicorum inſtituta ſequi, eóſque ſi mandauerint, in iis proceſsionibus ſemper commutari. Illud etiam ſilentio præterire noluimus, quod quotiens mater Eccleſia, à diuino officio ceſſauerit; cenobium S. Eligij ex ne-* D *ceſsitate ceſſare, & tacere oportebit. Sub hac igitur diſtinctione poteſtatem, iura, conſuetudines tam Epiſcopi quam Canonicorum, breuiter comprehendimus, vt nulla de cæterò controuerſia oriatur, & ius & conſuetudo vtriúſque Eccleſiæ præſenti priuilegio defendatur. Saluo igitur, vt dictum eſt, iure Pariſienſis Eccleſiæ, aſſenſu quidem Regis noſtri Philippi, & filij eius Ludouici, communi tamen Canonicorum noſtrorum conſenſu, Eccleſiæ B. Petri Foſſaten. Monaſterium S. Eligij in cellam poſsidendum concedimus, eâ videlicet ratione, quotiens Foſſatenſis Abbas debitam profeſsionem in Pa-*

riſienſi Eccleſiâ fecerit, ibidem in præſentiâ Epiſcopi profiteatur Monaſterium S. Eligij ex dono Epiſcopi, beneficio Pariſ. Eccleſiæ ſe habere & poſſidere. Volumus tamen illud determinari, quod homines prædicti Monaſterij in exercitum Regis nullatenus debent ire, ſed Abbas aut Prior ex conſilio & mandato Epiſcopi debent monere & in exercitum ire, mittere diffinitum eſt, &c. Signum GALONIS *Epiſcopi, S. Berneri Decani. S. Adæ precentoris. S. Guilelmi Archidiaconi. S. Stephani Archidiac. S. Ramaldi Archidiac. S. Rogeri Presbyteri. Actum publicè in capitulo S. Mariæ anno Incar-*
1107. *nationis Dominicæ* M. C. VII. *indictione* XV. *epactâ* XXV. *concurrente* 1. *Philippo Rege regnante, anno Epiſcopatus Galonis* 3. *Gilbertus Cancellarius ſcripſit.* Sic autem ex eodem chartophilacio reſcriptum Philippi 1. Regis ſubjicitur:

IN NOMINE S. & indiuiduæ Trinitatis, Philippus Dei gratiâ Francorum Rex, notum &c. Aſſenſu Domini Papæ Paſchalis, conſenſu noſtro, & Ludouici filij noſtri, GVALO PARISIENSIS Epiſcopus ab Eccleſiâ B. Eligij moniales deiecit; acceptis itaque Papæ literis Pariſios tunc temporis venientis, datâque licentiâ ordinem religionis ibi ponendi noſtrâ licentiâ, & ordinatione, cum filij noſtri obſecratione B. Petro Foſſatenſi præfatam Eccleſiam in cellam XII. monachorum, cum Priore perpetualiter poſſidendam conceſſit. Et vt hæc cartha firma, & inconuulſa permaneat, memoriale iſtud inde fieri, nominis noſtri charactere, & ſigno Philippi ſignari, & corroborari præcipimus, adſtantibus de Palatio noſtro, quorum nomina intitulata ſunt, & ſigna S. Hugonis de Creceio, tunc temporis Dapiferi noſtri. S. Waſtonis de Piſſiaco Conſtabularij noſtri S. Pagani Aurelianenſis, Buticularij noſtri S. Vidonis Camerarij noſtri. Actum Pariſius in capitulo S. Mariæ anno ab Incarnat.
1107. Dom. M. C. VII. anno regni noſtri XLVII. Stephanus Cancellarius relegendo ſubſcripſit. Nominatur etiam in chartâ Guidonis de Tornaco, qui eandem Eccleſiam conceſſit Foſſatenſibus monachis, in quâ prius erant Canonici, ſcripta eſt membrana in capitulo Pariſ. an. 1105. ind. XIII. Epiſcop. primo. Eidem quoque Legato ſcribit Hildebertus Cœnomanenſis Præſul ep. 38. & in alterâ Paſchalis Pontificis Max. ad Abbatem S. Dionyſij, vbi

A Gualo Epiſcopus bonus & Catholicus nuncupatur, & ſacramenta gratis ſine prauitate indulgere, eique interdictum Abbati alios Antiſtites adeundi, pro receptione ſacramentorum vt extat in veteri codice bibliothecæ cœnobij S. Victoris Pariſienſis. Interfuit quoque exequiis Philippi Regis 1108. cum aliis 1108.
Epiſcopis, qui cadauer ab Eccleſiâ B. Mariæ Meledunenſis, in monaſterium Floriacenſe humandū detulêre. Idem poſtea inaugurationi Regis Ludouici Craſſi adfuit eodem anno, in baſilicâ B. Samſonis Aurelianenſis, quemadmodum referunt continuator Aimoi-
B ni lib. 5. c. 49. & Sugerius, qui in vitâ Ludouici ſcribit, coram Pontifice Max. cum eſſet in Galliis contra hunc Galonem de Eccleſiâ S. Dionyſij conquerentem fortiter obſtitiſſe, vt recitat Ioannes Picardus in notis ad epiſtolas Iuonis. Poſtea Gualo Abbatem S. Germani Pariſienſis Guilelmum benedixit an. 1110. ſubſcriptúſque le- 1110.
gitur diplomati Ludouici Craſſi dato Caralauni pro fundatione cœnobij S. Victoris Pariſienſis an. 1113. At com- 1113.
modum videtur hîc inſerere epiſtolas de ligno Crucis Dominicæ prout ia-
C cent in magno Paſtorali:

GALLONI *Dei gratiâ* PARISIORVM EPISCOPO, *& Stephano Archidiano, cuius laudis & poteſtatis magnitudo per multa terrarum loca & apud nos celebris habetur, & B. Decano, & R. Archidiacono N. Præcentori, omníque conuentui Sanctæ Mariæ Pariſienſis. Anſellus glorioſiſſimi Sepulchri Cantor, & Presbyter licet indignus, ſubiectionem, reuerentiam, & amorem, & ſic in hoc ſæculo viuere, vt per orationes veſtras in futuro vobiſcum merear ſine fine gaudere.* Cum ab Eccleſiâ veſtrâ, & à vobis, in quâ, & cum quibus nutritus & eruditus fui, iam per viginti quatuor annos remotus ſim corpore, tamen animo feruens in amo-
D re veſtro, & Eccleſiæ veſtræ vobiſcum cohabito mente. Námque cum his qui per ſingulos annos à vobis ad nos venerunt, qui vos nouerunt, & à vobis noti fuerunt, ſemper fuit mihi ſermo, & eſt ſedulæ inquiſitionis de ſtatu Eccleſiæ veſtræ, & de vobis quid agatis, & quomodo vos habeatis, de vobis præcipuè quos vidi, & quos cognoui, & quandiu vixero, licet abſens, ſemper amabo, ſæpe quoque per ſomnia in ſolemnitatibus, & proceſſionibus, necnon & ferialibus Matutinis, & offi-

eius veſtis videor intereſſe, & vobiſcum pſallere. Hac ergo dilectione pro vobis ſollicitus dominum venerabilem Patriarcham, & canonicos noſtros rogaui, vt orationibus, & beneficiis noſtræ congregationis fratres, & participes iungeremini: cui petitioni concedentes itidem à vobis rogant, & requirunt. Præterea, de donis quæ dedit mihi Deus ad honorem & gloriam, & ſublimationem Eccleſiæ veſtræ, & veſtri, veſtræque ciuitatis, donum maximum, incomparabile, videlicet Crucem vnam de ligno ſanctæ Crucis per Anſelmum fidelem veſtrum vobis deuotus tranſmiſi, à quo & literas veſtras nobis miſſas accepi. Sicut à Græcorum & Syriacorum ſcriptutis didicimus, patibulum Crucis Chriſti, de quatuor lignis fuit, vnum in quo Pilatus titulum ſcripſit, aliud in quo brachia eius extenta, & palmæ affixæ fuerunt, tertium in quo corpus eius appenſum eſt, quartum cum quo Crux affixa fuit, quod tamen aſperſione ſanguinis lateris, & pedum intinctum, & ſanctificatum eſt; & Crux iſta, quam vobis miſi, de duobus eſt lignis, quæ Crux inſerta eſt Cruci; Inſerta eſt de eo in quo pependit, in quâ inſeritur, de ſubpedaneo in quo Crux affixa fuit, vtrumque dignum, vtrúmq. ſanctum. Porrò Dauid Rex Georgianorum, qui cum ſuis prædeceſſoribus portas Caſpias tenuit, & cuſtodiuit, vbi ſunt incluſi Gog & Magog, quod & filius eius adhuc facit, cuius terra & Regnum contra Medos & Perſas eſt nobis quaſi antemurale. Hanc verò Crucem, quandiu vixit, in ſummâ veneratione & dilectione habuit, quo defuncto, & filio in Regno promoto, vxor eius venerabilis plus ſanctitate, quàm generis nobilitate caput totondit, habitúmque religionis ſuſcepit, & aſſumpta Cruce iſtâ, multo auro Hieruſalem cum paucis non reditura, ſed vt ibi in quieto ſilentio, & oratione vitam finiret, aduenit, & de auro quod attulerat, congregationibus ſanctæ ciuitatis partes diſtribuit, pauperibúſque, & peregrinis eleemoſynas erogauit, poſtea ſub manu domini Gibelini Patriarchæ congregationem Sanctimonialium Georgianarum, quæ eſt in Hieruſalem, inſtituit. Nec multò poſt rogatu ſororum, & Patriarchæ, regimen congregationis ſuſcepit; denique diſtributis, & erogatis, & in neceſſitatibus commiſſæ congregationis, omnibus quæ attulerat, expenſis, cum inedia regionem noſtram uppreſſiſſet, ipſa cum ſubditis cœpit egere, cúmque iam multa dono, multa mutuò recepiſſet, quod nullo modo pro neceſſitatibus ſui corporis faceret, pro neceſſitatibus congregationis ſibi commiſſæ, pro affectu facere compulſa eſt. Itaque iſtud lignum nulli pretio comparandum hac ratione pretio comparatum, ecce illud vobis miſi, precor habetote illud honorificè ſicut debetis. Verumtamen, vt memoriale ſit poſteris, & ſucceſſoribus noſtris, vnde & quomodo illud habuiſtis, ſcribite in libris veſtris: *Anſellus Clericus noſter hanc Crucem de ligno ſanctæ Crucis Eccleſiæ noſtræ, & nobis, de Hieruſalem tranſmiſit.* Poſtulo igitur à vobis, vt me diligentem vos diligatis, & poſt mortem meam in orationibus veſtris mei memoriam habeatis. Quid verò tanti theſauri latori contigerit, verùm ne ad vos proſperè peruenerit, per literas veſtras mihi notum faciatis.

Alia epiſtola Anſelli ad eoſdem de Cruce Domini.

QVÆSISTIS *quâ ratione, quâ neceſſitate portio iſta de Dominicâ Cruce aſſumpta fuerit; ego quid inde ex literis & relatione ſeniorum Surianorum audiui, & didici vobis manifeſtabo. Legitur in Euangelio, multa quidem, & alia ſigna fecit Ieſus in eo ſpectum Diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, & vos multa legiſtis, ſed non omnia: multa tamen habent Græci, quæ non habent Latini: legiſtis tamen quod ſancta Helena Crucem Dominicam per medium ſecare fecit, & Crucem Conſtantinopolim ad filium detulit, Crucémque Hieroſolymis reliquit, relictam Choſrhoe vaſtatâ Hieruſalem rapuit, & in Perſidem detulit, quam interfecto Choſrhoë Heraclius Hieroſolymam retulit, & in Caluariæ loco vt à populo Chriſtiano veneraretur, repoſuit. Poſt mortem verò Heracly populus infidelium adeò Chriſtianos oppreſſit, vt nomen Chriſti conarentur extinguere, & memoriam Crucis, & ſepulchri delere. Itaque congerie lignorum ſuppoſitâ partem ſepulchri combuſſerunt, & Crucem ſimiliter comburere voluerunt; ſed Chriſtiani eam absconderunt; quocirca multos ex eis occiderunt. Denique Chriſtiani habito conſilio ſecatam in multas portiones diuiſerunt & per Eccleſias fidelium diſtribuerunt, quatenus ſi eis vna pars ad comburendum aufer-*

retur, tali modo aliæ partes reſeruarentur. Itaque in Conſtantinopolitanâ vrbe, præter Imperatoris Crucem, ſunt inde tres Cruces, in Cypro duæ, in Cretâ vna, in Antiochiâ tres, in Edeſſâ vna, in Alexandriâ vna, in Aſcalone vna, in Damaſco vna, in Hieruſalem quatuor, Suriani habent vnam, Græci de ſancto Saba vnam, Monachi de Valle Ioſaphat vnam, nos Latini ad ſanctum ſepulchrum habemus vnam, quæ habet palmum & dimidium longitudinis, & pollicem vnum latitudinis, & groſſitudinis in quadro. Patriarcha quoque Georgianorum habet vnam, Rex etiam Georgianorum habuit vnam, quam modo, Deo gratias, vos habetis. Nunc verò ad ſupplendum gaudium veſtrum, & ad gloriam & honorem Eccleſiæ veſtræ, & Regiæ dignitatis & ciuitatis veſtræ; & veſtrum donum maximum, & theſaurum incomparabilem, nec inferiorem priore videlicet Crucem vnam de lapide Dominici ſepulchri per Bernardum Sanctæ Genoueſæ Præcentorem, teſtimonio veſtro viſum honeſtum vobis deuotus tranſmiſi, quam obnixè imploro, vt honorificè ſicut dignum eſt, habeatis. Poſtulo igitur à vobis vt poſt mortem meam in orationibus veſtris mei memoriam habeatis. Quid verò tanti theſauri latori contigerit; vtrum proſperè ad vos peruenerit, per literas mihi veſtras notum faciatis.
Malè ab aliquibus Galo Pariſienſis appellatur Cardinalis; alius enim eſt à Galone Card. Diacono tit. S. Mariæ in Porticu, quem Innocentius III. Papa in Gallias miſit an. 1208. ad viſitandas Eccleſias, & aduerſus Albigenſes vt Rigordus, Spondanus tomo I. Annal. & alij ſcripſêre; cuius ſtatuta ſynodalia extant ab eo promulgata tomo VI. Bibliothecæ Sanctorum Patrum & perperam tribuuntur Galoni Pariſienſi, cùm aliquibus conſtitutionibus, quæ leguntur tomo XXVI. Conciliorum typographiæ Regiæ. Dicitur autem Galo mortuus 7. Cal. Martij
1114. 1114. & die 23. Februarij ſanctæ recor-
dationis appellatur in obituario Beati
Quintini; nihilominus potuit vitam
cum morte commutaſſe circiter an.
1116. 1116. vt ex tabulis ſequentibus con-
ſtat.

64. GIRBERTVS ex maiore Ar-
chidiacono Pariſienſi, tertio Epiſco-
1119. patus anno 1119. Adæ S. Dionyſij Ab-
batis rogatu ac petitione compulſus, quoddam altare ſitum in villâ quam Archeilus nominant, datum quidem antiquitus ad perſonam, cum conſenſu Henrici eiuſdem loci Archidiaconi, & conſilio capituli ſui Eccleſiæ B. Dionyſij à perſonâ liberum & abſolutum, Epiſcopali authoritate in perpetuum poſſidendum conceſſit. Vetus documentum in chartario S. Martini Pariſienſis de Girberto meminit his verbis:

EGO GIRBERTVS Dei miſericordiâ PARISIENSIS Eccleſiæ humilis Epiſcopus nótificare curaui, tam poſteris quàm præſentibus, quod quidam miles Anſoldus nomine, & vxor eius Retrudis pro anteceſſorum ſuorum, necnon & animarum ſuarum remedio prout accepimus Eccleſiam B. Dionyſij de Carcere ſuis opibus fundauerunt, & Clericos qui ibidem Deo militarent deuotè ſtatuerunt, plurimiſque beneficiis in ſuſtentationem & in vſum prædictorum Clericorum eandem Eccleſiam liberaliter dotauerunt. Inter quæ ſupra dicta munificentiæ dona idem Anſoldus & vxor eius Retrudis dederunt præfatæ Eccleſiæ B. Dionyſij de Carcere iure perpetuo ad poſſidendum de Epiſcopali feodo, vnum videlicet arpennum terræ cum omnibus eiuſdem arpenni conſuetudinibus apud villam quæ dicitur Mareſcalceis, & totam decimam culturarum duarum villarum, quarum villarum altera Mareſcalceis, altera vocatur Noereiz, quicumque eas culturas excolat ſiue poſſideat. Et hoc totum prædicta Eccleſia, provt accepimus, plurimis atque penè innumeris annis, quietè ac iuſtâ tranquillitate vſque hodie poſſedit, & Deo opitulante poſſidet. Nos verò à quibus charitatis flagrantia in alios debet redundare & ad quos præcipuè pertinet tam in ſe benè agere, quàm aliorum benefacta & dicta ſuſtentare & affirmare, aſſenſu Henrici Archidiaconi, & totius capituli noſtri, & precibus Roberti Decani & Canonicorum præfatæ Eccleſiæ S. Dionyſij, totum quod de Epiſcopali feodo prædictus Anſoldus & vxor eius Retrudis prædictæ Eccleſiæ contulerunt, & ſicut eiuſdem Eccleſiæ Canonici, vt determinatum quietè & tranquillè poſſederunt, confirmamus, & eidem Eccleſiæ S. Dionyſij de Carcere perpetuo iure obtinendum & poſſidendum in gratiâ & charitate Dei concedimus, &c. Signum Girberti Epiſcopi. S. Berneri Decani. S. Adæ Præcentoris. S. Stephani Archidiaco-

ni. Sig. Henrici Archidiaconi &c. A
Actum publicè Pariſiis in capitulo B.
1122. Mariæ anno Incarnat. M. C. XXII.
concurrentibus VI. epactâ XI. Indict. XV. Epiſcopatus Girberti anno VI. Theobaldus Cancellarius ſubſcripſit.

Hoc verò tempore fundatur Prioratus de Gornayo ad Matronam fluuium, leucis quatuor ab vrbe, à Guidone Rubeo & Alcydâ vxore dominis Montiſlerherici, vt fidem faciet ſequens membrana quæ lib. 4. hiſt. Monaſterij S. Martini de Campis hac ſerie continetur:

Ego Girbertvs *Dei miſericordiâ* Parisiorvm Episcopvs, B *pro iniuncto nobis officio Eccleſiam Dei & pauperes Chriſti ſuſtentare habens & defenſare, Eccleſiam S. Dei genitricis Mariæ, Sanctíque Ioannis Euangeliſtæ, ſupra Maternam fluuium iuxta Gornayum caſtrum ſitam quibus fuerit fundatoribus conſtructa, quorúmue donariis & auxiliis fuerit ampliata, præſentibus ſcriptis annotare diſpoſui, vt viuente memoriâ poſſeſſio Eccleſiaſtica nullâ valeat perturbatione mutari, aut immutatione perturbari. Guido igitur cognomine Rubeus, & eius vxor Adelaida pari voto, communi deuotionis animo prædictam Eccleſiam ab ipſis etiam fundamentis conſtruxerunt, multa illic beneficia contulerunt,* C *eámque cum omnibus ad eam pertinentibus glorioſo Ludouico Rege annuente Monachis S. Martini de Campis perpetuò habendam conceſſerunt, villas verò & beneficia ab eis eidem Monaſterio collata ſubſcribere decreuimus, vt eorum dona ab aliorum beneficiis diſtingueremus. Primum ergo donum eſt præfata Eccleſia cum ſuis clauſuris, & toto circumadiacente ambitu, capella de Gornayo, terra de Luabum, molendinum apud Gornayum, apud Ruſſiacum Eccleſia cum atrio & tertiâ parte villæ. Iſta ſunt ſpecialiter Guidonis & eius vxoris donaria, præfato Monaſterio contradita, & regali auctoritate firmata.* D *Anſellus verò de Garlandâ Dapifer Regis, de proprietate ſuâ eidem Monaſterio donauit apud Ruſſiacum duas partes eiuſdem villæ, ſic totam omnino villam Monachis conceſſit, excepto nemore, & ipſum nemus Monachis & hoſpitibus eorum ad ardendum & hoſpitandum, & ad clauſuram meſſium ſuarum, Nuſiellum quoque, Eccleſiam ſcilicet & quicquid ad illam pertinet, cum hoſpitibus, terris, pratis, vineis cum nemore & molendino, ſicut Monachi ea tenent, decimam de Berchorellis, & duas partes decimæ de Bercheriis. Tertiam verò partem cum atrio Balduinus de Claciaco Monachis dedit, aſſenſu domini Anſelli, totam quoque decimam de Pontelz & apud Torciacum medietatem decimæ quæ dicitur S. Martini, & Eccleſiam Eſſoniæ cum atrio & decimâ, Anſellus eidem Monaſterio contulit. Hoſpites verò in eodem atrio commanentes, Stephanus frater eiuſdem Anſelli eidem Monaſterio conceſſit, apud Canoilum quoque, quicquid ibi proprietatis habebat Albertus de Bry, Eccleſiam ſcilicet cum decimâ, prata & terram, & nemus Monachis præfati Monaſterij conceſſit, ipſo Anſello annuente, ex cuius feodo habebat. His & aliis beneficiis bonæ memoriæ Anſellus præfatum Monaſterium locupletauit, & Chriſtum hæredem fecit, aſſenſu fratrum ſuorum, Domini ſcilicet Stephani, Guillelmi quoque & Giſleberti, piiſſimo etiam Rege Francorum Ludouico gratanter annuente, & omnia confirmante. Quoniam ergo iuxta Canonum decreta, Eccleſiarum bona ſub tuitione & poteſtate ſunt Epiſcopali, nos qui Eccleſiæ Dei habemus & præeſſe & prodeſſe, præſentem cartam fidelium dona exponentem, aſſenſu Archidiaconorum noſtrorum Stephani ſcilicet Henrici & Theobaldi, communi etiam totius capituli noſtri aſſenſu confirmante, & ſignis Canonicorum noſtrorum ſignare decreuimus, S. Bernerij Decani, S. Stephani Archidiaconi, S. Henrici Archidiaconi, S. Theobaldi Archidiac. S. Adam Præcentoris, S. Roberti Succentoris, S. Theoderici Presbyteri, &c. Actum publicè Pariſiis in capitulo S. Mariæ, anno Incarnat.*
Domini M. C. XXII. *regni Ludouici Re-* 1122.
gis an. XIV. *Epiſcopatus noſtri an.* VI. *Indict.* I. *Epactâ* XXII. *concurrente* VI. *ego Theobaldus Cancellarius legi & ſubſcripſi.* Idem cum Bernero Decano, ac Ludouico Craſſo, adfuit exequiis Milonis de Bray Vicecomitis Trecenſis, ſepulti in clauſtro Eccleſiæ Longipontis; eiúſque memoria habetur in hoc diplomate Paſtoralis Pariſienſis:

Ego Lvdovicvs miſerante prouidentiâ Francorum Rex, &c. Nouerint tam præſentes quàm futuri, quoniam dominus Girbertvs Parisiorvm Epiſcopus, dominúſque Stephanus Cancellarius noſter, & Pariſienſis Eccleſiæ Archidiaconus, Serenitatis noſtræ præſentiam adierunt, ac Caroli prædeceſſoris noſtri, glorioſi Francorum Regis, de immunitate & confirmatione clauſtri Pariſienſis Eccleſiæ præceptum, celſitudini noſtræ obtulerunt, humili petitione deprecantes, quatenus & illud

autho-

» authoritate regiâ confirmaremus, & ad Sanctæ Genitricis Dei honorem & exaltationem, eidem clauſtrum, & ipſius libertati aliquid ex noſtrâ parte ſuperadderemus. Nos verò humilem & congruam eorum petitionem indignum repellere iudicantes, præceptum clauſtri, & Canonicorum libertatem, à prædeceſſoribus noſtris & à prædicto Carolo Rege collatam, & confirmatam, in perpetuum confirmauimus, & vt ex liberalitatis noſtræ munificentiâ benignius ageremus, domos Huberti Siluanectenſis, & Algrini Stampenſis eiuſdem Eccleſiæ Canonicorum, quæ antea de clauſtro non erant, ante portam Eccleſiæ ad Occidentalem videlicet plagam ſitas, cum earum appenditiis & omnibus quæ infra ipſarum muros, vſque ad fluuium Sequanæ continentur, clauſtro B. Mariæ & ipſius libertati ſuperaddimus, & in clauſtrum perpetuâ ſtabilitate confirmamus; ita ſcilicet vt neque Rex, neque Epiſcopus, neque prorſus alia quælibet perſona in ipſis, ſiue in earum appenditiis exactiones, vel conſuetudines aliquas, vlterius requirere vel accipere præſumat, ſed in eadem libertate & tuitione alterius clauſtri perpetuò & inuiolabiliter perſiſtant, &c. Actum Pariſius anno Incarnati

1119. » Verbi M. C. XIX. regni noſtri XII. Adelaidis Reginæ VI. Aſtantibus in Palatio noſtro quorum nomina ſubtitulata ſunt Signum Villelmi Dapiferi, S. Hugonis Conſtabularij, S. Gilleberti Buticularij, S. Guidonis Camerarij. Datum per manum Stephani Cancellarij. Deceſſit Girbertus anno

1123. 1123. de quo hæc in necrologio S. Victoris leguntur: VIII. Kal. Februarij » anniuerſarium ſolemne Dom. Girberti Pariſienſis Epiſcopi, qui locum iſtum primò ædificare cepit, & poſtmodum contulit ſeptem arpennos vinearum, & triginta terræ arabilis: Hoc eodem migrationis eius anno, quaſdam conſuetudines Eccleſiæ Pariſienſi dimiſit quæ ſequenti ſchedâ recenſentur:

EGO GIRBERTVS PARISIENSIS EPISCOPVS *notum fieri volo tam futuris quàm & inſtantibus, quoniam rogatu ac petitione Berneri Decani cæterorúmque fratrum noſtrorum Eccleſ. S. Dei genitricis Mariæ, ego, inquam, & Tebaldus eiuſdem loci Archidiaconus, in altari de Criſtoilo, duas partes oblationum in quatuor ſolemnitatibus anni, videlicet in Na-* A *tale Domini, in Purificatione B. Mariæ in feſto eiuſdem Sanctis, in feſtiuitate omnium Sanctorum donamus & concedimus authoritate Epiſcopali, ſub anathemate deffendentes, ne quis in poſterum Eccleſiam Pariſienſem, ſuper hoc infeſtare præſumat, vel de iis aliquid vlterius requirere audeat. Verùm vt hoc ratum permaneat in ſempiternum, præſentem cartam noſtri authoritate ſigilli corroborari diſpoſuimus. Actum Pariſius anno Incarn. Verbi* M. C. XXIII. *regnan-* 1123.
te Ludouico Rege anno XVI. *Epiſcopatus noſtri an.* VII. *Signum Girberti Epiſcopi, S. Berneri Decani, S. Adæ Præcentoris, S. Stephani Archidiaconi, &c. Datum per* B *manum Algrini Cancellarij.*

65. STEPHANVS DE SENLIS I. Guidonis Siluanectenſis, nuncupati de Turre, domini de Chantilly & d'Ermenonuille, ac Berthæ vxoris filius, quem nonnulli perperam Philippi I. aut Ludouici Craſſi Regum Franciæ natum aſſerunt, alij non minus mendosè obſeruant, ex gente Garlandâ ortum, fratrémque Anſelli Seneſcalli, & Stephani de Garlandâ Franciæ Cancellarij, Archidiaconi Pariſienſis, quod errori fortè anſam dedit iis qui tradi- C dêre, pontificatus dignitate fuiſſe honeſtatum: veriùs autem Stephanus ex antiquâ & illuſtri familiâ Siluanectenſi genitus erat, quæ Franciæ Buticularij officio, ſub primis tertiæ Dynaſtiæ Regibus condecorata fuit, prout teſtantur cartularia S. Mariæ Corbolij, & Abbatiarum Ederacenſis, S. Victoris Pariſienſis, & Caroli loci, in cuius fundatione Guilelmi Lupi Siluanectenſis Buticularij frater nuncupatur. Ille igitur in omni diſciplinarum genere excultus, fit Decanus Aurelianenſis circiter an. 1113. ac mortuo Gir- D berto ad Epiſcopatus culmen prouectus 1123. anno inſequenti adſtitit fun- 1123.
dationi Prioratus S. Saluatoris Senonenſis præſente Ludouico Rege, ac Foſſatenſibus religioſis conceſſit Eccleſiam de Boiſſiaco; Canonicis verò ſuæ Eccleſiæ, quædam etiam dona largitur, quemadmodum profert ſequens tabula:

SENLIS BOVTEILLER. De greulles à cinq couppes d'or, 2.3.1.

EGO STEPHANVS *humilis Dei gratiâ* MINISTER PARISIENSIS *Eccleſiæ, notum fieri volo cunctis fidelibus tam futuris quàm & inſtantibus, quod de rebus ad presbyteratum ſex Eccleſiarum, Eccleſiæ videlicet de Orliaco, Ciuiliaco, Caſtaneto, Succiaco, Balneolo, & de Chriſtoilo*

pertinentibus, B. Mariæ & Capitulo Pariſienſis Eccleſia, in Eccleſiâ de Orliaco duos, & in ſingulis prædictarum villarum Eccleſiis ſingulos frumenti modios, ſingulis annis habendos, pro remiſſione peccatorum, & pro ſeruitio Dei amplificando, iure perpetuo donamus & concedimus. Statuimus tamen & præcipimus, vt tempore Quadrageſimæ à capite ieiunij vſque in quintum, annona illa ad hoc durare & ſufficere poterit, ſingulis Canonicis in clauſtro B. Mariæ manſiones habentibus panes inde ſinguli diebus ſingulis tribuantur. Nos ſicut autem & ceteri Canonici, nobis ſingulos panes ſingulis diebus inde habebimus, Canonici verò annuales queſtas, quas ab prædictarum Eccleſiarum ſacerdotibus exigere annuatim, & habere conſueuerunt, ab eis nec amplius exigent nec habebunt. Sub anathematis autem periculo intercedimus, ne vlli Epiſcopo, vlli Archidiacono, vlli Eccleſiaſticæ ſecularíue perſona, hanc pij voti noſtri inſtitutionem aliquo modo liceat immutare aut imminuere, ſiue eos qui hoc nobiſcum inſtituerunt, aliquâ occaſione impoſterum vexare, &c. Hæc autem omnia quæ ſupra diximus, aſſenſu Archidiaconorum noſtrorum Teobaldi videlicet & alterius Teobaldi in quorum Archidiaconatibus prædictæ habentur Eccleſiæ, & fecimus & inſtituimus, &c. Actum Pariſius publicè in capi-
1124. *tulo B. Mariæ anno Incarnati Verbi 1124. Ludouico Rege anno XVI. Stephano Epiſc. an. I. Signum Stephani Epiſcopi, S. Berneri Decani, S. Adæ Præcentoris, S. Stephani Archidiac. S. Theobaldi Archidiac. &c. Datum per manum Algrini Cancellarij.*.
Interfuit Stephanus die Paſchæ 1129.
1129. coronationi Philippi Regis Ludouici Craſſi primogeniti, eodémque anno nominatur in diplomate pro monachis S. Martini, vbi agitur de fundatione Abbatiæ monialium Montiſmartyrum; eiuſdem Epiſcopi curâ conſtruitur monaſterium Hederacenſe, Hugonis Abbatis Pontiniaci conſilio, opitulante etiam Guilelmo Buticulario fratre; inſupérque Prioratui S. Nicolai de Aciaco, Eccleſias parochiales de Drenciaco & Charronâ in ſuâ diœ-
1140. ceſi confirmauit an. 1140. ſed in chartophilacio Sancti Martini de illo extat talis ſcheda:

» IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Ego STEPHANVS Dei gratiâ PARISIORVM EPISCOPVS licet indignus, non ignorans quid ſolicitudinis, quid amoris, Chriſti & Eccleſiæ filius debeam, & cum multo timore perpendens quid oneris pro regendis fidelibus populis ſuſtineam, quanto ad hæc auxilio, quantâve pro diſtribuendis mihi eorum oblationibus ſolertiâ indigeam, faciendum pro neceſſitate cognoui ad ſupportandum tantæ impoſitionis ſarcinam, ſeruorum Dei auxilia quærere; eóſque vt nobiſcum ob cuſtodiam gregis Dei vigilent & orent ſtipendiorum noſtrorum participes efficere: cum autem omnibus, ſi fieri poſſet, munificum & vtilem Epiſcopalis me dignitas eſſe depoſcat, religioſis maximè viris munificentiæ & vtilitatis meæ liberalitatem aliquam impendere ſtudui. Quapropter Eccleſiæ B. Martini de Campis, & fratribus inibi Deo ſeruientibus Eccleſiam S. Dionyſij quæ dicitur de Carcere, quam diu manus laica iniuſtè inuaſerat, quæ etiam tempore noſtro ad manus Regias redacta fuerat, ipſam in manibus noſtris redditam, ex conſenſu, petitione & voluntate ipſius Domini Regis Ludouici, annuente Adelaide Reginâ, filiis etiam eius Ludouico Rege, & Henrico eiuſdem Eccleſiæ Abbate concedentibus; ſaluo in omnibus iure Pariſienſis Eccleſiæ, in perpetuum donauimus, cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus ſcilicet molendino vno in Mibray, furno etiam vno eidem Eccleſiæ proximo, villâ de Fontanis, cum Eccleſiâ & decimâ, nemore & portu, villâ etiam de Limogiis, cum Eccleſiâ & decimâ, villâ de Futcis, cum Eccleſiâ & decimâ, terrâ & pratis, in loco qui dicitur Rouundel, cum Præbendâ etiam B. Mariæ, maioris & ſedalis Eccleſiæ, & cum vniuerſis cæteris appenditiis, eo duntaxat modo, quo præfatæ Eccleſiæ Clerici eatenus tenuerant. Nos autem tranquillitati fratrum ibidem Deo famulantium prouidentes, ex conſenſu Bernerij Decani, & Adæ Præcentoris totiúſque Capituli, ſolas proceſſiones (exceptam Cruce & Capellano & Textu, & aquâ benedictâ) eis condonauimus, cæteráque omnia ad ius Pariſienſis Eccleſiæ pertinentia, nobis & Eccleſiæ noſtræ retinuimus, &c.
Actum Pariſiis in Capitulo, anno Incar. Dom. M. C. XXXIII. Regnan- 1133
te Ludouico an. XXV. Epiſcopatus autem noſtri IX. Signum Bernerij Decani, S. Adæ Præcentoris, S. Stephani Archidiaconi, S. Theobaldi Archidiaconi, S. Theobaldi Archidiaconi,

» S. Giſlebetti ſacerdotis. Ceterùm au-&t re Ioanne Canonico S. Victoris in Memoriali hiſtoriarum Stephanus dedit S. Victori annualia præbendarum Eccleſiæ Pariſienſis, & aliarum, quæ ſui iuris erant, Innocentio 2. Papâ id confirmante, à quo ſequens priuilegium impetrauit, è chartulario Epiſcopi Pariſienſis exſcriptum:

INNOCENTIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri* STEPHANO EPISCOPO PARISIENSI, *eiúſque ſucceſſoribus, &c. Quantò nobilis & glorioſa Pariſienſis Eccleſia pro Sede Regum Francorum exiſtit famoſior, in amore & reuerentiâ B. Petri & S. R. Eccleſiæ, venerabilis frater* STEPHANE *Epiſcope, manifeſtis argumentis extitit deuotior, tantò propenſius in his quæ ad vtriúſque decus & emolumentum ſpectare noſcuntur, optata ſuffragia impertiamur. Idcirco, chariſſime frater Stephane, rationabilibus poſtulationibus tuis præbentes aſſenſum, quæcúmque Pariſienſis Eccleſia impræſentiarum iuſtè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ceu iuſtis titulis Deo propitio poterit adipiſci, tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Pariſienſi Eccleſiæ Apoſtolici muniminis priuilegio communimus; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam videlicet S. Marcelli, S. Clodoaldi cum villâ & appenditiis, Eccleſiam de Campellis cum præbendis & tribus parochiis, id eſt de S. Mederico, de Capellâ, & de terris eidem Eccleſiæ pertinentibus, ſaluo nimirum cenſu duorum ſolidorum monetæ illius terræ, videlicet quæ in partibus illis expenditur, Senonenſi Eccleſiæ annualiter perſoluendæ. Quæ videlicet ſupradictæ Eccleſiæ, ad ius & proprietatem Pariſienſis Epiſcopi ſpectare noſcuntur. Ius etiam Epiſcopale infra ſcriptis Abbatiis, & earum parochiis, videlicet in Abbatiâ Latiniacenſi, Foſſatenſi. S. Maglori, S. Victoris, Vallis S. Mariæ de Sarneiâ, Sanctimonialium de Montemartyrum & de Kalâ, in Eccleſiâ inſuper Argenteoli: præterea pactum inter te & cariſſimum filium noſtrum Ludouicum Regem Francorum factum, de loco in ſuburbio Pariſienſi, qui Campellus vocatur, tibi confirmamus, vt tertia pars totius redditus foſſati illius terræ ſiue in cenſu, ſiue in emptionibus, venditionibus &c. tibi & ſucceſſoribus perſoluatur; duæ verò reliquæ partes Regali fiſco reddantur &c. ſtatuimus etiam vt ſi aliquis Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus ad Epiſcopatus fuerit honorem promotus, ipſius præbenda ad Pariſienſem Eccleſiam liberè reuertatur. Decernimus ergo vt nulli homini liceat te vel ſucceſſores tuos ſupra hac confirmatione perturbare, &c. Amen.* Moritur demum Stephanus 30. die Iulij; conditus eſt in medio chori Eccleſiæ S. Victoris, cuius cœnotaphio inſculpta hæc inſcriptio:

HIC IACET

Felicis memoriæ Reuerendus Pater & Dominus STEPHANVS *quondam Franciæ Cancellarius, poſt* EPISCOPVS PARISIENSIS, *huius domus ſpecialis benefactor, qui obiit anno Domini* M. C. XL. 1140.
tertio Calendas Auguſti.

Epitaphium ſequens eidem poſitum fuit his verſibus lepidiſſimis.

Hîc iacet inter oues STEPHANVS, *qui*
PARISIENSIS,
Extitit Eccleſiæ Paſtor, & huius ouis.
Hanc inopem, paruámque, nouámque pius
pater auxit,
Extulit, ornauit, rebus, honore, libris,
Multa dedit multis, ſe nobis, plúſq. daturus,
Si dare plus poſſet, qui ſua, ſéque dedit.

Huius Præſulis memoria celebratur in obituario Victorino his verbis: Quarto Kal. Auguſti anniuerſarium piæ recordationis STEPHANI PARISIENSIS Epiſcopi, qui in vitâ ſuâ hanc noſtram Eccleſiam, mirabili affectu ſinceræ dilectionis amplectens, multa & magna ei beneficia conferens, dignum & perpetuum ſui nominis & amoris memoriale poſteris dereliquit; ſiquidem in omnibus Eccleſiis, in quibus Præbendæ ſunt, nobis in ſingulis, Præbendas ſingulas dedit, in ſeniori Eccleſiâ B. Mariæ Pariſienſis Præbendam vnam, in Eccleſiâ S. Marcelli, S. Germani Autiſſiodorenſis, S. Martini de Campellis Præbendam vnam; dedit etiam nobis in omnibus ſupradictis Eccleſiis annualia Præbendarum, libros quoque optimos quos ſibi parauerat, moriens nobis reliquit: huius itaque tanti viri, tam ſpecialis amici anniuerſarium per ſingulos annos ſpecialiter & ſolenniter celebrandum, & cum magnâ deuotione faciendum eſt, & ante miſſam commendatio. Statutum eſt etiam, vt pro eius animâ Præbenda vna integra ſingulis diebus ad eleemoſinam præbeatur, & pauper vnus per ſingulos annos ex integro veſtiatur, & in die anniuerſarij eius centum pauperes pane, vino, & carni-

„ bus reficiantur, item anniuerſarium A
„ bonæ memoriæ Bartholomæi Cata-
„ launenſis Epiſcopi nepotis eiuſdem.

66. THEOBALDVS Prior antea
S. Martini de Campis ordinis Cluniacenſis factus Epiſcopus 1140. nomina-
1140. tur in diplomate pro ſanctimonialibus
Hederæ 1142. & in cartulario S. Martini 1144. quo etiam ſedente Eugenius
III. Papa præſente B. Bernardo conſecrauit Eccleſiam Montiſmartyrum
1146. 22. Aprilis 1146. Synodus quoque Pariſienſis congregatur aduerſus Gilbertum Porretanum Pictauienſem Anti- B
ſtitem 1147. de quâ Otho Friſingenſis
lib. 1. de geſtis Friderici I. Imp. cap.
50. huius mentio habetur in tabulâ
1150. Ludouici VII. Regis 1150. ad eundem
quoque ſcribit Petrus Cellenſis lib. 1.
epiſt. 21. & Petrus Venerabilis Abbas
Cluniacenſis epiſt. 40. lib. 4. vbi, in-
„ quit: Placuit, chariſſime mihi, reue-
„ rentiæ veſtræ ſuper multa & magna in
„ mortibus fratrum noſtrorum deſola-
„ tione noſtrâ nos conſolari: de nobis
„ dignationi veſtræ gratias ago, quia
„ non cura multiplex, non faſtus ho-
„ noris, non Pontificalis apex, vos à
„ Cluniacenſi corpore alienauit. Lucius C
II. Papa libertatem ſuppellectilium
morientis Epiſcopi à Rege Ludouico
conceſſam 1147. cum priuilegio Eccleſiarum confirmat; & Eugenius III. ius
talliæ ab eodem Ludouico condonatum, quod Rex in terris Epiſcopi exigere ſolebat; habetur autem in cartophilacio S. Martini charta Theobaldi
1148. pro decimâ S. Briccij 1148. aliúdque
documentum confirmationis Eccleſiarum monaſterij S. Martini: & in
magno Paſtorali, priuilegium aſſeruatur de immunitatibus Capituli, tali
tenore:

EGO LVDOVICVS *Dei gratiâ Fran-* D *corum Rex. Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Eccleſiæ fidelibus tam futuris quàm preſentibus, quod* THEOBALDVS PARISIENSIS *Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus, & Clemens Decanus, aliíque Canonici noſtræ ſupplicauerunt ſerenitati, quod pro Dei omnipotentis amore & eiuſdem Eccleſiæ, & poſtmodum cauendo periculo, ne aliquâ malorum hominum ſuggeſtione ſeu machinatione, aliquo modo turbaretur Eccleſia, emunitate immutabili poſſeſſiones, conſuetudines & iura quæ in villis quarum nomina adſcripta ſunt, Orliacum, Ciuiliacum, Laiacum, Caſtanedum, Balneolum, Roſcium, Inriacum, Sicouillam, Vernon, Machelum, Cellas, Mintriacum, & Moriacum, Kerisacum, Chriſtoilum, Succiacum, & in omnibus earundem appenditiis habent, auctoritate Regiâ communiremus, inter quæ præcipuè poſtulauêre, vt nec noſtro, nec aliorum tempore, nec à nobis, nec à miniſterialibus noſtris, ſeu à ſucceſſoribus noſtris Regibus, quædam conuiuia quæ vulgò corede vel giſte vocantur, in villis exigere, vel accipere liceret. Nos ergo Eccleſiam Pariſienſem, in cuius clauſtro quaſi quodam maternali gremio incipientes vitæ, & pueritiæ noſtræ exegimus tempora, anteceſſoribus noſtris cariorem, & inter Regni Eccleſias eminentem conſiderantes, inito conſilio cum fidelibus noſtris, petitionibus iam dicti Cleri aſſenſum præbentes, velut poſtulauerunt fieri, id eſt, quod conuiuia illa, ſeu corede vel giſte, in prædictis villis nullatenus, de cæterò exigantur præcipimus, atque pro peccatorum noſtrorum remiſſione, & prædeceſſorum noſtrorum Franciæ Regum ſalute confirmamus; quod ne valeat infringi, & in futuro ratum & prorſus inconcuſſum permaneat, auctoritate ſigilli noſtri communiri, noſtríque nominis caractere conſignari præcepimus. Actum publicè Pariſius anno ab*
Incarn. M. C. LVII. *adſtantibus in pa-* 1157.
C *latio noſtro quorum ſubtitulata ſunt nomina, S. Comitis Bleſenſis, Theobaldi Dapiferi noſtri, S. Guidonis Buticularij, S. Mathæi Camerarij, S. Mathæi Conſtabularij. Data per manum Hugonis Cancellarij.* Vi-
uere deſiit Theobaldus 1157. Iunij 24. 1157.
ex chron. Normaniæ, & ſupplemento
Sigeberti, licet apud chronographum
Victorinum mortuus ſcribatur an. 1151.
Idibus Ianuarij; ſepeliri voluit ante
maius altare Eccleſiæ S. Martini Pariſienſis, parte ſiniſtrâ, poſt cuius deceſſum Epiſcopatus Regaliæ iure vacauit,
vt patet ſequenti titulo: EGO LVDOVICVS *Dei gratiâ Francorum Rex.*
D *Poſt obitum Pariſienſis Epiſcopi bonæ memoriæ Theobaldi, Epiſcopatus & Regale in noſtram manum venit, & ſimiliter Capiceriæ redditus, ſed cum oblationes & redditum altaris nollemus aſſumere in vſus regios, Monaſterium virginale de Hederâ conſpeximus multis indigere, & ſacrarum virginum indigentiâ ſuccurrere duximus. Notum itaque facimus vniuerſis præſentibus & futuris, quod pro noſtrâ & anteceſſorum Regum Franciæ animabus, quicquid capiebamus in Capiceriâ Eccleſiæ Pariſienſis, vacante Sede, & Epiſcopatu exiſtente in manu Regiâ, conuentus ſororum de Hederâ, quotiens vacauerit Epiſcopatus, donauimus*

habendum, vſque ad ipſum diem, quo facta
fuerit electio : & interim dum tenuerint
Monsales Capiceriam , ipſius Capiceriæ &
altaris tam de luminaribus , quàm de aliis
neceſſariis, ſicut eſt conſuetudo Eccleſiæ , ex-
penſas facient, &c. Actum publicè Pari-
1161. *ſius anno ab Incarnat. Dom.* M. C. LXI.
adſtantibus in Palatio noſtro , quorum ſub-
titulata ſunt nomina & ſigna. S. Comitis
Theobaldi Dapiferi noſtri, S. Guidonis Bu-
ticularij, S. Mathæi Camerarij , Conſtabu-
lario nullo. Data per manum Hugonis
Cancellarij & Epiſcopi Sueſſionenſis.

67. PETRVS LOMBARD I. No-
uariæ in Longobardiâ Tranſpadanâ
ortus, cognomento Magiſter Senten-
tiarum, & Theologorum Scholaſtico-
rum, ex Canonico Carnotenſi Pari-
1159. ſienſem Pontificatum iniit 1159. vel ſe-
quenti anno, ceſſione Philippi à Fran-
ciâ Archidiaconi, regij ſanguinis Prin-
cipis Ludouici VI. Regis filij, qui di-
gnitati lubens renuntiauit in gratiam
Petri quondam præceptoris, vt tradunt
Robertus de Monte & chronica anti-
qua Normaniæ. Lombardus autem in
omni literarum ſacrarum ſtudio cla-
» ruit ; nam & Albericus in chronico
» recitat egregias tanti viri lucubratio-
» nes, librum Sententiarum, Gloſſatu-
» ram ſuper B. Pauli epiſtolas, opus,
» ſatis grande ſuper Pſalterium, & hæc
» eſt in ſcholis, quæ dicitur maior Gloſ-
» ſatura : Addit Aubertus Miræus ex
» chronico Belgico, eum ſediſſe ab an.
1160. » 1160. & compilaſſe ex dictis Sancto-
» rum Patrum, hoc eſt Ambroſij, Hilarij,
» Auguſtini , & Caſſiodori commenda-
» bile opus Sententiarum : in diuinis
» etiam ſcripturis ſtudioſiſſimum & no-
» tabiliter doctum fuiſſe , ingenio ſub-
» tilem , qui nomen ſuum cum tantâ
» gloriâ tranſmiſit ad poſteros , vt ſuis
» opuſculis Theologorum ſchola vbi-
» que exercitata , ſingulari veneratione
» Magiſtrum eum nominet. Porro Sen-
tentiarum libros commentariis illuſtra-
uerunt doctiſſimi Scholaſtici, Guilel-
mus Altiſſiodorenſis , Albertus Ma-
gnus , S. Thomas, S. Bonauentura,
Guil. Durandus , Ægidius de Româ,
Gabriel Major, Scotus, Okamus , &
hoc ſeculo Guilelmus Eſtius. Plures
ab eodem Lombardo ſermones ſcri-
ptos aſſerit Eiſingrenius , libros eius
ſententiarum partim ſcriptorum vitio
corruptos & mutatos, partim Lombar-
di ipſius bonâ fide, ſed non ſatis cautâ

A multis falſis citationibus & aliis men-
dis laborantes, vt qui plura ab Hugo-
ne de S. Victore & gloſsâ ordinariâ
mutuatus eſt, ad veri regulas reuoca-
runt, tum Ioannes Alealmus , tum
Louanienſes ; commentaria verò in
pſalmos quos vocant hymnos & ſoli-
loquia, illuſtrauit & in lucem edidit
Richardus Cenomanus. Cum autem
primus Theologiæ vaſtiſſimum pela-
gus totum aggreſſus eſſet nouâ ratio-
ne enatare, non mirùm ſi vir alioquin
doctiſſimus, in aliquos ſcopulos erro-
ris incurrat aliquando ; loca videre
potes apud Sixtum Senenſem in lib. 5.
B & 6. bibliotecæ ſanctæ , annotatione
62. & 71. Apud Alexandrum verò
111. Pont. hæreſis nomine fuit dela-
tus, quod docuiſſet Chriſtum vt ho-
minem, non eſſe aliquid, eámque ſen-
tentiam iubente Papâ damnatam his
literis teſtatur Mathæus Paris in hiſt.
Anglicanâ:

ALEXANDER *Epiſcopus ſeruus ſer-*
uorum Dei Vuilelmo Senonenſi Archiepiſ-
copo ſalutem. Cùm in noſtrâ olim eſſes præ-
ſentiâ conſtitutus, tibi viuâ voce iniunxi-
mus, vt Suffraganeis tuis Pariſiis tibi aſci-
tis, ad abrogationem prauæ doctrinæ PETRI
C *quondam Pariſienſis Epiſcopi, quâ dicitur :*
quòd Chriſtus ſecundùm quod eſt homo, non
eſt aliquid, omnino intenderes, & efficacem
operam adhiberes. Indè ſiquidem eſt, quòd
fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta man-
damus, quatenus , quod tibi cùm præſens
eſſes præcipimus, Suffraganeos tuos Pariſios
conuoces, & vnà cum illis & aliis viris re-
ligioſis & prudentibus, præſcriptam doctri-
nam ſtudeas penitùs abrogare, & à magi-
ſtris ſcholaribus in Theologiâ ſtudentibus,
Chriſtum, ſicut perfectum Deum , ſic & per-
fectum hominem , ac verum hominem ex
animâ & corpore conſiſtentem , præcipias
edoceri : vniuerſis firmiter & diſtrictè in-
iungens , quòd doctrinam illam de cætero
nequaquam docere præſumant , ſed ipſam
D *penitus deteſtentur.* Scripſit libellum
contra eundem Lombardum Ioachim
Abbas Florenſis cœnobij , at verò in
Concilio generali Romano 1215. ipſe
accuſator Ioachimus damnatur. De-
ceſſit 1164. die 20. Auguſti ac ſediſſe 1164.
ſcribitur tribus annis ab Alberico; ſe-
pultus in Eccleſiâ Collegiali ſuburba-
nâ S. Marcelli , cuius tumulo inſcri-
ptum ſequens epitaphium.

HIC IACET

Magiſter PETRVS LOMBARDVS

Pariſienſis Epiſcopus, *qui* A *compoſuit librum Sententiarum, gloſſas Pſalmorum & Epiſtolarum, cuius obitus dies eſt XIII. Calendas Auguſti.*

Plura de illo Antiſtite commemorant Mathæus Paris, Trithemius, S. Antoninus, Sixtus Senenſis, auctuarium Affligemenſe & Aquicinctinum, Henricus Gandauenſis, Opmeerus, Baronius & Bellarminus Cardinales, Genebrardus, Poſſeuinus, Maſſonus in Annalibus Franc. & alij. Ceterùm fabula eſt Lombardi fratres fuiſſe Petrum Comeſtorem & Gratianum ex adulterio natos, quod S. Antoninus B reprobat: ſiquidem Lombardus patriâ fuit Nouarienſis, Gratianus Decreti compilator Etruſcus, & Petrus Comeſtór Trecenſis.

Svlly .68 Mavricivs de Svlly, humili apud Soliacum oppidum ad Ligerim ortus loco, non ex illuſtri familiâ dominorum Soliaci, ſucceſſit

1164. Lombardo 1164. nam ex tabulâ B. Mariæ de Rochâ in ſua diœceſi, donum Guidonis de Lecuis Militis eidem Eccleſiæ firmauit 1190. Epiſcopatus ſui trigeſimoſexto. Hoc eodem anno menſe Aprili diſcordia inter Mauricium & Odonem S. Dionyſij Abbatem oritur pro Eccleſiâ de Argenteolo, vbi C Abbatiſſam debere conſtitui cum Virginum collegio Epiſcopus affirmabat; quam controuerſiam in Pariſienſi palatio ante Papam Alexandrum 3. quadrageſimali tempore agitauit, vt eſt in membranâ Pariſienſis archiui. Sunt autem multa priuilegia Summorum Pont. eidem Antiſtiti conceſſa, ſcilicet Clementis III pro confirmatione Abbatiarum Heriuallis, Hermeriarum, de Montexſtiuo & de Giffo, quas de nouo conſtruxiſſe dicebatur Mauricius, itémq; S. Cyrici ac Vallis profundæ. Conſecrauit Senonis Guilelmum de Campaniâ Archiepiſcopum D Remenſem, ac ſuſcepit è fonte ſacro Philippum Auguſtum Regem, in capellâ B. Michaëlis Dominicâ poſt octa-

1165. uas Aſſumptionis 1165 Hugone S. Germani, Herueo S. Victoris, & Odone B. Genouefæ Abbatibus patrinis, vnà cum Conſtantiâ Regis ſorore, vt teſtatur continuator Aimoini lib. 5. cap. vltimo. Poſthæc verò in æde Epiſcopali, cum plurimis Præſulibus, Principibus viris, ac proceribus totius re-

1179. gni Franciæ, conuocatum eſt Pariſiis 1179. generale Concilium à Ludouico Rege pro electione Philippi Adeodati filij, vt notat Rigordus; nominatúrque in cartario Rigniacenſi cum Stephano S. Genouefæ Abbate 1182. & 1182.

in Dionyſiano 1186. cum Mauricio Archidiacono. Eodem anno ſepeliuit in Cathedrali ſuâ Godefridum Britanniæ Ducem, aſſiſtente Rege Philippo 1186.

Auguſto, qui in eadem Eccleſiâ quatuor præbendas fundauit, & ad decorem vrbis Pariſienſis regali impensâ omnes vicos quadratis lapidibus ſtrauit ob intolerantiam luti, & cœmeterium publicum muris cinctum in loco Campellorum, quod poſtea Sanctorum Innocentium dictum eſt, ædificari curauit, de cuius exordio Albericus. Eo ſedente ſynodus Lutetiæ habita eſt, in quâ Regi decimæ donatæ ſunt conſilio Epiſcoporum, quas Saladinas ob bellum aduerſus Saladinum nuncupatas teſtantur. Idem Mauricius ſub an. 1189. pro animâ Eliſabethæ Phi- 1189.

lippi Regis vxoris in Eccleſiâ Pariſienſi humatæ, altare erexit inſtitutiſ à Rege duobus ſacerdotibus pro celebratione Miſſarum, teſte Rigordo. Ad eum ſcribit Petrus Epiſcopus Claromontanus apud Stephanum Tornacenſem epiſt. 3. pro formâ conferendi baptiſmi, cui reſpondet epiſtolâ ſequenti. Pontifex quoque Alexander III. Vilelmo Senonenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, cauſam inter eundem Mauricium & Canonicos Pariſienſes, ſuper redditibus Decanatus percipiendis, deffiniendam remiſit, in gratiam Epiſcopi, cuius priuilegij exemplar habetur in chartulario Pariſienſi, vbi & legitur donatio Guidonis domini de Caproſiâ, præſente Mauricio facta Thebaudo Abbati Foſſatenſi. Sed magnam proculdubio apud poſteros nominis claritatem ſibi comparauit, eximiâ ſtructurâ Cathedralis Deiparæ Virginis, quam à fundamentis inſtaurauit, regnante Philippo Auguſto, Alexandro 3. Papâ primum lapidem imponente; nam Autiſſiodorenſis monachus in chronico inquit: Floret Mavricivs Epiſcopus, qui ob induſtriam ac literaturam eximiam, & diſertitudinem linguæ præcipuam, de infimo magnæ paupertatis, ad Pontificalis demum euectus eſt apicem dignitatis. Hic inter præclara opera ſua, Eccleſiam cui præerat à fundamentis extruxit, duóſque pontes lapideos condidit, alterum ſuper Sequanam, alte-

rum ſuper Matronam; multa alia Eccleſiæ bona contulit vt eſt in Necrologio 3. Idus Sept. Sepelitur Mauricius in medio chori Abbatiæ S. Victoris hâc inſcriptione:

HIC IACET

Reuerendus Pater MAVRICIVS PARISIENSIS *Epiſcopus, qui primus baſilicam Beatæ Mariæ Virginis inchoauit.*
1196. *Obiit anno Domini* M. C. XCVI. *tertio Idus Septembris.*

Ceterùm in Mauricij obitum quidam contemporaneus hos verſus edidit, quos ex manuſcripto codice vir clariſſ. Nicolaus Camuzatus Canonicus Trecenſis ſuppeditauit.

Migrat PARISII *Pater ad patriam Paradiſi*
MAVRICIVS: *mundo Martha, Maria Deo.*
Hic obit à quintâ leiunus luce viator,
Eſurit in verâ carne videre Deum.
Offertur panis, quem clauſis ſenſibus intra
Spiritus inſpirat corporis eſſe cibum,
Verbo mente, manu calicē, panémq; repellit,
Et ſic cæleſti corripit ore dolum.
Illuſere mihi velut hoſpes: poſtulo paſſum,
Paſſum ſub verâ poſtulo carne Deum.
Rem ſtupet auditor, offert venerabilis Abbas
Quod petit, occurrit mente, manúq; pater.
Sentit adeſſe Deū, feruescit in oſcula: ſanctū
Vas tenet, & verum corpus adorat ita,
Ecce ſalus mundi, Verbū Patris, hoſtia ſacra,
Viua caro, Deitas integra, verus homo.
Te Deus eſurio, quod non ſinis exteriorem,
Te Deus interior ſumere poſſit homo.
Trāſeat ad dextrā Patris Chriſti caro, cū quo
Diſponit Patris regna redemptor homo.
Sic ſpes hic meruit rem præſentire, fidéſque
Scire, videre Deum glorificandus homo.
Sic amor exarſit, ſic ſpes præſenſit, vt vna
Crederet, & ſciret credita certa fides.

Extant hi verſus de Mauricij obitu apud Breulium:

Doctor & Antiſtes, cathedrâ condignus vtrâque,
A primâ meruit continuare duas.
Sana fides, doctrina frequens, eleemoſyna iugis,
Clamant Pariſius non habuiſſe parem.
Virginei menſis quæ tertia præuenit Idus,
Splendorem ſepelit nube ſepulta dies.

De illius fato & operibus, Rigordus Philippi Auguſti Regis Chronographus ita loquitur libro de geſtis eiuſdem. Eodem anno, tertio Idus Septembris MAVRICIVS venerandæ memoriæ PARISIORVM Epiſcopus, pater pauperum & orphanorum fœliciter migrauit ad Dominum. Hic inter innumera bona quæ fecit, quatuor Abbatias fundauit & propriis ſumptibus deuotiſſimè dotauit, videlicet Heriuallem, Hermerias, Hederam, Gif, & alia quamplura, quæ longùm eſſet hîc ponere. In fine tandem quicquid in re mancipi habuit, pauperibus erogauit. Et quia reſurrectionem corporum, de quâ multos peritos tempore ſuo hæſitantes audierat, firmiſſimè credebat, cupiens illos ab incredulitate ſuâ etiam moriens reuocare, rotulum ſcribi mandauit, huiuſmodi ſcriptum continentem; Credo quod Redemptor meus viuit & in nouiſſimo die de terrâ ſurrecturus ſum & in carne meâ videbo Saluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Hunc rotulum in extremis agens ſuper ſuum pectus extenſum à fidelibus ſuis & familiaribus poni præcepit, vt omnes viri literati ad eius ſepulturam in die obitus ſui conuenientes, & hanc ſanctam ſcripturam legentes, firmiſſimè communem omnium corporum reſurrectionem crederent, & deinceps nullatenus dubitarent: huic ſucceſſit Odo natione Soliacenſis. Plura etiam de Mauricio referunt Guillelmus Nangius, Vincentius Beluacenſis parte 3. ſpeculi Hiſtorialis, Robertus in ſupplemento Sigeberti, Iacob. Vitriacus cap. 38. Cæſarius Ciſtercienſis lib. 6. c. 19. & l. 7. c. 43. ac 9. c. 43. magnum chronicon Belgicum, Antoninus l. 17. c. 9. Trithemius & alij.

69. ODO DE SVLLY nepos Theobaldi Magni Comitis Campaniæ, ex antiquâ proſapiâ dominorum de Soliaco, Archembaldi 1. & Mathildis de Baugency filius; antea Cantor Bituricenſis Eccleſiæ & Henrici Archiepiſcopi frater. Philippi Auguſti Franciæ & Henrici 2. Angliæ Regum conſanguineus dicitur à Petro Bleſenſi; Rigordus lib. de geſtis eiuſdem Philippi eum longè à Mauricio deceſſore, moribus & vitâ diſſimilem appellat, tamen ex veteri chronico MSS. liquet Epiſcopum fuiſſe æmulatorem virtutis & vitiorum inſectatorem, quíque inter bona quibus emicuit, id præcipuum ha-

SVLLY. D'azur ſemé de molettes d'or, à vn lyon de meſme.

» buit, vt in beneficiis confcrendis non A
» ad genus, precéſue, ſed ad mores, ſcien-
» tiámque reſpicerer. Puer aurem elee-
moſynas lacrymis condiens, vberes
redditus, quos in Angliâ habebar, di-
ſtraxit, vt pecuniam inde quæſitam
pauperibus erogaret; adoleſcenrem ve-
rò Gregorius 8. Ponrifex penè pari
Epiſcopis honore excepit. Porrò ele-
ctus Pariſienſis vocatur cum Decano
& Cantore in tabulâ iuriſdictionis
Epiſcopi in Calenſem Eccleſiam mo-
1197. nialium 1197. quo anno Epiſcopatus
primo, ſubſcribit chartæ ceſſionis Pe-
tri de Donjon militis, Eccleſiæ Pari-
ſienſi apud Iardum in curiâ Reginæ B
Francorum Adelæ; & in magno Pa-
ſtorali aſſeruatur ſequens ſcheda:

ODO *Dei gratiâ* PARISIENSIS
Epiſcopus in Domino ſalutem. Ad hoc nos
licet immeritos in huius prælationis officio
diſpenſatio voluit diuina conſtitui, vt ad di-
uini cultus ampliationem ſtudioſius debea-
mus intendere, & quæ contra honeſtatem
Eccleſiaſticam in domo Domini minus re-
gulariter pullulaſſe nouimus, exſtirpare.
Cum igitur Dominica Circoncisionis vene-
randa ſolemnitas olim in Eccleſiâ Pariſienſi
minus regulariter ageretur, & ſub prætextu
malæ conſuetudinis ad tanta diſſolutionis C
eſſet redacta perniciem, quod plerúmque
ipsâ die enormitates abominabiles & opera
contingeret flagitioſa committi, tandem
Domino Petro S. Mariæ in viâ latâ Diaco-
no Cardinali tunc in partibus noſtris le-
gationis officium exequente, cum ei de præ-
dictis exceſſibus & enormitatibus conſtitiſ-
ſet, ſolemnitatem ipſam per nos & quoſdam
de maioribus Eccleſia noſtra, voluit ordi-
nari. Nos igitur cum prædictis mandato
præfati Cardinalis deuotius aſſurgentes & à
ſanctuario Domini totius diſſolutionis cu-
pientes eliminare materiam prædictam, fe-
ſtiuitatem Circonciſionis in quâ & actus no- D
ſtri debent & labia circuncidi, ordinare cu-
rauimus & quæ reſecanda vidimus reſecare,
ſicut in ſcripto authentico ſuper hoc compo-
ſito & tam noſtro quàm prædictorum ſigillis
munito plenius continetur. Ad hac cum
feſtiuitas Beati Prothomartyris Stephani,
eiuſdem ferè ſubiacebat diſſolutionis & te-
meritatis incommodo, nec ita ſolemniter
ſicut decebat & martyris merita require-
bant in Eccleſiâ Pariſienſi conſueuerat ce-
lebrari. Nos qui eidem martyri ſumus ſpe-
cialius debitores, cum in Eccleſiâ Bituricenſi
patronum habuimus, in eius gremio ab
ineunte fuimus nutriti, de voluntate & aſ-
ſenſu dilectorum noſtrorum Hugonis Deca-
ni, & Capituli Pariſienſis feſtiuitatem ip-
ſam ad ſtatum reducere regularem, eámque
magnis Eccleſiæ ſolemnitatibus annumera-
re decreuimus, ſtatuentes vt in ipſo feſto
tantùm celebritatis agatur, quantùm in cæ-
teris feſtis annualibus fieri conſueuit; Vo-
lentes igitur vt ex prædictis inſtitutionibus
eiuſdem Eccleſiæ ſeruitoribus non ſolum
ſpirituale commodum, ſed etiam temporale
proueniat in ſignum deuotionis & ob ipſius
Protomartyris reuerentiam ſingulis Cano-
nicis Pariſienſibus vel Clericis maiori al-
tari ſeruientibus, qui in natali S. Stephani
matutinis interfuerunt, ſex denarios Pariſ.
ſingulis verò Clericis chori non Canonicis
quatuor denarios, ſingulis autem pueris cho-
ri duos denarios, ſingulis tamen Clericis
qui in miſſâ reſponſum vel alleluya in or-
gano triplo ſeu quadruplo decantabunt ſex
denarios benignè conferimus; in Præpoſi-
turâ noſtrâ Pariſienſi in perpetuum perci-
piendos, in feſtiuitate verò Circumciſionis
ſingulis Clericis chori non Canonicis qui
matutinis interfuerint tres denarios Pari-
ſienſes, ſingulis verò pueris chori duos dene-
rios annuatim in redditibus Capicerij Pa-
riſ. percipiendos, donamus & imperpetuum
habendos concedimus & ſucceſſores noſtros
ad ſoluendos redditus ſupradictos imperpe-
tuum obligamus, vt impoſterum ſi prædi-
ctas ſolemnitates ad antiquam enormita-
tem vel inordinationem, quod Deus auertat,
reduci fortè contingeret, tam nos quàm ſuc-
ceſſores noſtri ab eorum ſolutione redditüum
penitus eſſemus immunes: vt igitur quod
pro diuini cultus augmento ſtatuitur, per-
petuo robore conualeſcat, præſens ſcriptum
ad firmitatem maiorem fieri, & ſigilli noſtri
præcepimus impreſſione muniri. Actum
anno Incarnati Verbi M. C. XCIX. *Pontifi-* 1199.
catus noſtri anno iii. In eodem cartho-
philacio alrera membrana in gra-
tiam huius Præſulis continetur: «
PHILIPPVS Dei grariâ Franco- «
rum Rex; Nouerint vniuerſi præſentes «
& futuri, quod nos chariſſimum con- «
ſanguineum & fidelem noſtrum ODO- «
NEM Epiſcopum Pariſienſem, intui- «
tu dilectionis quam ſpecialiter habe- «
mus ad ipſum, occaſione etiam cuiuſ- «
dam conrumeliæ eidem à ſeruientibus «
noſtris illaræ, quam audientes pluri- «
mum doluimus, in perſonâ ſuâ rantùm «
quamdiu vixerit, ab omni exercitu & «
equitatione, abſoluimus penitus, & «
quittamus tam tempore noſtro, quàm «
ſucceſſorum noſtrorum Regum Fran- «
ciæ, ſaluo nobis debiro militum, quos «
idem Epiſcopus tenetur mittere in ſer- «
uitium

» uitium noſtrum; quod vt ratum, &c. A
1200. » Actum Pariſius anno 1200. regni no-
» ſtri 21. aſtantibus in palatio noſtro
» quorum nomina ſuppoſita ſunt, Dapi-
» fero nullo, ſig. Guidonis Buticularij.
» S. Mathæi Camerarij, Drogonis Con-
» ſtabularij, vacante Cancellariâ. Hoc
eodem anno confirmatur libertas clau-
ſtri B. Mariæ cuius talis ſeries:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Philippus Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerit vniuerſitas præſentes pariter & futuri, quod nos libertatem & immunitatem quam Eccleſia & clauſtrum Pariſienſe temporibus prædeceſſorum* B *noſtrorum & noſtro habuit ratam habemus, atque obtinemus & eidem Eccleſiæ & clauſtro confirmamus. Ita quod quicúmque prædictam Eccleſiæ clauſtri libertatem vel immunitatem infregerit, is centum libris Pariſienſis monetæ Eccleſiæ Pariſienſi emendabit, vel ſi centum libras reddere non potuerit, nos perſonam illam quæ forisfactum fecit, ſi tamen inueniri poſſit, dictæ Eccleſiæ reddemus, ſin autem vniuerſas res illius ſaluis tamen ſeruitiis & conſuetudinibus quas terræ debent dominis in quorum feoda ſunt, & de quibus mouent quas ille tenebit qui forisfactum fecerit eidem Eccleſiæ ratione prædictæ pœnæ trademus, & exponemus abſque contradictione ad capiendum* C *donec ipſi Eccleſiæ ſit ſatisfactum. Actum*
1200. *Pariſius Verbi Incarnati* M. CC. *regni verò noſtri an. 21. Dapifero nullo. S. Guidonis Buticularij, S. Mathæi Camerarij, S. Drogonis Conſtabul. Data vacante Cancellaria.*
Legitur & in tabulario Pariſienſi compoſitio pacis inter eundem Odonem, & Abbatem S. Genouefæ in causâ querelæ ab Epiſcopo motæ, pro iure parochialis Eccleſiæ S. Stephani de
1202. Monte 1202. confirmátque Pontificatus ſui ſexto inſtitutionem capellæ de Remenolio: memoratur menſe No- D uembri vnà cum Philippo Beluacenſi in tranſactione diuiſionis limitum Epiſcopatuum in loco de Moynel, adſtantibus Abbatibus Vallis S. Mariæ, S. Iuſti & de Hermeriis; & in cartulariis Vallis noſtræ Dominæ & de Rochâ. Approbat verò fundationem S.
1204. Honorati 1204. & S. Symphoriani 1207. quo anno iterum mentio eius habetur in tabulario Sandionyſiano; & in Paſtorali Pariſienſi aſſeruatur concordia eiuſdem Eccleſiæ cum Abbatiâ S. Genouefæ eo tenore:

» ODO Dei gratiâ PARISIENSIS
» EPISCOPVS, omnibus Chriſti fide- A
» libus, ad quos præſens ſcriptum per-
» uenerit, æternam in Domino ſalutem.
» Ad vniuerſorum notitiã volumus per-
» uenire, quod cum venerabiles viri
» Abbas & capitulum S. Genouefæ præ-
» bendam & Vicariam, quam in Eccleſiâ
» B. Mariæ Pariſienſis habebant, nobis
» & ſucceſſoribus noſtris ratione com-
» poſitionis quæ inter nos & ipſos inter-
» ceſſerat, contuliſſent, penitus & qui-
» taſſent. Nos poſtmodum tam preben-
» dam quàm Vicariam memoratam di-
» lectis fratribus noſtris Hugoni Deca-
» no & capitulo Pariſ. conceſſimus &
» quitauimus perpetuis temporibus poſſi- B
» dendam, vt tam de prebendâ, quàm
» Vicariâ eiſdem prout voluerint liceat
» ordinare. Ita tamen quod capitulum
» ſupradictum præter decem libras Pa-
» riſ. monetæ, quas matriculariis ſacer-
» dotibus in Eccleſiâ noſtrâ à nobis no-
» uiter inſtitutis habendas perpetuò con-
» tulerunt, eiſdem matriculariis ſeptem
» libras Pariſienſ. & poſt ceſſionem vel
» deceſſum magiſtri Alberti ſexaginta
» ſolid. eiuſdem monetæ annuatim ſol-
» uere tenebuntur. Vt igitur donatio iſta
» & conceſſio perpetuo robore conua-
» leſcat, præſentem cartam ſigilli noſtri
C » fecimus impreſſione muniri. Actum
» anno Incar. Verbi M. CC. IV. Pon- 1204.
» tificatûs noſtri anno VII. Huic autem Præſuli committit Innocentius III. lib. 1. epiſt. cognitionem cauſæ Lingonenſis Epiſcopi, eique dirigit caput 5. ex parte de corpore vitiatis: Ceterùm extat in archiuio Pariſienſis Epiſcopatus, priuilegium Comitis Bellimontis pro Eccleſiâ S. Dionyſij in carcere ſub hâc verborum formulâ:

ODO *Dei miſeratione* PARISIENSIS EPISCOPVS *omnibus ad quos literæ præſentes peruenerint in Domino ſalutem. Quod pro diuini cultus augmento ſta-* D *tutum, literarum conuenit teſtimonio commendari, ne proceſſu temporis valeat in obliuionem adduci: ad vniuerſorum itaque notitiam volumus peruenire, quod cum eſſet in ciuitate Pariſienſi locus quidam, reuerentiæ, & religionis antiquæ, in quo glorioſus Martyr Dionyſius in carcere traditur fuiſſe detentus, quem etiam Dominus Ieſus Chriſtus ſuâ perhibetur præſentiâ honoraſſe: cum eidem Martyri corporis ſui ſacramentum propinauit ibidem, vbi etiam olim deuotio fidelium capellam erexerat, quæ poſtmodum per incuriam ad ſolitudinem redacta fuerat & neglecta. Tandem inſpirante gratiâ Spiritus ſancti nobilis vir Mathæus*

Comes Bellimontiſ qui tam in capellâ quàm A *domo adiacente ius patronatus & proprietatis habebat, quicquid iuris habebat, ibidem in nos ac ſucceſſores noſtros piâ liberalitate transfudit. Nos itaque locum iſtum ad honeſtiorem ſtatum reducere cupientes, ibi in memoriam & venerationem B. Dionyſij capellam ſolemniorem ereximus, & capellanos inſtituimus in eadem Eccleſiâ ſeruituros, & reſidentiam in perſonis propriis facturos bonâ fide. Ad eorum igitur ſuſtentationem Elien. illuſtris Comitiſſa Viromandia, pro ſalute Dominæ A. Sereniſſimæ quondam Franciæ Reginæ, pietatis intuitu contulit centum marchas argenti, de quibus comparauimus ab Abbate & conuentu* B *Montiſeſtius furnum quem habebant Pariſiis, qui dicitur furnus inferni, cum omnibus ad eum pertinentibus, pro centum & triginta libris Pariſienſibus. De reſiduo verò videlicet ſexaginta & decem libris Pariſienſibus, ementur redditus ad opus capellanorum quos prædiximus, cum decimâ Vuilelmi Buignelli militis, cum redempta fuerit, & quia pro illis ſexaginta & decem libris modo tenetur pignori obligata, ad opus eiuſdem capellæ Garnerus etiam de S. Lazaro ciuis Pariſienſis, & Agnes eius vxor domum ſuam ſitam ante portam S. Iuliani pauperis ſicut comportat ſe vſque in* C *magnum vicum, liberam ab vno denario cenſuali, & omni conſuetudine & iure, quod Simon de Piſſiaco miles in eadem domo habebat, & in manu noſtrâ quitauit, & tres arpennos vinearum in Valle S. Martini & vnum arpennum & dimidium apud Lernet eidem loco miſericorditer contulerunt; Et ſciendum eſt, quod omnes prouentus & redditus ſupradicti, quatuor, vt dictum eſt, in eadem capellâ ſeruituris, proportione diſtribuentur æquali, quorum vnus pro animâ memoratæ Reginæ, tres verò pro Garnero & Agnete perpetuò celebrabunt, quorum inſtitutio ad ſolum Pariſienſem Epiſcopum pertinebit. Cuicúmque autem earundem* D *capellaniarum, vel altarum in eadem Eccleſiâ futurarum aliqua conferetur, ipſe tempore inſtitutionis ſuæ iurare tenebitur ſe facturum in capellâ reſidentiam in perſonâ propriâ bonâ fide, & quod ordinem ſacerdotij, ſi ſacerdos non fuerit, ſuſcipiet infra annum, ita quod nihil percipere poterit de fructibus Eccleſiæ, donec promotus fuerit ad ordinem ſacerdotij; ſed interim cedent fructus in neceſſitates Eccleſiæ. Sciendum etiam quod diuina officia ſollemniter celebrabuntur in prædictâ capellâ, in matutinis, miſſâ & veſperis, & aliis horis Canonicis pulſabuntur campanæ, ſicut ſolet fieri in* A *Eccleſia prebendali, ita quòd omnes Miſſæ præter conuentalem, ſine notâ & pulſatione campanæ celebrabuntur; Conceſſimus præterea, vt dictus Comes Bellimontis in eadem capellâ capellaniam vnam conſtituere poſſit, & liceat ipſi & ſucceſſoribus ſuis Comitibus Bellimontiſ eam conferre perſonæ idoneæ & nobis & ſucceſſoribus noſtris præſentandæ, quæ nobis ſubiecta erit in omnibus. Quoties verò dictarum capellaniarum aliqua per mortem capellani vacauerit, in quibus nullo alio vacationis modo fieri volumus, annuale, medietatem annualis fabricæ & aliis neceſſitatibus capellæ ſtatuimus deputari, & alteram medietatem percipiet in-* B *ſtitutus iuxta formam prædictam. Quod vt ratum permaneat, præſentem chartam ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum Pariſiis anno Incarnati* M. CC. 1207. VII. *Pontificatus noſtri anno decimo menſe Auguſto.* Ceterùm ad hunc Antiſtitem ſcribit idem Innocentius Papa epiſt. lib. 1. vt Philippum Auguſtum inducat ad recipiendam vxorem Iſemburgim, quam à ſe amouerat; & alterâ epiſtolâ idem Pontifex inquit: Eam de diſcretione tuâ fiduciam obtinemus, vt, ſi quando tibi committimus quæ ad honorem diuinum, & vtilitatem Eccleſiaſticam pertinere noſcun-C tur, gratiâ & timore poſtpoſitis ſatagas promouere. In hac parte nobis Coadiutor exiſtens, qui ex iniunctæ ſeruitutis officio ſecundùm Prophetam debemus euellere, & plantare quæ in Eccleſiâ Dei euellenda fuerint, & plantanda. Legendus Stephanus Tornacenſis epiſt. 225. vbi celebratur Odo à nobilitate generis, honeſtate, auctoritate dignitatis & prudentiâ, & à Petro Bleſenſi epiſt. 126. 127. & 160. necnon in vetere Martyrologio dicitur benefactor ſingularis Eccleſiæ; cuius vigilantia ſolers in gregis custo-D diâ faciliè deprehenditur, ex ſanctiſſimis conſtitutionibus, aliiſque præceptis ſynodalibus de ſeptem Sacramentis, quæ in bibliothecâ Patrum leguntur, & inſerta ſunt ad calcem epiſt. Greg. VIII. tomo 28. Concil. Eiuſdem Epiſcopi ſuaſu religioſæ Sancti Antonij Campeſtris regulam ordinis Ciſtercienſis ſuſceperunt, iuuante S. Guilelmo, tunc Caroliloci Abbate, poſtea Bituricenſi Archiepiſcopo; quâ in vrbe Bituricâ ipſe Odo fuerat Cantor, indéque Canonicus Regularis; vnde fuit aſſumptus, pietate & nobilitate commendantibus, ac Mauricij dece-

dentis hortatu, vt eſt in commentariis A Victorinis; licet S. Antoninus tit. xvii. cap. 9. eum moribus longè diſſimilem Mauricio dicat: Sugerius in vitâ Ludouici vii. Regis, illius meminit, & in chron. Turonenſi vitiorum egregius inſectator, & virtutis admirator nuncupatur, cuius ſtudio Guilelmus ad Bituricenſem, Gaufridus ad Turonenſem, Albericus ad Remenſem Eccleſiam promoti ſunt: Exceſſit è viuis an.
1208. 1208. Iulij xiii. vt referunt Guilelmus Brito & S. Stephani Lemouicenſis chronicon; Sepulchro autem ex ære in choro cathedralis hi verſus inſculpti ſunt: B

Quem Cathedræ decorauit honor, quem ſanguis auitus,
Quem morũ grauitas, hic iacet Odo *ſitus*
Præſulis huius erat, quod habent hæc tempora rarò,
Mens ſincera, manus munda, pudica caro,
Lenibus hic lenis, toga nudis, victus egenis,
Vita fuit iuuenis clara, probata ſenis,
1208. *Bis ſexcenteno Chriſti, quartòque bis anno,*
Tredecimo Iuly tranſiit Odo *die.*

Nemovrs. De ſinople àtrois iumelles d'argent.

70. Petrvs de Nemovrs II. Cambellanus dictus, Galteri I. Franciæ Camerarij, domini Capellæ in Briâ C & de Villebeon, ex Auelinâ de Nemoroſio natus; proſapiam illius explicat Rigordus lib. geſtorum Philippi Aug. Regis; Fuerunt, inquit, tres fratres vterini ſimul Epiſcopi, & ſibi contemporanei: Stephanus Nouiomenſis, Petrus Pariſienſis, & Guilelmus Meldenſis, filij Galteri quondam Franciæ Camerarij, fratres Galteri iunioris viri ſatis virtute laudabilis, & in palatio Regis præclari. Ex Theſaurario Turonenſi,
1208. vocatur ad Pontificatum 1208. menſe Nouembri, quo anno confirmauit Hugoni Decano & Capitulo donationem beneficiorum Odonis Epiſcopi, D vt patet ex chartulario Pariſienſi, in quo habentur literæ collationis præbendarum S.Thomæ de Luparâ: Philippvs Dei gratiâ Beluacenſis Epiſcopus, omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino: ad vniuerſitatis noſtræ notitiam volumus peruenire, quòd cum eſſet contentio inter nos & nobilem virum Comitem Robertum fratrem noſtrum ex vnâ parte, & venerabilem Petrvm Pariſiensem Epiſcopum ex aliâ, ſuper donatione præbendarum S.Thomæ de Luparâ Pariſienſis, tam veterum quàm nouarum, tandem mediantibus bonis viris compoſuimus in hunc modum; Quod nos quamdiu vixerimus omnes præbendas prædictas tam veteres quàm nouas factas, & faciendas, tentas indiuiduas pro noſtrâ donabimus voluntate. Poſt obitum verò noſtrum, donatio præbendarum ad Dominum Braiæ & ſucceſſores eius perpetuò pertinebit. De aliis verò videlicet de factis & faciendis, de integris & dimidiis, ita ſtatutum eſt, quod poſt mortem noſtram donatio earum ad Pariſienſem Epiſcopum, quicúmque ſit, in Dominum Drocarum, communiter pertinebit. Ita quòd primò vacantem per obitum noſtrum, ſiue integram, ſiue dimidiam dabit Pariſienſis Epiſcopus quicúmque ſit, ſecundam verò vacantem, ſiue integram, ſiue dimidiam habebit Dominus Drocarum, tertiò vacantem, ſiue integram, ſiue dimidiam dabit Pariſienſis Epiſcopus, quarto verò vacantem, ſiue integram, ſiue dimidiam dabit Dominus Drocarum, & ſic ad Pariſienſem Epiſcopum & Dominum Drocarum ſucceſſiuè pertinebit dictarum donatio præbendarum, &c. Actum anno M. CC. IX. menſe Nouembri. 1209.

Præterea ordinauit ſtatuta pro dignitate Cancellarij an. 1215. eóq; ſedente fundamenta Eccleſiarum B. Andreæ de Arcubus, S.Coſmæ & Damiani iaciuntur, & ab eodem B Ioannis Grauiæ templum in parochiale erigitur 1212. menſe Ianua- 1212. rio; idem querelam, quam habebat contra Abbatem & monachos S.Dionyſij, pro ſolemnitate nundinarum Indicti, iiſdem monachis in perpetuum quitatauit 1213. ex chartulario S. Dionyſij. At verò cum Hugone Niuernenſi Comite, Epiſcopo Bellouacenſi, aliíſque proceribus ſacram militiam profeſſus, iter ſuſcepit in Terram Sanctam 1217. 1217. teſte Alberico, tum paulò poſt teſtamenti tabulas confecit, quarum autographum legitur in citato Paſtorali:

Petrvs *Dei gratiâ* Pariſiorvm Episcopvs, *omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos Hieroſolymam peregrè profecturi, noſtrum ita ordinauimus teſtamentum, ſicut eſt inferius annotatum, volentes quod ita ſemper ſeruetur, niſi per nos fuerit immutatum: legamus autem Eccleſiæ B. Mariæ Pariſienſis capam noſtram brodatam & infulam dalmaticam, & tunicam deauratas, & capam albam oculatam & infulam*

dalmaticam, & tunicam de diaprâ albâ & albam noſtram ſericam, & albam paratam de imagines cum ſtolâ & manipulo ad imagines & capam viridem & duo tapeta parua de Hiſpaniâ, quæ ſunt in capellâ noſtrâ & tres quarellos vnum de corio deauratum, & duos operatos ad baſanium noſtrum. Eccleſiæ S. Antonij triginta lib. ad comparandos redditus ad pitantiam conuentus, die anniuerſarij noſtri, Eccleſiæ S. Clodoaldi infulam dalmaticam, & tunicam albos radiatos, & de tribus arpennis vinearum quas comparauimus à Guidone piloſo, vnum arpennũm, duos arpennos pro faciendo anniuerſario noſtro, ita quod duplicabunt cenſum Epiſcopo Pariſienſ. nec cogentur eos vendere, & tam Canonici quàm Clerici qui intererunt anniuerſario perceſpient ibi ſicut in beneficio quadrageſimali. Eccleſiæ S. Martini Turonenſis pannum ſericum deauratum ad infulam faciendam, Eccleſiæ S. Marcelli Pariſi. capam rubeam ad leones & quindecim libr. ſi poſſint inueniri de noſtro, ad noſtrum anniuerſarium faciendum, Eccleſiæ de Capellâ in Briâ capam rubeam de paruis retis, & coffros Lemouicenſes, ad vſum Eccleſiæ; Eccleſiæ S. Victoris infulam dalmaticam, & tunicam rubeas, & bibliothecam magnam & quadraginta libr. ad comparandos redditus de quibus fiet pitancia conuentui die anniuerſarij noſtri, & ducentas libras ad comparandos redditus diſtribuendos in eleemoſynam in vſus pauperum die anniuerſarij, ſi de noſtro poſſunt haberi, hoſpitio Dei Pariſ. triginta & nouem culcitras, & triginta & tria puluinaria quæ emimus, & habemus Pariſius; legamus ad vſus pauperum die noſtri anniuerſarij, & tria tapeta vnum magnum & duo parua hoſpitio Dei de S. Clodoaldo, de tribus arpennis vinearum quas comparauimus à Guidone piloſo, vnum arpennum ad vſum pauperum, ita quod ipſum non cogatur vendere & cenſum duplicabunt, & quæ ſunt apud S. Clodoaldum quatuordecim culcitras, & vndecim puluinaria, & quæ ſunt apud Victoricium culcitras octo & puluinaria totidem, item & tria tapeta & duo quarella Eccleſiæ de Campellis, infulam dalmaticam & tunicam virides; Abbatiæ Oliueti pſalterium gloſſitum, & epiſtolas Pauli de gloſſaturâ maiori & ſententias. Abbatiæ Heriuallis xxv. libr. ad comparandos redditus ad pitanciam conuentus die anniuerſarij noſtri. Abbatiis Hermeriarum, de Iunel, & de Footel & de Gif, & de Valle profundâ & de Porreio, cuilibet centum ſolidos pro noſtro anniuerſario faciendo, ſi de noſtro poſſunt haberi. Abbatiæ de Barbeel triginta lib.

A *ad faciendum anniuerſarium noſtrum, ſi de noſtro poſſunt, haberi, Eccleſiæ S. Germani Autiſsiodorenſ. quindecim libras ad faciendum anniuerſarium noſtrum, & calicem & infulam qui ſunt in capellâ noſtrâ ſuperiori, item tres arpennos vinearum quas comparauimus apud Corbolium, medietatem Iacobo Cambellano noſtro & medietatem Galtero quondam Coquo noſtro, item Clericis de choro B. Mariæ Pariſ. quartam partem noualium quæ acquiſiuimus contra Monachos S. Dionyſij poſt aſsignationem inde factam presbyteris in quorum parrochiis facta ſunt noualia illa, ad ſeruitium Eccleſiæ, ſiue diurnum, ſiue nocturnum prout* B *Capitulum ordinabit, item Eccleſia Pariſienſ. faciet anniuerſarium noſtrum ſicut ordinatum eſt per literas Capituli & noſtras. Item omnes libri noſtri quos nondum aſsignauimus alicui & vtenſilia noſtra vbicúmque ſint, quæ nondum dedimus ſcilicet ferrata, dolia, & cupas quæ emimus vendentur, de quorum pretio & de omnibus redditibus & prouentibus totius Epiſcopatus, quos debemus habere per triennium ſecundum conſtitutionem Concilij generalis debita noſtra ſoluentur, & ſeruientes noſtri remunerabuntur, ſecundum quod plus vel minus ſeruierunt & ſecundum quod plus vel minus habuerunt, totum autem reſiduum per* C *eleemoſinarios noſtros erogetur pauperibus, pro animâ noſtrâ prout viderint expedire: eleemoſynarij noſtri quidem ſunt W. Meldenſ. Epiſcopus. Abbas S. Victoris, Nicolaus Cantor, Gaufridus Archidiaconus, & Philippus Cancellarius, & V. de Varzi. Item legamus hoſpitio Dei Pariſ. duas culcitras, vnam albam de tele & aliam de cendato rubeo & croceo. Item hoſpitio Dei de S. Clodoaldo ducentas libras Pariſ. ad comparandos redditus ad vſus pauperum. Item Abbatiæ de Vallibus Sarnei xx. lib. ad pitanciam conuentus die anniuerſarij noſtri. Item Abbatiæ de Valle B. Mariæ Pariſ. xx. lib. ad* D *pitanciam conuentus die anniuerſarij noſtri. Item capellæ noſtræ domus inferioris xv. libr. ad luminare faciendum. Item crux noſtra aurea cum pedi argenteo & annuli noſtri ſunt apud S. Victorem penes Abbatem; quæ & omnes aliæ res noſtræ vendentur & diſtribuentur per manum prædictorum Eleemoſynariorum noſtrorum. Actum anno Domini 1218. menſe Iunio.* Memo- 1218.
ratur autem in actis compoſitionis Monaſterij Foſſatenſis cum Sacro-portu &
menſe Martio 1220. in tabulâ decimæ 1220.
de Ciconellis: hoc eodem anno eripitur à viuis, de quo Idib. Septembr. in necrologio Victorino ſcriptum eſt:

„ Anniuerſarium ſolemne piæ memoriæ A
» venerabilis Patris Domini noſtri PE-
» TRI PARISIENSIS Epiſcopi, de
» cuius beneficio habuimus XL. libras
» ad emendos redditus, & bibliothecam
» 18. librorum. Habuimus etiam de eius
» capellâ caſulam, dalmaticam, & tuni-
» cam, & quædam alia. Habuit præterea
» de ipſius beneficio eleemoſyna noſtra
» ducentas libras ad emendos redditus,
» de quibus in die anniuerſarij eius mille
» pauperibus diſtribuuntur mille panes,
» qui fieri poſſunt de octo ſextariis bla-
» di, & mille attertia. Dedit & ipſi Ab-
» batiæ noualia in parochiâ de Cons,
» quæ pertinet ad donationem ſuam. B

SEILLINAY. 71. GVILELMVS DE SEILLE-
NAY II. frater Manaſſis Aurelianen-
ſis Epiſcopi, de cuius electione Ro-
bertus monachus Altiſſiodorenſis in
1220. „ chronico ſub an. 1220. Per idem tem-
„ pus, inquit, mortuo apud Damietam
„ Pariſienſi Epiſcopo; ortâque diſſen-
„ ſione inter Canonicos maioris Eccle-
„ ſiæ ſuper Epiſcopi electione, VVI-
„ LELMVS Autiſſiodorenſis Epiſcopus,
„ vir religioſus ac prudens & in hoſtes
„ Eccleſiæ rigidus executor iuſtitiæ, iuſſu
„ Honorij Papæ ad Epiſcopatum tranſ-
„ migrat Pariſienſem: Eâ de re extat epi- C
ſtola 702. in regiſtro Honorij ad Capi-
tulum Pariſienſe, vt alterum poſt mor-
tem Petri Nemoroſij ſibi deligat Epiſ-
copum, cum Alebrandinus Caietanus
S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Præ-
ſul Sabinenſis, electioni de ſe factæ
aſſenſum præbere noluiſſet; capitulati
electione iteratâ Gualterus nomina-
tus eſt, cuius perſonam Honorius cum
minus idoneam reperiſſet, mandato
Apoſtolico Guilelmum hunc Autiſſio-
dorenſem Pontificem ad eam Eccle-
ſiam traduxit, vt legere eſt tom. I. Ita-
liæ ſacræ in Epiſcopis Sabinenſibus; D
anno inſequenti ab Eccleſiâ monia-
lium B. Antonij Pariſienſis religioſas
Antiſſiodorum deduxit, ex veteri au-
tem cartulario liquet fuiſſe controuer-
ſiam cum eodem Guilelmo Pariſienſi
& Rege Philippo pro quibuſdam iuri-
bus, quæ in clauſo Brunelli infra mu-
ros vrbis Rex ſibi aſſerebat. Idem Ho-
1221. norius ſcribit Capitulo Pariſienſi 1221.
vt præbendam quam in Eccleſiâ ſuâ
obtinebat Alebrandinus Caietanus
Card. Iacobo ipſius nepoti conferret,
cuius reſcriptum ex originali Vaticano
tale eſt apud Vghellum:

EPISCOPO & Capitulo Pariſienſi, «
Venerabili fratri noſtro quondam S. «
Suſannæ Presbytero Cardinali in Sa- «
binenſem Epiſcopum conſecrato, ei- «
dem ſuadere ſtuduimus, vt præben- «
dam, quam in veſtrâ obtinebat Eccle- «
ſiâ retineret, quatenus ipſe hoc plenius «
in Eccleſiæ deuotionem retineretur «
eiuſdem. Sed in nullâ ſuaſionis inſtan- «
tiâ potuimus obtinere. Vnde volentes, «
vt eius affectio ab ipſâ Eccleſiâ non «
recedat, præbendam ipſam dilecto fi- «
lio Iacobo nato nobilis viri Ioannis «
Gaietani, germani eiuſdem Epiſcopi «
duximus conferendam, vt Epiſcopus «
ipſe, ac ſui, hoc vinculo mediante, ei- «
dem Eccleſiæ remaneant obligati, «
ideóque vobis per Apoſtolica ſcripta «
præcipiendo mandamus, quatenus pro- «
curatori ſuo eius nomine, ſtallum in «
choro & locum in capitulo aſſignan- «
tes, fructus ipſius præbendæ de cæte- «
ro exhiberi faciatis eidem. Nos enim «
decernimus irritum, ſi de præbendâ «
ipſâ ſecus fuerit aliquid attentatum. «
Datum Laterani idus Aprilis anno «
quinto. Rigordus verò affirmat ipſum «
interfuiſſe exequiis Philippi Auguſti
menſe Iulio 1223. eodémque anno ani- 1223.
mam emiſit die feſto S. Clementis
menſe Nouembri apud S. Clodoal-
dum prope Pariſios; ſepulturæ man-
datus in Abbatiâ Pontiniaci cum hâc
inſcriptione:

Laudibus immenſis Reuerendi PARI-
SIENSIS,
Præſulis hæc foſſa GVILLELMI *conti-
net oſſa.*

Vide chronicon Belgicum, Turonenſe
& Autiſſiodorenſe, Memoriale Hiſto-
riarum S. Victoris, Vincentium Belua-
cenſem lib. 31. cap. 24. vbi dicitur li-
bertatis Eccleſiæ deffenſor mirabilis,
Bzouium, Menologium Ciſtercienſe.
Perperam autem Demochares, & ex eo
alij hunc Guilelmum faciunt fratrem
Hugonis Senonenſis Archiepiſcopi de-
mortui an. 1169. ſed falluntur; nam
Hugonis germanus Guilelmus Tucia-
cenſis fuit Autiſſiodorenſis Præſul. At
ille Autiſſiodorenſis Guilelmus, cuius
ſcripta recenſet Cardin. Bellarminus
libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis,
aitque floruiſſe an. 1240. non poteſt 1240.
eſſe Pariſienſis noſter de Siligniaco,
qui longè antè vitâ ſublatus erat.

72. GALTERVS CORNVT II. CORNVT.
nepos ex ſorore Henrici Clementi

Franciæ Mareſcalli; cum eſſet Pari-
ſienſis Decanus eligitur Epiſcopus an.
1223. 1223. reſte Vilelmo Britone Philippi-
dos lib. XII.

At GALTERE, *tibi cùm confirmata fuiſſet,*
PARISIANI *Apicis electio, mox Senonensẽ*
Ad Cathedram raperis:

De eo vide inferius in Archiepiſcopis
Senonenſibus.

73 BARTHOLOMEVS ex Deca-
no Carnotenſi Epiſcopus renuntiatur
1223. 1223. apud Albericum, nominatúrque
in carthis cœnobij Foſſatenſis & ma-
gni Paſtoralis 1224. paulò ante hunc
annum dicitur in chron MS. Turo-
nenſi, Vniuerſitatem Pariſienſem cœ-
piſſe proprio vti ſigillo, in præiudicium
Cathedralis Eccleſiæ; fidelis & amicus
Ludouici VIII. Regis conſtituitur
eius teſtamenti executor, cum Carno-
1225. tenſi & Siluanectenſi Præſulibus 1225.
arbiter quoque diſſidij Eccleſiæ Pari-
ſienſis cum Amalrico de Meulento,
quod ſequenti tabulâ Paſtoralis decla-
ratur: BARTHOLOMEVS *permiſſio-*
ne diuina PARISIENSIS *Eccleſiæ Mi-*
niſter humilis, ſalutem in Domino. Cùm
inter viros diſcretos, Decanum & Capitu-
lum Pariſienſe ex parte vnâ, & Dominum
Almaricum de Meulento militem, pro ſe
ac fratribus & ſororibus ſuis, ex alterâ fuiſ-
ſet contentio diutius agitata, ſuper garennâ
quam dicit idem Almaricus ſe ac fratres
ſuos & ſorores ſuas habere in terrâ Capituli
B. Mariæ Pariſienſ. ſitam Mandram ex
parte Meullenti, & quod vſi erant eâ ipſi &
anteceſſores ſui pacificè & quietè. Et De-
canus & Capitulum dicebant, quod non
debebant habere, & quod eâ non erant vſi
pacificè tanquam iure ſuo. Et quod occaſio-
ne dictæ guarennæ damnificauerant Capi-
tulum iniuſtè. Tandem de ijs compromiſ-
ſum eſt in nobilem virum dom. Simonem
Caſtellanum Neaufleiarum & Hugonem de
Caproſiâ Canonicum Pariſienſ. ſub hac for-
mâ; quod inquiſitâ veritate ipſi duo fa-
ciant, quod iuſtum eſt. Et ſi non poſſent
concordare, inquiſitio oſtenderetur nobis, &
cum eis vel altero diceremus, quod iuſtum
eſſet. Et ſi in inquiſitione faciendâ eſſet
diſcordia inter eos, per nos diſcordia tolle-
retur. Promiſſa eſt autem pœna à Dom.
Almarico c. lib. Pariſ. ſi ipſe vel fratres
ſui, vel ſorores ſuæ, vel aliquis ex parte
ipſorum contrauenirent. Similiter promiſſa
eſt pœna c. libr. ex parte Capituli, ſi ipſum
Capitulum vel aliquis ex parte ipſius Capi-
tuli contraueniret, & de hac pecuniâ ſi

A *committeretur ſoluenda, conſtituerunt ſe*
plegios coram nobis ex parte dicti Almarici
dominus Ancellus de Ambaellâ & dominus
Wilerm. Marinauel, milites, vterque in
ſolidum & per fidem, in cuius rei teſtimo-
nium præſentes literas ad petitionem par-
tium ſigilli noſtri fecimus impreſſione mu-
niri. Actum an. Dom. M. CC. XXV. 1225.
menſe Aprili. Tranſigit cum Capitulo
B. Mariæ Corbolienſis 1226. pro iure
viſitationis; ab hac luce ſublatus Lu- 1227.
tetiæ 1227. XIII. Cal. Nouemb. Al-
berico 1228. humatur in Cathedrali.

74. GVILELMVS ARVERNVS D'AVVERGNE.
B III. patriâ Aureliacenſis Aruernus, vir
in literis ſacris & profanis eruditiſſi-
mus, inter Doctores ſui temporis ſcien-
tiâ, eloquentiâ & pietate, omníque ge-
nere diſciplinarum excultiſſimus, poſt
multorum poſtulationem Epiſcopatu
inſignitur 1228. ſcribente Alberico, 1228.
quem dicit in chronico Lutetiæ Theo-
logiam interpretatum fuiſſe, nouam
domum filiarum Dei inchoaſſe, &
plures mulierculas prædicatione ſuâ
à peccatis retraxiſſe. Hic peculiari
etiam elogio celebratur in heroïco
carmine Lud. VIII. Regis à Nicolao
C de Braiâ, cum ait:

Et tu quem decorat virtutum ſchema Sophiæ
Gratia, quem genitrix & virgo pudica, pu-
dicum
Eſſe ſibi gaudet famulum, quo Præſule ridet,
Artibus ingenuis vernans vrbs PARI-
SIENSIS,
Quo feſtinat cum Aluernia fomite felix.
Gemma Sacerdotum, Cleri decus, huc ades,
aures
Huc aduerte tuas, cœptis patiare camœnam.

Intereſt ſolemni iudicio contra Pe-
trum Britanniæ Comitem coram S.
Ludouico Rege 1230. menſe Iunio, & 1230.
nouam baſilicam S. Antonij de Cam-
pis 1233. 2. Iunij cum Guilelmo Came-
D racenſi & Petro Meldenſi Epiſcopis
dedicauit. Hugoni 3. Abbati Præ-
monſtratenſi epiſtolam ſcripſit 1230.
die S. Dionyſij pro compoſitione Ec-
cleſiæ Præmonſtratenſis cum Magde-
burgenſi: prærerea quoſdam articulos
erroneos in Theologiâ damnat 1240. 1240.
quo tempore memoratur in tabulâ
Aleidis Comitiſſæ Matiſconenſis, &
Burchardi domini Marliaci 1245. men-
ſe Februario. Sub eodem Præſule
conſtruitur conuentus S. Catharinæ
Vallis-Scholarium 1229. fundantur
Franciſcani 1230. ac magnificum ſacel-

lum Sanctæ Capellæ Regalis Palatij à Diuo Ludouico conſtruitur & dotatur, ad collocandas Sanctiſſimæ Crucis, Coronæ, aliáſue reliquias, quas conſentiente Balduino Imp. Ludouicus Veneris pignori obligatas magnâ pecuniæ ſummâ redemit, diplomate ſcripto apud S. Germanum in Layâ
1241. menſe Iunio 1241. Porrò Guillelmus conuentu Doctorum congregato apud cœnobium Dominicanorum 1238. pro diſcutiendâ quæſtione de pluralitate beneficiorum poſt longam diſputationem concluſit, neminem poſſe duo beneficia, dummodò alterum honeſtæ ſuſtentationi viri Eccleſiaſtici ſufficeret, tenere poſſe; quam opinionem poſtea confirmarunt Hugo Ordinis Prædicatorum, poſtea Cardinalis, aliíque Magiſtri Theologiæ; cum idipſum, vt aſſerit Spondanus Annal. tom. 1. celebri diſputatione ante tres annos concluſum fuiſſet, ab omnibus Doctoribus tam ſæcularibus, quàm regularibus, vno excepto Philippo Cancellario Pariſienſi, & Arnoldo poſtea Ambianenſi Epiſcopo. Præter luculentum commentarium contra pluralitatem beneficiorum, de vitiis & peccatis egregiam diſputationem, & alia edidit operâ quæ demonſtrant pleniſſimè fuiſſe doctum, vt de illo referunt Trithemius, Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Poſſeuinus in Appatatu ſacro, Thomas Cantipratenſis l. 1. Apum c. 19. & 2. c. 55. Gerſo in epiſtolâ ad ſtudioſos Theologiæ Nauatræos, & Genebrardus. Ludouicum autem B. Ludouici primogenitum idem Guilelmus Aruernus ſacris
1243. vndis baptiſmi abluit 1243. nominatúrque inter executores teſtamenti Mathei Montmorencij Franciæ Conſtabularij. Poſtremò vitam cum morte commutauit feriâ tertiâ maioris
1248. Hebdomadæ 1248. ſepultus ad Victorinos in capellâ S. Dionyſij hoc epitaphio æri inſculpto:

Conditus hic recubat fatali ſorte GVILELMVS,
PARISII *Paſtor qui gregis aptus erat.*
Repperit Illuſtrem cæleſti munere famam,
Quam nequit in tanto mors abolere viro.

Chastiav-thiery. 75. GALTERVS DE CHASTEAV-THIERRY II. obedientiam iurauit Giloni Cornuto Senonenſi Metropolitano; & hominiũ ligium Anſelli militis pro caſtro & caſtellaniâ Totnonij excepit apud Sanctum Victorem Pariſiis 1249. & aliud Ioannis fratris Anſelli eodem anno, vt docet cartularium Pariſienſis Epiſcopi. 1249.

76. REGINALDVS DE CORBEIL II. ex genere Vicecomitum Corbolij, parentes habuit Simonem & Aliſiam, quæ iacet in S. Exuperij Corbolienſis Eccleſiâ, in cuius necrologio Reginaldus cognominatur Mignon. Fuit is non frater, vt quidam volunt, Petri Archiepiſcopi Senonenſis, ſed ex Federico pronepos; Iucundum ingreſſum fecit ân. 1250. Dominicâ poſt tranſlationem S. Martini, ſolemniter deportatus à Caſtellano Luparæ, Bartholomæo de Codreio, Guidone Lupi pro Rege, domino de Caproſiâ, & Comite Barri, qui militem vice ſuâ direxit, vt ſcribitur in citato tabulario; ratione autem Epiſcopatus plura clientelaris fidei ſacramenta recepit anno 1250. apud S. Clodoaldum homagium Guidonis domini Caproſiæ, pro caſtro huius nominis, Mathildis relictæ Ioannis de Verſaliis armigeri pro nemoribus Verſaliarum 1253. Odonis domini de Borbonio filij Ducis Burgundiæ pro feodo Caſtellaniæ Montiſgaij 1255. Guilelmi de Bellomonte 1263. pro terrâ quæ mouebat à feodo Epiſcopi. At verò inter alia Ioannis filij Ludouici Regis ſacramentum hominij ex autographo tale eſt: Corbeil. 1250. 1253.
« ANNO M. CC. LXVI. die Iouis proximâ poſt feſtum B. Andreæ Apoſtoli, in domibus dom. Epiſcopi Pariſ. Pariſius in aulâ inferiori, horâ primâ comparuit perſonaliter Dominus Ioannes dictus de Damiete, filius illuſtriſſimi Regis Domini Ludouici Dei gratia Francorum Regis, petens ſe admitti ad homagium feodi Epiſcopi Pariſienſis, ſcilicet caſtri & Caſtellaniæ de Montegayo, de quo debebat eſſe homo & fidelis Epiſcopo Pariſienſi, ratione vxoris ſuæ, filiæ olim bonæ memoriæ Odonis Ducis Burgundiæ, qui priuſquam iter acciperet tranſmarinum, erat homo fidelis Epiſcopi nomine dictæ filiæ ſuæ nunc vxoris dicti dom. Ioannis; Quem Reuerend. Pater REGINALDVS Dei gratiâ PARISIENSIS Epiſcopus, proteſtatione præhabitâ iure ſuo, quantum ad feodum de Cloiâ, quod eſſe ſolebat de feodo de Montegaio, & nunc eſt diuiſum, de quo habere debet Epiſc. « 1266.

» viginti lib. annui redditus, ſuper feo-
» dum Montiſgaij, quod niſi Dom. Ioan-
» nes compoſitionem iſtam arreſtauerit,
» quod Epiſcopus habeat liberum re-
» curſum, ad feodum ſuum de Cloiâ, ad
» homagium recepit, & ipſum Ioannem
» per annulum aureum de dicto feodo
» inueſtiuit, ſaluo racheto ſuo; dictus
» autem Ioannes ſibi fecit homagium &
» fidelitatem, de dicto feodo vt dictum
» eſt, in præſentiâ multorum, videlicet
» Dom. Arnulphi & Gaufridi de Ville-
» tâ militum, de conſilio Dom. Regis
» & multorum aliorum, qui venerant
» cum ipſo Ioanne. Item ad hæc vocati
» & præſentes fuerunt de Eccleſiâ Pa-
» riſienſi Magiſtri Gaufridus Decanus,
» Guillemus, Garnerius Archidiaconi;
» & ante receptionem prædicti homagij
» conuentum extitit inter dictum Ar-
» nulphum militem, & Gaufridum Offi-
» cialem, quod Dom. Epiſc. haberet
» pro racheto ſuo feodi & retrofeodo-
» rum pertinentium ad ipſum D. CCC.
» lib. Turonenſes. Nominatur etiam
teſtamenti Petri Ducis Britanniæ exe-
1250. cutor, defuncti 1250. & circiter an.
1252. vt ſcribit Spondanus tomo I.
Annal. inſtitutum eſt Pariſiis ad Ter-
1252. mas Iulij Cæſaris, celeberrimum toto
orbe Collegium Theologicum Sor-
bonicum, à Roberto Sorbonne Ca-
meracenſi & Pariſienſi Canonico ſic
appellatum; quem valdè charum & fa-
miliarem S. Lud. Regis teſtatur Ioin-
uillæus; ipſos verò Sorbonicos Colle-
gas ab ortu fundatoris pauperes Magi-
ſtros nuncupatos fuiſſe, in antiquis eius
domus monumentis dicitur; quam con-
firmauit Clemens IV. Pont. Max. 1268.
cuius eximiam doctrinam, fidei con-
ſtantiam & deuotionem erga Sedem
Apoſtolicam commendat Paulus V.
diplomate anni M. DC. VI. Hanc
autem Scholam, vnde perpetuâ ſuc-
ceſſione cunctis aliis Europæ Acade-
miis, præſtantiſſimi ac venerabiles pro-
diête Teologi, inſtaurauit, ipſaſque
ædes cum ſacello à fundamentis ere-
xit Armandus Ioannes Cardinalis &
Dux Richelius regnante Ludouico
XIII. Iuſto. Sub Reginaldi Pontifi-
catu Concilium prouinciale habitum
1255. eſt Lutetiæ 1255. Henrico Senonenſi
præſide, pro cauſâ cædis Cantoris Car-
notenſis, cui vnà cum Guilelmo Au-
relianenſi, Guidone Altiſſiodorenſi,
aliiſque Præſulibus interfuit, quod
patet ex actis Trecenſis Eccleſiæ rela-

A tis à Carolo Sauſſeio in Annal. Aure-
lianenſibus. Eius mentio extat in ta-
bulâ capellæ de Bondis 1256. & in ve- 1256.
teri inſtrumento pro Dominicanis
menſe Septembri 1257. quo anno fun-
dantur Carthuſiani à B. Ludouico in
Vallisviridis loco, Carmelitæ 1258. & 1258.
Serui B. Mariæ vulgò Albimantelli.
Probat verò ordinationem factam in
Eccleſiâ Pariſienſi, pro Clericis matu-
tinalibus, vt ex ſequenti membranâ
his verbis colligitur:

Regnaldus *miſeratione diuinâ* Pariſienſis *Eccleſiæ Miniſter in-
dignus ſalutem in Domino. Licet his de*
B *cuius munere venit, vt ſibi à fidelibus ſuis
dignè ac laudabiliter ſeruiatur, & abun-
dantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum
excedit, & vota, benè ſeruientibus multò
maiora retribuat, quàm valeant promereri,
nihilominus tamen conſiderantes lucri præ-
mium forè potiſſimum apud altiſſimum con-
ditorem, quàm venerabilia loca opportunè
ordinata, ad meliorem fuerint ſtatum per-
ducta, & deſiderantes cultum diuinum in
Pariſienſi Eccleſiâ pro viribus ampliare, &
altiſſimo reddere populum acceptabilem &
deuotum, ad hoc quibuſdam illectus mune-
ribus incitamur. Sanè dilecti in Chriſto*
C *filij Capitulum Pariſienſe, attendentes bona
ad vſum electorum Eccleſiæ Pariſienſis qui
matutinales dicuntur deputata, ad eorum
etiam modicam ſuſtentationem non poſſe
ſufficere, propter quod ipſis à ſeruitio Eccle-
ſiæ ſe retinentibus, debitum in ipsâ Eccleſiâ
non impendebant ſeruitium, deliberatione
prouidâ habitóque diligenti tractatu, con-
ceſſerunt, ordinarunt, & ſtatuerunt, quod de
prouentibus Capiceriy S. Mederici Pariſienſ.
in quâ ius patronatus, inſtitutionem & de-
ſtitutionem habere dicuntur, poſt deceſſum,
vel reſignationem Philippi, nunc eiuſdem
Eccleſiæ Capiceriy, Eccleſia Pariſienſ. habe-
bit & percipiet XX. libras Pariſ. annis ſin-
gulis, in futurum, in vſus ſiue ſuſtentatio-*
D *nem dictorum Clericorum matutinalium
conuertendas, prout Capitulum Pariſienſe
viderit expedire, Capicerios ſiue Rectores
dictæ Capiceriæ quicúmque pro tempore fue-
rint, poſt ipſum Philippum, & fructus &
prouentus dictæ Capiceriæ ad hoc ſpeciali-
ter onerando. Ita tamen quod prædictum
Capitulum Pariſienſe XX. libras Pariſienſ.
prædictas, quouſque idem Philippus cedat,
vel decedat dictis Clericis annuatim ſoluere
tenebuntur. Nos verò dicti Capituli deuo-
tum propoſitum attendentes, ad ſupplicatio-
nem ipſius Capituli apud nos intercedentes,
cum inſtantiâ inceptum negotium ampliare*
&

& proſequi fauore beniuolo cupientes, dilecto & fideli noſtro Radulfo Pariſienſ. Eccleſiæ & loci, Archidiacono, volente & eum inſtantiâ rogante præſentibus, & nos ſuper hoc interpellentibus, dilectis & fidelibus noſtris G. Decano, Ioanne & Gaufrido Archidiaconis, Hugone Capellano & aliis pluribus Canonicis Pariſ. ob reuerentiam & honorē glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & pro diuino cultu in Pariſienſi Eccleſiâ honorificè ampliando, conferimus intuitu pietatis prædictis Clericis matutinalibus, xxv. libras Pariſ. annuæ penſionis percipiendas, ſuper redditibus prouentibus & exitibus presbytery Eccleſiæ parochialis S. Nicolai in Cardeneto Pariſienſ. videbitur expediens annis ſingulis conuertendas, ita quod quicúmque poſt ceſſionem vel deceſſum Bernardi nunc Rectoris dictæ Eccleſiæ, ibidem presbyter pro tempore à nobis fuerit inſtitutus, dictas xxv. libras Pariſienſ. annis ſingulis, quatuor terminis Pariſius conſuetis ſoluere tenebitur Capitulo Pariſ. ad opus Clericorum matutinalium prædictorum dictam Eccleſiam S. Nicolai, presbyterium redditus ac prouentus & exitus eiuſdem presbytery, & quoſdam ſucceſſores, dicti Bernardi in dictâ Eccleſiâ, ad ſoluendas annis ſingulis prædictas xxv. libras, prout ſuperius eſt expreſſum ſpecialiter obligando ac etiam onerando. In cuius rei teſtimonium & perpetuam memoriam præſentes litteras ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum anno Dom. M. CC.
1260. *LX. menſe Auguſto, die Lunæ poſt feſtum decollationis Ioannis Baptiſtæ.* Ex chartis Theſauri regij hoc eodem anno cum Galtero Priore Vallis S. Eligij, literis apud Corbolium ſcriptis declarauit, vt octo millia librarum quas Ludouicus Rex Petro Britanniæ Duci ſoluere tenebatur, in Terræ ſanctæ ſubſidium impenderet. Paulò poſt menſe Mar-
1262. tio 1262. approbat legatum Raimundi de Claromonte Canonici Pariſienſis, ad opus thecæ S. Marcelli; & alteram fundationem Radulphi Archidiaconi tenoris huiuſmodi:

REGINALDVS miſeratione diuinâ PARISIENSIS Eccleſiæ Miniſter indignus, ſalutem in Domino. Supplicationi dilecti nobis in Chriſto & fidelis Domini Radulphi de Cheury, Archidiaconi in Eccleſiâ Pariſienſi, fauore beniuolo perſequentes, conſiderato ipſius pio propoſito, & affectum quem gerit erga Pariſienſem Eccleſiam, ſpirituali vinculu matrimonij ſponſam noſtram, in quam diuinitus inſpiratus in honore & reuerentiâ glorioſæ & S. Mariæ Ægyptiacæ, de ſuis bonis propriis, pro feſto ipſius Sanctæ annis ſingulis inibi ſolemniter celebrando, ſemiduplum inſtituit, ac voluit celebrari; intendens per hoc ipſam Eccleſiam tanquam caput ſuum venerabiliter honorare, ac cultum Dominicum augere in eâ, eidem miſericorditer duximus concedendum, vt quotieſcunque feſtum prædictæ Sanctæ annis ſingulis, in prædictâ Eccleſiâ pariter contigerit celebrari, luminari ſemiduplici, quod à nobis Epiſcopo pariter in ſemiduplo fieri conſueuit, ad opus ipſius feſti ex nunc fiat perpetuò pacificè & quietè, nos & ſucceſſores noſtros quantùm ad hoc firmiter obligando, in cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini 1263. die feſto Apoſto- 1263.
lorum Philippi & Iacobi. In veteri autem manuſcripto de temporalitatibus Capituli Pariſienſis reperitur tabula de priuilegiis Epiſcupi quæ licet poſterius ſcripta hoc loco apponitur:

IOANNES Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus quod ex parte dilecti & fidelis noſtri Epiſcopi Pariſienſis & procuratoris noſtri generalis, quia notorium erat quod Epiſcopatus & Epiſcopus Pariſienſes fuerant & erant multùm nobiliter fundati & dotati in iuſticiis, dominiis, nobilitatibus & prærogatiuis; Neque mirùm, quia inter alias dignitates Prælatus eſt & quaſi Curatus Regum Franciæ, & in capitali & principali ciuitate totius Regni Franciæ Pontifex conſtitutus, quódque temporalitatis ipſius Epiſcopatus & Epiſcopi fuerat proprium hereditagium, & patrimonium vnius de filiis Regum Franciæ, & fratris Regis, tempore quò dicta temporalitas in Epiſcopatum tranſlata fuerat: Dicebat etiam præfatus Epiſcopus, quod prædeceſſores ſui & ipſe, fuerant & erant in poſſeſſione & ſaiſinâ cuſtodiendi Eccleſiam B. Mariæ Pariſienſis, ac fieri faciendi excubias, ceu guetum in ipsâ, & in certis locis prope ipſam, burgenſes & officiarios ſuos in vigiliâ feſti Aſſumptionis B. M. Virginis in principio de Te Deum qui cantatur in fine vigiliarum, & ante principium Laudum, vſque in craſtinam diem: incedúntque & incedere conſueuerunt in dictis vigiliis, Bailliuus,

» Officiarij,& alij deputati ex parte Epiſ-
» copi , ad faciendum guetum in dictâ
» Eccleſiâ , ne aliquod malum ibidem
» fiat, &c. Datum Pariſiis in Parlamen-
» to noſtro anno M. CCC. LXIII. XIX.
» Maij. Diem extremum obiit an.1268.
1268. 7. Idus Iunij , ſepultus apud Victori-
nos in capellâ Infirmariæ ſub hâc in-
ſcriptione:

Diſcite mortales ſortis memoranda ſuprema
Fata, quibus mors eſt indita, vita breuis.
Nobile Pontificum decus hac REGINAL-
DVS *in vrnâ*
Occubat, exili contumulatus humo.
PARISIÆ *quondam Præſul celeberrimus*
vrbis ;
Fatali ad Superos ſorte vocatus obit:
Quiſquis ades, ſic te fragilē memorâre viator,
Mors eſt certa, breuis gloria, vita nihil.

TEMPLIER. 77. STEPHANVS TEMPLIER
II. oriundus de Aurelianis , ſolemni
inaugurationis pompâ vrbem inuectus
1268. 1268. ab Herueo Caproſiæ domino,
Bartholomæo de Meru Luſarchiarum,
Mathæo de Montmorency , Guilelmo
de Ederâ Combiſuillæ , Anſelmo de
Garlandâ Turnonij, Anjorrando de S.
Remigio vice Ioannis Comitis Niuer-
nenſis ,& Reginaldo de Barro Torcia-
ci dominis , qui etiam ſacramenti fi-
dem exhibuerunt: inſuper die Domi-
nicâ ante feſtum B. Dionyſij iurauit
ſuper Euangelia ſeruaturum ſe iura
Eccleſiæ ſuæ 1268. hoc eodem anno
plura hominia repetir à Margaretâ Bu-
riculariâ Siluanectenſi, Theobaldo de
Bellomonte pro dominio Luſarchia-
1269. rum 1269. à Ioanne domino Maciaci,
Thomaſiâ Guidonis Lauallenſis viduâ
pro feodo Confluentis , Comite Ble-
ſenſi pro caſtris de Gornayo & de Cau-
dâ , Reginaldo item ipſius nepote pro
1270. Decanatu S. Marcelli; necnon 1270.
ab Iolandi Comitiſsâ Niuernenſi pro
caſtellaniâ Montiſgaij , Anſello do-
mino de Rochefort armigero, Rober-
to de Bethunâ Comite Niuernenſi pro
caſtro Montiſgaij , Lanceloto domi-
no de S. Marcho , Mariâ dominâ de
Caproſiâ pro feodo caſtri de Maure-
paſt , & aliorum quorum exemplaria
ſeruantur in chartophilacio Epiſco-
pali: vbi extat membrana Mathæi do-
mini Monmorenciaci, quâ recognoſ-
cit teneri mittere duos milites ratione
feodorum quotieſcúmque Epiſcopum
ad exercitum proficiſci contingeret;
at verò cum eidem Præſuli in expedi-

A tione Fuxenſi & Toloſanâ à Rege vo-
cato , requiſitus Monmorencius du-
cere detrectaſſet, emendam fecit Ste-
phano , in palatio Epiſcopali 1272. 1272.
coram Burchardo Mathæi fratre &
Philippo de Aquabonâ militibus. No-
minatur autem executor teſtamenti S.
Ludouici Regis cum Philippo Ebroi-
cenſi Præſule menſe Februario 1269.
ſub eundē annum idem Rex exiſtens in
procinctu itineris ſui pro ſubſidio Ter-
ræ ſanctæ, perſonatus, præbendas, &
cætera Eccleſiaſtica beneficia vacare
ſi contigerit, citra mare in hac ſuæ pe-
regrinationis abſentiâ, vice ſuâ eidem
B Stephano plenam & liberam confe-
rendi commiſit poteſtatem, vt ſubiecto
diſcitur diplomate:

LVDOVICVS *Dei gratiâ Francor.*
Rex. Notum facimus, quod nos exiſtentes
in procinctu itineris noſtri proficiſcendi in
ſubſidium Terræ ſanctæ, perſonatus, præben-
das , Eccleſias , capellanias , & cætera Ec-
cleſiaſtica beneficia quacúmque vacare con-
tigerit citra mare in hâc noſtra peregrina-
tionis abſentiâ, ad noſtrum patronatum col-
lationem, ſeu præſentationem noſtram , tam
ratione Regalium , quàm alio quocúmque
C *iure pertinentia , conferendi perſonis ido-*
neis , & nullum aliud beneficium Eccleſia-
ſticum habentibus , ac præſentandi ad va-
cantes Eccleſias, vice noſtrâ dilecto & fideli
noſtro STEPHANO PARISIENSI
Epiſcopo liberam committimus poteſtatem.
Dum tamen de conſilio diſcretorum virorum
Cancellarij Pariſienſis Eccleſiæ , Prioris
Fratr. Prædicator. & Gardiani Fratrum
Minorum Pariſienſium , vel duorum ex
ipſis ; & huiuſmodi collatione, vel præſenta-
tione procedat, & in litteris præſentationis
ſpecialiter exprimatur, quod ex auctoritate
noſtrâ ſibi commiſſâ præſentatio fiat. Hanc
verò poteſtatem eos habere volumus, quam-
D *diu abſentes in hac peregrinatione fueri-*
mus, vel donec à nobis vel ſucceſſore noſtro,
ſi nos contigerit decedere fuerit aliud ſuper
hoc ordinatum ; retentâ nobis plenariâ po-
teſtate, aliqua beneficia quæ nobis placuerit
conferendi. In litteris autem collationis aut
præſentationis quæ fient ab eis ſigillum di-
cti Epiſcopi apponi volumus. In cuius rei
teſtimonium, &c. Actum Pariſius M. CC. 1269.
LXIX. *menſe Martio.* Probat verò fun-
dationem Abbatiæ de Gerciaco men-
ſe Auguſto eiuſdem anni, & in ordina-
tione Philippi III. datâ in caſtris iux-
ta Carthaginem 1270. quâ Petrus Re- 1270.
gis frater conſtituitur Regens Fran-
ciæ, cum Odone Rotomagenſi Archie-

piſcopo, Philippo Ebroicenſi, aliiſque A
inter Conſiliarios adlectus eſt etiam
Stephanus qui arcana regni negotia
tractaret. Legitur autem in per anti-
quo libro memorialium Cameræ Com-
putorum Pariſienſium elenchus mili-
tum, qui Turonis comparuerunt in
1272. quindenâ Paſchæ 1272. pro exercitu
Regio ; hos inter recenſetur Stepha-
nus, qui die Dominicâ in palatio adfuit
coram Forratio de Vernolio Mareſ-
callo Franciæ, cum tribus militibus ad
ſeruitium Regis paratis ; hoc eodem
anno tranſegit cum Capitulo & Deca-
no pro iuſtitiâ veſtibuli & vici S. Lan- B
derici, ex magno Paſtorali. Præterea de
conſilio Theologorum damnati fuêre
1277. ab hoc Præſule 1277. plurimi articuli
erronei circa fidem, qui ſigillatim enu-
merantur in Bibliothecâ Patrum vnà
cum palinodiâ fratris Guilielmi Mi-
noritæ, poſtmodum Conſtantienſis E-
piſcopi ; & eo tempore facta eſt quo-
que de aliis quibuſdam diſcuſſio circa
liberum arbitrium, nonnullóſque arti-
culos iam an. 1270. ab illo Antiſti-
te de iiſdem fermè quæſtionibus con-
demnatos, id obſeruat Spondanus in
ſuis Annalib. Eccleſ. tomo 1. Fato fun-
1279. ctus eſt Stephanus 1279. Septemb. 13.
Dominicâ poſt feſtum S. Lupi & Ægi- C
dij, cuius anniuerſarium notatur in
Calendario Bituricenſi 23. Septemb.
vbi Templarius legitur ; quo tempore
Othobonus Fliſcus Card. poſtea Papa
Adrianus v. erat Canonicus Pariſien-
ſis, vt eſt in necrologio 3. Nonas Aug.
Stephani obitus memoratur etiam in
Calendario S. Victoris Sept. 21. vbi
ſicuti Reginaldus deceſſor, dicitur Ca-
nonicorum Victorinorum frater. Mor-
tuo Stephano Ioannes de Allodiis cum
præſentiret ſe Cleri ſuffragiis deſignari
Antiſtitem, ad Dominicanorum cœ-
nobium confugit, vt eſt apud Stepha-
num Sampayo, & chronographum S. D
Victoris, vbi & in habitu nouicij de-
ceſſit : idipſum teſtatur Guilelmus de
Nangiaco lib. geſtorum Regis Phi-
lippi III. Audacis, cum ait : Magiſter
» IOANNES DE AVRELIANIS Can-
» cellarius Pariſienſis, per Papam Nico-
» laum ad Epiſcopatum Pariſienſem
» promotus, ſæculo vale faciens totum
» dimittit, & in domo Fratrum Prædica-
» torum Pariſius, religionis habitum aſ-
» ſumens, pauper ibidem cum pauperi-
» bus deuotè Domino famulando huius
» vitæ peregit incolatum.

78. RANVLPHVS DE HOM- HOMBLONERIA.
BLONERIA, patriâ Normanus ad
Epiſcopatum aſſumitur à Nicolao III.
Pont. & pro ipſius confirmatione lite-
ras commendatitias ad Regem ſcribit ; 1279.
etenim qui fuerat electus à Capitulo
iuri ſuo renuntiauerat in manibus Pa-
pæ, ac Ioannes de Allodio ſponte ab-
dicauit, factus religioſus Ordinis Præ-
dicatorum ; ſicque Pontificatus anno
tertio Ranulphus ad hanc cathedram
nominatur, bullâ quæ extat in Regio
carthophilacio. Fundator fuit feſti
Conceptionis B. Mariæ, & benefactor
Eccleſiæ, referente necrologio. Eſt
autem in cartulario Epiſcopali diplo-
ma eiuſdem an. 1280. quo Abbatiſſæ 1280.
Ederacenſi iuriſdictionis Epiſcopalis
mandauit, vt Floriæ puellæ primum
locum monialis in monaſterio vaca-
turum conferret ; dedit & facultatem
congregationi Cæcorum Pariſienſium
celebrandi diuina in oratorio feodi
ſui 1282. & cuidam ordinationi pro 1282.
augmento Religioſarum de Gereiaco
conſenſum præbuit apud S. Clodoal-
dum eodem anno ; In archiuij Pari-
ſienſis regiſtro habetur etiam charta
libertatis hominum Epiſcopi à talliâ ;
quam hîc ſubiiciendam duximus :
MATHÆVS miſeratione diuinâ Ec- «
cleſiæ B. Dionyſij in Franciâ Abbas «
humilis, & Simon Dominus Nigellæ, «
Locumtenentes Domini Regis Fran- «
corum, notum facimus : quod cum Do- «
minus Rex Franciæ & ſucceſſores ip- «
ſius, inter alia habeant talliam ſuper «
homines terræ dilecti, & fidelis ipſius «
Domini Regis Epiſcopi Pariſienſis, «
ſcilicet in Burgo S. Germani in cultu- «
râ Epiſcopi, in clauſo Brunelli, in cer- «
tis caſibus, videlicet quotiens filias «
ſuas maritabunt, & etiam ſi rediman- «
tur de captione proprij corporis factâ «
in guerrâ, & inſuper exercitum vel e- «
quitationem, vel talliam propter hoc «
factam ; Propter alias autem cauſas à «
Domino Rege, vel eius ſucceſſoribus «
dictorum locorum homines talliari «
non poſſunt, ſine aſſenſu Epiſcopi ſu- «
pra dicti, ſaluâ tamen eidem Domino «
Regi & eius ſucceſſoribus talliâ panis «
& vini in veteri Burgo S. Germani in «
culturâ Epiſcopi, & in clauſo Brunelli «
prædicto, ſicut in compoſitione inter «
inclytæ recordationis Dominum Phi- «
lippum proauum Domini Regis, & «
bonæ memoriæ Guillelmum Epiſco- «
pum quondam, & Capitulum Pariſien- «

» ſe olim factâ plenius continetur. Ac A
» idem Dominus Rex propter quædam
» ardua negotia ipſum ac regnum ſuum
» tangentia, à ciuibus Pariſienſibus ſub-
» ſidia petiuiſſet, ac pro conceſſis ſubſi-
» diis impoſitæ fuiſſent talliæ homini-
» bus dictæ terræ, Dilectus & fidelis
» Domini Regis RANVLPHVS PA-
» RISIENSIS EPISCOPVS ſe oppo-
» ſuit, dicens, quod pro prædictis non
» poterant dictorum locorum homines
» ſine aſſenſu ipſius Epiſcopi talliari, cum
» ſe non obtuliſſet, nec offerret aliquis
» de caſibus expreſſis in compoſitione
» iam dictâ. Tandem licet ſecundum
» formam dictæ compoſitionis ipſius ter- B
» ræ homines non debuerint, nec de-
» beant pro præmiſſis ſine aſſenſu Domi-
» ni Epiſcopi talliari: Idem tamen Epiſ-
» copus obtentu Domini Regis, ac ne-
» gotij Arragonenſis, Valenciensiſque
» Regnorum, quod ad præſens idem
» Rex proſequitur, ad preces noſtras
» impoſitioni & exactioni dictarum tal-
» liarum, ſuum aſſenſum præbuit de
» gratiâ ſpeciali. Nos autem ex aucto-
» ritate, & vice ipſius Domini Regis
» nobis commiſſâ, nomine ipſius regis &
» pro ipſo volumus & concedimus, vt
» pro hoc ipſi Epiſcopo terræ prædictæ
» ac ſucceſſoribus eius, & compoſitioni C
» prædictæ, nullum in poſterum præiu-
» dicium generetur. Et bonâ fide pro-
» curabimus, quod Dominus Rex præ-
» ſentem conceſſionem dicto Epiſcopo
» ſuis patentibus litteris confirmabit. In
» cuius rei teſtimonium præſentes litte-
» ras ſigillo Regio quo vtimur, fecimus
» ſigillari. Actum Pariſiis menſe Iulio
1285. » anno Domini M. CC. LXXXV. Si-
» gnum Philippi Dei gratiâ Francorum
» Regis, & habentium regimen Regni.
Legitur & in Paſtorali fundatio eiuſ-
dem Præſulis in memoriam Stephani
» Templier hâc verborum ſerie. RA-
» NVLPHVS permiſſione diuinâ Pariſ. D
» Eccleſiæ Miniſter indignus, vniuerſis
» præſentes literas inſpecturis ſalutem
» in filio Virginis: Cùm nuper emeri-
» mus decem libras Pariſ. redditus an-
» nualis à Domina Sediliâ, Domina de
» Caproſiâ, percipiendas annuatim ſuper
» præpoſitura de Caproſiâ & ſuper ob-
» uentionibus, fructibus, & exitibus
» præpoſituræ prædictæ, duobus terminis,
» prout in literis venditionis ſuper hoc
» confectis, & ſigillatis ſigillis Pariſien-
» ſibus, Auberti, Guilermi, & Philippi
» Archidiaconorum, &c. an. 1288. die Io-
uis poſt feſtum Beati Dionyſij plenius »
continetur, ac bonæ memoriæ Stepha- »
nus quondam Pariſ. Epiſcopus noſter »
immediatus prædeceſſor, ſeptem libras »
ad parentum ſuorum, & ſuum anniuer- »
ſarium in Eccleſiâ Pariſ. celebrandum »
annuatim, quæ ad hoc non ſufficiunt, »
ſolummodò deputauerit, nos ſaluti »
animæ ipſius prodeſſe volentes, dile- »
ctis in Chriſto filiis venerabilibus viris »
Decano & Capit. Pariſienſi ad aug- »
mentum dicti anniuerſarij, centum ſo- »
lidos Pariſ. de prædictis decem libris »
annui redditus damus & concedimus, »
ab eiſdem Decano & Capit. in manu »
mortuâ abſque coactione extra ma- »
num ſuam ponendi, perpetuò habendis »
& percipiendis, annis ſingulis, ad opus »
dicti anniuerſarij, terminis in literis »
venditionis prædictis contentis, vide- »
licet quinquaginta ſolidos, in quinde- »
nâ feſti Andreæ Apoſtoli, & totidem »
in quindenâ feſti natiuitatis B. Ioannis »
Bapt. Cedentes in eis & in Epiſcopos »
transferentes, totum ius quod habe- »
bamus & habere poteramus in dictis »
centum ſolidis & eorum perceptione, »
ratione emptionis prædictæ, retentis »
tamen nobis & noſtris ſucceſſoribus »
omnimodâ iuriſdictione, & iuſtitia, & »
omni alio iure noſtro. Datum anno »
Dom. 1288. die Veneris poſt feſtum 1288.
B. Dionyſij. Paulò poſt verò animam
exhalauit pridie Idus Nouembris eiuſ-
dem anni, cui ſuffectus ADENVLFVS
DE ANAGNIA vitâ functus 1289. ex 1289.
Præpoſito S. Audomari & Canonico
Pariſienſi ante conſecrationem factus
Canonicus regularis Abbatiæ Sancti
Victoris, in quâ quieſcit ſub pulpito
chori.

79. SIMON DE BVCY, diœceſis BVCY.
Sueſſionenſis, ex Archidiacono Re-
menſi & Canonico Pariſienſi electus,
cum antea fuiſſet Magiſter Scacarij
Rotomagenſis. Confirmat autem Epiſ-
copatus primo immunitatem Eccleſiæ
S. Stephani de Greſſibus & illius ſub-
iectionem Capitulo Pariſienſi 1290. vt
docet charta magni Paſtoralis: adfuit 1290.
quoque apud Luparam cum Cardina-
libus, Archiepiſcopis, & regni proce-
ribus, quando Petrus Flota Regis
Conſiliarius literas Guidonis Comitis
Flandrenſis recitauit, quibus reuoca-
bat omnes procuratores ſuos, quos
nominauerat pro pace tractandâ cum
Rege Philippo Pulchro 1296. eodém- 1296.
que anno Simon tres Capellas in ba-

ſilicâ maiori fundauit. Nominatur & in tabulatro Sandionyſiano, 1298. die Mercurij in octauâ Aſſumptionis; vbi Abbas ad preces eiuſdem Philippi conſenſit, vt in monaſterio ſuo in inſtanti feſtiuitate tranſlationis B. Ludouici, totius regni patroni, cum aliis Prælatis, Pariſienſis Epiſcopus in Pontificalibus intereſſet. Sublatus è vitâ die Lunæ ante feſtum Beati Ioannis
1304. Baptiſtæ 1304. in capellâ Eccleſiæ Pariſienſis, retro maius altare iacet cum inſcriptione.

Bavfeti
80. Gvilelmvs Bavfeti iv. Aureliacenſis Aruernus, antea Philippi
1304. Regis medicus, ſucceſſit 1304. nam in veteri regiſtro legitur compotus Regaliæ ipſius morte vacantis, à vigiliâ S. Ioannis Baptiſtæ vſque ad Sabathum ante feſtum B. Andreæ: Hoc eodem anno fundatur à Ioannâ Reginâ Nauarræ, Campaniæ Comitiſsâ, Philippi Pulchri vxore, collegium Nauarræ vel Campaniæ dictum, amplitudine ædificiorum, præceptorum & alumnorum numero facilè ceteris præſtans; Profligato autem acerrimâ pugnâ apud Montempabuli Flandrorum exercitu, in quo cruentiſſimo certamine vitam ab hoſtibus Rex difficillimè ſeruauit, ne collari ſibi diuinitus triumphi videretur ingratus, in Eccleſiâ Beatiſſimæ Virginis, hanc fundationem fecit cuius exemplar nunc primùm ex originali editum profertur:

Philippvs *Dei gratiâ Francorum Rex, ad perpetuam rei geſta memoriam, ſi Regnum Franciæ, quod à priſcis temporibus diuina ſtabiliuit potentia, multiſque ditauit beneficiis, & honoribus decorauit, nouiſſimis temporibus doli Sathan adinuentor, perſequutor pacis, & totius malitiæ ſeminator, inuidens quod regnum ipſum virtus diuina ſic vallaſſet per circuitum, in Flandriæ partibus Domino permittente tetigerit, ſubditóſque noſtros partium earumdem in ſuperbiâ & abuſione, contra nos fecerit nequiter rebellare, ipſóſque totius incentor nequitiæ, ſic in ſuâ rebellione firmaſſet, vt cogitantes iniquitates peſſimas in corde, totâ die nobis conſtituerent prælia, ita vt Eccleſiis & aliis ſacris locis, villis & aliis regnicolarum habitationibus incompoſitis, ſumma vaſtationis iactura deditis, per eoſdem plures nobiles, & alias perſonas regni eiuſdem, quod grauius eſt homini tam rebellionis mors amara rapuit, nec in his*

A *auerſus eſſet furor eorum, ſed potius ſemper eorum ſuperbia aſcendiſſet; tandem immenſa Chriſti pietas, ſuæ glorioſæ matris Mariæ Virginis piis prouocata precibus, ad regnum ipſum cuius regimen nobis miſeratio diuina commiſit, cor paternum reflectens, videns inimicorum nequitiam multam nimis, & cor eorum impenitens, nos cum fideli exercitu Gallicano, ad faciendam vindictam in natione illâ Flandrenſi contra rebelles ipſos, ſub fortis manus ſuæ tegumento direxit, nobiſque menſis Auguſti die xviii. videlicet die Martis, poſt feſtum Aſſumptionis eiuſdem Virginis, in loco qui Mons in Pabulâ nominatur, contra*
B *ipſos ad nos in contumaci multitudine venientes ad pugnam conſtanter, placuit Altiſſimo, poſt longam cum inimicis prædictis dimicationem, eos in ventum ſuperbiæ altius eleuatos ad ima dejiciendo potenter elidere, eóſque cum pluribus ipſorum ductoribus & Capitaneis, in mortis laqueum per noſtrum & eiuſdem noſtri exercitus miniſterium, ſub potenti Domini manu deducere, & glorioſum de ipſis nobis præbere triumphum; ſicque mirabilis Deus, qui pro nobis voluit operari, vt meritò dici poſſit illam à Domino & non ab homine victoriam factam eſſe. Quapropter nos in humilitatis ſpiritu confitentes Domino, eique & ſacra-*
C *tiſſimæ Genitrici illius, deuotæ laudis ſacrificium offerentes; benedicimus ei, qui ſedens ſuper tronum iudicauit cauſam iuſtitiæ regni ſui, & vt Dominus qui tanquam vir pugnator deleuit impios, ante faciem noſtram, in ſuis laudetur operibus, eiúſque non obliuiſcantur mirabilia, & beatiſſima Virgo mater eius Maria de præſtito nobis per eius ſuffragia filij ſui auxilio honoretur. Nos ad laudem & gloriam eiuſdem Domini noſtri; & B. Mariæ Virginis genitricis eius, Eccleſiæ Pariſienſi in ipſius Virginis honore fundatæ, centum libras Pariſienſes annui & perpetui redditus, ob noſtram &*
D *cariſſimæ conſortis noſtræ Ioannæ Francorum Reginæ, & liberorum noſtrorum ſalutem, pacem, & tranquillitatem regni noſtri, noſtrarûmque fidelium ſubiectorum concedimus, ab ipſius Eccleſiæ Pariſienſis Decano & Capitulo nomine dictæ Eccleſiæ habendas, tenendas, & poſſidendas liberè & pacificè in perpetuum, abſque coactione vendendi, vel extra manum ſuam ponendi, & abſque præſtatione financiæ cuiuſcúmque, capiendáſque in theſauro noſtro Pariſienſi ſingulis annis, die feſto Dominicæ Aſcenſionis, donec eas in locis & rebus competentibus duxerimus aſſidendas. Volentes & ſtatuentes, quod duæ partes dictarum centum*

librarum, inter Canonicos, Vicarios & alios maiori altari deſeruientes ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ, terna verò pars inter Capellanos & Clericos chori, qui in primis veſperis, matutinis, & miſſâ ſolemni diei prædictâ intererunt diſtribuantur, ita quod in dictis veſperis terna, in matutinis, alia terna, in miſſâ verò alia terna pars per modum ſupradictum diuidantur de cætero in futurum. Quod, vt ratum permaneat præſentibus literis noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum in caſtris prope Inſulam,
1304. *anno Dom. Inc.* M. CCC. IV. *menſe Septembri.* Ceterùm vti narratur in memoriali Hiſtoriarum, Ioannes Pariſienſis Ordinis Prædicarorum, ſubtilis homo & Regens in Theologiâ, quandam nouam de corpore Chriſti in ſacramento altaris poſitionem proponens 1304. ab eodem Guilelmo Pariſienſi & Magiſtris in Theologiâ pluries auditus; demum ab Ægidio Archiep. Biturienſi, Guilelmo Epiſcopo Ambianenſi & aliis, diligentius eius poſitione perpensâ, prohibitus eſt amplius legere & diſputare Pariſius. Meminerunt quoque Guilelmi carrularia
1305. Montis-martyrum 1305. & S. Capellæ 1306. ſub eóque Antiſtite Lutetiæ Cœleſtini ſtabiliuntur 1318. munificentiâ Caroli V Sapientis, benefactore etiam Iacobo Marcello ciue Pariſienſi. Reperitur & in antiquo regiſtro Cameræ rationum Pariſienſium teſtamenti exe-
1319. cutores nominaſſe 1319. Guilelmum de Chenaeo Archidiaconum Pariſienſem, Guidonem de Lauduno Theſaurarium Capellæ Regalis, & Petrum Caſalis Canonicum B. Mariæ, qui de ratione expenſarum Cameræ computârunt, ſuper debito in quo tenebantur Regi pro decimâ eiuſdem Epiſco-
1320. pi Guilelmi; obiit verò 1320. ſepultus in capellâ Infirmariæ cœnobij S. Victoris.

BORRETO. 81. STEPHANVS DE BORRETO III. confirmatur Præſul 1320. bul-
1320. lâ Ioannis XXII. Pontificatus quarto, quæ habetur in archiuio Pariſienſi. Extant prærerea in vetuſto codice literæ Philippi Regis cuſtodibus Regaliarum ſcriptæ; ex quibus intelligitur à Pontifice Max. illi datum huius Eccleſiæ regimen, ſed temporalitate Epiſcopatus interdictâ, rex poſtea Præſulis petitione eam conceſſit, confecto hâc de
1321. re diplomate die I. Octob. 1321. Deceſſit Stephanus 1326. quamquam ſuperiori anno legatur compotus Rega-

A liæ vacantis, per eius obitum à Dominicâ S. Catharinæ. In tabulario cœnobij de Albacuriâ teſtamenti autographum aſſeruatur, vbi Stephanus Bouret cognominatur, ex quo ſequentia dorationis verba eruimus: Legamus viginti libr. Pariſienſes annui redditus, applicandas cuidam Capellaniæ olim inſtitutæ ſeu fundatæ à maioribus noſtris apud Filiolicuriam, conuerrendas ad vſum & ſuſtentationem vnius monachi, aſſumendi in monaſterio de Albacuriâ Præmonſtratenſis Ordinis, & in prædictâ capellâ cum illo qui ibidem iamdiu eſt, à prædictis maioribus B noſtris inſtitutus, collocandi & etiam pro perpetuo aſſociandi. 1326.

82. HVGO DE BESANÇON electus poſtridie Octauarum Epiphaniæ 1326. nam hoc eodem anno menſe Aprili ſubſcribit cum Guilelmo Vienenſi Archiepiſcopo, Mimatenſi & Arauſicano Epiſcopis, præſente Rege, tabulis veniæ Flandrenſibus populis conceſſæ, quæ habetur in chartis regij Theſauri. Poſt verò 18. Maij eius licentiâ primus lapis imponitur fundationi Eccleſiæ S. Sepulchri in vrbe. Quo ſedente Archidiaconus Maior Pariſienſis erat Petrus Claromontanus C Regij ſanguinis Princeps Roberti Comitis filius S. Ludouici nepos: migrauit è vitâ Hugo die 29. Iulij 1332. vt conſtat ex necrologio. BESANÇON. 1326. 1332.

83. GVILELMVS DE CHANAC V. nobilis Lemouicenſis, ex Archidiacono Pariſienſi inſtitutus à Papâ Ioanne 22. Auguſti 18. 1332. ſequenti anno die Iouis ante feſtum S. Laurentij mille florenos auri impendit, pro acquiſitione caſtri de Luzarchiis, vt habet vetus documentum in domo epiſcopali S. Marcelli ſcriptum. Collegium S. D Michaëlis, aliàs de Chanaco Pariſiis fundauit, & factus Patriarcha Alexandrinus 1342. Epiſcopatu hoc anno ſe abdicauit. Moritur die S. Crucis III. Maij 1348. habétque hoc epitaphium apud Victorinos, in capellâ Infirmariæ. CHANAC. 1332. 1342. 1348.

Hic ſitus eſt Dominus G. DE CHANAC *Patriarcha*
Alexandrinus, iuris dum viueret arca,
Mores ornatos ad culmen nobilitatis
Adiungens, gratos actus habuit pietatis,
Plebis, & Eccleſiæ PRÆLATVS PARISIENSIS,
Cultor iuſtitiæ, peruerſorum fuit enſis,

Hunc ſibi nō ſolùm, ſed eum qui poſt ibi ſedit, A
Dictus FVLCO, *dedit Lemouicenſé ſolum,*
O quàm ſollicitè, quàm ſanctè, quámque peritè
Ius ſtuduit, Cleri, libertatéſque tueri?
Multos promouit, quos ſanctè viuere nouit,
Clam refouens inopes diſtribuebat opes:
Sanctâ luce Crucis tranſiuit ad atria lucis,
In Maio moriens corde Deum ſitiens,
1348. *Anno milleno trecenteno quadrageno*
Octóq; centenos annos peragēs quaſi plenos,
Pro dilectoris animâ tui dulciter ora,
Sancti Victoris conuentus qualibet horâ.

Perperam autem à nonnullis ſcribitur natum fuiſſe ex ſtirpe nobili dominorum de Pompadorio in Lemouicibus, B qui certè ortu femineo Galienis de Chanaco, Ranulphi toparchæ de Pompadorio coniugis prognati ſunt, nullatenus verò ex gente Chanacâ, quæ duobus Rom. Eccl. Cardinalibus illuſtris, Bertrando Archiepiſcopo Bituricenſi, Guilelmo Epiſcopo Mimatenſi, Fulcone etiam Aurelianenſi, Guilelmo noſtro, & Fulcone eius nepote Pariſienſibus Epiſcopis meritò clareſcit.

CHANAC. 84. FVLCO DE CHANAC II.
patrui reſignatione in Patriarchā Alexandrinū promoti Cathedram cōſcen- C
dit Clemente VI. probante literis pro-
1342. uiſionis Auenione datis 1342. 5. Kal.
Decemb. receptus perſonaliter, poſſeſſionem adeptus eſt Dominicâ Paſſionis penultimâ Martij eiuſdem anni. Teſtis nominatur in chartâ ceſſionis prouinciæ Delphinatus ab Humberto
1343. Principe Delphino 1343. Biennio poſt 10. Octob. 1345. Gentiliaci prope Lutetiam literas immunitatis conceſſit monaſterio Longicampi; prærerea huius tempore baſilica Billeratum, ſeu Charitatis B. Mariæ Ordo Pariſiis con-
1349. ſtituitur. Tranſiit à ſæculo 1349. die Sabathi 25. Iulij, ipſe patrui tumulo inhumatus, vt eſt in necrologio. D

AVBERT. 85. ANDOINVS ALBERTI Lemouicenſis, Innocentij VI. Papæ nepos, eligitur Pariſienſis 1349. poſteáque
1350. Autiſſiodorenſis 1350. Presbyter autem Cardinalis creatus eſt tit. Sanctorum Ioannis & Pauli, deinde Oſtienſis Epiſ-
1361. copus declaratus 1361. Vrbanum V. Romanum Pontificem conſecrauit, paulò poſt exceſſit è viuis Auenione
1363. 1363. 6. Idus Maij tumulatus ad Carthuſianos Villænouæ in medio chori è regione patrui ſine inſcriptione, licet in teſtamento ſeu codicillo hanc mandaſſet apponi. *Lapide ſub hoc modico, iacent omnia viſcera dicti* OSTIENSIS ANDOINI *dum viuebam in vitâ meâ.* Ex quâ teſtamenti clauſulâ ſequens notanda occurrit: Item lego Eccleſiis Pariſienſi & Autiſſiodorenſi quibus in Epiſcopali dignitate præfui, cuilibet earum trecentos florenos ſemel ſoluendos ad emendum redditus, qui poterunt haberi & emi, pro faciendo pro animâ meâ vno anniuerſario ſingulis annis die mei obitus. Sed quia iucundi aduentus Ioannis Regis Francorum ad Eccleſiam Pariſienſem licet B prolixior formula, huius loci inſtitutum reſpicere quodammodo videtur, integrum hîc fragmentum ex chartulario Pariſienſis Epiſcopi nunc ſubjiciemus:

IN NOMINE *Domini, amen; notum ſit vniuerſis & ſingulis præſentibus & futuris, tenore præſentium publicè manifeſtum, & Indictione IV. menſis Octobris, die XVJ. videlicet Dominicâ ante feſtum B. Lucæ Euangeliſtæ, horâ veſperæ, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini Clementis diuinâ prouidentiâ Papæ VI. Anno IX. præſenti-* C *bus nobis Notariis publicis, infinitis pluribúſque aliis fide dignis; Illuſtriſſimus & Sereniſſimus Princeps, & Dominus Ioannes Dei gratiâ Francorum Rex, qui dictâ die iucundum ſuum aduentum conſuetum, vt Rex nouus faciebat, in ciuitate Pariſienſi cum magnâ multitudine Ducum, Comitum, Principum, & Baronum, ac plurimorum Nobilium aliorum, necnon cum aliâ magnâ multitudine populi copioſâ, veniente de S. Dionyſio Franciæ prout eſt fieri conſuetum, de directo antiquorum, ad domicilium aliquod declinaret, acceſſit ad Pariſienſem Eccleſiam Cathedralem, cuius valuæ ſiue portæ erant clauſæ, & poſtmodum ſibi fuerunt apertæ; Qui Domino Regi proceſſionaliter & cum magnâ ſolemnitate obuiam vene-* D *runt, Prælati multi, tam Epiſcopi quàm Abbates, & ſpecialiter Domini Guilelmus Senonenſis, Hugo Laudunenſis, & Ioannes Tribumenſ. Epiſcopi, necnon Raymundus Decanus, & Collegium dictæ Eccleſiæ, Epiſcopo Pariſienſi notoriè tunc abſente, cum capis ſericis induti, & cum crucibus, turibulis, candelabris & luminaribus, libris deauratis & aliis neceſſariis & conſuetis, in proceſſionibus faciendis, & aliis vt decentius & reuerentius poterant proceſſionem faciendam. Cum autem fuerunt in portali dictæ Eccleſiæ, adfuit ibi in paruiſo, Domi-*

nus Rex, qui eos benignè & generosè expectabat, ad quem antequam intrare dictam Eccleſiam acceſſit, loco dicti Domini Epiſcopi Pariſienſis, præfatus Reuer. Pater Dom. Archiepiſcopus benè & honeſtè in Pontificalibus cum cruce, turibulis, luminaribus, libro Euangeliorum vocato textu cum aſſe-
» *ribus argentaceis & deauratis; & dixit ei*
» *talia verba vel ſimilia: Domine antequam*
» *vos intretis Eccleſiam iſtam, vos debetis &*
» *tenemini certum parare iuramentum, nam*
» *ſic conſueuerunt & ſoliti fuerunt facere &*
» *parare, prædeceſſores veſtri Francorum Re-*
» *ges quilibet, in ſuo nouo & iucundo ad-*
uentu; tunc dictus Dominus Rex; in primis dictæ Cruci ſe humiliter inclinauit, ac Deum & ſanctos ſanctáſque Scripturas & Euangelia, reuerenter & deuotè adorauit, oſculando dictum librum ſiue textum; tenebat autem in manu ſuâ dictus Dominus Archiepiſcopus quandam pergamenam cedulam, quam dicto Domino Regi præſentauit & tradidit dicens; quod in ea continebatur forma præſentis iuramenti, quod per donando à dicto Rege petebat fieri & parari, quam cedulam dictus Dominus Rex recepit, incontinenti atque legit, & cuius
» *cedula tenor ſequitur in hæc verba: A vo-*
» *bis perdonari petimus, vt vnicuique de no-*
» *bis, & Eccleſiis nobis commiſſis, Canoni-*
» *cum priuilegium, & debitam legem atque*
» *iuſticiam conſeruetis, & defenſionem ex-*
» *hibeatis, ſicut Rex in ſuo Regno debet vni-*
» *cuique Epiſcopo, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ;*
» *reſponſio Regis ad Epiſcopos: promitto vo-*
» *bis & perdono, quia vnicuique de vobis &*
» *Eccleſiis vobis commiſſis, Canonicum pri-*
» *uilegium, & debitam legem atque iuſticiam*
» *ſeruabo, & defenſionem quantum potero ad-*
» *iuuante Domino exhibebo, ſicut Rex in ſuo*
» *Regno, vnicuique Epiſcopo & Eccleſiæ ſibi*
» *commiſſæ per rectum exhibere debet. Quâ*
cedulâ ſic lectâ per dictum Regem, idem Dominus Rex antequam dictam Eccleſiam intraret, in conſpectu ſeu præſentiâ ſacroſanctorum Euangeliorum, quæ benignè tenuit & oſculatus fuit, reuerenter talia ver-
» *ba vel conſimilia dixit: Sic volo & promit-*
» *to; quibus ſic actis, dictus Dominus Ar-*
chiepiſcopus, petiit à nobis Notariis, paucis infradictis fieri publicum inſtrumentum, præmiſſa omnia & ſingula comprehendens, in teſtimonium eorundem, qui Dominus Archiepiſc. huius iuramentum ſiue promiſſionem, à dicto Domino Rege recipiebat, & recepit vice loco & nomine, Reuerendi in Chriſto Patris & Domini ANDOINI *Dei gratia* PARISIENSIS *Epiſcopi, prædicti & ex commiſſione ſibi factâ, per ve-*

A *nerabiles & diſcretos viros Dominum Ioannem de Lyons ſecularem Abbatem B. Mariæ Maioris Pictauenſis & Officialem Pariſienſ. videlicet magnum, Yterium la Iaroſſa ſcholaſticum Nouiomenſ. præfati Epiſcopi Pariſienſ. in ſpiritualibus & temporalibus Vicarios, ſpontéque per ipſum Dominum Archiepiſc. ſine præiudicio, ſed iure ſaluo dicti Domini Pariſienſ. Epiſcopi, eius Eccleſiæ ac ſuorum quorumcúmque acceptata: prout conſtat nobis notum publicis infradictis, qui in dictâ commiſſione & eius acceptione, præſentes fuimus vnà cum Reuerendis Patribus Dominis Hugone Lau-*
B *dunenſi, Ioanne Tribumenſ. Epiſcopis prædictis, ac pluribus aliis teſtibus requiſitis, & prout in quodam publico inſtrumento per nos facto ſuper hoc continetur. Actum palam ſolemniter & publicè, ante valuas dictæ Eccl. Pariſ. anno, indictione, menſe die & horâ ſupradictis, præſentibus præfatis Patribus, Hugone Laudunenſ. & Ioanne Tribumenſ. Epiſcopis, & magiſtris Raimundo Decano, Vitali Cantore, Stephano Canonico dictæ Eccleſiæ Pariſ. Ioanne Raimundi Canonico S. Petri puellarum Bituricenſ. Guillelmo de portâ aliíſque de Bituris, Curato Eccleſiæ S. Petri ad boues in ciuitate Pariſ. & pluribus aliis teſtibus ad præ-*
C *miſſa vocatis & rogatis, cui etiam actui totus populus erat & poterat eſſe teſtis.*

86. PETRVS DE LA FOREST III. Cardinalis tit. baſilicæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum, Galliæ Cancellarius, Abbas S. Dionyſij in Franciâ, natus is Suſæ in diœceſi Cœnomanenſi familiâ mediocri, parentibus Philippo de la Foreſt & Margaretâ de la Chapelle, Gaufridi Cœnomanorum Epiſcopi ſorore: adoleſcens literis & philoſophicis ſtudiis benè inſtitutus, Aureliæ primùm & Andegaui Iuris ſcientiam magno nationum concurſu
D profeſſus eſt; inde præſtanti eruditionis famâ euocatur & Patronus Regius Senatus Pariſienſis renuntiatus, mox variis Eccleſiæ dignitatibus floruit; hic enim Præpoſitus Varenæ in baſilicâ S. Martini Turonenſis, Decanus d'Ernée, Archidiaconus Montisforris, præbendam in Cathedralibus Pariſienſi & Rotomagenſi conſecutus, à Ioanne Duce Normaniæ, Comite Pictauiæ ſacri ſigilli ſui cuſtodiâ, inſupérque Tornacenſi Epiſcopatu donatur. Egregiis autem virtutibus cumulatus à Philippo Valeſio Rege in locum Ioannis de Cherchemont, Gallia-
rum

LA FOREST, D'argent à l'arbre de ſinople.

rum Nomophylax ſuffectus Pariſien-
1350. ſem Po[illegible]ficatum adipiſ[illegible] meruit 1350.
tradu&tus paulò poſt ad Rotomagen-
ſem Archiepiſcopatum. At verò apud
Ioannem Regem non modò gratiâ
& auctoritate in Republicâ valuit, ſed
dignus iudicatus qui in ſacrum Purpu-
ratorum collegium cooptaretur à Cle-
mente VI. Papâ 1350. XV. Cal. Ian.
à quo in Siciliam Legatus miſſus eſt,
& ad Pontif. Max. pro pacificatione
bellorum inter Gallos & Anglos. Ce-
terùm capto Ioanne, Pariſiis primas
tenuit in Comitiis generalibus Regni,
ſed & ſeditione à factioſis hominibus
muneri ſuo renuntiare coactus, Burdi-
galam ſeceſſit & in Angliam cum Pe-
tracoricenſi Cardinale transfretauit,
vt de tractandâ Regis liberatione Lon-
dini agerent, indéque Galliam teuer-
ſus, ſæuientem adhuc factioſorum con-
ſpirationem nactus, Auenionem ad
Curiam Pontificis ſe recepit, vbi le-
tali peſte correptus expirauit apud
1361. Villamnouam 1361. Iunij 25. Teſtamen-
tum condidit, quo executores nomi-
nauit ſex Cardinales Petracoricenſem
Epiſcopum Albanum, Guidonem Por-
tuenſem, Andoinum Oſtienſem, alióſ-
que, cuius ampliſſima capita & lega-
ta cum elogio fuſius legere licet in
hiſtoriâ Cenomanenſium Epiſcopo-
rum nouiſſimè editâ.

[illegible]LANT.

87. IOANNES DE MEVLANT
I. dominus de Neubourg, Amalrici de
Meullento eiuſdem loci toparchæ pa-
truus, antea Nouiomenſis Epiſcopus
1351. recipitur ſolemniter à Capitulo 1351.
menſe Martio, nominatur in tabulâ
prouiſionis canonicatus Bernardi de
Ventadorio apud domũ Epiſcopalem
1355. S. Marcelli 1355. Septemb. 28. de illo
vetus membrana Pariſienſium chiro-
graphorum an. 1362. Nouembris 16.
quo ſedente Petrus Berchorius Picta-
uienſis Theologus inſignis in Prioratu
1363. S. Eligij ſepultus 1361. obiit Ioannes
an. ſalutis 1363.

PARIS.
Party d'or & d'azur à trois fleurs de Lis de l'vn en l'autre.

88. STEPHANVS DE PARIS
IV. Cardinalis Pariſienſis tit. S. Eu-
ſebij ab Epiſcopali Sede nuncupatus,
quem Annales antiqui Francorum or-
tum aſſerunt ex vico Vitriaco ad ri-
pam Sequanæ prope Lutetiam; perpe-
ram ab aliis Stephanus de Piſſiaco vo-
catur; qui Iuris primùm Doctor, ex
1363. Decano Epiſcopus factus eſt 1363. de-
in à Rege Carolo V. delegatur cum

A [illegible] pro diſſidio inter eum-
dem & Nauarræ Regem componendo 1365.
literis an. 1365. Febr. 8. Adfuit in Ec-
cleſia B. Pauli Lutetiæ cum ſacro ba-
ptiſmate tinctus eſt 1368. primogeni- 1368.
tus Caroli V. Regis. Hoc eodem an:
creatur Cardinalis tit. S. Euſebij apud
Montemflaſconem menſe Septemb. ab
Vrbano V. Papâ, quo tempore aperta
fuit Regalia à die 6. Octob. vſque ad 1370.
10. Nouemb. & Stephano ſedente de-
dicatum fuit templum Celeſtinorum
in hac vrbe 1370. Septemb. 5. à Gui-
lelmo Archiepiſcopo Senonenſi, in-
B ſtante Rege Carolo. Mortuus eſt Aue-
nione 7 Nouemb. 1373. auctore hiſto- 1373.
rico magnorum Franciæ chronico-
rum. Eius tumulo ante maius altare
Cathedralis inſculptum tale Epita-
phium:

STEPHANVS *hic Sedis Romanæ Colla-
teralis,*
Deſertis terris ſpe ſanctis iungitur alis.
M.C. ter ac anno tribus auctio ſeptuageno,
Octobris decimâ ſextâ domini quoq; primâ,
Clauditur hoc lapide lux Iuris, PARI-
SIORVM
PASTOR, *voce, fide, Dux Regis Conſiliorum,*
Fautor egenorũ, damnans hereſes reproborũ.

MAIGNAC
De gueulles au pal de de[illegible] pieces de [illegible] d'or [illegible] d'azur.

C 89. AYMERICVS DE MAIGNAC
Cardinalis tit. S. Euſebij antiquâ fa-
miliâ Lemouicenſi ortus, libellorum
ſupplicum in Regiâ magiſter, ex De-
cano in Epiſcopum promotus eſt 10.
Nouemb. 1368. vel Sept. 25. vt affir-
mat liber Obligationũ. Legatus Fran-
cofordiam cum Prorege Delphinatus
mittitur anno ſequenti, pro tractatu
matrimonij Catharinæ Regis filiæ cum
Ruperto Bauariæ Duce, Palatini Co-
mitis filio. Nominatur in dedicatione
Capellæ Collegij Nauarræ 1373. Oct. 1373.
16. & in tralatione brachij S. Oppor-
tunæ 1374. quo anno declaratur exe-
D cutor teſtamenti Caroli V. Regis Me-
loduni menſe Octobri. Ei reſcribit
Gregorius Papa XI. 1377. confirmát- 1377.
que ſtatuta Collegij Cameracenſis
Lutetiæ. Adfuit verò celebrationi iu-
ramenti in palatio S. Pauli à Ludoni-
co Duce Andegauenſi pto quibuſdam
pactis & 1375. in conuentu magno
Principum & Prælatorum, cum in Par-
lamento Pariſienſi ſedens Carolus Rex
Sapiens legem promulgauit, ſeu diplo-
ma de Maioritate Chriſtianiſſimorum
Regum ad annum ætatis decimum-
quartum; memoratur & in ſolemni

ingreſſu Caroli iv. Imperatoris Lute-
1377. tiæ 1377. ſub annum autem 1379. San-
cta Capella caſtri regij Vincennarum
prope Lutetiam ab eodem Carolo v.
fundatur, in quâ Theſaurarius præſi-
det Canonicis. Creatur inde Cardi-
nalis ab Antipapâ Clemente vii. nec
diu Purpurâ inſignitus ſuperuixit,
1384. diem enim clauſit extremum 1384. vt
monumento in Cathedrali adſcripta
hæc verba teſtantur:

Hic Iacet

In Chriſto Pater Reuerendiſſimus Dominus Aymericvs de Magnaco, *natione Lemouicenſis in villâ S. Iuniani, ex nobilibus parentibus procreatus, vtriúſque Iuris Profeſſor, quondam Regum Ioannis & Caroli V. Conſiliarius, & Magiſter Requeſtarum hoſpitij. Primò fuit Decanus Eccleſiæ Pariſienſis nominatus, deinde ad Pontificalem aſſumptus eſt dignitatem. Tandem factus fuit tituli S. Euſebij Sanctæ Rom. Eccl. Presbyter Cardinalis.*
1384. *Obiit autem* M. CCC. XXCIV. *Auenione 20. die Martij, cuius corpus integrum intra Pariſios aſportatum ſub hac tumbâ requieſcit. Anima eius requieſcat in pace, Amen.*

Orgemont. D'azur à trois eſpics d'orge d'or en pal.

90. Petrvs d'Orgemont, iv. Cancellarius Ducis Turonenſium, Petri domini de Chantilly, Senatus Pariſienſis Principis, deinde Franciæ & Delphinatus Cancellarij ex Margaretâ de Voiſines filius; Amalrici toparchæ de Chantilly, libellorum ſupplicum in Regiâ Magiſtri, & Nicolai S. Martini Turonenſis Decani, omnium Franciæ Clericorum ſuâ ætate ditiſſimi frater. Præſes Cameræ Computo-
1384. rum Pariſienſium an. 1384. ab Epiſcopatu Morinenſi huc traductus 8. Februarij à Clemente vii. Antipapâ, vt eſt in libro Obligationum Vaticani. Memoratur præſens in hominio Guilelmi de Bauariâ Comitis d'Oſtreuant 1391. Sept. 13. & in confirmatione diplomatis pro maioritate Regum Lu-
1392. tetiæ editâ menſe Nouembri 1392. teſte Tilio; tralationi corporis S. Ludouici eodem anno interfuit, & ſequenti Pariſiis moritur Leo Rex Armeniæ, qui in Gallias venerat vt auxilium contra Infideles à Rege impetraret, honorifico funere clarus in æde Celeſti-
1396. norum. Præſens item fuit 1396. Aprilis 10. conuentui habito in Senatu, pro remiſſione indultâ Petro de Credonio in causâ Oliuarij de Cliſſon Franciæ Conſtabularij; & die Maij 5. Capitulo Eccleſiæ terram octoginta librarum Turonenſium redditus legauit: die feſto Beati Ludouici Philippum de Villerâ Abbatem S. Dionyſij benedixit, ſine præiudicio exemptionis anno
1398. Augusti 12. Interiit calculari 1398.
& pediculari morbo in cellâ vinariâ, vltione diuinâ, inquit Ioan. Iuuenalis Vrſinus, quòd inſontem neci dediſſet Ioannem des Mareſts. Sepultus iuxta maius altare baſilicæ Marianæ, tumulo è nigro marmore hâc inſcriptione:

Hic Iacet

Reuerendus in Chriſto Pater Dominus Petrvs de Ordeomonte *Pariſius oriundus, in vtroque Iure Licentiatus, olim Morinenſis, poſtmodum* Pariſiensis *Epiſcopus, qui obiit anno Domini* M. CCCC. IX. *die decimâ-ſextâ* 1409.
menſis Iulij.

Montagv. D'or à la Croix d'azur, accompagnée de quatre Aigles de gueulles.

91. Gerardvs de Montagv, i. Gerardi domini de Monteacuto, Caroli v. Regis à ſecretis, & Cambellani, ex Biettâ Caſſinel, Ferrici Archiepiſcopi & Ducis Remenſis ſorore genitus; Ioannis de Monteacuto Vicedomini Laudunenſis, magni in aulâ Franciæ Magiſtri, Cœleſtinorum apud Marcouciacum vbi iacet non longè à Lutetiâ munificentiſſimi fundatoris, alteriúſque cognominis Archiepiſcopi Senonenſis frater fuit. Præſes Cameræ Rationum Pariſienſium, poſtea Ioannis Biturigum Ducis Cancellarius, mox ad Epiſcopatum Pictauienſem euectus 1405. ad Pariſienſem tranſiit, & fidei clientelam Regi profitetur
pro temporali 1409. Septemb. 4. poſ- 1409.
ſeſſionem apprehendit die 22. eiuſdem menſis. Damnat verò prauam opinionem Magiſtri Ioannis Parui Theologi de impiâ cæde Ludouici Aurelianenſis Ducis, vt refert Vrſinus in hiſtoriâ Caroli vi. quam ſententiam quoque erroneam declarauit Synodus Conſtantienſis. Benedixit autem Capel-
lam hoſpitalis S. Spiritus Pariſiis 1415. 1415.
Aug. 4. & 1417. quinquaginta millibus lib. turonenſium Carolo Regi ſe obligauit pro causâ munii Anglorum expellendorũ commodato. Monſtreletus vol. 2. hiſt. mendosè illum vocat Simonem pro Gerardo. Morte ſublatus 1420. Septembris 25. Valeræ in
Turonibus degens; teſtamenti execu- 1420.
trice nominatâ nepte ſuâ Ioannâ de

Monteacuto, Iacobi Borbonij domini de Tury regiæ ſtirpis Principis vxore, qui vnà cum auunculo & coniuge ibidem eodem anno & menſe ab humanis eripitur. Tumulatus eſt Gerardus iuxta fratrem in Eccleſiâ Marcouciaci.

Covrtecvisse.

92. Ioannes Covrtecvisse II. cognomento Curtacoxa, ſiue Breuiſcoxæ, natione Normannus, eximius Doctor Theologus Pariſienſis Solemnis nuncupatus; ante adeptum Epiſcopatum plures annos magno concurſu ſacras literas explicuit, & in celebri conuentu Lutetiæ hâbito coram Rege, Principibus, Antiſtitibus & Vniuerſitate perorauit egregiè anno 1408. contra Benedictum ſchiſmaticum; ex veteri codice ad Epiſcopatum
1420. promotus eſt 27. Decemb. 1420. Vix autem per annum pacificè rexit, nam ſecedere coactus apud S. Germanum, quoniam Angliæ Regi inuiſus ferebatur; tum demum ad Gebennenſem Epiſcopatum nominatur, vt refert Calendarium Pariſienſe ſexto Non. Martij: vir bonus & doctus appellatur in Chronico Ludouici XI. Regis; & Gallicè compoſuit librum Senecæ de Virtutibus, quem notis illuſtratum Ioanni Biturigum Duci Mœcenati ſuo dicauit.

Rochetaille'e.

93. Ioannes de la Rochetaille'e III. Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Adminiſtrator perpetuus Eccleſiæ Pariſienſis in diplomate, quo confirmat ſtatuta Collegij
1423. Marchiani Pariſiis 19. Maij an. 1423. aſſumptus à Rege in ſanctioris Conſiſtorij Conſiliarium ad ſtipendia mille lib. turon. Fuit & Rotomagenſis Archiepiſcopus, Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucinâ, ac Biſonticenſis Archipræſul.

de Nant. De gueules à la bande d'or accompagnée de deux cotices de meſme.

94. Ioannes de Nant, IV. ex illuſtri gente de Nanto in Burgundiæ Comitatu oriundus, renuntiatur Antiſtes die feſto S. Dionyſij 9. Oct. 1423. quòd conſtat ex veteri diario manuſcripto hiſtoriæ Francor. in quo vocatur Viennenſis, & quadraginta
1423. dierum ſpatio, generales ad Deum ſupplicationes pro pace dicitur ordinaſſe. Benedixit Eccleſiam S. Nicolai
1425. de Cardueto Maij 13. 1425. Cuius cœnotaphium extat etiamnum in Abbatiâ Bellæuallis Ord. Ciſtercienſis cum pluribus aliis eiuſdem familiæ, vt Antonij & Ioannis Abbatum Bellæuallis:

Hic Iacet

Reuerendus Pater Dominus Ioannes de Nanto, *Archiepiſcopus Viennenſis, poſtea Epiſcopus* Parisiensis, *qui obiit anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Vigeſimo Septimo, menſis Octobris die* VII. *Anima eius requieſcat in pace.* 1427.

Chastelier.

95. Iacobvs dv Chastelier magnus Theſaurarius Remenſis, confirmatur Pariſienſis Epiſcopus, quamuis electus Nicolavs Fraillon, à Capitulo receptus fuiſſet 28. Decemb. 1426. ſed repulſam paſſus: 1426.
poſt exhibitum Regi fidelitatis ſacramentum 8. April. 1426. Iacobus ſolemnem poſſeſſionem iniit 1427. pri- 1427.
mâ Iunij. Præfuit autem calamitoſiſſimis Anglorum temporibus, & dedicauit baſilicas S. Laurentij 10. Iunij 1429. & S. Pauli 1431. Interiit peſte
1438. 2. Nouembris, humatus in Choro Eccleſiæ ſub cupreâ tumbâ. 1438.

dv Movlin. Ecartelé au 1 & 4. des armes de l'Egliſe de Paris. Au 2. & 3. d'argent à vne Croix ancrée de ſable, chargée d'vne coquille d'or.

96. Dionysivs dv Movlin origine Meldenſis, ad ampliſſimas Eccleſiæ Gallicanæ dignitates ſibi gradum fecit, nam iuris vtriúſque Doctor, & in Eccleſiis Remonſi, Turonenſi, Ebredunenſi, Carnotenſi, & Albienſi Canonicatibus clarus, ob merita dignus iudicatur qui ad Conſiliarij Regij dignitatem, & Libellorum ſupplicum præfecturam perueniret; demum ad Archiepiſcopatū Toloſanum communibus ſuffragiis electus 1421. inauguratur à Laudunenſi, Nouiomenſi, & Albienſi Epiſcopis. Patriarcha Alexandrinus & Pariſienſis Præſul renunciatur, pro quâ Eccleſiâ fidem clientelæ iurauit vltimâ Auguſti 1439. con- 1439.
firmatus à Pontifice 4. Idus Iun. recipitur ſolemniter 9. Octob. 1440. quo 1440.
eodem anno creatum fuiſſe Pſeudocardinalem à Fœlice Antipapâ Baſileæ 4. Id. Octobr. auctor eſt Ciaconius; de quo tamen alij ambigunt. Conſecrauit Eccleſiam B. Antonij infra vrbem 1442. Sanctorum Innocentium 1445. & Monialium Beguinarum 1447. 1447.
quieſcit in Cathedrali ſub æneâ laminâ, à latere maioris aræ ad cornu epiſtolæ cum epitaphio ſubſequenti:

Hic Iacet

Recolendæ memoriæ Dominus Diony-

SIVS DE MOLENDINO *dum deceſ-* A
ſit Patriarcha Alexandrinus, EPISCO-
PVS PARISIENSIS *& per antea Ar-*
chiepiſcopus Toloſanus , de foro Meldenſi
oriundus, Regis Caroli VII. *Conſiliarius*
famoſiſſimus , vir magni conſilij , atque
prudentiſſimus , probitatis eximia & lin-
guâ diſertiſſimus , qui plures fecit funda-
tiones hîc, Toloſæ , ac Meldis , & obiit Pa-
riſiis die Veneris decimâ quintâ Septem-
1447. *bris, anno Domini* M. CCCC. XLVII.
anima cuius requieſcat in pace , Amen.

Memoratur in antiquo tabulario,
Carolum VII. Regem Capitulo Pari-
ſienſi donaſſe ad opus ædificij & re- B
ſtaurationis baſilicæ B. Virginis,quid-
quid Regaliæ iure ipſi competebat pro-
pter obitum Dionyſij, qui ante adep-
tum Epiſcopatum vxorem duxerat, ex
cuius coniugio natus Ioannes de Mo-
lendino toparcha de Fontenay, ſpon-
ſus Margaretæ de S. Simon.

CRESPIN DV BEC. Fuſelé d'argent & de gueulles.

97. ANTONIVS CRESPIN Ab-
bas commendatarius Gemmeticenſis,
Guillelmi Creſpin Baruni du Bec
Creſpin & de Maulny, ex filiâ Mareſ-
calli hæreditarij Normaniæ filius; fra-
ter verò Ioannis Normanniæ Mareſ-
calli, & Margaretæ Ambaſiæ mariti; C
Hic ex Protonotario Sedis Apoſtolicæ
1447. electus per obitum Dionyſij an. 1447.
VI. Cal. Nouemb. ſacramentum ho-
minij Carolo 7. Regi iurauit 1448.
1449. Iunij 16. inde 1449. 5. Nonas Martij
tranſlatus ad Laudunenſem, demum
ad Narbonenſem Metropolim; deceſ-
ſit 1472. Octobris 15. poſtridie ſepul-
tus eſt Rotomagi apud Dominicanos;
ex regiſtris Capituli.

CHARTIER.

98. GVILELMVS CHARTIER
VI. ex Canonico & Senatore Pari-
ſienſi, antea S. Lamberti prope Sal-
murium Paſtor, nominatur Antiſtes
1447. 6. Decemb. 1447. vel Idib. Aug. vt D
docent acta Conſiſtorialia Vaticani,
conſecratus in æde S. Victoris 22. Iu-
1448. lij 1448. & 14. Aug. ſequentis baſili-
cam S. Genouefæ inuiſens, ordinat
eius feſtum annuâ ſolemnitate cele-
brari; benedixit autem capellam in
1450. fano S. Pauli die Aug. 24. 1450. quo
tempore decreuit proceſſiones ob vi-
ctoriam de Anglis reportatam in pu-
gnâ Formigniaci: Eccleſias item Au-
guſtinianorum 1453. ac parochialem
Boloniæ iuxta S. Clodoaldum 1469.
1456. Conſtituitur Iulij 7. 1456. inter Iudi-
ces abſolutionis Ioannæ puellæ in pa-
latio Rotomagenſi; cúmque an. 1465. 1465.
Carolus Biturigum Dux, Regis Lud.
XI. frater, & alij Galliæ Principes &
proceres Boni publici obtentu Lute-
tiam oppugnarent, Pariſienſes ſibi me-
tuentes, hunc Epiſcopum cum aliis
ciuibus ad eos miſerunt, petentibus
iiſdem ducibus, vt de concordiâ age-
rent; ſed illud Regi mox vrbem in-
greſſo ita diſplicuit, vt Antiſtitem gra-
uiſſimè obiurgauerit, quòd cum hoſti-
bus armatis ad colloquium congreſſus
fuiſſet, & eorum poſtulata rediens im-
peritæ multitudini expoſuiſſet, quâ de
re Paulus Æmilius agit in Lud. XI.
triennio poſt Guilelmus intereſt Co-
mitiis Turonenſibus 1468. delegatus 1468.
antea 1461. bullâ Pij 2. Pont. Max.
cum Thomâ de Corcellis Decano Pa-
riſienſi, ad reformationem Fontis-
ebraldi, quemadmodum docent tabu-
laria huius monaſterij. At Regem pa-
rùm Guilelmo fuiſſe beneuolum in-
notuit, cum ipſomet proceſſionis ge-
neralis die primâ Maij, pro pace indi-
ctæ, ſubitâ ægritudine rebus humanis
exempto, Ludouicus decimâ quintâ
eiuſdem menſis, literas ſcripſit ad Sca-
binos Pariſienſes, quibus memoriam
huius Præſulis increpat, ſicuti prodit
vetus diarium chronicorum Franciæ,
quòd ſuis partibus obnoxius, fœdera-
tis proceribus fauiſſet; quamobrem ad
rei memoriam tumulo inſcribi voluit
epigraphem talia continentem, cuius
tamen loco in cathedrali appoſitum
ſequens epitaphium:

HIC IACET

Reuerendus in Chriſto Pater Dominus
GVILELMVS CHARTIER, *de*
Baiocis, vtriúſque Iuris Profeſſor per orbem
famoſiſſimus, qui vitâ, verbo, & exemplo
commiſſi gregis vigilans Paſtor, pius ad
pauperes, largitor in Clero, & populo mi-
tiſſimus, pacificúſque; Qui vigeſimo quar-
to anno ſuæ aſſumptionis ad Eccleſiam PA-
RISIENSEM, *per viam Spiritus Sancti*
feliciter in pace quieuit M. CCCC. 1472.
LXXII. *primâ Martij.*

Guilelmi gentiles fuêre Alanus Qua-
drigarius Caroli VI. & VII. Franco-
rum Regum à ſecretis, cuius opera
edidit Andræas du Cheſnius, & Ioan-
nes Monachus Scriptor magnorum
Chronicorum Sancti Dionyſij in Fran-
ciâ.

…MONT. …gueule… a l'aigle… a l'orle de chauſſes-trapes de… acine.

99. LVDOVICVS DE BEAVMONT ex vetuſtâ & nobili genre apud Pictones, primogenitus Ludouici de Bellomonte domini de Foreſtâ, Cenomanenſium Proregis; & Ioannæ Iouſſeaume; frater Theobaldi toparchæ de Foreſtâ Andegauenſium Gubernatoris, & Catharinæ coniugis Euſtachij dynaſtæ de Bellaio. Hic autem pro ſingulari virtute, in optimis diſciplinis educatus, Eccleſiæ totum ſe dedit, ac poſtquam fidiſſimis Ludouici XI. conſiliis adhibitus fuiſſet, defuncto Guilelmo, plenam electionem ad Pontificatum Pariſienſem habuit, deſignatus ex Cancellario Vniuerſitatis, vt cui Rex maximè faueret, ſolemniter ingreſſus templum B. Mariæ

1473. 7. Februarij 1473. benedixit Eccleſiam D. Martini in clauſtro S. Marcelli 1480. Capellam decem millium Martyrum apud Cœleſtinos Pariſienſes

1482. 1482. Octob. 10. & baſilicam S. Magdalenæ in parochialem & Archipreſbyteralem erigit. Porrò eius teſtamenti originale aſſeruatur in inuentario chartarum domus Bellimontis, quibus tabulis præcipit in Cathedrali ad latus Sedis Epiſcopalis ſepeliri, corpore ita defoſſo, vt pars media in choro, altera verò extra iaceat, cuſpide dominici crucifixi cordi inhærente; omnem quoque funeris apparatum vetat, & humo cemeterij Innocentium inde allato tumulari iubet; plura quoque legata pro fundatione anniuerſariorum & miſſarum ordinat, vti quadringentas lib. redditus Capitulo Pariſienſi, cuius Eccleſiæ benefactor inſignis recenſetur, talémque habet in cœnotaphio inſcriptionem:

SEPVLTVM EST.

Hic corpus Reuerendi in Christo Patris & Domini, Domini LVDOVICI DE BELLOMONTE, *præcipui literarum amatoris, qui in carnis afflictione, in multis scibniis, in eleemoſynarum largitione, in Officiorum diuinorum, tàm diei quàm noctis aſſiduâ præſentiâ, laudabiliter ducens vitam, in Præſulatu annos xx. magnis Eccleſiam muneribus donans, ex-*

1492. *ceſſit feliciter* M. CCCC. XCII. *tertio Nonas Iulij.*

Notatur eius anniuerſarium in Necrologio Pariſienſi hoc encomio exaratum: ANNO DOMINI M. CCCC.

1492. XCII. die 4. Iulij obiit bonæ memoriæ Dominus LVDOVICVS DE BELLOMONTÉ. Huius Eccleſiæ Pariſienſis Epiſcopus, primogenitus clariſſimi quondam militis Ludouici de Bellomonte, domini de Foreſtâ ſupra Separim Malleacenſis & de Pleſſeio Marheį Andegauenſis diœceſis, ac inclytæ recordationis Regum Caroli VII. & Ludouici XI. Conſiliarij & Cambellani, apud quos ob eius eximiam prudentiam in maximâ auctoritate fuit, adeò vt ipſe Rex Ludouicus hac Pariſienſi Eccleſiâ per obitum defuncti bonæ memoriæ domini Guilelmi Chartier vacante, præfatum dominum Ludouicum abſentem, nec ad id vllo modo aſpirantem nutu proprio, per fœlicis recordationis Sixtum Papam IV. ad huiuſmodi dignitatis Epiſcopalis apicem præfici procurauit; in quâ 20. annis in ſummâ pace & tranquillitate cum ipſâ Eccleſiâ vixit; eam ad viros literatos, ac diuino cultui deditos, totis præcordiis colendos & amandos, ſeruitiúmque diuinum, tam diurnum quàm nocturnum aſſiduè frequentare ſtuderet; febre correptus quæ eum ſex continuis diebus oppreſſit, mente & intellectu ſanus, ſacramentis Eccleſiaſticis deuotè & reuerenter ſuſceptis, ætatis ſuæ anno XLV. migrauit ad Chriſtum.

GOBAILLE; D'azur à la faſce d'argent, chargée de trois teſtes de ſanglier de ſable acc͠opagnées de trois eſtoilles d'or.

100. GERARDVS GOBAILLE II. humilitatis exemplar & pater pauperum in veteri catalogo, vbi tamen mendosè hûc tranſlatus ex Antiſtite Sueſſionenſi dicitur. Moritur 1494. 18. Cal. Aug. ex obituario, electus tantùm Pariſienſis Eccleſiæ, in quâ ante maius altare quieſcit, cum Monaſterioli Senonum Româ rediens obüſſet, nondum ſuam vrbem ingreſſus. 1494.

SIMON. D'azur à la faſce de gueulles acc͠opagnée en chef de 2. glands d'or, & en pointe d'vne roſe d'argent.

101. IOANNES SIMON, V. Pariſinus, dynaſta de Champigny, Ioannis Patroni Regij in Senatu filius, Conſiliarius & Archidiaconus Cathedralis, Cleti ſuffragiis nominatus conſecratur Senonis 1494. à Triſtando de Salazar Metropolitano, cum antea 1492. 10. Decemb. Regi hominium fidelitatis exhibuiſſet, an. 1497. April. 23. maius altare Clariſſarum S. Marcelli 1497.
inaugurauit, ereptus è vitâ 23. Decembris 1502. deponitur in choro B. Vir- 1502.
ginis hoc epitaphio:

Pariſiis ortus Præſulq; ex gente SIMONIS,
Quo duce ſub ſancto tramite caula viget,
Conſule quo fuerat vix quiſquā iuſtior alter,
Quique reformandi ſpes erat vna gregis,

Clarus Ioannes *ſculpto iacet ære ſepultus,* A
Ipſe feras illi, care viator, opem.

Poncher.
D'or au cheuron de gueulles, briſé en pointe d'vne teſte de Negre de ſable, bãdée d'argent, & accompagnée de 3. coquilles de ſable, deux en chef & 1. en pointe.

102. Stephanvs Poncher, v. Senator Pariſienſis, iuríſque Pontificij & ciuilis interpres celeberrimus, Cancellarius Mediolanenſis & Ordinis S. Michaëlis, Franciæ verò ſigillorum cuſtos poſt Ioannem de Ganay Nomophylacem, deſignatur Pariſienſis 1503. quo anno Regi Lud. xii. fidem hominij iurauit, & 21. Maij ſolemni apparatu vrbem ingreditur, ad eam celebritatem vocatis nobilibus clientibus Epiſcopatus, nempe Baronibus de Caproſiâ, Montmorencij, Maciaci, B Montiſgaij, Caudæ, & Luſarchiarum, qui eum ad Eccleſiam Cathedralem pro more ſubuexerunt: nominatur
1506. 1506. cum Nannerenſi Præſule in contractu matrimonij Franciſci Valeſij Ducis, poſtea Franciæ Regis huius nominis 1. cum Claudiâ Lud. xii. filiâ,
1507. quem in Italiam ſecutus 1507. Regij Oratoris munere in hâc expeditione perfunctus, luculentas orationes habuit in ingreſſu Patauij & Mediolani, auctore Ioanne d'Authon Hiſtorico Regio, qui Antiſtitem vocat facundiſ-
1512. ſimum Rhetorem. Anno verò 1512. delectus eſt arbiter Ioannis de Albreto Regis Nauarræ, & Catharinæ vxoris, C pro causâ controuerſiæ hominij Bearnenſis principatus; legatus item miſſus cum Arturo Gouffier magno Franciæ Magiſtro in tractatu pacis
1516. Nouiomenſi 1516. Auguſt. 13. inquirit auctoritate Apoſtolicâ de vitâ & miraculis S. Franciſci de Paulâ pro eius canoniſatione, cum Autiſſiodorenſi & Gratianopolitano Epiſcopis; & Claudiam Reginam Franciſci 1. coniugem in templum Virginis ingredientem ex-
1517. cipit 1517. hoc anno deſtinatus Orator ad Carolum v. Imper. in Hiſpaniam. D Demum ad Archiepiſcopatum Senonenſem aſſumitur, vbi de illo infra agemus.

Poncher.
Comme cy-deuant.

103. Franciscvs Poncher Stephani nepos, Abbas S. Petri Foſſatenſis, antea Senator Pariſienſis, ſuffe-
1519. ctus 1519. dicat patruo Commentarios Decij Iuriſconſulti de Confirmatione vtili, vel inutili, & de Officio delegati; eo Præſule Concilium prouinciale ce-
1529. lebratur Lutetiæ 1529. Februarij 22. præſidẽ Antonio Cardinali de Prato Senonenſi Metropolitano, & die 5. Maij, obiit Paulus Æmilius cathedralis Eccleſiæ Canonicus, qui magnum ſibi nomen parauit, opere inclyto de rebus geſtis Francorum, cui præclarum elogium ſcripſit Iuſtus Lipſius in notis ad lib. 1. Politicorum. Spiritum reddidit Vincennis 12. Septemb. 1532. 1532.
conditus in choro Beatæ Mariæ.

Bellay.
Ecartelé au 1. & 4 d'argẽt a la bãde fuſelée de gueulles, à l'orle de 6. fleurs de lys d'azur, qui eſt Bellay. Au 2, & 3. d'or à l'orle de 8. coquilles d'azur, a vn eſcuſſon d'argent en cœur, bordé d'azur, chargé d'vne roue de gueulles, qui eſt Montigny. Sur le tout d'argẽt au chef de gueulles, à vn Lyõ d'azur couronné, armé & lãpaſſé d'or brochãt ſur le tout, qui eſt Vendosme.

104. Ioannes dv Bellay, vi. Cardinalis Oſtienſis, gente Bellaiâ antiquitate & ſplendore, meritíſque erga nomen Gallicum illuſtriſſimâ natus, patre Ludouico domino de Langey ex coniuge Margaritâ de la Tourlandri, frater Guilielmi Taurinenſis prouinciæ Præfecti, & Martini Normaniæ Progubernatoris dominorum de Langey; qui militaribus ſtudiis, tractandíſque magni momenti negotiis, ac Legationibus variis functi; bellicâ virtute, literarum gloriam feliciſſimè cumularunt; & quidem Guilelmus hiſtoriam de rebus Gallicis, Martinus iunior Franciſci 1. res geſtas ornatè conſcripſit. Ioannes autem in lucem editus circa an. ſal. 1492. à puero ſtudiis in Academiâ Pariſ. inſtitutus, adeo ſcitè Latinè ſcribere & verſus eleganter, qui hodie in manibus doctorum paſſim habentur, pangere didicit, vt ob egregias alias animi dotes à Franciſco 1. Rege Muſarum amantiſſimo ſummis rebus ſtatim adhibitus, illum ad primas Eccleſiæ dignitates euexerit, & plurimis in legationibus ad Principes magnâ prudentiæ & fidei laude eius operâ vſus fuerit: Quin & illius ſuaſione ac Guilelmi Budæi viri doctiſſimi Rex Franciſcus 24. Martij 1529. Regios linguarum Profeſſores inſtituit & annuis ſtipendiis dotauit. Primùm itaque Baionenſi Epiſcopatu honeſtatus eſt, tum Regius Orator ad Anglorum Regem Henricum viii. Pariſienſi inſuper Pontificatu donatus, egregiâ commendatione meritorum, vt ſcriptum hac de re ad Clementem vii. Papam diploma teſtatur menſe Aug. 1531. Igitur ad hanc Sedem vocatus ex Baionenſi Antiſtite 20. Sept. 1532. quemadmodum ferunt acta Conſiſtorialia Vaticani; anno ſequenti Maſſiliæ præſtat 1532.
obedientiam Pontifici nomine Franciſci præſentis, qui nuptias cum Henrico Principe Delphino, & Cathaтinâ Mediceâ Clementis nepte regali pompâ celebrari voluit; atque vt erat facundiâ præditus Bellaius, luculen-

tam orationem extemporaneam pronuntiauit; quã de re legendi commentarij fratris Martini Bellaij lib. 4. hiſt. Deinde apud Paulum III. Romæ Legatus exiſtens, Franciſci gratiâ Preſbyter Cardinalis tit. S. Ceciliæ ab eo-
1535. dem Pontifice creatur 1535. 12. Kal. Iun. Lemouicenſem quoque Cathedram obtinuit, ac mox etiam declaratus Epiſcopus Albanus, Portuenſis, item Burdegalenſis Archiepiſcopatus Adminiſtrator, Cenomanenſis Antiſtes, & ad Oſtienſem Decanatum creationis antiquitate peruenit 1555. Maij 29. quo titulo inſignitus cum interfuiſſet electioni Pauli IV. ipſum conſecrauit. Quantùm verò in cauſâ diuortij Anglicani zelo Eccleſiæ flagraret, teſtatur legatio in Angliam ſuſcepta, vt Henricum in Romani Pontificis obſeruantiâ perſeuerare hortaretur, cui ille renuntiare diſtulit, ſi ſententia fulminationis à Clemente differretur; quamobrem Bellaius Ro-
1533. mam aduolans ante finem anni 1533. reíque momentum Clementi & Cardinalibus exponens, vt expectaretur enixè petiit, & plura in contrariam opinionem opponens, nihilominus in Henricum promulgata eſt ſententia, ex quo ortum eſt teterrimum ſchiſma Anglicanum; etenim ſi prudentis Antiſtitis conſilia admiſſa fuiſſent, exitialia illo incendio damna Reipublicæ Chriſtianæ ſummorum virorum iudi-
1536. cio minimè orta fuiſſent. Deinde 1536. Iulij 20. clientelæ ſacramentum pro Epiſcopatus Pariſienſis temporali præ-
1539. ſtitit, & 1539. Carolum V. Imp. in æde maiori Lutetiæ excepit, cùm per Galliam Belgium tendens tranſiret. Poſtea 1544. ampliſſimâ Legatione functus cum Cancellario ad Comitia Imperij Spiræ, non admittitur præualente Cæſarianorum factione; at orationem quam habituri erant, typis man-
1544. datam ediderunt. Hoc eodem anno aſperrimis temporibus aduentante Cæſaris exercitu, Lutetiam cuius Pontificatum regebat Ioannes, intrepidè tuendam ſuſcepit, eiúſq; muros ingenti vallo firmíſque propugnaculis, quæ & hodie ad S. Antonij portam videntur, incomparabili diligentiâ muniuit. Paulò poſt ſublato è viuis Franciſco, eius exequias Lutetiæ in baſilicâ Pariſienſi cum aliis nouem Cardinalibus regio planè ſplendore mœrens ce-
1547. lebrat 1547. cui ob fidem cum rarâ animi magnitudine cariſſimus, & ab intimis conſiliis, pace bellóque Adminiſter erat; inuidorũ artibus diſpari apud ſucceſſorem Henricum II. Regem, cuius ſacro interfuerat, gratiæ loco habitus, & præcipuè à Cardinali Lotharingo virtutis æmulo, priſtinæ dignitatis gradu motus Romam ſe recepit, vbi ætatis prærogatiuâ Cardinalium Decanatu conſpicuus fuit, & poſt mortem Marcelli II. Pont. Max. ſuffragio quorumdam Cardinalium poſtulatus eſt, vt ſupremum Sedis Apoſtolicæ Pontificatum adipiſceretur. At Ioannes egregiè de Eccleſiâ & Gallico nomine promeritus, moritur Romæ 14. Cal. Martij 1560. ætatis anno 68. 1560.
in ſuo palatio, quod iuxta Diocletiani thermas exquiſitâ magnificentiâ conſtruxerat. Sepultus eſt in Eccleſiâ S. Trinitatis in Monte-Pincio Religioſorum Gallorum S. Franciſci de Paulâ. Eodem Præſule mortui ſunt Lutetiæ æternâ famâ victuri Guil. Budæus libellorum Supplicum Magiſter 1540. Franciſcus Vatablus Hebraicarum linguarum, & Iacobus Tuſanus Græcarum Profeſſores Regij, Ioan. Ruellius ex inſigni medico Canonicus Pariſienſis, de quibus Scæuola Sanmarthanus lib. 1. elogiorum Gallorum doctrinâ illuſtrium. Porrò huius Cardinalis laudes proſecuti ſunt; Paulus Iouius Nouocomenſis Epiſcopus, Nucerinus, in elogiis doctorum, vbi inquit: Ioannes Bellaius, præclaro vetuſtæ familiæ, ac inſitæ virtutis nomine Pariſienſis Antiſtes, & bis meritâ Purpurâ Senator ampliſſimus, qui perenni ſtudio Græcis atque Latinis Muſis ſacra facit, qui ingenia fouet, productáque in regiam eruditi Principis liberalitate protinus exornandâ in luce conſtituit. Iacobus Cardin. Sadoletus lib. 5. epiſt. 1. 2. & 3. lib. 9. ep. 19. Michaël Hoſpitalis Franciæ Cancellarius epiſtol. libris 1. 2. & 3. Iac. Auguſt. Thuanus Præſes in hiſtor. l. 26. Sanmarthanus in elogiis, Salmonius Macrinus Iuliodunenſis Poëta eximius, qui ſex lib. Hymnorum ac pleráque alia pœmata, illi dicat, quo ſcribendi genere ipſe Bellaius excelluit, editis carminum tribus libris, in quibus ingenij & doctrinæ ſigna elucent. Legendi etiam Ciacconius, Petramellarius, Vghellus, Spondanus, & alij Scriptores; denique vitam eius compoſuit Lud. Trincant Regius Cognitor Iulioduni apud

Pictones, in hiſtoriâ Genealogicâ manuſcriptâ huius familiæ, quam peculiari libro accuratè deſcripſit, ſed eius obitu nondum in lucem prodiit. Ceterùm ex eadem gente Bellaiâ orti ſunt multi Præſules videlicet Rainaldus Archiepiſcopus Remenſis, Ioannes Foroiulienſis & Pictauienſis, Euſtachius Pariſienſis, Renatus Cardinalis noſtri frater Cenomanenſis Epiſcopus, & alij Abbates, vt ſuo loco dicetur.

BELLAY. Comme cy deuant.

105. EVSTACHIVS DV BELLAY Renati domini Bellaij, Baronis de Thoarcé & de Comequiers, quartus ex Marquiſiâ de Laual filius, Franciſci Comitis Tornodorenſis, & Iacobi Andegauenſium Protegis frater; Ludouici de Bellomonte Epiſcopi ex Catharinâ ſorore auiâ pronepos fuit, ac reſignatione Ioannis Cardinalis cognati, in capellâ Epiſcopali die Dominicâ Nouembris 15. conſecratur
1551. 1551. præſtito Regi ſacramento clientelæ April. 25. Statuta ſynodalia edidit 1557. tum exequiis Henrici 2. Regis 1559. ac Synodo Tridentinæ adfuit
1559. 1563. in quo conuentu ſingularem apud omnes Patres facundiæ laudem ſibi
1563. peperit. huius meminit Salmonius Macrinus lib. 2 Næn. Eóq; ſedente inſtituitur Pariſiis Collegium Claromontanum Patrum Soc. Ieſu à Guilelmo de Prato Epiſcopo Claromontenſi, ſub illius item Pontificatu defuncti ſunt Iacobus Siluius, ac Ioannes Fernelius præſtantiſſimi medici, Andreas Tiraquellus Senator Pariſienſis, Petrus Galandius, Ioachimus Bellaius Euſtachij patruus Canonicus Pariſienſis poëta inſignis Cal. Ianuarij 1550. & plures doctiſſimi ætatis ſuæ viri.

VIOLE. De ſable à trois cheurons briſez d'or.

106. GVILELMVS VIOLE VII. Abbas de Hameto & S. Geraldi Aureliacenſis, nobili ſtirpe progenitus, parentibus Nicolao in Camerâ Rationum regiarum Magiſtro, & Claudiâ de Chambon; ex Senatore Pariſienſi nominatus Epiſcopus à Rege Carolo
1563. IX. 1563. ſolemni ritu poſſeſſionem accepit Dominicâ ſecundâ Quadrageſimæ 18. Martij 1565 præeunte Clero & populo, ſed hac dignitate diu non po-
1565. titus eſt; emiſit enim ſpiritum in ædibus Epiſcopalibus 1568. tumulatus in Cathedrali hac epigraphe ex Gallico Latinè redditâ:

HIC IACET

Bonæ memoriæ Reuerendus Pater in A *Domino, Dominus* GVILELMVS VIOLE, *quondam Epiſcopus Pariſienſis qui obiit quartâ die Maij* M. D. LXVIII. 1568.

Fratres habuit Guilelmus Nicolaum Abbatem B. Virginis maioris Pictauienſis, conſanguineum vero Michaelem Viole S. Euuertij Aurelianenſis Abbatem, in diuinis humaniſque literis eruditiſſimum.

Gondi. D'or a deux maſſes d'armes de ſable paſſees en ſautoir, liees de gueulles par embas.

107. PETRVS DE GONDI V. Cardinalis, Ordinis S. Spiritus Præceptor, Abbas SS. Ioannis de Vineis & Criſpini Sueſſionenſis, S. Albini Andegauenſis, S. Martini Pontiſaræ, B S. Mariæ de Campaniâ & de Spalo in Cenomanis, Comes Iouigniaci, Villæpetroſæ toparcha, naſcitur Lugduni anno 1533. Antonio Gondio Florentino, Perroni dynaſtâ, Regis Oeconomo, & Mariâ de Petrauiuâ nobilibus parentibus, eodem anno quo Catharina Medicæa Henrici II. Regis vxor Gallias appulit, cui Gondiorum familia perpetuis addicta fuit obſequiis. Primùm igitur Luteciæ optimis ſtudiis excultus, apud Tholoſates Pontificio iuri incubuit, iiſque præſidiis munitus, ſeſe omnibus tum aulæ, tum Eccleſiæ muneribus di- C gnum exhibuit, ſummorũ Pontificum, & quatuor Galliæ Regum beneuolentiâ ſingulari commendandum. Perfunctus ergo dignitate maioris Eleemoſynarij apud Eliſabetham Auſtriacam Caroli IX. vxorem, cuius item Cancellarius fuit, ad Epiſcopatum Lingonenſem promotus, denique ad Pariſienſem prouectus eſt 1570. præ- 1570.
ſtito clientelæ ſacramento 24. Ianuarij, & magnâ pompâ excipitur Dominicâ 19. die Martij. At verò quâ valeret prudentiâ in rebus tractandis enituit, cum Catharinæ Reginæ matris, & Eliſabethæ Caroli coniugis D intimo conſilio præpoſitus eſt; Nec minus ſe Paſtorem eximium, dum ſollicitam curam diœceſeos gereret, idémque præſtandi cæteris Paſtoribus exemplum præberet. Henrico itaque III. præcipuè dilectus, S. Spiritus Præceptor adgregatur anno 1578. Et 1578.
cum multoties Cleri generalibus Comitiis, ac vniuerſorum Galliæ Ordinum Conuentibus interfuiſſet, maximè Bleſenſibus 1578. poſtea Rotomagenſibus 1596. in quibus Ordini Eccleſiaſtico præfuit, & eius nomine codicillos à ſe ſubſcriptos obtulit,

præclara

præclara omnibus ad Eccleſiæ diſci- A
plinam ſpectantia eandem continentes, ex-
tra ordinem Orator mittitur ad Phi-
libertum Emanuelem Sabaudiæ Du-
cem, ad Pium v. Summum Pont. &
eo extincto Gregorium XIII. tum ad
Sixtum v. à quo intercedente Hen-
158 rico Purpuram accepit 1587. 15. Kal.
Ianu. tituli S. Silueſtri, quem deinde
1594. tit. S. Trinitatis in Montepin-
cio commutauit. Tandem ab Henri-
co IV. ipſum vt Eccleſiæ Catholicæ
reconciliaret, ad Clementem VIII.
delegatur, quo in munere ſumma
ipſius erga Regem fides & conſtans
virtus emicuit. Antea quidem anno B
1590. 1590. iam inter Papam & Regem
medius interceſſerat in Colloquio
Noiſiaco, cum Cardin. Caietanus,
Pontificis, Bironius Regis partes tue-
rentur. Paulò poſt etiam pro Pari-
ſienſibus obſidione grauiter oppreſſis,
Henricum IV. ad S. Antonij in ſubur-
bio cœnobium conuenerat, vt pacis
ineundæ fœdera proponeret, à quo
benigniſſimè exceptus, Meduanium
inuiſit, vt eius animum ad Regias par-
tes reuocaret; quem nullâ ratione cum
inclinare potuiſſet, & apertam defe-
ctionem deprehendiſſet, Luteciam re- C
dire abſtinuit; Noiſiacum verò Alber-
ti Gondij fratris impenſis caſtrum ædi-
ficatum ſe recepit, donec belli ciuilis
tempeſtas paululùm quieſceret, à quâ
eius animi lenitudo & pietas abhorre-
bat. Quanquam autem ab Hiſpanâ fa-
ctione & fœderatorum vrgeretur ſæ-
pius, vt eorum partibus nomen daret, &
ideo Vnionis iuſiurandum contra Re-
gem proponerent, nullis tamen arti-
bus eius fidelitas potuit deludi, nullis
minis & violentia perterreri; priuatur
itaq; redditibus annuis, maximè quod
improbaret eam conditionem, quæ
cunctos ſtirpis Regiæ Principes à le-
gitimâ ſucceſſione excludebat. Quare
ſcriptis literis ad Præpoſitum Merca- D
torum Pariſienſium, accuſat Placentini
temeritatem, qui talem iuſiurandi for-
mam etiam præter voluntatem Ponti-
ficis præſcripſiſſet. Gondio itaque
1592. autore 1592. Henricus IV. Argento-
lium adueniens, ab ipſo cum Ioan. Vi-
uono Piſanij Marchione Romam mit-
titur, cui ſuam operam rebus in diffi-
cillimis vltrò promiſit; cum verò acce-
piſſet Pontificis animum ab eo aliena-
tum per inimicorum calumnias & Hiſ-
panorum factionem, vt qui ſeſe Regis

obſequio addixiſſet, per præmiſſos
amicos Clementem mitigare, & ob-
iecta diluere tentauit, ſed fruſtra id
hac via aggreſſus eſt; in tantum enim
viro Ibericum inoleuerat, vt per Ale-
xandrum Franceſchinum Dominica-
num expreſſo Papæ mandato ab in-
greſſu Eccleſiaſtici ſtatus prohibere-
tur: additis inſuper verbis acrioribus,
quod in motibus Gallicis Henrici à
Sede Apoſtolicâ damnati rebus aper-
tè fauiſſet; & ſe non ſolum non pro bo-
no Cardinale, ſed ne quidem pro bo-
no Chriſtiano geſſiſſet; nec his propte-
rea animo fractus eſt, ſed liberâ & ve-
hementi ad Pontificem ſcriptâ reſpon-
ſione, ſe non minus Eccleſiæ quàm
Regi fidum declarauit; quæcúmque
porrò hactenus feciſſet ita iuxta ſince-
ræ prudentiæ regulas & bonum reli-
gionis geſta demonſtrauit, vt apud
Clementem a calumniatorum iniuriis
ſeſe purgauerit, vnde poſt aliquot tem-
pus placatior redditus, Romam ingre-
di permiſſus eſt, quod rebus Henrici
non mediocriter profuit; nam receptâ
Luteciâ 1594. continuò redit in Gal- 1594.
lias Card. Gondius, & eum paulò poſt
inſano furore Caſtellus in vitam opti-
mi Principis attentaſſet, ſtatim Curio-
nes & Theologos vrbis ſuæ conuocat,
& cum ipſis deteſtatus horrendum ſce-
lus, ſanxit in aulâ Pontificiâ, nemini
licere Henrico denegare obedientiam,
quamuis Papæ nondum publicè re-
conciliato: quantò minus in eius vi-
tam quidquam machinari; publicas
deinde preces pro eius incolumitate
decernit, & totius Cleri nomine, ad
Regem delegatus ipſum adhortatur,
vt quamprimùm ad Pontificem iterùm
Oratorem mittat; certò enim ſe ſcire
omnia facilè compoſiturum Clemen-
tem, vt qui ad eum ſcripſiſſet hac vt
de re Regem ſollicitaret; quod an-
nuit Henricus, & mediantibus Perro-
no & Oſſato poſtea Cardinalibus re
feliciſſimum exitum obtinuit; quæ
omnia habes variis in libris tomo v.
hiſtor. Thuani, & III. Annal. Spon-
dani; ex quibus conſtat, quam fidam
& prudentem operam nauarit acerbiſ-
ſimis his temporibus Petrus Gondius
quibus Regi legitimo non adhærere
perfidum, Cardinali verò, cum non-
dum Romanæ Eccleſiæ reconciliato,
impium & hæreticum apud plurimos
cenſebatur. Et hæc quidem negotiis
in ciuilibus geſſit magnâ cum laude

Quod vero ſpectat ad Eccleſiaſtica, A dioeceſi perpetuò inuigilauit, niſi aut æſtu bellorum ciuilium, aut legationibus impediretur, Manuale Sacerdotum curauit emendatum edi, Eccleſias SS. Ioannis & Criſpini apud Sueſſiones collabentes reſtituit, & cum Franciſcanorum baſilica incendio Pariſiis conflagraſſet, non mediocrem pecuniæ vim contulit, vt reſtauraretur: in obſidione autem Luteciana, cum ingens fames pauperes premeret, ipſos ſubleuans pecuniâ, decreto ſanxit, vt donaria argentea & aurea templorum vendita in ipſorum commodum cederent. Cor Regis Caroli IX. cui erat à ſecretis Confeſſionibus, apud
1574. Cœleſtinos 1574. humo mandauit. Franciſci Andium Ducis exequias celebrauit, Reginaldo Belnenſi Archiepiſcopo Bituricenſi orante, Ludouicum XIII. 1606. 14. Sept. apud Fontenbellaquam ſacris vndis abluit: ip-
1587. ſo Præſule Fulienſes 1587. admittuntur, & Capucini Sancti Honorati: cauit teſtamento octoginta millia librarum impendi ad ædificandam ipſorum domum in ſuburbio S. Iacobi, necnon & Dominicanorum. Hæredem ex aſſe reliquit Philippũ Emanuelem Gondium ex Alberto fratre Duce & Franciæ Mareſcallo nepotem, Galliæ Triremium tunc Præfectum generalem, ſed abdicatis aulæ fortunis nunc Oratorij piſſimum Sacerdotem. Emiſit animam Petrus annosâ ſenectute venerabilis 13. Kal. Martias, tumulatus in baſilicæ maioris capellâ SS. Rigoberti & Ludouici mauſolæo Gondiorum, eleganti imagine ſculptâ è marmore cui ſubſcribitur hoc monimentum:

DEO OPT. MAX.

PETRVS *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ* CARDINALIS DE GONDI, *Lingonum &* PARISIORVM EPISCOPVS, *Comes Iuniacenſis, Sacri Ordinis S. Spiritûs Commendator Torquatus, vir notâ in Deum pietate, in Eccleſiam obſeruantiâ, in Reges fide, in ſubditos curâ, in patriam charitate, in ſuos amore, domi dignitate, publicè præſertim in pauperes vinctos, Religioſaſque familias liberalitate, auctoritatis, iuris, diſciplinæ Eccleſiæ tenax, ſacrarum ædium collapſarum reparator, nouarum ædificator, frequens ad PP. MM. Legatus, Regibus Carolo IX. & Henrico III carus, Henrici Magni cum Pontifice* A *Maximo & Eccleſiâ conciliator, Ludouici XIII. in fonte progenitor, mortalitatis memor hoc ſibi funeri ſuo annis XIV. ſuperſtes monumentum P.C. Exiit anno Domini M. DC XVI. ætatis XXCIV.* 1616 *XIII. Calendas Martias plenus dierum & bonorum operum.*

Funebri oratione in vulgus editâ commendatus eſt ab Hieronymo Beneuentano; vitâque functi ſunt eo ſedente viri eximiæ doctrinæ Claudius Eſpençæus excellens Theologus Pariſienſis 4. Octob. 1571. ætat. 60. qui in colloquio Poiſſiaco egregiam operam contra Nouatores pro fidei deffenſione im- B pendit, funeratus in æde S. Coſmi, de quo Sanmarthanus in elogiis, Franciſcus Balduinus Iuriſconſultus 1573. Iacobus Carpentarius, Guilelmus Poſtellus 1581. Iacobus Billius Prunæus, Vidus Faber Pibracius & Barnabas Briſſonius in Senatu Præſides, Ioannes Auratus Poëta Regius 1588. Ludouicus Duretus alter Hippocrates, Claudius Puteanus Senator Pariſienſis 1594. vir omni commendatione dignus, cui Muſæ omnibus linguis & carminibus parentarunt, quæ à Chri- C ſtophoro, Petro & Iacobo eius liberis clariſſimis euulgata ſunt.

108. HENRICVS DE GONDI Cardinalis Retzius, Præceptor Ordinis S. Spiritus, Magiſter Oratorij Regis, patruo non impar ingenij fœlicitate, rerum gerendarum prudentiâ, dignitatum amplitudine, virtutum ſplendore, patrem habuit Albertum Ducem Retzij Franciæ Parem & Mareſcallum, Prouinciæ Proregem, ac Gallicarum Triremium Præfectum Generalem, matrem verò Claudiam Catharinam Claromontiam ſplendido D & vetuſto Claromontiorum genere natam. Cum à teneris annis egregiæ indolis plurima ſpecimina edidiſſet, Eccleſiaſticæ militiæ conſecratur inter Canonicos Pariſienſes, Abbas etiam Buzaij & S. Ioannis Sueſſionenſis, deinde ob præclaram ſapientiam, quâ in pertractandis negotiis ſiue diuinis ſeu ciuilibus eminebat, & morum ſuauitatem, quâ omnium ad ſe conuertebat animos, Petrus Gondius iam prouectioris ætatis factus, Pontificiâ dignitate abdicatâ in optimum nepotem, vltrò conſentiente Henrico IV. onus ſummi ſacerdotij tranſtulit an. 1598. 1598.
exhibito Regi fidelitatis ſacramento

Octauâ Martij, nanciſcitur poſſeſſionem die Dominicâ 19. eiuſdem menſis, magna inauguratione pompâ baſilicam Virginis ingreſſus, aſſiſtentibus Archiepiſcopo Auſcienſi, Bellouacenſi, Niuernenſi, Trecenſi, & Meldenſi Præſulibus. Quantum autem Eccleſiæ vtilitati conſuleret pius Pontifex, luculentum erit teſtimonium, quod cum primus eſſet Regi à Sanctioribus conſiliis, vnà cùm Cardinalibus Rupifucaldio & Perronio ſuaſerit (quod è cœlo natum conſilium effectus poſteà demonſtrauit) vt vrbes hæreticis, multis ab hinc annis B oppigneratas, validiſque præſidiis & arcibus ab ipſis in religionis Catholicæ perniciem munitas, ad regale dominium reuocaret, teſtes erunt pietatis Henrici Gondij tot ordines Sacerdorum, religioſorum, & monialium, quos Pariſiis vel admiſit, vel aduocauit, vel etiam liberalitate fundauit; maximè verò Oratorij Dom. Ieſu Congregatio, quæ ipſo intercedente apud Pontificem, adhortante apud Regem & Reginam, imperio autem Petrum Berullum poſteà Cardinalem vrgente, nunc per totas Gallias fœliciſſimè propagatur. Poſtquàm C verò iuſta perſoluiſſet Henrico Magno 1610. & Comitiis generalibus Pariſienſibus interfuiſſet, anno 1614. cùm aliis quatuor Cardinalibus, 7. Archiepiſcopis, 47. Epiſcopis, & multis Cleri proceribus, Lud. XIII. gratiſſimus, ipſo potiſſimùm procurante à Paulo V. Pont. in ſacrum Cardinalium collegium allectus fuit 26.

1618. Martij 1618. anno inſequenti cooptatur inter S. Spiritus Præceptores. Paulòpoſt Regem comitatus in Occitaniam, cui aderat à ſecretioribus Conſiliis, iis vſus, & iam de hoſtibus triumphans, cùm nouas de hæ- D reticâ prauitate palmas meditaretur, immaturo fato rapitur Biterris omnium bonorum mœrore die 2. Aug.

1622. 1622. Luteriam eius corpus delatum iuxta patrem & patruum in ſacello Gondiorum Baſilicæ maioris ſepelitur, perorante eloquentiſſimo Philippo Coſpeano Epiſcopo Nannetenſi 6. Septemb. eiuſdem anni. Hoc Præſule primum Monaſterium Carmelinarum in Franciâ, Petri Berullî curâ & laboribus ex Hiſpaniâ deductarum Pariſiis inſtituitur 1604. Capucinarum verò 1606. Hoſpitale S.

A Ludouici extra muros anno 1607. Minimorum ad Plateam Regalem 1610. curante Oliuario Chaillou vno ex religioſiſſimis S. Franciſci de Paulâ nepotibus, ex Canonico Pariſienſi. Conſtituitur item domus prima Oratorij Domini Ieſu Sacerdotum 1611. XI. Septemb. & volente Mariâ Mediceâ Reginâ, ad Luparam è viâ S. Iacobi transfertur, quam piâ liberalitate auxit; necnon Margarita Marchioniſſa de Magnelers Henrici Gondij ſoror, quæ ad inſignis templi ſtructuram LX. millia lib. contulit: B quin etiam annuis reditibus alteram eiuſdem Congregationis domum fundauit in ſuburbio S. Iacobi, quam Henricus frater cùm annuis prouentibus ceſſerat iiſdem Sacerdotibus, vt Clericorum inſtitutioni incumberent, quæ anteà monachis Abbatiæ S. Maglorij addicta, Epiſcopali ditioni vnitæ, ad ipſum ſpectabat. Capucinis alteram domum ibidem conſtituit patrui Cardinalis impenſis ædificatam. Vrſulinas quoque in præfato ſuburbio admiſit eodem anno 1611. fundatrice Mariâ l'Huillier dominâ de ſainte Beuue; monaſterium Carmelitarum Diſcalceatorum, & Dominicanorum ſtrictioris Obſeruantiæ: item Auguſtinenſium Communitatis Bituricenſis, Pœnitentium Tertij Ordinis S. Franciſci in Picpucio. Hoſpitale Caritatis in ſuburbio D. Germani, Conuentus S. Mariæ de Mercede, ſororum Viſitationis B. Mariæ vici S. Antonij erigitur, ſodalitium Fulientinarum in ſuburbio B. Iacobi, & Annunciationis Cerulei habitus, beneficio Vernolij Marchioniſſæ, quæ primùm Genuæ Ligurum 1604. inſtitutæ fuerunt: necnon conuentus Vallisgratiæ Diuæ Benedictinarum, Eliſabethæ ſororum Tertij Ordinis Franciſcani, ac Collegium Hibernorum, quorum omnium locorum religioni & pietati ſacrorum multitudine & frequentiâ colligi poteſt, Paſtoris & gregis in Deum amor ſingularis. Plures autem libri qui Henrico dicati fuêre, declarant apertè eum fuiſſe litterarum fautorem, doctorúmque Mœcenatem.

ARCHIEPISCOPI PARISIENSES.

109. Gondi. **I**oannes-Franciscvs de Gondi Abbas Sancti Albini Andegauenſis, & S. Martini Pontiſarenſis ad Vionam, à Sanctioribus Conſiliis, Capellæ Regiæ Magnus Magiſter, & S. Spiritus Præceptor, Henrici Cardinalis frater, ex Decano Pariſienſi Coadiutor, primus Sedis huius Archipræſul factus eſt à Pontifice Maximo Gregorio 15. inſtan-
1622. te Rege Ludouico 13. anno MDCXXII. 13. Calend. Nouembris, Romæ apud S. Mariam Maiorem, attributis huic nobiliſſimæ totius Imperij Gallici ciuitati Suffraganeis Epiſcopis tribus, Carnotenſi, Aurelianenſi, & Meldenſi, ab antiquâ Senonum Metropoli detractis: ſed & eam erectionem Metropolis nouæ ratam habuit idem Ludouicus, codicillis Senatus Pariſienſis archiuio inſcriptis 8. die Au-
1623. guſti 1623. Eodem anno 19. Februarij Dominicâ Sexageſimæ, Archiepiſcopus conſecratur Lutetiæ in ſuâ Eccleſiâ, à Franciſco d'Eſcoubleau Cardinale de Sourdis, Franciſco Harlæo Archiepiſcopo Rotomagenſi, & Leonorio de Stampis Carnotenſi, cuius Leonorij miniſterio poſteà die Aſcenſioni ſacrâ 25. Maij Pallium excepit in Cathedrali; cum Regi clientelare iuſiurandum pro temporali præſtitiſſet 19. Februarij, dictóque die Archiepiſcopatus ſui poſſeſſionem adeptus fuiſſet. In Ordinem D. Spiritus per Ludouicum Iuſtum aſciſcitur apud Fontembellaquam 1633. Demum in palatio Archiepiſcopali deceſſit fe-
1654. rè ſeptuagenarius 21. Martij 1654. in funebri pompâ publicè laudatus per Parochum D. Ioannis in Grauiâ, in baſilicâ maiore vbi tumulatur, cùm ei anteà datus fuiſſet Coadiutor à Rege.

Gondi. 110. Ioannes-Franciscvs Pavlvs de Gondi Cardinalis Retzij nuncupatus, tituli Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, Abbas Buzeij, & S. Crucis Kemperlegienſis in Armoricâ. Is antiquâ & nobili familiâ

D'or à deux maſſes d'armes de ſable paſſée en ſautoir, liées de gueulle.

A Gondiorum Etruſcâ progenitus eſt, iamdudum apud Italos commendata; cuius autem decus & ſplendor apud Gallos præclarior euaſit dignitatibus, & honoris titulis quibus aucta eſt, cùm Albertus Gondius Dux Retzij, Par Franciæ, fortitudinis in bello, prudentiæ in rebus politicis, fidei erga Regem multis argumentis exhibitis, Equitum Tribunus, & Gallo-Prouinciæ renunciatus eſt Prorex, apud Carolum IX. gratiâ & authoritate potens; tum multiplici vinculo matrimoniorum eius poſteritas affi-
B nis facta eſt nobiliſſimis Galliarum familiis, ita vt ipſam quoque Regiam, Borboniam, Aurelianenſem, Montmorenciam, Lauallenſem, Rohanenſem, & multas alias peranriquas ſt-pes agnatas habere glorietur. At Ioannes-Franciſcus Paulus patre Philippo Emanuele Gondio, Comite Ioigniaci, Regiarum Triremium Præfecto, S. Spiritus Torque inſignito oriundus eſt, qui cùm ex Franciſcâ Margaritâ de Silly, è nobiliſſimo ſtemmate Comitum de la Rochepot vxore ſuâ Petrum Ducem Radeſianum, & Cardinalem ſuſcepiſſet, tandem repudiatis
C aulæ illecebris & honoribus Congregationis Oratorij inſtituto ſeſe addixit, pij Sacerdotis vitam profeſſus. Ioannem verò filium à naturâ feliciſſimo præditum ingenio, omnium honeſtarum litterarum ſtudiis diligenter excoli curauit: qui cùm Eccleſiæ nomen dediſſet, tum ſublimioribus mentem exornauit ſcientiis, nec vulgarem modò edidicit Theologiam, ſed attentâ Sanctorum Patrum, Conciliorum, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lectione imbutus, cùm in Sorbonâ Theſes multories ſubtiliter propugnaſſet, cùm Doctoratus Laureâ, maxime
D Theologi famam reportauit; nec minorem de ſe peperit exiſtimationem, cùm è ſuggeſtu, facundiâ mirabili diuina myſteria plebi ſuæ explicaret. His eum ſacræ & politioris litteraturæ præſidiis munitum cùm ſenſiſſet patruus Ioannes Franciſcus, Coadiutorem ſibi exoptauit, quod Ludouicus XIV. regni habenas moderante tum Annâ Auſtriacâ eius matre conceſſit anno 1643. Vrbanus autem VIII. ſummus Pontifex bullâ ſuâ creauit Archiepiſcopum Corinthiorum, & Coadiutorem Eccleſiæ Pariſienſis. Tum ſacrâ manuum impoſi-

tione acceptâ ab eodem patruo ſuo Archiepiſcopo, cooperantibus Nicolao Deſmarets Aurelianenſi, & Dominico Seguier Meldenſium Epiſcopis Dominicâ Ianuarij vltimâ die anni 1644. ſequente anno ad generalia Cleri Gallicani Comitia delegatus eſt, in quibus ſublimes animi dotes, gerendarúmque rerum peritiam multoties demonſtrauit, inſignémq; eloquentiam oratione publicâ quam habuit apud Fontembellaquam, coram Rege, aſſiſtentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque è conuentu Cleri deputatis. Creatur autem Cardinalis ab Innocentio x. Februarij 19. anno 1653. Regis nominatione, à quo Biretum purpureum ſuſcepit Compendij xi Septembris: titulus verò S. Mariæ ſuper Mineruam ipſi Romæ conceditur, quò interfuit creationi ſummi Pontificis Alexandri vii. Catholicæ Eccleſiæ nunc vigilantiſſimi Paſtoris.

DECANI
ECCLESIÆ METROPOLITANÆ PARISIENSIS.

Ecclesia Pariſienſis tetrò actis ſæculis floruit ſemper Clero nobilitate, virtute, doctrinâ, & dignitate nulli alij inferiore; cuius Decanus prima poſt Epiſcopum dignitas, Capituli caput, ſcrutinio Canonicorum eligitur: Cantore etiam, tribus Archidiaconis Pariſienſi, de Ioſas, & Brigenſi decoratur, Subcantore, Cancellario, Pœnitentiario, quinquaginta Prabendis, & nonnullis Vicariis. Cæterùm catalogus Decanorum, quorum memoria ex documentis compluribus concinnari potuit, nunc primo luce donatur.

Franco primus occurrit Decanus Pariſienſis in actis manuſcriptis; viuebat regnante Roberto; de quo Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus epiſt. 96. idem poſteà creatus Antiſtes Pariſienſis, vt ſuprà commemorauimus.

Garinus Decanatum geſſit eodem Roberto Rege.

Liſiernus Decanus & Archidiaconus Præſule Imberto de Vergiaco; recenſetur in tabulâ ceſſionis ad petitionem Fulconis Vicecomitis de terrâ apud Manſingiacum, & Virſiacum, anno ſecundo Henrici Regis, quod patet ex paruo Paſtorali Diuæ Mariæ cap. 104.

Odo, cuius notitia deſumitur ex Capitulari tabulario, ſeu membranâ Magni Paſtoralis cap. 82.

Ioannes I. anno 1088. ſubſcribit donationi altaris S. Arnulfi de Maroliis ſuæ diœceſeos, monachis Cluniacenſibus Prioratus Diui Martini de Campis Pariſienſis, à Gofrido Præſule, teſtibus Drogone, Ioſcelino, & Iuone Archidiaconis, Vualerano Cantore, Vulgrino Archidiacono ſubſcribente, ex cartophilacio dicti monaſterij S. Martini. Nominatur in inſtrumento Prioratus S. Georgij de Roynuilla, diœceſis Carnotenſis, ex autographo eiuſdem cœnobij deſumpto, quod ſic habet. Gauſlenus filius G. diuitis, & vxor eius Odelina & Albertus filius H. Vicedomini, & Ada mater eius annuente Hugone Clerico, Deo, ſanctoque Petro, Cluniacenſi Eccleſiæ ad obedientiam S. Martini de Campis, pro redemptione animarum ſuarum dederunt apud Rodaniuillam medietatem Eccleſiæ S. Georgii martyris, altare ſcilicet annuente Gaufrido Carnotenſi Epiſcopo, & Hildegario Archidiacono, & terram vnius carrucæ, & agripinnum terræ ad vineam faciendam, & ad hortum ac viretum ſufficienter, & omnia hoſpitia eiuſdem villæ, cùm curtis & hortis, & medietatem pratorum ac molendinorum, ac furnos & omnem iuſtitiam eiuſdem villæ. Et hoc donum teſtantur. Ingelrannus Decanus Ioannes Decanus Pariſienſis. Adelardus Subdecanus. Hilduinus Cantor. Hilgotus, Albertus, Vuilelmus Archidiaconus. Ebrardus Capicerius, Giraldus Preſbyter, Vuerricus Vicedominus, Ebrardus de Laneſuillâ, Vuilelmus Præpoſitus, Robertus Aculeus, Radulfus Lacunella, Germundus filius Aue'goti, Ebrardus Helmonis filius, Vualterius filius Fledaldi. Qui etiam Vualterius alte-

» ram p... eiuſdem Eccleſiæ, ſupra- A » dictâ ratione S. ... & fratribus S. » Martini dedit, annuente vxore ſuâ, » & filiis teſtantibus iſtis ſupradictis. » Et hoc donum conceſſit Teudo Ca- » put ferri, & vxor eius Herſendis, & » Harduinus filius eius, quia Valterius » illud tenebat ab illis. Hic quoque » Teudo idem beneficium à Vuetrico » filio Engelranni de Noci S. Mariæ » Canonico poſſidebat, qui & ipſe G. » cùm matre ſuâ Ermentrude, pro ani- » mâ patris ſui præfati, atque omnium » amicorum ſuorum animabus con- » ceſſit, poſitus in Eccleſiâ ſupradictâ. » Teſtes ſunt Vualterius, Rainaldus B » filius eius, Hugo filius Gauſlini, » Vuarinus filius Gaufridi, Rainal- » dus, Ioannes & Vualterius Sacerdo- » tes, Herueus, Varinus filius Vuilel- » mi, Varinus de Dominicâ Mariâ, » &c.

Fulco præfuit anno 1097. cui ad-
1097 huc Decano ſcribit Iuo Carnotenſis » epiſt. 112. his verbis: quoniam om- » nis iniuria Eccleſiaſtica quæ admo- » nitione non corrigitur, anathemate » plectenda eſt, ſi ancillam Eccleſiæ » veſtræ aduersùs dominos ſuos calci- » trantem excommunicaſtis, quod ve- C » ſtri iuris erat, feciſtis, maximè cùm » dominorum poteſtatem in ſeruos ſuos » illibatam debere eſſe lex conſtituat, » nec cuiquam hominum ius ſuum de- » trahi poſſe permittat. Quod autem » ex conſuetudine Eccleſiæ veſtræ hoc » vobis licere abſque alterius perſonæ » interpellatione adſeritis, non eſt hoc » ſolius Eccleſiæ Pariſienſis conſuetu- » do, ſed etiam Carnotenſis, & aliarum » Eccleſiarum, quibus Epiſcopali au- » ctoritate excommunicandi ius con- » ceſſum eſt. Vnde non aliud ſanius » conſilium vobis dare poſſumus, quàm » vt conſuetudinem fortiter teneatis: à » quâ ſi ſemel ceſſeritis, non ad arbi- D » trium veſtrum recuperare valebitis. » De cæterò culpo dilectionem veſtram, » quòd Paganum à nobis Eccleſiaſticè » excommunicatum, & Apoſtolicâ au- » ctoritate exigentibus culpis ſuis in in- » famiam pulſum, in communionem re- » cipitis, & Hugonem Puteacenſem ſi- » militer, quod à vobis fieri de veſtris » excommunicatis manifeſtè culpare- » tis. Moneo itaque vt de cætero quam » a nobis iuſtitiam in neceſſitate veſtrâ » vobis fieri velletis, eandem nobis in » noſtrâ neceſſitate faciatis: ne ſi vos negligentes inueniamus in noſtris, & » nos ſimiles inueniamini in veſtris. Et » vt hoc Apoſtolicâ auctoritate deberi » fieri ſciatis, literas domni Papæ, quas » miſit Senonenſi Eccleſiæ, & Aure- » lianenſi, & Pariſienſi, interim vobis » tranſmitto, quas iam bullatas domi- » nus Metropolitanus accepit. Fuit » inde aſſumptus ad Cathedram Pari- ſienſem.

Bernerus, fit eius mentio in diplo- mate ceſſionis Eccleſiæ de Tornaco Foſſatenſibus monachis 1105. Epiſco- 1105 patus Galonis primo: item in priui- legio donationis villæ de Marolis Ec- cleſiæ S. Martini, eo anno Gilberto Pa- riſienſi Antiſtite, quod iuſſit chiro- grapho muniri per Droconem de Mel- lo Archidiaconum Pariſienſem, Pariſiis in Capitulo Beatæ Mariæ anno 1117. regnante Ludouico anno 10. E- piſcopatus 5. indict. 1. epact. 20. Con- currente 4. Theobaldo Cancellario. Prætereà recenſetur in titulo Stephani Epiſcopi anno ſecundo, Algrino Cancellario; nec non in cartâ Prio- ratus de Gornaio 1122. in priuilegio Regis Ludouici pro Eccleſiâ S. Ma- riæ an. 1123. denique in actu veteri 1123 donationis factæ baſilicæ D. Diony- ſij de Carcere 1133. ex cartophilacio S. Martini.

Bartholomæus de Senlis, ex ſtirpe il- luſtri ac vetuſtâ Buticulariorum Sil- uanectenſium, Guillelmi domini de Chantilly, Franciæ Buticularii, & Aluiæ vxoris natus, Stephani Pari ſienſis Epiſcopi nepos, recenſetur De- canus maioris Eccleſiæ in inſtrumen- to compoſitionis Capituli Eccleſiæ Pariſienſis cùm Canonicis S. Victoris anno 1145. cuius originale in eo ar- 1145 chiuio ſeruatur. Subſcriptus reperi- tur documento confirmationis Præ- bendæ in Eccleſiâ S. Mariæ pro reli- gioſis Sanmartinianis an. 1146. con- firmat vero ſuis codicillis cœnobio Victorino quaſdam plateas Pariſius prope Eccleſiam D. Chriſtophori, ſi- cuti memorant Annal. Victor. tom. 1. creatur Catalaunenſis Epiſcopus 1147. at poſt eius promotionem gra- uis controuerſia de electione alterius Decani oborta eſt, quam inſigni epi- ſtolâ ad Papam Eugenium deſcribit Sugerius Abbas S. Dionyſij, ſequenti tenore:

A MANTISSIMO *Patri & Domino*
Dei gratia ſummo Pontifici Eugenio, Su-
gerius beati Dionyſij humilis Miniſter obe-
dientiæ & ſeruitij plenitudinem. Nobilem
B. Mariæ Pariſienſi Eccleſiam, inuitante
caritate, multis que rogantibus, Pater ſan-
cte, diſcretioni veſtræ attentius commendan-
tes, quia plus ſolito eget, vt plus ſolito ſub-
uenitati ad præſens ſuppliciter poſcimus.
Cum enim venerandi ſtatus nobilitate &
famoſa doctrinæ lampade hactenus clarere
conſueuerit, in defectu perſonatus Decaniæ
vacillans grauiter, ſi non ei ſubueniatur,
declinare feſtinat. Cum enim qui alios do-
ctrinâ & vitæ exemplo præcedere debet,
etiam ſequi neſciat, profectò ſubditorum
diſciplina per eius inſcitiam à doctrinæ &
prudentiæ tramite exorbitat. Sanè, cum in
Galliis veſtra Deo & hominibus grata frue-
remur præſentiâ, aſſumpto eiuſdem Eccleſiæ
Decano B. in Epiſcopum Catalaunenſem,
propter diuerſarum partium Pariſienſis Ca-
pituli diſſonantiam, qui crebrò localiter con-
uenientes, in acceptione eiuſdem perſonæ in
Decanum conuenire non valebant, à pater-
nitate veſtra eandem electionem committ-
tere honeſtioribus perſonis eiuſdem Eccle-
ſiæ, quorum induſtriâ ad honorem Dei pa-
cificaretur controuerſia, mandatum ſuſcepe-
runt. Qui parati obedire, quatuor eiuſdem
Eccleſiæ Canonicis, quorum vnus hic erat,
nihil mali in eis aut de eis ſuſpicantes,
electionem commiſerunt. Qui quod ſemel
inter ſe ſuſceperant, extra ſe erogare recu-
ſantes, quin potius inter ſe retinentes, ipſi
hunc de forſitan ſibi in Decanum elege-
runt. Super quo valdè mirati ſumus, quòd
cùm auctoritate veſtrâ quatuor commiſſa
fuerit electio, ſi tres quartum elegerunt,
minus obedierunt. Quòd ſi quartus cum
aliis ſe elegit, paternitatis veſtræ diſcretio
infinitè melius quàm nos cognoſcit quid
fecerit. Verùm ſi quod minus in electione
inuenitur, in perſonæ probitate ſuppleretur,
in recompenſatione ſuſtineri poſſet. Sed
ſicut perhibent qui eum nouerunt, nec ali-
cuius diſcretionis, nec bonæ conuerſationis,
nec bonæ famæ exiſtit. Proniorem enim
publicè ac priuatim dicunt eum ad omne
deterius, expertem conſilij & auxilij in
omnibus Eccleſiæ neceſſitatibus penè nul-
lum, ſub quo languere potius quàm proſpe-
rari Eccleſia valeat. Cuius indiſcretio-
nis argumentum in eâ poteſtis actione co-
gnoſcere, quam Epiſcopus Pariſienſis pater-
nitati veſtræ tranſmittit, de ea quam audi-
re poteſtis contra eiuſdem Eccleſiæ Canto-
rem controuerſiâ eum moniſſe. Cùm enim
pro conſuetudine Eccleſiæ & Apoſtolicæ

A *immunitatis authoritate præfatus Cantor*
ita Decano parificetur, vt neque de Eccle-
ſiaſticis, neque de ciuilibus, ſiue in Capitulo,
ſeu extra abſque eius conſilio diſponere ha-
beat: quadam die cum eſſent in choro, Ho-
ram Canonicam decantantes, & Cantor
cuidam Clerico loqueretur, quo more ſolet
omnibus de canendis, vel legendis pronun-
tiare: acceptâ inde occaſione inuectiue in-
ſiliens in Cantorem, turpiter tacere impe-
rauit, & dum Cantor auditori proſequere-
tur, quod incœperat, admirans indiſcretam
Decani vehementiam, Decanus ipſe more
arreptitij furens choro decantanti ſilentium
B *imperauit: non reputans, quod ſe minimus*
Canonicorum, ne dum iſte, qui more Eccle-
ſiæ illi parificatur, vt nihil abſque eo neque
in choro, neque in Capitulo conſtituat, ali-
quid in choro commiſiſſet, in Capitulo cano-
nonicè corrigeretur, hinc emerſit inter eos,
cuius accuſationem dominus Pariſienſis
Epiſcopus paternitati veſtræ ſcribere curauit,
querela: hoc habuit primordium, hoc motus
ille pedibus & manibus mouet Eccleſiam,
inquietat, vt inquietetur, pacis & quietis
ignarus. Cantor præfatus iniuriam ali-
quantò quietius ſuſtinens, tam per Domi-
num Epiſcopum Pariſienſem, quàm per Ca-
pitulum Eccleſiæ, tam per Dominum Au-
C *tiſsiodorenſem, quàm Sueſſionenſem, per*
nos etiam & per alios multos ad iuſtitiam
faciendam & ſuſcipiendam, ne indiſcretius
videretur, crebrò ſe obtulit, & proniorem ad
pacis compoſitionem & iuſtitiæ executionem
audiuimus eum qui paſſus eſt, quàm qui
fecit iniuriam. Nec hoc ſolum aut primùm
factum eſt, quo Pariſienſem Eccleſiam modò
generaliter, modò perſonaliter, ſicut indiſ-
cretione rapitur, vexare conſueuit. Quæ
omnia ſi referrentur ad vos, faſtidium ge-
nerarent. Placeat igitur ſanctæ Paterni-
tati veſtræ, ad quam omnia ſpectat corrige-
re, mutare, mouere, (oculi enim omnium
in te ſperant Domine,) taliter eidem Eccle-
D *ſiæ prouidere, ne in defectu Decani intus*
& foris deperеat, ne nobilis Eccleſia Pari-
ſienſis afflicta degeneret, ne cùm non opor-
teat viri illius occaſione omninò declinet.
Serò fortaſsis eius reſtitutioni manum refe-
retis.

Clemens 1148. in cartâ Sugerij Abba- 1148.
tis pro decimâ S. Bricij huius mentio
extat & an. 1152. in conceſſione monia- 1152.
libus Montiſmartyrum pro conſtru-
ctione Eccleſiæ, quæ Burgus Reginæ
vocatur, ſubſcriptâ Algrino Cancella-
rio.

Barbedaurus aliàs *Barba aurea* Deca-
nus Mauricio Epiſcopo, ſubſcribit ta-

bulæ Pancartæ nigræ pro hoſpitali vicino B. Mariæ de obitu Canonicorum
1168. Pariſius in Capitulo 1168. ſubſignat & cum Archidiaconis aliiſque Clericis Eccleſiæ, literis feodi maioris de Orliaco 1173. & 1180. in documento veteri compoſitionis habitæ inter eun-
1180. dem Decanum, & Capitulum cum Drogone de Viri, vt eſt in Paſtorali.

Montmorency ancien. D'or à la Croix de gueulle, cantonnée de quatre Alerions d'azur.

Herueus de Montmorency Mathæi I. domini Montmorenciaci filius; adoleſcens inter Cleros B. Mariæ Pariſienſis allectus, tandem peruenit ad Decanatum; Abbas item Eccleſiæ Collegiatæ S. Martini de Montmorenciaco; fundationem Capellani Eccleſiæ S. Thomæ de Monremagni ap-
1184. probat an. 1184. vt eſt in chartario S. Florentij Salmurienſis; recenſetur quoque in pluribus tabulis magni Paſtoralis, ſcilicet in ſchedâ viariæ Andre-
1186. ſiaci 1186. in alterâ Eliſabethæ dominæ de Courtenaio, & ordinatione matutinalium Clericorum factâ eodem
1192. anno. Obiit circiter an. 1192.

Corbeil

Michaël de Corbeil frater Reginaldi Pariſienſis Epiſcopi, erat Decanus an.
1193. 1193. menſe Decemb. vt patet ex chartâ Nicolai Canonici B. Mariæ; & ex epiſt. 175. Stephani Tornacenſis Epiſcopi ad Laudunenſe Capitulum, pro Michaële eorum Decano in Pariſienſem electo hâc verborum ſerie: „Admirabilis & amabilis eſt Eccleſiarum ludus, quoties fraternâ caritate ſupplet altera defectum alterius, „non pecuniarum ratiocinatio, ſed commercio perſonarum: Eodem religionis artificio, eodem ſpiritu charitatis, „eodem ſtudio prouidentiæ, quo Laudunenſis Eccleſia Meldenſem ſibi Decanum aſſumpſerat, Pariſienſis feſtino pariter ac feſtiuo ſaltu ſibi præripuit eum, non rapinam ſeſe arbitrata „facere, ſi eum quem prius ſibi inſtituerat Canonicum, ſibi conſequenter inſtitueret & Decanum. Non moueatur „in aliquo ſancta æmulatio veſtra, quaſi Pariſienſis Eccleſia iniuriam vobis fecerit, quæ in hoc ſibi conſuluit, aut „perſona tanquam leuitate, vel ambitione ducta [illegible]r, quæ in hac electione „ſecura eſt, non voluntatem propriam, „ſed violentiam alienam. Raptus eſt à „Concanonicis ſuis maximè ambiendus, quia minimè ambitioſus. Congaudete perſonæ, congaudete Eccleſiæ, quia hic & ibi veſter erit vobis deſeruiens, vobis obediens, vobis in omnibus ad obſequium veſtrum paratus „& parens. Factus eſt autem Patriarcha Hieroſolymitanus, & Archiepiſcopus Senonenſis 1194. teſte Alberico in 1194. chronico.

Clement

Hugo Clement filius Roberti domini du Mez le Mareſchal in Vaſtineſio, frater que Alberici & Henrici Mareſcallorum Franciæ; pro cuius electione Stephanus Tornacenſis Lucio Pont. Maximo ſic ſcribit: Vestram, *Pater, precibus attentare celſitudinem mouet me pariter & monet, tàm pietas veſtra, quàm caritas aliena. Eccleſiam Pariſienſem nobile membrum Regni Francorum in Decanum nondum conueniſſe non conuenit, cùm de eligendo eo ſæpè iam conuenerint in vnum potius locum, quàm in votum coram Domino Carnotenſi & Abbate caſtri Nantonis. De mandato veſtro diſſidentium ſinguli partium dederunt nomina ſua, & ſcripſerunt, & aliquando me præſente coram eiſdem iudicibus publicata ſunt & relecta. Iuuenem bonæ opinionis, & quantum ad morum honeſtatem, & peritiam litterarum ſpectat hilaris famæ*, Hugonem *filium Roberti* Clementis *magna pars Canonicorum, & præcipuè reſidentium, quàm altera, nec numero, ſibi ſic præeſſe deſiderat, vt conſideret & prodeſſe. Vtilem ipſum Eccleſiæ futurum, & Domini Regis familiaritas intima, & fratrum ac propinquorum, qui plurimùm in Palatio poſſunt, quotidiana ſedulitas promittit, & qui inde plura ex eo Pariſienſi Clero, ac populo, quàm in alio, diebus iſtis profutura metitur commoda, proſectò non mentitur, in fine loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis, vt tanti viri nuntium, quem nec propria voluntas, ingerere, nec aliena poteſtas intendere contendit, paterno affectu tam ſuſcipiatis beniuolè, quàm beneficè remittatis.* Nominatur cum Petro Præcentore, Mauritio Archidiacono, aliiſque Canonicis 1195. & in ſequenti mem- 1195. branâ Regij Theſauri: Ego Hugo „Clementis Decanus Pariſienſis, „totumque Capitulum Pariſienſis Ec- „cleſiæ, notum facimus Regem Philip- „pum nobis benignè conceſſiſſe liber- „tatem conſtruendi domum paruo pon- „ti adhærentem, redditibus & iuſtitiis „retentis ſibi in illâ domo, quas habet „in aliis domibus eidem ponti adhæ- „rentibus. Sig. Hugonis Clementis De- „cani, S. Petri Præcentoris, S. Mauri- „cij, Henrici, Odonis Archidiacono- „rum

„ rum, Galonis Succentoris, &c. Actum A
1196. „ in Capitulo noſtro an. Incar. M. C.
„ XCVI. data per manum Mag. Petri
„ Pictau. Pariſienſis Cancellarij. Memoratur autem in plurimis tabulis chartophilacij Epiſcopatus cum Odone Antiſtite, & Petro S. Mariæ in viâ latâ Diacono Cardinali 1198. necnon in inſtrumento ceſſionis Simonis de Piſſiaco militis, pro his quæ poſſide-
1201. bat apud Orliacum 1201. in actu compoſitionis territorij de Vrſiaco 1203. in literis anniuerſarij Roberti Capellani 1213. deníque in ſtatuto de Præpoſitu-
1216. ris, aliiſque redditibus Capituli 1216. per Stephanum Remenſem Cancellarium B. Mariæ; quo eodem anno recenſetur in archiuis Foſſatenſis monaſterij. B

Stephanus I. an. 1216. menſe Februa-
1219. rio, cuius nomen ſignatur 1219. in ſchedâ Paſtoralis pro Altouillari, & diplomate vnionis præbendæ presbytero parochiali Eccleſiæ S. Mederici; huius quoque mentio habetur in donatione Nicolai Cantoris Cathedralis Capitulo.

CORNVT. *Galterus Cornut* teſtis in documento confraternitatis S. Auguſtini in Eccle-
1221. ſiâ Pariſienſi 1221. menſe Decembri; C anno ſequenti reperitur illius nomen in tabulis Foſſatenſibus, & in concordiâ pacis Philippi Regis, Vilelmi Epiſ-
1222. copi, & Capituli 1222. inde traductus eſt ad Archiepiſcopatum Senonenſem.

H... ſubſcribit literis ceſſionis deci-
1225. mæ de Bernolio datis apud Meledunum 1225.

NEMOVRS. Comme cy-devant. *Philippus de Nemours*, Vrſi Camerarij Regis, domini de Bercy filius, Petri Pariſienſis Epiſcopi cógnatus, ex Decano electus Cathalaunenſis Præſul
1228. 1228. vt auctor eſt Albericus; de quo plura ſuo loco. D

PROVINS. *Ioannes de Pruuino* II. 1228. Decanus, conſecratur in Epiſcopum Acco-
1228. nenſem 1229. poſt Iacobum de Vitriaco Cardinalem Tuſculanum; ſed mare tranſiens infra biennium, è viuis exceſſit, teſte eodem Alberico; in cuius Pontificatum ſuffectus Rodulphus Tornacenſis.

Giraudus Decanatus officio fungens
1228. 1228. ex tabulâ Philippi de Roiſſy, & in alterâ venditionis eidem factæ à Gilone de Roiſſiaco milite apud Laiacum, poſt verò aſſumptus ad Epiſcopatum Agennenſem cui præerat iam ab an. 1232. ex Paſtorali.

Guilelmus de Sainte Marie I. creatur ex Decano B. Mariæ Abrincenſis Præſul. SAINTE MARIE.

Lucas nominatur 1233. menſe Aprili 1233.
in ſchedâ tabularij Pariſienſis Simonis de Piſſiaco, 1236. in archiuio Foſſatenſi, & in aliis membranis Pariſienſi- 1254.
bus annis 1244. 1253. & 1254.

Guilelmus II. recenſetur menſe Iulio in ordinatione factâ pro Clericis matutinalibus 1260. & 1263. menſe De- 1260.
cembri.

Gaufridus de Pontcheuron I. teſtis in cartâ Philippi Simonis maioris de Roſeto 1265. & in authentico homagij PONTCHEVRON.
Ioannis dicti de Damiete, filij Ludo- 1265.
uici Regis Epiſcopo Pariſienſi pro dy-
naſtiâ Montiſgaij 1266. idem fidei 1266.
clientelam Stephano Antiſtiti reddidit apud S. Victorem, die Lunæ poſt octauas B. Martini hyemalis pro Decanatu ſuo & pertinentiis, ſaluo iure
Capituli 1268. adſtitit quoque homi- 1268.
nio Comitis Bleſenſis pro caſtro de Gornayo; deditque aſſenſum cum Capitulo fundationi Abbatiæ de Gercia-
co; memoratur 1271. in ordinatione 1271.
Capitulari pro Eccleſiâ S. Mederici & 1275. pro maioratu de Viriaco, quæ eſt in Paſtorali. Eligitur verò in Archiepiſcopum Bituricenſem defuncto Ioan-
ne de Soliaco 1273. ſed nec confirma- 1273.
tus, nec inauguratus animam reddidit, vt docet Guilelmus de Nangiaco in geſtis Philippi III. Francorum Regis.

Gaufridus de Barro II. Cardinalis S. Suſannæ, hominium fecit pro Deca- DE BARRO.
natu 1273. Eum Ciacconius de Barbo 1273.
cognominat in eius epitaphio; forſan, inquit, ob familiæ ſtemma in quo barbi, ſeu barbatuli piſces ſpectantur; ſed alia fuêre Barri ad Sequanam Comitum inſignia; Purpurâ decoratur à Pont. Martino II. Quarto dicto X. Cal.
April. 1281. Rebus humanis exemptus 1281.
Romæ ex peſte an. 1284. cuius obitus
notatur in necrologio Pariſienſi 12. 1284.
Cal. Sept. Sepultus in baſilicâ S. Praxedis hoc elogio:

EGO GAVFRIDVS

DE BARBO *quondam tituli Sanctæ Suſannæ Presbyter Cardinalis. Credo quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die*

de terrâ ſurrecturus ſum, & in carne meâ A *videbo Deum Saluatorem meum.*

CHANTEPRIME. D'or au cheuron de ſable, accompagné de 3. teſtes de ſanglier de meſme

Ioannes de Chanteprime III. nobilis Pariſinus, Decani munus obtinebat an. Domini 1279.

Rogerius de Hermigny.

BELLEPERCHE.

Petrus de Belleperche I. Francorum Regis Philippi Clericus, Canonicus Carnotenſis & Bituricenſis, ſui temporis Iuriſconſultus inſignis & ſcripsis clarus; dicitur autem Pariſienſis Decanus an. 1305. in originali tractatus Regis cum Archiepiſcopo Lugdunenſi pro iuſtitiâ, ex chartis Regij Theſauri; B inde creatus Epiſcopus Autiſſiodorenſis.
1305.

GVIBERVILLE.

Simon de Guiberuille 1308. in chartâ amortizationis pro parocho de Vernoto, & nominatur 1310. in tabulâ ſupremæ Rationum Curiæ.
1310.

BAVDET.

Guido Baudet 1324. in regiſtro veteri nuncupato de Arteſiâ illius nomen reperitur.
1324.

ORLEANS.

Amiſius d'Orleans, aliàs *Anuſius*, vocatur in Camerâ Rationum mandato Philippi Valeſij, cum Gaufrido de Pleſſeio & Ioanne de Diuione, peritis in facto Cancellariæ, ad ordinationem C magni ſigilli Regis 1328. Ianuarij 27. & in alio diplomate nuncupatur an. 1331.
1328.
1331.

SALADIN.

Oliuerius Saladinus an. 1336.

DE CROSO.

Petrus de Croſo II. 1342. teſtis legitur in præcepto conferendi beneficij in turno 19. Martij 1343. & 1344.
1343.

COQVEREL.

Firminus Coquerel Cancellarius Franciæ, Decanatum geſſit 1347. ex actis Senatus Pariſienſis, poſtea fuit Epiſcopus Nouiomenſis.
1347.

PRVILHACO.

Vitalis de Pruilhaco Legum Profeſſor & Cantor Eccleſiæ Cathedralis, De- D canatu functus 1349. Iulij 24. ex regiſtris eiuſdem.
1349.

SALQVES.

Raimundus de Salques Decanus annis Dom. 1350. & 1355.

PARIS.

Stephanus de Paris Cardinalis, ex Decano Epiſcopus electus an. 1363. vt dictum eſt ſupra.

MAIGNAC.

Aymericus de Maignac ex Decano Epiſcopus item creatur.

LE RICHE. D'azur à

Iacobus le Riche libellorum ſupplicum in Regiâ Magiſter mortuus 1385. die 3. Ianuarij, tumulatur in Cathedrali.

vne haye morte ou eſtacade d'or, au chef d'argent.

DE PACY.

Petrus de Pacy III. Regis Conſiliarius & Canonicus S. Quintini Viromanduenſis, hominium reddidit Petro Epiſcopo pro Decanatu 1385. Februarij 15. in chartularij Epiſcopalis archiuis memoratur, tum etiam 1386. in fide clientelæ pro terrâ d'Ablon ad Sequanam & an. 1396.
1385.
1396.

IVDES.

Ioannes Iudes IV. præfuit cum aliis Iudicibus 1417. Februar. 25. in Senatuſconſulto Pariſienſi, aduerſus eos qui ab ordinationibus Regiis ad Curiam Romanam appellabant, ex regiſtris Parlamenti.
1417.

TVDERT. D'or à 2 lozanges d'azur, au chef d'azur chargé de 3 beſans d'or.

Ioannes Tudert V. Senator Pariſienſis, poſteâque libellorum ſupplicum Magiſter & Decanus 1422. menſe Decembri, ex chartis regiis; nominatur Epiſcopus & Comes Catalaunenſis, ſed non conſecratus fatis conceſſit 9. Decembris 1439. humatus in Cathedrali cum epitaphio.
1439.

MILLET.

Ioannes Millet VI. Canonicus Pariſienſis, & ex Decano, electus in Epiſcopum Sueſſionenſem, inauguratur an. 1442. vt dicetur infra.
1442.

COVRCELLES.

Thomas de Courcelles ſacræ paginæ Profeſſor, Canonicus Ambianenſis & Decanus B. Mariæ 1459. mittitur Legatus ad Synodum Baſileenſem, in quâ ſacrarum literarum Doctor celebris, Eugenium IV. ſubeſſe Concilio & Papæ diffuſiſſimè perorauit 1439. quo dictante, inquit Æneas Siluius, decretorum Concilij Baſileenſis pars maxima condita fuit. Intereſt autem cœtui Bituricenſi in causâ eiuſdem Eugenij & Felicis 1440. Poſthæc delegatur à Carolo Rege Francorum 1459. cum Archiepiſcopo Turonenſi ad Conuentum Mantuanum; & in celebri funere eiuſdem Caroli apud S. Dionyſium orationem habuit 1461. quo anno Pius 2. Pont. Max. Guilelmo Quadrigario Epiſcopo & eidem Thomæ Prouiſori Sorbonæ, inſcribit Bullam pro reformatione Fontebraldenſis Abbatiæ.
1459.
1459.
1461.

L'HVILLIER. D'azur à trois coquilles d'or;

Ioannes l'Huillier VII. magnus Archidiaconus Laudunenſis & Pariſienſis, Prouiſor Sorbonicus ac Decanus 1483. Regi Lud. XI. à confeſſionibus & eleemoſynis. Factus Epiſcopus Meldenſis moritur 1500.

HVE.

Guilelmus Huë III. anno 1517.

VRSINS. Bandé d'argent & de geulles de ſix pieces, au chef d'argent chargé d'vne roſe de geulles ſouſtenue d'or.

Ioannes Iuuenalis des Vrſins, Ioannis A domini de la Chapelle & Lodoicæ de Varie filius, Abbas S. Meuennij, Epiſcopus Trecorenſis, & Decanus Pariſienſis 1544.

Baptiſta Iuuenalis des Vrſins Ioannis frater Abbas Aumaliæ, magnus Aquitaniæ Prior, & Decanus 1546.

LE CIRIER. D'argent à vne eſtoille en cœur de geulles accompagnée de 4. hermines de ſable.

Antonius le Cirier Senator Pariſienſis & Decanus iam ab an. 1553. poſtea Epiſcopus Abrincenſis; diem obiit extremum 1575. Ianuarij 17.

SEGVIER.

Ludouicus Seguier Senator Pariſienſis, Petro Seguierio Præſide in ſummâ B Curiâ, & Loiſiâ Boudet parentibus ortus eligitur 1575. mortuus 1610. Sept. IX. ætatis anno 60. Decanatus 35. Canonicatus autem 48.

GONDI.

Ioannes Franciſcus de Gondi poſteà primus Pariſiorum Archiepiſcopus an.
1623. 1622. reſignauit in manibus Capituli 1623. die 15. Februarij.

SEGVIER. D'azur au cheuron d'or, accompagné en chef de 2. eſtoilles d'or, & en pointe d'vn mouton paſſant d'argent.

Dominicus Seguier Ludouici nepos, Ioannis domini d'Aurry filius ex Mariâ Tudert; Petri Franciæ Cancellarij Comitis de Gien frater; electus 15. Februarij 1623. poſſeſſionem accepit die 17. eiuſdem menſis, Primus Regis C Eleemoſynarius, Autiſſiodorenſis, tandémque Meldenſis Epiſcopus vt ſuo loco dicemus.

TVDERT. Comme cy-deuant.

Nicolaus Tudert Senator Pariſienſis, Abbas S. Georgij ad Ligerim, Prior S. Andreæ de Mirabello, Claudij in Parlamento Conſiliarij & Nicoleæ Hennequin filius, auunculus autem Dominici, cuius reſignatione erat
1632. Decanus an. 1632. mortuus eſt Pictauij die 20. Martij 1651.

DE CONTES.

Ioannes Baptiſta de Contes ex Cancellario Eccleſiæ & Vniuerſitatis Pariſienſis ſuperioris reſignatione fit De- D
1647. canus 1647.

REMENSES ARCHIEPISCOPI ET DVCES,

PRIMI FRANCIÆ PARES.

REMORVM ciuitas ad Vidulam amnem in ſuperiori Campaniâ, quæ Durocortorum à Ptolemæo lib. 2. c. 9. Durocortum Remorum à Cæſare l. 5. & 6. cap. 4. à Strabone l. 4. Duricortora; Inter iſtas gentes, inquit, Remi nobiliſſimi ſunt, eorum vrbs primaria Duricortora maximè incolitur, & Romanorum Præfectis hoſpitium præbet; in Notitiâ Imperij Honorij Remorum Metropolis in Belgicâ 2. & aliis veteribus manuſcriptis codicibus nuncupatur; ex quo patet Durocortum vocatam tantùm primis ſeculis. Porrò inter ſex Galliæ Prouincias Conſulares Belgica ſecunda aut Remenſis locum obtinebat: in eâ vrbe olim fabrica erat Spataria & monetæ in capit. Caroli Calui tit. 31. numero XII. tribus Præpoſitis Brambaricariorum, ſiue Argentariorum, pariter adnumerabatur Remenſis; necnon ſex Procuratoribus Gynециorum Belgicæ II. in Notitiâ Imperij Occidentis. Vnus autem ex quinque præfectis Sarmatarum gentilium, inter Remos & Ambianos locum obtinebat; Antoninus legionem Remis aſſignat decimam-octauam, quæ ſanè vrbem primis ſeculis illuſtrem demonſtrant, & tempore Romanorum Remenſis prouinciæ latiſſimos fines, vt qui Sequanis, Sueſſionibus, Mediomatricibus, Treuerenſibus, & Veromanduis eſſent contermini; imò Cæſare impetante, primo poſt Eduos in Galliis gradu honoris fulgebat, vt quæ Senatu gauderet, & lib. 5. Cæſar generalia Comitia Galliæ Remis habuit, Sigebertus verò Clotarij filius, in eâ regni ſui Sedem fixit, vt tradunt geſta antiqua Francorum: Vetuſtatem eius etiamnum ſatis indicant vicinus muris locus, quem Cæſaris caſtrum appellant, & relictum vſque dum portis nomen Martis, Bacchi, Cereris & Veneris; repetta eſt

Reims en Champagne ſur Veſle.

quoque vetus inſcriptio in agro Colonienſi, quæ ſic habet: Marti camulo, ob ſalutem Tiberij Claudij Cæſaris, ciues Remi templum conſtituerunt. Eius potentiam teſtantur Cæſar l. 6. belli Gallici cap. 4. Plinius l. 4. c. 17. Strabo. l. 4. Hieronymus epiſt. 11. ad Ageruchiam: in vitâ S. Bernardi l. 2. c. 4. nobiliſſima Franciæ ciuitas vocatur & Belgicæ ſecundæ caput, opulentiſſima vrbs ab Aimoino. l. 3. c. 6. apud Hinçmarum epiſt. ad Nicolaum Papam & Ludouicum Transrenanum ſoror Treueris, Remiciana ciuitas à Fredegario Scholaſtico, caput regni, Eccleſia in epiſtolâ codicis MS. S. Dionyſij Remenſis, quam hoc loco paucis exhiberi viſum eſt: LVDOVICVS Dei gratiâ Rex Francorum. HV. inconſulto Conſuli frenis agi Iuſtitiæ. Religioſæ & illuſtres perſonæ ad meam pertulerunt audientiam, quod ſanctam Remenſem Eccleſiam, quantùm in te eſt, impudenter dehoneſtas, & eam nouo, immò inaudito genere tyrannidis, inceſſanter infeſtas, quod poſtquàm auribus inſonuit, quantò lacrimabilior fuit conqueſtio, tantò grauior in me aduerſum te innata indignatio, & ſecundum inauditi ſceleris immanitatem, meam incurriſti offenſionem. Doleo enim, & lacrymabiliter doleo, quod in meam Matrem, & caput Regni mei Eccleſiam, gladium tyrannidis tam perniciosè exacuiſti, quia in eâ Coronæ meæ derogaſti, ſceptro meo probroſam iniuriam irrogaſti. Prædictæ ergo Eccleſiæ infra Feſtum B. Ioannis, aut cum ſummâ humilitate ſatisfacias, aut cum ſummâ erubeſcentiâ terram meam exeas; Alioquin ſi in manus inciderls, nullâ redemptione euades, & ſic vitam finies. Iuo Carnotenſis epiſt. 48. vult hanc Metropolim diadema regni habere, & omnibus Gallicanis Eccleſiis exemplum ruinæ, vel reſurrectionis exiſtere; cuius Archiepiſcopus Regum Francorum cœleſti Ampullæ oleo inungendorum, quod à multis ſeculis in B. Remigij Archicœnobio aſſeruari tradunt, peculiari prærogatiuâ potiuntur; hoc chriſma, etſi inuideant, & extenuare attentent nonnulli, tamen confirmatur auctoritate, non tantùm Hincmari in vitâ S. Remigij, ſed & Flodoardi l. 1. c. 3 Aimoini l. 1. c. 16. Iuonis epiſt. 70. Guilelmi Britonis. l. 1. Philippidos & aliorum Auctorum, quos referre longùm eſſet. Idem Archipræſul, teſte Matthæo Paris in hiſt. Angl. eſt omnium Franciæ Parium primus, & excellentiſſimus, inſcribit enim ſe Ducem, Sedis Apoſtolicæ Legatum natum, & Galliæ Belgicæ Primatem. Comitatus autem Remenſis conceſſus eſt an 940. à Ludouico IV. Rege cognomine Vltramarino, vt ſcribit Flodoardus l. 4. hiſt. c. 27. Archiepiſcopo Artaldo, ac per eum Eccleſiæ Remenſi diplomate regali cum priuilegio monetæ, iure perpetuo poſſidendus; ex quo factum eſt, vt ſucceſſores domini temporales vrbis extiterint, & Ludouicus VII. cum coronandus eſſet Philippus Auguſtus eius filius, Comitatum in Ducatum Pariatúmq; Franciæ primarium erexit 1. Nouemb. 1179. quo dignitatis titulo condecoratur primùm Guilelmus à Campaniâ Legatus, Cardinalis dictus ad Albas manus, Aleidis Reginæ frater, cum Lingonenſi, Laudunenſi, Bellouacenſi, Cathalaunenſi, & Nouiomenſi Epiſcopis; ex illo enim ſolùm tempore cepit hoc priuilegium à Lud. Rege conceſſum, à Pontificibus verò Alexandro 3. & Innocentio 3. confirmarum, vt Antiſtes Remenſis Galliæ Reges ſacraret. Primaria Eccleſia ſub patrocinio B. Mariæ, inter præcipuas Galliarum ſtructurâ inſigni fulget, cui ſexaginta quatuor Canonici officium Eccleſiaſticum illuſtri ſanè pompâ, ritúque auguſtiſſimo perſoluunt. Alexander II. Papa ad Geruaſium Archiepiſcopum ſcribens, aſſerit: Remenſem inter cæteras Occidentales Eccleſias, Deo propitio, nitore prudentiæ atque Religionis reſplendere, ac per Sedem Apoſt. magnificatam emicare. Paulus verò 3. epiſt. ad Carolum Lothar. Card. ipſam eſſe præcipuum Religionis Catholicæ in Francorum regno ſeminarium commendat. Ex omni ferè ordine Religioſas domos excipit, Franciſcanorum, Dominicanorum, Auguſtinenſium, Carmelitarum, Minimorum, Capucinorum, Collegij Soc. Ieſu, Religioſarum Carmelitarum, Monialium Congregationis S. Mariæ, & de Longaaquâ Ord. Fontebraldenſis: ſunt etiam quatuordecim parochiæ in vrbe, tres Abbatiæ virorum, duæ Monialium, Collegiatæ baſilicæ S. Symphoriani, vbi olim Sedes Cathedralis & B. Timothei; Academiam habet

L'ARCHEVESQUE DE REIMS porte, d'azur ſemé de fleurs de Lis d'or a vne Croix de gueulles.

Carolo Cardinali Lotharingo rogante per Henricum II. Francorum Regem inſtitutam. Metropoli verò Remenſi nunc ſuffragantur octo diœceſes, videlicet SVESSIONENSIS, CATALAVNENSIS, LAVDVNENSIS, SILVANECTENSIS, BELLOVACENSIS, AMBIANENSIS, NOVIODVNENSIS ET BOLONIENSIS: Exempti enim à iuriſdictione Remenſi, Cameracenſis, Tornacenſis & Atrebatenſis in dominio Regis Hiſpaniæ 4. Idus Maij 1559. nam cum bini tantùm eſſent Epiſcopatus in eâ ditione, Cameracenſis & Vltraiectenſis, qui Archiepiſcopis extraneis ſubeſſent, Cameracenſis Remenſi, Vltraiectinus Colonienſi, quemadmodum Thuan. l. 21. Hiſt. & Spond. in Annal. docent, rei color quæſitus, quòd aucto in hâc regione oppidorum & hominum numero, viſum eſt plures in iis Sedes ordinare ad inſtruendos populos; quæ vtique Epiſcopatuum nouorum inſtitutio, & antiquarum diœceſeum à Gallicâ iuriſdictione ſubſtractio, Francici nominis dedecore, & Eccleſiæ Gallicanæ auctoritatis iacturâ fuit, præcipuo impulſore ex parte Philippi II. Hiſpani Regis Cardinale Granuellano, quam etiam pleríque Cardinalis Lotharingi Remorum Archiepiſcopi præuaricationi tribuunt; quanquam eius culpam excuſet quodammodo, quod Philippus eadem Pontificis gratiâ vtens, in Colonienſis, Oſnabrugenſis, Monaſterienſis, & Paderbornenſis Epiſcopatuum partibus quæ in Philippi dominatu erant, Sedes Epiſcopales ordinari voluerit. In diœceſi autem Remenſi ſitæ ſunt Abbatiæ ſequentes:

SVFFRAGANS de l'Archeveſché de REIMS.
Soissons.
Chalons.
Laon.
Senlis.
Beauvais
Amiens
Noyon.
Boulogne.

S. REMIGII, *S. Remy de Reims*, O.B.

S. NICASII, *S. Nicaiſe de Reims*, O.B.

S. DIONYSII, *S. Denis de Reims*, O.A.

S. PETRI *feminarum in vrbe*, O.B. *S. Pierre les Nonnes de Reims.*

S. STEPHANI *in vrbe fem.* O.A. *S. Eſtienne les Nonnes de Reims.*

ALTIVILLARIS, *d'Auuilliers*, O.B.

S. BASOLI, *S. Baſle*, O.B.

DE MOSOMO, *de Mouzon*, O.B.

S. THEODORICI, *S. Thierry*, O.B.

AVENACVM *fem. Auenay*, O.B.

SPARNACI, *Eſpernay*, O.A.

BONIFONTIS, *Bonnefontaine*, O.C.

CHERIACI, *Cheery*, O.C.

ELLANTII, *Eſlan*, O.C.

IGNIACI, *Igny*, O.C.

SIGNIACI, *Signy*, O.C.

VALLISREGIS, *de la Valeroy*, O.C.

BELLÆVALLIS, *Beluval*, O.P.

SEPTEMFONTIVM, *Septfontaine*, O.P.

VALLISDEI, *la Valdieu*, O.P.

Remenſis Eccleſiæ hiſtoriam ſatis ampiè libris quatuor Flodoardus preſbyter & Canonicus deſcripſit, huius commentarios Iacobi Sirmondi curâ publicatos, notis illuſtrauit Georgius Coluenerius Regius in Academiâ Duacenſi Profeſſor & Cancellarius, cui Præſulum Catalogum adiecit; ſed huius diœceſeos & Archiepiſcoporum vberiorem hiſtoriam parat Guilelmus Marlotus magnus Prior Abbatiæ S. Nicaſij, cuius labor nondum lucem aſpexit; Porrò Antiſtitum ſeries hæc eſt noſtra, quam præcipuè confecimus ex hiſtoricis monumentis & tabulariis Eccleſiarum.

1. S. SIXTVS primus Remorum Epiſcopus mittitur à Sixto Romano Pontifice; qui martyrium paſſus eſt an. ſal. 261. vt declarat Hincmarus Remenſis cap. 16. opuſculi ad Hincmarum Laudunenſem Coëpiſcopum ſuum; hic autem à S. Petro ordinatus traditur apud Flodoardum lib. 1. c. 3. Breuiarium Remenſe, chronica S. Petri Viui Senonenſis, S. Mariani Autiſſiodorenſis; necnon Martyrologia, de quâ re iudicent alij; ſepultus fuit in Eccleſiâ ab eius nomine S. Sixti appellatâ, corpus inde elatum ad baſilicam S. Remigij. 261.

2. S. SINICIVS beati Sixti diſcipulus, Epiſcopus item Sueſſionenſis, teſte Flodoardo eodem libro.

3. AMANTIVS, poſt quem diuitinum interpontificium fuiſſe perperam nonnulli ſcribunt, at ſine dubio falluntur.

4. INBETAVSIVS Synodo Arelatenſi interfuit cum Primigenio Diacono ciuitatis ſuæ an. 314. 314.

5. APER.

6. Dyscolivs Concilio Agrip- A
346. pinenſi an. 346. adfuit, vt recenſetur in actis eius Synodi; omittitur tamen à Flodoardo & in antiquis catalogis; contra eum Coluenerius multa obijcit in ſcholiis ſuis ad lib. 1. Flodoardi; nam Dyſcolium, quem ſextum faciunt huius Cathedræ Pontificem, qui ſubſcriptus reperitur in eodem Concilio Agrippinæ, vult fuiſſe tantùm Chorepiſcopum, quinimò illum non eſſe addendum impugnat, ex teſtamento B. Remigij cap. 18. quod duobus locis indicat, non eſſe plures quàm nouem Remenſes Epiſcopos, B qui S. Nicaſium præcedant; Secundò ex epiſtolâ Ebonis ad Balduinum Ferreum Flandriæ Marchionem, inſertâ Molani catalogo Sanctorum Belgij, in qua ſignificat, Donatianum fuiſſe ſeptimum Remenſis Sedis Epiſcopum; tertiò ex Hincmari literâ, vbi Remigium vocat decimum quintum Remorum Antiſtitem: Cur verò pauca de his Epiſcopis & aliis huius prouinciæ Sanctis ſcribantur, cauſam affert „ Ebbo; eius, ait enim (Donatiani,) „ Sanctique Remigij ac innumerabi- „ lium Sanctorum vitæ ſcripta, Vanda- „ lorum vaſtatione ſcias eſſe deleta. C

7. S. Maternianvs, Materni Mediolanenſis Antiſtitis frater creditur, huius corpus à Ludouico Rege in Alemaniam tranſlatum eſt.

8. S. Donatianvs patriâ Romanus, cuius reliquiæ miſſæ in Flandriam ad Balduinum Caluum, à Carolo Caluo Brugas & ab Ebone Archiepiſcopo Remenſi, in cuius Eccleſiâ longo poſt tempore Ordo militaris Velleris aurei inſtituitur, quæque poſtea Cathedralis facta eſt: de vitâ ipſius nonnulla præfatur Molanus ad Vſuardum 14. Octob. & de ipſius tranſ- D latione ad hunc diem Laurent. Surius.

9 S. Viventivs colitur in baſilicâ de Braquis ſuprà Moſam, conditâ ab Ebone.

10. Severvs, qui commemoratur à Flodardo citato cap. quinto libri primi.

11. S. Nicasivs martyrium paſſus à Vandalis vnà cum ſorore Eutropiâ
407. & ſociis, ſub finem anni 407. quartâ Decembris, licet alij occubuiſſe referant ſub Hunnis an. 453. quâ de re legendi Coluenerius in notis ad Flodoardum lib. 1. cap. 6. & Molanus in Natalib. Belgicis, quorum verba exſcribere omiſimus. Quæ autem narrat idem Flodoardus de morte huius Epiſcopi, ea deſumpſit ex geſtis ipſorum martyrum, quæ extant etiam apud eumdem Surium tomo 7. & alios Scriptores. Abbatiam habet ſui nominis Nicaſius in vrbe, vbi olim Sanctorum Vitalis & Agricolæ Eccleſia. Ipſe verò dicitur condidiſſe baſilicam Sanctæ Mariæ, vbi conſtituit Cathedram Remenſem, quæ antea in æde Beatorum Apoſtolorum fuerat ædificata.

12. Barvc.

13. Barvcivs.

14. Barnabas.

15. Bennadivs hæredem teſtamenti ſui tabulis conſtituit Remenſem Eccleſiam, vt teſtatur Flodoard. cap. 9. lib. 1.

16. S. Remigivs Francorum Apoſtolus meritò nominandus, Principij Sueſſionenſis Epiſcopi frater, (quem Fredegarius Scholaſticus, aliique mendosè Remedium appellant) ſanctitate clariſſimus, humanis diuiniſque literis apprimè imbutus, naſcitur an. 451. iuuenis admodum, vt Hincmarus & Flodoardus affirmant, diuino ſuffragio Remenſis Eccleſiæ regimen aſſumere coactus vt fertur in eius vitâ. Hic Chlodouæum primum Francorum Regum Chriſtianum baptiſauit in vigiliâ Natalis Domini an. 496. 496.
rei geſtæ hiſtoriam ex antiquis Auctoribus diſertè & fusè Hadrianus Valeſius lib. vi. Rerum Francicarum proſecutus eſt in hunc modum: Chlodouæus ductâ vxore Chrotildi ab eâ ſæpius de amplectendâ religione Chriſtianâ monitus eſt, tandémque aliquando cum in acerrimo contra Alamannos ad Tolbiacum ſexdecim leugis ab Coloniâ prælio, vidiſſet inclinatâ ſuorum acie ad internecionem ruere, compunctus corde, Chrotildis monitorum memor, ad cœlum oculos ſuſtulit, & implorato Chriſti auxilio vouit, ſi victoriam ex hoſtibus tuliſſet, ſe Chriſtianam fidem ſuſcepturum, dimiſſo Deorum patriorum cultu, quos antea fruſtra inuocauerat; eodem inſtanti iteratâ cum Alamannis pugnâ, ingenti ſtrage fuſi fugatique ſunt, & glorioſâ potitus victoriâ, Regem ipſorum interemit; cum victore exercitu

domum reuertens, barbaris pactâ ſalute ditioni ſuæ ſubiectis, apud Remos Chrotildis viro læta occurrit, victos hoſtes gratulatur, & confeſtim dum propoſitum calebat, quod diutius procraſtinauerat, Remigium clam orat, vt Regem ad votum exoluendum, & ad baptiſmum ſuſcipiendũ hortaretur. Is Clodoueum ſecretò ad ſe vocatum monere cepit, vt vnum Deum Mundi conditorem, cuius beneficio inſperatam ex hoſtibus palmam tuliſſet, crederet, ac confiteretur: Antiſtitis conſilio non recuſauit Rex voto ſe exſoluere, ſed Francis patrij moris tenacibus materiam ſeditionis præbere metuebat. Igitur viſum eſt apud exercitum oratione habitâ hortari vniuerſos, vt euerſis idolis Dominum ac Deum, cuius virtuti victoriam Alamannicam deberent, Chriſtum venerarentur; hanc Chlodouæi orationem interrupit Francorum conſenſus, vnâ voce teſtatus, ſe Chriſtum colere paratos eſſe. Lætus tam admirabili aſſenſione Remigius, vbi Chlodouæus, ceteríque Catechumeni, quæ ad ſacra pertinebant fecere, Eccleſiam velis, aulæiſue pictis, ac cortinis ornari, Baptiſterium parari, ſpargi vnguenta, cereos accendi iubet: ac primùm omnium Chlodouæum petentem vt baptizaretur, atque in lauacrum deſcendentem his verbis hortatur: „ *mitis depone colla Sicamber; adora quod incendiſti; incende, quod adoraſti*: tum fidem interrogatus ab Remigio, & Deum vnum, trinúmque confeſſus, ter in aquam demittitur, vngitur, ſignatúrque. Hincmarus de vitâ Remigij, Aimoinus eius æqualis lib. 1. hiſtor. & Flodoardus rem admirabilem & Gregorio, Fredegario, aliíſque veteribus noſtris Hiſtoricis ignotam narrant: nimirum cum ferenti Chriſmâ Clerico, omnes ad Baptiſterium aditus turba intercluderet, columbam niue candidiorem aduolauiſſe, Ampullam roſtro ferentem, eámque in Remigij aquám conſecrantis manibus depoſuiſſe, ac ſtatim non comparuiſſe; ita Chlodouæum perunctum eſſe; cum eóque ſorores ipſius Albofledis, necnon Lantildis ex Arianâ hæreſi baptiſmum acceperunt. Quâ autem in vrbe, vel Durocortori Remorum, vel apud Turonos in Eccleſiâ S. Martini, quóue tempore ablutus Chlodouæus in peruigilio Paſchæ, aut ipſo die Nata-

A li Chriſti, inter auctores non conſtat. Fredegarius, Hincmarus, ac Frodoardus in peruigilio Paſchæ, anno decimo ſexto regni, Chlodouæum baptiſatum tradunt; decepti creduntur Hincmarus ac Frodoardus verbis Fredegarij, qui eius opinionis auctor, veteri more Eccleſiæ, quæ non aliis diebus quàm Paſchæ ac Pentecoſtes Cathechumenis baptiſmũ conferri permiſit: quippe Nicetius Treuirorum Epiſcopus in epiſtolâ ad Chlodoſoindam Reginam, Chlodouæum ſine morâ baptiſatum ait, & poſt victos hoſtes ſimulhac domum rediit, circa finem

B anni, baptiſmum ei collatum inſtante Chrotilde, non in Paſcha dilatum fuiſſe. Sed omnem dubitationẽ eximit, errorémque diſſoluit S. Auitus Viennenſis Epiſcopus, qui docet quod hactenus ignorabatur, in epiſt. 41. quâ Chlodouæo Regi, de ſuſceptâ ab eo Chriſti fide, & accepto baptiſmo gratulatur, octauo Kalendas Ianuarij in vigiliâ Natalis Domini celebratum, non in vigiliâ Paſchæ, præſentibus multis Epiſcopis; quod Hincmarus Remenſis & Fredegarius perperam ſibi & rerum noſtrarum ſcriptoribus perſuaſerat; Auiti hæc verba ſunt: *Gau-*

C *deat quidem Græcia habere ſe Principem* (Anaſtaſium Auguſtum) *legis noſtra, ſed non iam, quia tanti muneris bono ſola mereatur illuſtrari: quòd non deſit & reliquo Orbi claritas ſua. Siquidem & occiduis partibus in Rege non nouo noui iubaris lumen effulgurat, cuius ſplendorem congruè Redemptoris noſtri Natiuitas inchoauit; vt eo die ad ſalutem regenerari ex vndâ vos pareat, quo natum redemptioni ſuæ cœli Dominum Mundus accepit. Igitur qui celeber eſt Natalis Domini, ſit & veſtri, quo vos ſcilicet Chriſto, quo Chriſtus ortus eſt Mundo.* Hincmarus autem libro cita-

D to refert, Chlodouæum poſt acceptum baptiſma, omnibus Eccleſiis ablata reſtituiſſe, ac plurimas poſſeſſiones per varias prouincias Remigio contuliſſe, quarum partem, nimirum Lulliacum, caſtrum Codiciacum, & Bernamuillam Remenſis Eccleſiæ ſuæ dominiis adiunxerit; partem aliam caſtro Lauduni Clauati, vel Baſilicæ S. Mariæ ibi poſitæ contulerit, eique loco Genebaudum Epiſcopum, nepotem ſuum Remigius præpoſuerit. At verò Hormiſda Pontifex Romanus poſt prælium Vogladenſe, Remigio Remorum Epiſcopo ob præclaram meritorum excel-

lentiam, & nobiliſſimæ Sedis prærogatiuam, vices ſuas per regnum Chlodouæi in Galliâ commiſiſſe teſtatur Hincmarus, & hortatu Remigij Legatos Romam miſiſſe Chlodouæum, qui coronam ex auro & gemmis in baſilicâ Petri Principis Apoſtolorum conſecrandam curarent: integrum etiam exemplar literarum Hormiſdæ ad Remigiũ recenſet, quas aliqui non minus veras, quàm Remigij teſtamentum à Miræo Belgâ in cod. Donationum piarum. editum arbitrantur, quippe anno quarto poſt Chlodouæi obitum tantùm, ſicuti Ammianus Marcellinus in Chron. notat, Hormiſda in locum Symmachi ſubrogatus eſt. Extant porrò Remigij aliquot Epiſtolæ romo 1. Concil. vna ad Chlodouæum conſolatoria in obitu Alboſledis ſororis, altera ad eundem Regem, cum ad bellum Gothicum ſe accingeret, itémque ad tres Epiſcopos de Claudio Præſule ſacrilegij reo, & ad Falconem Epiſcopum Tungrenſem, cui tantoperè ob Canones non ſeruaros iraſcitur, quod in Moſomagenſi Eccleſiâ iuriſdictionem ſibi aduerſus Remenſis iura vſurparit. Præterea quantæ eloquentiæ & eruditionis fuerit, Sidonius Apollinaris Aruernorum Epiſcopus ſatis docet l. 9. epiſt. 7. quam hiſtoriæ ſuæ inſeruit idem Flodoardus l. 1. c. 12. vbi ab eloquio exundanti atque ineffabili prædicatur. Feciſſe verò verſus, qui tumulo magni Regis inſcripti ſunt, haud falsò forſitan recitat Aimoinus. Tandem Antiſtes celeberrimus, cui peculiariter Franciæ populi atque Regis conuerſio tributa eſt, eóque nomine Francorum Apoſtolus appellatur, ex hac vitâ ad cœlum migrauit
535. ante an. Dom. 535. ſiquidem eo ipſo Aruernenſi Concilio ſubſcriptus legitur Flauius Remorum Epiſcopus. Perperam itaque Hincmarus & Frodoardus illum ſediſſe annos 74. referunt, & perueniſſe ad annum ætatis 96. planè etenim errore decepti ſunt, qui eiuſdem Remigij obitum referunt ad
545. annum 545. ex eóque inualuit opinio, vt qui creatus ponitur Epiſcopus 471. ex allatis temporibus ſedis & ætatis, idem peruenerit ad annum 545. ſed Synodalia acta maiorem ſibi fidem vendicant, vti epiſtola anni 523. ab eo ſcripta, quâ teſtatur ſe iam annis tribus & quinquaginta Epiſcopatui ſuo præſediſſe. Vitæ Remigij acta proſecuti ſunt Greg. Turon. lib. de gloriâ Confeſſorum cap. 79. & hiſt. Franc. Aimoinus, Fredegarius, Hincmarus, qui vitam deſcripſit, relatam apud Surium tomo 1. poſt Fortunatum, Flodoardus & Coluenerius in Notis ad eundem. De illo meminere Baronius, Spondanus in Annalibus, & alij paſſim. Cæterùm Remis ſub inſigni mauſolæo tumulatus quieſcit S. Remigius, in monaſterij nominis ſui baſilicâ in quâ Reges Francorum à Remenſibus Archiepiſcopis ex priuilegio Eccleſiæ conſecrantur. Et quidem de tumulo huius ſancti, variiſque reliquiarum ſacrarum tranſlationibus legendus tractatus Gulielmi Marloti.

17. ROMANVS ſucceſſor Remigij ponitur à Flodoardo l. 2. c. 1.

18. FLAVIVS adfuit Concilio Aruernenſi, an. 535. Nouembris 8. ex quo 535.
vnà cum Baronio ceteriſque colligitur, Remigium deceſſorem non perueniſſe ad tempus illius Synodi.

19. MAPPINIVS, Aurelianenſi V. Concil. ſubſcripſit 549. vice ipſius 549.
Protadius Archidiaconus: vocatur inde ad Synodum Tullenſem anno ſequenti, cum abfuiſſet, abſentiam ſuam Nicetio Treuirorum Epiſcopo per epiſtolam excuſauit, cur non venerit, nam quia eius Conuentus cauſam ignorabat, qui fuerat celebratus propter moleſtias, quas Nicetius ab excommunicatis quibuſdam Francis patiebatur, ire ſe poſſe negauit, niſi certior à Rege Theobaldo iteraris literis factus eſſet. Huius meminit Flodoardus loco cirato, quaſdam res & mancipia Eccleſiæ ſuæ à poteſtate regiâ 572.
obtinuiſſe. Obiit Mappinius an. 572.

20. ÆGIDIVS, Gregorium Turonenſem Epiſcopum ordinauit anno 572. & in Synodo IV. Pariſienſi 573. 573.
Promotum quem in caſtro Dunenſi Epiſcopum indebitè conſtituerat, apud ſe retinere iuſſus eſt ipſe Ægidius, qui beatiſſimus & meritis Apoſtolicus frater in conſtitutione eiuſdem Concilij nuncupatur. Præcipuum autem in regno Auſtraſiæ locum auctoritatis & gratiæ conſecutus eſt iis virtutibus, quibus eum magnoperè celebrat Venantius Fortunatus; princeps enim fuit cum proceribus Gallicanis, omnium fermè legationum Childeberti ad Chilpericum Regem, quibus

illi pacem ampliſſimæque hæreditatis ſpem, Guntranni videlicet Regis, circa annum 584. confecit, pro quâ legatione Guntrannus illi infenſus, factâ pace cum Childeberto, eum hortatus eſt, vt nullarenus hunc Præſulem in arcana admitteret, qui periurij crimine eſſet contaminatus: ſed poſtea conſurationis particeps veniam à Childeberto impetrauit. Nam cum inani blandimento curam ſacrorum aulæ negotiis poſthaberet, apud Reges magnam collegit inuidiam, & cum criminis majeſtatis, Sunigiſilo, qui ad percutiendum Childebertum ſuaſu Fredegundis Reginæ in tormentis prodidiſſet, ſocium fuiſſe Epiſcopum, his aliiſque nominibus Regi ſuſpectus & exoſus Ægidius, multorum quæ contra leges, ipſamque Regum majeſtatem ab eo eſſent geſta accuſatus, tandem ad eum condemnandum conuocatæ in eam rem Synodi Metenſis an.
590. 590. iudicium Epiſcoporum ſubire coactus eſt, & longâ ægrotatione fatigatus, cum ibi in iudicio argueretur, Rexque proditorem eſſe denuntiaret, ac diligenter in omnem eius vitam ab Epiſcopis inquireretur; denique conuictus reus eorum facinorum, quorum ſe propriâ confeſſione criminiſque majeſtatis culpabilem eſſe haud negabat, ſententiâ Epiſcoporum, obtentâ vitâ, Epiſcopatus gradu deiectus, ſtatim Argentoratum in exilium relegatur, documento futurus infelici ſibi exemplo, ſed poſteris ſalutari, quam Regum aulæ ſint perniciabiles: cuius vitæ progreſſum, exitúmque Greg. Turon. fuſius enarrat lib. 6. c. 3. & 31. c. 14. 33. lib. 10. c. 19. Aimoinus lib. 3. c. 50. & 51. Hincmar. in vitâ S. Remigij vbi ſcripta dicitur à Fortunato precibus Ægidij, Flod. l. 2. c. 2. qui ait, Epiſcopatum variis prædiis & immunitatibus auxiſſe. Nec propterea Ægidij perperam factis, eorum quæ antea geſſit laudabiliter memoriam non licet oblitterare, vt cum Brouuero in notis ad Fortunatum loquamur, qui ipſum eleganti poëmate laudat, quod panegyrici loco, inſcribitur lib. 3. carmine 20. his verſibus:

Actibus egregiis venerabile culmē Ægidi,
Ex cuius meritis creuit honore gradus.
Exiit in Mundum geſtorum fama tuorum,
Et meritis propriis ſidus in orbe micas.
Clarior effulges quàm Lucifer ore ſereno,
Ille ſuis radiis, tu pietate nites.
Nil lupus inſidiis cauto ſubducit ouili,
Te paſtore ſacro peruigilante gregem.
Facundo eloquio cæleſtia dogmata fundis,
Eccleſiæ creuit te monitore domus.
Hæreſis ira cadit forti te milite Chriſti,
Acquiris Regi qui dedit arma tibi, &c.

21. Romvlfvs filius Lupi Ducis exauctorato Ægidio ſuffectus eſt teſte Greg. Tur. lib. 10. c. 19. multa patrimonia trans Ligerim & in pago Pictauenſi Eccleſiis B. Mariæ & S. Remigij donauit, villam Lautiniacū monaſterio Sanctimonialium S. Petri Remis ædificato: oratorium verò ſub patrocinio D. Germani conſtruxit, pluráque ad Epiſcopatus augmentum ordinauit, quæ recenſentur cap. 4. l. 2. Flod.

22. Sonnativs creatus ex Archidiacono, Remenſem Synodum celebrauit cui adfuêre quadraginta Galliarum Præſules an. 630. eius teſtamenti tabulas recitat Flod. cap. 5. hiſtor. quibus hærede inſtitutâ baſilicâ Sancti Remigij, in eadem ſepulturam elegit: defunctus 20. Octob. an. 637. 630. 637.

23. Levdegisillvs Attilæ Laudunenſis Epiſcopi frater, quædam cum Abbone Trecaſſino dominia permutauit, variiſque rebus Cathedram auxit, teſte Flodoardo.

24. Angleberrtvs, controuerſiam habuit cum Aruernenſi Epiſcopo; ac dicitur obiiſſe an. 651. poſt ſedem trium annorum. 651.

25. Lando vir illuſtriſſimus, & multorum poſſeſſor prædiorum, quorum nonnulla Eccleſiæ attribuit: huius legata templo B. Mariæ, & aliis baſilicis enumerat Flod. lib. 2. c. 6. deceſſit 14. Martij an. 655. tumulóque conditus eſt in Abbatiâ Beati Remigij. 655.

26. S. Nivardvs mônaſterij S. Petri Altiuillarienſis, vbi quieſcit, petente Berchario conditor: in cuius vitâ dicitur, ſanctitatis ac religionis magnitudine toto Francorum orbe famoſiſſimus; & in alterâ eiuſdem Niuardi proſapiâ nobilis & cognatus Childerici Regis: quaſdam res cum Attilâ Laudunenſi commutaſſe reperitur, ac cœnobio B. Baſoli Eccleſiam de Viriſiaco vbi humatus teſte Flod. lib. 2. cap. 7. & 19. migrauit ad Dominum an. 661. Vitam Niuardi ſcripſiſſe Almannum Altiuillarienſem tradunt Sige- 661.

bertus c. 99. de ſcriptoribus Eccleſia-
ſticis & Trithemius.

27. S. Reolvs Abbas de Alto-
uillari, rectius quàm Regulus dictus,
ante adeptum Pontificatum coniugem
habuit neptem B. Niuardi, cuius con-
ſanguinei & nepotes, in Palatio no-
biliſſimi Comites, diſpoſitioni pluri-
marum rerum mancipati, & Maiores
aulæ Regiæ appellantur in vitâ præfati
Niuardi. Plures villas in Epiſcopatu
ſuo acquiſiuit, de quibus agitur cap.
10. l. 2. hiſt. Remenſis. Interfuit por-
662. rò dedicationi Elnonenſis Abbatiæ
circa an 662. ſubſcriptus etiam teſta-
688. mento B. Amandi; ad meliorem vitam
tranſlatus die 25. Nouemb. anno 688.
ſepelitur in cœnobio Orbacenſi,
quod Regis beneficio conſtruxerat,
religioſis è monaſterio Reſbacenſi ad-
uocatis: de Reolo conſule Fredegarij
chronicon.

28. S. Rigobertvs illuſtri fa-
miliâ in regione Ribuariorum natus
patre Conſtantino, matre Francorum
gentis indigenâ; hunc ſucceſſiſſe Reo-
lo magnarum virtutum viro, & ipſi ſan-
guine propinquo eiuſdem Sancti vita
tradit; Res autem Epiſcopatus auxit
valdè, prædia & villas quamplurimas
comparauit, inſuper à Regibus Fran-
corum immunitatibus ac priuilegiis
ornatus, canonicam demum diſcipli-
nam Clericis reſtituit. Pipino Maiori
Domus amiciſſimus, ortâ ſimultate in-
ter Chilpericum & Carolum Martel-
lum, quòd vrbis aditum denegaſſet,
ab eodem Martello ſummâ rerum po-
tiente, quem de ſacro fonte baptiſmi
ſuſcepiſſe fertur, odio iniuſtè agitatus
ab Epiſcopatu ejicitur; quemadmodum
recitat Flodoardus, & cuidam Miloni
ſolâ tonſurâ Clerico Epiſcopatum de-
dit, qui ſecum ad bellum proceſſerat.
Igitur exul in Vaſconiam ſeceſſit, poſt
hæc regreſſus ad ſuam diœceſim tran-
ſactis in Pontificatu annis circiter vn-
decim vitâ functus eſt pridie Non. Ia-
733. nuarij an. 733. Deponitur in Eccleſiâ
S. Petri Germiacæ cortis, miraculis
clarus; poſtmodum ab Hincmaro tu-
mulatur in Abbatiâ S. Theodorici, in-
déque Remos ad B. Dionyſij baſili-
cam traductus, cuius vita extat apud
Surium tomo 1.

29. S. Abel patriâ Scotus, Cho-
repiſcopus tantùm malè ab aliquibus
iactatur: nam & Pontifex ordinatus eſt

A canone 3. Concilij Sueſſionenſis an.
744. curante Bonifacio Moguntino & 744.
à Zachariâ Papâ epiſtolâ 4. Metropo-
litani pallio cohoneſtatus, cum Gri-
mone Rotomagenſi, & Artberto Se-
nonenſi Archiepiſcopis; id fermè etiam
docet epiſtola Hadriani ad Tilpinum
quam retulimus; ex quâ colligitur, et-
ſi Remenſis Pontifex creatus fuiſſet,
tamen in eâ ciuitate munus Epiſcopale
obire non potuiſſe Milone intruſo; id-
circo Lobium celebre monaſterium
Belgij in Hannonibus venit, vbi ſan-
ctè viuendo & prædicando, ad æter-
B nam vitam euolauit: ſacra pignora
Abelis ſeruant Canonici Lobienſes,
teſte chronico huius Abbatiæ, no-
ménque Eccleſiaſticis faſtis Martyro-
logij Vſuardi, adiecit Molanus die 5.
Auguſti, & in Natalibus Sanctorum
Belgij: Coluenerius autem in ſcholiis
ad lib. 2. Flodoardi.

30. Tilpinvs monachus Sancti
Dionyſij Carolo Magno Imp. poſtu-
lante ab Hadriano Papâ fit Archie-
piſcopus Remenſis; intereſt cum duo-
decim Epiſcopis Galliæ Concilio Ro-
mano apud baſilicam S. Saluatoris La-
teranenſis celebrato an. 769. vt Ana- 769.
C ſtaſius in Stephani III. Papæ vitâ re-
fert, quorum nomina in eiuſdem co-
dicibus exciderant, ſed ex ſchedis
Panuinianis deſignantur. Pallio Ar-
chiepiſcopali decoratur ab Hadriano
Pont. an. 773. eique confirmat nouo 773.
priuilegio antiqua iura Eccleſiæ Re-
menſis, quodè Flodoardi hiſt. l. 2. c. 17.
ita exſcribitur:

Hadrianvs *Epiſcopus ſeruus ſer-
uorum Dei Reuerendiſſimo & Sanctiſſimo
Confratri noſtro* Tilpino Eccle-
siæ Remensis Archiepisco-
po. *Quia ad petitionem ſpiritalis fily
noſtri & glorioſi Regis Francorum Caroli,
D prabente tibi bonum teſtimonium de ſan-
ctitate & doctrinâ Fulrado amabiliſſimo
Abbate, Francia Archipresbytero, pal-
lium ſecundum conſuetudinem tibi tranſ-
miſiſſe nos, cum priuilegio vt Metropolis
Eccleſia Remenſis in ſuo ſtatu maneret, be-
nè memoramus. Tua verò fraternitas nobis
retulit, quia faciente diſcordiâ inter Fran-
cos, Archiepiſcopus Remenſis, nomine Ri-
gobertus, à ſede contra Canones deiectus
& expulſus fuit ſine vllo crimine, & ſine
vllo Apoſtolica ſedis conſenſu vel interro-
gatione; ſed ſolummodo quòd anteà non
conſenſit in parte illius, qui poſtea partem*

A illam de regno in ſuâ poteſtate accepit, in quâ parte Remenſis ciuitas eſt: & donatus, atque magis vſurpatus, contra Deum & eius auctoritatem, fuit ille Epiſcopatus, ſimul cum alio Epiſcopatu, & aliis Eccleſiis, à ſæcularibus poteſtatibus, Miloni cuidam ſolâ tonſurâ Clerico, nihil ſapienti de ordine Eccleſiaſtico; & alij Epiſcopatus de ipsâ diœceſi Remenſi diuerſo modo eſſent diuiſi, & aliqui ex magnâ parte ſine Epiſcopis conſiſtentes, & ad alios Metropolitanos Epiſcopi & Clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia indebita habebant, & à ſuis Epiſcopis iudicari, & diſtringi non ſuſtinebant; & Clerici, & Sacerdotes, B & Monachi, & Sanctimoniales, ſine lege Eccleſiaſticâ pro voluntate & licentiâ viuebant. Deinde ſanctæ memoriæ Bonifacius Archiepiſcopus, & legatus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & præfatus amabiliſſimus Fulradus Franciæ Archipræsbyter, tempore anteceſſorum noſtrorum Zachariæ, & Stephani ſucceſſoris illius, multum laborauerunt, vt bonæ memoriæ predeceſſor noſter domnus Zacharias pallium Archiepiſcopo Remenſi, Abel nomine, per deprecationem ſupraſcripti Bonifacij tranſmitteret. Qui ab illo conſtitutus fuit, ſed ibi permanere permiſſus non fuit; ſed magis C contra Deum eiectus eſt, & Remenſis Eccleſia per multa tempora, & per multos annos, ſine Epiſcopo fuit, & res Eccleſiæ de illo Epiſcopatu ſunt ablata, & per laicos diuiſæ ſunt, ſicut & de aliis Epiſcopatibus, maximè autem de Remenſi Metropolitanâ ciuitate, & tua fraternitas iam ex magnâ parte res ipſas apud glorioſum filium noſtrum Carolum, & ante ad Carolomannum glorioſiſſimum fratrem eius, impetratas habes, & ordinem ex aliquâ parte, & in Epiſcopis, & in aliis, ſecundum Canonicam & ſanctæ ſedis Romanæ auctoritatem directum habes. Propterea petiſti à nobis tibi & Eccleſiæ tuæ fieri priuilegium D & auctoritate B. Petri Principis Apoſtolorum, & ſanctæ ſedis Romanæ, ac noſtrâ, vt quod perfectum non habes, per noſtram auctoritatem poſſis, auxiliante Deo à B. Petro Apoſtolo, ad perfectionem perducere. Pro quo & nos ardenti animo, & diuino iuuamine, Apoſtolicâque fulti auctoritate, non ſolùm vetera ſecundum ſacros canones, & Apoſtolicæ huius ſanctæ ſedis decreta ſtatuimus, ſed & noua tibi pro tuo bono ſtudio concedimus; atque auctoritate B. Petri principis Apoſtolorum, cui data eſt à Deo & Saluatore noſtro Iesv Chriſto ligandi ſoluendíque poteſtas, peccata hominum in cælo & in terrâ, confirmamus atque ſolidamus. Remenſem Eccleſiam, ſicut & antiquitùs fuit, Metropolim permanſuram, & primam ſuæ diœceſeos ſedem eſſe, & te, qui in eadem ſede operante Deo ordinatus es, primatem ipſius diœceſis eſſe, cum omnibus ciuitatibus, quæ ab antiquo tempore Remenſi Metropoli Eccleſiæ ſubiecta fuerunt, atque etiam perpetuis temporibus tibi, & ſucceſſoribus tuis ſit confirmatum, & hoc interdicentes vt nullus audeat, iuxta ſanctorum canonum traditionem, ex alio Epiſcopatu ibidem tranſlatare, aut conſtituere Epiſcopum poſt tuam de hoc ſæculo euocationem. Neque aliquis tuas parochias, aut Eccleſias, aut ciuitates ſubtrahere, neque diœceſim Remenſem vllo vnquam tempore diuidere: ſed integra maneat, ſicut antiquitùs fuit, & ſacri Canones, & prædeceſſorum noſtrorum firmauit & noſtra firmat auctoritatus, & te, aut futuris temporibus Remenſem Epiſcopum, & primatem illius diœceſis, non præſumat neque valeat vnquam aliquis de Epiſcopatu dejicere ſine canonico iudicio, & neque vllo iudicio ſine conſenſu Romani Pontificis, ſi ad hanc ſanctam ſedem Romanam, quæ caput eſſe dignoſcitur orbis terræ, appellauerit in ipſo iudicio. Sed in ſolâ ſubiectione Romani Pontificis permanens, diœceſim & parochiam Remenſem, adiuuante Domino, & noſtrâ atque B. Petri fultus in iſtâ ſanctâ ſede auctoritate, ſecundum ſanctos canones, & huius ſanctæ ſedis præceptiones, tibi ſubiectas ita certes & ſtudeas gubernare, vt illam deſiderabilem vocem Domini noſtri Iesv Chriſti valeas cum electis eius audire: Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Et quod ad noſtram notitiam perduxiſti, quia ad alios Epiſcopos de ipsâ diœceſi Remenſi quidam accipiebant ordinationes, & habebant indebita refugia, & hoc per omnia prohibemus: ſed ſicut ſacra decet auctoritas, & in Synodis comprouincialibus conuocandis & faciendis, & in ordinationibus, ac diiudicationibus, Remenſis Eccleſia & Archiepiſcopus qui in eâ conſtitutus fuerit, talem habeat auctoritatem, ſicut ſacri canones, & huius ſanctæ Eccleſiæ conſtitutiones docent. Et nullus per vllum vnquam tempus tibi, vel Remenſi Eccleſiæ, de rebus ad illam debitè pertinentibus diuiſionem, vel violentiam, ſicut antea factum fuit, facere præſumat. Nam ſi quod non credimus, ſi quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentauerit, niſi ſe citò, & maximè poſt commonitionem correxerit, ſciat ſe

æterno Dei iudicio anathematis vinculo eſſe A *innodatum, ſi quis verò Apoſtolica ſeruauerit præcepta, & normam rectè, & orthodoxæ fidei fuerit aſſecutus, benedictionis gratiam conſequatur. Hæc à nobis definita per huius noſtræ confirmationis paginam in tuâ Eccleſiâ perpetuis temporibus pro ſui confirmatione conſeruanda eſſe mandamus. Iniungimus etiam fraternitati tuæ, vt quia de ordinatione Epiſcopi, nomine Lulli, ſancta Moguntina Eccleſia ad nos quadam peruenerunt, aſſumptis tecum Viomago & Poſſeſſore Epiſcopis, & miſſis glorioſi ac ſpiritalis filij noſtri Caroli Francorum Regis, diligenter inquiras omnia de* B *illius ordinatione, & fidem ac doctrinam illius, atque conuerſationem, & mores ac vitam inueſtiges: vt ſi aptus fuerit & dignus ad Epiſcopalem cathedram gubernandam, expoſitam, & conſcriptam, & manu ſuâ propriâ ſubſcriptam, Catholicam & orthodoxam fidem per miſſos ſuos cum literis ac teſtimonio tuo, ſeu aliorum Epiſcoporum, quos tecum eſſe mandauimus, ad nos dirigat, vt pallium illi ſecundum conſuetudinem tranſmittamus, & ordinationem illius firmam iudicemus, & in eâdem ſanctâ Eccleſiâ Moguntinâ Archiepiſcopum conſtitutum eſſe faciamus. Benè vale.*

Ad eumdem Archiepiſcopum quem C Turpinum ſimiliter antiqua exemplaria vocant, plures habentur ſcriptæ epiſtolæ, nimirum Stephani, & Hadriani Pont. Max. fertur ille monachos in cœnobio S. Remigij cœnobiticâ vitâ informandos inſtituiſſe, & varia priuilegia à Principibus impetraſſe de quibus Flodoardus agit. l. 2. c. 17. fato functus anno Epiſcopatus 47. 3. Non.
789. Septembris 789. in Annalibus Berrinianis vbi notatur eius depoſitio. Verſus autem qui referuntur à Flodoardo, tumulo eius in æde S. Remigij appoſitos compoſuit Hincmarus:

Hac requieſcit humo TILPINVS *Præſul* D *honoris,*
Viuere cui Chriſtus vita & obire fuit.
Hunc REMI *populo Martyr Dionyſius almus,*
Paſtorem vigilem miſit, & eſſe patrem.
Quē paſcens quadragenis aſt amplius annis,
Veſte ſenectutis deſpoliatus abit.
Quartus cùm Nonas menſis September haberet,
Mortua quando fuit mors, ſibi vita manet.
Et quoniam locus atque gradus hos iunxerat, Hincmar
Huic fecit tumulum, compoſuit titulum.

Eidē Turpino adſcribitur vulgò etiam à Trithemio Abbate aliiſque Hiſtoria fabuloſa libri de geſtis Caroli Magni, fœtus hominis imperiti, inquit Ioan. Gerardus Voſſius lib. 2. de hiſt. Latinis c. 32. qui non vitam, ſed fabulas contexuit, vt cenſent rectè Hotomannus, Francogalliæ ſuæ cap. 5. & Papirius Maſſonus, in ſuis Galliæ Annalib. Sanè Hincmarus, Lupus, Flodoardus, vel tot alij eius ac ſequentis æui ſcriptores, illarum vllus nugarum mentionem facit.

31. VVLFARIVS, aliàs VVOLFARIVS, poſt deceſſum Tilpini ad Remenſem Eccleſiam euectus; ante Pontificatum Miſſi Dominici munere fungitur in territorio totius Campaniæ; quem Flodoardus virum illuſtrem & ante ordinationem ſuam res & mancipia nonnulla Eccleſiæ ſuæ acquiſiuiſſe obſeruat. Idem teſtamento Caroli Magni ſubſcriptus reperitur an. 811. 811.
ac Synodum Remenſem II. celebraſſe an. 813. in quâ Metropolitanæ ſanctæ Sedis Archiepiſcopus appellatur, & alteram in Eccleſiâ Nouiomenſi 814. 814.
pro causâ Sueſſionenſis & Nouiomenſis Epiſcoporum. Multa Vulfarius in Orbacenſis cœnobij vſus erogauit, vti legere licet apud Flodoardum. Exceſſit è viuis die 5. Iunij, in æde Metropolitanâ ſepultus.

32. EBO natione Germanus Tranſthenenſis, Himiltrudis filius, humili originalium ſeruorum ſtirpe procreatus, Thegano Chorepiſcopo, vel vt ſcribit Carolus Caluus Rex epiſt. ad Nicolaum Papam de eius natalibus loquens, Regij fiſci familiâ oriundum tradit. Is autem Ludouico Pio Imp. carus, & in puerili ætate collactaneus ac condiſcipulus, ad Danos comite Halitgario Cameracenſi profectus; verbum Domini prædicauit auctoritate Paſchalis Papæ, vti & Normanicæ genti, quod recitant Annales Francorum Fuldenſes, ad an. 822. quo Re- 822.
menſem cathedram iam adeptus, eam variis donis exornauit, & pro reſtauratione baſilicæ S. Virginis plura immunitatum priuilegia impetrauit, cum ſub idem tempus Concilio Theodoniſuillæ adfuiſſet, ex Burchardo lib. 6. c. 5. Verùm palatinis negotiis poſtea occupatus, Miſſi Dominici legatione fungitur 823. & Conuentui Epiſcopo- 823.
rum Pariſiis intereſt 829. vt habent

capitularia. Porrò in diſſidiis quæ in- A
ter Ludouicum & eius filium accide-
runt, Lothario impensè fauit, auctor
enim & incentor conſpirationis fuit,
aduerſus Ludouicum Aug. qui eius
conſilio falsò inſimulatus, iniuſtè ab
Imperiali ſede depoſitus fuit à filio;
pro quo facinore futuris ſæclis dete-
ſtando mulctatus, reſtituto Imp. Fran-
corum, illius offenſionem incurrit, vt
fuſius commemoratur in narratione
Clericorum Remenſium: nam eo tem-
pore in monaſterio S. Baſoli Remenſis
degens Ebo, claudus vtróque pede,
& nimiâ ægritudine afflictus, veritus
cum Lothario egredi, nec animum B
Imperatoris aduerſus ſe exacerbatum
lenire poſſe, per Matronam naui Pa-
tiſios deductus, ad cellam recluſi,
ratus tutò manere poſſe quoúſque
Ludouicum placare potuiſſet, aut re-
ceptâ ſanitate ad Lotharium profi-
ciſci valeret. Sed de eius fugâ cer-
tior redditus Imperator, captus Ebo
ſub cuſtodiâ Fuldam monaſterium S.
Bonifacij deducitur, ac inde poſt bien-
nium abductus Theodonis villam an-
te Synodum Epiſcoporum in palatio
regio proximis ante quadrageſimam
835. diebus celebratam ſiſtitur an. 835. vbi C
Lotharianæ coniurationis reus accu-
ſatur ab Imp. quod falſis ab eo crimi-
nibus impetitus, imperij ſolio depoſi-
tus, atque Eccleſiæ aditu excluſus fuiſ-
ſet; poſtulauerat autem vt ſibi abſente
Imp. cauſam in Synodo agere liceret;
quod cum obtinuiſſet, tamen Epiſco-
porum quos aduocarat ſuaſu libellum
Concilio in abdicationem ſui ſpontè
obtulit, ſub hac formulâ: EGO EBO
*indignus Epiſcopus recognoſcens fragilita-
tem meam, & pondera peccatorum meorum,
teſtes confeſſores meos, Aiulfum videlicet
Archiepiſcopum & Badaradum Epiſcopum,
necnon & Modoinum Epiſcopum, conſtitui* D
*mihi iudices delictorum meorum: & puram
ipſis confeſſionem dedi, quærens remedium
pœnitendi, & ſalutem animæ meæ, vt rece-
derem ab officio & miniſterio Pontificali,
quo me recognoſco eſſe indignum; & alie-
num me reddens pro reatibus meis, in qui-
bus peccaſſe ſecretò ipſis confeſſus ſum. Eo
ſcilicet modo, vt ipſi ſint teſtes alio ſucce-
dendi & conſecrandi ſubrogandíque in loco
meo, qui dignè præeſſe & prodeſſe poſſit Ec-
cleſiæ, cui hactenus indignus præfui. Et
vt inde vltrà nullam repetitionem, aut in-
terpellationem auctoritate canonicâ facere
valeam, manu propriâ ſubſcribens firmaui.*

A EBO *quondam Epiſcopus ſubſcripſi.* Quo
lecto, & Epiſcoporum quibus confeſ-
ſus fuerat, aliorúmque denuntiatione
auditâ, omnium ſententiis à pontifica-
li miniſterio ceſſare iuſſus eſt: ſicque
Synodus Dominicâ ineuntis quadra-
geſimæ dimiſſa fuit; at verò arctæ cu-
ſtodiæ in eodem monaſterio S. Bonifa-
cij Ebo mancipatur, ac Freculfo Lu-
xouienſi Epiſcopo traditus, quanquam
alij velint, poſt depoſitionem, in Ciſ-
alpinis regionibus latuiſſe vſque ad
obitum Ludouici. Rem multis com-
memorant Flodoardus l. 2. c. 20. &
vitæ Ludouici auctor; ſed iudicij E-
B bonis ac Synodi ſeriem cum ſubſcri-
ptionibus quadraginta trium Epiſco-
porum qui Ebonem damnârunt, om-
nium vberrimè recitat Hincmarus in
poſteriori opere aduerſus Gotheſcal-
cum, cap. 36. Mortuo deinde Ludo-
uico an. 840. ad Lotharium Worma- 840.
tiam venit, qui mox ſedem ſuam Edi-
cto illi reſtituit, cui ſubſcripſere vigin-
ti Epiſcopi; exemplar autem apud Flo-
doardum loco citato huiuſmodi eſt:
« IN NOMINE Domini Ieſu. Lotha-
« rius diuinâ ordinante prouidentiâ Im-
« perator Auguſtus. Quia confeſſio
C « delictorum, &c. Poteſtatem ergo
« quam pro causâ noſtrâ raptus perdi-
« diſti, repetentibus Eccleſiæ tuæ filiis,
« præſentibus quoque adſtantibus ac de-
« cernentibus Præſulibus, ſedem ac
« diœceſim REMENSIS vrbis tibi, EBO,
« reſtituimus: vt priſtino ſanctæ largi-
« tatis Apoſtolicæ Pallio indutus, con-
« cordiam atque gratiam diuini officij
« nobiſcum, humili ſatisfactione exple-
« tâ, ſolemni noſtrâ à largitate recipien-
« do exerceas. Drogo Epiſcopus aſſenſi,
« Orgarius Archiepiſcopus, Hecti, Ama-
« luuinus, Audax Archiep. Ioſeph, Ada-
« lulfus, Dauid, Rodingus Epiſcopi, &c.
D « Actum in Engilenheim palatio publi-
« co, in menſe Iunio 8. Cal. Iulij, re-
« gnante & Imperante Lothario Cæſa-
« re, anno reuerſionis eius 1. ſucceſſor
« factus patris in Franciâ indict. III.
Hoc edicto munitus Ebo Remos re-
diit an. 841. ab Epiſcopis, Clericis ex 841.
totâ diœceſi, & innumerâ multitudine
populi huc confluentis ſummâ accla-
matione ſuſceptus, ita enim teſtatur
« narratio Clericorum Remenſium: Re-
« miſſus eſt à dicto Imp. Lothario, ſeu
« à præfato Concilio ad ſedem pro-
« priam Remenſem. Ad quam veniens
« VIII. Idus Decembris, receptus eſt ab

» Epiſcopis Suffraganeis ſuis, Rothado, A
» Simeone, Lupo, vnà cum Legatis om-
» nium aliorum Epiſcoporum Remenſis
» diœceſeos, qui variis detenti infirmi-
» tatibus illuc corporali præſentiâ ad-
» uenire non valentes, ſuam tamen per
» Eccleſiaſticos Legatos, & excuſatorias
» literas, illi exhibuerunt præſentiam.
» Inſuper etiam à Canonicis & mona-
» chis, atque corregionalibus presbyte-
» ris totius diœceſis, atque infinitâ mul-
» titudine vtriúſque ſexus. Qui omnes
» cum ramis palmarum, & cereis arden-
» tibus, laudéſque Deo intimis cordi-
» bus, & excelſiſſimis vocibus procla-
» mantes, longè ei ab Eccleſiâ obuiaue- B
» runt, & vſque ad Eccleſiam indeſinen-
» ter pſallentes eum perduxerunt. Tunc
» oratione completâ ſilentióque impo-
» ſito, aſcendit Rothadus Epiſcopus am-
» bonem. Et primò allocutus eſt gau-
» dente plebe de deſiderabili reuerſione
» proprij Paſtoris, & qualiter reſtitutus
» à ſancto Concilio, ſeu ab Imp. Lotha-
» rio, eis remittebatur: & iuſſit Ingober-
» tum monachum eius reſtitutionem le-
» gere. Dederunt etiam, præſente om-
» ni Eccleſiâ, legati Epiſcoporum vnuſ-
» quiſque aſſenſum proprij ſui Epiſcopi
» & plebis ſcriptum, qui omnes ab Ingo-
» berto monacho publicè relecti ſunt. C
» His ita peractis, iterum reboantibus
» ſignis, & vociferante omni Eccleſiâ
» Te Deum laudamus, ductus eſt Ebo
» Epiſcopus in veſtiarium, & indutus
» Epiſcopalibus veſtimentis. Similiter
» etiam alij Epiſcopi, & proceſſerunt
» cum eo ad celebrationem Miſſæ.
» Nam Rothadus Epiſcopus dextrâ ma-
» nu eum ſuſtentans, habuit ſuæ partis
» Lupum Cathalaunenſis Eccleſiæ Epiſ-
» copum, & Hirminfredum presbyte-
» rum, poſtea Beluacenſis Eccleſiæ Epiſ-
» copum: ſiniſtrâ autem manu ſuſten-
» tans eum Simeon Epiſcopus, ſimiliter D
» ſuæ partis habuit Erpuinum Epiſco-
» pum, & Vitaum Cameracenſis Eccle-
» ſiæ Chorepiſcopum. Et ſic ad ſanctum
» altare cum eo procedentes ad pro-
» priam ſedem eum deduxerunt, atque
» cum eo conſedentes in omni Pontifi-
» cali officio ipsâ die ei communicaue-
» runt. Igitur reſtitutus Ebo, quo tem-
pore Carolus à Lothario pulſus vltra
Sequanam profugerat, Clericos ibi
aliquot, in Remenſi Eccleſiâ ordina-
uit, de quibus magna poſtea fuit con-
trouerſia, nam & Hincmarus ſedem il-
lam adeptus, pro Clericis habendos non admiſit, vtpote creatos malè ab eo qui legitimè poſt abdicationem reſtitutus non eſſet, quam quidem hiſtoriam Clericorum, pluráque de Ebonis vitâ exponit Carolus Caluus epiſt. ad Nicolaum Papam, quam ſubjicere dignam duximus, quamquam prolixior ex codice S. Mariæ Laudunenſis relatâ ſit tom. 3. Concil.

Domino *& Reuerentiſſimo Patri Nicolao, Catholicæ & Apoſtolicæ Sedis Summo Pontifici & vniuerſali Papæ, Karolus gratiâ Dei Rex, & ſpiritalis filius veſter. Quamuis omnium Deo miniſtrantium Sacerdotum ſint expoſcenda ſuffragia, & veneranda faſtigia, congruum decentiſſimúmque, pater ſanctiſſime, Antiſtitúmque excellentiſſime, noſtra comperit liberalitas, veſtræ præ ceteris reuerentiæ Pontificatus regia colla ſubmittere, veſtríſque ſaluberrimis monitis aurem cordis ad obtemperandum humillimâ deuotione ſubdere. Quippe quem luce clariùs cernimus, Eccleſiæ inter mundi turbulentam voraginem fluctuantem ſolidiſſimam ancoram conſtitutum, paxillúmque immobilem, in quo ſarcinam dependere noſtrorum valeamus peccaminum, Dei gratiſſimâ clementiâ credimus attributum. Tanto námque erga beneuolentiam pietatis veſtræ noſtra feruentiùs ardeſcit humanitas, quanto vos perſpicimus vnicum ad defenſionem crudelium belluarum Eccleſiam Chriſti infeſtiſſimè lacerare volentium extitiſſe. Igitur quoniam ſanctitatis veſtra literis Epiſcopis regni noſtri mandaſtis, vt de causâ Ebonis vobis ſcriberent quicquid ſecundum veritatem comperire poſſent: nobis verò non literis, ſed per ſeruum veſtrum Anſigiſum monachum, quando hoc anno infirmato Egilone Archiepiſcopo ſecundò Romam ad veſtram paternitatem rediit, mandaſtis vt vobis veritatem rei ſcriberemus, & ſcripto noſtro ſignaremus. Vt verò veſtræ ſanctæ paternitati in omnibus pareamus, quæ de ipſo vidimus & ſcimus, fideliter vobis ſignificamus, nam nullus Epiſcoporum iam ſupereſt, preter Rothadum, qui tunc ipſius cauſæ interfuerit. Ac ne quid preterire patiamur intactum, primò de natalibus ipſius cenſuimus exequendum. Ipſe igitur* Ebo *regij fiſci familiâ oriund; progreſſus, regiâ pietate pij ac glorioſi aui noſtri Karoli ſuſceptus, palatinis negotiis non mediocriter adnutritus, libertate donatus, ob nobilitatem vehementis ingenij, in ſacris ordinibus gradatim promotus, genitori noſtro Hludouico piiſſimo Auguſto Aquitanicum regnum regenti, ab eodem glorioſo eſt ad ſeruiendum deputa-*

tùs. Quem ipſe ſeruitio ſtrenuum, ingenióque agilem comperiens, non poſt multum temporis Bibliothecarium conſtituit. Poſt obitum verò diuæ recordationis aui noſtri Karoli excellentiſſimi Imperatoris, genitor noſter Hludouicus piiſſimus Auguſtus, Deo donante, paternum adeptus imperium, Remorũ venit ad vrbem, vbi prædeceſſor veſter ſanctæ memoriæ Stephanus ſummus Pontifex ei obuiam venit, atque in imperij honorem cum Deo inſpirante conſecrauit. Eo tempore Vulfarius præfatæ vrbis venerabilis Archiepiſcopus validâ vexabatur infirmitate, quâ & mortuus eſt. Eo autem defuncto, & ab Imperatore, ſecundum ſacrorum canonum inſtitutionem, plebi electione conceſſâ, contigit eos quendam virum, Giſlemarum nomine, ad Pontificatus honorem elegiſſe. Qui dum ante Epiſcopos diſcutiendus adſediſſet, oblatus eſt ei textus Euangelicus. Cum autem ipſum aliquatenus legere, nihil tamen intelligere omnes pariter cognouiſſent, reprobatus ac velut inſipiens ab omnibus eſt deiectus. Tunc verò domino Imperatori viſum eſt, vt præfatus Ebo pro ſcientia capacitate, meritorúmque reuerentiâ, ad iam dictum promoueretur Epiſcopatum. Quod cum plebi atque omnibus ſanè ſapientibus eſſet relatum, placere ſibi omnes vnanimiter adfirmauère: ac ſic ſecundum canonicam inſtitutionem eſt Archiepiſcopus ordinatus. Primâ vero vice, quando inſtigante diabolo Francorum populus Imperatorem ſibi à Deo ordinatum, & ab Apoſtolicâ ſede coronatum, ſuo ſunt moliti propellere Imperio, ipſe Ebo in ipſius fidelitate immobilis perſtitit, & vt rectum erat, vſque ad recuperationem perſeuerauit. Secunda verò cum hortatu & molimine Hlotarij fratris noſtri omnis populus à pia recordationis genitore noſtro receſſit, & eum, vxore ipſius in Italiam, Tardonem ſcilicet ciuitatem, abductâ, cuſtodiâ mancipauere, nos quoque, non adhuc decennem quaſi multorum criminum obnoxium, pari cuſtodiâ Prumiâ monaſterio mancipandum delegauere. Abducto autem Imperatore à Hlothario Sueſſionis monaſterium S. Medardi, ipſe Ebo, cum aliis penè omnibus Epiſcopis, quibuſdam volentibus, quibuſdam inuitis, tam dictum Imperatorem nec confeſſum, nec ab aliquo conuictum vxore & filio & omnibus fidelibus, dignitate priuatum, ab Eccleſiæ communione remouerant. Tandem verò clementiâ miſerantis Dei, humilitatem Pij Imperatoris reſpiciens, tetigit corda quorum voluit, & vt eum cuſtodiâ educerent, & imperio reſtituerent, ſuâ inſpirauit miſericordiâ. Quem in Monaſterio beatiſſimo-

A rum martyrum Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij à cuſtodia reducentes, Archiepiſcopi & Epiſcopi, vt dignum erat, ſe in eum humiliter deliquiſſe confitentes, veniam ab ipſo ſuppliciter poſtulauerant, Hlothariũm verò ab imperiali poteſtate ſecedere hortati ſunt. Vnde ipſe & qui cum eo erant, ab illo in alias partes receſſerunt. His Ebo compertis, dum Remis moraretur territus Pariſiacam fugit ad vrbem ad quemdam recluſum; vt ſaltem cum eo deliteſcens; Imperatoris iram euaderet: Imperator namque hoc audiens, quia non longè erat, ſtrenuos, & fideles nuntios dirigens eum comprehendi & B cuſtodia mancipari iuſſit. Eccleſiam verò Remenſem Folconi venerabili Abbati commendauit. Inde Metis ciuitatem eſt ductus, vbi in Eccleſia S. Stephani ambonem coram omnibus conſcendens, profeſſus eſt, non æquum in glorioſum Imperatorem domnum ſuum intuliſſe iudicium. Ibi etiam idem piiſſimus Imperator ab omnibus Epiſcopis; Clero & populo, eſt honorabiliter coronatus; & priſtino reſtitutus imperio. Hinc iterum placito generali conuocato, præfatum Ebonem ſibi iuſſit exhiberi, & eum pro inlatâ iniuriarum contumeliâ, ac nonnullis Epiſcopis præſentibus, Epiſcopi ſiquidem Imperatori ſatisfacere, & Pontificalem reuerentiam C ſeruare cupientes, obtinuerunt apud eumdem Imperatorem, vt non coram Laicis, ſed in ſacrario ipſius Ebonis cauſa diſponeretur. Ebo autem omni temporali priuatus ſubſidio, omníque humano deſtitutus ſolatio, ſemper conſulens, accerſito quodam recluſo, nomine Framegando, miſit per eum genitrici noſtræ, Iudith glorioſa Imperatrici anulum, quem ab ea quondam acceperat, quem etiam, quotieſcumque aliquo tangebatur incommodo mittere ſolebat, & vt ſui miſereretur flebiliter perorauit. Eundem verò anulum genitrix noſtra in ipſo noſtræ natiuitatis articulo, quia Archiepiſcopus erat, pro ſua religione & ſanctitate, vt noſtri iugiter in D ſuis orationibus memor eſſet ei miſerat. Tunc ipſa horum reminiſcens, eiúſque lacrymabilia ſuſpiria agnoſcens, pio juſſu apud Epiſcopos, qui illuc conuenerant, obtinere curauit, quatenus & Imperatoris animum ſatisfaciendo lenirent, & leges diuinas tranſgrediendo non violarent, ne fortè vindictam ſeueritatis exercentes in eum qui in eos deliquerat, non viderentur dignam Deo reddere viciſſitudinem, qui eos à tanto periculo miſericorditer liberauerat. Statuerat enim animo, vt pro reuerentiâ tanti miniſterij nullatenus in depoſitionem cuiuſquam Epiſcopi præberet aſſenſum. Et ob hoc apud Pium Imperatorem obtinuit, ne in eius de-

*poſitionem amplius impelleret, quod & ſe-
cundum moderatiſſimum eiuſdem genitricis
noſtræ glorioſæ Imperatricis conſilium ſa-
tisfacerent piiſſimo Imperatori, & in eum-
dem Ebonem non aliam ſententiam intu-
liſſent, niſi quam ipſe ſcripto ediderat.
Hanc autem authenticam ſcriptionem à præ-
fato Fulcone venerabili Abbate, cui tunc
Eccleſia Remenſis commiſſa fuerat, Hinc-
marus venerabilis Archiepiſcopus accepit,
& vobis eam, vt ipſe nobis retulit, tranſ-
miſit. Sed vtrum purè ac ſimpliciter vobis
ſit directa, ignoramus. Hoc tamen veriſ-
ſimè nouimus, quod nullus Epiſcoporum
eam propriâ manu ſubterſirmauerit. Nam
idem Ebo, compertâ ineuitabili ſui diſcri-
minis causâ, protulit tres teſtes, tamquam
ſuos confeſſores, Aiulfum videlicet Archie-
piſcopum, Modoinum & Badaradum Epi-
ſcopos: qui vicem illius obtinentes dicerent,
ſi ita verum eſt, vt ipſe Ebo eis confitebatur,
conſilium ei darent, vt à Pontificali mini-
ſterio abſtineret. Qui etiam ſibi alios tres
adſciuerunt, qui eum illis confitentem vide-
runt, Notonem ſcilicet Archiepiſcopum,
Theudericum & Actardum Epiſcopos.
Quibus expletis, reductus eſt in cuſtodiam.
His autem ab Epiſcopis taliter definitis,
domnus Imperator per Godefridum mona-
ſterij S. Gregorij venerabilem Abbatem ſuæ
dignitatis literas prædeceſſori veſtro domno
Gregorio venerando Papæ dirigit, eius ad-
ſenſum, ſi fieri poſſet, in depoſitione ipſius
Ebonis expoſtulans. Ipſe vero per præfatum
Abbatem ſuæ auctoritatis literas ei remiſit,
ſed quid in ipſis inſertum fuerit, omnibus
Epiſcopis, & cunctis regni noſtri ordinibus
habetur incognitum. Sed Sanctitatis veſtræ
ſolertia per ſcrinia dignitatis veſtræ inue-
ſtigare poterit quid iſdem prædeceſſor veſter
ſenſerit inde. Credimus tamen, quia ſi in
abiectionem prædicti Ebonis domnus Im-
perator ipſum prædeceſſorem veſtrum fauto-
rem habuiſſet, continuò vacanti Eccleſiæ
illi alium Pontificem ſubrogaſſet. Quod qui-
dem moderatiſſimo conſilio agere differens
efficaci egit ſagacitate, vt & ſic audacia in
huiuſmodi viris temerariis deinceps com-
primeretur; & Eccleſiæ ſtatus non labefa-
ctaretur. Poſt obitum verò domni Impera-
toris, præfatus Ebo ab illo qui eum cuſtodie-
bat fratri noſtro Hlothario ductus eſt. Quem
iſdem frater noſter venerabiliter & beni-
gnè ſuſcipiens, cum Epiſcopis qui cum eo
tunc iuncti erant, quorum ipſe Ebo vſus
conſilio, dudum libellum ſuæ confeſſionis,
vt Imp. ſatisfaceret, communi eorum con-
ſenſu ſuis gradibus eſt reſtitutus. Nobis au-
tem pro imminentibus negotiis in Aquita-*

A *niæ partes ſecedentibus, ab vniuerſo Re-
menſis Eccleſiæ Clero & populo auidiſſimè
expetitus, ſicque demum à Coepiſcopis &
Suffraganeis ſuis ſedi priſtinæ eſt reſtitutus.
Cui tunc omnes qui adfuerunt communi-
cauerunt, omneſque Suffraganei, qui eo ab-
ſente ordinati fuerant, anulos & baculos, &
ſuæ confirmationis ſcripta, more Gallicarum
Eccleſiarum ab eo acceperunt. Vniuerſis
autem, quibus ad eum præſtabatur acceſ-
ſus communicantibus, Vulfadum & alios
quoſdam ipſius Eccleſiæ filios ibi ordinauit.
Hæc de Ebonis deiectione & reſtitutione
breuiter prælibauimus, vt ex his veſtræ ſa-*
B *gacitatis decernat prudentia, vtrum hæc ad
Vulfadi pertineant depoſitionem, necne, &c.*
Anno itaque ferè integro Epiſcopa-
tum tenuit, inde audiens Carolum re-
ſumptis viribus in Belgicam aduenta-
re, relictâ iterum Remenſi cathedrâ,
ad Lotharium profectus & Romam
ad Sergium II. Papam an. 844. cum 844.
Drogone Metenſi Præſule, redactus
tantùm ad laïcam communionem,
pallio donari fruſtra contendit: Ab-
batiis S. Remacli & B. Columbani
in Italiâ à Lothario acceptis, legatio-
nem pro ipſo in Græciam detrectans
honores perdidit, iiſdem monaſteriis
mox ſibi ablatis Ludouicum Germa-
C niæ Regem adiit, à quo Epiſcopatum
Hildesheimenſem conſequitur, vbi
reliquum deinceps vitæ exegit Ponti-
ficali officio incumbens; poſt tot la-
bores quietus obdormiuit an. 851. XIII. 851.
Cal. Aprilis.

33. HINCMARVS Gallicanorum
Antiſtitum ſeculi ſui doctiſſimus, mo-
nachus olim cœnobij S. Dionyſij pro-
pe Lutetiam Hilduino Abbate, in cu-
ius comitatu Saxoniam profectus, cum
ab Imperatore in exilium relegatur:
poſtea reuerſus, monaſterio S. Mariæ
Beatique Germani præficitur, & in Pa-
latium aſcitus, à Ludouico Imp. ſum-
D mo in pretio habitus, cum toto de-
cennio poſt exauctoratum Ebonem,
Remorum Eccleſia Paſtore caruiſſet,
poſtulatum eſt à Carolo Rege in Sy-
nodo Vernenſi, vt eidem Metropoli
deſignaretur Archiepiſcopus, quod in
Concilio mox Bellouacenſi perfectum
eſt; obtinuerunt enim qui ad Syno-
dum congregati erant prouinciæ Re-
menſis Præſules, vt eligeretur Hincma-
rus an. 845. menſe Aprili, quá de re 845.
ſcribens Flodoard. lib. 3. hiſt. cap. 1.
Igitur, inquit, Dominicæ Incarnat. «
D. CCC. XLV. Karolus Synodum Epiſ- «
coporum

» coporum regni ſui apud Bellouacum A
» ciuitatem Remenſis prouinciæ conuo-
» cauit. Vbi inter cetera Eccleſiæ, re-
» gnóque negotia neceſſaria, de Remen-
» ſis Eccleſiæ deſolatione, quæ FVL-
» CONE preſbytero illam diu tenente,
» & NOTHONE ſibi in eâ ſuccedente,
» tanto vacare Paſtore videbatur tem-
» pore, cum eiſdem Epiſcopis cœpit tra-
» ctare. Qui ſicuti viderant, vel audie-
» rant, depoſitionem narrantes Ebonis,
» & auctoritatem Sanctorum Patrum
» pro huiuſmodi negotiis ad memoriam
» reuocantes, cogente neceſſitate, atque
» ſuadente auctoritate, communi de-
» creuerunt conſenſu, quo tandem poſt B
» decennium depoſitionis Ebonis, in
» Eccleſiâ eadem ordinaretur Epiſco-
» pus. Igitur à Clero & plebe ipſius Me-
» tropolis, necnon ab Epiſcopis eiuſ-
» dem prouinciæ, Archiepiſcopo Seno-
» nenſis Eccleſiæ Vuenilone, atque Er-
» canrado Pariſiorum Epiſcopo annuen-
» te, cum conſenſu Abbatis ſui & fra-
» trum monaſterij S. Dionyſij, in quo
» degebat, fauente quoque Carolo Re-
» ge, Hincmarus electus eſt. Sicque de-
» creto peracto, eligentiúmque manibus
» roborato, Eccleſiæ Remenſi ordinatur
» Epiſcopus. Is ſiquidem Hincmarus à C
» pueritiâ in monaſterio S. Dionyſij ſub
» Hilduino Abbate monaſteriali reli-
» gione nutritus, & ſtudiis litterarum
» imbutus, indéque pro ſui tam gene-
» ris, quàm ſenſus nobilitate, in pala-
» tium Ludouici Imp. deductus, & fami-
» liarem ipſius notitiam adeptus fuerat;
» ibíque prout potuit, cum Imp. & præ-
» fato Abbate, ſub Epiſcoporum aucto-
» ritate laborauit, vt ordo monaſticus
» in prædicto monaſterio reſtauraretur.

Conſecratur autem Remenſis Metropolitanus Dominicâ 17. Maij eiuſdem anni à Rothado Sueſſionenſi Epiſcopo, quam ordinationem commemorat ipſe Hincmarus in poſteriori volumine aduerſus Gotheſcalcum cap. 36. & D in libello Concilio Sueſſionenſi III.

» oblato cap. IV. vbi ait: Cùm Remen-
» ſem Eccleſiam Folco ferè per nouem
» annos, ſine vllâ regulari Ebonis recla-
» matione tenuiſſet, ſub Sergio Papâ in
» Synodo plurimorum Archiepiſcopo-
» rum & Epiſcoporum apud Bellouacum
» diœceſeos Remorum habitâ, à Clero
» & plebe ipſius Metropolis, ſed & ab
» Epiſcopis eiuſdem prouinciæ petitus,
» & ab Archiepiſcopo tunc meo, & pro-
» prio Epiſcopo, necnon & Coepiſcopis
ipſius prouinciæ, ſecundum Laodi- »
cenſe Concilium, cum conſenſu Ab- »
batis mei, & fratrum monaſterij in quo »
degebam, Epiſcopis Remenſis prouin- »
ciæ, & Clero ac plebi ipſius Metropo- »
lis per canonicas literas traditus, & »
cum decreto canonico præſentiâ vel »
conſenſu omnium Suffraganeorum ip- »
ſius Metropolis & à Metropolitano »
meo, qui me illis tradiderat, ſum in »
eadem Eccleſiâ, omnibus acclamanti- »
bus, abſque vllius contradictione vel »
repetitione, canonicè & ſecundum »
decreta ſedis Romanæ Pontificum »
ordinatus: ipſáque ordinatio mea »
non ſolùm Remorum prouinciæ Epiſ- »
coporum, ordinatorum videlicet meo- »
rum, ſecundum Africanum Concilium »
ſubſcriptionibus eſt roborata, verùm »
& omnium penè Galliarum, atque »
Neuſtriæ, necnon & Aquitaniæ Epiſ- »
coporum manibus ſubſcripta epiſto- »
la ad præfatum Sergium vnanimiter »
dirigenda; ſed & edicto Dom. Regis »
Caroli manu propriâ confirmato, & ſi- »
gillo ipſius corroborato eſt comproba- »
ta. Igitur pallium cum priuilegio ade- »

ptus à Leone IV. Papâ, poſthæc ipſius electio à Pont. Benedicto & Nicolao roboratur. Primùm verò Concilio Meldenſi adfuit anno ſuæ ordinationis, in quo actum de ſtatu Eccleſiæ emendando, vbi cum cæteris ſcientiâ emineret inchoandam Eccleſiæ correctionem monuit Hincmarus; item Pariſienſi 846. in Sparnaco Remenſis Ec- 846.
cleſiæ villâ; & alteri Pariſienſi 847. in quo Eboni aduerſario cum de eius depoſitione Sergij Papæ iuſſu inſtaurari iudicium cœpiſſet, Remenſis diœceſis aditus donec ſe coram fratribus ſiſteret, ipſi interdictus, abſtinere in po- 847.
ſterum maluit, nullámque amplius de repetendâ ſede vocem emiſit, cum per legatos nec per literas comparuiſſet, iterum damnatus eſt, & re ad Leonem IV. Sergij ſucceſſorem delatâ, is Hincmari ordinationem approbans, eundem Pallio & Apoſtolicæ ſedis priuilegio donauit vt eſt apud Flodoardum. Cum autem an. 848. in Synodo Mo- 848.
guntinâ præſide Rabano Gotheſcalcus monachus Orbacenſis monaſterij in Sueſſionibus libellum obtuliſſet, quo epiſtolam ipſius Rabani confutabat ad Epiſcopum Notingum ſcriptam & quâ ipſum Gotheſcalcum hæreſeos damnabat, quaſi praua de prædeſtinatione ſentiret, à Synodo conuictus ad Hinc-

marum eius Metropolitanum remiſſus A
cum epiſtolâ, quâ aſperè eius doctrina
arguitur: vnde Hincmarus in Synodo apud Cariſiacum habitâ iterum ipſum presbyterali gradu deijcit, & carceri demandat in cœnobio S. Petri Altiuillaris, necnon quatuor capitula conſtituit doctrinæ Gotheſcalci oppoſita; quem tamen Hincmari rigorem eiúſque doctrinam poſtea non omnino probarunt, Prudentius Tricaſſinus Epiſcopus, nec Lupus Ferrarienſis Abbas, aut Eccleſia Lugdunenſis, nec denique Concilium Valentinum & Lingonenſe; nam Remigius cum accepiſſet
tres ab Hincmaro epiſtolas, & ſua ca- B
pitulatia, ab Eccleſiâ Lugdunenſi doctiſſimo illo de tribus epiſtolis libro
853. confutantur, anno 853. & trium prouinciarum Epiſcopi Lugdunenſis, Arelatenſis, & Viennenſis in Valentinâ
855. Synodo 855. contraria ſtatuerunt, quæ poſtea à Lingonenſi 859. confirmata ſunt; vnde ipſe Hincmarus in epiſtolâ ad Carolum Regem, priori eius contra prædeſtinationes operi præfixâ queritur, etſi nomen ſuum ſit tacitum, nempe in illis libris & Synodo, deſignatione tamen velut non Catholicum reprehenſum, & deſpectum: capitula
etiam in Concilio Cariſiaco probari C
effecerat, dicit ab Epiſcopis trium prouinciarum velut inutilia, imo & noxia, repulſa, & abominata eſſe; quibus incenſus libros illos edidit de prædeſtinatione & libero arbitrio contra reprehenſores ſuos Epiſcopos, & Gotheſcalcum, vt aſſerit Flodoard. l.3. c.15. ex quibus ſolam habemus, ad Regem Carolum epiſtolam præliminarem: cum autem Eccleſia Lugdunenſis vehementer Hincmarum inſectari non deſiſteret, imo & in Synodo Lingonenſi, Valentinæ capitula confirmatâ eſſent
contra Hincmarum, & paulò poſt in D
Tullenſi ad Saponarias lecta eſſent, & conuentum inter Epiſcopos, vt Deo fauente, pace & tranquillitate impetratâ, ſimul conuenirent, diſſidentes de his Epiſcopi, & prolatis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis, & Catholicorum Doctorum ſententiis quæ ſaniora ſunt concorditer ſequerentur, Remigius Carolo Regi ſuam doctrinam continentia capitula obtulit, quæ Rex Hincmaro tradit, vt de eis redderet reſponſum, an vnanimis ipſis concordaret. Quæ eadem capitula ipſi iam ante triennium, hoc eſt an.

856. tradiderat, vt ad ea reſponderet,
quod præſtitit diſſertatione 38. capi- 856.
tum quæ luci donauit Sirmondus; quamquam autem poſtea per legatum reſcriberet Pontifex Nicolaus, vt ad ſe Gotheſcalcus mitteretur aut interrogaretur, nihilominus tamen miſerrimus monachus, ſic eum vocat Eccleſia Lugdunenſis, in ergaſtulo cum per viginti annos permanſiſſet, occubuit. Adfuit quoque Turonenſi 4. an. 849. & Sueſſionenſi 11. 853. cui Rex Chriſtianiſſ. intereſſe voluit, ac præfuit Hincmarus, ibique ventilata eſt cauſa Clericorum qui ab Ebone ſedi ſuæ reſtituto promoti fuerint; nam & apud Synodum expoſtulauerant quod eos Hincmarus recipere nolebat, vtpote malè ordinatos ab eo qui legitimâ auctoritate reſtitutus non eſſet. Idem conuenit ad Concilium Vermerienſe 11. 853. & à Metenſi Synodo, legatione
cohoneſtatur 859. ad Ludouicum Re- 859.
gem, ſubſcribitque Tuſiacenſi 860. cuius Concilij iuſſu ad Metropolitanos Aquitaniæ ſcribit, necnon intereſt Synodis Trecaſſinæ 867. Pontigonenſi
876. & Trecaſſinæ 2. 878. Porrò valdè 878.
Hincmarus reprehenditur de geſtis aduerſus Rothadum Sueſſionenſem an.
863. qui ab eo vetere in ipſum odio de- 863.
poſitus, in monaſterium retruſus eſt; & quantumlibet ad ſedem Apoſtolicam appellans ne Romam iret variis artibus prohibitus, in Synodo Sueſſionicâ alium eius loco ſubrogauit Epiſcopum. Is enim alioqui in officio ſuo magnâ cum laude verſatus vt Pontifex teſtatur, libellum ſupplicem querimoniarum miſerat, & habitâ ſuper hac re à Nicolao diligenti conſultatione ad Conuentum Siluanectenſem epiſtolam ſcripſit, quâ iuſſit Rothadum reſtitui; ex huiuſmodi autem iniquo iudicio magnam ſibi notam infamiæ irrogauit, cum ad triennium vſque Romano Pontifici obſtitit, in eundémque errorem ſecum traxit Carolum Regem, & alios quoſdam Epiſcopos Gallicanos; ſed poſtea ſe excuſauit apud eumdem Pontificem Hincmarus epiſtolâ apologeticâ prolixâ ſatis, quam recitat Flodoardus erga Hincmarum propenſior in ſcriptis ſuis, qui magnas etiam exciuit turbas in Concilio Sueſſionenſi III. ſchedulis
ab eo prolatis 866. contra Wlfadum 866.
& alios Clericos ab Ebone olim ordinatos, iſque à Synodo & à Rege excu-

ſatur apud eumdem Nicolaum Papam, A qui Hincmarum grauiter redarguit, quod diſſimulanter & callidè Benedicti Pontificis literas vitiatas proferre auſus fuiſſet. Solemni autem titu dicauit Eccleſ. Metropol. Remenſ. 18.
856. Octob. 856. ac 869. 5. Idus Sept. in æde Sancti Stephani Metenſis Carolum Caluum inunxit in Regem Auſtraſiæ, & Compendij Ludouicum 11.
877. Balbum eius filium 6. Id. Decembr. 877. vt refert Aimoinus, vel eius continuator l. 5. c. 36. qui narrat Normannis Remos contendentibus, fugâ ſibi Hincmarum conſuluiſſe; ſed inter eius facinora celebris inprimis eſt tranſlatio corporis S. Remigij Calend. Octob. 852. ab eodem celebrata, quam deſcribit Flodoardus; rogatus verò à Nicolao Pont. ſcribere aduerſus criminationes Græcorum in Latinam Eccleſiam, vtpote præ cæteris doctrinâ eminens inter Gallicanos Epiſcopos, aduerſus eorum obiectiones iniquas acriorem ſtylum ſtrinxit. Sed quàm dirè Hincmarum iuniorem Laudunenſem exagitauerit, patet ex actis Synodi Tuſiacenſis. Incenſus erat odio ille in nepotem, quod Sedis Apoſto- C licæ tuendis iuribus pronior eſſet, ac variis accuſationibus infidelitatis erga Regem, & inobedientiæ in Metropolitanum, à patruo authoritate Regiâ, nequicquam reclamans ad Sedem A-
871. poſtolicam, depoſitus eſt 871. in exilium amandatus, poſtea oculorum lumine priuatur. Longùm eſſet ſingula vitæ Hincmari capita literis conſignare; nam qui plura ſcire velit, legat lib. 3. hiſt. Rem. quem ex Hincmari operibus, ac de eius vitâ fusè omnium compoſuit Flodoardus: poſtquam autem ſediſſet annis 36. menſib. 7. diebus 4 obiit Decanus Metropolitano- D
882. rum Galliæ an. Dom. 882. Decembr. 21. in villâ Sparnaci trans Matronam fluuium, quo metu Normannorum totam circumiectam regionem gladio & igne deuaſtantium confugerat, cùm ciuitas Remenſis tunc muris circundata non eſſet, relatum eſt corpus in vrbem ſuam, ac ſepulturæ mandatur in monaſterio S. Remgij, ſub tumulo quem ſibi parauerat, epitaphio tali ab eo compoſito;

Nomine non merito Præſul HINCMARVS *ab antro,*
Te, Lector, tituli quæſo memento mei.
Quē grege Paſtorem proprio Dionyſius olim
A *Remorum populis, vt petiere dedit.*
Quique humilis magnæ Remenſis regiminis plebis
Rexi pro modulo, hic modo verme voror.
Ergo animæ requiem hanc, & cum carne reſumptâ
Gaudia plena mihi hæc quoq; poſce ſimul,
Chriſte tui clemens famuli miſerere fidelis:
Sis pia cultori Sancta Maria tuo.
Dulcis Remigij ſibimet deuotio proſit,
Quâ te dilexit pectore, & ore, manu.
Quare hic ſuppetiis ſupplex ſua membra locari,
I't bene complacuit, denique ſic obiit.

B Quam multa Hincmarus ingenij ac lucubrationum monumenta reliquerit, Flodoardus docebit; apud Lupum Ferrarienſem Abbatem præclarum eius elogium eſt in epiſtolâ ad eundem: Non ſum neſcius, inquit, cùm tantis diuinæ gratiæ muneribus abundetis, vltrò vos cogitare apud Principem iuuandi bonos facultatem diuinitus accepiſſe: Nobilitatem veſtræ generoſitatis ornat eruditio ſalutaris, altitudinem officij commendat religio profeſſionis; hæc veſtræ celſitudini non arrogantiæ vitio, ſed amicitiæ ſtu- C dio ſcripſi, vt quoniam in vobis & nobilitas & ſapientia conuenerunt, quantum hæc ſocietas valeat, etiam volentibus emineat, qui ipſa quoque lumina Eccleſiæ obſcurare contendunt; fuit autem inter ſeculi ſui doctiſſimos Præſules, in Theologicis ſtudiis, Conciliorum & Canonum cognitione, Patrūmque antiquorum lectione exercitatiſſimus, atque etiam veteris diſciplinæ aſſertor; cuius epiſtolas aliquot Ioannes Buſæus anno 1602. alia quædam opuſcula Ioan. Cordeſius Lemouicenſis Canonicus, demum opera integra duobus tomis aucta & recognita Iac. D Sirmondus edidit M. D. C. XLV.

34. B. FVLCO cognatus Regis Italiæ Guidonis, teſte Alberico, vir valde nobilis, & palatinis aſſuetus officiis, ac conſanguinitatis neceſſitudine Lamberto Imperatori deuinctus, necnon tempore Caroli Simplicis totius Regni curam agens apud Flodoardum: ex Abbate S. Bertini & B. Vedaſti Attrebarenſis, in cathedrâ Remenſi collocatus, his enim verbis eius ordinationem proſequitur Clericorum Remenſium narratio: Diuidentes inter ſe regna paterna, Lotharius Imperator, ac domnus noſter Karolus glorioſiſſimus

» Rex, deuenit iam ſæpe dicta mater no- A
» ſtra Remenſis Eccleſia in ditionem
» glotioſiſſimi Regis Karoli, cum quo
» erat gratiſſimus ac potentiſſimus FVL-
» CO Abbas, qui ipſam Eccleſiam dom-
» ni Ludouici Imp. antea Presbyter ob-
» tinuerat, & gratiâ eiuſdem Regis, cum
» quo erat, iterum adeptus eſt eam. Eli-
882. gitur verò Archiepiſcopns an. 882. non
885. vt tradit Sigebertus, pro cuius
nominatione ſubjicitur veteri codici
S. Laurentij Leodienſis, conſenſus
Canonicorum & monachorum Eccle-
ſiæ Remenſis de ipſius ordinatione.
Pallij honore inſignitus à Papâ Mari-
892. no, Concilium Remis celebrat an. 892. B
contra Balduinum Comitem Flan-
drenſem rerum Eccleſiaſticarum per-
uaſorem. Vnxit autem Regem Caro-
893. lum Simplicem 5. Cal. Febr. 893. eiúſ-
que præclarè geſta recenſet idem Flod.
» l. 4. c. 8. Multa bona, inquit, in hac
» ſede Remenſi Præſul hic operatus eſt;
» nam & Epiſcopium rebus impetratis
» pluribus, tam monaſterio Auennaco,
» quàm nonnullis alijs, à Regibus obten-
» tis poſſeſſionibus amplificauit, atque
» diuerſis ornamentis hanc Remenſem
» Eccleſiam decórauit. Vrbem quoque,
» cuius murum ob ædificationem baſi-
» licæ Dei genitricis Ebo deſtruxerat, C
» iſte nouo circumdedit muro, quædam
» etiam caſtella à nouo inſtituit; Alti-
» montem ſcilicet, & aliud apud oppi-
» dum Sparnacum, quod Odo Rex quia
» deſciuerat ab eo propter euectionem
» Caroli ſubuertit. Venerabile quoque
» beatiſſimi Remigij corpus ab Orba-
» cenſi monaſterio Remenſem reuoca-
» uit ad vrbem. Occiditur à Vinemaro
multis confoſſus vulneribus Balduini
900. Comitis fraude an. 900. Iunij 17. Cor-
pus Remis in baſilicâ S. Remigij ſe-
pulturæ mandatur, cuius memoria ſo-
lemnis celebratur in Faſtis & Annali-
bus Belgicis, apud Reginonem, An- D
dream Marchianenſem, Baronium,
Molanum & alios auctores. Eidem
Fulconi appoſitum fuit epitaphium
quod apud Flodoardum tale eſt;

Hoc tumulo magni FVLCONIS *membra teguntur,*
REMORVM *Sedis Præſulis egregij.*
Germine nobilium quẽ Francia protulit ortũ,
Aulaq; de ſcholis ſumpſit & excoluit.
Hinc Deus aſſumptũ ſtatuit virtute probatũ,
Eccleſiæ ſpeculum Pontificémque pium.
Septenos denóſque ſimul cui præfuit annos,
Tres menſes, denos inſuper atque dies.
Auxit Epiſcopiũ ſuperaddens plurima rerũ,
Vrbis & iſtius mœnia reſtituit.
Orbis honor, patriæ tutor, pietatis amator,
Pro ſtudio pacis confoditur iaculis.
Septenum denúmq; diẽ iam menſis agebat
Iunius, & dira morte peremptus abit.
Cui matris Domini, pariter quoque Præſulis almi
Remigij pietas obtineat requiem.

35. HERIVEVS nepos ex ſorore
Hucbaldi Comitis, Caroli Simplicis
Cancellarius, Regis commendatione
& meritorum præſtantiâ ad eam ſedem
promotus an. 900. inauguratur ab Epi- 900.
ſcopis prouinciæ Remenſis, & pallium
recipit à Benedicto IV. Papâ; cuius
Pontificatus exordia planè dilaudan-
da exponit Flod. l. 4. c. 11. Heriueus, «
inquit, ex aulâ Regis ad Epiſcopatum «
aſſumptus, vir genere nobilis, nepos «
ex ſorore Hucbaldi Comitis, qui iu- «
uenis quidem ad hunc prouectus eſt «
honorem, exequentibus & ritè cele- «
brantibus eius ordinationem Riculfo «
Sueſſionum Epiſcopo, Dodilone Ca- «
meracenſi, Otgario Ambianenſi, Man- «
cione Catalaunenſi, Rodulfo Laudu- «
nenſi, Otfrido Siluanectenſi, ceteríſ- «
que diœceſanis conſenſum præbenti- «
bus, & decretum huius ordinationis «
corroborantibus. Qui mox huic adeo «
gradui ſeſe exhibere ſtuduit habilem, «
bonis omnibus præbens amabilem, ip- «
ſis etiam ſenibus imitabilem; benignus «
amator pauperum, largus ſolator reli- «
gioſorum; Eccleſiaſticis apprimè can- «
tilenis eruditus, ac pſalmodiâ præci- «
puus, omníque bonitate conſpicuus, «
pater Cleri, atque totius populi pius «
patronus, amator Eccleſiarum Dei, & «
fortiſſimus ouilis ſibi cõmiſſi cum Dei «
virtute defenſor. Eodem die conſecra- «
tionis ſuæ in conſeſſu Epiſcoporum,
lecta fuit in templo B. Mariæ Remen-
ſis, excommunicatio hominum Bal-
duini Comitis Flandriæ ob cædem Ful-
conis Remenſis ab illis perpetratam,
cuius exemplar deſumptum ex veteri
codice MS. communicauit vir clar.
Nicolaus Camuzatus Trecenſis Cano-
nicus his verbis

ANNO D. CCCC. *Dominicæ Incarn.*
pridie Non. Iulij primo ſcilicet die quando 900.
ordinatus eſt HERIVEVS *in Archiepiſco-*
patu Remenſi Epiſcopus, lecta eſt excommu-
nicatio hæc quæ ſequitur in Eccleſiâ ſanctæ
Mariæ Remis, præſentibus Epiſcopis in-
fraſcriptis. Heriueus nomine non merito

Remorum Archiepiſcopus, ac plebis Dei famulus, Vuido Rotomagenſium Archiepiſcopus, Riculfus Sueſſionum Epiſcopus, Heidolo Nouiomagenſium Epiſcopus, Dodilo Cameracenſium Epiſcopus, Helinandus Morinenſium Epiſcopus, Olgarius Ambianenſium Epiſcopus, Honoratus Beluacenſium Epiſcopus, Mancio Catalaunenſium Epiſcopus, Rodulphus Laudunenſium Epiſcopus, Otfridus Siluanectenſium Epiſcopus, Angelrannus Meldenſium Epiſcopus. Notum ſit omnibus vbique ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, tam clericis quàm laïcis, quod nos & commiſſa nobis Eccleſia nimia perturbatur triſtitiâ, pro inauditâ re poſt perſecutionem temporis Apoſtolorum eorúmque ſucceſſorum, de occiſione nimirum patris & paſtoris noſtri Folconis, ab impiis impiè perpetratâ, qui pro regni vtilitate & totius ſanctæ Eccleſiæ ſtatu, pro viribus die noctúque deſudans, ac ſe ipſum in defenſionem omnium Eccleſiarum in hoc regno conſiſtentium muro protectionis opponens (res enim earum à Balduino Comite filio Balduini ac Iudith citra omnem legem & diuinam & humanam peruadebantur) ideo ab ipſius Balduini hominibus Vuinemaro, Euuerardo, & Ratfrido, caeteríſque eorum complicibus interfectus crudeliſſimè occubuit. De cuius morte totius Eccleſia ordo atque profeſſio meritò contriſtatur, & lamenta compaſſionis ex intimis cordium ſuſpiriis emittit. Quia igitur tale ſcelus noſtris in temporibus perpetrare non timuerunt, quod antea niſi fortè à paganis in Eccleſiâ non auditum, quia non eſt actum; In nomine Domini & in virtute ſancti Spiritus, nec non auctoritate Epiſcopis, per B. Petrum principem Apoſtolorum diuinitus conlatâ, ipſos à ſanctæ matris Eccleſiæ gremio ſegregamus, ac perpetuæ maledictionis anathemate eos condemnamus; vt eorum aliquando per hominem non fiat recuperatio, nec vlla inter Chriſtianos conuerſatio, ſintq; maledicti in ciuitate, maledicti in agro, maledictum horreũ eorum, & maledictæ reliquiæ eorum, maledictus fructus ventris eorum, & fructus terra illorum, armenta boum ſuorũ, & greges ouium ſuarum; maledicti ſint ingredientes & egredientes, ſíntque in domo maledicti, in agro profugi, inteſtina in ſeceſſum fundant ſicut perfidus & infelix Arius, veniántque ſuper illos illæ maledictiones quas dominus per Moyſen, in populum diuinæ legis prauaricatorem intentauit; ſíntque anathema maranatha, pereant in ſecundo aduentu Domini; inſuper quicquid maledictionis ſacri Canones & Apoſtolicorum virorum decreta decernunt, ſuper homicidis & ſacrilegis, (nam illo ſacrilegorum nomine notamus, qui in hunc Chriſtum Domini manum mittere auſi ſunt) omne ſuper illos in perpetuum interitum, per iuſtiſſimam diuinæ animaduerſionis ſententiam congeratur. Nullus ergo Chriſtianus eis vel aue dicat, nullus presbyter miſſas aliquando celebrare, nec ſi infirmati fuerint confeſſiones eorum recipere, vel ſacroſanctam communionem eis ni reſipuerint, & tam in ipſo fine vitæ ſuæ præſumat vnquam dare; ſed ſepulturâ aſini ſepeliantur, & in ſterquilinium ſuper faciem terræ ſint, vt ſint in exemplum opprobry & maledictionis præſentibus generationibus & venturis: & ſicut hæ lucernæ de noſtris proiectæ manibus hodie extinguuntur, ſic eorum lucerna in æternum extinguatur.

Anno verò 901. retulit corpus S. Remigij ab Eccleſiâ Cathedrali, in ſuum monaſterium adſtante Carolo Rege, & Richardo Burgundiæ Principe: extat & reſcriptum Ioannis IX. Papæ ad eundem Heriueum 902. pro conſultis, qualiter pœnitentia debeat iniungi gentilibus; reſtaurauit porrò caſtrum Moſomenſe ac munitiones Codicaci & Sparnaci dominij Archiepiſcopalis, plures item Eccleſias deſtructas paganorum perſecutione: & B. Mariæ baſilicâ vario veſtium apparatu, aliíſque muneribus ornatâ, & dedicatâ S. Dionyſij Remenſis Eccleſiâ, vbi depoſuit Beatorum Rigoberti & Theodulfi corpora, Canonicorum demum Collegium apud Moſomum inſtituit, de quibus paſſim mentio apud Flod. in hiſt. Duas etiam Synodos celebrauit an. 905. creatus Sedis Apoſtolicæ Legatus à Sergio III. Pont. magni Cancellarij Regis quoque honore functus, cui fidelitatis nomine gratiſſimus fuit, & Hungaris regnum inuadentibus, cum Karolus proceres Francorum in auxilium aduocaſſet, ſolus ex Primatibus Gallicanis præſto fuit Heriueus cum mille & quingentis armatis; quam quidem fidam operam & prudentiam Regi teſtatus eſt, cum deſertus turpiter à proceribus Francorum ob Haganonem conſilij ſui adminiſtrum, quantumuis omnes ferè abſceſſiſſent ſolus Heriueus Carolo adhæſit, & vtilem ſe maximè præbuit illum Remos deducens, vbi paulò poſt compoſitis rebus regni adminiſtratio in melius redintegraretur. Inde Erlebaldum Comitem pagi Caſtricenſis anathemate percuſſit, ob mala quæ Epiſcopatui infe-

Margin: 901. 902. 905.

rebat, caſtra quoque Altimontis, & A Maceriarum ab ipſo Eccleſiæ Remenſi ſurrepta recuperauit: poſt verò Adelelmus Epiſcopus Laudunenſis ab ipſo ordinatur, tum Synodo apud Troſleium præfuit ac ſubſcripſit an. 921. præſente Carolo Rege, in quâ Erlebaldus Comes excommunicatus poſt mortem abſoluitur. tandem paucis diebus languore confectus expirauit, ſexto Nonas Iulij poſt conſecrationem Roberti Regis an 922. 4. die ante expletum vigeſimum ſecundum Pontificatus annum; funeratus eſt Heriueus ſolemnibus exequiis, quibus interfuêre plures Antiſtites qui die obitus Remos B aduenerant, vt idem Flodoardus in chronico commemorat. Andreas Quercetanus in accuratâ illâ gentis nobiliſſimæ de Caſtellione hiſtoriâ genealogicâ vbi Heriuei elogium viſitur, ſcribit fratrem fuiſſe Odonis domini de Caſtellione ad Matronam fluuium.

921.

922.

36. Sevlfvs ex Archidiacono Remenſi aſſumptus: id docet Flodoar. l. 4. c. 18. his verbis: ſucceſſit Seulfus qui tunc vrbis huius miniſterio fungebatur Archidiaconatus: vir tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus diſciplinis ſufficienter inſtructus, quique apud C Remigium Autiſſiodorenſem magiſtrum in liberalibus ſtudium dederat artibus. Quo per conſenſum & iuſſionem Roberti Regis ab Abbone Sueſſionico, cæteriſque Remenſis prouinciæ Præſulibus ordinato Epiſcopo, delati ſunt Odo frater quondam Heriuei Archiepiſcopi, & Heriueus nepos ipſius apud eundem Præſulem, quod fidelitatem quam ei promiſerant, minimè ſeruarent. Licet autem paruo tempore huic præfuerit Metropoli, tamen ſuſcepto pallio à Ioanne x. Papâ, Synodos duas congregauit, priorem D quam Remenſem incerti loci nuncupant, cuius aliquot capitula ſic expreſſit vetus membrana cœnobij S. Remigij Remenſis: Anno Dominicæ

923. Incarnat. 923. Epiſcopatus autem Seulfi ſecundo, conuenientes ſancti Patres Sevlfvs videlicet Remorvm Archiepiſcopus, Abbo Sueſſionicæ vrbis Epiſcopus, Adelelmus Laudunenſis, Stephanus Cameracenſis, item Adelelmus Siluanectenſis, Airardus tunc inibi ordinatus Nouiomagenſis, cum ceterorum eiuſdem Remenſis diœceſeos Epiſcoporum legatis, decreuerunt hanc pœnitentiam his qui bello Sueſſionis inter Robertum & Carolum acto interfuerant iniungendam. Videlicet vt tribus quadrageſimis per tres annos agant pœnitentiam: ita vt primâ quadrageſimâ ſint extra Eccleſiam & cœnâ Domini reconcilientur. Omnibus verò his tribus quadrageſimis ſecundâ, tertiâ, & ſextâ feriâ, in pane, ſale, aquâ abſtineant, aut redimant. Similiter quindecim diebus ante natiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ, & quindecim diebus ante natiuitatem Domini Saluatoris, omni quoque ſextâ feriâ per totum annum, niſi redemerit, aut feſtiuitas celebris ipsâ die acciderit, vel eum infirmitate ſiue militiâ detentum eſſe contigerit. Inde verò alteram Synodum apud Troſleium an. 924. cui præfuit menſe Octobri, in causâ Iſacij Comitis cum Stephano Epiſcopo Cameracenſi. Hic quoque inter ceteros Rodulfi Regis fauorem promeritus, Emmam vxorem in æde Remigianâ conſecrauit, legatione ad Normannos cum Heriberto Viromanduenſi Comite functus; adhæc domum Epiſcopalem ædificiis, Eccleſiam pretioſiſſimis donis decorauit, vt narrat Flodo. quem veneno à familiaribus eiuſdem Heriberti Comitis extinctum ſcribit anno ſalutis 925. poſt tegimen trium annorum & dierum quinque. 924. 925.

37. Hvgo de Vermandois Heriberti II. Comitis Viromanduorum ex regiâ Caroli Magni Imp. proſapiâ, & Hildebrantæ Roberti cognomine Fortis, Ducis Franciæ natæ filius; adhuc quinquennis eligitur 925. ſic enim, ait, Flodoard. lib. 4. cap. 20. Poſt obitum ipſius (Seulfi) Heribertus Comes Remis venit, aduocans Abbonem Epiſcopum Sueſſionicum, & Bouonem Catalaunicum. Quibus ſibi iunctis tractans ſuper electione Rectoris Remenſis Eccleſiæ, tam clericos quàm laicos ad voluntatem ſuam intendere fecit. Sequentes igitur eius conſilium, eligunt filium ipſius Hvgonem, admodum paruulum, qui nec adhuc quinquennij tempus expleſſet. Quâ re patratâ ad Regem properant, eius auctoritatis impetrandæ gratiâ. Rodulphus igitur Rex electione compertâ, præfatorum Epiſcoporum conſilio Remenſem Epiſcopatum committit Heriberto. Qui legatos Eccleſiæ cum Abbone Præſule Ro- Vermandois. 925.

» mam mittere ſatagit, electionis decre- A
» tum ferentes, & aſſenſum Papæ ſuper
» ea petentes. Ioannes itaque Papa in-
» terueniente Abbone Epiſcopum Re-
» menſe Abboni delegat, quæ ſunt Epiſ-
» copalis miniſterij ab ipſo in eodem
» tractanda decernens. Interim ante ade-
ptum preſbyterij gradum, Odolricus
Aquenſis in Prouinciâ Metropolita-
nus, per vim ſede ſuâ à barbaris pul-
ſus, ab eodem Comite Heriberto qui
temporali dominio Archiepiſcopatus
vtebatur, vice Hugonis paruuli pro
Epiſcopali functione obeundâ præpo-
928. ſitus eſt an. 928. quæ intruſio magnas
vtique turbas & calamitates in tractu B
Remenſi excitauit; nam cum eſſet
Diaconus Autiſſiodorenſis, & ordina-
tus preſbyter à Guidone Sueſſionenſi
931. Præſule, an. 931. Remenſi vrbe à Ro-
dulfo Rege captâ, Hugoni Artaldus
ſubrogatur, quem Heribertus poſt an-
nos octo & menſes ſeptem, Remorum
ciuitate iterum in poteſtatem ſuam
redactâ, Epiſcopatu abdicare coëgit
940. 940. tum anno inſequenti Synodum
apud Sueſſiones congregauit, cuius
decreto, Hugo filius iam cæteris or-
dinibus initiatus, Clero & populo aſ-
ſentiente Archiepiſcopus in baſilicâ C
S. Remigij conſecratus eſt à Remenſis
prouinciæ Epiſcopis, & pallium per
legatos Stephani 8. Pont. accepit an.
942. 942. Mortuo Heriberto cathedrâ
eiectus Hugo, apud Moſomum ſe-
dem tenere cogitur Artoldo ſubſtitu-
948. to; & in Synodo celebratâ 948. tan-
quam peruaſor à ſacris interdictus ab
Epiſcopatu deiectus eſt. Exempto vi-
uis Artaldo adnitentibus Hugone Co-
mite, aliiſque Heriberti liberis, & Epiſ-
copis quibuſdam, vt Hugoni vacua
iam ſedes Remenſis redderetur, Ger-
berga Regina & Bruno eius frater im-
pedimenta obiecerunt, quamquam D
Lotharius Rex reſtitutioni Hugonis
faueret; & in Synodo ad Matronam
coram Præſulibus qui ſub medium A-
prilem conuenerant, res diſcuſſa eſt;
ſed nihil ſibi de Hugonis cauſâ incon-
ſulto Pontifice ſtatuendum cenſuêre,
cum à pluribus Epiſcopis excommu-
nicatus, communioni Eccleſiaſticæ re-
dintegrari non poſſet: poſt allatum
autem Româ reſponſum, reiecto Hu-
gone, alius Antiſtes ordinatur, vt
auctor eſt Flodoardus in chronico,
eiúſque obitus in Eccleſiaſticis tabulis
non conſignatur.

38. ARTALDVS Dodonis frater,
monachus Abbatiæ S. Remigij, à Ro-
dulfo Rege factus Archiepiſcopus an.
931. eiecto Hugone puero, pallium re- 931.
cipit à Pont. Max. 933. ſed Heribertus
Comes ciuitate Remorum ſubactâ, il-
lum Cathedrâ expulſum renuntiare
coëgit 940. conceſsâ tantùm Abbatiâ 940.
Auenaci & monaſterio S. Baſoli in
quo ſe recepit; tum Hugo Synodi
Sueſſionenſis mandato inauguratur an.
941. poſt verò vrbe receptâ, ad Syno-
dum Virdunenſem vocatur, cui com-
parere cum recuſaſſet, menſe No-
uemb. 947. Synodus iterùm Artaldo 947.
Pontificatum adiudicauit: rursùm in
conuentibus Moſomenſi & Engilen-
heimenſi, Archiepiſcopatus poſſeſſio
eidem confirmatur an. 948. & Hugo, 948.
qui ad Synodum inuitatus venire con-
tempſerat excommunicatur, donec
pœnitentiam ageret. Hæc omnia plu-
ribus Flodoardus in chron. & Hiſt.
lib. 4. cap. 35. profert autem hoc loco
literas Artaldi, quæ cum ad hiſtoriam
illuſtrandam appoſitè conueniant, eas
licet prolixâ narratione protulimus:

SANCTÆ *Romanæ & Apoſtolicæ Se-
dis Vicario domno Marino, vniuerſæque
S. Synodo apud Engelenheim congregatæ*
ARTALDVS *diuinâ propitiante clemen-
tiâ* REMORVM *Archiepiſcopus.* Dom- «
nus Agapitus Papa literas nobis & cæ- «
teris Coepiſcopis noſtræ diœceſeos di- «
rexit, in quibus præcepit, vt ad hoc «
ſanctitatis veſtræ Concilium conue- «
nire ſtuderemus, ita inſtructi de om- «
nibus vt rei veritas de miſeriis noſtræ «
ſedis, quas patimur, coram ſanctitate «
veſtrâ manifeſta fieri poſſet. Quocirca «
propalare prudentiæ veſtræ commo- «
dum duximus, qualiter res exordium «
ceperit litis huius, quæ adhuc inter «
me & Hugonem miſerrimè ventilatur. «
Defuncto ſiquidem Herineo Archie- «
piſcopo, Seulfum, qui Archidiacona- «
tus vrbis noſtræ tunc officio fungeba- «
tur, ad Præſulatum eiuſdem ſedis ele- «
gimus. Qui Pontifex ordinatus aſſu- «
mens zelum contra proximos præde- «
ceſſoris ſui, cùm eos per ſemet à loco «
depellere non valeret, conſilio iniro «
cum quibuſdam laïcis, ſcilicet conſi- «
liariis ſuis, amicitiam quæſiuit Heri- «
berti Comitis, quam dato iureiurando «
per eoſdem Conſiliarios obtinuit, eo «
tenore, vt poſt obitum ipſius ad ele- «
ctionem Pontificis milites Eccleſiæ «
nullatenus aſpirarent, ſine conſilio «

„ ipſius Heriberti; idem verò Comes A
„ fratrem Heriuei Præſulis, & nepotes
„ ipſius à participatione rerum Remen-
„ ſis Epiſcopij ſepararet. Quibus patra-
„ tis inſimulari ſunt ijdem propinqui
„ Heriuei Præſulis à conſiliariis Seulfi
„ Epiſcopi de infidelitate ipſius ſenioris
„ ſui, accerſitóque Heriberto Comite
„ cum pluribus ſuis iubentur ad ratio-
„ nem reddendam coram ipſis venire,&
„ quia contra eos à quibus accuſati fue-
„ rant, ſingulari congredi certamine
„ noluerunt, ſublatis ab eis rebus, quas
„ ex Epiſcopio poſſidebant,comprehenſi
„ ſunt, atque deducti per Heribertum
„ Comitem ad Robertum Regem,à quo B
„ etiam ſub cuſtodiâ ſunt detenti vſq; ad
„ mortem ipſius Roberti. Tertio demùm
„ ſui Epiſcopatus anno Seulfus Epiſ-
„ copus vt plures aſſerunt, ab Heriberti
„ familiaribus veneno potatus defungi-
„ tur. Mox itaque Comes Heribertus
„ vrbem Remenſem adiit, & Eccleſiæ
„ milites Clericorum quoque quoſdam,
„ de rectoris electione ad ſuum conſi-
„ lium,ceu iuratum fuerat, intendere fe-
„ cit. cum quibus ad Rodulfum Regem
„ pergens in Burgundiam obtinuit ab
„ eo vt ſibi committeretur idem Epiſco-
„ pium eo tenore, vt tam Clericis quàm
„ laïcis debitum honorem concederet C
„ & conſeruaret, nec iniuſtitiam alicui
„ faceret: ſed ipſum Epiſcopium æquo
„ iure gubernaret, donec talem Cleri-
„ cum eidem Regi præſentaret; qui ad
„ Epiſcopale miniſterium exequendum
„ ritè ordinari valeret. Qui Comes ad
„ eandem vrbem regreſſus,res Epiſcopij,
„ prout ſibi placuit, fautoribus ſuis di-
„ uiſit, cæteris abſtulit, & abſque vllo
„ iudicio vel lege,quos voluit, rebus ex-
„ poliauit, vel ab vrbe propulit. Odal-
„ ricum denique Aquenſem Epiſcopum
„ in eadem vrbe ſuſcipiens, Epiſcopale
„ inibi miniſterium celebrare præcepit,
„ ſicque annos ſex & eo amplius idem D
„ Epiſcopium ſuo dominio vindicauit,
„ pro libitu proprio illud tractans, & in
„ ſede Præſulis reſidens, tam ipſe quàm
„ coniux ſua, donec ſeptimo tandem
„ anno ortis inter ipſum & Regem Ro-
„ dulfum atque Hugonem Comitem
„ quibuſdam ſimultatibus, Rodulfus
„ Rex cum Hugone & Boſone fratre
„ ſuo, cæteriſque pluribus tam Epiſco-
„ pis quàm Comitibus, Remorum obſi-
„ det vrbem,ſuccenſentibus ſibi Epiſco-
„ pis, & conquerentibus aduerſus eum,
„ quod tam diuturno tempore contra
diuinæ legis auctoritates hanc vrbem «
permiſerit vacare Paſtore. Quorum «
querimoniis permotus Rex admonet «
Clerum & populum de Paſtoris ele- «
ctione, dans eis id agendi facultatem «
ad Dei honorem & ſui fidelitatem. «
Sicque concordantibus cunctis tam «
Clericis quàm laïcis,qui extra obſidio- «
nem erant, pluribus etiam eorum, qui «
clauſi tenebantur, in id ipſum fauen- «
tibus, eligitur humilitatis noſtræ per- «
ſona, in hoc magis onere, quàm ho- «
nore ſubeundo. Aperientibus tandem «
tam militibus quàm ciuibus portas vr- «
bis Regi Rodulfo, & Epiſcopalem be- «
nedictionem mihi tradentibus Epiſco- «
pis, qui erant decem & octo, & ſuſci- «
pientibus noſtram humilitatem tam «
Clero vniuerſo, quàm reliquis ciui- «
bus, inthronizatus ab Epiſcopis noſtræ «
diœceſeos, impoſitum mihi, prout «
Deus conceſſit, miniſterium per annos «
fermè nouem tractaui, ordinans per «
diœceſim Epiſcopos octo,& in Epiſco- «
pio multos, prout competens videba- «
tur, Clericos; quouſque nono poſtmo- «
dum anno, poſtquam Ludouicum Re- «
gem, fauente Hugone, cunctiſque Re- «
gni Principibus, Gerbergam quoque «
Reginam benedixeram, & ſacro per- «
fuderam chriſmate, inſtigatus Hugo «
Comes iracundiâ, quod ei conſentire «
vel coniungi noluerim ad ipſius Regis «
infidelitatem, adhibitis ſecum Heri- «
berto Comite & Wilelmo Norman- «
norum Principe, Remenſem obſidet «
vrbem. Nec longùm, ſextâ ſcilicet «
obſidionis die, deſeror ab omni penè «
cœtu laicalis militiæ: ſicque dereli- «
ctus ab his, ad Hugonem & Heriber- «
tum compellor exire; à quibus coarcta- «
tus & conterritus cogor memet Epiſ- «
copali procuratione abdicare, & ita «
me propellentes in cœnobio S. Baſoli «
habitare conſtituunt: Hugonem verò «
filium Heriberti, qui Autiſſiodori Dia- «
conus ordinatus fuerat, in vrbem in- «
troducunt, & ciuitate potiuntur. Lu- «
douicus autem Rex à Burgundiâ re- «
diens, me apud S. Baſolum reperit, & «
aſſumens ſecum, ſimul cum propinquis «
meis, quorum res Heribertus Comes «
abſtulerat, Laudunum deducit, quod «
caſtrum obſidebant tunc Heribertus «
& Hugo: ſolutâque obſidione oppi- «
dum ingredimur, nobiſque metatus «
degendi diſponitur. Interim Clerici «
noſtri loci, ſed & laïci quidam peſſimè «
ab Heriberto tractantur, & quidam «
Cleri-

Clericorum in custodiis retruduntur, res eorum auferuntur atque diripiuntur, rapinæ per totam vrbem licitè perpetrantur. Interea conuocantur Episcopi nostræ diœceseos ab Hugone & Heriberto, satagentibus & quærentibus, ab eis de ordinatione Hugonis filij Heriberti. Qui Sueſſionis congregati, mittunt ad me Laudunum Hildegarium Epiſcopum, cum aliis quibuſdam Legatis, mandantes vt ad eos venirem, ad conſentiendum ſcilicet huius ordinationis peruerſitati. Quibus remandaui quod non eſſet mihi competens ad eos illo proficiſci, vbi aduerſarij & inimici mei cum ipſis erant aggregati. Quod ſi loqui mecum vellent, ad talem locum deuenirent, vbi ſine periculo ad eos accedere poſſem. Quibus aduenientibus in locum ab eiſdem delectum, profectus ſum ad eos, veniénſque proſternor coram ipſis, obſecrans vt propter amorem & honorem Dei, tam mihi quàm ſibi competens conſilium dare ſtuderent. Qui me de ordinatione prædicti Hugonis interpellare cœperunt, & hoc omnimodis perſuadere, vt eis in hac ordinatione conſenſum præberem, promittentes res nonnullas Epiſcopij mihi ſe impetraturos. At ego poſtquam reſponſum diu diſtuleram, videns eos cunctos in propoſito quod cœperant perſeuerantes, ſurgens interdixi palam cunctis audientibus, excommunicans auctoritate Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus Sancti, vt nullus eorum ad eandem ordinationem accederet, nec alicui in Epiſcopali honore, me viuente, manus imponeret; ſed nec vllus eandem benedictionem ſuſcipere præſumeret; quod ſi fortè fieret ad ſedem Apoſtolicam eos prouocabam. Illis inde furentibus, vt poſſem exire de medio eorum, & Laudunum reuerti, temperaui reſponſum, dicens vt mitterent mecum, qui eis renuntiaret, quid conſilij reperire valerem ſuper hâc re in Dominâ meâ Reginâ, & fidelibus eius, quia Rex non aderat. Ad hoc illi mittunt Deroldum Epiſcopum putantes me eſſe mutaturum conſilium. Quo veniente & coram Reginâ & fidelibus eius inde me interpellante, iterum exurgens præfatæ modum excommunicationis in eoſdem Epiſcopos iaculatus ſum; vocationem quoque ad ſedem Apoſtolicam iterare curaui, excommunicans ipſum hunc Deroldum, vt id eis omnino non tacerer, ſed cunctis manifeſtè proferret. His ita geſtis, paruipendentes illi noſtram excommunicationem, Remis accedunt, & quidam eorum ordinationi huic manus applicuerunt, quidam vero ſe ſubduxiſſe ſciuntur. Ego verò cum Rege manens, quas ille ſcitur anguſtias pertuliſſe, ſecum pertuli, & quando eum bello aggreſſi ſunt Hugo & Heribertus, cum ipſo eram, & vix mortis euaſi periculum. Prolapſus itaque, auxilio & protectione Dei, de medio inimicorum profugus & vagabundus loca inuia quæque, ſiluáſque perluſtro, non auſus certo conſiſtere loco. Comites autem Hugo & Heribertus affati quoſdam noſtros amicos ſibi ſubditos, ſuadent, vt me requirentes ad ipſos deducant, pollicentes ſe mihi benefacturos, & rebus quas ipſi petiſſent ditaturos. Requirentes ergo me amici reperiunt per diuerſa vagantem, & ita perducor à fratribus meis & amicis ad præfatos Comites. Qui poſtquam me in poteſtate ſuâ conſpiciunt, quærere cœperunt, vt eis pallium à ſede Romanâ mihi collatum traderem, & ſacerdotali me miniſterio penitus abiurarem. quod ego nullatenus me facturum, neque pro amore huius vitæ præſentis atteſtor. Diſtrictus igitur, & coanguſtiatus ab eis, Epiſcopij tandem rebus abrenuntiare compellor: ſicque rurſus ad S. Baſolum, quaſi vacans, habitaturus deducor. Manſi denique paucis diebus in ipſo cœnobio, quoadúſque comperiens per certos ex familiaribus Heriberti Comitis nuntios, quod ab eo malè de meâ tractabatur perditione, iterum iterúmque nuntiis huiuſmodi pauefactus & impulſus, locum deſerui, & abdita luſtra ſyluarum vagabundus repetij: horíſque ſilentibus & itinere deuio Laudunum reuertor, ibíque ſuſceptus à Rege, ſecum manere conſtituor. Manſi verò ibidem cum ipſo vel fidelibus eius, expectans & deprecans miſericordiam Dei, donec ipſe dignatus eſt in cor domni Regis Ottonis mittere, vt ad ſubuentionem ſenioris mei Regis, & noſtram properaret in Franciam. Denique poſtquam domina noſtra Regina Laudunum propter abſolutionem domni Regis relinquerar, egreſſus inde ad domnum Regem Ottonem cum ſeniore meo deue-

„ ni Rege, ſimúlque Remos acceſſimus.
„ Cingitur itaque vrbs exercitibus, &
„ Epiſcopi qui aderant me ſedi noſtræ
„ reſtitui cenſent. Mandatur ergo Hu-
„ goni à Rege Ottone, vt egrediatur &
„ peruaſam deſerat vrbem; at ille nutans
„ aliquandiu, & pro poſſe, vbi vidit ad
„ reſiſtendum penitus ſufficere, ſe ne-
„ quaquam valere, nec amicorum ſibi
„ præſidia ſubuenire, decernit exeun-
„ dum, quærens vt liber cum ſuis dimit-
„ tatur abſcedere. Permittitur itaque
„ ſanus exiri cum omnibus, qui ſecum
„ voluere comitari, & quæcumque ſe-
„ cum voluit ferre, nullo contradicente
„ aſportauit, ſicque cum Regibus intro-
„ greſſus vrbem, præcipior loco noſtro
„ & honori reſtitui. Suſceptus igitur à
„ domnis Archiepiſcopis Rotberto Tre-
„ uirenſi, & Frederico Mogontiacenſi,
„ comitantibus ceteris & congratulan-
„ tibus, tam Clericis Eccleſiæ noſtræ,
„ quàm reliquis ciuibus, ab ipſis reſti-
„ tuor Cathedræ Epiſcopali. Hugo ve-
„ rò Remis egreſſus Moſomum caſtrum
„ cum ſuis occupat, & muniens contra
„ fideles Regis ſenioris noſtri detinet.
„ Habito denique colloquij placito in-
„ ter Reges ſeniorem meum videlicet ac
„ Ottonem ſuper Charam fluuium, con-
„ uenimus ad illud tam ego, quàm ipſe
„ Hugo cum ordinatoribus ſuis; ibique
„ tes litis huius ab Epiſcopis auditur.
„ Protulitque literas ad ſedem Roma-
„ nam, quaſi ex noſtrâ perſonâ datas ex-
„ cuſationis meæ, ac ſi vacationem pe-
„ tentes adminiſtrationis Epiſcopij no-
„ ſtri: quas me vnquam dictaſſe, neque
„ vel ſubſcribendo aliquatenus corro-
„ boraſſe proteſtatus ſum, atque pro-
„ teſtor, & quia tunc Synodus conuoca-
„ ta non fuerat, id opponentibus fau-
„ toribus ipſius Hugonis, altercatio no-
„ ſtra determinari non potuit. Synodus
„ autem circa medium menſis Nouem-
„ bris habenda Virduni, vtriúſque par-
„ tis Epiſcopis annuentibus, denuntia-
„ tur. Interim verò ſedes Remenſis mihi
„ regenda decernitur, idem verò Hugo
„ Moſomi commorari permittitur. Nec
„ longum, inſtante ſcilicet vindemiæ
„ tempore, hic noſter æmulus Hugo,
„ aſſumens ſecum Theobaldum Regis
„ inimicum, & regni noſtri, cum aliis plu-
„ ribus malefactoribus in villas Remen-
„ ſis Epiſcopij contiguas vrbi deuenit,
„ & omne penè vinum ex his colligens
„ in diuerſos pagos abduci fecit. Tum
„ multa mala inibi perpetrata, & Eccle-

A ſiæ noſtræ homines captiui abducti, & «
ad redemptionem variis ſunt adacti «
tormentis. Synodus autem circa me- «
dium menſis denuntiata, Virduni ce- «
lebratur, præſidente Rotberto Præſule «
Treuirenſi, præcepto Papæ Romani, «
præſente quoque Brunone, cum Epiſ- «
copis & Abbatibus nonnullis, ad quam «
præfatus Hugo euocatus, miſſis etiam «
duobus ad eum deducendum Epiſco- «
pis, Adalberone & Gozlino, venire «
contempſit. Vniuerſa verò Synodus «
mihi Remenſe regendum decernit E- «
piſcopium, indicitúrque iterum Syno- «
dus habenda die Iduum menſis Ianua- «
B rij, quæ & aggregatur, vt denuntiatum «
fuerat, in Eccleſiâ S. Petri ante proſ- «
pectum caſtri Moſomi à Rotberto, «
conuenientibus ceteris quoque Tre- «
uirenſis diœceſeos Epiſcopis, & aliqui- «
bus Remenſis. Veniens autem illuc «
æmulus noſter Hugo, & locutus cum «
Rotberto Synodum noluit ingredi: «
litteras verò quaſi ex nomine Papæ «
direxit ad Epiſcopos per Clericum «
ſuum, qui eas Româ detuliſſe fereba- «
tur, nihil auctoritatis canonicæ conti- «
nentes, ſed hoc tantùm præcipientes, «
vt Hugoni Remenſe redderetur Epiſ- «
copium. Quibus recitatis, ineuntes «
C Epiſcopi conſilium cum Abbatibus & «
ceteris qui aderant ſapientibus, reſ- «
ponderunt non eſſe dignum vel con- «
gruum, vt mandatum Legationis Apo- «
ſtolicæ, quam dudum Rotbertus Ar- «
chiep. deferente Frederico Præſule «
Mogontiacenſi coram Regibus & E- «
piſcopis tam Galliæ quàm Germaniæ «
ſuſceperat, & partem iam præceptio- «
nis ipſius exegerat, propter illas lite- «
ras intermitteret, quas inſidiator no- «
ſter exhibebat: immo quod regulari- «
ter cœptum fuerat, vt canonicè per- «
tractaretur, vnanimiter cenſent; præ- «
cipitúrque recitari Capitulum Cartha- «
D ginenſis Concilij xix. de accuſato & «
accuſatore. Quo recitato iudicatum «
eſt iuxta diffinitionem ipſius Capituli, «
vt communionem & parrochiam Re- «
menſem me retinente, Hugo, qui ad «
duas iam Synodos euocatus intereſſe «
contempſerat, à communione & regi- «
mine Remenſis Epiſcopij abſtineret, «
donec ad vniuerſalem Synodum quæ «
indicebatur, ſeſe purgaturus, vel ra- «
tionem redditurus præſentaret. Ipſúm- «
que Capitulum mox in carthâ Epiſco- «
pi coram ſe deſcribi fecerunt, ſubne- «
ctentes hanc etiam definitionem ſuam. «

„ & eidem Hugoni miſerunt. Qui poſt
„ alteram diem cartham eandem Ror-
„ berto Præſuli remiſit, hoc verbis re-
„ mandans: quod ipſorum iudicio ne-
„ quaquam obediturus eſſet, ſicque ab-
„ ſoluto Concilio, ipſe Moſomum con-
„ tra mandata Regum & Epiſcoporum
„ retinet, & ego Remos regreſſus recla-
„ mationis meæ querelas ad ſedem Ro-
„ manam per legatos Regis Othonis de-
„ ſtinaui, præſtolans mandata ipſius ſan-
„ ctæ Sedis, eius decretis & vniuerſalis
„ huius ſancti Concilij veſtri iudiciis pa-
„ tere paratus. Synodum verò conuo-
cauit Artaldus apud caſtrum Theodo-
rici & alteri apud S. Macram intereſt
935. an. 935. Vnxit quoque Ludouicum
Regem Vltramarinum Lauduni Cla-
uati 936. à quo iure monetæ & Comi-
tatu Remenſi donatus, Ludouicum fi-
948. lium ſacro fonte abluit 948. præſen-
tibus viginti & amplius Epiſcopis, vt
eſt in vitâ Sancti Odonis Cluniacenſis.
Conſecrat etiam Lotharium 12. No-
954. uemb. 954. quo anno ſepulturæ man-
datur apud S. Remigium ab Arraldo
Ludouicus IV. eius parens. Plures au-
tem Epiſcopi inaugurationem ab eo
accepere Hildegarius Bellouacenſis,
Fulbertus Cametacenſis, Rodulfus
Laudunenſis, Berengarius Virdunen-
ſis, Rodulfus Nouiomenſis & alij; pot-
tò expulſis Clericis an. 953. religioſos
961. inſtituit in monaſterio S. Baſoli, fatóq;
functus eſt 961. Septemb. 30. vt ha-
bent Flodoard. & Albericus in chro-
nicis.

39. ODALRICVS Hugone Comi-
te & Euâ vxore natus, Arnulphi fra-
ter, Adalberonis Metenſis conſangui-
neus. Poſt obitum Artaldi, in Eccleſiâ
Remenſi ordinatum fuiſſe docet Flo-
» doardus his verbis in chronico: Lega-
» tio veniens ab Ioanne Papâ inrimat
» præfatum Hugonem quondam Epiſ-
» copum, tam ab ipſo Papâ, quàm ab
» omni Romanâ Synodo excommuni-
» catum: cuius legationis redditi cer-
» tiores per Brunonem Archiepiſcopum,
» elegimus àd Epiſcopum Remenſem
» ODOLRICVM illuſtrem Clericum,
» Hugonis cuiuſdam Comitis filium,
» fauente Lothario Rege cum Reginâ
» matre, præfatóque Brunone, quique
» Remis ordinatur ab Epiſcopis Vuido-
» ne Sueſſionico, Roricone Laudunenſi,
» Gibuino Catalaunenſi, Hadulfo No-
» uiomenſi, Vuicfredo Virdunenſi. Idem
verò proceres Francorum, qui domi-

A nia ſuæ Eccleſiæ peruaſerant, ad reſti-
tutionem compellens, Theobaldum
quemdam dynaſtam à ſacris interdi-
cit propter caſtrum Codiciacum, &
prædia quæ à S. Remigio abſtulerat;
tum Heribertus Comes reſtituto Spar-
naco, & villis quas occupauerat,
amicitiam cum eo firmauit 964. Me- 964.
motatur in chartâ donationis villæ de
Layo in Comitatu Caluimontenſi;
quam Eua Comitiſſa & idem Odelri-
cus dederunt S. Arnulfo Metenſi, cu-
ius exemplar è tabulario deſumptum
talis eſt tenoris:

B IN NOMINE *Sanctæ Trinitatis. No-
tum ſit ergo præſentium & futurorum ſo-
lertia, qualiter ego Eua Comitiſſa, & filius
meus* VDELRICVS *Dei gratiâ* RE-
MORVM *Archiepiſcopus, in eleemoſy-
nâ dilectiſſimi coniugis mei Hugonis no-
biliſſimi Comitis, filijque noſtri dulciſſimi
æquè ſtrenui Comitis Arnulphi, ab im-
piis & inimicis ſanctæ Eccleſiæ à primæuo
iuuentutis ſuæ flore pro iuſtitiâ Dei, quam
exequebatur, impiè trucidati, ad baſilicam
beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Arnulphi vil-
lam meam Layam à prædicto Seniore meo
mihi datam dotis iure, ſitam in Comitatu
Caluimontenſe condonauerim & confirma-*
C *uerim perpetuò poſſidendam, vnà cum
appendiciis eius omnibus, Eccleſiâ ſcilicet,
mancipiis, vineis, ſiluis, pratis, paſcuis,
aquis; rectitudine pontis ſuper fluuium
Muri ſiti, aquarúmque decurſibus, piſcaturâ
baunali, molendinis, cultis & incultis,
mobilibus & immobilibus. Foreſtam ni-
hilominus quæ dicitur Heis cum integro
banno eidem loco concedimus in omnes
vſus, cum redditibus ſuis, id eſt croadâ &
ſiſſusâ, quas debent ſoluere quicúmque de
adiacentibus exinde voluerint focariam de
mortua ſyluâ habere, & plauſtra ad aratra
ſua, ſtabula etiam facere. Decernimus*
D *etiam, vt quinque manſi ſeparatim cum
decimis ſuis ad luminaria Eccleſiæ habean-
tur miniſtranda. Quam villam ſpecialius
ipſi beatiſſimo Pontifici Arnulpho idcirco
volui delegare, quòd iſdem venerandus An-
tiſtes, de cuius germine Francorum ſtrenuiſ-
ſimi prodiêre, in eadem villâ præſentis exor-
dium ſuſcepit vitæ, & quia filij mei ab ipſo
ducebant originem ex paterno genere. Qua-
propter placuit mihi & amicis fidelibúſque
noſtris, prædictum Arnulphum filium meum
in præfati Confeſſoris baſilicâ tumulari, vt
à quo ducebat originem carnis, eius prote-
geretur & meritis, ceteriſque eius parenti-
bus proueniret munus æternæ ſalutis. Vt-
que hoc efficeretur, venerabilis Adelberonis*

Metenſium Epiſcopi meíque conſanguinei
deuotio me prouocauit, qui in eodem loco
anctoritate & præcepto domini Othonis Im-
perator. monachos ſub regulâ S. Benedicti
primus inſtituit conſeruari. Itaque prædi-
ctam villam Deo & bono Arnulpho famu-
lantibus perpetualiter abſque vllâ contradi-
ctione concedo poſſidere; eo tamen tenore,
vt dum aduixerimus, ego & filius meus
VDELRICVS *Archiepiſcopus Remo-*
rum, noſtris ſeruiat vſibus, librámque ar-
genti ſingulis annis vitæ noſtræ in feſto
prædicti S. Arnulphi perſoluamus. Poſt
deceſſum verò noſtrum eâ lege quâ & nos
eandem villam poſſedimus, ad Monaſterij
redeat vſus, ſcilicet cum omni integritate,
abſque vllius hominis, niſi ſolius Dei ad-
uocatione, &c. Et vt hæc donatio firma per-
maneat, ſubnixâ ſtipulatione nobilium re-
giminis conſignauimus, filiíque noſtri do-
mini Vdelrici Archiepiſcopi Remorum ſigil-
lo corroborauimus. Actum Metis publicè
ſub die XVII. *Kalend. Septemb. in præſen-*
tiâ Adelberonis Metenſium Epiſcopi, anno
965. *ab Incarn. Dom.* D. CCCC. LXV. *Indict.*
VIII. *regnante glorioſiſſimo Rege Othone,*
anno Imperij eiuſdem XXX. *Ego Adalbero*
S. Metenſis Eccleſiæ Sedis Epiſcopus ſub-
ſcripſi anno Præſulatus noſtri XXIV. *& ana-*
themate roboraui. S. Friderici Ducis, S. Si-
gisfridi Comitis, S. Giſleberti Comitis, S.
Thieberti Palatini Comitis, S. Folmari.
Eo Præſule animam exhalauit Flo-
doardus Preſbyter & Canonicus Re-
menſis, Paſtor de Cormicy, è Sparna-
co oriundus, celebris ſuâ ætate chro-
966. nographus an. 966. Martij 28. ætatis
73. poſt abdicatum munus in gratiam
Flodoardi nepotis; hic libris quatuor
condidit Hiſtoriam Eccleſiæ Remen-
ſis, & in Appendice ad Chronicon
„ ſuum celebratur, honore ſanctitatis
„ venerandus, caſtitatis ſplendore ange-
„ licus, fulgore ſapientiæ cælicus, cæte-
„ rarúmque virtutum inſignibus abun-
„ danter expletus. Obiit autem Odol-
968. ricus anno ſalut. 968. teſte Alberico
aut 971. vt fertur in Appendice Regi-
nonis & chron. Moſomenſi.

ARDENNE

40. ADALBERO D'ARDENNE
Godefridi Comitis Ardennenſis filius,
frater verò Godefridi, Ducum inferio-
ris Lotharingiæ progenitoris, & Hen-
rici Ardennæ Comitis, ſummus Fran-
768. ciæ Cancellarius, fauore Lotharij ad
hanc Sedem aſſumptus an. 768. aucto-
re Alberico; idem in chronico Moſo-
971. menſi 971. dicitur aſſenſu procerum

A Occidentalis Franciæ, & regali muni- „
ficentiâ conſtitutus Antiſtes, vir in re- „
bus Eccleſiaſticis ſtrenuus, carne no- „
bilis, genere potens, conſilio prudens, „
magnanimitate ſingularis, fidei virtu- „
te inuincibilis. Concilium Remis ce- „
lebrat 975. in quo Theobaldus Am- 975.
bianenſis Eccleſiæ vſurpator excom-
municatur; quâ de re illius epiſtola,
& Stephani Romani Diaconi Bene-
dicti 7. Papæ Legati ad eumdem ſcri-
pta habetur. Hoc quoque anno Gan-
daui in monte Blandinio, Petri Prin-
cipis Apoſtolorum templum ab Ar-
nulpho Comite incœptum celebri ce-
B remoniâ dicauit, & pridie Kal. Octo-
bris corpus S. Flolberti Abbatis Blan-
dinienſis à terrâ leuauit, vt eſt in chro-
nico præfati monaſterij; apud Albe-
ricum autem reſtaurator dicitur Ab-
batiæ S. Theodorici, cuius exuuias qua-
dringentis amplius annis ab obitu tu-
mulo effodit. Item Synodo apud S. Ma-
riam in pago Tardanenſi præſidet 983. 983.
in quâ firmatum eſt decretum Adal-
beronis qui monachos in Moſomen-
ſi Abbatiâ pro Canonicis collocarat
971. Nouemb. 7. Inunxit verò Hugo-
nem Capetum Regem Francorum die
3. Iulij 987. quo anno recenſetur ſum- 987
C mus Cancellarius in diplomate apud
Compendium palatium pro confirma-
tione priuilegiorum monaſterij Cor-
beienſis Maingaudo Abbati conceſsâ,
ſubſcripto Renoldo Cancellario, ad
vicem Adalberonis; necnon in tabulâ
Lotharij Regis 973. donationis Fayæ
cœnobio S. Ioannis Bonæuallis in
Thoarcenſi pago. Ei ſcribit Gerber-
tus primò Remorum, dein Rauennæ
Archiepiſcopus epiſtolas 8. 61. 93. 94.
102. vbi famoſus dicitur fide, pietate,
occupationibus Reipublicæ detentus;
pluréſque apud eumdem leguntur no-
D mine Adalberonis ſcriptæ literæ ad
Ecbertum Treuirenſem, Wilegiſum
Moguntinum, Notegarium Leodien-
ſem, Theophaniam Imperatricem, Lo-
tharium, Carolum Ducem, cæteróſq;
Migrauit è viuis Lauduni quo relega-
tus fuerat à Carolo Duce Lotharingiæ
Ianu. 5. an. 989. fundato anniuerſario 989.
in die S. Vincentij, primus Archiepiſ-
coporum tumulo conditur in baſili-
câ maiore Deiparæ Virginis ſub alta-
ri S. Crucis, hoc epitaphio ei appoſi-
to apud Appendicem Flodoardi, quod
etiam legitur in veteri codice Ignia-
cenſis Abbatiæ:

Contulerat natura parẽs, quæ ſumma putauit,
Ad meriti cumulum tibi Præſul Adelbero, *cùm te,*
Præſentem cunctis mortalibus abſtulit Orbi,
Quinta dies fundentis aquas cum pondere rerum.

41. Arnvlfvs Lotharij Francorum Regis filius naturalis, ad Remen-
989. ſem Cathedram promotus an. 989. ita viſum eſt Regi Hugoni Capeto, vt licet non legitimo thalamo, ſtemmate regio tamen natus, & Caroli Ducis Lotharingiæ nepos, hoc inſigni beneficio in ſuis partibus contineretur. Eius electionem recitat Gerbertus hac epiſtolâ: Sanctæ *ac vniuerſali Eccleſiæ Catholicæ ſalutem dicunt filij Remorum Metropolis. Diuæ memoriæ Patre noſtro Alberone ſenſus corporeos relinquente, clarum lumen Paſtoris amiſimus, prædæ hoſtium facti ſumus. Itaque dum molimur, conamur tanti viri reſarcire ruinas; Elapſa ſunt canonica tempora, violatæ ſunt leges, quibus cauetur nullam Sedem amplius triginta dierum ſpatio vacare licere. Núncque tandem pulſantibus diuina lux ſe apparuit, & quo ſequeremur oſtendit, depulſo Antichriſto, ſimoniacâ hæreſi damnatâ. Nos, inquam, qui dicimur Epiſcopi diœceſeos Remorum Metropolis, cum omni Clero, diuerſi ordinis populo acclamante, Ortodoxis Regibus noſtris conſentientibus, eligimus nobis in Præſulem virum pietate præſtantem, fide inſignem, conſtantiâ mirabilem, in conſiliis prouidum, rebus gerendis aptum; In quo hæ virtutes, quæ ſic clarè relucent, indicio ſunt cæteras abeſſe non poſſe,* Arnvlfvm *dicimus Regis Lotharij filium; Quem etſi altus ſanguis, vitio temporis, ſub anathemate poſitus, aliquo infecit contagio; ſed tamen hunc mater Eccleſia purificans myſticis abluit ſacramentis: Hunc inquam dicimus Laudunenſis Eccleſiæ filium, & vt veriùs fateamur, Remenſis. Ea quippè ciuitas Remenſe territorium, Remenſis parochia eſt; nec ſic à Beato Remigio diuiſa, vt fieret aliena. Nimirum ille vir Deo plenus, vnitatem appetens, non ſciſſionem affectans, ſic ſcidit vt cohæreret velut pars in toto. Et quis & quantus futurus eſſet intelligens, natale ſolum beauit Sacerdotij dignitate. Eligimus ergo hunc Arnulphum, hinc ortum, hic educatum, ſimoniacæ hæreſis expertem, à factione tirannicâ remotum, ſua cuíque debita iura reddentem; Sanctuarium Dei non diſſipantem. Sint procul ab electione noſtra, dolus & fraus, nec putent eam ad ſe pertinere filij Belial; filij pacis & concordiæ, ſtabilem & ſolidam in perpetuum faciant confirmando, corroborando, ſubſcribendo.* Vix autem ſex menſes Archiepiſcopatum rexerat, cum proditione Adelgarij preſbyteri Carolus ciuitate Remenſi potiretur an. 990. ſparſo ru- 990.
more eius auctorem fuiſſe Arnulphum, qui Laudunum captiuus abducitur; teſtis Hugo Abbas in vitâ S. Ricardi, tum Præcentor & Archidiaconus Remenſis: Regebat, inquit, Eccleſiam Arnulfus (Lotharij Regis qui quintus à Carolo Caluo fuit) filius, traditor cognominatus eſt, ob id quia ciuitatem patruo ſuo Carolo reddidit, cum doleret regnum alienæ ſtirpi datum, & ſuæ præreptum. Igitur Hugo literas ad Pontificem cum Epiſcopis prouinciæ Remenſis ſcripſit, quibus petitum vt Synodo congregatâ in Arnulfum ob infidelitatis crimen damnationis ſententia proferretur, miſſis à Rege ad Papam Legatis, & pro Arnulfo pariter ab Heriberto Comite Viromanduenſi. Interim coactâ Remis generali Franciæ Synodo, ad eam vocatus Arnulfus cum excuſaret à Carolo in vinculis Lauduni detineri, factum eſt inter hæc, vt proditione Laudunenſis Epiſcopi ab Hugone eadem ciuitas cum Arnulfo caperetur, quem Rex iudicandum duci iuſſit ad conuentum Epiſcoporum, in quo reus accuſatur teſtimonio Adelgarij, damnatúſque ſententiam à Synodo accepit an. 992. 992.
Iunij 17. inſtante Hugone, ob fidem erga ipſum violatam: nihilominus depoſitioni Arnulfi reclamauit Seguinus Senonenſis Metropolitanus, qui Concilio præſidebat, & Epiſcopi licet inuiti ob metum conſenſerunt, ipſéque Seguinus eâ de cauſa Regem acriter redarguit, ac inde eius odium in ſe concitauit. Interim Arnulfus in carcerem detruſus eſt apud Aureliam cum Carolo nuper ab Hugone capto: tota verò controuerſia apud continuatorem Aimoini l. 5. c. 46. in fragmento chronici Hugonis monachi Floriacenſis, & hiſtoriâ depoſitionis ipſius Arnulfi vberrimè tractatur. At ex Odoranni codice ms. pauca hæc ſelegimus: Arnvlfvs tunc erat Archiepiſcopus Remenſis, vir bonus & modeſtus, cui Hugo Rex inuidens voluit eum exterminare cum omni progenie Lotharij; congregatâ Synodo in vrbe Remenſi Rex inuitauit Archiepiſcopum Seuinum cum Suffraganeis, & fecit deponere Arnulfum, dicens

» non debere fieri Epiſcopum ex con- A
» cubinâ, & in locum eius fecit ordinari
» Gerbertum; Arnulfum autem man-
» cipari fecit cuſtodiæ Aurelianis, ibi-
» que manſit annis tribus cum nepote
» Carolo. Quod cùm relatum fuiſſet
» ſummo Pontifici, indignatus interdi-
» xit omnes Epiſcopos, qui Arnulfum
» deiecerant & Gerbertum ordinaue-
» rant: Miſit quoque Leonem Abbatem
» ab Apoſtolicâ Sede ad Seuinum, vt vi-
» ce ſuâ Synodum congregaret in Re-
» menſi vrbe cum mandato Arnulfum
» reuocandi & Gerbertum deponendi:

Has demum Remenſis Eccleſiæ diſcordias cum intellexiſſet Ioannes xv. B Pontif. Max. valdè infenſus, ſacris interdixit omnibus Præſulibus, * qui Arnulfum gradu ſuo priuauerant, pro quo Archimandrita Floriacenſis Abbo, coram Sede Apoſtolicâ in iudicio ſtetit; Moſomi enim, tum Remis preſide Concilij Leone Abbate Pontificio Legato vnâ cum Seguino Senonenſi Metropolitano, dignitate depoſitus
995. eſt Gerbertus an. 995. & reuocatur Arnulfus è carcere, à quo non exiit Gregorio 5. intercedente ante Hugonis obitum; magno honore Sedi ſuæ reſtitutus, poſteàque confirmatus à Sil- C ueſtro II. Pont. hoc diplomate, quod è codice Sancti Remigij Remenſis relatum fuit inter epiſtolas Gerberti:

» SILVESTER Epiſcopus ſeruus ſeruo-
» rum Dei, dilecto in Chriſto filio AR-
» NVLPHO Sanctæ Remenſis Eccleſiæ
» Archiepiſcopo. Apoſtolici culminis
» eſt non ſolùm peccantibus conſulere,
» verùm etiam lapſos erigere & propriis
» priuatos gradibus reparatæ dignitatis
» inſignibus informare, vt & Petro ſol-
» uendi libera ſit poteſtas, & Romanæ
» gloriæ vbique fulgeat dignitas. Qua-
» propter tibi Arnulfo Remenſi Archie-
» piſcopo quibuſdam exceſſibus Pontifi- D
» cali honore priuato ſubuenire dignum
» duximus, vt quia tua abdicatio Ro-
» mano aſſenſu caruit, Romanæ pietatis
» munere credaris poſſe reparari. Eſt
» enim Petro ea ſumma facultas, ad quam
» nulla mortalium æquiparari valeat fœ-
» licitas: concedimus ergo per huius pri-
» uilegij noſtra ſtatuta, tibi baculo &
» annulo redditis, Archiepiſcopali offi-
» cio fungi, & omnibus inſignibus quæ-
» cunque ad ſanctæ Metropolim Re-
» menſis Eccleſiæ pertinent, ſolito mo-
» re perfrui. Pallio ſolemnitatibus ſtatu-
» tis vtaris, benedictionem Regum Fran-
corum & tibi ſubiectorum Epiſcopo- «
rum obtineas, & omne magiſterium «
quod tui anteceſſores habuiſſe viſi «
ſunt, noſtrâ auctoritate Apoſtolicâ «
geras: præcipimus etiam vt nullus «
mortalium in Synodo, aut in quacun- «
que parte abdicationis tuæ, crimen «
tibi quoquomodo opponere præſu- «
mat, vel hac occaſione in improperij «
contra te verba exardeſcat; ſed noſtra «
re vbique auctoritas muniat, etiamſi «
conſcientiæ reatus accurrat. Confir- «
mamus inſuper tibi & concedimus Ar- «
chiepiſcopatum Remenſem in inte- «
grum, cum omnibus Epiſcopatibus ſi- «
bi ſubiectis, ſeu cum omnibus Mona- «
ſteriis, plebibus, titulis & capellis, at- «
que cortibus, caſtellis, villis, ſalibus, «
& cum omnibus rebus ad Eccleſiam «
Remenſem pertinentibus, ſaluo & in- «
uiolabili teſtamento B. Remigij Fran- «
corum Apoſtoli; ſtatuentes Apoſtoli- «
câ cenſurâ ſub diuini iudicij obteſta- «
tione, & anathematis interdictione, vt «
nulli vnquam noſtrorum ſucceſſorum «
Pontificum, vel aliæ cuælibet magnæ «
paruæque perſonæ, hoc noſtrum pri- «
uilegium infringere liceat. Si quis «
verò, quod abſit, hoc Romanum de- «
cretum violare tentauerit, anathema «
ſit.

Ceterùm hæc omnia & pleráque alia notatu digna de Arnulfo produnt etiam fusè ſatis Gerbertus ipſe, Albericus, Auctuarium concilij S. Baſoli, Ordericus, Baronius & Spondanus in Annal. ex quibus hîc non pauca. Poſt reſtitutionem ſubſcribit Arnulfus fun- 1018. dationi Eccleſiæ Collegiatæ S. Laurentij de Rozeyo ab Hilgaudo eiuſdem loci dynaſtâ 1018. Mortuus anno 1023. teſte Alberico non 1109. vt vul- 1023. gati habent catalogi; humatus eſt in choro S. Remigij ſub eo epitaphio:

Hic iacet ARNVLPHVS *Regali ſtemmate fuſus,*
REMORVM *Præſul, nulli pietate ſecundus,*
Spes inopū, ſpes debiliū, Paſtor monachorū,
Aſſertor veri, rigidi ſeruator honeſti,
Quem fera mors rapuit, quæ nulli parcere nouit,
Flete patrem monachi, lacrymarum fonte perenni.

42. GERBERTVS natione Gallus, patriâ Aquitanus, ex monacho Aureliacenſis Abbatiæ, humili loco natus, ſed ingenio acer, & ſtudiis pleniſſimè excultus, è monaſterio ad aulam regiam traducitur; vbi primùm

Prçceptor Roberti Pij Francorum Re- A
gis factus: Helgaudus enim Floriacen-
» ſis, inquit, à piiſſimâ matre ſcholæ Re-
» menſi traditus, Gerberto ad erudien-
» dum eſt datus, qui eum ſufficienter
» liberalibus inſtrueret diſciplinis : is
» quippe Gerbertus pro maximo ſuæ ſa-
» pientiæ merito, quo toto radiabat in
» mundo, donatiuo Regis Hugonis mu-
» nere, Pontificium adeptus eſt Remen-
» ſe, non multis annis illud adornauit
» ſplendidè in his quæ forent neceſſaria
» Eccleſiæ. Electionis illius documentũ
cum profeſſione fidei habetur libro
epiſtolarum ipſius Gerberti in hunc B
» modum : Semper quidem dilectiſ-
» ſimi fratres, iudicia Dei iuſta ſunt, ſed
» interdum occulta. Ecce enim poſt
» diſſolutionem beatæ memoriæ patris
» A. quemdam ex Regio ſemine pro-
» deuntem nobis Eccleſiæque Remenſi
» præfecimus, & clamore multitudinis
» impulſi, ſcripturâ dicente, vox populi,
» vox Dei : & ſanctorum Canonum in-
» ſtitutis deſiderium ac vota Cleri ac
» populi in electione Epiſcopi perqui-
» rentium : caligauit acies mentis no-
» ſtræ, literam incautè ſequendo, con-
» cordem ſententiam diuinarum ſcriptu-
» rarum parùm inueſtigando : Non erat
» quippe vox Dei, vox populi clamantis, C
» crucifige, crucifige ; ergo non omnis
» vox populi, vox Dei eſt, nec omnia
» Cleri & populi vota & deſideria in ele-
» ctione Epiſcopi perquirenda ſunt : ſed
» tantùm ſimplicis & incorrupti, id eſt
» ſpe quæſtus minimè electi. Sententiæ
» Patrum exponendæ. Non liceat, in-
» quit, turbis electionem facere eorum,
» qui ad ſacerdotium vocantur, ſed iu-
» dicium ſit Epiſcoporum, vt eum ipſi
» qui ordinandus eſt, probent, ſi in ſer-
» mone & fide & in Epiſcopali vitâ edo-
» ctus eſt. Nos igitur Epiſcopi Remo-
» rum diœceſeos ſecundum has conſti-
» tutiones Patrum fauore & conniuentiâ D
» vtriúſque Principis noſtri, Domni
» Vgonis Auguſti, & excellentiſſimi Re-
» gis Roberti, aſſenſu quoque eorum
» qui Dei ſunt in Clero & populo, ele-
» gimus nobis Archiepiſcopum Abba-
» tem Gerbertvm ætate maturum,
» naturâ prudentem, docibilem, affabi-
» lem, miſericordem ; nec præferimus
» illi vagam adoleſcentiam, ambitionem
» ſe extollentem, omniáque temerè mi-
» niſtrantem ; immo nec talibus ſubiu-
» gari patienter auditu perferimus, quo-
» rum ſapientiâ & conſilio, Eccleſiaſtica

ac ciuilia iura adminiſtrari non poſſe «
ſcimus. Cúmque in vno quoque Epiſ- «
copo ſit hoc ſpeculandum, maximè «
tamen in eo qui cæteris præeſt Metro- «
politano. Eligimus itaque hunc Ger- «
bertum qui * * fuit. Huius vitam, ac «
mores à puero nouimus, ſtudium in di- «
uinis, ac humanis rebus experti ſumus; «
huius conſiliis ac magiſterio informari «
quærimus, eius electionem ſubſcri- «
bendo confirmamus, ſtabilimus, corro- «
boramus communi omnium bonorum «
conſulru. Gerbertus igitur fauore Hu- «
gonis Regis, Arnulfo depoſito conſe-
cutus Archiepiſcopatum 992. ſe in lo- 992.
cum eius ſubrogari curauit : & poſt
aliquot annos per Leonem Legatum
& decretum Concilij Remenſis in quo
auditus, vt tradit Maſſonus, qui ex
ipſius ſcriptis hiſtoriam huius Synodi
concinnauit, lib. 3. pro ſui defenſione
aduerſus Arnulfum diſputationem ha-
buit, quâ confeſſus iniuſtè hanc Ponti-
ficalem ſuſcepiſſe dignitatẽ, calumniis
Sedi Apoſtolicæ per fraudem obie-
ctis ; poſthæc verò ad maiores digni-
tates Eccleſiæ peruenit : nam videns
Arnulfum reſtitutum, séque Pontifi-
catu Remenſi deiectum, relicto Fran-
corum Rege, Ottoni III. Imp. ſe inſi-
nuans totum addixit, quem comitatus
in Italiam, ad Rauennatem Eccleſiam
meritò promoueri obtinuit 997. & à 997.
Gregorio V. Pont. ordinatus donatur
pallio, aliíſque priuilegiis, quod etiam
teſtatur Ditmarus, Gerberti æqualis
ſcriptor : Natus, inquit, de occiduis «
regionibus, à puero liberali arte enu- «
tritus, in Philoſophiâ & Aſtrologiâ «
tantùm profecit, vt ſuos quóſque coæ- «
taneos variæ artis notitiâ ſuperauerit, «
ingreſſus vitam monaſticam factus eſt «
Præceptor Roberti Regis filij Hugo- «
nis, in regiâ aulâ aliquandiu verſatus «
ad Remenſem, deinde ad Rauennatem «
Archiepiſcopatum ſibi aditum præpa- «
rauit. Aimoinus ſcribit eum à populo «
Imperatori ſine dubio adulante, in
Antiſtitem poſtulatum fuiſſe, quòd
cum eo diu verſatus in Magdeburg
admirabile horologium feciſſet, atque
per inſtrumentum dedalicâ inuentio-
ne compoſitum, in ſui amorem pertra-
xiſſet. Eundem Gerbertum Guido
apud chron. Belgicum famoſum inge- «
nij ſubtilitate ac profectum in Hiſpa- «
niam refert, vt Aſtrologiam à Sarra- «
cenis diſceret, quam vnà cum liberali- «
bus artibus ita ebibit, vt eas induſtriâ «

magnâ reuocaret in Galliam, vbi pridem omnino perierant; tradit porrò Helgaudus in vitâ Roberti Regis de ſe non illepidè in litera R. luſiſſe:

Scandit ab R. GERBERTVS *ad R. poſt Papa viget R.*

Hic videlicet Remenſem & Rauennatem Eccleſias adeptus, demum ad
999. Apoſtolicam ſedem peruenit an. 999. aſſumpto nomine SILVESTRI II. Verùm ad hoc culmen magicis incantationibus prouectum fuiſſe fabula eſt, quæ tantùm ſimplicium auribus ingeritur, ex eóque orta videtur, quòd in tam rudi ſeculo, præter diuinatum rerum cognitiones Mathematicæ ſcientiæ, præcipuè verò Aſtrologiæ hic ſcientiſſimus eſſet; & primus architectus fabulæ fingendæ fuit Benno, qui ſe Cardinalem Archipreſbyterum nominat, Maſſono referente, ſed cùm nullus ante eum de Siluestro ea ſcripſiſſe reperiatur, non hunc tantùm, ſed omnes Gregorij VII. prædeceſſores Aſtrologiæ, Philoſophiæ & naturalis Magiæ peritos, maleficij accuſauit; quod autem prorſus commentum hoc falſitatis arguit, epitaphium illud eius ſepulchro inſcriptum Romæ in baſilicâ Lateranenſi auctore Sergio Quarto eius ſucceſſore viro ſancto, abundè ſatis id refutat:

Iſte locus mundi SILVESTRI *membra ſepulti,*
Venturo Domino conferet ad ſonitum.
Quem dederat mundo celebrem doctiſſima virgo,
Atque caput mundi culmina Romulea.
Primùm GERBERTVS *meruit Francigena ſede,*
REMENSIS *populi Metropolim patriæ.*
Inde RAVENNATIS *meruit conſcendere ſummum*
Eccleſiæ regimen nobile, ſícque potens.
Poſt annum ROMAM *mutato nomine ſumpſit,*
Vt toto Paſtor fieret orbe nouus.
Cui nimium placuit ſociali mente fidelis,
Obtulit hoc Cæſar Tertius Otto ſibi.
Tempus vtérque comit clarâ virtute Sophiæ,
Gaudet, & omne ſeclum frangitur omne reum.
Clauigeri inſtar erat, cælorum ſede potitus,
Ternâ ſuffectus cui vice Paſtor erat.
Iſte vicem Petri poſtquam ſuſcepit, abegit
Luſtralis ſpatio ſecula morte ſui.
Obriguit mundus diſcuſſâ pace triumphus,
Eccleſia nutans dedidicit requiem.
SERGIVS *hunc loculum miti pietate ſacerdos,*
Succeſſórque ſuus compſit amore ſui.
Quiſquis ad hunc tumulum deuexa lumina vertis,
Omnipotens Domine, dic, miſerere ſui.

Obiit anno Dominicæ Incarnationis M.III. *Indict.* I. M. *May die* XII. 1003.

Gerberti vitam diffusè compoſuit Abrahamus Bzouius; Baronius, Spondanus in Annal. Ciacconius, Onuphrius, Maſſonus & Quercetanus in vitis Pont. Rom. antiquiores verò Glaber l. 1. c. 4. Helgaudus, Ditmarus, Albericus, aliique grauiſſimi auctores honorificam de eo mentionem fecêre in ſcriptis ſuis; cuius Siluestri epiſtolarum liber prodiit in lucem è bibliothecâ doctiſſ. Papirij Maſſoni, operâ Ioan. fratris Baiocenſis Eccleſiæ Archidiaconi.

43. EBALVS DE ROVCY Comes de Roceio, primùm laicus nupſit Beatrici de Hannoniâ, filiæ Raineri Comitis, & Hadwidis Roberti Francorum Regis ſororis, ex quâ ſuſcepit, Aelidem Comitum Rouciaci ſtirpis de Rameruco & de Arceis progenitricem, & Hadwidem Gaufridi domini de Ruminiaco vxorem. Ebalus autem eligitur an. 1023. vt eſt apud Albericum & chronicon Cameracenſe lib. 3. cap. 25. his verbis: Defuncto Arnulfo Remenſium Archiepiſcopo, Aſelinus Laudunenſis quemdam laicum EBVLONEM nomine, antea ſuum Secretarium, & ſuæ calliditatis conſcium acclamauit, & vt Rex concederet ſuis adulationibus impetrauit; virum ſanè nullius diſciplinæ, nihil etiam literarum præter pauca ſyllogiſmorum argumenta ſcientem, quibus idiotas ac ſimplices quoque ludificari ſolebat. Sub ſpecie verò literarum ad tanti honoris faſtigium multò ante tenderat, ſpémque ſuam multâ pecuniâ cumulabat quam vſuris turpiter aſſeruabat. Hoc quoque Aſelinus multò ante quæſiuit, & nunc maximè inſudabat, quatenus per eum ſuas calliditates liberius exerceret. Habet verò contra illud teſtimonium manifeſtè pugnantem Fulbertum Carnotenſem qui in epiſtolâ 38. ad Guidonem Coepiſcopum ſuum, ab ordinatione Ebali Remenſis non valde ſibi metuendum ſuadet, ſi eſt, vt dicitur, ab infantiâ Chriſtianus, ſano ſenſu, ſacris literis eruditus, ſobrius, caſtus, amator pacis & dile-

ROVCY. D'or au Lion d'azur. 1023.

„ dilectionis, nullo crimine, nullâ infa- A
„ miæ notâ turbatus, tandémque à Cle-
„ ro & populo ſuæ ciuitatis electus. Et
„ paulo poſt: Magni, inquit, viri, vt op-
„ timè noſti, Ambroſius Mediolanenſis,
„ & Germanus Autiſſiodorenſis, aliique
„ nonnulli, quia tales in laïco habitu
„ extiterunt, ſubito nobis ſancti Præſu-
„ les exierunt. Necverò Neophytos uo-
uitios, Chriſtianos, quo ſenſu Apoſto-
lus vetat fieri Epiſcopum, ſed ex laï-
corum cœtu in ſacrum ordinem recens
adſcriptos, eſſe in Pontifices eligen-
dos notat Sirmondus in analectis ad
epiſt. 1. lib. 1. Gofridi Vindocinenſis
Abbatis. Nam & hos quoque Neo- B
phytos dici voluit Gregorius, & ab
Epiſcopali gradu arceri literis ad Vir-
„ gilium, Syagrium, ceteróſque. Etſi
„ enim, inquit, primis ſæculis propter
„ Eccleſiæ neceſſitatem creati vtriúſque
„ generis Epiſcopi fuerant non pauci, &
„ in quibuſdam præclarè ſucceſſerat, vt
„ S. Nicolao, S. Seuerino, Ambroſio
„ Mediolani, Sidonio apud Aruernos &
„ in aliis; poſtea tamen ſublatâ neceſſi-
„ tate, interdici, ambitúmque hominum
„ ad ſacros honores repentè proſilien-
„ tium coërceri placuit. Eidem ſcribit
Fulbertus epiſt. 53. vbi dicitur, angu-
ſtiâ ipſius permotus, Odonem Comi- C
tem conueniſſe, vt ſineret Remenſem
Eccleſiam ad priſtinam dignitatem
reſpirare, ac hortatur, vt curam gregis
ſui non relinquat, quem mœrore affli-
ctus deſerere cupiebat. Bretiniacum
autem villam Canonicis B. Mariæ do-
nauit & Comitatum Remenſem ab
Odone Comite acquiſiuit, auctore Al-
berico: tandem poſt annos duodecim
1034. ad meliorem vitam tranſiit an. Dom.
1034.

CHASTILLON. De gueules à trois pals de vair, au chef d'or.

44. GVIDO DE CHASTILLON
1. Geruaſij Vicedomini Remenſis &
Milonis domini de Caſtellione frater,
corruptè nuncupatus de Barbero; ſuc- D
ceſſit 1034. & cum Ricardo S. Vitoni
Virdunenſis Abbate pro monetâ Mo-
ſomenſi tranſegit, quam deceſſor Re-
1040. menſi fabricæ iunxerat an. 1040. poſt
hæc autem Leonem IX. Pont. Max.
comitantibus Treuerenſi, Lugdunenſi,
Biſonticenſi Archiepiſcopis, cùm ad
dedicationem monaſterij S. Remigij
profectus eſt, magnâ pompâ excipit,
quo tempore Concilium Remis cele-
1049. bratur 1049. vbi controuerſia inter
Remenſem & Treuerenſem exorta de
Primatiâ ſedis & prærogatiuâ ſeſſionis,

præſente Leone agitatur, qui ſolem-
niter Eccleſiam S. Remigij conſecrauit
eiúſque reliquias humeris ſupponens
è tumulo leuat. Quid verò in eâ Sy-
nodo ſtatutum fuerit, docent cano-
nes ſanciti de ſimoniacâ hæreſi, ac
quibuſdam aliis vitiis; quibus infecti
plures tam Epiſcopi quàm Comites,
anathemate perculſi ſunt; ſed cum
acta integra Concilij, ex Remenſis Ec-
cleſiæ archiuis, necnon hiſtoriam lon-
giorem retulerit Baronius tomo 11.
Annal. ſufficit obiter tangere quæ ad
Manaſſis examinationem ſpectant:
DIE quinto nonas Octob. congrega- «
ti ſunt in memoratâ baſilicâ Epiſcopi «
numero viginti, cum quinquaginta «
Abbatibus, & aliis Eccleſiaſtici ordi- «
nis quamplurimis: vbi ſtatim vetus «
querela inter Remenſis ac Treuerenſis «
Archiepiſcopi Clericos eſt renouata, «
iis aſtruentibus, quia Remenſis Primas «
eſſet in Galliâ; ideóque illi diſpoſitio «
competeret ſynodica: E contra verò «
illi Archiepiſcopo Treuirenſi eandem «
dignitatem conabantur adſcribere, pri- «
mámque ſedem poſt Romanæ Eccle- «
ſiæ Præſulem in celebrando Concilio «
acquirere, &c. Poſt hæc conſederunt «
omnes ordine, quo Remenſis Archi- «
præſul diſpoſuit; Dominus quidem «
Papa in medio chori verſo vultu ad «
ſepulchrum B. Remigij, Remenſis in «
dextrâ, Treuerenſis in parte reſedit ſi- «
niſtrâ. Poſt Remenſem deinde reſe- «
derunt Beroldus Sueſſionenſis, Drogo «
Morinenſis, Frollandus Siluanectén- «
ſis, Adalbero Metenſis; ad meridia- «
nam autem plagam Halinardus Ar- «
chiepiſcopus Lugdunenſis, Hugo Lin- «
gonenſis, Ioſfridus Conſtantienſis, Iuo «
Sagienſis, Herbertus Liſoienſis, Hugo «
Baiocenſis, Hugo Autingenſis, Theo- «
doricus Virdunenſis; ad Septemtrio- «
nalem verò plagam, Hugo Archiepiſ- «
copus Veſontinenſis, Hugo Niuer- «
nenſis, Euſebius Andegauenſis, Pudi- «
cus Namnetenſis, Epiſcopus Anglo- «
rum, & Ioannes Pottuenſis. Poſt quo- «
rum terga in modum coronæ ſimiliter «
reſederunt Abbates hoc ordine: ſcili- «
cet Abbas S. Remigij Herimarus, Hu- «
go Cluniacenſis, Sygefridus Gorzien- «
ſis, Folco Corbeienſis, Rorbertus Pem- «
nienſis, Rainoldus S. Medardi, Girui- «
nus S. Richarij, Gotfridus Vezellia- «
cenſis, Arnoldus Pultarienſis, Rudol- «
phus Moſomenſis, Oylardus Catalau- «
nenſis, Milo Deruenſis, Nozgaudus «

„ Altiuillatenſis, Albertus S. Theodorici, Stephanus S. Vrbani, Vulurieus S. Auguſtini Cantuarienſis, Aluuinus S. Benedicti de terrâ Anglorum. Quibus ita reſedentibus ex præcepto Papæ ſurrexit Petrus S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus, expedito ſermone proponens, de quibus in eadem Synodo ſermo eſſet habendus, de multis videlicet illicitis, quæ contra Canonum instituta in Gallicis finibus exercebantur, id eſt, de ſimoniacâ hæreſi; de miniſteriis Eccleſiaſticis & altaribus, quæ à laïcis tenebantur; de prauis conſuetudinibus, quæ ab eis in atriis Eccleſiarum accipiebantur; de inceſtis coniugiis, & eis qui legitimas relinquentes vxores, adulterinis iterum nuptiis implicabantur; de monachis & clericis à ſancto propoſito & habitu recedentibus; item de clericis mundanæ militiæ ſtudentibus, de rapinis, pauperúmque iniuſtis captionibus, de ſodomitico vitio, & quibuſdam hæreſibus, quæ in eiſdem pullulauerant partibus. Quibus propoſitis, admonuit omnes qui aderant, vt inde ſecum prudenti deliberatione tractarent, conſiliúmque cum opportuno adiutorio Papæ præberent, quomodo hæc zizania diuinæ ſegetis ſemen ſuffocantia extirpari valerent. Poſthæc ad Epiſcopos ſermone conuerſo, commonuit illos ſub anathemate Apoſtolicæ auctoritatis, vt ſi quis eorum ad ſacros ordines per ſimoniam perueniſſet, vel premio quemlibet ad eandem dignitatem promouiſſet, publicâ confeſſione patefaceret. Primus ergo Treuirenſis Archiepiſcopus ad hæc verba ſurrexit, ſéque nec aliquid dediſſe, vel promiſiſſe pro adepto Epiſcopatu, neque alicui ſacros ordines vendidiſſe reſpondit. Deinde Lugdunenſis & Veſontionenſis ſurgentes, ab huiuſmodi culpâ profeſſi ſunt eſſe immunes. Tunc præfatus Diaconus ad Remenſem Archiepiſcopum ſe conuertit, & quid de his, ex quibus à cæteris facta fuerat purgatio, ediceret, requiſiuit. At ille ſurgens inducias petiit vſque in craſtinum, dicens ſe velle priuatim loqui ad Domnum Apoſtolicum. Cúmque data fuiſſet, cæteri omnes ſurrexerunt in ordine ſecundum verba priorum, purgantes ſe ab huiuſmodi ſuſpicione, quatuor tantummodo exceptis, Lingonenſi videlicet, Niuernenſi, Conſtantienſi, Namnetenſi, quorum cauſa

A eo die ad diſcutiendum relicta; diaconus ſermonis curſum ad Abbates qui aderant vertit, cóſque ne fortè ipſi in ouile Dominicum aliundè non per oſtium introiſſent, confiteri admonuit. Primus S. Remigij Abbas Herimarus ſurrexit, ſéque ab huiuſmodi culpâ, congruâ reſponſione purgauit. Deinde Hugo Cluniacenſis ſubſecutus, hanc purgationis ſuæ rationem ſubintulit, dicens: pro adipiſcendo Abbatiæ honore, Deo teſte, nihil dedi vel promiſi, quod quidem caro voluit, ſed mens & ratio repugnauit. Poſt hunc ſe quidam congruè excuſare ſtu-B duerunt, alij verò nihil reſpondentes reatum ſuum occulere, quàm patefacere maluerunt. Tunc Lingonenſis Epiſcopus ſurgens ſuper Abbate Pultarienſi diœceſaneo ſuo plurimùm eſt conqueſtus, quod videlicet, in fœtore luxuriæ viuens pluribus flagitiis inſeruiebat, Beato quoque Petro eiúſque Vicario, Romanæ ſcilicet Eccleſiæ Pontifici cuius Abbatia illa erat, debitum cenſum quotannis perſoluere detrectauerat, & indè excommunicatus, Miſſarum ſacramenta celebrare præſumpſerat, excommunicationique ad-C huc ſubiacens eidem Synodo intererat, qui diſcuſſus nec ab obiectis ſe valens purgare criminibus, ab honoris ſui eſt dignitate depoſitus, &c. Sequenti die ad memoratam baſilicam conuenientibus Epiſcopis, Papa cum quibuſdam eorum ſucceſſit in oratorium S. Trinitatis, vbi dum cum eo confeſſionis ſuæ priuatum colloquium Remenſis habuiſſet Archiepiſcopus, & de Eccleſiaſticæ religionis profectu tractatum eſſet diutius eo ordine, quo & tranſactâ die, Apoſtolicus inde proceſſit: deinde ſuo loco reſidentibus, REMENSEM Archiepiſcopum, vt de D ſimoniacâ hæreſi, de quâ heſternas obtinuerat inducias, rationem redderet; præfatus annuit Cancellarius, impetens eum etiam de multis, quæ ſe famâ vulgante comperiſſe aſſerebat, criminibus. Ad hæc Archiepiſcopus ſurgens, vt ſibi conſiliandi facultas concederetur, expetiit. Quâ impetratâ, Veſontionenſem, Sueſſionenſem, Andegauenſem, Niuernenſem, Siluanectenſem, Morinenſem Epiſcopos conuocans, cum eis myſterium habuit conſilij ſui, indéque reuerſus cauſam ſuam vt Siluanectenſis peroraret à Papâ obtinuit. Surgens autem Epiſcopus Sil- «

uaneċtenſis, eumdem Archiepiſcopum reſpondit, non eſſe reum ſimoniacæ hæreſis: his auditis Apoſtolicus præcepit, vt hæc ita eſſe ſacramento comprobaret Archiepiſcopus: at ille Canonicas inducias indè poſtulauit, ſéque poſt earum expletionem quod ratio purgationis poſceret, peracturum ſpopondit. Quibus ei conceſſis ſtatutum eſt, vt medio Aprili, Concilio quod Romæ celebrandum erat, intereſſet; Cætera verò quæ ei obiecta ſunt, quia legitimi accuſatoris videbantur dilatione carere, decretum eſt ad præſens indiſcuſſa remanere. Narrant iſta totidem verbis Acta Concilij, de reliquis rebus geſtis conſulat eumdem Baronium qui plura ſcire cupit. Ab hac igitur Synodo reuerſus Guido intereſt reuelationi ſacrorum corporum in æde Dionyſianâ & S.Bertini apud mo-
1050. naſterium Sithienſe 6.Nón.Maij 1050. adſtantibus Drogone Morinenſi Epiſcopo, Herimaro S. Remigij, Alefredo S. Vulmari, Geruino S. Richarij, Fulberto S.Bauonis, Rumoldo S. Vinoci, Heriberto S. Iodoci ſupra mare, & Valone S. Valerici Abbatibus; præſente item Adelâ Roberti Francorum Regis filiâ, Balduini Inſulani coniuge, cum fratre ſuo Eudone, quemadmodum ſcribitur in MS. cod. Abbatum Bertinienſium. Confirmat & donum Manaſſis fratris Herimaro Abbati S. Remigij de quibuſdam terris in loco de Vire, præſenti chartâ ſubſcriptâ à Rogerio Comite Porceani, Manaſſe Retelenſi, Rainaldo Sueſſionenſi Comitibus, quam hîc ſubjicimus è chartophilacio S. Remigij:

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis; Eſt in confinio caſtrj S. Remigij terra adiacens vicinitati terrarum adiacentium in villâ S. Remigij, ex parte, quæ à viriditate dicitur, de poſſeſſione cuiuſdam Vicedomini Remenſis, qui dicebatur Manaſſes Caluus, nepos Vidonis Archipræſulis. Volens ergo domnus Abbas Herimarus quoddam manſionile ibi prope memoratam villam conſtruere, nomine Tollenſuiam, pro eo quòd viam abſtulerit, quæ perinde ſolita erat fieri, quia contigua & immixta erat ipſa terra reliquis terris S. Remigij, ne aliquando parerentur aliquod ſcandalum homines eaſdem colentes, à domino poſſeſſore ipſius terræ, de quâ ſupra retulimus, petiuit in præſentia domni Archipræſulis VVIDONIS, ab ipſo Manaſſe Caluo dari S. Remigio eam pro remedio animæ ſuæ, & animarum filiorum ſuorum. Ipſe autem noluit hoc facere, niſi eâ conditione, vt darentur ſibi centum ſolidi quotannis vitæ ſuæ, & poſt mortem ſuo hæredi. Herimarus autem Abbas conſilio habito cum Manaſſe Comite, qui tunc præſens aderat, & cum reliquis caſatis, ex præcepto eiuſdem memorati Archipræſulis, noluit aſſentire, vt daret ei memoratum pretium, ſcilicet centum ſolidos, niſi quamdiu adiuueret. Denique hortatu omnium qui aderant, imò prece & imperio auunculi ſui ſupradictati Archipræſulis, ad vltimum conſentit, vt haberet centum ſolidos quoad viueret; poſt mortem verò ſuam, & terram & denarios S. Remigius iure quieto poſſideret. Hanc igitur conuentionem in præſentiâ ſuâ literis commendare præcepit domnus Vuido Archipræſul, & vt per ſuccedentia temporum curricula inconuulſa maneret, Archiepiſcopalis auctoritatis ſigillo, cum Clericorum & laicorum, qui affuerunt, teſtimonio corroborauit. Signum Domni Vidonis Archipræſulis, S. Odonis Archidiaconi, S.Herimari Abbatis, &c. Laicorum verò, Sig. Manaſſæ Comitis, S. Rogeri Comitis, S. Rainoldi Sueſſionici Comitis, S. Vidonis militis. Acta eſt hæc Remis in Eccleſiâ S. Mariæ,
anno Incarn. Dom. M. LIII. Indict. VI. 1053.
regnante Henrico Rege Francorum anno 24. Archiepiſcopatus autem VIDONIS anno XX. Odalricus Cancellarius ſcripſit. Probat verò reſtaurationem monaſterij S. Martini de Sparnaco, & Abbatiæ Remigianæ conceſſit Eccleſiam de Baine vbi locum ſepulturæ delegit, referente Quercerano Hiſt. de Caſtellione lib. 2. cap. 1.
Mortuus 1055. ſequenti iuxta Alberi- 1055.
cum Martij 25. poſt ſedem annorum XXII. Iacet in Abbatiâ Diui Remigij.

CHASTEAV DV LOIR.

45. GERVASIVS DE CHASTEAV DV LOIR I. Hamelini domini de Caſtro-ledi & Hildegardis filius, frater autem Burchardi, Mathildis Eliæ Comitis Cenomanenſis vxoris aui; ex quorum connubio orta Eremburgis vxor Fulconis Hieroſolymitani. Is Franciæ Cancellarius ex Cenomanenſi Epiſcopo ad Remen-
ſem Metropolim traductus 1057. quod 1057.

patet documento inſtaurationis Ab- A
batiæ S. Dionyſij Remenſis ab eo fa-
ctæ anno ſedis ſuæ decimo, in quam
Canonicos Regulares induxit. Phi-
lippum Rege Henrico patre præſente,
1059. die Pentecoſtes 23. Maij 1059. inunxit
aſtantibus viginti duobus Epiſcopis,
ac Nicolai v. Pont. Legatis, in quâ ce-
remoniâ, vt prodit Hiſtoriæ Franciæ
fragmentum, non modicum Geruaſius
expendit apparatum, vbi & magnæ
ſtrenuitatis Præſul appellatur, qui per-
peram de Barbeto & de Rupeguidonis
in vulgatis catalogis vocatur; Rem
geſtam exponit veteris chartæ inſtru- B
mentum, quod eo verborum tenore
relatum eſt tomo II. Libertatum Ec-
cleſiæ Gallicanæ:

Anno *Incarnat. Dominicæ* M. LIX.
Indict. XII. regnante Henrico Rege anno
XXXII. *eadem die completo, 10. Kalend.*
Iunij, Epiſcopatus Geruaſij anno quarto,
in die ſancto Pentecoſtes, Philippus Rex
hoc ordine in maiori Eccleſiâ ante altare
S. Mariæ à Gervasio *Archiepiſcopo*
conſecratus eſt. Inchoatâ Miſſâ, antequam
Epiſtola legeretur, domnus Archiepiſcopus
verſus ſe ad eum, & expoſuit ei Catholicam
fidem, ſciſcitans ab eo vtrum hoc crederet
& defendere vellet, quo annuente delata C
eſt eius profeſſio, quam accipiens ipſe legit,
dum adhuc ſeptennis eſſet, eique ſubſcripſit.
Erat autem profeſſio hæc. Ego Philippus,
Deo propitiante, mox futurus Rex Franco-
rum, in die ordinationis meæ, promitto co-
ram Deo & Sanctis eius, quòd vnicuique
de vobis commiſſis canonicum Priuilegium,
& debitam legem atque I[...]ſtitiam conſer-
uabo, & defenſionem, quantum potero, ad-
iuuante Domino, exhibebo, ſicut Rex in ſuo
regno, vnicuique Epiſcopo, & Eccleſiæ ſibi
commiſſæ per rectum exhibere debet; populo
quoque nobis credito me diſpenſationem le-
gum in ſuo iure conſiſtentem noſtrâ aucto-
ritate conceſſurum. Quâ completâ poſuit D
eam in manus Archiepiſcopi, aſtante Hu-
gone Biſontiensi, Nicolai Papæ Legato,
& cum eo Ermefredo Sedunenſi; Archiepiſ-
copis quoque Mainardo Senonenſi, & Bar-
tholomæo Turonenſi, necnon Epiſcopis Hei-
done Sueſsionenſi, Rogero Catalaunenſi,
Elinando Laudunenſi, Balduino Nouio-
menſi, Frollando Syluanectenſi, Letberto
Cameracenſi, Guidone Ambianenſi, Aga-
none Ed[...]enſi, Harduino Lingonenſi, A-
chardo Cabillonenſi, Iſembardo Aurelia-
nenſi, Imberto Pariſiaſenſi, Galtero Mel-
denſi, Hugone Niuernenſi, Gaufrido Au-
tiſiodorenſi, Hugone Trecaſſino, Itero Le-
mouicenſi, Guillelmo Ecolimenſi, Arnulfo
Sanctonenſi, Vuereo Nannetenſi. Et de
Abbatibus Herimaro Sancti Remigij, Rai-
nero S. Benedicti, Hugone S. Dionyſij,
Adroldo S. Germani, Geruino S. Richarij,
*Guattone S. Vualeriei, * * S. Vuingalo-*
ei, Guarino S. Vidotij, Fulcone de Foreſti
[...]naſteriq, Gerardo S. Medardi, Henri-
co Humolarienſi, Gottizzane Florinenſi,
Fulcone S. Michaëlis Laudunenſis, Arte-
nuco Laudunenſi, Guidone Marcianenſi,
Rodulfo Moſomenſi, Alberto S. Theodorici,
Varino Altouilarenſi, Vuenrico S. Baſoli,
Hugone Orbacenſi, Odilardo Cathalaunen-
B *ſi, Vuandelgero Deruenſi, Vualeranno*
Virdunenſi, Adalberone Diuionenſi, Ar-
noldo Pultarienſi, Guillelmo Trenorcenſi,
Hugone Carroſenſi, Aueſgaudo Cenoma-
nenſi, Hugone Criſpinenſi. Accipiens ba-
culum Sancti Remigij differuit quietè &
pacificè quomodo ad eum pertineat maximè
Electio Regis, & conſecratio Regis, ex quo
S. Remigius Hludouicum Regem baptiſa-
uit, & conſecrauit: Differuit etiam quomo-
do per illum baculum hanc conſecrandi po-
teſtatem, & totius Galliæ Primatum Hor-
miſda Papa dederit Remigio, & quomodo
Papa Victor ſibi & ſuæ Eccleſiæ conceſſerit.
Tunc annuente patre eius Heinrico, elegit
C *eum in Regem. Poſt eum Legati Romanæ*
Sedis, (cum id ſine Papæ nutu fieri lici-
tum eſſe diſertum ibi ſit, honoris tamen &
amoris gratiâ tantum eius ibi affuerunt
Legati,) poſt hos Archiepiſcopi & Epiſco-
pi, & Abbates, & Clerici. Poſt Vuido
Dux Aquitaniæ, poſt Hugo filius & Le-
gatus Ducis Burgundiæ, poſt legati Baldui-
ni Marchionis, & legati Gaufridi Comitis
Andegauenſis, deinde Comites, ſcilicet Ro-
dulphus Vadenſis, Herbertus Vermanden-
ſis, Vuido Ponticenſis, Vuilelmus Sueſſo-
nicus, Rainaldus, Rogerus, Manaſſes, Hil-
duinus, Vuilelmus Aruernenſis, Heldeber-
tus de Illa Marchiâ, Folco Ecoliſmenſis,
D *Vicecomes Lemouicenſis, poſt milites, &*
populi tam maiores quàm minores, vno
ore conſentientes, laudauerunt ter, procla-
mantes laudamus, volumus, fiat. Tunc
fecit ipſe Philippus præceptum, ſicut ante-
ceſſores ſui fecerunt de rebus S. Mariæ &
Remenſi comitatu, & rebus S. Remigij,
& de cæteris Abbatiis, quod firmauit, ei-
que ſubſcripſit. Subſcripſit etiam Archiepiſ-
copus, nam ibi conſtituit eum Summum
Cancellarium, ſicut anteceſſores ſui antece-
ſſores ſuos fecerant, & ita conſecrauit eum in
Regem. Reuertente autem Archiepiſcopo in
Sedem ſuam & ſedente, delatum eſt priui-
legium quod Papa Victor ei dederat, le-

ctúmque eſt circumſtantibus & audientibus
Epiſcopis. Facta ſunt hæc omnia cum om-
ni deuotione & alacritate quàm maximâ,
ſine omni diſturbatione, & nullatenus ali-
cuius contradictione, vel aliquo Reipublicæ
damno : hos omnes Geruaſius Archiepiſco-
pus libenter excepit, & de ſumptibus ſuis
eis pleniſſimè erogauit. Nulli tamen ex
debito poſſunt Regem ſcilicet honoris causâ
Eccleſiæ & liberalitatis ſuæ.

Profertur autem in codice MS. cœ-
nobij S. Theoderici iuxta Remos, ora-
tio coram Philippo Rege in eius Sacro
à Geruaſio habita, pro tuendo iure
ſummi in aulâ Regiâ Cancellariatus,
quo anteceſſores potitos fuiſſe aſſere-
bat; eodémque Principe annuente,
ſibi & Eccleſiæ ſuæ obtinuit. Memo-
ratur quoque in tabulâ Balduini Mar-
chionis pro Abbatiâ S. Petri Haſno-
1065. nienſis 1065. Ad hunc verò Geruaſium
extant viginti epiſtolæ Pontificum
Max. Stephani x. qui illum pro reli-
gione fortiter agere inuitat, auxiliúm-
que Sedis Apoſtolicæ non defuturum
pollicetur; alterâ epiſt. ei gratulatus
de promotione ad Cathedram B. Pe-
tri, amicitiam optat perpetuam, hor-
tatúrque vt ad Romanam Synodum
interſit : item Nicolai 2. iubentis Bel-
louacenſem Epiſcopum ſimoniacè pro-
motum, cum Siluanectenſi eiuſdem
criminis conſcio ab officio ſuſpendi.
Alexandri 2. monentis, vt in causâ
Abbatiſſæ è Laudunenſi Monaſterio
iniuſtè eiectæ cognoſcendâ, Elinando
Epiſcopo iuxta tenorem commiſſionis
Apoſtolicæ conſilio aſſiſtat; prohibet
etiam epiſt. 18. ne conſacret Ioſceli-
num Sueſſionenſem Epiſcopum de ſi-
moniâ conuictum, Bellouacenſem
corrigi, & Ambianenſem ob iniuriam
Corbeienſi Abbati illatam ad ſatisfa-
ctionem adigi præcipit; epiſt. 25. cor-
pus S. Memmij ab Eccleſiâ ſuâ inde-
bitè per Catalaunenſem Antiſtitem
tranſlatum, ad propriam baſilicam
comminatione cenſurarum Eccleſia-
ſticarum referri demandat. Duæ item
ſcriptæ leguntur ad Alexandrum 11.
poſt epiſtolas Stephani Tornacenſis,
Geruaſij literæ, qui vitam S. Donatia-
ni compoſuit. Vocatur porrò in frag-
mento Floriacenſi, linguâ facundus,
„ iuſtitiâ inſignis, nobilis genere, virtute
„ nobilior, auri, & argenti copiâ ſatis
„ abundans in breuiario Remenſi, cum
„ agitur de tranſlatione S. Nicaſij. Fato
conceſſit duodecimo ſedis anno vt te-
ſtatur Albericus in chron. 1067. fun-
dator Abbatiæ S. Nicaſij Remenſis, 1067.
quam Philippus 1. regio diplomate
confirmauit.

46. Manasses, I. parentes habuit
Manaſſem Caluum, Hilduini Comitis
de Rameru, ſiue de Roceio & Arceis
fratrem, ac Guilelmi Sueſſionenſis Co-
mitis; matrem Beatricem de Hainaco,
quæ Ebalo Rocei Comiti ante ade-
ptum Remenſem Pontificatum primò
nupſerat; fuit verò Hugonis Capeti
Francorum Regis ex Haduuide Co-
mitiſsâ auiâ pronepos. Ordinatus Re-
menſis Archiepiſcopus 1070. vt ad 1070.
eumdem annum Albericus in chro-
nico tradit præfuiſſe annis ſexdecim;
reperitur autem ſubſcriptus tabulæ im-
munitatis Eccleſiæ S. Exuperij Cor-
bolienſis à Burchardo Comite 1071. 1071.
Nouemb. 4. & fundationi Abbatiæ S.
Ioannis Vinearum. Celebrauit Con-
cilium Sueſſionenſe 1078. anno ſe-
quenti memoratur in membranis S.
Quintini Bellouacenſis. Plures quo- 1079.
que ad hunc Manaſſem ſcribit epi-
ſtolas Greg. 7. Papa; nam lib. 2. ep.
56. arguitur quòd negligens fuerit in
causâ Catalaunenſium Clericorum, cu-
ius ſedis Epiſcopum propter inobe-
dientiam deponendum ſtatuerat, l. 6.
epiſt. 11. reprehenditur quòd Dienſi
Epiſcopo non obtemperauerit; 7. ep.
xii. Manaſſis excuſationem non ad-
mittit, & ad Lugdunenſem Synodum
venire præcipit; ep. 20. depoſitionis
ſententiam à Legato contra eum in
Lugdunenſi Concilio prolatam ſe con-
firmaſſe dicit, licentiam tamen adhuc
ſe expurgandi coram quibuſdam Epiſ-
copis indulget, dummodo interim Re-
menſem Eccleſiam relinquat, & in
alium locum ſecedat; Deinde anno
1080. eiuſdem Manaſſis querela grauis
enuntiatur, in epiſtolâ Gregorij ad
Ebalum Comitem ſcriptâ; nam ob de-
prauatos mores aſperis verbis incre-
patus à S. Brunone poſtea Carthuſia-
norum inſtitutore, deponitur tandem
ab Hugone Epiſcopo Dienſi Gregorij
Legato in Synodo Lugdunenſi 1080. 1080.
quia veniſſe contempſerat ad Au-
guſtodunenſem, ſed reſtitutus ab eo-
dem Pontifice, vt patet ex illius epi-
ſtolâ : teſtis Hugo Flauiniacenſis in
Chronico. Accuſatus, inquit, in eodem „
Concilio Remenſis Eccleſiæ inuaſor „
ſimoniacus Manasses à Clericis „
Remenſibus, & ſuſpenſus ab officio; „

» qui aduocatus ad Concilium, vt ſe purgaret, non venit, qui cum Canonicis Remenſis Eccleſiæ accuſatoribus ſuis, à Concilio redeuntibus plurimas paraſſet inſidias, demum domos eorum fregit, præbendas eorum vendidit, & bona eorum diripuit. Inde cum à Româ literas accepiſſet, & vt in Concilio cum ſex ſe purgaret Epiſcopis, Romam iuit; poſt multa addit: Synodali iudicio eſt depoſitus quia ſe purgare noluit, tum quia audientiam Eduenſis, Pictauenſis, & ipſius Lugdunenſis ſubterfugit; hoc autem loco non parùm facit ad rem elucidandam, ſequens excerptum è commentariis vitæ Guiberti Abbatis Nouigenti:

FVIT *non longè ab his diebus Bruno quidam in vrbe Remenſi, vir & liberalibus inſtructus artibus, magnorum ſtudiorum Rector, qui conuerſionis initia ex ſubiectâ nactus occaſione dignoſceretur.* MANASSES *quidam poſt Geruaſij famoſiſſimi Archiepiſcopi deceſſum prædicta vrbis regimini ſimoniacè ſe intruſit. Vir quidem nobilis, ſed nihil prorſus ſeueritatis quæ prius ingenuitatem decet, habens. Tantum enim faſtum ex illâ nobilitate conceperat, vt regias peregrinarum gentium maieſtates imo maieſtatum ferocitates imitari videretur.* » *Peregrinarum dixi. In Francorum enim Regibus ea viguit ſemper naturalis modeſtia, vt illud ſapientis dictum, etſi non in ſcientiâ, in actu tamen habuerint. Principem, inquit, te conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. Is igitur cum milites ſummoperè ditaret, Clerum negligeret, dixiſſe aliquando refertur. Bonus ait, eſſet Remenſis Archiepiſcopatus, ſi non Miſſas inde cantari oporteret. Huius ergo mores prorſus improbos & ſtupidiſſimos habitus, cum omnis honeſtus horreret, Bruno in Eccleſiis tunc Galliæ opinatiſſimus, cum aliis quibuſdam Remenſium Clericorum nobilibus, infamis illius odio exceſſit ab vrbe, quem poſtmodum proceres, Clerus, atque Burgenſes, cum ab Hugone, qui Dienſis cognominabatur, Archiepiſcopo Lugduni Apoſtolicæ ſedis Legato, viro in tenore iuſtitiæ clariſſimo, creberrimo anathemate feriretur, & ille manu militari theſauros Eccleſiæ dilapidans niteretur, à ſede, quam malè obſederat, pepulerunt, & exilio relegatum æterno cum ſe ad excommunicatum tunc temporis Henricum Imperatorem ipſe etiam excommunicatus contuliſſet, hac illácque oberrans ſine communione poſtremò defungitur, operæ verò pretium dici eſt quiddam quod ſuo ipſo contra vrbem maligante prouenit. Inter Eccleſiaſtica ornamenta quæ militibus qui ſuæ inſeruiebant tyrannidi impertiuerat, calix aurei non paruus bifariam pretij erat, quia & plurimæ quantitatis fuerat & neſcio quota inibi particula auri illius, quod à tribus Domino Magis oblatum eſt (affuſa vti ferebatur) erat. Cum ergo forcipe deſectum per portiones, quibus delibuerat, dilargiretur calicem, & nemo ſacratiſſima rei ſuſcipiendæ acquieſceret; tandem ſceleſtus quidam Eques ſuo muneratori non impar ſuſcipere paſſus: imo procaciter contemptâ ſacramenti maieſtate, corripiens in amentiam illicò verſus, cenſum quem indebitè præſumpſerat, non expendit, & tamen temerariæ cupiditatis pœnas pendit. At Bruno vrbe desertâ ſæculo etiam renunciare proponit, qui ſuorum notitias horrens, ad Gratianopolitanum proceſſit territorium.*

47. RAINALDVS DV BELLAY I. Betlaij II. domini de Monſteriolo, & Graciæ poſtea Comitiſſæ Andegauenſis Gaufridi Martelli coniugis filius, frater Geraldi I. Monſterioli toparchæ, gentis Bellaiæ nobiliſſimæ conditoris; primùm quidem Eccleſiæ B. Martini Turonenſis Theſaurarius, poſtea omnium ſuffragiis depoſito Manaſſe in eius locum ſuffectus an. 1085. vt conſtat ex tabulis Turonenſibus, S. Nicolai Andegauenſis, & priuilegio Catalaunenſis Eccleſiæ, vbi agitur de conſtructione Collegiati templi SS. Nicolai & Stephani in vrbe, quam firmat Pontificatus ſui an. XI. Synodum Compendij celebrauit eodem anno, in quâ religioſi S. Cornelij eximuntur à iuriſdictione Hilgoti Epiſcopi Sueſſionenſis: ac de illo S. Anſelmus meminit in præfatione libri de Incarnatione, cum nouus hæreticus Sabelliani dogmatis reſtitutor, errorem ſuum coram Rainaldo abiurauit. Hic autem à Pont. Max. ob dotes ſcientiæ & nobilitatis dilectus, præcipuè ab Vrbano, qui non è gente vetuſtâ Caſtellionis, ſed oppido eius cognominis, oriundus erat, anteáq; functus dignitate Archidiaconatus Remenſis, vt obſeruat Albericus in chron. cuius hæc verba ſunt ad annum 1087. Odo » ex monacho Cluniacenſi Epiſcopus Oſtienſis contra Imp. & Guibertum fit Papa, & Vrbanus II. nominatur; natus de Caſtellione ſuper Matronam, filius domini de Lageri; habuit alium fratrem Rodulfum patrem Gerardi, cuius filius alter Gerardus, genuit

BELLAY. D'argent à la bande fuſelée de gueulles, accompagnee de ſix fleurs de Lis d'azur, miſes en orle 3 en chef, & 3 en pointe.

1085.

1087.

» Odonem patrem Ægidij de Lageri A
» monachi Remenſis, cuius ſoror Her-
» ſondis fuit mater Bardulfci monachi
» Igniaci. Ceterùm illi ſcribit Iuo Car-
notenſis ep. 13. quâ conſulitur in ne-
gorio nuptiarum Regis; Nuper, in-
quit, cùm à Domino Rege fuiſſem in-
» uitatus ad colloquium, vt eſſem ei ad-
» iutor in celebrandis nuptiis quas fa-
» cere diſponebat de Bertradâ coniuge
» Comitis Andegauenſis. Ad quod cùm
» reſpondiſſem, non ita oportere fieri,
» quoniam nondum eſſet cauſa diffinita
» inter ipſum, & vxorem eius, teſtatus
» eſt pleniter diffinitam eſſe Apoſtolicâ
» auctoritate, & veſtrâ, veſtrorúmque
» Coëpiſcoporum laudatione. Quo au-
» dito, reſpondi me hoc ignorare, nec
» huiuſmodi nuptiis velle intereſſe, niſi
» vos earum eſſetis conſecrator & au-
» ctor, & Coëpiſcopi veſtri aſſertores, &
» cooperatores, quoniam id competit
» iuri Eccleſiæ veſtræ ex Apoſtolicâ au-
» ctoritate, & antiquâ conſuetudine.
» Quoniam igitur confido de religione
» veſtrâ, nihil vos de re tam periculosâ,
» & famæ veſtræ & honeſtati totius re-
» gni tam perniciosâ factutum, dictu-
» rúmue, quòd non auctoritate vel ra-
» tione nitatur: ſtudioſiſſimè & deuotiſ-
» ſimè obſecro caritatem veſtram, vt mi- C
» hi fluctuanti veritatem huius rei quam
» ſcitis, aperiatis, & ſanum conſilium
» licet arduum & aſperum ſuper hoc
» præbeatis. Huc verò ſpectat diplo-
ma cartularij Cluniacenſis, à quo ex-
ſcriptum eſt in hæc verba:

Ego Rainoldvs *nomine, non merito* Remorvm *Archiepiſcopus, vniuerſis beata verè matris Eccleſia filiis, tam his quorum nos præſentialis exiſtentia attingit, quàm his quorum nos poſteritas ſubſecutura expectatur, intimatum eſſe ſtudui; cum primùm nos ad diſpenſationem Remenſis Eccleſiæ diuinæ pietatis vocatio acceſſiuit, circa hoc ſolertia noſtra ſtudium potiſſimùm deſudaſſe, vt Altaria quæ anteceſſorum noſtrorum negligentiâ in laicorum iura conceſſerant, quauis occaſione ad Eccleſiaſticas perſonas reuocarentur, & ab iniuſtâ ſæcularium hominum ſeruitute emancipata, quibuſlibet ſeruis Dei iuxta Canonicam ſanctionem erogarentur. Quia ergo Altare de Turri ſuper Maternam, quorumdam potentium de Plagaiotro violenta vſurpatio occupauerat, poſt pleróſque incaſſum conſumptos labores, id demum ab eiſdem Spiritus Sancti ſuffragante conſilio impetrauimus, vt nobis illud redderent, ſi redditum Eccleſiæ Sancti Petri Cluniacenſis impertiremus. Sanè cum fratres loci huius ampliſſimo ſemper voluerimus & honore, & amore, vt eos nobis ex deuotis deuotiores redderemus, Altare hoc illis religioſæ huius conuentionis pactione interpoſitâ abſque perſonâ perpetualiter tenendum conceſſimus, vt quotannis anniuerſarium noſtrum in Eccleſiâ Cluniacenſi cum pleno officio Miſſa videlicet, & vigilia in fratrum Conuentu celebretur, & vt eodem die duodecim pauperes de cibo, qui diei competit, reficiantur. Quod ſi quidquam quod animæ noſtræ expediat fratribus adnectere placuerit, inde* B *nos & gratias referemus, & ſi qua à nobis beneficia expoſtulabunt, ea longè facilius aſſequentur. Denique placüit vt & hoc ſtabiliretur de omnibus ſucceſſoribus noſtris id fieri, vt cum eos obiiſſe fratres acceperint, pro eis plenum officium celebrent. Cæterùm cum quempiam Canonicorum Remenſium ad vocem pulſantis iudicis carnis vniuerſæ viam ingredi contigerit, cum primùm de tranſitu Canonici fratres Cluniacenſes certi effecti fuerint, Miſſam vnam generalem, & Vigiliam pro animâ Canonici celebrantes fontem miſericordiæ Dominum deprecentur. Poſtremò, vt noſtræ huius deuotionis pagina impoſterum non caſſanda prorogetur, teſtamentalibus auctoritatis noſtræ* C *literis eam irrefragabiliter corroboratam cum ſigilli noſtri additamento aſtipulauimus, & ne quis eam auſu temerario violare præſumat ſub anathemate interdicimus. S. Domni* Rainaldi *Archiepiſcopi: S. Rogeri Catalaunenſis Epiſcopi. S. Elinandi Laudunenſis Epiſcopi. S. Rabodi Nouiomenſis Epiſcopi. S. Manaſſe Archidiaconi. S. Arnulphi Archidiaconi. S. Manaſſe Præpoſiti. S. Leuini Decani. Actum Remis in archiuo Pontificali anno Incarnati Verbi* M. XCI. *Indictione* XIV. 1091:
regnante Francorum Rege Philippo anno XXXII. *Archiepiſcopatus autem Rainaldi anno* VII. *Godefridus Cancellarius reco-* D *gnouit, ſcripſit, & ſubſcripſit.* Extat autem
in archetypo Remenſis Eccleſiæ alte-
ra membrana quam in hunc modum
proferimus: In nomine Sanctæ «
& indiuiduæ Trinitatis. Ego Rai- «
noldvs nomine, non merito, Re- «
morvm Archiepiſcopus notum fa- «
cio, quod ipſe ego & Clerus Remen- «
ſis, & Henricus Abbas S. Remigij, & «
tota congregatio eiuſdem loci excom- «
municaueramus Comitem Hugonem «
pro iniuriis quas faciebat in villis S. «
Remigij & etiam omnia caſtella eius «
ſub interdicto poſueramus. Quoniam «

» ergo idem Comes longo tempore in A
» excommunicatione iacuerat, ductus
» pœnitentiâ ad nos venit, & vt eum ab-
» ſolueremus in Curiâ noſtrâ ante nos &
» ante eumdem Henricum Abbatem
» præſentibus etiam clericis noſtris &
» monachis S. Remigij, & optimatibus
» noſtræ vrbis Deo & B. Remigio & no-
» bis dimiſit, & vuirpiuit exactiones,
» quas tallias vulgo vocant, quas in villâ
» S. Remigij exercebat & omnia carro-
» pera & opera caſtellorum, & omnes
» alias iniuſtas conſuetudines. Affuit
» etiam eiuſdem Comitis filius Manaſſes
» huic commutationi, & ea ipſe conceſ-
» ſit, literæ etiam Comiti ſunt expoſitæ B
» & eas laudauit. Prætereà ne hæc con-
» uentio deinceps violetur literis ſuis te-
» ſtimonialibus & ſigilli noſtri impreſ-
» ſione clarorum etiam virorum teſtimo-
» niis eam corroborauimus. Interfuete
» Manaſſes Præpoſitus de monachis & de
» militibus Ernaldus &c. Actum Remis
1094. » anno Incarnati Verbi M. XCIV. In-
» dict. II. regnante Francorum Rege
» Philippo, Pontificante RAINALDO
» anno decimo. Godefridus Cancel-
» larius recognouit & ſubſcripſit. Igitur
» idem Comes Hugo diſcedens à nobis
» ad eumdem B. Confeſſorem nudis pe-
» dibus vnà cum filio ſuo & hominibus C
» ſuis profectus eſt, & ante ſanctiſſimum
» Beati Remigij corpus accedens, &
» vtrâque genua in terrâ figens, caput
» in venerandi Confeſſoris humiliter in-
» tromiſit, & literam iſtam ſuper ſanctiſ-
» ſimum corpus, conuentionem hanc ſer-
» uaturus ipſe manu ſuâ impoſuit. Quod
autẽ vulgò appelletur in catalogis Rai-
naldus Contractus, id veriſimiliter in-
nuere videtur his verbis auctor chron.
1093. » Senonenſis: Anno 1093. congregauit
» Philippus Rex Archiepiſcopos & Epiſ-
» copos regni ſui in Remenſi vrbe & ob-
» tinuit ab Archiepiſcopo Richerio ma- D
» gnis precibus vt ad Concilium non de-
» dignaretur ire; oſtendens Rainaldum
» Remenſem Archiepiſcopum podagri-
» co dolore contractum, non poſſe pro-
» gredi de ſede ſuâ; inde conſecrat Ge-
rardum Epiſcopum Cameracenſem &
Valtherum 1094. ac poſtquam adfuiſ-
ſet Synodo Claromontanæ in Aruer-
niâ 1095. naturæ debitum perſoluit
1096. Attrebati 1096. XIX. Cal. Februarij.
Baldricus Burgulienſis Abbas in car-
minibus memoriæ Rainaldi parentauit
hoc poëmate, tomo quarto Hiſtorico-
rum Franciæ Scriptorum:

REMENSI populo lumen, firmámque co-
lumnam,
RAINALDVM CHRISTI gratia
contulerat.
Hic quoque Martini ſublatus ab Æde beati,
REMENSI multùm profuit Eccleſiæ.
Hunc mors in tanto florentem Pontificatu,
Attigit, & vacuam fecit item Cathedram.
Pupilli ciues pro tanto Præſule flentes,
Corpus Pontificis hîc poſuêre ſui.
Hic populus glebæ dignos diſpenſat honores,
Diſpenſet veniam cunctipotens anima.
Hunc duodena dies Februi præeunde Ka-
lendas,
Deſtituit Mundo, ſubſtituitque Polo.

48. MANASSES II. Vicedomini
Remenſis Manaſſis filius, ex Theſau-
rario & Præpoſito Remenſi renun-
tiatus Antiſtes 1096. ſcribente Alberi- 1096.
co. Eum And. Quercetanus perperam
cognomento d'Autray appellari, & re-
ctius genti Caſtellioneæ adſcribi pu-
tat; confirmatur is ab Vrbano 2. peti-
tione Iuonis Præſulis Carnor. epiſt. 48.
Remenſem, inquit, Metropolim quon- »
dam matrem veſtram, nunc autem fi- »
liam, ſub omni celeritate, veſtris con- »
ſolationibus refoueri, veſtro auxilio »
fulciri poſtulamus; ne aduerſarius no- »
ſter, qui circuit quærens quem deuo- »
ret, electionem in dominum Manaſ- »
ſem factam aliquâ valeat verſutiâ per- »
turbare. Non enim poterat illa Ec- »
cleſia inter omnes filios ſuos quem- »
quam inuenire Sedi Apoſtolicæ magis »
deuotum, ſuis vtilitatibus magis neceſ- »
ſarium, tum propter generis nobilita- »
tem, tum propter morum honeſta- »
tem. Ad illum extant tres epiſtol. »
eiuſdem Iuonis, 85. pro causâ Remen-
ſis & Sueſſionenſis Eccleſiarum, 102. in
negotio Beluacenſis, vbi laudatur à
prudentiâ & vigilantiâ ſuâ, 145. pro
Gallone Bellouacenſi Præſule. Inter-
fuit Synodo Trecenſi an. 1104. IV. No- 1104.
nas Aprilis: eſt etiam in chartulario
Abbatiæ de Moris diploma Hugonis
Comitis Campaniæ, qui Moliſmenſem
Eccleſiam dotat, eique concedit vil-
lam de Rumiliaco: huic dono aſſen-
ſum præbuit Manaſſes cum aliis Præ-
ſulibus, aſſentiente Clero Eccleſiæ
Remenſis: conſecrat Beatum Godefri-
dum Epiſcopum Ambianenſem, eiúſ-
que tres epiſtolæ habentur, duæ ad
Lambertum Attrebatenſem ſcriptæ,
altera ad Primates, Clerum & popu-
lum Cameracenſem.

49. GER-

RETEL. De gueulles à trois raſteaux d'or, 2.1.

49. GERVASIVS DE RETEL A
II. Hugonis Comitis Retelenſis & Mi-
leſendis de Montelerico filius, frater
Balduini de Burgo Ieroſolimorum Re-
gis; auunculus Alberti Leodienſis,
auus item Rogeri Laudunenſis Epiſco-
porum; Ricardo Virdunenſi Antiſtite
Remenſem cathedram recuſante crea-
tur Archiepiſcopus, vt teſtatur Alberi-
1108. cus ait enim ſub an. 1108. Paſchalem
Papam Concilio Trecis habito, huius
Geruaſij electionem irritam declaraſſe,
& Radulphum Præpoſitum eidem Ec-
cleſiæ ordinaſſe Pontificem: poſtea ſa-
cris Ordinibus nondum initiatus ab-
dicauit an. 1115 apud Robertum de B
Monte in ſupplemento Sigeberti, præ-
fati Alberici verba ſunt hæc ad an.
» 1117. Frater Balduini de Burgo GER-
» VASIVS ab Epiſcopatu caſſatus Re-
» menſi Clericatum dimiſit, & Comita-
» tum de Reiteſt ſibi hæreditarium arri-
» puit, ducens in vxorem Eliſabeth fi-
» liam Comitis Godefridi Namurcenſis,
» natam ex Sibyllâ filiâ Comitis Rogeri
» Porcenſis; iſto Geruaſio mortuo qui
» filiam vnicam reliquit; duxit eamdem
» Clarembaldus de Roſeto.

VIRIDIS.

50. RADVLFVS VIRIDIS, ex C
Præpoſito Remenſi Archiepiſcopus
1108. ordinatur à Paſchali Papâ 1108. in
Concilio Trecenſi Alberico. Petrus
Venerabilis ait, eum fuiſſe Theſaura-
rium Eccleſiæ Remenſis, antequam
Præſul fieret. Sugerius pariter libro
de vitâ Ludouici Craſſi, & continua-
tor Aimoini hiſt. lib. 5. cap. 50. vbi de
iure iniunctionis Regiæ addit cum eo-
dem Ludouico Rege grauiſſimas in-
curriſſe inimicitias, quòd abſque hu-
ius aſſenſu electus ac inthroniſatus
fuerat Sedi Remenſi, & Robertus de
» Monte in chronico refert: In Re-
» menſi Metropoli poſt Manaſſem illu-
» ſtrem virum, exturbato Geruaſio Ra- D
» dulfus ſucceſſit, qui Viridis cognomen
» habuit: eâ verò occaſione grauis orta
eſt contentio, quod facilè colligi po-
teſt ex epiſt. 190. Iuonis Carnotenſis
» ad Paſchalem vbi ſic ſcribit: Notum
» eſſe volumus quia ego & Theobaldus
» Beati Martini monaſterij Pariſienſis
» Prior, audientes miſerabilem & mira-
» bilem Remenſis Eccleſiæ deſolatio-
» nem, auſu familiaritatis opportunè &
» importunè Regem Francorum inter-
» pellauimus, quatinus prædictæ Eccle-
» ſiæ expulſo inuaſore Geruaſio pacem

reſtitueret, & RADVLFVM eiuſdem »
Eccleſiæ Metropolitanum in gratiam »
ſuam receptum, eidem Eccleſiæ præ- »
eſſe concederet. Adquieuit tandem »
precibus noſtris, & conceſſit vt eum »
ad curiam ſuam, quæ Aurelianis in na- »
tali Domini congreganda erat, ſecurè »
adduceremus, & ibi cum eo & cum »
Principibus regni de hoc negotio quã- »
tùm fieri poſſet, ſaluâ regni integritate »
tractaremus. Contentionis ſubortæ »
cauſa fuit inter Reges, alióſque laïcos
ſuper fidelitate præſtandâ à miniſtris
Eccleſiæ, ipſóque hominio; nam cum
circa annum ſal. 1115. de ſacramento 1115.
clientelæ ab eodem Radulfo, Regi
præſtando ageretur, quamuis vetuiſ-
ſent Gregorius 7. Vrbanus 11. & Paſ-
chalis 11. excommunicationis pœnâ
adiectâ, ne Epiſcopi aut Clerici homi-
nio, ſed tantùm fidelitate ſe Principi-
bus aſtringerent, Radulfus Geruaſiô
pulſo ſedi ſuæ reſtitui Iuonis Carno-
tenſis interuentu petebat; Conceſſit
Princeps vt Curiæ Aurelianis ſe ſiſte-
ret; ſed recipere non potuit Eccleſiam
Radulfus aliâ ratione, quàm hominio
præſtitô, exemplo maiorum: Recla- »
mante Curiâ, inquit Iuo, plenariam »
pacem impetrare nequiuimus, niſi præ- »
dictus Metropolitanus, per manum & »
ſacramentum, eam fidelitatem Regi »
faceret, quam prædeceſſoribus ſuis Re- »
gibus Francorum antea fecerant om- »
nes Remenſes Archiepiſcopi, & ceteri »
Regni Francorum quamlibet Religioſi »
& ſancti Epiſcopi. Quod perſuaden- »
tibus & impellentibus totius Curiæ »
optimatibus, etſi propter mandatorum »
rigorem minus licebat, factum eſt ta- »
men, quia Eccleſiaſticæ paci & frater- »
næ dilectioni ſic expediebat. Igitur »
ſedem ſuam adeptus Synodo Belua-
cenſi intereſt, vt patet ex veteri co-
dice S. Quintini, de querelâ Abba-
tis Radulfi cum Fulcone Grandiuilla-
ris: Venit, inquit, Fulco ad placitum »
in præſentiâ Radulfi Remenſis Archi- »
epiſcopi, Iuonis Carnotenſis, Bar- »
tolomæi Laudunenſis Epiſcoporum, »
qui ad Concilium Cononis Romanæ »
Eccleſiæ Legati in Beluaco conuene- »
rant, facta concordia 1115. 1. Non. De- »
cemb. Memoratur & in cartularij Mo »
liſmenſis donatione villæ Attiniaci ab
Hugone Comite Campaniæ; confir-
mátque priuilegia & poſſeſſiones Col-
legiatæ Beatorum Apoſtolorum ac S.
Symphoriani, cuius exemplar è vetu-

ſtis membranis humaniter communicauit dom. Pinguenet eiuſdem Eccleſiæ Decanus, & Canonicus Remenſis:

RODVLPHVS *licet indignus supernâ diſponente clementiâ* REMORVM *Archiepiſcopus, Congregationi Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum & S. Symphoriani, tam his & quorum tempora noſtra præſentialis exiſtentia attingit, quàm his quorum poſteritas ſubſequutura expectatur, imperpetuum pia poſtulatio voluntatis effectu proſequente debet compleri. Quamobrem nos poſtulationem dilectionis veſtræ benignè ſuſcipientes, poſtulatum vobis accommodamus effectum: veſtri itaque deſiderij petitionibus annuentes, Ecdeſiam prænominatam, quæ Epiſcopalis Cathedræ dignitatem temporibus primorum nouem Romanorum Pontificum habuiſſe dignoſcitur, in quâ ad Deo ſeruiendum attitulati eſtis, præſentis priuilegij authoritate munimus. Vniuerſam enim Eccleſiam veſtram, pertinentia vobis veſtríſque ſucceſſoribus perpetualiter tenenda confirmamus, videlicet manſum indominicatum de Vuiſtereyo cum totâ villâ, tum Vicecomitatu, banno, & omnibus aliis appenditiis eiuſdem villæ; altare de Vuiſtereyo cum totâ Eccleſiâ, & cum Capellis ſuis, quæ ſunt apud Matreium Burinlacum, & Marconeicurtem; altare de Fraxinâ cum totâ Eccleſiâ & Capellis ſuis, quæ fuerunt apud Bauſeyum, & Auſilerias: item altare de Beruco, altare S. Genouefæ cum Capellis ſuis, quæ ſunt apud Biſannas, & Lut; item altare de Mearco, cum Capellis ſuis quæ ſunt apud Burgum, & Corueyum, altare de Columnis, altare de Marcheneyo, altare de Fraſneyo, altare de Maurâ, altare S. Hilarij. domus veſtræ, ac ſuburbia quæ ſita ſunt ante portam carceris, ab omni exactione & iure miniſterialium noſtrorum ſucceſſorúmque noſtrorum, libera prorſus habeantur, ſicut & hactenus habita ſunt: Centum etiam iornalia terræ arabilis de dote altaris S. Symphoriani, quæ iacent in territorio de Curte monaſterioli, cum cenſu & decimâ, & decimam terræ quæ ſimiliter eſt de dote altaris quæ iacet in territorio de Nantolio, Theſaurarius Eccleſiæ veſtræ ad facienda quæ neceſſaria erunt in eadem Eccleſiâ perpetuò poſſideat. Si quis verò de quolibet veſtrum clamorem fecerit, nulli perſonæ licitum ſit, vos extra Capitulum veſtrum in cauſam trahere, ſed in Capitulo veſtro per Decanum, vel per Abbatem veſtrum iuſtitiam exequamini Canonicorum veſtrorum iudicio. Præterea quæcúmque eadem Eccleſia inpræſentiarum iuſtè poſſidet, quæcúmque etiam in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium legitimè poterit adipiſci, firma vobis veſtríſque ſucceſſoribus & illibatâ permaneant. Ad hoc decernimus, vt nulli omnino hominum liceat, eandem Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel oblata retinere, minuere vel temerariis exactionibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Vt autem huius noſtri priuilegij pagina rata permaneat & inconuulſa, ſigilli noſtri impreſſione ac probabilium perſonarum teſtimoniis eam muniri ac roborari præcipimus: Signum Odonis Abbatis Beati Remigij, Hugonis Abbatis Altouillarenſis, Halderici Abbatis Moſomenſis, Iosfridi Abbatis S. Theodorici, Odonis Abbatis S. Petri Orbacenſis, Ioannis Abbatis S. Nicaſij, Hugonis Abbatis S. Baſoli, Duranni Abbatis de Maurimonte, Vrſionis Abbatis S. Dyonyſij; Canonicorum Nicolai Archidiaconi, Ebali Præpoſiti, Iosfridi Decani, Lamberti Cantoris, Gerardi, Elberti, Adæ, Odonis Presbyterorum, Fulcrani, Eimonici, Fulchradi, Richardi, Diaconorum, Simonis, Gerardi, Thomæ, Rodulphi Subdiaconorum. Actum Remis anno Incarn. Verbi M. C. XIX. Indictione XI. 1119. regnante Ludouico gloriſiſſimo Rege Francorum, anno XII. Archiepiſcopatus autem Rodulphi anno XIII. Fulchradus Cancellarius recognouit, ſcripſit & ſubſcripſit.

Reperitur quoque in Archiepiſcopatus tabulis reſtitutio Eccleſiæ B. Mariæ ab Hugone Comite Retelenſi facta quæ hoc ordine verborum concipitur:

RODVLPVS Dei gratiâ REMORVM licet indignus SACERDOS, omnibus qui ſe & dici, & ſe Remenſis Eccleſiæ gloriantur eſſe filios. Ab antiquitate temporum notiſſimum eſſe conſtat, Eccleſiam S. Mariæ quæ ſita eſt extra muros caſtelli cui Regiſteſtis vocabulum, laïcorum ceſſiſſe dominio, & hæredum ſucceſſorum eorum violentiæ ſubiectum fuiſſe ditioni; Conſiderans ante prædicti caſtelli Comes Hugo, qui omnia ſibi vſurpauerat, non modici fore periculi, alienigenam ad ſanctuarium Dei accedere, & hæreditate illud poſſidere, animæ ſuæ conſultum eſſe volens quod malè geſſerat corrigere curauit. Interuentu igitur Azenarij Abbatis præſentiam noſtram adiit, & ſe erraſſe pœnitens, iam dictam Eccleſiam in manus noſtras, hac religioſâ pactione interpoſitâ, vt eam videlicet B. Remigio concederemus

» præfatus Comes abdicauit; voluit præ-
» terea vt tres præbendæ quas quibuſ-
» dam Clericis ſuis iam dederat, eis in
» eadem Eccleſiâ habere permitteren-
» tur; decedentibus verò illis & aliis
» quibuſdam, deputati ſunt in arbitrio
» Abbatis eſſe, aut monachos ſubſtitue-
» re, aut Canonicos, vt adhuc ſunt ibi
» dimittere. His ita à nobis & Abbate
» conceſſis, ſæpe factam Eccleſiam de
» manu Comitis ſuſcepimus, & hac te-
» ſtamenti cartâ cum omnibus ad eam
» pertinentibus B. Remigio perpetuò
» tenendam contulimus. Quam vt tem-
» porum prolixitate donatio iſta aboleri
» poſſit, idoneis teſtibus & noſtrâ imagi-
» nis authoritate roborari iuſſimus. Sig.
» Rodulfi Archiepiſcopi, S. Azenarij
» Abbatis S. Remigij, S. Odonis poſtea
» Abb. S. Remigij, S. Hugonis Altiuil-
» larenſis, S. Ioſfridi S. Theodorici, S.
» Hugonis S. Baſoli Abb. S. Ioranni S.
» Nicaſij Abb. &c. De laïcis, Hugo
» Comes & ex parte eius Haimo Caſtel-
» lanus, Rainaldus de Burgo, Ioannes de
» Altomonte &c. Actum Remis anno
1118. » Incarn. Verbi M. C XVIII. Ind. XI.
» regnante Ludouico Rege anno X. Ar-
» chiepiſcopatus domini Rodulfi anno
» XII. Fulcardus Cancellarius recogno-
» uit, & ſubſcripſit. Huic Radulfo tri-
bus contenta libris miracula S. Angil-
berti tranſmiſit Anſcherus Abbas Cen-
tulenſis ex ſyntagmate Nitbardi, cuius
item meminit Liſiardus in vitâ S. Ar-
nulphi Sueſſionenſis Præſulis cap. 36.
Nicolaus monachus in alterâ Godefri-
di Ambianenſis lib. 3. c. 11. & 24. Iuo
Carnotenſis pluribus epiſtolis, nempe
188. 211. 251. 259. ac Sugerius Abbas
in geſtis Ludouici Regis, vbi emeritum
virum nuncupat. Porrò conuentus E-
piſcoporum Remis congregatur 12.
1119. Cal. Nouemb. 1119. & canonum frag-
menta quædam recitantur in chroni-
co Senonenſi; at verò controuerſiam
dirimit 1123. inter Cluniacenſes mona-
1124. chos & S. Præiecti; fato extinctus 1124.
humatur Remis magnâ pompâ apud
S. Dionyſij baſilicam, de cuius obitu
» ita Ordericus lib. XII. Hiſtoriæ: RA-
» DVLFVS cognomento VIRIDIS Re-
» morum Archiepiſcopus, eruditione &
» facundiâ inter Patres præcipuus, ſtu-
» diiſque bonis noſtro tempore lauda-
» biliter deditus, Pater & Inſtitutor Mo-
» nachorum & Clericorum, patronus &
» deffenſor pauperum, & omnium ſibi
» ſubiectorum, poſt multa laudabilia

A opera in ſenectute bonâ deffunctus «
eſt. Poſt quem Rainaldus Andegauo- «
rum Epiſcopus in pluribus priori diſ- «
par ſedem adeptus eſt. «

51. RAINALDVS, ſeu REGINALDVS DE MARTIGNI, II. Brientij
filius, ex Epiſcopatu Andegauenſi Lu-
douici VI. Regis ope ſubnixus ad Me-
tropolim Remenſem an. 1124. in breui
Chronico S. Albini. Nominatur in
cartulario Cluniacenſi 1125. Archi-
epiſcopatûs primo, & in Laudunenſi
tabulâ 4. Cal. Oct. item Pontificatus 7.
cum Elinando Laudunenſi, Rogerio
B Catalaunenſi, Radbodo Nouiomenſi
Epiſcopis. Intereſt Concilio Claro-
montano 1124. & Trecenſi 1128. con- 1124.
ſecrátque Philippum Regem præmor-
tuum patri Ludouico VI. Craſſo 1129.
14. Aprilis præſente Henrico I. An- 1129.
gliæ Rege in ſolemni curiâ Paſchæ vti
habet carta Dionyſiana: hoc anno fir-
mat iura monaſterij Henniacenſis, &
Canonicos Regulares conſtituit Ciſo-
nij; Eccleſiam autem Vallis-Dei Val-
tero Abbati S. Martini Laudunenſis
conceſſit ex cartis Præmonſtratenſi-
bus. Præterea Synodus Remis cele-
C bratur 1131. Ianuarij 14. auctoritate 1131.
Innocentij II. Papæ, quo Pſeudo-Pon-
tifex Anacletus, vnà cum ſchiſmaticis
fautoribus excommunicarut: de quâ
Bernerus Abbas Bonæuallis in vitâ S.
Bernardi lib. 2. c. 1. & chronicon Con-
radi Abbatis Vſpergenſis: in eadem Sy-
nodo rogante Lud. Craſſo Rege inun-
gitur Ludouicus VII. ſuadente Suge-
rio. Rainaldi meminêre S. Anſelmus
epiſt. ad Fulconem Bellouacenſem, &
Gofridus Abbas Vindocinenſis lib. 1.
& 3. epiſt. 31. & 2. Guiterum verò Co-
mitem Reiteſtenſem excommunicauit
D propter exactiones quas inferebat vil-
lis S. Remigij, ſed poſtea abſolutus
Remis concordiam iniit 1127. quæ ex-
tat in tabulario eius Abbatiæ; & apud
Ægidium monachum Aureæuallis in
vitâ Adalberonis Epiſcopi Leodienſis
ſequens legitur membrana: IN NO- «
MINE Sanctæ Trinitatis. Notum ſit «
omnibus præſentibus, & quorum fu- «
tura poſteritas expectatur, hac præſen- «
ti paginâ diſcat, quid & quomodo de «
beneficio Remenſis Eccleſiæ, quod ad «
caſtellum quod Bullion dicitur, perti- «
net, cum Alberone venerabili Leo- «
dienſium Epiſcopo ſtatuimus. Ego «
RAINALDVS Eccleſiæ Remenſis «

Martig. D'argent à 3. faſces d'azur, à la croix ancrée de gueulles brochante ſur le tout. Ecartelé de gueulles à 3. quintefeuilles d'argent.

» licet indignus Miniſter beneficium,
» quod Remenſis Eccleſiæ ab antiquo
» eſſe dinoſcitur, quod etiam ad Bullio-
» nem pertinere nulli dubium eſt, Al-
» beroni Leodienſium Epiſcopo, & per
» eum ſucceſſoribus ſuis conditione ſup-
» poſitâ contradidi. Si ob aliquorum
» infeſtationem Remenſi Eccleſiæ in-
» gruerit neceſſitas, Leodienſis Epiſco-
» pus ſuis impenſis equitatum trecento-
» rum militum ſingulis annis mihi vel
» meo ducet cuilibet ſucceſſori, ſi XL.
» dies ante prænominatus fuerit, &c.
» Sig. Odonis Abbatis S. Remigij, S. Io-
» ranni Abbatis S. Nicaſij, S. Vrſionis
» Abbatis S. Dionyſij, S. Nicolai Ar-
» chidiaconi, S. Hugonis Archidiaconi,
» S. Iosfridi Decani, S. Leonis Cantoris
» &c. de laïcis, S. Henrici de Caſtellio-
» ne, Blihardi de Hercreio, Nicolai de
» Burgo, Radulfi de Radulphicurte,
» Haymonis Caſtellani de Altomonte.

Probat autem fundationem Carthuſiæ Montisdei in ſuâ diœceſi, cuius autographum è tabulario monaſterij ita orditur:

VNIVERSORVM *Domino famulantibus &c. memoriæ tam præſentium quàm futurorum fixum eſſe volumus, quod ego Odo humilis Miniſter Eccleſiæ B. Remigij, totúmque Capitulum eiuſdem Monaſterij, communicatum mecum labore, promptâ voluntate, & piâ deuotione benignum præbentes aſſenſum, Cœnobium in quo vſus, & ſacras conſuetudines Carthuſienſium honeſti moribus fratres teneant, & cuſtodiant in fundo Eccleſiæ noſtræ, videlicet in loco qui Mons Dei nuncupatur (nam antiquitus vocabatur mons Boſonis) in honorem B. Mariæ Virginis & S. Ioannis Bapt. conſtruximus. Hoc autem totum factum eſt conſilio Dom. Hugonis fœlicis memoriæ Gratianopolitani Epiſcopi, necnon aſſenſu Reuerendi Guigonis Carthuſienſium pauperum Prioris, qui & primos ſacræ huius inſtitutionis magiſtros ad nos miſit, & locus ille vt mons Dei vocaretur, præcepit & ſtatuit. Venerabilis etiam Rainaldus ſecundus Remorum Archiepiſcopus, in hoc opere ſtrenuus cooperator extitit, & eius voluntate & conſilio euocatio Carthuſienſium fratrum facta eſt & conſtitutio loci. In hoc ſiquidem monte fratribus ibidem in ordine Carthuſienſi Deo militantibus & ſecundum ſacras huius Ordinis inſtitutiones à ſanctis eorum prædeceſſoribus datas, degentibus, prædictum cœnobium & quicquid Eccleſia noſtra in procinctu eiuſdem cœnobij infra ſcriptos terminos poſſidebat, communi conſenſu, totius capituli noſtri aſſenſu gratanter, & ab omni cenſu & exactione liberum dedimus; Conceſſimus etiam, vt terras quas ruſtici intra eoſdem terminos poſſidebant, ſi dono vel pretio prædicti fratres acquirere potuerint, liberè & abſque vllo cenſu in perpetuum habeant: ſimiliter de omnibus quæ ibi Richardus Moſomenſis Abbas cum ſuis fratribus, & Dom. Vrſio S. Dionyſij Abbas, & eius congregatio habebant liberam donationem & ab omni querelâ abſolutam promptâ deuotione obtulerunt & dederunt. Vuilelmus etiam de Sctonâ & Nicolaus de Burgo, & Guido de Altreio quicquid ibi tenebant, & quod vſibus pauperum Chriſti vtile & neceſſarium viſum eſt, pro remedio animarum ſuarum iam dictis fratribus ſimili modo, pari libertate dederunt. Hi ſunt termini quibus prædicta loca limitantur. Ab Orientali plagâ verſus Meridiem; ab Aſiâ vſque ad riuulum, qui defluit in Armoſias. Ab Armoſiis vſque ad viam regiam; à viâ regiâ ſicut tendit in Foreſt. de Foreſt per verticem montis Rouel ſicut vergit in Chermel. de Chermel ſicut vergit ad Bonton riuulum, à Bonton ſicut defluit vſque in Barrum fluuium; item ab Aſiâ vſque ad Septentrionalem plagam vſque ad riuulum qui dicitur Altrepa, ſicut defluit in Barrum. Vt autem hæc munificentia noſtra in perpetuum vires obtineat, & inconcuſſa illibatáque in omne conſeruetur tempus & permaneat, authoritate priuilegij Dom. Innocentij Papæ II. muniri fecimus; ſed & nos ſigilli B. Remigij impreſſione, & honorabilium atteſtatione perſonarum ac teſtium roboramus & confirmamus; & quicunque hanc infringere tentauerit, anathematis ſententiâ percutimus. Signum Gaufredi Catalaunenſis Epiſcopi. S. Aluiſi Atrebatenſis Epiſcopi. S. Odonis Abbatis S. Remigij. S. Ingelramni Altouillarenſis. S. Richardi Moſomenſis. S. Helini S. Theodorici. S. Ioranni S. Nicaſij. S. Alberici S. Baſoli. S. Vrſionis S. Dionyſij S. Fulconis Sparnacenſis S. Vuillelmi Abbatis de Maurimonte. Sig. Alberici & Hugonis Archidiaconorum. S. Leonis Decani, Geruaſij Cantoris, Henrici, Gregorij, Rogeri presbyterorum. Sig. Boſonis, Raineri, Bernardi Diaconorum. Teſtes Ioſſelinus tunc Prior, Hugo Subprior, Rainaldus Præpoſitus, &c. Teſtes etiam huius decreti & inſtitutionis ſunt de Clericis Drogo Decanus S. Thimothei, Letardus, Thomas, Conſtantius: Actum Remis Anno Incar. Verbi M. C. XXXVII. Ind. XV. regnante Ludouico Francorum Rege, Archiepiſcopatus autem* 1137.

Reginaldi anno XII. ordinationis verò A
noſtræ anno octauo decimo. Fundauit Rai-
naldus Abbatiam Igniaci in ſuâ diœ-
ceſi Pontificatus ſui 5. ac poſt ſedem
annorum tredecim, viuendi finem fe-
1137. cit 1137. vt teſtantur Albericus & Otho
Friſingenſis Epiſcopus lib. 7. c. 2. ſe-
pelitur in eodem cœnobio hâc inſcri-
ptione.

EGO RAINALDVS

A PRATIS *quondam Archiepiſcopus*
REMENSIS *Presbyter; Credo quod Re-*
demptor meus viuit, & in nouiſſimo die
de terrâ ſurrecturus ſum, & in carne meâ
videbo Deum Saluatorem meum. Obyt B
1137. *M. C. XXXVII. XIX. Kalend. Ian-*
uary.

Mavvoisin. Dor à deux faſces de gueulles.

52. SAMSON MAVVOISIN ex
dominis de Roſny apud Velocaſſes
ſtirpe antiquâ natus, patre Radulfo II.
Malauicini toparchâ; Radulfi III. &
Guilelmi frater: primùm Archidiaco-
nus Iuonis Carnotenſis, & in eadem
Eccleſiâ Præpoſitus ac Decanus crea-
tur Remenſis Archiepiſcopus. Sedis
Apoſtolicæ Legatus in cartâ S. Veda-
ſti Attrebatenſis appellatur, corruptè
tamen de Pratis à quibuſdam auctori-
bus, & epitaphio, vti colligitur ex ta-
bulâ fundationis Prioratus Beatæ Mag- C
dalenæ Meduntenſis, quam ex ſuis co-
dicibus manuſcriptis exhibuit dom.
Herouuallius hâc verborum ſerie:
„ AD CERTIFICANDAM notitiam
„ literis tradimus, quod Guillermus Ma-
„ leuicinus miles optimus, dum bellum
„ inter Hugonem de Nouocaſtello, &
„ Rogerium de Toënio dominum Noui-
„ genti haberetur, expeditionem ſuper
„ Nouingentum adducens grauiter vul-
„ neratus eſt, timénſque mori, Eccleſiæ
„ Colombenſi ad monachatum ſe red-
„ didit; qui Columbas adductus, quoti-
„ die & pene totâ die de monachatu D
„ loquebatur deuotiſſimè, promittens,
„ quod ſi conualeſceret, & Deus dede-
„ rit tempus vitæ ad pœnitentiam prote-
„ laret, in caſtro Meduntæ Eccleſiam in
„ honorem B. Mariæ Magdalenæ con-
„ ſtrueret; quia hoc ſibi concedi à Rege
„ Franciæ & à Carnotenſi Præſule, & à
„ Canonicis ipſius villæ facilè impetra-
„ ret. Cum autem poſtmodum gratiâ
„ Dei conualuiſſet, à parentibus Carnu-
„ ti deducitur ſub occaſione quod me-
„ dicamina ſibi neceſſaria Colombas in-
„ ueniri non poſſent, quæ Carnoti co-
„ pioſè inuenirent: hâc occaſione du-

A ctus, & ſeductus blanditiis carnalium „
amicorum delinitus, arma militaria ſi- „
bi fabricari conſenſit: quibus fabrica- „
tis ſibíque delatis, reiecto habitu mo- „
niali & reſumpto ſeculari equum aſ- „
cendit, extendénſque manum vt acci- „
peret clypeum, ſtatim in ſe diuinam „
vltionem perſenſit. Nam igne in pla- „
gâ quæ putabatur omnino plenè ſana- „
ta deſæuiente, interim Eccleſiæ Co- „
lumbenſi ſe reddit, tamen diuinum iu- „
dicium effugere non potuit: quod ipſe „
ſentiens reiecto habitu ſeculari, & re- „
ſumpto monachali, in monaſterio B. „
Petri Carnoti, tamen ſub profeſſione „
B Columbenſi, in afflictione & dolore „
corporis, & contritione & humiliatio- „
ne cordis, quod ipſo die quo habitum „
monachi abiecerat, & reſumpſerat „
ſpiritum emiſit. Cuius corpus à fratri- „
bus ſuis & amicis Columbas delatum „
in clauſtro eſt funeratum. Tunc SAM- „
SON frater eius qui eo tempore Car- „
notenſi Eccleſiæ Præpoſitus, poſtmo- „
dum ad Archiepiſcopatum eſt proue- „
ctus, de eius animo ſollicitus, vel vo- „
lens ſupplere in quantum poterat, quod „
ille promiſerat, poſtulauit & impetra- „
uit à Ludouico Rege Franciæ, & Gau- „
fredo Carnotenſi Præſule, & à Cano- „
C nicis Medontæ, vt denique concede- „
rent Medontæ fieri Eccleſiam in hono- „
re B. Mariæ Magdalenæ, quæ eſſet ſub „
ditione Columbenſis Eccleſiæ, tali „
causâ, talíque occaſione fundata eſt „
Eccleſia B. Mariæ Magdalenæ in ca- „
ſtro Medontæ. Anno Incarnati Verbi „
M. C. XXXIII. Memoratur in teſta- „
mento Sugerij Abbatis 1137. Ind. 15. &
archiuis S. Martini Pariſienſis, necnon 1137.
in Concilio Balgenciaci, pro ſolutio-
ne coniugij inter Ludouicum VII. Re-
gem & Eleonoram Aquitaniæ Duciſ-
ſam, vt teſtatur Aimoini ſupplemen-
D tum l. 5. c. 53. anno verò 1140. in Sy- 1140.
nodo Sueſſionenſi Petri Abailardi er-
rores damnat; Remenſis autem cele-
bratur coram Eugenio III. Papâ 1148.
contra errores Gilberti Porretani Pi-
ctauienſis Epiſcopi, de quâ agit Fri-
ſingenſis in Frederico I. cap. 54. cuius
acta aſſeruantur in Vaticano. Cete-
rùm firmat fundationem Carthuſiæ
Montiſdei, cuius hæ literæ extant apud
carthophilacium Monaſterij:

EGO SAMSON *diuinâ miſeratione*
REMORVM *Archiepiſcopus, dilectis in*
Chriſto fratribus in monaſterio S. Mariæ
& S. Ioannis Baptiſtæ Montis-Dei Chriſto

famulantibus, tam præſentibus quàm futu-
ris in perpetuum. Paſtoralis curæ ſolicitudo
nos admonet ſeruorum Dei vtilitatibus in
quantùm valemus prouidere, maximéque
eorum qui à cæterorum hominum conuerſa-
tione tam loco quàm moribus, & habitu
longè ſe facere ſtudent, vt Deo liberius
vacare, & quàm ſuauis eſt, guſtare valeant
quieti operam dare. Idcirco ſummoperè
curandum nobis eſt, vt ea quæ vſibus ipſo-
rum à fidelibus collata ſunt, quietè & ſine
moleſtiâ valeant poſſidere. Eapropter dile-
cti in Deo filij Beatæ Dei genitricis mona-
ſterium in quo diuino vacatis ſeruitio à dom-
no Odone Eccleſiæ B. Remigij Abbate con-
B ſtructum, vt ordo Monaſticus ſecundum
normam & inſtitutionem fratrum Carthu-
ſienſium irrefragabiliter ibidem obſeruetur,
vobis veſtríſque ſucceſſoribus perpetuò poſſi-
dendum præſentis decreti paginâ confirma-
mus. Quidquid etiam in terris, ſiluis,
aquis, paſcuis, à præfato Odone, Vrſione S.
Dionyſij, Richardo Moſomenſi Abbatibus,
Nicolao de Burgo, Guilelmo de Sctonâ, Gui-
done de Alteio militibus, vobis traditum
eſt, gratanter annuimus, laudamus & ap-
probamus. Decernimus etiam, quod quæ-
cúmque bonâ oblatione fidelium, conceſſio-
ne Pontificum, largitione Principum, vſi-
bus veſtris profutura vobis collata fuerint,
C firma & illibata vobis veſtríſque ſucceſſori-
bus in perpetuum permaneant, &c. Actum
1142. Remis anno Incarnati Verbi 1142. Ind. 5.
regnante Ludouico Francorum Rege anno
ſeptimo. Archiepiſcopatus autem SAM-
SONIS anno ſexto. Signum Samſonis
Archiepiſcopi Remenſis, Ioſleni Sueſſionen-
ſis Epiſcopi, Bartholomæi Laudunenſis Epiſ-
copi, Simonis Nouiomenſis, Guarini Ambia-
nenſis, Aluiſi Attrebatenſis Epiſcopi. Si-
gnum Odonis Abbatis S. Remigij, Richardi
Moſomenſis, Ingeramni Altouillarenſis,
Helluini S. Theodorici, Abb. Nicolai S.
Nicaſij, Alberici S. Baſoli, Vrſionis S. Dio-
D nyſij, Theodorici Sancti Martini Spar-
nacenſis, Guilielmi & Hugonis Archidia-
conorum, Leonis Decani, Geruaſij Cantoris.
Poſthæc corpus S. Bibriani Confeſſo-
ris in prædicto cœnobio quieſcentis,
atteſtantibus miraculis, populo vbique
concurrente in nouam capſam repo-
1143. ſuit 16. April. 1143. præſentibus SS.
Remigij, Dionyſij & Nicaſij Abbati-
bus. Sed & ſolemniori apparatu bene-
dixit baſilicam eiuſdem Carthuſiæ
Montiſdei, vt deſcribitur in veteri epi-
graphe: Anno Domini M. C. XLIV. di-
1144. cata eſt Eccleſia iſta à Samſone Archiepiſ-
copo & Goſleno Sueſſionenſi Epiſcopo, & Mi-
A lone Taruanenſi Epiſcopo. Conſecrat au-
tem templum Valcellenſe 1151. & com-
poſitâ querelâ cum Geraldo. Moliſ-
menſi Abbate 1147. nominatur in di-
plomate Ludouici 7. Regis 1150. cum 1150.
Baldrico Nouiomenſi, & Anſculfo
Sueſſionenſi Epiſcopis, tum etiam in
chronico Altiſſiodorenſi 1154. vbi agi-
tur de controuerſiâ vnctionis Reginæ
Francorum, quam Aureliæ peractam
ab Hugone Senonenſi Remenſis Ar-
chiepiſcopus ſibi vendicabat. Duæ
Samſonis reperiuntur epiſtolæ ad Su-
gerium S. Dionyſij Abbatem; alterâ
quidem cariſſimum & præcordialem
amicũ vocat, & exorat vt ad liberatio-
nem Eccleſiarũ B. Mariæ & S. Remigij
in manu forti ipſi ſuccurrat, aduerſus
milites S. Remigij, qui prędictis Eccle-
ſiis detrimenta inferebant: totidem
leguntur ad Innocentium II. Pont. &
Ludouici Regis, ac Sugerij ad eum-
dem. Tranſtulit corpus S. Eligij 1153. 1153.
Iunij 25. ordinátque nullum Canoni-
corum abſentium fructus præbendæ
percipere debere. Mediator deligitur
cum Rege, aliíſque Epiſcopis & Prin-
cipibus, compoſitionis Galteri Laudu-
nenſis Præſulis cum Hugone Abbate
Præmonſtratenſi 1158. cuius exemplar 1158.
habetur in tabulario eius cœnobij, &
veteri regeſto cartarum Campaniæ;
demum intereſt tranſactioni Roberti
Regis fratris & Henrici Comitis pro
domo de Sauigniaco 1160. Magnâ di-
gnatione & meritò quidem commen- 1160.
datur Samſon de Malouicino, tan-
quam vas honoris in Eccleſiâ, à B.
Bernardo Claraualenſi Abbate epiſt.
210. & 246. quas Pontificib. Max. In-
nocentio II. & Eugenio III. in eius
laudem ſcripſit, & lib. 4. c. 5. vitæ eiuſ-
dem Bernardi. Vltimum diem clauſit
an. 1161. XI. Cal. Octob. apud chron. 1161.
Alberici; licet in cœnotaphio, quod
ipſi in monaſterio Igniacenſi appoſi-
tum eſt, anno ſuperiori mortuus re-
cenſeatur:

HIC IACET

*Præclaræ memoriæ Reuerendus Pater Do-
minus* SAMSON DES PRETZ, *Ar-
chiepiſcopus* REMENSIS, *alter huius mo-
naſterij fundator, domini Rainaldi primi
fundatoris ex fratre nepos. Obiit XI. Aug.
anno* M. C. LX. *cuius anima in pace re-
quieſcat.*

Concordes animas piáſque mentes,
Vt dicas licet vnicam fuiſſe,

Commiſſi cineres ſequentur, & ſic
Credo corporis vnius iuuabit.

FRANCE. D'azur ſemé de fleurs de Lis d'or.

53. HENRICVS DE FRANCE, I. Ludouici Craſſi Regis & Aleidis à Sabaudiâ filius, Ludouici VII. frater; abiectis aulæ & Regij ſanguinis lenocinijs, religionem profeſſus apud Claramuallem, Beato Bernardo Abbate 1145. emiſſo voto poſt triennij ſpatium ad cathedram Bellouacenſem aſſumitur anno, vt Sigeberti ſupplementum notat 1149. cum verò detrectaſſet onus ſuſcipere, ad Sugerium S. Dionyſij, & Petrum Cluniacenſem Abbates epiſtolam expoſtulatoriam ſcripſit, in quâ de eo tanquam huius Epiſcopalis dignitatis conciliatore, conqueritur. Fuit autem primò Archidiaconus Aurelianenſis, Canonicus Pariſienſis, Abbas item S. Exuperij Corbolienſis, B. Mariæ Stampenſis, S. Dionyſij de Carcere, Sanctæ Mariæ Piſciaci, Medūtæ, B. Melonis de Pontiſarâ, Theſaurarius S. Martini Turonenſis, denique omnium monaſteriorum regalium Franciæ Archimandrita, ac generalis Abbas ſupra ſpeciales Abbates, vt explicat Ioannes Pariſienſis. Tandem ad Archiepiſcopatum Remenſem trans-
1162. fertur 1162. prout notant Albericus & Vincentius Beluacenſis ſpeculi hiſtorialis parte III. graues inter eumdem, Canonicos Eccleſiæ ac ciues interceſſerunt diſcordiæ, ad quas componendas, ſuam quoque operam contulit Alexander Papa, cuius eâ de re binas epiſtolas ad Henricum, & ad Ludouicum Regem illius fratrem tranſmiſit, quæ habentur in archiuis Remenſis Eccleſiæ; de quibus turbis Remenſibus agit & Ioannes Sariſberienſis ep.
1164. 114. Eleuat corpus S. Rictrudis 1164. Non. Aug. IV. aſſiſtente Andreâ Epiſcopo Attrebatenſi, vt eſt apud Buſelinum lib. I. Galloflandriæ cap. 41. Memoratur ab Alexandro III. c. Cum ſit Romana, de Appellat. in primâ collectione; ſed interim corrigenda inſcriptio c. Inter cætera, eodem de Appellat. nam dirigitur illud Archiepiſcopo Rauennenſi, non Remenſi, vt indicat Abbatia S. Apollinaris, quemadmodum monuit clariſſ. Iuriſconſultus Iacobus Cuiacius. Huic etiam ſcripſit Arnulfus Lexouienſis Epiſcopus pro Philippo de Chaumont; Petrus Venerabilis Abbas, item S. Bernardus ep. 278. & 355. Henrici meminêre Cæſa-

A rius lib. I. c. 19. Nicolaus monachus Claræuallenſis epiſt. 1. & 39 auctor vitæ S. Bernardi lib. 4. c. 3. Sirmondus in Noris ad Petrum Cellenſem, Faſciculus Sanctorum Ciſtercienſium lib. 2. diſt. 4. Vion. l. 1. c. 45. l. 4. c. 25. Quercetanus in Analectis ad bibliothecam Cluniacenſem & præfatione hiſtoriæ Drocenſis, ac Sanmarthani hiſt. Domus Franciæ lib. 12. Obiit anno 1175. 1175.
Nouembris 13. humatus Remis in Eccleſiâ S. Virginis, cuius vti benefactoris anniuerſarium; & Pariſiis commemoratur 17. Calend. Decembris.

CHAMPAGNE. D'azur à la bande d'argét accompagnée de deux doubles cottices potencées & contrepotencées d'or.

B 54. GVILELMVS DE CHAMPAGNE I. Cardinalis tit. S. Sabinæ, dictus vulgò ad Albaſmanus, quartus Theobaldi Magni Comitis Campaniæ filius ex Mathilde Carinthiacâ, frater Henrici I. Comitis Palatini Campaniæ, Theobaldi Bleſenſis, Stephani Sacricæſaris domini, & Aleidis vxoris Ludouici VII. Francorum Regis; hic ſanguinis claritate, & rerum geſtarum gloriâ cumulatiſſimus, auunculus enim tutórque fuit Philippi Auguſti, ac primarius regni Adminiſter. Ei verò Eccleſiaſticarum dignitatum, quas plurimas & maximas geſſit, exordium non
C fuit Præpoſitura Sueſſionenſis, nam alias ſuperſtite patre iam attigerat, vt docet epiſt. 271. S. Bernardi; ſed præbenda B. Quiriacij de Pruuino: inde Epiſcopus Carnotenſis 1164. quarto poſt anno Archiepiſcopatum Senonenſem adeptus, Carnotenſem quoque retinuit, conſecratúſque eſt an. 1168. de cuius ordinatione tacito nomine Sareſberienſis ſub finem epiſt. 233. & Robertus S. Mariani monachus in chronico. Idem denique ad Remenſem cathedram tranſlatus 1175. rectius in 1175.
Chronico Alberici, quàm 1177. in Autiſſiodorenſi, & de illo vetuſtus codex
D ad an. 1178. hæc ſubiungit: VILELMVS Senonenſis Archiepiſcopus à Clericis Remenſibus poſtulatus, mortuo Henrico Ludouici Regis germano, qui per annos XIII. Remenſem Eccleſiam palatiis, turribus, & aliis munitionibus inſigniſſimè illuſtrauit, regendam Papâ Alexandro aſſentiente ſuſcepit. Hoc eodem anno peregrinationis causâ in Angliam ad S. Thomam Cantuarienſem amicum olim profectus, Rex Angliæ Henricus occurrens cum gaudio illum excepit, & dignis honorauit muneribus; prout

refert auctor geſtorum Lud. vii. eó-que reduce in Galliam, à Balduino Comite lauto & magnifico apparatu Ardeæ hoſpitatus eſt, quem deſcribit Lambertus preſbyter Comitum Giſnenſium Hiſtoriæ ſcriptor. Interim
1179. die feſto omnium Sanctorum 1179. Philippum Auguſtum nepotem, in Eccleſiâ Remenſi vnctum coronauit, congregatis Galliarum proceribus Eccleſiaſticis & ſecularibus, Turonenſi, Bituricenſi, & Senonenſi Archiepiſcopis miniſtrantibus, quo tempore creatus Dux & Par Franciæ. Concilio Lateranenſi etiam intereſt hoc anno factus preſbyter Cardinalis S. Sabinæ, vt vult Houedenus, quamquam à Lucio iii. Papâ in Purpuratorum cœtum cooptatus menſe Decembri 1182. ab Onuphrio & Ciacconio referatur; quem tamen à Cœleſtino Pontifice ad Prænestinum Epiſcopatum promotum fuiſſe aſſerit. Deinde Romam profectus
1185. 1185 ſedit in Comitiis quibus Vrbanus iii. Papa renuntiatur, & 1189. Salmuri ad Regem Angliæ pro componendâ
1189. pace delegatur. Cúmque eſſet vir prudentiâ & rerum vſu conſpicuus, adhæc regij ſanguinis cognatione cum Auguſto coniunctus, rerum ſummæ præficitur, quam ſummâ cum fide, & Gallici nominis celebritate adminiſtrauit, vt præclarè de illo teſtantur Hiſtorici; ſed operæpretium eſt, verba exſcribere eiuſdem Philippi Aug. apud Stephanum Tornacenſem epiſt. 121. notatu digna pro eius miniſterio per Gallias: *Adſiſtit nobis,* ait, *ſuper omnes amicos & fideles noſtros cariſſimus auunculus noſter* VVILLELMVS REMENSIS *Archiepiſcopus, in conſiliis noſtris oculus vigilans, in negotiis dextera manus. Cum vel ad tempus recedere à nobis, ſuccedere eſt hoſtibus noſtris. Vocaſtis eum, Pater, ſicut audiuimus, & vt præſentiam ſuam vobis exhibeat, ſacris apicibus innitaſtis, retinnimus eum, clauum in oculis hoſtium noſtrorum, & in lateribus eorum lanceam, ſine ipſo fieri nihil aſtimantes, ſiue de pace, ſiue de bello cum hoſtibus ſit agendum. Gratum ſit vobis Pater, quod in tanto diſcrimine regni, tantum amicum noſtrum retinemus, cuius præſentia nobis eſt pernecesſaria, & abſentia perdamnoſa.* Rigordus Philippi Aug. Regis Medicus & Hiſtori-
1190. cus in eius vitâ notat 1190. apud S. Dionyſij Eccleſiam baculum peregrinationis pro itinere tranſmarino contra infideles pugnaturus Archiepiſcopi

A è manu Guilelmi deuotiſſimè accepiſſe; quem cum matre Adelâ Campanâ Regni Regentem conſtituit: & Philippo ab hac expeditione redeunte, cumque Balduino Comite Hannoniæ de Arteſiæ principatu diſceptante, celebri pacis tractatu Peronæ habito
1192. huius Cardinalis ſolertiâ in dominium Francorum ceſſit; paulò ante quàm ex itinere Hiſpanico ad S. Iacobum rediiſſet, vt tradit Ægidius Leodienſis Aureæuallis monachus in hiſtoriâ capite 64. quo tempore Pontificis mandato Sanctum Albertum Brabantinum Leodienſem Epiſcopum
B Remis conſecrauit 1192. Septemb. 20. Poſt verò 1193. recenſetur auctor repu- 1193.
dij inter Philippum Regem & Iſemburgim Danicam vxorem, Ambiani in Eccleſiâ B. Virginis ab eodem coronatam, teſte Rogerio Houedeno Annalium parte poſteriori; cuius diuortij ſententiam pronuntiauit, vt indicant hæ Pontificis literæ, quæ aſſeruantur in Regio chartophilacio:

INNOCENTIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Franciæ conſtitutis. Apoſtolica Sedes, quæ Deo*
C *diſponente cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra, prædeceſſorum noſtrorum temporibus, diuerſis cauſis inſpectis cum quibuſdam minus legitimè genitis diſpenſauit, etiam ex adulterio procreatis, quos ad actus ſpeciales legitimans, in Pontifices quoque promoueri conceſſit. Cum igitur maior idoneitas in ſpiritualibus quàm in ſecularibus requiratur, dubitari non debet; quin ipſa tales ad actus legitimare valeat ſeculares. Præſertim ad petitionem eorum, qui propter Romanum Pontificem alium ſi horum minimè recognoſcuntur habentem huius poteſtatem. Cum igitur cariſſimus in Chriſto*
D *filius noſter Philippus Rex Franciæ, propter primogenitum ſuum, quem de coniuge primâ ſuſcepit, aliam prolem non habeat, non puerum & puellam; quos ei nobilis quædam mulier, filia nobilis viri Ducis Meraniæ peperit nuper defuncta, de ſuâ poſteritate prouidere cogitans, à nobis humiliter poſtulauit, vt eos legitimare per fauorem Sedis Apoſtolicæ curaremus, vehementer affirmans, quòd poſtquàm venerabilis frater noſter* GVILELMVS *Archiepiſcopus Remenſis Sanctæ Sabinæ Cardinalis, tunc Apoſtolicæ Sedis Legatus, inter eum ac cariſſimam filiam noſtram I. Reginam Franciæ illuſtrem, diuortij ſententiam promulgauit, licet ipſa ſententia, per Sedem Apoſto-*

Apoſtolicam poſtmodum fuerit reuocata, propter iudiciarium ordinem non ſeruatum. Nullâ tamen ad ipſum de aliâ non ducendâ prohibitio facta peruenit, & propter probationes affinitatis exhibitas coram eodem Archiepiſcopo, quas idem Rex veras eſſe credebat; inter eum ac præfatam nobilem putabat eſſe vinculum coniugale, quamquam noſtrâ fuerit authoritate compulſus, vt & ipſam dimitteret & Reginam reciperet memoratam. Nos igitur attendentes in eo deuotionis conſtantiam & fidei puritatem, quam à progenitoribus erga Romanam Eccleſiam quondam hæreditario iure contraxit, vt tam honori Regiæ dignitatis, quàm vtilitati & neceſſitati Regni Franciæ prouidere conſulamus; prædictos puerum & puellam de ſpeciali gratiâ legitimationis titulo, Confratrum noſtrorum conſilio decoramus, vt nullus eis in natalibus defectus obſiſtat; Ita videlicet vt per hoc nullum eidem Regi, vel præfata Reginæ in matrimonium alicuius causâ præiudicium generetur. Vos ergo quod ſuper hoc à nobis eſt prouidâ deliberatione ſtatutum, & vos ipſi firmiter obſeruetis & ab aliis faciatis per cenſuram Eccleſiaſticam inuiolabiliter obſeruari, & cum ab eodem Rege fueritis requiſiti, ſecundum formam præſcriptam ſolemniter publicatis. Datum Anagniæ IV. Nonas Nouembris, Pontificatus noſtri anno quarto, anno gratiæ M. CC. I. Præſens

1196. fuit Guilelmus 1196. Compendij, homínio Balduini V. Comitis Flandriæ, Philippo Aug. apud Rigordum; creatúrque Germaniæ Legatus in cauſâ Eccleſiæ Moguntinæ; demùm ab In-

1198. nocentio III. 1198. totius Galliæ Legatione meruit honeſtari, quo titulo insignitus legitur in tabulis Abbatiæ S Michaëlis in Theraſciâ. Eius rogatu Philipus Rex Ædiles vrbis inſtituit, vel potius confirmatis libertatibus Scabinos ciuitati reddidit, ex chartâ Theſauri Regij 1182. Huic Alexander III. ſcribit vt nulli niſi Remenſi liceat Regem inungere, vel primam coronam imponere; in regiſtro Innocentij III. plures epiſtolæ leguntur ad Guilelmum lib. enim 2. epiſtolar petitur, vt liceret ei erigere Sedem Epiſcopalem Moſomi, modò tamen non mutetur cœnobium in ſæcularem baſilicam anno I Pontificatus Maij 5. cuius Guilelmi viciſſim extant duæ epiſtolæ ad Alexandrum III. de morte S. Thomæ Cantuarienſis apud Houedenum. Tandem vitam cum meliori commutauit

1202. an. 1202. de cuius exceſſu ſic fatur chronicon Canonici Laudunenſis. VILELMVS glorioſus Remorum Archiepiſcopus apud Laudunum ſubitò grauiter infirmatus, ſtatim loquela priuatur, & poſt paululùm vitam amiſit, tunc vacauit ſedes annis duobus. Et Albericus ſubiungit: Moritur Remenſis Archiepiſcopus GVILELMVS Regis auunculus, & Comitum Campaniæ patruus, qui per annos XXVI. & vltra Præſulatus, infulas cum fauore & gloriâ ſæculari obtinuit, licet non ita cum fauore Dei 7. Idus Octobris deceſſit, conditus in maiori baſilicâ Remenſi cuius epitaphium tale eſt:

Moribus excelſus, prouidus, mitis, prudens, & pacis Amator,
Annis bis denis & ſex, cum ſimplice menſe,
Præfuit Archiepiſcopus VVILELMVS *in vrbe Remenſi,*
Septima Septẽbris Idus, fuit finis vitæ meæ.

Huius Cardinalis cum elogio meminêre Stephanus Tornacenſis Epiſcopus lib. epiſt. ſæpè, Petrus Bleſenſis ep. 28. & 122. Petrus Comeſtor celebris Theologus, qui illi dicat hiſtoriam Scholaſticam, Galtherus verò ſuam Alexandriadẽ heroïcis verſibus: Petrus Abbas Cellenſis lib. I. ep. 5. eum à claritate generis, pietate, cæteriſque virtutibus commendans; item Guilelmus Brito in Philippide, Rigordus, S Bernardus epiſt. XI. ad Comitem Theobaldum, Ioan. Sareſberienſis ep. 287. Rogerius Houedenus, Vincentius Beluacenſis, Bzouius, Ciacconius aliique ſcriptores.

55. GVIDO PARE' I. Cardinalis Præneſtinus, Germaniæ & Belgij pro Sede Apoſtolicâ Legatus, natione Gallus, monachus & Abbas decimusquintus Ciſtercij, totiúſque Ordinis Generalis, vir pietate inſignis primùm ab Innocentio III. Pont. Epiſcopus Præneſtinus creatur an. 1198. & in legationibus quibus functus eſt, celebris ea fuit, cum 1199. Othonis Imp. electionem nomine Pontificis ratam habens, contra Philippum Sueuum, ab Eccleſiæ gremio cenſurâ Eccleſiaſticâ illum remouit; in quâ obeundâ Reipublicæ Chriſtianæ conſulens Guido, ritus etiam Eccleſiaſticos inſtaurauit, teſte Cæſario Heſterbacenſi l. 5. c. 56. & l. 6. c. 2. ſic vt religionis ſtudio flagrans alter Paulus videretur. Is igitur ob virtutem in demortui Vilelmi Cardinalis Cathedram allectus 1204. ſic 1204.

enim chronicon Canonici Laudunen- A
» ſis ſcribit: Theobaldus de Pertico
» Archidiaconus Remenſis, vir nobilis
» & generoſus, & litteratus atque ſubli-
» mitatis acumine extollendus, aliàs per
» omnia egregius, niſi minus apertè am-
» biret honores. Hic Philippo Epiſco-
» po Beluacenſi in Remenſem Archie-
» piſcopum electo arma militaria, & eo-
» rum vſum obiecit, & virum incendia-
» rium eſſe dixit. Factâ iterum electio-
» ne permiſſu Papæ à Canonicis Remen-
» ſibus, Baldewinus Præpoſitus eiuſdem
» Eccleſiæ, à maiori & ſaniori parte vo-
» catur ad Præſulatus honorem. Sed B
» impatiens alterius honoris ambitio,
» per memoratum Archidiaconum obie-
» cit, quòd vno pollice mutilatus. Do-
» mino etiam Miloni de Nantolio iu-
» ueniles annos obiecit. Et ſic eo-
» rum electione infirmatâ, eidem Ec-
» cleſiæ præficitur GVIDO Præneſti-
» nus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Le-
» gatus, quondam Abbas Ciſtercien-
» ſis: Huius Præſulatus menſe primo,
» quidam eo præſente apud Branam de
» fide examinati infideles reperti ſunt,
» in præſentiâ Comitis loci Roberti &
» Iolent Comitiſſæ, & aliorum, quorum
» iudicio poſt paucos dies extra caſtrum C
» flammis ſunt exuſti; inter quos erat
» famoſiſſimus per omnem Franciam pi-
ctor nomine Nicolaus. Eadem pror-
ſus teſtatur Albericus in chron. Anno
» iſto, inquit, poſt longam concertatio-
» nem Theobaldi contra Philippum Bel-
» louacenſem Epiſcopum, qui ab vnâ
» parte fuerat poſtulatus in Remenſem
» Archiepiſcopum, ſed per dictum Phi-
» lippum Theobaldus caſſatus, deuenit
» electio Remenſis ad manus ſummi
» Pontificis. Ita exierant à Româ lite-
» ræ continentes mandatum Papæ, vt
» Abbas Guido Triumfontium fieret
» Archiepiſcopus Remenſis; cum idem D
» Abbas interim viam vniuerſæ carnis
» ingreditur, & alter Guido Epiſcopus
» Card. Præneſtinus Alemaniæ Legatus,
» factus eſt Archiepiſcopus Remenſis.
Nunc autem Innocentij III. Pont. de
hâc electione decretũ quoniam eo lo-
co vſui eſſe poteſt ex originali Vatica-
no proponemus, quod relatum eſt in
catalogo Præneſtinorum Epiſcoporum
his verbis:

INNOCENTIVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei Capitulo Remenſi, &c. Prælatorum vota eligentium variantur, per huiuſmodi tamen ſchiſmata, quæ interdum* A *potius ex impetuosâ leuitate, quàm bono zelo procedunt, Eccleſiæ ſolent incurrere detrimentum, ſicut Eccleſiæ veſtræ accidiſſe conſpicimus & dolemus. Sanè cum bonæ memoriæ Vuilelmus Archiepiſcopus veſter vniuerſæ carnis debitum exoluiſſet, quia non potuiſtis in vnum omnes pariter conuenire, ſed contradicentibus quibuſdam ex vobis, quidam venerabilis frater noſter Beluacenſis Epiſcopus per impetuoſam præſumptionem, ex indiſcreto zelo poſt appellationem ad nos interpoſitam, in Archiepiſcopum nominarunt. Laborauit Remenſis Eccleſia, & expenſis ſe grauibus onerauit.* B *Nos autem partibus in noſtrâ præſentiâ conſtitutis, & inquiſitâ plenius & cognitâ veritate, poſtulationem factam de Epiſcopo Beluacenſi exigente iuſtitiâ repellentes, de gratiâ vobis electionem liberam duximus concedendam per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, vt infra menſem poſt ſuſceptionem literarum noſtrarum conuenientes in vnum, inuocatâ Spiritus Sancti gratiâ, canonicè vobis eligeretis perſonam idoneam in Paſtorem, & faceretis quatenus fieri poſſet opportunè in Pontificem conſecrari. Adiecimus etiam, vt in examine diſtricti iudicij à vobis requireret Dominus, niſi humano fauore, ac mundano timore poſtpoſitis,* C *perſonam in ſpiritualibus & temporalibus, ſecundum conſcientiam veſtram idoneam vobis præficere iuraretis. Venerabili quoque fratri noſtro Autiſſiodorenſi Epiſcopo, & dilecto filio Abbati de Perſeniâ, & Magiſtro R. de Corgen Canonico Nouiomenſi, dedimus in mandatis, vt ſi negligeretis forſitan mandata Apoſtolica adimplere, ipſi authoritate noſtrâ ſuffulti, cauſâ qualibet ceſſante Deum habentes præ oculis, perſonam quæ tanto congrueret oneri & honori vobis in Pontificem aſſignarent, & eum facerent per Suffraganeos Remenſis Eccleſiæ conſecrari. Vos autem receptis literis noſtris loco conuenientes eodem, ſed animo diſcordantes,* D *vtpote, quia nondum ab oculis cordis veſtri prioris rancoris nebulam terſeratis, perſonas vobis varias nominaſtis, quibuſdam ex vobis, Præpoſitum, quibuſdam maiorem Archidiaconum eligentibus in Paſtorem. Quia igitur prædictorum executorum audientiam & præſentiam euitantes, maluiſtis ad Sedem Apoſtolicam laborare, diſcordantium partium concordiâ noſtrum iudicium eligente, dilecto filio T. de Portâ carceris, procuratori partis illius quæ Præpoſitum duxerat eligendum, & ſociis eius, & O. Procuratori partis aduerſæ, ac Collegij ipſius audientiam concedentes, propoſitiones partium, & confeſſiones audiuimus, recepi-*

mus teſtes, & publicantes depoſitiones eorum, examinauimus omnia diligenter: Fuit ergo propoſitum coram nobis, quod pars illa quæ Præpoſitum nominarat, non ſolùm aduersâ parte contemptâ, ſed neglectis etiam quibuſdam ex illis, qui cum eis poſtmodum in electionem Præpoſiti concordarunt, in domo Hugonis de Sparnaco Canonici ſui, ſeorſum habuerant ſuper electione tractatum, communiter ſtatuentes, quod ſi non poſſent in perſonam eandem omnes pariter conuenire, illum ex compromiſſo reciperent in Paſtorem, quem Decanus & prædeceſſor I. de Portâ carceris & Geruaſius Præpoſiti nepos, in quos compromiſerunt communiter ſub hac formâ, eis in Archiepiſcopum nominarint; adiectum eſt etiam, quòd cum Vicedominus prædictum Archidiaconum elegiſſet, appellans ne quis in præiudicium electionis ipſius aliquid attentaret: Decanus velut in furorem conuerſus nullo prorſus conſilio de Præpoſito in Capitulo habito, nec communi deliberatione præmiſſâ, ſubitò Præpoſitum capiens, & non iſtum, inquit, ſociis expetamus, ſicque capientes eum quidam alij cum Decano introniſauerunt eundem & laudes ſolitas decantarunt; ſiue igitur ex deliberatione in domo Hugonis extra capitulum habita fuiſſe repentè in capitulo nullâ deliberatione præmiſſâ, Decanus Præpoſitum nominauit, patet eum præter formam electionis canonicè nominatum. Obiectum eſt inſuper, quod Præpoſitus erat ſuper ſimoniæ vitio infamatus, quod abuſus fuerat ſigillo Capituli, quod tanquam crimino ſus vitio rupturæ laborabat, & quod medio digito ſiniſtræ manus fuerat mutilatus, licet teſtes ſuper hoc varia retuliſſent, deponentibus quibuſdam eorum, quod tantùm extremâ venciâ digiti carebat einſdem, & addentibus aliis, quod ſecundam integram non habebat. Canonibus igitur reuolutis, inuenti ſunt diuerſi ſuper hoc articulo non aduerſi. Nam & ſi aliqui habeant, quod quidam corpore vitiati, & hi ſpecialiter qui caſu partem digiti amiſerunt, ad Clericatus officium admittantur, aliqui tamen habent, quod qui membrorum ſunt damna perpeſſi, ſunt à ſacris Ordinibus prohibendi, qui ſuper hoc ſibi nullatenus aduerſantur, cum multi ad minores poſſunt Ordines promoueri, qui ad ſuperiores cum effectu non debent aliquatenus aſpirare. Nam maior ſufficientia in iis requiritur, qui ad ſacros ſunt Ordines promouendi, quàm in iis, qui ſunt in minoribus Ordinibus conſtituti, ſicut & maior in Presbytero, quàm Diacono, Epiſcopo, quàm Presbytero, Archiepiſcopo, quàm Archiepiſcopo, Primate, quam Archiepiſcopo, & maior iis omnibus eſt in ſummo Pontifice perfectio requirenda. Quatuor igitur oppoſita ſunt in factum, & quatuor in perſonam, in factum illicita compromiſſio, contemptus fratrum, canonica prouocatio, & impetuoſus proceſſus. In perſonam, infamia ſimoniæ, abuſus ſigilli, rupturæ vitium, & digiti mutilatio. Licet autem contra perſonam Archidiaconi nihilominus oſtenſum fuerit, vel obiectum; imò multipliciter à multis fuerit commendata, contra factum tamen electionis ipſius fuit propoſitum ex aduerſo, quod cum Decanus ad Sedem Apoſtolicam appellaſſet ne quis ſine communi, vel maioris & ſanioris partis aſſenſu ad electionem procederet celebrandam. Vicedominus & ſequaces ipſius, pauciores numero, cum vix tertia pars Capituli ſequerentur eundem, & dignitate minores, cum nulla perſona Remenſis Eccleſiæ Vicedomino conſentiret, & inferiores ordine, cum nullus Presbyterorum faueret eidem, eundem Archidiaconum nominarat, & quod ad hoc zelo proceſſerat indiſcreto, cum pars altera tam ad Remenſem quàm Carnotenſem Decanum, Eccleſiæ Remenſis Canonicam, qui quondam in priori negotio eidem Archidiac. fauerat, eligendum, & quamplures viros prouidos & honeſtos poſtulandos à nobis duxerint nominandos, quorum nullum pars ipſius Archidiaconi voluit acceptare, vtpote quæ non ad vtilitatem Eccleſiæ, ſed promotionem illius potius intendebat. Præterea ex vtriúſque confeſſione patebat, quod Archidiaconus ipſe in Subdiaconatus erat Ordine conſtitutus, Canon autem Subdiacones qui & ipſi miniſtrant altaribus, exigente opportunitate concedit, ſi ſpectata religionis & ſcientiæ fuerint, ne tamen ſine Romani Pontif. vel Metropolitani ſcientiâ in Epiſcopos eligendos: verùm cum Remenſis Eccleſia Metropolitanum non habet alium, quàm Romanum Pontificem, necnon conſcij eſſemus electionis ipſius, conſtabat eam contra formam canonicam attentatam. Cúmque ſuper his & aliis coram nobis fuiſſet variè diſceptatum, nos atteſtationibus, confeſſionibus & allegationibus diligenter auditis, & plenariè intellectis, de communi fraternitatis noſtræ conſilio, exigente iuſtitiâ electionem vtrâmque curauimus reprobare. Verum quoniam officij noſtri debitum & Remenſis Eccleſiæ commodum requirebat, vt ei prouideremus perſonam idoneam in Paſtorem, ne ſi denuo reſtitueremus vobis licentiam eligendi, denuo Apoſtolicæ Sedis beneficio abutentes, Remenſem ſcinderetis Eccleſiã, & labores nouos veteribus laborib. cumulantes, afflictionem

adderetis afflicta, ad venerabil. frat. noſtrum GVIDONEM *Præneſtinum Epiſcopum Apoſtolicæ Sedis Legatum, virum prouidum & honeſtum, oriundum de Regno Francorum, qui fuerat in Ciſtercienſi Ordine primus Abbas, & ſuæ Religionis exigentibus meritis, à nobis aſſumptus fuerat in Epiſcopum Præneſtinum, virum vtique coram Deo & hominibus potentem, in opere ac ſermone, oculos noſtræ conſiderationis extendimus, & vobis, & eidem Eccleſiæ prouidimus in Rectorem, dum tamen eius ſuper hoc accedat aſſenſus, quem inuictum cogere nolumus, ſed conſentientem aſſumi. Monemus igitur vniuerſitatem veſtram & cohortamur in Domino, & per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus ſi Epiſcopus ipſe diſpoſitioni noſtræ conſenſerit, ipſum ſicut Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum ſuſcipiatis humiliter, & honorificè pertractetis, debitam ei obedientiam & reuerentiam impendatis; ſcientes nos venerabili fratri noſtro Senonenſi Archiepiſcopo & dilecto filio Clareuallenſi & S. Victoris Pariſienſis Abbatib. dediſſe firmiter in mandatis, vt ſi qui, quod non credimus, facto noſtro ſe duxerint opponendos, eos per diſpoſitiones Eccleſiaſticas ſub Apoſtol. impedimento compeſcant, eiſdémque mandauimus, vt ſi forſan idem Epiſcopus non pateretur ad Remenſem Eccleſiam ſe transferri, omni gratiâ & timore poſtpoſito, perſonam idoneam, & honori tanto & oneri congruentem ſolum Deum habentes præ oculis auctoritate noſtrâ ſuffulti, vobis Apoſtolica poteſtate præficiant in Paſtorem. Contradictores modo ſimili compeſcentes. Datum Laterani II. Nonas Iulij anno VII.* Guidoni Cardinali confirmat ſuiſque ſucceſſoribus priuilegia
inungendi Reges Franciæ idem Inno-
1205. centius an. 1205. Idus Maij epiſtolâ 75.
regiſtri Vaticani; eique ſcribit anno 8.
Pontif. 5. Kal. Iunij & 6 Non. Maij
epiſt. datâ Ferrenti 3. Id. Iulij Pont. 9.
poſt multa verò præclarè geſta ad Do-
1206. minum migrauit 1206. vt habet vetus
chronicon: GVIDO, inquit, apud Gandauum in cœnobio S. Bauonis ex dyſenteriâ obiit 3. Cal. Aug. Capitulum Remenſe quod ſub interdicto poſuerat, moriens abſoluit: tunc vacauit Sedes Metropolitana, Theobaldo de Pertico impediente electionem. Cadauer in B. Petri Eccleſiâ depoſitum indéque transfertur in choro Ciſtercienſis Abbatiæ, vbi ſequens epitaphium duobus verſiculis inſcriptum legentibus proſtat:

Nobis donatus de culmine Pontificatus,
REMIS *tranſlatus, iacet hic* GVIDO *Beatus.*

Menologium Chryſoſtomi Henriques, Calendarium Ciſtercienſis Ordinis, Arnoldus Vion, Aub. Miræus, & alij huius meminêre: de quo fusè etiam diſſeruit eruditiſſ. Abbas Vghellus tomo 1. in Epiſcopis Præneſtinis, de Italiâ ſuâ ſacrâ benè meritus.

56. ALBERICVS DE HVMBERT *Hvmbert.*
ex Archidiacono Pariſienſi, ordinatus
1207. id enim narrat in ſuo chronico 1207.
Albericus: Remis poſt longam concertationem Theobaldi de Pertico contra Beluacenſem Epiſcopum, & ſuos, auctoritate Papæ datus eſt Remenſis Archiepiſcopus Albericus, Pariſienſis Archidiaconus, mediante Pariſienſi Epiſcopo Odone. Memoratur eodem anno in literis recognitionis Capituli Remenſis, pro debito erga Regem Francorum, vt patet eiuſmodi titulo: ALBERICVS REMENSIS, Philippus Beluacenſis, Steph. Nouiomenſis, T. Tornacenſis, VV. Nouiomenſis Eccleſiarum Dei patientiâ Miniſtri humiles, & R. eiuſdem miſeratione Laudunenſis electus, Salutem. Nouerit vniuerſitas, quod M. Præp. B. Decanus, & alij Canonici Remenſes, in noſtrâ præſentiâ conſtituti, ſuper contentionibus quæ inter Philippum illuſtrem Francorum Regem, & Capitulum Remenſe vertebantur, compoſuerunt in hunc modum: Dicti Canonici pro toto capitulo recognouerunt eidem Regi, quod quando ſubmonitio fiet, ſicut ſolet fieri in regno Franciæ per chriſtianitatem, pro defenſione Coronæ & regni, facere tenentur ſicut alia Capitula Franciæ & pro faciendo hoc, recognouit Rex quod ipſi ab omni ſeruitio liberi remanent in perpetuum, &c. Actum
apud Compendium an. Dom. M. CC. 1207.
VII. menſe Octobri. Aliud ſacramentum Regi exhibet, pro hominibus S. Remigij, cuius inſtrumentum ex regiſtro Theſauri regij ſic concipitur: EXCELLENTISSIMO *Domino ſuo Philippo Dei gratiâ Francorum Regi* ALBERICVS *diuinâ permiſſione Eccleſiæ Remenſis Miniſter humilis, ſalutem, cum debitâ fidelitate obſequium. Nouerit excellentia veſtra, quod audientibus & videntibus fidelibus veſtris, ad nos propter hoc à nobis transmiſſis, A. Meldenſis Eccleſiæ Archidiacono viro nobili, Alano de Roſcia-*

co, & Guidone de Beſtiſiaco Baillivo noſtro, omnes homines Remenſes tam ad nos, quàm ad B. Mar. & S. Remigij Eccleſias pertinentes, nobis iurarunt quod perſonam veſtram, & omnes veſtros, quotienſcúmque neceſſe fuerit, contra Imperium & alia regna, quæ nos vel regnum Franciæ vellent impugnare, bonâ fide Remis recipient, & ciuitatem ad honorem veſtri, & totius regni bonâ fide defendent. Aliud etiam iuramentum fecerunt in præſentiâ noſtrâ, quod videlicet à proximâ Purificatione B. Mariæ in vnum annum, vobis reddent duo millia librarum Pariſienſium monetæ, & ab illâ Purificatione in alium annum proximè ſequentem, alia duo millia librarum Pariſ. monetæ, quod ipſis ad firmitatem Remenſem faciendam, & accelerandam, Regia ſerenitatis veſtræ commodauit munificentia liberalis. Recenſetur inter præcipuos Cruceſignatorum An-
1209. tiſtites in expeditione Albigenſi 1209.
cum Rotomagenſi & Senonenſi Archiepiſcopis; verbique diuini præco inſignis vocatur à Petro de Vallibus cap. 64. conſumptâ autem incendio
1221. baſilica Remenſi 1221. eam inſtaurauit Humbertus, & eleuato Lietberti Cameracenſis Epiſcopi corpore, ratam habuit dotationem Mathildis de Villari, pro fundatione collegij Sanctimonialium in loco de Pratellâ, vti patet eius reſcripto, quod in tabulario cœnobij de Moris tale eſt:

» ALBERICVS Dei gratiâ REMENSIS Archiepiſcopus vniuerſis Chriſti » fidelibus ad quos præſentes literæ peruenerint in Domino ſalutem. Nouerit vniuerſitas veſtra, quod cum dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Mathildis de Villari, domum quandam iuxta Ecreium de bonis propriis fundauit, in loco qui dicitur de Pratellâ, ipſam domum diuino cultui dedicari voluit. Diuinitus inſpirata, & ſanctimonialium Collegium ibi poni, itaut eſſent Eccleſiæ Moliſmenſi ſubiectæ, & tam eiuſdem loci ordinem, quàm Eccleſiæ Iuliacenſis regulam & conſuetudines obſeruarent. Id etiam nobilis vir Gerardus dominus Ecreij Aduocatus loci ipſius confirmauit, locum, cum ſuis appenditiis quantùm pertinebat ad ipſum, Moliſmenſi Eccleſiæ liberaliter concedendo. Cum igitur cura ſuſceptæ ſollicitudinis nos inuitet, pia vota deſiderantium promouere, in his maximè quæ à rationis tramite non diſcordant, memoratæ

A nobilis Mathildis deuotis precibus annuentes, eidem indulſimus quod tam humiliter implorabat. Concedentes quantum ad nos pertinet, memoratum locum eidem Eccleſiæ Moliſmenſi, & factum ſicut præſcriptum eſt liberè confirmantes. Attendentes autem tam paupertatem quàm nouitatem prædicti loci, ſi quam nobis vel ſucceſſoribus noſtris procurationem deberet, vel debiturum eſſet, illam pietatis intuitu, & voluntate Remenſis Eccleſiæ in perpetuum acquitamus. Ad maiorem igitur ſecuritatem & cautelam locum eundem diuino cultui
B dedicantes, cum his quæ inpræſentiarum poſſidet, vel in futurum præſtante Domino iuſtis modis poterit adipiſci, confirmamus Eccleſiæ Moliſmenſi, & Sanctimonialibus in ſæpedicto loco ſeruientibus, &c. Vt autem hæc omnia ſupradicta firma, illibatáque permaneant, præſentem paginam tam noſtro ſigillo quàm Remenſis Eccleſiæ fecimus roborari. Actum anno
M. CC. XII. « Probat deinde 1213. 1213.
menſe Maio donationem factam Monialibus de Longa-aquâ Fontebraldenſis Ordinis, quo anno Innocentius 3. Papa epiſtolam ei ſcribit pridie
C Idus Maij, Pontificatus 10. vt curet ne ſubditi iurent per membra Dei: intereſt quoque Lateranenſi Concilio
1215. & in Iudicio Parium Franciæ 1215.
Eccleſiaſticorum, ſecularium & procerum, præſente Rege Meloduni 1216. menſe Iulio, in quo celebri conuentu placitum iudicatur de querelâ Erardi de Brenâ & Philippæ vxoris, cum Blancâ Comitiſſâ, pro hominio Campaniæ. Dedicat autem Abbatiam S. Euodij
de Branâ, & an. 1217. vnà cum Hol- 1217.
landiæ Comite Hiſpaniam transfretans à Sarracenis apud Vlyſſiponam
D obſeſſus, per milites de Calatrauâ liberatur, poſteáque reuerſus apud Pa-
piam viuis exemptus 1218. ibi iacet in 1218.
Eccleſiâ S. Auguſtini; Vacaſſe enim morte Alberici Cathedram Remenſem liquet ex tabulâ Theſauri Regij Pariſienſis menſe Martio eiuſdem anni, quo Regaliorum iure burgi S. Remigij incolæ fecerunt hominium Philippo Auguſto.

57. GVILELMVS DE IOINVILLE II. equeſtri familiâ pernobili; patre Gofrido Ioinuillæ domino & Felicitate natus, aliis Ioannâ de Rinel; Simonis Campaniæ Seneſcalli frater;

IOINVILLE. D'azur a 3. broyes d'or au chef d'argent, chargé d'vn lyon de gueulles naiſſant.

ex Archidiacono Remenſi Lingonen- A
ſis Epiſcopus, indéque ad hanc Metro-
1219. polim aſſumptus 1219. 5. Idus Iuniji;
præſens tranſlationi corporis S. Tho-
mæ Cantuarienſis, religioſas Ordinis
1220. B. Claræ excepit 1220. Conuentúmque
Remis ædificandum permiſit, quo tem-
pore nominatur in chartâ Ludouici
Regis cum Epiſcopo Pariſienſi. Inter-
eſt exequiis Philippi Auguſti Regis
1223. 1223. ſic enim memorat Guilelmus
Brito Philippidos lib. XIII.

Nec minus Archipater REMORVM *cum*
Senonenſi,
Galtero, GVILELMVS *adeſt, qui Regis* B
in aulâ,
Præcipui, clarum genus alto ſanguine du-
cunt &c.
Gratia, tantus honor inſignes reddit, vt alter
Lingonicâ de ſede ſit ad Remenſe vocatus,
Ex inſperatâ regimen, mereatur vs idem,
Bis ſenis ſibi ſubiectis gaudere cathedris.

Eodem anno Remis ſacrauit Ludoui-
cum VIII. Regem cum Blancâ vxore
& ab expeditione contra Albigenſes
rediens, interiit apud S. Florum, vnà
cum Philippo Namurcenſi Comite
1226. 1226. Nouemb. v. ſepulturæ mandatus
ſicuti poſtulauerat in cœmeterio Ab- C
batiæ B. Mariæ Claræuallis, vbi tumu-
lus ſpectatur cum eâ inſcriptione:
Hîc iacet Dominus GVILIELMVS DE
IOINVILLA, *Epiſcopus Lingonenſis,*
poſtea REMENSIS *Archiepiſcopus.* Va-
cante Sede Metropolitanâ S. Ludoui-
cus inauguratur primâ Dominicâ Ad-
uentus 29. Nouemb. 1226. à Iacobo
de Baſochiis Epiſcopo Sueſſionenſi.

DREVX. Eſchiqueté d'or & d'azur à la bordure de gueulles.

58. HENRICVS DE DREVX II.
Roberti 2. Comitis Drocarū & Branæ,
ſtirpis regiæ Principis, & Iolandis de
Coucy filius; Roberti 3. Comitis, Pe-
tri Drocenſis Britanniæ Ducis, & Ioan- D
nis de Branâ Comitis Matiſconenſis
frater; fuit primò Archidiaconus Re-
menſis, inde Bellouacenſis Theſaura-
rius, à quâ dignitate promouetur ad
Epiſcopatum Catalaunenſem 1226. ſed
dignitate ſe abdicat, factus Remenſis
Metropolita, vt ſcribit Albericus in
1227. „ chron. ad an. M. CC. XXVII. Remis
„ in electione ſolemni celebratâ, Hugo
„ Leodienſis Epiſcopus in Archiepiſco-
„ pum nominatur & poſtulatur, qui cum
„ fuiſſet per maiores Eccleſiæ Remenſis
„ perſonas requiſitus vt conſentiret, gra-
„ tias illis agens recipere noluit, ſed hu-
A militer ſe excuſando per Iacobum de «
Vitriaco Acconenſem Epiſcopum, qui «
reſponſum eius protulit in publicum, «
nam præſens aderat, Sedem illam in- «
uentus eſt recuſaſſe, quam nullus an- «
te ipſum, nec modernis, nec antiquis «
temporibus recuſauit; vnde ſecundâ «
electione quæ fuit facta poſt Purifica- «
tionem, electus eſt Archidiaconus Re- «
menſis HENRICVS, qui anno non- «
dum finito electioni Catalaunenſi re- «
nuntiauit. Hic igitur in octauis Paſ- «
chæ conſecratur XV. Kal. Aprilis hoc «
eſt quintâ feriâ ante Ieruſalem. Sub «
eius Pontificatu variis controuerſiis
B diſceptauit cum ciuibus Remenſibus,
& ſeditio à factioſis repentè oborta,
ad hanc animorum diſſenſionem pro-
ſiliit, vt anathematis ſententiâ à Pon-
tifice impetratâ perculſi fuerint, quam
ex archetypis tabulis recitare dignam
duximus:

GREGORIVS *Epiſcopus ſeruus ſer-*
uorum Dei, dilectis filiis Decano, & Ar-
chidiacono Pariſienſi & Magiſtro Ferrico
Canonico Lingonenſi, ſalutem & Apoſtoli-
cam benedictionem. Non minus pro illo-
rum peccato qui faciunt, quàm pro eorum
qui ſuſtinent detrimento dolemus, & graui-
C *ter conturbamur; quod ſicut ad nos grauis*
& ſtupenda querela peruenit; Cum vene-
rabilis frater noſter Remenſis Archiepiſco-
pus ciuitatis Remenſis ſit dominus tempo-
ralis, & ipſius ciues eius fideles, & filij eſſe
debeant ſpeciales ipſi, quod non abſque ama-
ritudine cordis referimus, degenerantes, ex
filiis calcatâ diuinâ reuerentiâ & religione
Fidei, velut hoſtes iniqui non erubuerunt
inſurgere in parentes, in patrem exilium,
& in matrem excidium, ac detrimentum
ſalutis propriæ nequiter operati, conculcando
damnabiliter Remenſem Eccleſiam matrem
ſuam, & eiecto patre ipſius, hæreditatem
ſibi velut propriam vendicando, in quo ex-
D *cedunt tyrannidem viperarum, quas alterius*
tantùm dicuntur perniciem operari, in al-
terum nihil penitus machinantes. Idem
enim contra dictum Archiepiſcopum calcan-
dum erigentes, ab Eccleſiis ciuitatis ipſius,
earum diuinitate & vſu ſacrilego violatis,
quibuſdam machinis quæ Petrariæ & Ma-
gnenoëlli dicuntur violenter extractis, cum
eis domum ſuam quæ dicitur porta Martis,
armatâ manu hoſtiliter impugnando, in fa-
miliam eius exiſtentem, ibidem immiſſis
ſagittis, & quibuſdam ex eis letaliter vul-
neratis, Mareſcallum ipſius auſu diabolico
ipſi occiderunt, & domum eandem fortius
impugnarunt, non ſolùm muros extruxerunt

in viâ publicâ, contra eum, ſed etiam domum Fratrum Minorum quam iidem fratres habebant, ibidem per violentiam occupant, in eâ propugnacula conſtruxerunt. Præterea dicti ciues & quidam alij ſub banno B. Remigij conſtituti, præter aſſenſum eius aduerſus præfatum Archiepiſcopum ciuitatem munientes, eandem ac ſupra foſſata ipſius, muros in eius circuitu extollentes, aſſumpſerunt pro munitione ſuarum materiarum publicarum, pauimenta viarum, tumbas cœmiteriorum, & lapides ad fabricam maioris Eccleſiæ deputatos, ac destructis quibuſdam domibus ipſius Archiepiſcopi, quæ Halæ iuxta vocabulum terræ dicuntur, alia ſibi & eidem Eccleſiæ tot damna & tam graues iniurias intulerunt, quæ non ſolùm longum, ſed etiam tædioſum eſt ea per ſingula recenſeri. Quare idem Archiepiſcopus attendens quod huiuſmodi exceſſus tam notabiles & enormes, adeò erant notorij, quod nullâ poterant tergiuerſatione celari, tam in ciues eoſdem, quàm in hoc participantes, eiſdem excommunicationis ſententiam promulgauit. Sed ipſi malleum velut ſtipulam reputantes, nec ad pœnitentiam percutientem ſe curant cum humilitate redire, nec agunt pœnitentiam de commiſſis, quam potius maioris exinde audaciam præſumptionis aſſumunt: vnde memoratus Archiepiſcopus nobis humiliter ſupplicauit, vt in tot anxietatibus & anguſtiis ſuis paterno ſibi compatientes affectu, ſalubre conſilium & congruum remedium apponere dignaremur: Ne igitur ſic diutius ciuium prædictorum malitiam, non tam in confuſionem ipſorum, quàm Gallicanam immò, vniuerſalis Eccleſiæ detrimentum duxerunt ſuſtinendam, tantæ peruerſitatis exemplum ad alios prorogetur, volentes eorum aliorum exceſſuum impunitate gaudere, imò illos tali caſtigatione compeſcere, quàm quibuſcúmque ipſorum culpa fuit in ſcandalum, pœna transſeat in exemplum. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus præmiſſam excommunicationis ſententiam, rationabiliter promulgatam ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, ſolenniter publicetis & faciatis per Remenſem & vicinas diœceſes, ac alia loca ubi expedire videritis publicari. Quod ſi nec ſic ad mandatum ipſius Archiepiſcopi propriâ mente redire faciatis, redditus ac debita & alia bona ipſorum in nundinis vbicúmque reperta fuerint, quandiu in excommunicatione perſtiterint, detineri iuramento, ſed & interpoſitione fidei, ſi quâ fortè debitores pro debitis ſoluendis tenentur,

A *aliquatenus nonobſtante, inuocantes ad eorum pertinaciam reprimendam ſi opus fuerit, auxilium brachij ſecularis, contradictores ſi qui fuerint, vel rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum priuilegium v. Idus Octobris Pontificatus noſtri an. ix.* 1235.

Plurimùm laborauit S. Ludouicus pro his diſſidiis componendis, vt fidem facit regium diploma quod tomo II. Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ inſeritur, & quia rem illuſtrat, huic loco haud dubiè inſcribendum eſt:

B Lvdovicvs Dei gratiâ Franco- «
rum Rex. Notum facimus quòd cum «
contentio eſſet inter dilectum & fide- «
lem noſtrum Henricvm Archi- «
episcopvm Remensem ex vnâ «
parte, & ciues Remenſes ex alterâ, ſu- «
per his quòd dictus Archiepiſcopus di- «
cebat, quòd fortericia facta Remis à «
Burgenſibus Remenſ. tempore conten- «
tionis debebat omnino cadere & de- «
ſtrui: dicebat etiam, quòd damna & «
deperdita aperta & non aperta debe- «
bant ei reſtitui, & domus ſuæ deſtructæ «
vel deturpatæ à dictis Burgenſibus de- «
C bebant refici & reparari in ſtatu, in «
quo erant ante tempus diſſenſionis: «
Dicebat etiam quòd ciues Remen. vo- «
cati ſiue citati ab eo ad domum ſuam, «
quæ dicitur porta Martis, debebant «
venire, & coram ſe, & coram ſuo Bail- «
liuo placitare & ius audire, & omnia «
facere, ſicut debent facere in ſuo Pa- «
latio: Dicebat etiam quòd non po- «
terant vendere aliquos redditus ſuper «
villam Rémenſem ad vitam cuiuſcúm- «
que perſonæ: Dicebat etiam quòd «
non poſſunt talliare, niſi de mandato «
ſuo, & tantùm vſque ad illam ſummam «
quam nominaret eis, & ſi fortè plus «
talliarent, volebat audire computum, «
de tailliatione factâ: Dicebat etiam «
D quòd non debebant habere ſigillum, «
cùm non habeant communiam: Di- «
cebat etiam quòd iniuriæ ſibi illatæ «
debebant ſibi emendari, & quod inde «
debebat leuare emendam ſecundum «
quantitatem iniuriarum ſibi & ſuis il- «
latarum: Dicebat etiam quòd ex va- «
riis & legitimis cauſis omnes ciues Re- «
menſes excommunicauerat, & quod «
debebant ab eo petere abſolutionem «
in formâ Eccleſiæ. E contrario Bur- «
genſibus aſſerentibus, quòd hæc ſupra- «
dicta iure petere non poterat, nec de- «

„ bebat : Dicebant etiam quod ipſe de- A
„ bebat eis reſtituere damna quæ fece-
„ rat omnibus Remen. in dom bus ſuis
„ & aliis rebus propter forteriſciam ſuam,
„ quæ dicitur porta Martis, & etiam alia
„ damna, quæ ſuſtinuerant propter iniu-
„ ſta alia ſua grauamina, & aſſerebant
„ ſe ab eo legitimè appellaſſe, & pro
„ omnibus his ſupradictis ſopiendis. Nos
„ de voluntate noſtrâ & ad inſtantiam
„ bonorum virorum, præcipimus quòd
„ tota fortericia facta Remis à tempore
„ contentionis motæ caderet & deſtrue-
„ retur, & remaneret firmitas ciuitatis
„ in ſtatu, in quo erat ante diſſenſionem.
„ Præcepimus etiam quòd forteticia por- B
„ tæ Martis, domus & alia deſtructa ſiue
„ deturpata per dictos ciues, quæ oſten-
„ derentur illis quos ad hoc ſpecialiter
„ mittemus, reficerentur & reformaren-
„ tur in ſtatu, in quo erant ante diſſen-
„ ſionem, & damna aperta reſtitueren-
„ tur. De damnis autem occultis fiet re-
„ ſtitutio cum erunt probata ſecundum
„ ordinationem dilect. noſtrorum Ab-
„ bat. S. Dionyſij in Franciâ, & Magiſtri
„ P. de Collemedio Præpoſiti S. Audo-
„ mari. Præcepimus etiam quod ciues
„ Remenſes vocati ſiue citati à dicto Ar-
„ chiepiſcopo, vel eius mandato, ve- C
„ niant ad domum ſuam quæ dicitur
„ porta Martis, & ibidem placitent &
„ iura audiant, & alia faciant quæcúm-
„ que facerent in palatio Remenſi niſi
„ fortè illi de vicis, videlicet de la Cou-
„ ſture & de Venice, qui exhibuerunt in
„ Curiâ Archiepiſcopi priuilegium, &
„ vſum rationabilem, per quæ non de-
„ bebant venire vel implacitare ibidem
„ vel in palatio Præcepimus etiam quod
„ amodò vendant redditus ſuper villam
„ ad vitam alicuius perſonæ, & quòd
„ etiam reuocent redditus quos iam aſſe-
„ runt ſe vendidiſſe, & hoc faciant om-
„ nibus modis bonâ fide pro rationabili D
„ poſſe ſuo. Præcepimus etiam quòd non
„ talliant niſi de mandato Archiepiſco-
„ pi, qui illis ſummam tailliæ nomina-
„ bit, ſaluo in omnibus iure noſtro &
„ maximè vacante Sede. Et ſi fortè de
„ tailliâ factâ exiret clamor rationabilis,
„ dictus Archiepiſcopus poſſet de tallià
„ ius facere partibus auditis. Dedit et-
„ iam dictus Archiepiſcopus licentiam
„ dictis ciuibus tailliam faciendi ad re-
„ dimendos reditus quos dicebant ſe
„ vendidiſſe, & ad ſoluendas expenſas
„ quas fecerant. Præcepimus etiam quòd
„ de ſigillo fiat inquiſitio, quomodo vſi

A ſunt eo à retroactis temporibus, tem- „
pore Archiepiſcoporum prædeceſſo- „
rum iſtius, quæ inquiſitio fiet per ſu- „
pradictos duos viros, qui ſi inuenerint „
vſum ſigilli rationabilem remanebit ſi- „
gillum, alioquin ex toto deſtruetur. „
Abſoluentur autem dicti ciues a dicto „
Archiepiſcopo in formâ Eccleſiæ, & „
emendabunt iniurias eidem Archie- „
piſcopo illatas, de quibus iſti duo vi- „
debunt emendandum eſſe, & emen- „
dis, ſiue pro excommunicationibus, „
ſiue pro iniuriis dicto Archiepiſcopo „
& ſuis factis, non poterit aliquid le- „
uari niſi de conſilio, & aſſenſu dicto- „
B rum duorum virorum à nobis electo- „
rum, qui aſſiſtent eidem Archiepiſco- „
po, quando inquiret, ſiue iudicabit de „
excommunicationibus. Et ſi quæ ex- „
communicationes inuentæ fuerint in- „
iuſtè latæ, pro illis prorſus nulla fiet „
emenda, nec aliquid leuâbitur. Dicti „
etiam duo viri de damnis factis ciui- „
bus à dicto Archiepiſcopo pro forte- „
ritiâ portæ Martis, ſiue pro aliis gra- „
uaminibus, diligenter inquirent, & „
facient reſtitui dictis ciuibus à dicto „
Archiepiſcopo, ſicut viderint expedi- „
re. In cuius rei teſtimonium præſen- „
C tibus literis, ſaluo iure noſtro & alie- „
no, ſigillum noſtrum duximus appo- „
nendum. Actum Pariſius anno Domi- „
ni M. CC. XXXV. menſe Ianuario. „ 125

Tandem verò Iudices delegati placitum pronuntiarunt quod totam diſcordiam compoſuit, vt innuunt ſequentes literæ:

OMNIBUS *præſentes literas inſpecturis, Odo Dei gratiâ B. Dionyſij Abbas, Petrus de Collemedio Sancti Audomari Præpoſitus ſalutem in Domino; Nouerit vniuerſitas veſtra, quod cum nos de mandato Domini Regis Remis venerimus, pro emendis Archiepiſcopo faciendis, per conſilium* D *noſtrum, ſuper iniuriis, excommunicationibus & forisfactis omnibus, quæ inter ciues Remenſes, & Archiepiſcopum acciderant à tempore diſſenſionis inter ipſos motæ, & pro damnis apertis & occultis, cum probata eſſent, reſtituendis dicto Archiepiſcopo à ciuibus memoratis, vt vellemus cum dicto Archiep. iuxta formam literarum Regis procedere ordine iudiciario ſuper præmiſſis ſeruato. Placuit domino Archiepiſcopo & ciuibus Rem. ſupponere ſe altæ & baſſæ ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ, ſuper prædictis & ſinguli ciues iurauerunt ſeruare & tenere inuiolabiliter, quod nos præfatis ordinaremus & diſponeremus, & qui non iurauerant,*

iurauerunt, iurabunt ſtare mandatis Eccleſiæ, & ſeruare à nobis ordinata, tam in pecunia, quàm in aliâ ſatisfactione prædicto Archiepiſcopo ſimiliter promittente noſtram ordinationem, vel diſpoſitionem ſeruare inuiolabiliter & tenere: Nos autem propter rancores & odia quæ ſuſcitari poterant inter Archiepiſcopum & Burgenſes, qui eſt dominus eorundem, ex propoſitione iniuriarum quæ dicebantur illatæ, & excommunicationum factarum, & quod prædictorum ſtricta cognitio poterat mentem grauare, ipſorum conſenſuimus voluntati, in nos recipiendo ordinationem omnium prædictorum, inter partes: itaque diligenter tractantes de conſenſu burgenſium, qui nobiſcum pro ciuibus de villâ tractabant, præcipimus Scabinis & burgenſibus vniuerſis, quod emendarent domino Archiepiſcopo & Eccleſiæ ſuæ, vt pro emendis iniuriarum omnium Archiepiſcopo occaſione deffenſionis illatarum, & emendis, forisfactis omnibus, occaſione diſcordiæ ortis, ſoluent ipſi Archiepiſcopo decem millia librarum Pariſienſium, quatuor millia in proximis nundinis S. Auguſtini; & reliquum totum in feſto S. Remigij venturo vſque ad tres annos ſubſequentes, quolibet anno duo millia librarum in prædicto feſto S. Remigij apud Remos; ita quod pagamentum de totâ pecuniâ ipſi Archiepiſcopo, vel eius ſucceſſoribus ſi ipſe de eâdem pecuniâ non diſpoſuerit, infra dictum terminum integrè ſit complementum. Præcepimus etiam quod pro honore Eccleſiæ faciant tot omnes, quot & quos in literis noſtris viderint contineri, tot proceſſiones, quot in eiſdem literis mandabuntur: Præcepimus etiam quod ipſi reficiant domum portæ Martis, calceias, domum Fratrum Minorum & Prædicatorum, & Halas, & ſepulturas ad cemeteria reportant, quas dicebantur aſportaſſe: ciues prædicti de ſummâ prædictâ deducent id quod reſtituetur per arbitrium electorum B. Iacobi Buiron, Droardi, de villâ Domange & Vil. Craſſi hominibus illis, quorum domus deſtructæ ſunt occaſione fortericiæ portæ Martis; deducetur etiam id quod expenſum fuerit in reedificatione domorum portæ Martis & prædictorum. Et præcepimus, quod prædicta infra mediam quadrageſimam & ante faciant ſi poſſunt, reedificari & reſtaurari. Per hæc autem dictos burgenſes quittamus ab iniuriis omnibus, & forisfactis, damnis apertis & occultis, emendis, excommunicationibus tailliarum & collectarum factarum in illâ diſcordiâ, & omnibus forisfactis vſque ad hanc diem, quâ burgenſes forisfecerunt occaſione diſcordiæ inter Archiepiſcopum & ipſos ortæ;

A omnes vniuerſi, & ſinguli qui non ſunt in banno Archiepiſcopi, tenentur ad ſummam prædictam, vt ſi ipſi morerentur hæredes eorum tenebuntur, exceptis viduis, & bonis mulieribus, ac aliis qui in illâ diſcordiâ à ciuitate diſceſſerant; Clericos remanentes in villâ & abſentes excommunicatos, burgenſes, & excommunicatos propter mercimonia cum burgenſibus tempore excommunicationis contracta, & excommunicatos quos in ſuis hoſpitiis receperunt, operarios ipſorum, & eos qui habuerunt res ipſorum ad medictariam, abſolui præcipimus in formâ Eccleſiæ, iuramento præſtito quod alij præſtiterunt, nec ab ipſis aliqua tenetur B emenda eos etiam qui in auxilio fuerunt abſolui præcipimus in formâ Eccleſiæ, ita quod ab ipſis ſimiliter nulla pecuniaria tenetur emenda; illos etiam abſolui præcipimus, qui burgenſibus Remenſibus ſoluent debita poſt excommunicationem, dum tamen ſacerdotibus propriis confiteantur, quibus à Domino Remenſi conceſſa eſt poteſtas; ipſos excommunicatione huiuſmodi abſoluendi: Præcipimus etiam publicationem excommunicationis & aliarum pœnarum Lingonenſium Iudicum procurante domino Remenſi reuocari; mortuos autem qui ante mortem iurauerunt ſtare mandatis Eccleſiæ, & eos in quibus ſigna pœniten- C tiæ legitimè apparuerunt, & paruulos omnes infra XII. annum conſtitutos, in cemeterio præcipimus reportari; præcipimus etiam quod burgenſes quittent dictum Archiepiſcopum & eos qui fuerunt in auxilio ſuo, ab omnibus damnis & expenſis, iniuriis quæ occaſione dictæ diſcordiæ poſſent ab ipſo & ſuis petere. Hæc autem omnia vniuerſa & ſingula præcepimus firmiter à partibus obſeruari, in virtute præſtiti iuramenti; de ſigillo autem cum vacare poterimus, vocatis partibus cognoſcemus, in cuius rei teſtimonium has literas prædictis Archiepiſcopo & burgenſibus Remenſibus conceſſimus, ſigil- D lorum noſtrum munimine roboratas. Actum Remis in Palatio Archiepiſcopi die Iouis proximâ poſt Purificationem B. Mariæ Virginis anno Dom. M. CC. XXXV. Fuit 1235.
porrò Britanniç Ducis fideiuſſor Theobaldo Nauarræ Regi, in pactis ſponſalium Ioannis filij cum Blanchâ Nauarrâ, apud chartophilacium Campaniæ. Benedixit & Abbatiam Valcellenſem 1235. cique ſcribens Gregor. IX. Pont. Max. Eccleſiam Gallicanam poſt Apoſtolicam Sedem, eſſe quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum, & immotum fidei fundamentum celebrat. Extremum diem clauſit Henricus, qui & de

Branâ nuncupatur 6. Iulij 1240. elatus A
1240. ad aram ſiniſtram maioris altaris cœnobij Valcellenſis; non in Cathedrali tumulatus, prout nonnulli putant; vbi duas fundaſſe Capellanias notat Calendarium Remenſe, & Canonicis pro anniuerſario aſſignaſſe xxiv. libras redditus ſub pedagio de Nouiant; commemoratur in obituario S. Euodij de Branâ & B. Victoris Pariſienſis. Eius elogium ſcripsêre Quercetanus hiſtor. Drocenſis lib. 1. c. 11. ac Scæuola & Lud. Sanmarthani Genealog. Domus Franciæ lib. 33. cap. 2.

Mayenne.

59. Ivhellvs de Mayenne ex B Turonenſi tranſlatus ad hanc Metropolim, oriundus ex illuſtri familiâ Meduanâ, non de Mathefelone, vt quidam ſcribunt ac gentilis Iuhelli de Meduanâ Vicecomitis S. Suſannæ; ordinatur
1243. Antiſtes 1243. ſic enim indicat chronicon S. Stephani Lemouicenſis: anno verò ſequenti apud Guilelmum de Nangiaco in geſtis S. Ludouici Regis: arbiter eligitur controuerſiæ Ioannis Præſulis Pictauenſis cum Abbatiſſâ, & Conuentu Fontiſebraudi ſuper exemptione priuilegiorum viſitationis & cæterorum iurium Epiſcopalium, vt C
1245. datum hac de re Lugduni 1245. Iuhelli diploma teſtatur ab Innocentio III. Papâ confirmatum 6. Kal. Septemb. quod aſſeruatur in chartario Pictauienſis Eccleſiæ; memoratúrque in tabulariis Abbatiarum de Moris & S. Nicolai Furnenſis. Intereſt Concilio Lugdunenſi 1245. quo tempore profectus ad bellum ſacrum Crucem aſſumpſit cum eodem Rege Ludouico, Senonenſi & Bituricenſi Archiepiſcopis, aliiſque toparchis, vbi Damiatæ fatis
1249. conceſſit 1249. aut 1250. vt enuntiatur in veteri manuſcripto. Sub idem tempus Reginaldus de Corbolio maior D Archidiaconus, vt paret ex multis chartis confectis ſub ipſius nomine in Remenſi Curiâ ab ipſius Officiali, ad Pariſienſem aſſumptus eſt Epiſcopatum, cui ſucceſſit Cardinalis Ottobonus nepos Innocentij Papæ 1250. vt conſtat ex ſuppreſſione Cancellariæ Remenſis.

Beavme's. De gueules à la Croix dentée d'or.

60. Thomas de Beavme's nobilis Atrebas, Ægidij Domini de Beaumés Caſtellani Bapalmenſis, & Agnetis de Coucy filius, ex Cathedralis Præpoſito & Canonico electus circiter 1251. eodem quippe anno aperta erat Regalia in Archiepiſcopatu. confirmatur verò ab Innocentio IV. Pont. 1251.
poſthæc hominium clientelæ recipit à Mathilde de Veruino 1255. vt eſt in chartis domus Niuernenſis, quo tempore tranſegir cum Galtero Retelij 1255.
Comite 1255. necnon in octauâ Pentecoſtes cum Henrico Leodienſi electo: conuentum eſt autem plures terras & dominia, ſita inter ripariam fluuij Chiers & nemus de Bullione, fore inter Præſules eadem communia, quatenus ad homagium & fidelitatem pertinebat. Eiuſdem Thomæ mentio habetur in membranis Abbatiæ S. Michaëlis in Teraſciâ 1260. & librum edidit de ſtatu Eccleſiæ Gallicanæ ad 1260.
Alexandrum V. Papam: item compromiſſum aſſenſu Capituli pro cuſtodiâ Abbatiæ S. Remigij confecit, quod aſſeruatur in regio Franciæ tabulario, his verbis: "Thomas Dei gratiâ "Remensis Archiepiſcopus, H. Præ- "poſitus, H. Decanus P. Cantor, ceteri- "que Remenſis Eccleſiæ fratres, ſalutem "in Domino. Nouerit vniuerſitas ve- "ſtra, quod ſuper quæſtione motâ, quæ "eſt inter excellentiſſ. Dom. Lud. Dei "gratiâ Regem Francorum illuſtrem ex "vnâ parte, & nos Remenſem Archiep. "ex alterâ, ſuper cuſtodiâ, ſiue gardiâ S. "Remigij Remenſis, de eorum aſſenſu, "dicti Regis & noſtro conſentiente Ca- "pitulo Remenſi, ordinatum eſt inter "dictum Regem, & nos, quod Ioannes "de Trecis Archid. & Philippus Scho- "laſticus Eccleſiæ Baiocenſis audiant "rationes Regis & noſtras, & inquirant "bonâ fide de poſſeſſione & proprietate "dictæ cuſtodiæ, ad quem pertineat, "tam per teſtes quàm per inſtrumenta: "Et ſi per legitimam inquiſitionem li- "queat eis de proprietate, illi adiudica- "bunt proprietatem ad quem pertinebit "&c. de conſenſu Regis & noſtro ac "Capituli electus eſt mediator Odo "Archiep. Roromagenſis &c. Datum "an. M. CC. LXI. feriâ ſecundâ poſt " 1261.
Dominicam quâ cantatur Reminiſce- "re. Viuis autem exemptus an. 1262. "Februarij 17. in eodem chartulario, quâ die anniuerſarium habet in Eccleſiâ Attrebatenſi, cuius olim Canonicus 126.
fuerat, apud Locrium; Quercetanus defunctum 1264. in hiſt. Drocenſi, corpúſque ad Eccleſiam Valcellenſem prope Henricum de Drocis conſanguineum, tumulo conditum fuiſſe tradit.

COVRTENAY.
D'or a trois tourteaux de gueulles.

61. IOANNES DE COVRTENAY I. Roberti toparchæ de Cortenaio & Montargiſio, Franciæ Buticularij, regiæ proſapiæ Principis, & Mathildis dominæ de Magduno filius; frater Petri Baronis Conchatum, Philippi dynaſtæ de Champignelles, & Roberti Aurelianenſis Epiſcopi; inter Canonicos Carnotenſes allectus, præbendam & Archidiaconatum etiam in Eccleſiâ Pariſienſi obtinuit, tum verò propter nobilitatem generis in Antiſtitem poſtulatus 1263. competitorem habuit Cardinalem S. Marci & ad Vrbanum IV Papam in eius gratiam ſcripſit Alfonſus Comes Pictauienſis, vt diſcitur ex chartâ originali domus de Courtenay, quæ ſic orditur: SANCTISSIMO *in Chriſto patri ac domino Vrbano Dei gratiâ ſummo Pontifici, Alfonſus filius Regis Franciæ, Comes Pictauenſis & Toloſæ, ſalutem, & cùm debitâ reuerentiâ deuota pedum oſcula beatorum. Cum in Remenſi Eccleſiâ iamdudum Paſtoris ſolatio deſtitutâ, venerabilis Pater G. tituli S. Marci presbyter Cardinalis ex vnâ parte, & dilectus conſanguineus noſter* IOANNES DE CVRTINIACO, *pro quo aliàs veſtræ Sanctitati preces porreximus, ex parte aliâ ſint electi: nos deſolationi eiuſdem Eccleſiæ, ac vexationi dicti conſanguinei noſtri, qui in eadem electione à multis fide dignis creditur ius habere, compatientes, ex animo Sanctitatem veſtram duximus exorandam, quatinus negotium ipſius electionis, fruſtratoriis dilationibus & allegationibus amputatis, celeri fine velitis, ſi placet, concludere; Et prædicti Ioannis ius quod habere dicitur, in eadem illæſum obſeruare, noſtrorum precaminum interuentu * * * prædicta Eccleſia propter tractum longioris litigij diutius opprimatur. Creditur autem ab aliquibus via expediens, quod prius veſtra Sanctitas diſcutiat inter fratres, memorato Cardinali dare velit licentiam tranſigendi, ſi tamen ius haberet in electione prædictâ. Quod ſi non placuerit dare huiuſmodi licentiam, non debet ius prædicti Ioannis per ipſum Cardinalem aliquatenus impediri.*

Extat quoq; in MS. epiſt. Clementis IV. litera ad eumdem Ioannem electum ſcripta numero 164. Viterbij data 2.
1266. Pontificatus 1266. quâ reprehendit quod pro electione ſuffragia Capituli pecuniâ labefactare tentauerat; & in regiſtro chartarum regiarum, continentur literæ reuocationis præbendæ Archiepiſcopi Remenſis, quam authoritate ipſius contulerat Cardinalis S. Marci, in promotione illius Archiepiſcopi; ne in poſterum huiuſmodi collatio Regi præiudicium faceret pro præbendis Regaliorum iure vacantibus in eâ Eccleſiâ: Reſcriptum igitur talis eſt tenoris; CLEMENS Epiſcop. ſeruus ſeruorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Regi Francorum illuſtri ſalutem. Cum dilectus filius noſter G. tituli S. Marci Preſbyter Card. authoritate noſtrâ ſibi à nobis oraculo viuæ vocis commiſſâ, præbendam quam in Remenſi Eccleſiâ per promotionem venerabilis fratris noſtri IOANNIS ARCHIEPISCOPI REMENSIS tunc Canonici eiuſdem Eccleſiæ olim dinoſcitur vacauiſſe, dilecto filio Ioanni de Villariſicco Remenſi Canonico contuliſſet; nos collationem huiuſmodi ratam habentes, eam authoritate Apoſtolicâ duximus confirmandam: Verum quia tu eâ ratione, videlicet quod vacantes confers in eâ Eccleſiâ Præbendas, à tempore quo eandem Eccleſiam Paſtoris tegimine contingit deſtitui, donec ſubſtitutus illi Archiepiſcopus regalia recipit à te, huiuſmodi collationem in tuum præiudicium aſſeris eſſe factam, nos te, quem pro tuis clariſſimis meritis internæ complectimur brachio charitatis, ſuper hoc ſcandalizare nolentes, dilecto filio Dionyſio Canonico eiuſdem Eccleſiæ damus in mandatis, vt à dicto Ioanne reſignationem illius præbendæ liberam authoritate noſtrâ recipere non omittat, &c. Nos quod per præmiſſa vſui quo in præfatâ Eccleſiâ circa collationem præbendarum ipſarum vlterius præiudicare non volumus, nec etiam intendimus, has literas in teſtimonium ſublimitati regiæ duximus concedendas. Datum Viterbij Idib. Sept. Pontificatus noſtri anno III. Deceſſit Ioannes 20. Auguſti
1271. in Cathedralis templo ſepultus; 1271.
at Sede vacante Rex Philippus Remis vngitur à Sueſſionenſi Epiſcopo, IV. Cal. Sept. vt notat chron. S. Stephani Lemouicenſis.

BARBET.

62. PETRVS BARBET, I. ex Archidiacono Dunenſi in Eccleſiâ Carnotenſi & Canonico Nouiomenſi ſuffectus, coronauit Mariam Brabantinam vxorem Philippi III. Audacis 1274. 1274.
Iulij 24 in Capellâ regiâ Pariſienſi; poſtea indignante Gilone Archiepiſcopo Senonenſi id ſe inuito fieri, vt

refert Diuæus lib. xi. rerum Brabanti-
catum, ſed id prætendebat Remenſis,
eò quod S. Capella immunis eſſet.
Deinde Philippum iv. Pulchrum co-
1286. gnominatum conſecrauit anno 1286.
Ianuarij 6. ſcribit & ad Pontificem
Maximum menſe Iunio 1276. cum
Suffraganeis pro canoniſatione S. Lu-
douici. Indéque baſilicam monaſte-
rij Flinenſis benedixit 1279. v. Kal.
Iunij, præſentibus Philippo Torna-
cenſi Epiſcopo, & Margaritâ funda-
trice, cum Guidone filio Flandriæ Co-
mite, ac multis Abbatibus, teſte Buze-
lino in Galloflandriâ: confirmat Gua-
zonem de Campaniâ electum Laudu-
nenſem Antiſtitem 1297. Mortc autem
1300. ſublatus 3. Octob. 1300. iacet in æde
B. Virginis.

Covrtenay.
Comme cy-deuant.

63. Robertvs de Covrtenay i. Ioannis nepos ex fratre Guil-
lelmo domino de Champignelles, &
de la Ferté la Loupiere, mater ei
fuit Margareta Cabilonenſis è Bur-
gundiæ Palatinis orta: primùm Cano-
nicus Remenſis & hæreditate paternâ
dominus de Bailleul; eidem recens
electo, vt reſtituantur bona Eccleſiæ
nomine Regaliorum ſub manu Prin-
cipis depoſita, ſcribit Bonifacius viii.
Papa apud Bzouium. Concilio pro-
uinciali Compendienſi præfuit cum
ſuis Suffraganeis die Veneris poſt fe-
1303. ſtum Circumciſionis 1303. Intereſt &
Conuentui Parlamenti Pariſienſis 1315.
menſe Iunio contra Flandriæ Comi-
tem. Ceterùm tres fratres Francorum
Reges oleo ſacro vnxit, Ludouicum
1315. cognomento Hutinum 1315. Philip-
pum v. Longum 1317. & Carolum Pul-
chrum 1322. quo eodem an. April. 17.
habetur tranſactio, pro expenſis quas
Archiepiſcopus & ciues ſoluere tene-
bantur in his ſolemnitatibus, vt liquet
1322. ex veteri regeſto. Videntur autem
nummi argentei huius Archiepiſcopi
gerentes effigiem crucis impreſſam,
cui adiacent duo flores liliorum, &
creſcentes, cum hoc lemmate: ciuitas
Remis; auerſâ autem parte inſcribitur
Robertus Archiepiſcopus, qui ex hac
1325. luce migrauit 30 Martij 1325. tumulo
conditus in ſuâ Eccleſiâ.

Trie.
D'or à vne bande d'azur.

64. Gvilelmvs de Trie iii. frater Mathæi Franciæ Mareſcal-
li, ex Baiocenſi Epiſcopo; coronauit in
Metropoli 1328. die feſto Sanctæ Tri-
nitatis Philippum Valeſium Regem
A Chriſtianiſſ. cuius alumnus ſeſe nutri-
tius fuerat; perperam autem in ſacrum 1328.
Collegium cooptatum nonnulli ſcri-
bunt, nec minus craſsè Philippi Valeſij
auunculum, in omnibus enim Cardi-
nalium elenchis non comparet; abiit
è viuis 1334. in vigiliâ S. Michaëlis, de- 1334.
poſitus in Cathedrali; hærede inſtitu-
to fratre qui connubio iunctus Idæ de
Roniaco Comitiſſæ Drocenſi.

Vienne.
Vn cheuron de ...

65. Ioannes de Vienne ii. ex Teroanenſi Epiſcopo, frater Rai-
naldi Remenſis Eccleſiæ Theſaurarij,
qui falsò à quibuſdam ex vetuſtiſſimâ
B gente Viennenſi Burgundâ procreatus
creditur; ſucceſſit circa an. 1334. Sy- 1334.
nodum habuit Nouioduni 1344. eo-
dem anno cum fratre delegatur Orator
Regis ad Pont. Max. & Caſtellæ Regē,
literis datis apud pontem S. Maxentij
xi. Nou. pro fœdere pacis inter eoſdem 1344.
ſanciendo, vt affirmant regeſta Sena-
tus & Cameræ Rationum Pariſienſium:
deinde 1350. Remis coronatur Ioannes
Francorum Rex Sept. 26. Mortalita-
tis debitum perſoluit 1351. humatus in 1351.
Baſilicâ maiore.

Arcy.
Trois cheurons...

66. Hvgo d'Arcy, Autiſſiodo-
C renſis diœceſis, & Ferrarienſis Abba-
tiæ monachus, antea Epiſcopus & Dux
Laudunenſis, fuit vnus ex tribus fun-
datoribus Collegij Cametacenſis Lu-
tetiæ, defunctus 1352. Remis ſepulturæ 1352.
mandatur, condito teſtamento xxv.
Maij, quo legat Eccleſiæ Laudunenſi
ædes ſuas ſitas Pariſiis, executore no-
minato Ioanne Lupi Succentore Ca-
thedralis B. Mariæ.

Daufin de Viennois.
D'or au Daufin d'azur creſté & oreillé de gueulles.

67. Hvmbertvs Davfin Delphinus Viennenſis, Princeps Brian-
çoneſij, Dux Campiſauri, Marchio
Ceſanæ, Comes Viennenſis, Albonij
D Graſiuodani, Vapinceſij & Ebredune-
ſij, Baro de Turre, Valliſbonæ, Fuci-
gniaci, Medullionis & Montiſalbani:
Ioanne ii. Delphino Viennenſi patre
genitus, matre Beatrice de Hungariâ.
Hic autem fratri Guigoni in ditione
Delphinatus ſucceſſit; poſteàque pro-
mulgatâ aduerſus Turcos expeditione
eidem præfectus eſt à Clemente vi.
ſub titulo generalis Capitanei ſanctæ
Sedis Apoſtolicæ, & Ducis exercitus
Chriſtianorum, propriis Pontificis ma-
nibus Cruceſignatus, Rom. Eccleſiæ
vexillum accipit apud Villamnouam
prope Auenionem 7. Cal. Iulij 1345.

ſed nihil fauſti ferè ac memorabilis in eâ expeditione geſtum eſt, ſeu quod à primâ iuuentute minus aptus bellicis facinoribus, aut reſiſtendo Sabaudiæ Comiti, quo cum bellum gerebat, par videretur; liberis verò & ſpe prolis educandæ carens, amiſſâ vxore Mariâ de Balcio, & vnico filio Andreâ, pertæſus Imperij, principatum ſuum Pontifici aureorum centum millibus oppignerauit, & eo vrgente ſolutionem, Philippo Valeſio Francorum Regi conſanguineo ſuo conſentientibus ſubditis, vt potentem Principem haberent, vendidit pretio quadraginta millium aureorum, penſione dum viueret decem millium florenorum, ac retentione quarundam toparchiarum ad vitam, hoc pacto vt ſeruarentur immunitates eius ditionis; inſuper eâ conditione, vt Regis filius, aut nepotum aliquis, cui Rex eam prouinciam attribuiſſet, Delphini titulum atque inſignia geſtaret; quod à Carolo v. temporibus qui Delfini nomen tulit ad Ludouicum xiv. Adeodatum vſque, fuiſſe obſeruatum liquet: harum pactionum tabulas breuitatis cauſâ omittimus, quas an. 1349. Indict. ii. Iulij 6. in æde Prædicatorum Lugduni vltimò confirmauit, & dominatione ſe penitùs abdicauit: quâ quidem in ceſſione, cum in comitiis trium Ordinum Delphinatûs, deliberante de his Humberto, Cleri ſuffragia inclinarent ad Pontificem, nobilitatis ad Regem, populi autem ad Comitem Sabaudiæ, Epiſcopus Gratianopolitanus vir magni conſilij, Humbertum ad Pontificem alioqui propenſum, inclinauit ad Regem. Igitur ſuaſu Ioannis Birel Chartuſiani pijſſimi, Prædicatorum religionem profeſſus, & nihilominus cognomen antiquioris Delphini retinens; poſtea Rege procurante deſignatur à Clemente Pont. Patriarcha Alexandrinus, non Aquileienſis aut Antiochenus, vt malè aſſeritur; poſtremò Archiepiſcopatus Remenſis perpetuus Adminiſtrator conſtituitur; & fortè ne in poſterum poſſet à præmiſſis pactionibus reſilire, nocte Natalis Domini ad omnes ſacros Ordines promotus; nempè vt apud Rebdorffium legitur in Annal. an. 1351. in primâ Miſſâ gallicantûs ad Subdiaconatum, in ſecundâ ortus diei ad Diaconatum, in ſummâ Miſſâ ad Presbyteratum, & poſt octo dies ab eodem Pontifice Epiſcopus conſecratur. Fuiſſe verò Adminiſtratorem huius Eccleſiæ iam tum an. 1352. dicet ſequens tabula ex literis originalibus deſumpta: 1352.

Notum ſit quod nos Petrus Dux Borbonij, Comes Claromontis & Marchiæ, ac Camerarius Franciæ, donamus, concedimus, & largimur, de conſenſu & voluntate Domini mei Regis, reuerendo in Chriſto Patri Domino Humberto diuinâ prouidentiâ Patriarchæ Alexandrino, Adminiſtratori perpetuo Remenſis Eccleſiæ, ac Delphino antiquiori Viennenſi, dilectiſſimo conſanguineo noſtro, domos noſtras ſitas in nemore de Vincennis prope Pariſius, contiguas in eodem nemore Eccleſiæ & domibus Bonorum Hominum ibidem exiſtentium, Ordinis Grandiſmontis, prout ſe comportantam in longo, quàm in lato: cum omnibus conſuetudinibus & priuilegiis quæ habemus ratione dictarum domorum, in toto nemore, & regreſſibus & progreſſibus vniuerſis, ac iuribus & pertinentiis earumdem, quibus eas poſſidemus, & poſſidebimus vſque in præſentem diem, ad vitam duntaxat dicti Humberti conſanguinei noſtri. Ita quòd dictarum domorum proprietas & poſſeſſio poſt mortem dicti Humberti conſanguinei noſtri, cum omnibus melioramentis & reparationibus factis & faciendis in domibus prælibatis, reuertatur ad nos vel ad hæredes noſtros eo modo & iure quibus eas ante poſſidebamus, &c. Datum Pariſiis anno Domini m. ccc. lii. die xxii. menſis Septembris. 1352. Idem etiam oſtendunt vetuſtæ literæ quæ habent hoc exordium: Ioannes Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus, quod nos deſiderabiliter affectantes cariſſimum conſanguineum noſtrum Humbertum Patriarcham Alexandriæ, Antiquiorem Delphinum Viennenſem, & Adminiſtratorem Eccleſiæ Remenſis ad Eccleſiam Pariſienſem transferri, cunctis ad hoc conſiderationibus extracti, volumus & concedimus tenore præſentium, de gratiâ ſpeciali hac vice, vt in caſu quo ſanctiſſimo Patri ſummo Pontifici tranſlationem huiuſmodi facere placuerit, idem Pontifex vel dictus conſanguineus noſter, vt ordinarius, vel alij ad quos præbendarum, cæterorúmque beneficiorum Eccleſiæ & diœceſis Pariſienſis collatio, de iure vel de

» conſuetudine pertinet, ceu etiam per-
» tinebit, factâ tranſlatione huiuſmodi,
» præfatóque vobis ſacramento fidelita-
» tis quod Pariſienſes Epiſcopi, nobis &
» prædeceſſoribus noſtris conſueuerunt
» hactenus exhibere, dictas præbendas
» & beneficia alia, quibus voluerint, li-
» berè conferre poſſint & valeant, quam-
» diu dictus conſanguineus noſter, ip-
» ſam Pariſienſem Eccleſiam tenuerit in
» commendâ; vt verus Epiſcopus conſe-
» cratus eiuſdem, nullum ius' ratione
» noſtræ Regaliæ propter commendam,
» vel ob defectum veri Epiſcopi, huiuſ-
» modi in eiſdem prebendis & benefi-
» ciis hoc durante tempore potituri; no-
» lumus tamen preſentem noſtram con-
» ceſſionem & gratiam, trahi ab aliis ad
» conſequentiam, ceu ex hoc nobis vel
» ſucceſſoribus noſtris aliquod in eadem
» Eccleſiâ, vel alibi præiudicium in po-
» ſterum generari. In cuius teſtimonium
» ſigillum caſtelleti noſtri Pariſienſis in
» abſentiâ magni noſtri, hiis litteris eſt
» appenſum, & datum Pariſiis die xxv.
1354. » Ianu. an. Domini M. CCC. LIV. Per
» Regem, Yuo Bucy. Anno ſequenti vt chartularia docent, litem habuit cum Reginâ Ioannâ, ratione iuriſdictionis, ideóque ipſius temporale fuit poſitum in manu regiâ. Tandem apud Clarummontem in Aruerniâ migrat à ſæculo non Lugduni, vt affirmat Rebufus in concordiâ de regiâ ad Prælaturas nominatione: corpus Lutetiam ad ædem Dominicanorum delatum eſt, vbi eius ſepulchro talis inſcriptio appoſita:

HIC IACET

Reuerendus Pater & Dominus Ampliſſimus HVMBERTVS, *primò* VIENNÆ DELPHINVS, *deinde relicto Principatu Frater noſtri Ordinis, Prior in hoc Conuentu Pariſienſi, ac demum Patriarcha Alexandrinus, & perpetuus* ECCLESIÆ REMENSIS *Adminiſtrator, & præcipuus huius Conuentus Benefactor.*
1355. *Obiit anno Domini* M. CCC. LV. *Maij* XXII.

Quæ verò de Humberto dicta ſunt, decerpſimus è tomo 1. Annal. Eccleſiaſt. Spondani, variiſque auctoribus qui de illo egerunt; habetur enim eius vitâ diffusè ſcripta apud Quercetanum in Hiſt. Delphinorum Viennenſium, & Sanmarthanos fratres, tomo ſecundo Genealogiæ Regiæ Domus Franciæ cap. 7. lib. XL.

68. IOANNES DE CRAON II. nobiliſſimis ortus natalibus Amalrico III. domino Credonij, & Beatrice de Roceio, vel vt alij volunt Margaretâ Flandrenſi, ex Canonico Pariſienſi fit Cenomanenſis Præſul, tandémque Archiepiſcopus circiter 1355. delegatur à Carolo Rege cum Mareſcallo de Boucicaud, pro pace inter Ioannam Duciſſam Britanniæ, & Comitem Montisfortis, in causâ ſucceſſionis Aremoricæ 12. April. 1363. cuius acta in regi- 1363.
ſtris carrarum Regij Theſauri & Britanniæ extant. Mox Carolum v. Sapientem & Ioannam Borboniam eius vxorem, in feſto S. Trinitatis ſacrauit 19. Maij 1364. poſtcáque Remis Ludouicum Aurelianenſem Ducem eorum ſecundogenitum ſacris vndis baptiſmi abluit. Mortuus Lutetiæ Martij 26.
an. 1373. ante Paſcha in domo Archie- 1373.
piſcopali Remenſi, prout notat regiſtrum Cameræ Computorum; ibíque tumulo conditur apud Franciſcanos.

CRAON. Ecartelé au 1 & 4. lozangé d'or & de gueulles, qui eſt CRAON. Au 2. & 3 d'or au lyon de ſable, qui eſt FLANDRE.

69. LVDOVICVS THEZART, I. ſtirpe nobilis Normannus, antea Remenſis Archidiaconus, poſt Baiocenſis Epiſcopus, ad eam autem Metropolim traductus 1374. vix per annum præ-
fuit, nam XI. Octob. vitam cum morte 1375.
commutauit 1375. humatus in templo maiori.

THEZART. D'or à vne faſce d'azur.

70. RICHARDVS PICQVE cognominatus de Biſontio, natione Burgundus, Decanus Biſontícenſis & Romagenſis Eccleſiæ Canonicus, eligi-
tur 1375. ex actis Conſiſtorialibus Va- 1375.
ticani. Inunxit pro more Carolum VI. Regem Dominicâ omnium Sanctorum 4. Nouemb. 1380. & dedicarâ baſilicâ B. Magdalenæ in vrbe 1388. defun-
ctus VI. Decembris 1389. quieſcit in 1389.
Cathedrali vbi fundauit Miſſam quotidianam.

PICQVE.

71. FERRICVS CASSINEL, Franciſci Equitis ex natâ domini de Pompone filius, Guilelmi toparchæ de Romainuille Caroli VI. Regis dapiferi frater; primò Archidiaconus Vulcaſſini in Eccleſiâ Rotomagenſi, locorum de Galargues & de Monthus in Septimaniâ condominus, Regi à ſanctioribus conſiliis, Epiſcopatu Lodouenſi donatus à Carolo; idem ad Autiſſiodorenſem transfertur cathedram; magnus verò aſſertor intemeratæ Conceptionis B. Virginis, cum enim Ioannes de Monteſon Theologus Doctor,

CASSINEL. Vairé d'or & de gueulles au baſtõ d'azur pery en bande.

Lutetiæ publicè profiteri auſus fuiſſet, A
Deiparam conceptam fuiſſe in peccato originali, pro immaculatæ huius Conceptionis propugnatione tot argumeutis & rationibus coram Rege, & Principibus, ad celebrem diſputationem conuenientibus contra ſectatores huius opinionis ita egregiè perorauit ſub an. 1388. erat enim ſicuti ve-
« tus Hiſt. Caroli VI. ſcriptor recitat, vir
« eloquentiſſimus, in pertractandis re-
« bus diuinis & politicis exercitatiſſi-
« mus, vt ipſummet Regem permouerit, indicere proximo Decembri ſolemni ritu celebrandam feſtiuitatem: ſacra B item ſacrificia peregit apud Sandyoniſium, cum Rex Ludouicum & Carolum Andegauenſes nepotes inſignibus
1389. militaribus cohoneſtauit 1389. hoc eodem anno ſuffectus Archiepiſcopo Richardo, ſacramentum hominij præſtat 29. Ianuarij; ſed vix ad Cathedram admiſſus, veneno expirauit Nemauſi an.
1390. 1390. Maij 26. confecto teſtamento, cuius curam demandauit Guilelmo Caſſinel, Philippo de Sauoiſy & Petro de Caproſiâ Equitibus; ſepulturæ mandatur in Eccleſiâ Autiſſiodorenſi: eius porrò elogium vide apud Quercetanum Hiſtor. Caſtellionis lib. 8. capite IV.

ROYE.
De gueulles à la bande d'argent.

72. GVIDO DE ROYE, II. parente natus Mathæo toparchâ de Royâ Franciæ Baliſtarum Præfecto, matre Ioannâ de Cheriſy dominâ de Mureto, vbi naſcitur; Ioannis III. Franciæ Cubicularij, Mathæi Equitum Tribuni parentis. Fit primò Virdunenſis Antiſtes, poſtea Senonenſis, Dolenſis, Turonenſis, Caſtrenſis, necnon propter nobilitatem vetuſtæ & illuſtris proſapiæ, tum ſapientiæ exiſtimationem quâ pollebat, Metropolim hanc adipiſci meruit. Fundator Collegij
1399. Remenſis in Academiâ Pariſienſi 1399. libri vulgò nuncupati Doctrinale Sa- D pientiæ ſcriptor, erga Eccleſiam ſuam quoque munificus, bibliothecam ſumptibus & expenſis magnificè, multiſque libris locupletatam exornauit; in quâ conſtituit volumina quæ Hincmarus præſatæ Eccleſiæ legauerat. Con-
1408. cilium prouinciale celebrat 1408. in quo Gerſonus egregius Doctor concionem habuit, quæ habetur parte 2. eius operum. Ille etiam Benedicto Pſeudo-Pontifici addictiſſimus, cum recuſaſſet intereſſe Conuentui Pariſiis habito præſente Rege, Ducibus, ac Principibus ſanctioris Conſilij, in causâ partis Benedictinæ, próque eius obedientiæ ſubſtractione decernendâ, appellationem ipſe interpoſuit, quemadmodum refert Monſtreletus libro I. chronicor. cap. 46. & 51. Interim verò ad Synodum Piſanam veniens vnà cum Ludouico Cardinale Barrenſi, apud Voutram in finibus Ligûtum, quarto circiter à Genuâ lapide occubuit 8.
Iunij 1409. quòd affirmant Ioan. Iu- 1409.
uenalis Vrſinus in hiſt. Caroli VI. idem Monſtreletus cap. 51. & alia chronica rerum Francicarum; verba illorum è Gallico Latinè conſcripta, æquum B
putauimus hîc inſerere: Menſe Maio «
GVIDO DE ROYA, qui tres Archi- «
epiſcopales Sedes obtinuerat, nempe «
Senonenſem, Turonenſem, & Remen- «
ſem, ad Concilium generale profectus «
Voutram acceſſit; domeſticus equo- «
rum faber ferrarius, cum altero eiuſ- «
dem artis operario diſceptans, conci- «
tato in vrbe tumultu eò vſque ſæuiit, «
vt famulus Archiepiſcopi alterum in- «
terfecerit; inſurgente plebeculâ in ſi- «
carium, diſſenſioni dum mederi feſti- «
nat Guido, è cubiculo progrediens, «
pectora iaculo confoſſus, quod oppi- «
danus emiſerat, ſubitò expirauit, lu- «
C gendo ſanè obitu, erat enim, vt in- «
quiunt, Antiſtes pernobilis proſapiæ, «
& multiplici dotum genere cumulatiſ- «
ſimus: Guidonis cadauer Genuæ in «
D. Laurentij Eccleſiâ Metropolitanâ ſolemnibus exequiis ſepelitur; ex cuius gente Aubertus Laudunenſis, Nicolaus Nouiomenſis Epiſcopi, & Radulphus Abbas Corbeienſis eius frater; necnon familiæ hæres Leonora de Royâ Charlotæ ſoror, connubio iuncta Ludouico Borbonio I. Principi Condæo. Eius autem teſtamenti tabulas & Petri Trouſſelli, exſcriptas è veteri originali debemus quoque indicio dom. de Vyon, & his ſequentibus verbis ordiuntur;

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum, & cætera præſentia, conſtitutus Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus* GVIDO *Dei gratiâ* REMENSIS ARCHIEPISCOPVS *ſanus mente & corpore, conſiderans quàm breues dies hominis ſint, de bonis à Deo ſibi collatis, & per eum iuſto titulo acquiſitis, ſuum condidit & ordinauit teſtamentum, & vltimam voluntatem in formâ quæ ſequitur. Inpri-*

mis reuocanit omne teſtamentum, codicillum, & aliam ordinationem per eum hactenus factam. Item quando & quotiens contingerit ipſum ab hac luce ſubtrahi, animam ſuam commendauit altiſſimo Creatori noſtro Ieſu Chriſto; Item pro expenſis funeralium ſuorum ordinauit de bonis ſuis prædictis recipi mille lib. Turon. Item voluit omnia debita ſua, de quibus notoriè per legitimas coniecturas, aut per aſſertionem cum iuramento notabilium perſonarum conſtabit, necnon & forefacta ſua, ſeu iniurias forſitan per eum illatas, & illata perſolui, emendari, & reſtitui, & propterea voluit de bonis ſuis prædictis recipi mille libras Turonenſes, diſtribuendas in puras eleemoſinas & pios vſus. Item ordinauit de bonis prædictis recipi mille libras diſtribuendas propinquis & conſanguineis ſuis, quæ eis aſsignabuntur, ſi executoribus infra ſcript[illegible] videatur vtile, ſuper debitis per nobiles, aut magnates: Ordinauit vniuerſis familiaribus ſuis, qui ſunt, fuerunt & erunt benè & debitè ſatisfieri de ſeruitio, prout executoribus ſuis per informationes ſufficientes conſtare poterit: propterea voluit de bonis prædictis recipi mille libras ſemel tantùm ſoluendas. Item ſingulis familiaribus ſuis commenſaliorum, qui erunt tempore ſui obitus, & qui ſoliti erunt cum eo equitare, legauit & donauit equos quos ſoliti erant equitare. Item propter caritatem ac in purâ eleemoſinâ ordinauit, quod ſingulis familiaribus ſuis commenſalibus, qui tempore ſui obitus ſibi ſeruient prouideatur de habitatione &c. Item legauit menſæ Archiepiſcopali Senonenſi, ac de bonis prædictis recipi voluit mille lib. Turon. ſemel tantùm ſoluendas, conuertendas in emptionem redarituum. Item de bonis prædictis voluit recipi, ſeptingentas & quinquaginta lib. Turon. quas æquis portionibus diſtribuendas legauit, menſis Archiepiſcopali Turonenſi, ac Epiſcopalibus Virdunenſi, & Dolenſi conuertendas: Item Eccleſiæ, ſeu Capitulo Remenſi legauit, totum & quidquid reperietur in quodam ſcrinio ſigneto dicti teſtatoris conſignato, & in Monaſterio S. Remigij Remenſis depoſito, per manus executorum ſuorum eis tradendo, ſic tamen quod ſe obligabunt facere & ſuſtinere onera & alia per ipſum teſtatorem ordinata iuxta formam, modum & ordinationem in certis ſcripturis in eodem ſcrinio incluſis, deſignatam. Item eidem Eccleſiæ, ſeu Capitulo in caſu quo prouidere voluerint de lapidibus ad faciendum circa chorum hiſtoriam pulchram & honeſtam, de ſculpturâ pro B. Virgine, prout eſt de aliâ hiſtoriâ

A *circa chorum Eccleſiæ Pariſienſis, pro huiuſmodi ſculpturâ faciendâ legauit mille lib. Turon. ſemel tantùm ſoluendas. Item pro melioratione & fortificatione domorum, ſeu caſtrorum menſæ Archiepiſcopalis Remenſis & maximè domus de Curuillâ, legauit tres mille libras ſoluendas per manus executorum, quotiens conſtiterit meliorationem aut fortificationem fieri in toto, vel in parte iuxta ſumptus factos, aut in proximo faciendos: & ſi poſt datum præſentis teſtamenti conſtaret, dictum teſtatorem in dictâ domo de Curuillâ reparationes pro melioratione fuiſſe factas, voluit de dictâ ſummâ tria millia lib. per ſuos executores retineri*

B *& penes eos remanere tantùm, quantùm iuxta arbitrium bonorum virorum dicetur dictum teſtamentum in eiſdem reparationibus expoſuiſſe; Et quia dictus teſtator, vt aſſeruit, in nullis reparationibus tenetur; tamen omnia loca ſua, fortilitia & ædificia debitè & optimè reparauit, voluit & ordinauit, quod ſi vni cuique iudicialiter, vel alteri ad reparationes quaſcúmque in caſtris domibus & ædificiis menſæ prædictæ condemnaretur, dicta ſumma in toto, vel in parte pro huiuſmodi condemnatione currat & exponatur, &c. Item ſucceſſoribus ſuis Archiepiſcopis Remenſib. ſeu menſæ Archiepiſcopali Remenſi legauit omnia orna-*

C *menta Capellæ, & iocalia Pontificalia, quæ tempore ſui obitus habebit, necnon omnes & ſingulos libros ſuos, ſic tamen quod de duplicatis vnum tantùm percipient, ac etiam ſupellectilem & vtenſilia & ſufficientia, neceſſaria & honeſta, pro caſtro, ſuo portæ Martis; ac domibus de Curuillâ, & quam habet Pariſius, & de illis quæ in eiſdem reperientur, ac armatas pro cuſtodiâ portæ Martis & de Curuillâ neceſſaria. Quæ omnia poſt obitum teſtatoris per Capitulum Eccleſiæ Remenſis, aut deputatos ab eis, in executorum aut aliquorum ex eis præſentia tradent, & deliberabunt ſucceſſori ſuo, & ſic aliis ſucceſſoribus, quotiens in Eccleſiâ nouus*

D *Archiepiſcopus creabitur, ſic tamen quod idem ſucceſſor & ſucceſſores ſe obligabunt & promittent, ea manu tenere, & ſi aliqua conſumerentur ea reficere & reintegrare, & ſemper per ceſſum vel deceſſum eorum reſtituere, & reſtitui facere bona & ſufficientia, & illa non vendere, impignorare, vel alienare, cum hæc idem dominus teſtator, vt aſſeruit, pro vſu ſucceſſorum ſuorum, ac vtilitate & honeſtate Eccleſiæ legauerit. Item eiſdem ſucceſſoribus & menſæ legauit redditus infra ſcriptos, pro ſupportatione onerum Archiepiſcopis incumbentium, videlicet XII. lib. Turon. annui redditus ſuper terram ſuam*

ſuam de Dompmart percipiendas. Item quindecim libras Turon ſuper caſtro, terrâ, & appenditiis de Buſancy. Item decem libras Turonenſes ſuper terrâ ſuâ de Launoy, quas ſummas poſſeſſores terrarum prædictarum eiſdem ſucceſſoribus perpetuò ſoluere tenebuntur. Item menſæ prædictæ pro emptione ducentarum librar. Pariſienſ. admortiſatarum vel admortiſandarum, ſibi applicandarum, & ſuſtentatione onerum infraſcriptorum, legauit quinquies mille libr. Turonenſ. ſemel tantùm ſoluendas, per manus executorum, dum redditus reperientur tradendas; & ſi non reperirentur admortiſata, quod non admortiſatæ ad maiorem ſummam quam ducentarum, emantur iuxta quantitatem pecuniæ & ſucceſſorum ſui tradent hominem, ſi eas tenere noluerint, & lapſu temporis ſi vſque ad dictam ſummam CC. lib. poſſent admortiſari reſtantes redditus, manente dictâ ſummâ CC. lib. poſſent vendi, & pretium in admortiſatione huiuſmodi conuerti; & quia poſſeſſores caſtri & terrarum prædictarum de præfatis redditibus perpetuis onerauit, idem teſtator ordinauit, vt poſſeſſores alicubi, tantam vel maiorem ſummam pro ſui caſtri ac terrarum prædictarum releuamine poſſint acquirere, quod ille ad quem poſt obitum dicti teſtatoris ſpectabit, caſtrum, terra & appenditia de Buſancy ſuper dictâ ſummâ V. mill: lib. trecentas, & ad quem terra de Dompmart pertinebit ſuper eadem ſummâ CC. XL. & ad quem terra de Launoy ſpectabit ſuper eadem ſummâ CC. lib. Pariſienſ. per manus executorum aut ſucceſſoris ſui, ſi huiuſmodi ſumma fuerit tradita; ſemel tantùm perſoluendas, percipiant in emptione redditum pro releuamine huiuſmodi committendas; Et inſuper de redditibus huiuſmodi de prædictâ ſummâ V. mill. lib. pro menſâ præfatâ acquirendarũ, ſinguli ſucceſſores dicti teſtatoris, duodecim ſingulorum Capellano, Presbyteris familiaribus, commenſalibus, cuilibet Capellano XVI. libras Turon. & duobus Clericis Capellæ, ſimilibus familiaribus cuilibet octo libras Turonenſ. quolibet anno realiter tradere, & ſoluere tenebuntur. Præfati autem Capellani ſinguli tenebuntur omni die miſſam celebrare, & præter quam in feſtis annualibus facere ſpecialem memoriam, collectam & orationem, pro dicto domino teſtatore, pro Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, ac toto Clero & populo ciuitatis, & diœceſis Remenſis, ac aliis pro quibus teſtator tenetur orare: ſinguli autem ex Capellanis ipſis qui ex aliquâ cauſâ rationabili non poterunt celebrare, ſoluere tenebuntur pretium pro

A miſſâ per alium celebrandâ; Clerici autem in miſſis prædictis ſeruire tenebuntur, & ad præmiſſa complenda ydem Capellani & Clerici per iuramentum & aliud aſtringantur &c. Item Matheo de Roye nepoti ſuo legauit caſtrum, terram & appenditias de Buſancy, & terram de Launoy. Item Ioanni nepoti ſuo legauit terram de Dompmart de Bielarcy, & de Muicy; & ſi contingeret caſtrum & terram de Brimetel pro parte Domini Petri de Credonio dominæ eius vxori, aut hæredum ſuorum, aut cauſam ab eis habentium ab eodem Ioanne euinci, voluit, & ordinauit idem teſtator, duo legata de
B Buſancy & de Launoy facta huiuſmodi non tenere, ſed eo caſu Matheo terras de Launoy, de Dompmart, & de Brelarey ſolum, & Ioanni prædicto caſtrum, terram & appenditias de Buſancy duntaxat legauit, ſic quod idem Matheus contradicere, aut ſe opponere non poſſit. At ordinauit quod per eos prout ad quemlibet pertinuerint, redditus prædictos ſuper terris ipſis aſſignatos & menſæ Remenſi legatos, perpetuò perſolui, & ad hoc caſtrum & terras ipſas perpetuò manere obligata. Inſuper voluit quod Matheus nepos mediantibus præmiſſis, ac portione quam in legato mille librarum propinquis & conſanguineis diſtribuendarum perci-
C piet, ſe teneat pro contento de omni ſucceſſione, bonis mobilibus & immobilibus ipſius teſtatoris, quam petere poſſet, aut deberet quouis modo, cum vt idem teſtator aſſeruit, bona huiuſmodi non ex ſucceſſione parentum, ſed potius ex beneficiis Eccleſiaſticis & Prælaturis quibus præfuit, acquiſierit. Item omnibus perſonis cuiuſcúmque ſtatus fuerint, quæ pro ſpiritualitate ſui Archiepiſcopatus Remenſis ſibi tempore ſui obitus tenebuntur, remiſit & quittauit medietatem debiti, in quo tenebuntur, &c. In omnibus autem & ſingulis bonis ſuis mobilibus & immobilibus, idem teſtator inſtituit, hæredem ſuum vniuerſalem, huius autem te-
D ſtamenti, idem teſtator fecit, nominauit & elegit executores dominos I. Attrebatenſem & S. Sueſſionenſem Epiſcopos, præſentes & modernos, Magiſtros I. de Milly, Philippum de Boſcogiroudi, Matheum de Herleuille, G. de Cambâ, Girardum le Iay, Io. Deſcormain Religioſum, Io. Morelly, Io. de Bolay Subpriorem S. Dionyſij & fratrem Ioannem de Deniſi, Ioan. Subpriorem Valliſcholarium & Hugonem de Porcelli. Et ſi quæ forſan in præſenti ſuo teſtamento eſſent obſcura, aut interpretatione indigerent, ordinauit, quod ydem executores habito cum peritis prout viderint conſilio, ea declarent, interpretentur & exponant, prout viderint

faciendum poſſint &c. In quorum executorum manibus ex nunc poſuit omnia bona ſua, mobilia & immobilia, iura, prouentus, & eos inueſtiuit: in teſtimonium voluntatis meæ circa præmiſſa, cum proteſtatione ſolitâ, vt potui pro tunc tam feſtiuè prouidere ſubſcripſi, me hic manu propriâ die XV. Maij anno XIV. volens in publicam formam poni quantum opus erit per notarios infra ſcriptos, & cum conſilio peritorum in formâ competenti, pro debita executione, & complemento & perfectione voluntatis meæ, quam plus attendi & fieri volo, quàm verba
1400. *hæc complecti. Anno Domini, M. CCCC. Indict. VIII. menſis Maij die XV. in caſtro de Curnillâ Remenſis diœceſis, in noſtrum Reginaldum Gnotelli & Stephani Barneſſe Remenſ. diœceſis Apoſtolicâ & imperiali auctoritate Curiaque Remenſis Notariorum, necnon venerabilium Magiſtrorum Mathei de Herleuille, & Guilelmi de Camba Canonicorum Eccleſiæ Nouiomenſis, teſtium præſentium &c.* Altero codicillo plura conſtituit nonnullis cœnobiis religioſorum, & xenodochiis, donat enim mille lib. Senonenſi Eccleſiæ: item menſæ Epiſcopali Virdunenſi, ad quam dicit ſe promotum fuiſſe à Greg. XI. antequam proficiſceretur Romam CC. lib. Pariſ. ſimiliter Eccleſiæ Dolenſi quam ſecundò obtinuit ad eam tranſlatus à Pſeudo-Pontifice Clemente VII. Archiepiſcopali Turonenſi cui tertiò & menſæ Caſtrenſis Epiſcopatus totidem cui quartò præfuit: præterea capitulis earumdem Eccleſiarum, quibuſcum profitetur nullas lites habuiſſe, largitur C. lib. & ſucceſſoribus in cathedrâ Remenſi omnia ornamenta pontificalia, palatium quoque Auenione emptum, vbi continuò diuerſatus eſt cum præfato Antipapâ: tandem ordinat ſepulturas in cœnobio Longipontis diœceſis Sueſſionenſis pro germanis ſuis Ioanne, Reginaldo & Drogone: quorũ anteceſſores in Capitulo monaſterij iacent: nonnulla porrò omiſimus quia erant prolixioris ſtyli.

CRAMAVT. D'azur à vne bande d'or, à la bordure de gueulles chargee de dix beſans d'or.

73. SIMON DE CRAMAVT frater Petri domini de Cramaudo, Rupiſcauardi Toparchæ in pugnâ Pictauienſi Vexilliferi, Dominus de la Chappelle Bellouin in pago Lodunenſi; ac primò quidem Libellorum ſupplicum præfecturam in Regiâ obtinuit, inde Cancellarius Ioannis Biturigum Ducis, Comitis Pictauienſis, cuius Eccleſiæ Pontificatum, mox & Adminiſtrationem geſſit, inſupérque aliis ornatus ſacerdotiis, nempe Agenenſi, Biterrenſi, Carcaſſonenſi, Auenionenſi, poſtea Remenſi dum Synodus Piſana celebraretur, demum etiam Patriarcha Alexandrinus, & Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucinâ à Ioanne XXIII. creatur an. 1413. April. 13. 1413.
Ille igitur legationibus Anglicâ, Hiſpanicâ ad Pſeudopapam & ampliſſimis muneribus perfunctus, multa magni momenti negotia procurauit, miſſus à Rege Carolo VI. & Eccleſiâ Gallicanâ pro vnione Eccleſiæ Orator ad Benedictum XIII. Antipapam an. 1407. cum aliis Antiſtitibus; tractatum autem publicauit pro ſubſtractione ab obedientiâ Benedicti, quâ viâ ceſſionis remedium ſchiſmati afferri poſſe pluribus rationibus comprobauit. Interim Comitiis Martini V. Pontificis in Concilio Conſtantienſi intereſt 1417. tandémque in Galliam reuerſus deceſſit an. 1429. in Cathedralis Pictauienſis templo reconditus, vbi habet epitaphium.

TROVSSEAV. De gueules à vne bande de vair.

74. PETRVS TROVSSEAV II. gentilis Petri Equitis domini de Chaſteaux in Andibus, Balliui Carnotenſis & Cambellani Caroli VI. Regis, auctore Andreâ du Cheſnio in hiſtor. Drocenſi; frater verò Iaquelini Vicecomitis Bituricenſis; hic Archidiaconus Pariſienſis, libellorum ſupplicum Magiſter, tum Epiſcopus Pictauienſis, ad eam autem Cathedram euectus per ceſſionem Simonis ad Cardinalatum promoti 1413. aperta enim erat Regalia; nominatus menſe Maio, regi fidem hominij pro Archiepiſcopatu exhibet die Iulij 19. ſequentis; paulò 1413.
poſt obiit Lutetiæ eodem anno Decembris XVI. poſſeſſionem ſolemnem nondum adeptus, cum præfuiſſet tantùm ſex menſibus & octo diebus. Situs eſt in æde cathedrali Bituricenſi, cuius quondam Canonicus & Archidiaconus fuerat, at verò teſtamentum ex eodem codice ſubjiciemus, ſed operæ eſt prius tabulæ lapideæ inſcriptionem appoſitam recitare:

EPITAPHIVM

Memorandiſſimi & admodum famoſi viri PETRI TROVSSELLI, *dudum citra & infra præmia, & honores ſuſceptos,* ARCHIEPISCOPI REMENSIS,

& eodem de pacto Ducis & ſummi Paris Francia:

Quem decor, & mores quondam celebrare ſolebant,
TROVSSELLI PETRVM *frigida petra tegit.*
Quem pietas, virtus, & honos, & pulchra Sophia
Nobilitas vexit, militiaque genus.
Qui ſtabiles leges Iuris, qui pluribus artes
Edocuit, grato Præſes amore gradu.
Tempore Metropolis fuit huius in ordine templi,
Collega frater, Pariſeique ſimul,
Audomari Præpos, maiórq; priórq; Diacon,
Vnde opera Sanctis parta dabat miſeris.
Conſiliis magnâ Regis conſcriptus in aulâ,
Res cunctis ſalubres, & pia verba dedit.
Poſtq; tot interea medios aſſumptus honores,
Templicola, & multis frater amore locis,
Euehitur meritò Pictauis Epiſcopus, at nunc,
Poſtremò Antiſtes REMIS *in vrbe fuit.*
Quo primũ de iure Parẽ Regníq; Ducémq;
Tot probat hinc titulis inclyta fama virũ.
Inde hac perpetuò ſacros ſibi promere cantus,
Tamque ſalutiferas iuſſit in æde preces,
Quam hoc Stephani templo propriis è ſumptibus actum
Dotauit donis vt decet ipſe ſuis.
Hinc poſt mille quater centum, poſt tréſque decémque
Chriſtiſequos orbes clauſit in orbe diem.
Pariſius ſummum, ſexdenâ luce Decembris,
Quo ſibi pro meritis ſit ſuper aſtra quies.

IN NOMINE Sanctæ Trinitatis,
„ Ego PETRVS TROVSSELLI mi-
„ ſeratione diuinâ nuper Epiſcopus Pi-
„ ctauenſis; nunc verò eâdem miſeratio-
„ ne nouiter REMENSIS ARCHIE-
„ PISCOPVS, Altiſſimo ſuffragante,
„ mentis compos & nolens cum Dei pla-
„ cito ab hac luce decedere inteſtatus,
„ ſed affectans de bonis temporalibus à
„ Deo mihi collatis pro ſaluris & reme-
„ dio animæ meæ, teſtamentum meum
„ condidi, & ordinaui, formâ ſubſe-
„ quenti; imprimis verò vt verus Catho-
„ licus memor Paſſionis ipſius Ieſu Chri-
„ ſti animam meam, ſummæ Trinitati
„ intemeratæque Virgini B. Mariæ, &c.
„ recommendo: ordino quod forefacta
„ mea emendantur, omnibus de me iuſtè
„ conquerẽtibus, & debita mea legitimè
„ comprobata, omnibus creditorib. meis
„ legitimè perſoluantur: notifico quod
„ non credo teneri niſi perſonis inferius
„ declaratis, primo videlicet fratri meo
„ Ioanni Trouſſelli in mille quadrin-

A gentis viginti & duobus ſcutis auri, «
vel circa quæ ſui matrimonij occaſione «
recepi, ſuper quibus dicto fratri meo CL. «
lib. Turon. tradidi. Item matri ac fra- «
tribus meis in quatuor mille francis, «
ſuper quibus ex parte meâ, tam per «
me quàm per Guillelmum Imberti «
collectorẽ Bituricenſem, Reginaldum «
Motini, & alios nomine meo plures «
ſummæ pecuniæ ad vſum, commo- «
dum & exonerationem dictorum ma- «
tris & fratrum meorum fuerint perſo- «
luti, tres mille franci & vltra; prout «
per quoddam folium manu Iaquelini «
fratris mei ſcriptum liquere poterit. «
B Item Germano Paillardi Epiſcopo Lu- «
cionenſi in mille ſcutis auri, de quibus «
penes ſe habuit meam cedulam. Item «
debeo fratri meo Ioanni valorem de- «
cimæ de Brecy, quam mihi tradidit «
pro fundatione capellæ meæ per me «
conſtructæ in Eccleſiâ Bituricenſi. «
Item debeo Germano Lucionenſi E- «
piſcopo, DCCC. libr. quas mihi mu- «
tuauit nouiter, pro ſolutione vacantis «
Eccleſiæ Remenſis, de quâ ſummâ de «
me habet cedulam; & quadringenta «
ſcuta, quæ nomine ſuo recepi à Ioan- «
ne Bachelier receptore nuper Picta- «
C uenſi; de quâ ſummâ CCCC. ſcuto- «
rum, nullam habet cedulam. Item «
debeo Ioanni Chanteprime Decano «
Eccleſiæ Pariſienſis, ducenta ſcuta. «
Item Nicolao de Ordcomonte De- «
cano S. Martini Turonenſis quingen- «
ta ſcuta. Ioanni Epiſcopo Malleacenſi «
quingenta &c. Item ſepulturam meam «
eligo in Capellâ pro me nouiter ex- «
tructâ, ædificatâ & fundatâ in Eccle- «
ſiâ Bituricenſi. Item volo quod Ia- «
quelinus frater meus habeat domum «
meam prope S. Ioannem de Campis «
Bituricenſis, & ius quod habeo & ha- «
bere valeo in pynetâ de Beauregart, «
D ac vineis & aliis rebus meis de Carita- «
te. Item lego Ioanni fratri meo, loca «
mea cum redditibus & pertinentiis de «
Quinciaco, & de Gyureſay in Bituriâ. «
Item volo quod in Eccleſiâ Picta- «
uienſi ſi ibidem me decedere conti- «
gerit, ſiue non, fiat poſt mortem meam «
ſolenne anniuerſarium, cum decenti «
luminari arbitrio executorum meo- «
rum: & donatâ publicâ prius ſolenni- «
ter fiat anniuerſarium, & donata die «
inhumationis in Eccleſiâ & villâ Bi- «
turicenſi. Item quod Mendicantes «
interſint Pictauis in funeralibus, & ob- «
uiam veniant cum dictâ Eccleſiâ Bi- «

turicenſi, & habeant diſtributiones legitimas arbitrio meorum executorum; item pro anniuerſario habendo perpetuò in Eccleſiâ Pictauienſi lego dictæ Eccleſiæ ducenta ſcuta auri, pro redditibus emendis, pro dicto anniuerſario fundando, qui redditus inter Canonicos & alios dictæ Eccleſiæ Capellanos, & ſeruitores in dicto anniuerſario aſſiſtenres diuidantur; Item Eccleſiæ Pariſienſi lego duas capas nigras &c. & centum libras Turonenſes ſemel pro vno anniuerſario ſolenni, in eâdem Eccleſiâ perpetuò annuatim menſe Ianuarij in vigiliâ feſti S. Iuliani, ſerò & die eiuſdem feſti mane celebrando. Item do pariter Eccleſiæ collegiatæ Sancti Audomari de S. Audomaro Morinenſis diœceſis, cc. lib. Turon. ſemel pro anniuerſariis in dictâ Eccleſiâ perpetuò annuatim habendis & celebrandis, prout per eoſdem meos executores cum Capitulo ipſius Eccleſiæ poterit melius conueniri. Item lego Eccleſiæ Bituricenſi c. l. lib. Turonenſes pro redditibus habendis, pro anniuerſario pro me faciendo inibi perpetuò annuatim, tam inter Canonicos, quàm vicarios, ac modo & formâ in fundatione anniuerſariorum Simonis Aligreti Cancellarij dictæ Eccleſiæ diſtribuendas. Item do Ioanni fratri meo tam pro recompenſatione decimæ de Brecy, quàm tradidit mihi pro fundatione Capellæ meæ in Eccleſiâ Bituricenſi, quàm etiam vt pro me Deum oret, domum meam de Cormeliis, cum iis omnibus quæ prope Pariſius habeo, & DC. ſcuta ſemel; Do etiam dominæ matri meæ vt pro me Deum oret & faciat orare D. libras Turon. ſemel; item Iaquelino fratri lego omnem ſummam pro me realiter traditam: G. Odardi qui vxorem duxit Catherinam Trouſſelle, quæ in toto XIII. c. quinquaginta ſcutorum, volo tamen quod ſumma reſtituenda caſu quo ipſa decederet ſine liberis, prout in tractatu matrimonij continetur, ad executionem meam pertineat: & quia dicto Guilelmo Odardi ſum obligatus pro reſiduo dicti matrimonij, volo quod Iaquelinus meam executionem liberet à dictâ obligatione; & in hoc faciendo volo quod recuperet LX. lib. reddituales, quas habere ſolebat & quas de præſenti habeo ſupra caſtrum de Prumeriis, quas cum nouiter ab eodem fratre & ſorore meâ Mariâ de S. Germano eius coniuge, & ſi ipſe frater meus noluerit, vel plus debito diſtulerit in ſe obligationem ſumere, & executionem meam prædictam liberare, ipſum priuo omni ſucceſſione, ac omnibus donis per me ſibi factis. Item lego cuilibet ſeruitorum meorum inferius nominatorum mediam partem penſionis quam annuatim à me recipere conſueuerunt; in reſiduo verò bonorum meorum ſi quæ ſuperſint, pauperes, Chriſti membra, hæredes inſtituo, & executores facio Reuerendos in Chriſto patres Ioannem Maleacenſem & Germanum Lucionenſem Epiſcopos, ac fratres & ſeruitores meos magnificos Guilelmum Ymberti Bituricenſem, Anſelmum le Corgne Laudunenſem & Reginaldum Motini Bituricenſes Canonicos, quorum cuilibet trium nouiter nominatorum, lego centum francos acceptanti onus executionis meæ: & quia dubito facultates meas ad omnia ſupraſcripta adimplenda ſufficere non poſſe, volo primitus & ante omnia, hoc præſens teſtamentum adimpleri vſque ad legatum factum fratri meo Ioanni &c. per hoc etiam teſtamentum reuoco alia per me facta. Datum I. die Iunij anno Dom. M. CCCC. XIII. 1413.

75. Reginaldvs de Chartres III. Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio monte, Hectore patre domino de Lyons in Bellouacis, Ludouici Aurelianenſium Ducis Cambellano, equeſtri familiâ orinndo prognatus, vti apud Vrſinum in hiſt. Caroli VI. legitur: inter Bellouacenſis Eccleſiæ ſodales allectus, renuntiatur Decanus ad eámque Metropolim euocatur, cui præſidebat 1417. Iunij 13. ex archiuis 1417. Eccleſiæ. Carolum VII. vnxit & coronauit Remis 1429. aſſiſtente Ioannâ Puellâ militare vexillum gerente, quod ſacrum deſcribit Monſtreletus; 1429. at verò non tantùm conſilij interioris particeps factus, ſed & ſupremo Cancellarij Franciæ faſtigio digniſſimus, ſacri Sigilli cuſtodiâ donatur ab eodem Rege; hunc gratiæ locum conſequutus, qui grauiſſima Reipublicæ negotia gereret, quod ſatis intelligitur ex epiſtolâ Synodi Baſileenſis ad eum ſcriptâ 1432. & relata in actis huius 1432. Concilij.

De Chartres.
D'argent à deux faſces de gueulles.

Sacrosancta generalis Syno-

» dus Baſileenſis: Reuetendo in Chriſto
» Patri, Domino Archiepiſcopo RE-
» MENSI Cancellatio Franciæ. Reſ-
» ctipſit nobis venetabilis Ptiot Con-
» uentus Chamberiaci Otdinis Prædica-
» totum, Ambaſſiatot noſter, quanto zè-
» lo huic ſacto Concilio afficiamini,
» eiúſque profectum deſidetetis & cum
» diligentiâ quætatis, pto quâ te, quia
» cauſam Dei agitis, ipſe vobis in hoc
» & in alio ſeculo dignè tettibuat. Ec-
» cleſia verò pro huiuſmodi fauore quem
» ſibi impenditis, ſuarum orationum &
» meritotum apud Deum patticipem fa-
» ciet, & ad omnia veſtrum honotem &
» ſtatum concernentia obligatam ſe vo-
» bis meritò profitetut. In hâc re, quæ
» veſtram patetnitatem tanquam Chti-
» ſtianum & Antiſtitem non minus tan-
» git quam nos, nil aliud dicendum vi-
» detut, niſi vt ſolitâ diligentiâ opus hoc
» diuinum proſequamini, ex quo cum
» extirpatio hæteſum, pacificatio populi
» Chtiſtiani, eradicatio vitiotum ſequi
» ſperentut, magnum apud Deum meri-
» tum & apud homines laudem acce-
» ptuti ſitis, optimè intelligitis. Scribi-
» mus Chriſtianiſſimo Regi Franciæ, &
» ſuo Conſilio & quibuſdam particula-
» tibus apud eum potêtibus, prout idem
» Ptiot ex veſtro conſilio nos aduiſauit,
» & literatum copias hic intetcluſas
» mittimus. Si quid illud ad ptoſecu-
» tionem iſtius rei, necnon ad pacem
» præclariſſimi regni Franciæ, ad quam
» toto cotde aſpitamus faciendum vide-
» tur, vos maximè deprecamur, vt nobis
» ſignificate velitis. Verum ſpeciatim
1435. deligitur 1435. cum Duce Borbonij
Comite Vindocinenſi, & plutibus Ec-
cleſiaſticis ac ſeculatibus proceribus
regni, qui ad celebrem tractatum pa-
cis Attrebatenſem interfuetunt, quo
in Conuentu opetam diligentiámque
pro ciuili diſcordiâ componendâ im-
pendit; aliud etiam munus Caroli no-
mine getendum ſuſcipiens ad Cale-
tum, pro Anglorum cum Francis paci-
ficatione tranſigendâ. Nec fuit ingta-
ta apud munificum Principem Regi-
naldi meritorũ tecordatio, quæ illum
ad ſacrum Putpuræ honorem euexit,
námq; admiſſus in Cardinalium Col-
1439. legium ab Eugenio 4. Pont. an. 1439.
15. Kal. Ianuatij Florentiæ in Conci-
lio genetali; mox tecenti acceſſione
beneficiorum, Epiſcopus Adminiſtra-
tor Aurelianenſis nominatus vixit vſ-
1444. que ad an. 1444. Aptil. 4. apud Mi-

A noritas Turonenſes ſepulchro tecon-
ditus. Neptem is habuit Iſabellam
Carnotenſem, Anthonij de Leuis Co-
mitis de Villats coniugem, cui benefi-
cio dotis legauit toparchiam de Vier-
zone in Biturigibus, pretio ſexdecim
millium lib. comparatam an. 1425.

76. IACOBVS IVVENAL DES
VRSINS, Ioannis Iuuenalis des Vr-
ſins Baronis de Trainel ex Michaëlide
de Vitry quartus natu filius, in Came-
râ Rationum tegiatum Præſes, ex Ar-
chidiacono Patiſienſi eligitur, & pro
mote ſacramentum clientelæ ptofite-
B tut 1444. Nouemb. 12. Fuit etiam B.
Mattini de Campis Lutetiæ cœnobiar-
cha, Epiſcopus Adminiſtrator Picta-
uienſis, & Patriarcha Antiochenus, à
Carolo autem VII. in Italiam miſſus,
vt extinctionem ſchiſmatis inter Nico-
laum V. & Felicem V pro ſingulari ani-
mi prudentiâ procutatet, quâ quidem
in legatione, maximam religionis, ſo-
lertiæque laudem tetulit. Sed intem-
peſtiuè fato ereptus Romæ 1456. aliis 1456.
1458. cuius commemoratio habetur in
Necrologio Bituricenſi 13. Octob. ia-
cet Pictauij ad aram principis altaris
Beati Petri.

IVVENAL DES VRSINS. Ecartelé des Armes de l'Egliſe de REIMS, cy apres, & DES VRSINS bandé d'argent & de gueulles de ſix pieces, au chef d'argent chargé d'vne roſe de gueulles ſouſtenüe d'or.

C 77. IOANNES IVVENAL DES
VRSINS IV. Iacobi germanus, &
Guilelmi Baronis de Trainel Franciæ
Cancellatij, necnon Michaëlis Bailli-
ui Trecenſis à quo progenies domino-
rum de la Capelle, ac Baronum de
Trainel: is primogenitus frattum ab
adoleſcentiâ bonis litetis ſedulò inſti-
tutus, & in fori Pariſienſis palæſtrâ
non ſine maximâ eruditionis laude
verſatus, Libellorum ſupplicum Præ-
turam obtinuit, tum lectus in ſupre-
mo Senatu Pictauij, Fiſci Patronus,
dum bellorum procellis Gallia iacta-
tetur. Quo quidem in conſeſſu ſingu-
D latis doctrinæ dotes explicauit: Fidiſſi-
mi etiam animi monimentũ exhibuit,
cum Præfectus Mercatotum Lutetiæ
in natali ſolo, acertimum ſe Regiæ
auctoritatis vindicem inter tumultus
Anglorum aperuit. Cúmque in am-
pliſſimo hoc ordine clatuiſſet (nuſ-
quam Franciæ Cancellarius vt aliqui
malè affirmant) fuit illi ad Eccleſiaſti-
cas dignitates ptimus gradus Bellouа-
cenſis Eccleſiæ Pontificatus. Romæ
autem inaugutatur 1432. Martij 24. à
Iordano Cardinale Vrſino, dein ad
Laudunenſem Cathedram, demúm-

DES VRSINS. Comme cy-deſſus.

que ad Remenſem peruenit, præſtito A ſacramento fidelitatis XI. Iunij 1449.
1449. Mox verò Ludouicum XI. inaugurauit 1461. deſignatus vnà cum Guilelmo Pariſienſi, & Ricardo Conſtantienſi Præſulibus authoritate Calixti III. Papæ, pro recognitione diligenti faciendâ proceſſus & ſententiæ in Ioannam Darciam puellam Aurelianenſem latæ, quâ iudices delegati ſtatuerunt nullam infamiæ notam contraxiſſe, vt recitat codex Victorinus. Interim Rotomagum ad obedientiam Regis reduxit, Sanctique Rigoberti corpus in
1461. nouâ capſa repoſuit 14. Iunij 1461. Concilium item prouinciale Sueſſio- B nis celebrauit, cui interfuêre Epiſcopi Prouinciæ Remenſis. Tandem animam de Republicâ Chriſtianâ optimè promeritam Deo reddidit 14. Iulij
1473. 1473. Humatus ante maius altare Metropolis. Cæterùm vt erat in ſcribendo egregiè peritus, Hiſtoriam Gallicè de rebus ſub Carolo VI. geſtis puriſſimè ac fideliter condidit, quo præſtantiſſimo opere nominis celebritatem propagauit, & eo maiori opinione fidei digna eſt, quòd multa quæ literis mandauit, vidit ipſe, aut reliqua à parente etiam magnæ authoritatis viro C qui rebus interfuit, acceperit. Hanc autem Hiſtoriam in lucem emiſit vir clariſſ. Theodorus Godefridus Regius Hiſtoricus, & à ſanctioribus Conſilijs, quam denuò notis auctiorem publicauit filius Dionyſius paternæ dignitatis ſucceſſor. Nec verò hîc omittendum videtur exhibere teſtamenti autographum, quod nunc primùm editum ex ſchedis noſtris manuſcriptis eruimus:

» In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. Ego Ioannes Ivvenalis des Vrsins vtriuſq; Iuris Profeſſor minimus Remorvm Archiepiscopvs et Dvx, reuoluens in ſcrinio mei pecto- D ris mortem eſſe certam, horam incertam, ordino reſtamentum meum in modo qui ſequitur: Primò animam meam commendo Deo creatori meo, B. Mariæ Virgini, totique Curiæ cœleſti & dum me mori contigerit, ordino & ſupplico corpus meum ſepeliri in Eccleſiâ meâ ante maius altare, in loco vbi Preſbyter Miſſam celebraturus cum Diacono ſe arreſtat, ſalutationem faciendo ante altare, & poſt verſus chorū cum tumbâ marmoreâ, & apponatur dies menſis & annus obitus mei, &c. Et fiat eleemoſyna vnius poti vini, & vnius panis, & habeat quilibet Canonicus XII. ſolidos, quilibet Vicarius VI. ſol. Capellani & pueri Chori III. ſolid. dummodo ſeruitio meo interſint; Celebrentur etiam pro me in iſtâ ciuitate infrà VIII dies ſex centum miſſæ, cuilibet Ordini mendicantium ſeptem ſolid. dummodo faciant vnum ſeruitium; Et ſupplico omnibus fratribus meis Eccleſiæ Remenſis, Abbatibus & Religioſis, tam ciuitatis quàm diœceſis, & Preſbyteris, vt quilibet mihi det vnam miſſam, &c. Rogo executores meos vt Suffraganeis meis aut Vicariis eorum, ſcribant ſupplicando, vt in diœceſibus faciant fieri quod ordinare poterunt; in ſuis Synodis, ſim etiam comprehenſus in orationibus omnibus Ciſtercienſiũ, Premonſtrat. Carmelit. & Auguſtinenſium, vt pro more faciant orationes conſuetas: Illi etiam de Capitulo Eccleſiæ Engoliſmenſis promiſerunt mihi facere anniuerſarium perpetuis temporibus, die quâ decederim eis notificetur, &c. De reparationibus verò Eccleſiæ meæ, Remenſis Dom. prædeceſſor, & ego fecimus, quidquid pater familias poteſt & debet facere, &c. Et dum promotus fui eram benè munitus auri, argentique vaſis, & ex peculio meo plures conqueſtus feci & maximè XIV. librarum à Domino de Marcuil, quas habebat ſuper terram de Vailly, & ſuper terram d'Arrigny, ſex modia cum dimidio bladi & centum ſolidos: quem proceſſum inceperam contra heredes Guidonis quondam Archiepiſcopi Remenſis, & reperi quod Simon Cramaudi quondam Remenſis Archiep. contentus de his quæ petebam fuerat. Et poſt Reginaldus de Carnoto petebat pro omnibus, terram de Buſſi, & ideo hanc terram habui, & cum iis Vicecomitatum de Vouilly, & IV. libr. ſuper quandam domum à Ionchery, & poteram antedictam vendere. Inceperam etiam proceſſum contra Comitem de Villars, heredem Reginaldi de Carnoto, poterit ſucceſſor meus illum proſequi: Lego fabricæ Eccleſiæ CC. francos cuilibet collegio S S. Remigij, Dionyſij, Symphoriani, Timothei, Vallis-Scholarum IV. libras vt interſint funeralibus confratriæ B. Mariæ in Eccleſiâ B. Mariæ Magdalenæ; Eccleſiæ «

» S. Landerici totidem, &c. habeo ſi-
» gillatorem & teceptorem temporalita-
» tis, nolo eos fatigari; habeo vnum
» pulchrum pſalterium gloſſatum quod
» aliàs fuit Abbatis S. Germani Belua-
» cenſis, ſum contentus dummodo vnũ
» ad me faciant pro me quod illis tra-
» datur. Verum quia ſoror mea Ioanna,
» quæ quondam fuit coniuncta cum Ni-
» colao Leſchalart, in ſui teſtamento
» mihi dedit vnum diamentum magni
» pretij, vt pro eâ otarem quod ad im-
» pleui ſecundum poſſe, volo quod ven-
» datur plus offerenti, &c. Et ſi teſiduum
» maneat, ponatur in augmentationem
» capellæ Domini genitoris mei, in Ec-
» cleſiâ B. Mariæ Pariſienſis. Terram Tre-
» cenſem quæ mihi competebat ex ſuc-
» ceſſione paternâ, dedi fratri meo Gui-
» lelmo & ſuis hæredibus: Terram etiam
» de Souppy ex conqueſtu meo, retento
» in antedictis tettis durante vita meâ
» vſufructu, & de hoc dedi literas ante
» dictas donationes, ad duos ſuos filios,
» volo ſortiri effectum &c. Credo ſatis
» dediſſe libetis Domini Cancellarij
» fratris mei, ſunt enim benè collocati
» & notabiliter muniti: fratet meus Mi-
» chaël dimiſit ſex libetos maſculos, &
» quatuor filias, & in vitâ ſuâ ſibi & li-
» betis ſuis inter viuos donationes fecit:
» In his tamen donationibus non com-
» prehendo neptem meam Annam, vxo-
» tem Inguerrandi de Coucy, quia in
» ſuo matrimonio ſatis habuit, nec nep-
» tem meam Guyonam Religioſam in
» Piſciaco, cui promiſi xx. libras quoli-
» bet anno: Volo etiam antedicta do-
» nata eſſe obligata pro quatuot libris,
» pro me promiſſis ſotori meæ Matiæ,
» dum fuit reddita in Piſciaco, quæ in
» præſenti eſt Prioriſſa: Dominus ge-
» nitor meus cuius animæ parcat Do-
» minus acquiſiuit c c. libtas Tuton. à
» Domino Ioanne de Chalon ſuper tet-
» tas de Cruſy & de Ligny, & ſuper Do-
» minum de Belleuille L. libras, in qui-
» bus habeo quartam partem, quam le-
» go maſculis fratris dicti Michaëlis:
» omnes imagines quas lego, volo, &
» habeo in Eccleſiâ meâ Remenſi &c.
» Et debent liberi fratris mei Guilelmi
» eſſe contenti de antedictis, & ſi in ali-
» quo faciant contra voluntatem meam,
» eos ingratos teputo, & donationes
» pet me factas teuoco, & donata dono
» libetis fratris mei Michaëlis. Execu-
» totes nomino Magiſtros Euſtachium,
» Ioan. Iacobum Iuuenalem de Vrſinis
A nepotes meos, Ludouicum Epiſcopum »
Trecenſem, Officiales meos, ſigilliſe- »
rum Ioan. Chardon Balliuum meum, »
& Guilel. Coquillart Procuratorem. »
Et volo quod duo vel tres poſſint pro- »
cedere ad executionem teſtamenti »
mei. Omnia alia teſtamenta mea re- »
uoco. Datum Remis anno Dom. M. » 1472.
CCCC. LXXII. die 18. Septembris. »

LAVAL. D'or à la croix de gueules, chargée de cinq coquilles d'argent, & accompagnée de ſeize Alerions d'azur.

78. PETRVS DE LAVAL III. Adminiſtrator Epiſcopatus S. Maclo-
uij, & S. Brioci, Abbas commendata-
rius SS. Michaelis in Etemo, Albini,
Nicolai Andegauenſis, ac B. Meuen-
B nij in Aremoricâ, ex illuſtriſſimâ fami-
liâ Lauallenſi, parentibus Guidone
XIV. Comite de Laual, Vitrei Barone,
domino de Gaure, de Monfort, & de
la Rochebernard, matre Iſabellâ de
Britanniâ regiæ ſtirpis principe fœmi-
nâ; hæreditario iure dynaſta de Ca-
ſtellione, de Vandelais, d'Aubigné
& de Sorel, aliarúmve toparchiarum
in Normanniâ; electus Remenſis An-
tiſtes hominij fidem pro temporali
Regi Lud. XI. profitetur 29. Martij
an. 1473. tecenſetúrque Adminiſtrator 1473.
Briocenſis 1484. vti & Maclouienſis
C 1486. in chartis earumdem Eccleſia-
rum. Inunxit autem Carolum VIII.
poſteâque fato exceſſit apud S. Nico-
laum Andegaui 14. Aug. 1493. tumu- 1493.
latus in Abbatiâ D. Albini referente
chtonico Vitriacenſi; ibique viſitur
hæc inſcriptio:

Aſpice mortalis greſſus qui dirigis iſthuc,
Proh! ſpeculum mortis cernis, me vermibus
eſcam,
Regia cùm fuerim proles, DVX, PRÆ-
SVL, *& Abbas.*
Octaui Caroli vnctor, déque LAVAL *decies*
omne,
Arriſit ludens mihi ſors mea fragile donum,
D *Quod dedit hoc rapuit Clotho, nunc pro adi-*
bus vrna eſt,
Luſtra decem, menſéſque duos mea vidit &
ætas.
Diſce mori, qui regna petis: mors omnia ſter-
nit.

BRIÇONNET. D'azur à la bande componée d'or & de gueulles de cinq pieces, chargee ſur le compon de gueulles d'vne autre eſtoile d'or au quartier ſeneſtre de l'eſcu.

79. ROBERTVS BRIÇONNET
II. Ioannis domini de Varennes ærarij
Quæſtoris ex Ioannâ de Bertelot filius,
in Senatum Pariſienſem aſſumptus, pri-
mò Inquiſitionum claſſi Præſes datur,
tum Scholaſticus B. Martini Turonen-
ſis, & inſignis cœnobij S. Vedaſti in
Attrebatibus moderamini præfectus
1489. ampliſſimas quoque dignitates

Regis gratiâ promeruit, nam Remen- A
ſis Capituli ſuffragiis expetitus, Carolo VIII. ſacramentum fidelitatis iurat
1493. pro temporali 1. Nouembris 1493. in poſſeſſionem inductus die 27. eiuſdem menſis, cum paucis ante diebus ab Alexandro VI. Pont. confirmatus fuiſſet; ſed cum in rebus adminiſtrandis
1495. prudentiâ eniteret, Guilelmo de Rupeforti defuncto, ad ſupremum Togatæ militiæ ſolſtitium meritò euehitur 1495. Auguſti 3. in quo honore non diu perſtitit, nam Molinij Boiorum vltri-
1497. mum vitæ diem clauſit 30. Iunij 1497. funeratus in Eccleſiâ Collegiatâ B. Virginis. B

Briçonnet. Ecartelé au 1 & 4. d'azur à la croix pleine d'argét, cantõnée de 4. fleurs de Lis d'or, qui eſt Reims. Au 2. & 3. d'azur a 3. fleurs de Lis d'or, 2. 1. ce cartier chargé d'vn eſcuſſon de ſable, à trois beſans d'or, 2. & 1. qui eſt de l'Abbaye de S. Germain des Prez. Sur le tout de Briçonnet.

80. Gvilelmvs Briçonnet IV. Cardinalis tituli S. Pudentianæ, variis temporibus Epiſc. Nemauſenſis, Maclouienſis, Tuſculanus & Præneſtinus in Italiâ, Archipræſul Narbonenſis, Abbas S. Germani de Pratis, Grandimontis, S. Nicolai Andegauenſis, & Septimaniæ Prorex; qui demum præcipuæ apud Regem Carolum VIII. auctoritatis negotia regni tractauit; Hic Briçonetæ familiæ ampliſſimum ornamentum, poſtquam in Nemauſenſi & Maclouienſi Epiſcopatibus claruiſſet, fratri ſuffectus in Re- C
menſi Metropoli, pro cuius temporali dominio clientelã reddidit 1497. Sept. 25. fuiſſe autem Regis arcanorum participem, ſanctiori Conſilio, ac rerum ſummæ præpoſitum, cuius arbitrio omnia regni negotia tranſigerentur, præſtantiſſimi hiſtorici Paulus Iouius, Petrus Bembus Cardinalis, Guicciar-
1497. dinus, & alij aperrè reſtantur; eiúſque ſuaſu à Carolo ſuſceptam expeditionem Italicam, quâ Regem comitatus, ipſius poſtulatione Purpurâ donatus eſt ab Alexandro VI. 1495. Poſt autem ſub Iulio 2. ad Epiſcopatum Albanenſem aſcendit, ad Tuſculanum, & D
1507. demùm ad Præneſtinum 1507. hoc anno Pontificatu Remenſi ſe abdicans, Eccleſiam Narbonenſem regendã ſuſcepit. Narrant porrò eidem ſolemnibus ſacris operanti, duos filios ex legitimo connubio natos Rolletæ Belnenſis Iacobi Vicecomitis Turonenſis ſororis ſuſceptos, officio Diaconi & Subdiaconi fungentes, alterum Guilelmum Meldenſem, alium verò Dionyſium Lodouenſem Epiſcopum adſtitiſſe, vti narrat Guido Bretonneau Preſbyter & Canonicus de Planciaco in hiſtoriâ Genealogicâ huius familiæ quam conſcripſit. Tandem ſpiritum emiſit 1514. Decemb. XIV. in Metropolitano templo Narbonenſi humatus. Conſule Ciacconium, Vghellum in Epiſcopis Præneſtinis, ceteróſque.

Caretto. D'or a la cottice de gueulles de ſix pieces.

81. Carolvs Dominicvs de Caretto Cardinalis Finarij, Galeotti Comitis & Marchionis filius, Alfonſi 1. Marchionis, Fabritij Magni Equitum Rhodi Magiſtri, & Lud. Epiſc. Cadurcenſis frater, non minus nobilitate generis, quàm morum ac virtutis ſplendore clariſſimus Cardinalis; qui cum omnibus animi & fortunæ præſidiis abundè cumulatiſſimus eſſet, quæ ad illuſtrandum virum valerent, vtpote in quo eſſet præſtans ingenium, ſingularis prudentia, eximius rerum humanarum vſus, in primis verò religionis & multiplicis pietatis ſtudium, quas ſanè dotes regiâ prorſus magnificentiâ condiebat; his potiſſimum in artibus egregiè educatus ad Purpuram continuò aditum ſibi parauit, nam Thebanus Archiepiſcopus conſecratus à Iulio II. Pont. Max. 1505. ei Cardinalis honor benè merenti collatus eſt menſe Februario, Diacono quidem titulus S. Viti, deinde preſbytero S. Nicolai inter imagines ac S. Cæciliæ; mox Archiepiſcopus Cantuarienſis renuntiatur; prima autem in Gallorum rebus feliciter gerendis tempora impendit, pro quibus peramplis in legationibus obeundis animi ſui & nominis documenta dedit, adeo vt Iulius II. Gallico nomini multùm infenſus, non mediocriter egregiæ virtutis Caroli fautor, quamquam eſſet partium Francicarum propugnator, eum ad ſe euocatum ſacro Purpuræ decore cohoneſtauerit; quod beneficium idem Papa non improſperè in Piſano conciliabulo expertus eſt, Carolus enim huius dignitatis memor Romani Pontificis cauſam tutatus eſt. Quin & in Lateranenſi Concilio vnà cum aliis grauiſſimum pacis negotium inter Chriſtianos Principes ei demandatur. Atque vt erat magnificentiâ nulli ſecundus, ſuperbas ſacrarum ædium ſubſtructiones, regio ſumptu ampliſſimiſque donariis decorauit. At verò plurimis & opimis ſacerdotiis Regum munificentiâ ornatur & Cardurcenſi Epiſcopatu, tan- 1507.
démque ceſſione Cardinalis Briçoneti in Curiâ Romanâ 16. Septemb. 1507.

ad

ad Remenſem Eccleſiam promouetur; A hoc anno clientelæ fidem pro temporali Ludouico XII. iurat, quam Sedem deinde pro Turonenſi permutauit. Huius conſilio Rex omnibus in rebus magnoperè vtebatur, prout teſtatur Petrus Bembus l. 2. Venetæ Hiſt. Nec ſolùm eius operâ Princeps max. vſus eſt, ſed & pacem inter ipſum & Iulium Pontificem conciliauit Carolus, qui in Marchiâ Finarij diuerſa templa reſtaurauit, & pauperibus quorum protectione gloriabatur, ex propriis multa erogauit. Tum demum æuo longiori dignus deceſſit Romæ 19. Kal. Septemb. an. 1514. funebri elogio laudatus à B Pontifice in epiſtolâ conſolatoriâ ad Fabricium Carettum Equitum Rhodiorum Magiſtrum; ſolemni apparatu in D. Ceciliæ templo ſepultus. Huic Cardinali encomio ſanè luculento parentauit Vbertus Folieta in ſuo de illuſtribus viris libro, quo vſi ſumus, vbi illum omnibus Eccleſiaſticis virtutibus præditum celebrat.

LENONCOVRT. D'argent à la croix engreſlée de gueulles.

82. ROBERTVS DE LENONCOVRT III. Abbas Commendatarius Sancti Remigij Remenſis, natus antiquâ familiâ apud Lotaringos, pa- C rentibus Henrico domino de Vignory & Iaquetâ de Baudricourt, ex Archiepiſcopo Turonenſi, permutatione habitâ cum Carolo Dominico huius Remenſis Cathedræ regimen accipit præſtito Regi Ludouico XII. hominij ſa-
1508. cramento 1508. April. 7. Inunxit autem Franciſcum I. anno 1515. Ianuarij XXV. eâque laude Pontificatum adminiſtrauit, vt inter alias virtutes pater pauperum & Eccleſiæ ſuæ benefactor inſignis cognominaretur: ipſius quidem pietatis & munificentiæ, erga Deum & Eccleſiam præclara in multis templis extant inſignia: præcipuè D diues & luculentum opus capſæ argenteæ deauratæ in quâ reconduntur corpus S. Remigij & ſacra Ampulla, quod quidem Cardinalis Robertus de Lenoncourt ipſius nepos perfecit. Ad meliorem vitam tranſiens 25. Septemb.
1531. 1531. ſepelitur ante altare capellæ Sancti lactis in Metropolitanâ.

LORRAINE GVISE. Couppé de 8 pieces, 4 en chef & 4. en pointe. La 1. du chef, faſcé d'argent & de gueulles de 8 pieces, qui eſt HONGRIE. La 2 de FRANCE au lambel de gueulles, qui eſt d'ANIOV SICILE. La 3. d'argent à la croix potencée d'or, cantonnée de 4. croix couppées de meſme, qui eſt IERVSALEM. La 4. d'or au pal de quatre pieces de gueulles, qui eſt ARRAGON. La 1. de la pointe, ſemé DE FRANCE, à la bordure de gueulles, qui eſt d'ANIOV. La 2. d'azur au Lion contourné d'or, armé & couronné de gueulles, qui eſt GVELDRES. La 3 d'or au Lion de ſable, qui eſt de IVLIERS. La 4. d'azur à deux bars addoſſez d'or, ſemé de croix recroiſetées au pied fiché de meſme, qui eſt DE BAR. Sur le tout d'or à la bande de gueulles, chargée de trois alerions d'argent, qui eſt LORRAINE.

83. CAROLVS DE LORRAINE Cardinalis à Lotharingiâ tit. S. Apollinaris, Epiſcopus Metenſis, cœnobij & totius Ordinis Cluniacenſis Abbas, S. Dionyſij, Fiſcani, S. Remigij Remenſis, Maioris monaſterij, Deruenſis S. Vrbani, frater Ludouici Cardinalis & Franciſci Guiſiæ Ducis: vir maximus, qui Eccleſiæ fidem tutatus eſt contra hæreticos, Regem & patriam conſilio & operâ iuuit, familiam nominis ſui famâ illuſtrauit, literas authoritate ſuâ protexit, omnes bonos ad ſui venerationem compulit, patre Claudio primo Guiſiæ Duce, Franciæ Pari, Burgundiæ Prorege, & Antoniâ Borboniâ Franciſci Vindocinenſis Comitis primogenitâ, naſcitur Ioinuillæ in Campaniâ 1524. Februarij 17. Cùm autem ad optima quæque amplectenda ingenio præditus eſſet, corpus tantæ menti non infimum natura conceſſit, ita vt frons, oculi, vox, totáque ſpecies corporis egregia præſagirent; Lutetiæ ſtudiis, eloquentiæ & philoſophiæ in regio collegio Nauarræo cum diligentem operam adhibuiſſet, ad aulam ſub Franciſco I. adſciſcitur, vbi inſignem animi indolem, nec voluptatum illecebræ fregerunt, nec ludicra iuuentutis oblectamenta, mentem à ſcientiarum amore auocarunt. Nam & in victu frugalis, in ſocietate vrbanus, in moribus honeſtus, in colloquio grandia ſapiens, ſtatim omnes ſui admiratione commouit, & literatos viros interim non tantùm fouebat, ſed eorum conſuetudine delectabatur, qui omni genere ſcientiarum erant excultiſſimi. Ad Sedem Remenſem nominatus an. XV. tantùm natus, à Paulo III. confirmatur, & vſque Epiſcopali muneri par eſſet, patruo Ioanni Card. Lotharingo Eccleſiæ adminiſtratio committitur; ex quo patet deceptos qui Ioannem, Remenſium Præſulum albo inſcribunt. Henricum II. Regem inunxit feſto S. Annæ 1547. profectus deinde Compendium, ibi purpureum pileum ſolemni ritu accepit, à Paulo III. creatus Cardinalis Kal. Aug. 1547. tum ad eundem Pontificem hoc anno mittitur Legatus, à quo 1547.
S. Cæciliæ titulo donatus 19. Kalend. Ianu. 1548. tum verò ornatâ oratione Henrici 2. fidem & ſubmiſſionem erga Sedem Apoſtolicam teſtatus, pro verâ religione, zelum ipſius commendans, fœdus ipſum cum Pontifice expoſcere 1548.
declarauit, imò vt primogenitum Eccleſiæ filium & gentis Chriſtianæ antesignanum ſe & ſua, opes & facultates, pro Eccleſiæ & Pontificis dignitate & ſalute tuendâ, paratum impendere. Cum autem Carolus literas promouere

ſtuderet, Remenſis Academiæ approbante Rege diplomate publico obtinuit hoc eodem anno inſtitutionem. Reuerſus in Gallias maximâ rerum gerendarum auctoritate valuit, ita vt à Rege impensè dilectus cum Montmorencio ſecretioris conſilij particeps, eius nutu cuncta gererentur: an. autem
1555. 1555. mittitur multis cum viris clariſſimis vt Imperatoris legatis prope Grauelingam pacis fœdera proponeret, quæ tamen infecta remansêre; hoc eodem anno legum Eccleſiaſticarum vindex à Rege obtinuerat, vt hæreſeos conuicti à iudicibus Eccleſiaſticis ſeculari brachio traderentur, ita vt pro delicti magnitudine nullâ morâ interpoſitâ, & nullâ prouocationis habitâ ratione punirentur; quod vehementi habitâ oratione in Parlamento Senatoribus aggreſſus eſt perſuadere, idque ad regni commodum hæreſeóſque extirpationem eſſe ceſſurum; & quidem illud ad Eccleſiaſticæ iuriſdictionis reſtaurationem plurimùm conferebat, Senatus tamen ad Regem datâ ſupplicatione non conſenſit, veritus magnatum nimiam potentiam, qui hoc prætextu quos voluiſſent incauto turbine oppreſſiſſent, timebant ſanè tantam Caroli fortunam, vt qui omnia cum fratre in Galliis regeret, imò ſiue calumniâ, ſiue aliquo fundamento eius famæ detractum eſt plurimùm, quod ſe deludi paſſus eſſet à Cardinali Pernoto Granuellano, Philippi Regis Hiſpaniarum res procurante, & pacis conſilia præferente, in illo conuentu
1558. quod Peronæ cum ipſo habuit 1558. quinetiam hinc tacitam inter Guiſios & Hiſpanos conuentionem initam, ex quâ tot ſubindè tumultus fouentibus Iberis emerſerunt; refert Thuanus aliquos eſſe ſuſpicatos, quod tamen in egregij viri mentem cadere potuiſſe vix perſuadere nobis poſſumus; ſi quid autem ex eius familiæ poſteris in Gallos peccatum eſt, non ideò in ipſum, tanquam in mali fontem culpa conijcienda eſt: quis autem ipſi iure ſuccenſeat, quod fuerit auctor pacis ineundæ Henrico 2. cum Hiſpanis, nam ex vnâ parte bellorum miſeriis languebat defeſſa Gallia, hinc hæreticorum graſſante veneno metuebat, itaque an.
1559. 1559. Cameraci conuentu habito Carolus Regis nomine cum Philippi legatis pacem ſancit, & eius fit obſes, nec multùm antea Pauli IV. Legatus à latere in Galliis, cuius creationi adfuerat Romæ, alio fœdere ipſum cum Rege deuinxerat, contra Hiſpani conatus Pontificem opprimentis, quod tamen Italorum vitio fœlici exitu caruit. Nec multò poſt Henrico fatis functo, in Sandionyſianâ Abbatiâ optimi Regis exequias celebrauit, mox Franciſcum II. Kal. Octob. XII. an. 1559. ſacro oleo Remis inunxit, ſub cuius nouo imperio cum ſubinde hæreticorum tumultus inſurgerent, procerum coram Rege conuentu habito, cum multi heterodoxis & re & verbo fauerent, ac pro ipſis templa intercederent, ipſe Carolus conſtanter obſtitit, & irritos conatus euertit. Mortuo autem Franciſco & in eius locum ſuccedente Carolo IX. quem die Aſcenſionis Regem conſe- 1561. crauit menſe Septembri, in Colloquio Poiſſiaco Bezam hæreticæ prauitatis fautorem & propugnatorem, piiſſimo ſermone de Eccleſiâ, & corpore vero Chriſti in Euchariſtiâ confutauit. Anno ſequenti Tridentino Concilio multis comitantibus Præſulibus & Sorbonæ Doctoribus ad ipſum acceſſit, iubente Pontifice honorificè exceptus: in Synodo totius Eccleſiæ Gallicanæ nomine, & Regis Chriſtianiſſimi, elegantiſſimè perorauit, Patres expoſcens, vt morbis Eccleſiæ graſſantibus medeamentur: tunc Romæ cum Papam conueniſſet, ipſum vt de grauiſſimis Eccleſiæ rebus conſuleret, ad eiuſdem Synodi concluſionē progreditur. In Gallias rediens, ea quæ Tridenti decreta fuerant obſeruare curauit, & quantum pateretur miſerrima temporum calamitas, Remis Concilium prouinciale conuocauit 1564. Kal. Decemb. VII. 1564. in quo maximè de Cleri reformatione præcipuè actum, de reſidentiâ Paſtorum quam ipſe iuris eſſe diuini aſſeruit, in congregat. X. in vndecimâ verò de Epiſcopo Bellouacenſi, qui hæreſeos partes ſequeretur; primâ autem decreuerat agendum cum Epiſcopis Cameracenſi, Tornacenſi & Attrebatenſi qui iure à Concilio abeſſent, cum Remenſis in totius Galliæ Belgicæ Eccleſiis obtinuiſſet Primatum; varias habes hinc inde ad hos Epiſcopos datas epiſtolas in actis huius Concilij Guiſio Duce fratre fatis functo, non vſque adeò valuit auctoritate apud Regem, nihilominus tamen in Hiſpaniam an. 1568. delegatur à Carolo IX. vt Eliſabetham Maximiliani II. Imper. filiam 1568.

vxorem Regi depoſceret. Multis inſignibus legationibus perfunctus ad varios Europæ Principes, tandem an.
1572. 1572. Romam pergit Gregorij XIII. creationi adfuturus, & cum vtilitati promouendæ ex animo vacaret, ſequenti anno Muſſipontanam Academiam inſtituit: quinetiam Pariſienſem bellorum tempeſtate deficientem reformauit & reſtaurauit. Cum ergo ampliſſimus hic Cardinalis Eccleſiam Remenſem exemplo & verbis inſtruxiſſet, delectu bonorum ſacerdotum, inſtitutione Seminarij & Pœnitentiarij maioris auxiſſet, quinimo Canonicis Remenſibus quatuor mille lib. annui red- B ditus legaſſet aſſignatas in toparchiis Caproſiæ, Dampetræ, & Meudonij prope Lutetiam ad excitandam ipſorum in officio diuino deuotionem & aſſiduitatem, vrbem ædificiis, ornamentis, fontibus, hortis exornaſſet, cum ex Poloniâ Regem aduentantem Henricum ſalutaturus Auenione conueniſſet
1574. 7. Kal. Ianuarias 1574. vltimum diem clauſit: iacet in ſuâ Metropoli retro altare S. Crucis in mauſolæo, quod ipſe ex marmore nigro magnificè ædificauit, & epitaphium ſibi in hæc verba condidit:

DEO OPT. MAX.

CAROLVS *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis* A LOTHARINGIA, ARCHIEPISCOPVS DVX REMENSIS, *Primus Par Franciæ, Sanctæ Apoſtolicæ Sedis Legatus natus, de morte & reſurrectione cogitans viuens ſibi poſuit anno* M. D. LXXIII. *Pontificatus ſui anno* XXXV. *Vixit annos* XLIX. *menſes* X. *dies* VIII. *horas* 8. *Obiit an-*
1574. *no Dom.* M. D. LXXIV. *ſeptimo Calendas Ianuarij. Requieſcat in pace. Amen. Ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti. Expecto donec veniat immutatio mea.*

Caroli Cardinalis cum laude meminerunt præter Ciacconium, Petramellarium, Spondanum, Petrus Ronſardus, Michaël Hoſpitalis, Thuanus, Papirius Maſſonus, Nicolaus Bocherius Theologus Doctor in eius & Franciſci Guyſij Ducis oratione funebri, Hilarion de Coſte ex ordine Minimorum S. Franciſci de Paulâ doctiſſ. ceteríque hiſtorici quos recenſere omiſimus. At verò Scæuola Sanmarthanus lib. III. Elogiorum doctorum illuſtrium, breui quidem, ſed lepidiſſimo A encomio ei parentauit, quod hîc attexere non ingratum videbitur:

SIT hic inter nobiles eruditione viros tam illuſtri Heroi non immeritò reſeruatus locus, quando is à pueritiâ neglectis potentiorum ſtudiis, qui Muſarum fere ſecuri tantùm ea cogitant, quæ inania & caduca ſunt, ad firmiora ſe contulit literarum & ſapientiæ præſidia, quæ nec vllis fortunæ caſibus amitti poſſunt, nec vllâ temporis longinquitate aboleri. Natus erat in Galliâ patre Guiſio Renati Lotharingiæ Ducis filio, maternámque originem ad ipſos Galliæ Reges multiplici cognationis vinculo referebat. Ad hanc itaque ſanguinis claritatem accedente inſuper tantâ indole, dignus à Paulo III. Pontifice Maximo iudicatus eſt, qui trium & viginti annorum adoleſcens in ſacrum Purpuratorum Ordinem allegeretur: nec eo minus ſuſceptâ ſemel ſtudiorum curâ perpetuóq; literarum amore permanſit. Quod ſi per eas licuiſſet occupationes, quibus aſſiduè diſtrictum impeditúmque grauiſſima totius Chriſtiani orbis negotia tenuêre, haberemus profectò non pauca tam rari & excellentis ingenij monumenta, quæ C cum veteribus etiam optimis comparare poſſemus. Commendabat has animi fortunæque dotes & illuſtrabat ſtaturæ quoque dignitas & forma ſummo conueniens Principi, quique omnes eius actiones admirabili ſuauitate condiebat, ſermo elegans & vberrima ſemper dicendi copia. Cum interim Franciſcus frater bellicâ virtute inclytus parem in diuerſo genere laudem quotidie promereretur: vt aulici eius Poëtæ, quos amiciſſimè Carolus fouebat, generoſis illis fratribus non incallidè adulantes, alterum Martis, alterum Mercurij nomine ſubinde cele- D brarent, ac velut humanâ ſorte maiorem diuinis vtrúmque laudibus cumularent. Hæc autem eloquentiæ vis in eo maximè tum elucebat, cum in Conuentibus Chriſtianis de inſtaurando Numinis cultu ex veterum Patrum diſciplinâ diſputaret, aut è ſacro ſuggeſtu, quem inſolito Purpuræ fulgore decorabat, verenda legis diuinæ oracula populo admiranti depromeret. Quibus artibus eam conſequebatur & apud omnes ordines, & apud Reges ipſos tum gratiam, tum auctoritatem, vt quæcumque res occurrebant, gra-

» uioris in Republicâ momenti, ex eius A
» potiſſimum ſententiâ iudicióque tran-
» ſigerentur. Floruit in his ſtudiis ad
» vſque tempus illud, cum Henricus III.
» Carolo fratri ſublato Gallicum Impe-
» rium adeptus eſt; cui ex Poloniâ re-
» deunti cum ipſe Româ quoque reuer-
» tens Lugduni occurriſſet, Auenio-
» némque paulò mox in eius comitatu
» profectus eſſet, in ſæuiſſimam incidit
» febrem, ex quâ decimo ſeptimo poſt-
» quam ægrotare cœperat die, ſub finem
» anni milleſimi quingenteſimi ſeptua-
» geſimi quarti, nondum planè quinqua-
» genarius expirauit. Corpus eius Re-
» mos delatum & in ſepulchro quod ibi B
» ipſe viuens parauerat, addito breui
» elogio conditum eſt. Famam verò
» tanti nominis nullus tumulus, nulla te-
» get vnquam obliuio, non ob familiæ
» modò ſplendorem, celebriúmque tot
» laborum immortalem gloriam; ſed eò
» maximè quod præſtantibus ingenio
» doctrinâque viris benigniſſimum in
» omni vitâ præbuerit ſe fautorem & pa-
» tronum.

Lorraine Gvise. Comme cy-deſſus.

84. LVDOVICVS DE LORRAINE II. Cardinalis Guiſius, Ordinis S. Spiritus Præceptor, Cœnobiarcha Cluniacenſis, S. Dionyſij, Fiſcani, S. C Remigij, Deruenſis, & aliarum Abbatiarum; Franciſco Duce Guiſio Principe Ioinuillæ, Delphinatus Gubernatore, Archiœconomo Franciæ & Cambellano, matre Annâ Ateſtinâ in lucem editus Dampetræ 6. Iulij 1556. ſacro fonte baptiſmi ſuſceptus, à Cardinalibus Guiſio & Ferrariæ ac Renatâ Ducisſâ Ferrariæ eius auiâ, Lud. XII. Francorum Regis filiâ: opimis igitur Galliarum monaſteriis ditato, acceſſit Pontificatus Remenſis dignitas ad quã nominatur viuis exempto Carolo Cardinali à Lotharingiâ patruo, cum D Franciſcus frater iunior optimæ ſpei & indolis Princeps, in Academiâ Remenſi ſtudiis apprimè imbutus, & in eadem cathedrâ ſucceſſor deſignatus
1573. fato raptus fuiſſet ætatis anno 14. 1573. Interim Henricus III. è Poloniâ rediens Dominicâ XIII. Februarij à Ludouico Cardinali Guiſio tunc Epiſco-
1575. po Metenſi patruo inauguratur 1575. Ludouico noſtro Remenſi Antiſtite præſente, necdum ſacris preſbyteratus ordinibus initiato. Paulòpoſt Purpurâ donatus à Gregorio XIII. Pontif.
1578. 1578. Februarij 21. nuſquam tamen titulum aut pileum adeptus, quia Romam non adiit: Exinde prouincialem Synodum celebrauit Remis pallio nondum inſignitus 1583. diſpen- 1583.
ſante Pontifice, vnà cum omnibus prouinciæ ſuæ Suffraganeis, excepto Siluanectenſi. Idem Cardinalis Anglos ſacerdotes profugos, inter quos Guilelmus Alanus poſtea in ſacrum Collegium cooptatus auitæ religionis propugnator, benignè recepit. Cum autem Guiſij Ducis fratris fortunæ Henrico Regi odioſæ addictus, Blœſis ad Comitia Trium Regni Ordinum conueniſſet, & in iis Rex diſſimulandi ſolers, Guiſium ad ea pertraxiſſet, eius iuſſu trucidatus eſt 23. Decemb. 1588. 1588.
Comprehenſo mox Cardinali fratre, cum aliquot Antiſtitibus & Principibus viris, diligenti poſtea conſultatione habitâ, quid de eo faciendum, erat enim maior difficultas vt qui Deo conſecratus, & in Epiſcopali gradu conſtitutus eſſet; vicit eorum ſententia, qui dixerunt, illum è medio tollendum, quod virum ſuperbum & animi impotentem, ex totâ ſtirpe vltorem neminem magis verendum eſſe denunciarent, qui etiam in cuſtodiâ traditus Regi minitabatur. Ludouicus porrò in iis anguſtiis cum Archiepiſcopo Lugdunenſi qui ſecum detinebatur, ambo proximâ nocte precibus ad Deũ, mutuis hortationibus ad conſtantiam, atque etiam ſacramentali confeſſione ad necem proximam animum obfirmauêre: Interea euocatus in obſcura prius monitus vt Domino ſe commendaret, ictibus haſtatum confoſſus die ſequenti occubuit. Eius corpus & fratris calce viuâ conſumptum, oſſa verò cremata, & in ventos ſparſa; quod fuſius recenſent iſtius æui hiſtorici, & apud Thuanum libro 93. Hiſtor. ac Spondanum in Annalibus legere licet.

Lenoncovrt. Comme cy-deuant.

85. PHILIPPVS DE LENONCOVRT, I. Cardinalis tituli S. Onuphrij, Præceptor S. Spiritus, Abbas Reſbacenſis, Deruenſis, Vngiacenſis, Prior Charitatis ad Ligerim, Henrici Comitis de Nanteuil le Haudouin, Valleſij Gubernatoris, & Margaretæ de Broye filius: Roberti Cardinalis nepos fuit, quem in Italiam comitatus adoleſcens, ob nobilitatem generis & corporis dotes eximias maximè in eâ regione floruit; tum in Galliam reuerſus, Eccleſiaſticæ militiæ nomen dedit, reſignatione patrui ampliſſimo-

rum beneficiorum præfecturâ ornatus, mox & Epiſcopus Catalaunenſis factus, poſt Autiſſiodorenſis, ſanctiori Conſilio aggregatur; iis inſtructus muneribus ad ſacrum Collegium ſibi viam parauit; is námque Henrico III. carus eius beneuolentiam promeruit, poſtquam & ad Henricum Nauarræ Regem pro eius ad Catholicam fidem conuerſione deſtinatus, tum ad Sixtum v. Pont. qui eum librorum prohibitorum Indici præpoſuit: At verò ſupremam Rege petente Cardinalatus dignitatem propter merita vltrò ei detulit, in ſacrum Collegium aſſumptus 1586. Kal. Ianuar. 16. Sed cum in publicis regni Comitiis apud Blœſios adfuiſſet, & exortâ hac tempeſtate turbarum factione, Regi fidum ſe præbuiſſet ad vacantem Eccleſiam Remenſem ſublato Cardinali Guiſio euocatur, quam paucis ille annis gubernauit;
1592. Remis defunctus 1592. menſe Decembri, ætatis 65. ſcripto teſtamento, quo quidem præter pias variis locis largitiones, in ſacello gentilitio ſacri lactis Deiparæ in Cathedrali & tumulo Roberti Remorum Antiſtitis ſepeliri mandauit.

Pelleve'. Ecartelé au 1. & 4. de gueules à vne teſte humaine d'argent au poil leué d'or, qui eſt Pelleve'. Au 2. & 3. d'argent ſemé de fleurs de Lis de ſable, qui eſt de Fay.

86. Nicolaus de Pelleve' Card. S. Praxedis Abbas B. Remigij natus xv. Kal. Nouemb. 1518. parentibus Carolo Pelleuæo domino Ioyaci & Helenâ de Fay. Ad ſtudia literarum à puero ſe addicens, proceſſit inde ad Iuriſprudentiam, quam in Vniuerſitate Bituricenſi expoſuit; mox libellorum ſupplicum Magiſter, & ſecretiori conſilio adſcriptus, Henrici II. Regis fauore Ambianenſis Epiſcopus creatur; poſt hæc munera feliciter adminiſtrata, in Scotiam miſſus an. 1569. Nuntij Apoſtolici functus eſt dignitate, quam ei commiſit Paulus IV. Pont. ad extirpanda hæreſis ſemina, & fidem Catholicam in iis locis conſeruandam, quâ ex legatione apud reginam Scotiæ magnam laudem conſequutus eſt. Cum verò in Gallias rediiſſet, ad Tridentinam Synodum iter fecit, comite Cardinali Lotharingo cuius olim familiæ Oeconomus, Franciſci etiam Alençonij Ducis Caroli IX. Regis fratris omnibus negotiis præpoſitus, tandem Ludouici Card. Lotharingi ceſſione Archiepiſcopatum Senonenſem adipiſcitur, vnde tranſlatus ad Remenſem; abſens Purpuram impetrauit Regis gratiâ concedente Pio v. Pontif. 1570. XVI. Cal. Iunij ſub titulo SS. Ioannis & Pauli, deinde Praxedis: idem Romam profectus galerum accipit 1572. 13. Cal. Iulij, tum à Gregorio XIII. fit primicerius congregationis Epiſcoporum & patrocinio regnorum Scotiæ, Hiberniæ, ac Clericorum S. Hieronymi condecoratur; Ibi Pelleuæus fœderatorum vnionis Gallorum plurima negotia tranſegit, & à Curiâ reuerſus Comitiis Pariſienſibus Præſes eligitur 1593. vtpote cuius induſtriæ 1593.
hæc vnionis fabrica imputaretur; quibus peractis & variis vtrínque habitis conditionibus de procurandâ pace, obedientiâ Regi præſtandâ, ac Lutetiæ deditione, omnibus compoſitis vrbem ingreditur Henricus IV. die Martij 22. Tunc ægrotabat Cardinalis auerſo animo Regi infenſus, quem introductum vbi intellexit, eo rumore adeo perculſus eſt, vt nihil deinceps vſque ad obitum loqui auditus fuerit; contigit in palatio Senonenſi Lutetiæ die Sabathi v. Cal. April. 1594. 1594.
corpus in templo Cœleſtinorum depoſitum prout teſtamento edixerat, ab eo menſe Octob. 1598. Remos in maiori baſilicâ tranſlatum tumulo reconditur, infra aram S. Crucis ac cornu epiſtolæ cum ſequenti epitaphio;

Deo Opt. Max.

Ac æternæ memoriæ Nicolai de Pelleve' *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis tituli S. Praxedis,* Archiepiscopi et Dvcis Remensis *Primíque Franciæ Paris: quem cum generis antiquâ nobilitate, animi fortitudo, vita integritas, ſingularis eruditio, pietatíſque & iuſtitiæ ſtudium ad ampliſſimos honores gradatim prouexit; nam primùm in Senatorum ſupremæ Pariſienſis Curiæ ordinem adſcriptus, dein ſupplicum libellorum in aulâ Regiâ Magiſter eligitur: mox Ambianenſis factus Epiſcopus in ſanctius Regis Conſilium adoptatus, in Scotiam pro reſtituendâ Religione Catholicâ à ſummo Pontifice, & à Franciſco II. Franciæ & Scotiæ Rege cum ampliſſimâ poteſtate mittitur: in regnum Galliæ reuerſus, fit Archiepiſcopus Senonenſis, & in ſacram Tridentinam Synodum proficiſcitur, vnde rediens, cum Rex Carolus IX. longè à Lutetiâ occupatus abeſſet, Sanctiori Regis Conſilio Lutetiæ conſtituto cum auctoritate Procancellarij præficitur, quo in munere Regi & regno vtilem operam nauauit. Tandem à Pio v. ſummo Pontifice Sancta*

Romanæ Eccleſiæ Cardinalis creatur, qui
dignitati ne deeſſet Romam profectus, mul-
tos ibi annos grauioribus Eccleſiæ negotiis
incubuit; ſed dum ciuili tempeſtate Remen-
ſis hac Eccleſia ſuo Paſtore orbata fuiſſet,
ſenis huius fidei tam proſperè committitur,
cuius muneris exequendi ſtudio cum in
Galliam remeaſſet, plenus dierum ac in
ſpem melioris vitæ erectus, altero poſt anno
ex hac mortalitate diſceſſit die XXVI. *men-*
1594. *ſis Martij, an. ſal.* M. D. XCIV. *ætatis*
verò ſuæ LXXVII. *Anima eius demore-*
tur in bonis.

DV BEC. Fuſelé d'argent & de gueulles.

87. PHILIPPVS DV BEC II.
Ordinis S. Spiritus Præceptor, Magi-
ſter Capellæ Regiæ ac muſicæ, Co-
mes Conſiſtorianus, Carolo de Becco
domino de Bourry & de Vardes na-
tus ex vxore Margaretâ de Beauuil-
liers: Archiepiſcopatum adipiſcitur
Henrici IV. beneficio cuius partibus
fideliter adhæſit, cum enim eſſet vir
doctus, linguarum peritus, & infulâ
Epiſcopali dignus, ex Decano S. Mau-
ricij Andegauenſis ad Vennetenſem
Cathedram in Aremoricâ aſcendit,
ceſſione Sebaſtiani de l'Aubeſpine
1559. quo nomine adfuit Concilio
Tridentino: deinde ad Nannetenſem
tranſlatus, tandémque ad Remenſem
1594. Metropolim 1594. eam circiter annis
decem optimè adminiſtrauit. Ad me-
1605. liorem vitam migrat 1605. humatus
infra altare ſanctæ Crucis iuxta Car-
dinales Lotharingium & Pelleueum:
Nepotem is habuit ex fratre Carolo,
Ioannem Epiſcopum Maclouienſem
& Abbatem Mortuimaris, de quo age-
tur ſuo loco.

LORRAINE GVISE. Comme cy-deſſus.

88. LVDOVICVS DE LORRAI-
NE III. Cardinalis Guiſius, Henrici
Guiſiæ Ducis ac Caproſiæ, Principis
Ioinuillæ & Catharinæ Cliuienſis Co-
mitiſſæ de Augo filius, ſuperiorîſque
Ludouici nepos, naſcitur 1582. Augu-
ſti 11. factus à teneris annis multarum
Abbatiarum Commendatarius nempè
S. Dyoniſij, Cluniaci, B. Remigij,
Corbeiæ, Vrſicampi, Derui, Caroli-
loci, denique S. Vrbani: antequam ve-
rò ad ampliorem dignitatem promo-
uendus eſſet, Rex Ludouicus XIII. in
1610. ſuâ Metropoli inauguratur 1610. à
Franciſco Cardinali de Ioyoſâ; ſub eius
quoque regimine Collegium Soc. Ie-
ſu inſtituitur 18. Octob. 1608. à Nico-
lao Brulario Abbate Vallisregiæ. tan-
dem Paulus V, Pont. in ſextâ promo-
tione eum Cardinalem creauit 2. De-
cemb. 1615 inſuper Protectoris Gal- 1615.
liæ titulo condecoratus licet Romam
non adierit; ſuperiori anno Comitiis
generalibus regni Pariſienſibus adfue-
rat; & menſe Decemb. 1620. cliente- 1620.
læ ſacramentum Ludouico XIII. pro-
fitetur: at morbo correptus ſpiritum
emiſit Mediolani Santonum 1621. die 1621.
Lunæ 21. Iunij, non conſecratus Ar-
chipræſul, ſed tantùm Subdiaconus,
tempore obſidionis S. Ioannis Ange-
liacenſis; corpus delatum ad Cathe-
dralem Beatæ Mariæ in tumulo propa-
trui Caroli Cardinalis ſepulcro do-
natur.

SAINTE MARIE. D'azur à dix be ans d'argent, 4. 3. 2. 1.

89. GABRIEL DE SAINTE MA-
RIE, aliàs GVILELMVS DE GIF-
FORD, natione Anglus, cuius maio-
res olim è Galliâ oriundi, natus anno
1554. primis literarum rudimentis ac
Philoſophiæ operam dedit in ſcholâ
Louanienſi, poſtea Theologicis ſtudiis
Lutetiæ in almâ facultate Sorbonicâ
incubuit; quibus egregiè inſtructus
Romam profectus, vbi Alanum Car-
dinalem patriâ quoque Anglum ma-
gni nominis Theologum familiariter
inuiſens ſæpiſſimè, cum eo arcana plu-
rima ſcientiarum penitus imbibit. Ex-
inde relictâ Româ Mediolanum di-
uertit, Cathedralis Eccleſiæ renuntia-
tus Theologus à S. Carolo Card. Bor-
romæo huius ciuitatis Archiepiſcopo,
quo in munere aſſiduus eum in viſi-
tandâ diœceſi comitatur; tandem ve-
rò à Papâ Clemente VIII. euocatus in
Angliam migrauit, ad Iacobum Ma-
gnæ Britanniæ Regem delegatus pro
negotio religionis. Ille autem tran-
quillioris vitæ cupidus, cum in Bel-
gio Eccleſiaſticâ dignitate fuiſſet co-
honeſtatus, religionem profitetur in
Abbatiâ S. Remigij Remenſis, quo
quidem in Ordine, tum in Belgio, Bri-
tanniâ, Lotharingiâ, Pictauio, Remis,
tum in Regiâ Lutetiâ multis concioni-
bus ad populum habitis, & in diſſe-
rendo de rebus Fidei controuerſis di-
rimendis aduerſus ſectarios ſummope-
rè inclaruit, rémque Catholicam mul-
tùm promouit. Quod cum Ludouico
Cardinali Guiſio deceſſori ſuo innotu-
iſſet, illum Suffraganeum Remen-
ſem ſub titulo Epiſcopi Archidaliæ
aſſumpſit, póſtque obitum eius à Lu-
douico XIII. nominatur ad Archiepi-
ſcopatum circa an. 1622. quo tempo- 1622.
re expugnata ciuitas Montpeſſulana.

Diœceſim ſummâ curâ & vigilantia A viſitauit, in eóque munere boni Paſtoris vices obiens, eloquentiâ & concionibus ad populum habendis inſignis, magníque nominis Theologus claruit. Tandem conſumpto feliciter ferè ſeptuaginta quinque annorum
1629. curſu animam emiſit anno 1629. honorifico elogio funebri commendatus ab erudito Gulielmo Marloto Doctore Theologo, Diui Nicaſij Remenſis magno Priore.

LORRAINE GVISE. Comme cy-deſſus.

90. HENRICVS DE LORRAINE I. Caroli Guiſij Ducis Franciæ Paris Principis Ioinuillæ, Comitis Au- B genſis, Caſtri Rainardi ſupremi domini, Gallo-Prouinciæ Proregis, ex Henrietâ Catharinâ Duciſsâ Ioyoſæ claro loco fœminâ ſecundus filius, natus Lutetiæ 4. Aprilis M. DC. XIV. leuatus è fonte ſacro 1615. menſe Iulio ab Henrico Duce Lotharingiæ & Aloyſiâ Lotharenâ vxore Franciſci Borbonij Principis de Conty. Ludouico autem Cardinali patruo tam in regimine Archiepiſcopatus, quàm opulentiſſimarum Abbatiarum præfecturâ ſucceſſor datur, S. Dionyſij prope Lutetiam, S Remigij Remenſis, B. Nicaſij, S. Petri Corbeienſis, S. Trinitatis Fiſcanenſis, C S Michaëlis de Monte, Deruenſis, d'Eſchambon, S. Martini Pontiſarenſis & Vrſicampi: creatur porrò Archie-
1629. piſcopus per acceſſum an. 1629. ab Vrbano VIII. Pont. Maximo, defuncto Gabriele, ſed non conſecratus Pontificatui renuntiauit an. 1641.

D'ESTAMPES. D'azur à deux Girôs d'or, mis en cheuron; au chef d'argent, chargé de trois couronnes ducales de gueules.

91. LEONORIVS D'ESTAMPES DE VALANÇAY, Abbas & Baro S. Petri Burgulienſis in Andibus, B. Mariæ de Campaniâ, S. Martini Pontiſarenſis ad Vionam, Curiæ-dei, de Peliciâ & Spali apud Cœnomanos, Regi à Sanctioribus conſiliis, frater Achillis ſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardi- D nalis, parentibus ortus Ioanne d'Eſtampes domino de Valançay Equite Torquato S. Spiritus, & Sarra de Haplaincourt 6. Februarij 1589. Primùm quidem à Lud. XIII. nominatus Carnotenſis Epiſcopus mortuo Philippo Huralto conſanguineo, conſecratur Lutetiæ in Eccleſiâ S. Ioſephi Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum M. DC. XXI. ab Henrico Cardinali Gundio Pariſienſi Antiſtite, vnctioni operantibus Franciſco Pericard Abrincenſi & Iacobo Camus de Pontcarré Sagienſi Epiſcopis. Intereſt Cœtui generali Cleri Gallicani an. 1626. in quo orationem habuit ad eumdem Regem Chriſtianiſſ. die 13. Febr. adſtantibus Cardinalibus Armando Ioanne Duce Richelio, & Ludouico de Nogaret de la Valette. Poſt etiam Conuentui Notabiliû Pariſienſi 1627. & Comitiis Cleri Meduntenſis adfuit in ſuâ diœceſi 1641. Cum verò Epiſcopatû Carnotenſem circiter annos 21. adminiſtraſſet, Henrico Lotharingo, patri in Guiſiæ Ducatu ſuccedente, & ab Eccleſiaſticâ militiâ ad ſæcularem per connubium tranſeunte, promotus eſt 1641.
Leonorius ad hunc Archiepiſcopatum Remenſem regiâ ſchedulâ 18. Nouembr. 1641 Dominica 29. Martij 1643. pallium à Sede Apoſtolicâ excepit in Cathedrali Sueſſionenſi à Si- 1643.
mone le Gras Antiſtite, Suffraganeorum prouinciæ Remenſis Decano; ac primâ die Aprilis ſolito more perſonaliter poſſeſſionem adeptus eſt. Mox epiſtolâ Synodicâ 1644. Martij 16. E- 1644.
piſcopos prouinciæ ſuæ ad Concilium conuocauit, indicto conuentu die 1. Octobris eiuſdem anni, qui tamen diœceſis bono valdè peropportunus, omnibus ritè ordinatis mandato Regis Lud. XIV. Adeodati dilatus eſt; Sequenti anno Metropolis ſuæ viſitationi incumbens, ſolemnem ingreſſum fecit Sedani 14. Aug. in quâ vrbe à Catholicis ſummâ alacritate exceptus, die feſto Aſſumptionis Deiparæ Virginis ſacra peregit ſacrificia in Pontificalibus, cum à ſexaginta tribus annis nullus Archiepiſcoporum ibi adfuiſſet. Metropolitani auctoritate fungens Catholicam religionem in eo Principatu hæreticis refertam, necnon in ſupremâ iuriſdictione toparchiarum de Raucourt & de S. Mange; Eccleſiaſticis bona ac beneficia reddi curauit, quæ dominio temporali ſectariorum multis ab hinc annis erant adiuncta; Rectores quoque parochiarum in hoc territorio à beneficiis eiectos reſtituit; Conuentus Segregum à quindecim Eccleſiis expulit, & communitatem cœmeteriorum eis ademit virtute regij diplomatis 12. Iulij 1645. Ibi quo- 1645.
que erexit ac dotauit domum miſſionis ſex presbyterorum octingentis libris annui redditus, pro facto concionature tempore Aduentus & Quadrageſimæ. Anno verò 1646. Nouem- 1646.
bris 13. documentum edi curauit, quo

integritas corporis Diui Remigij teſtificata confirmatur, vetúſq; capſa reliquiarum eiuſdem Sancti, iam inde à temporibus Hincmari confecta mandato Præſulis Leonorij aperitur 20. Septemb. ac poſtea ſupplici ad Deum indictâ proceſſione Dominicâ 21. Aug.
1650. 1650. hæc aurificij fabrica elegantiſſimè elaborata in argenteam reconditur; eâ de re libellum edidit Guil. Marlotus, qui ſuum quoque opus de ſacro Regum Francorum Leonorio dicauit. Ceterùm captandi aëris causâ ob inualetudinem ſeceſſit in cœnobium Burgulienſe vbi 14. Sept. 1649. benedixit Catharinam Tremolliam Abbatiſſam S. Crucis Pictauienſis. Demum Comitiis generalibus Gallicanis an. 1650. à ſacro Ordine Cleri Præſes nominatus hoc in munere ante Regem Lud. xiv. non ſemel perorauit. Quibus Comitiis Pariſienſibus nondum finitis, morbi grauitudine preſſus Lutetiæ animam exhalauit Sabatho ſancto
1651. die viii. Aprilis an. 1651. cum annum ageret ſexageſimum tertium; ipſo die ſolemni Paſchæ, eius corpus delatum ad Eccleſiam Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum, ſepelitur in cryptâ capellæ S. Iacobi, domui Valanceiorum conceſsâ, pro humandis corporibus, cor autem deponitur in Abbatiâ Burgulienſi. Clerus Galliarum, ſolemnes exequias ipſi apud Auguſtinianos indixit, in quibus laudatus à Georgio d'Aubuſſon Archiepiſcopo & Principe Ebredunenſi, qui poſt ipſum Comitiis præfuit. At multi præluxêre in ſacro Ordine Pontifices ex Leonorij familiâ, videlicet Ioannes de Stampis Carcaſſonenſis, Guilelmus Condomienſis, Ioannes Niuernenſis, & Achilles Cardinalis tituli S. Adriani ab Vrbano viii. Papâ Purpurâ donatus, Pontificij exercitus Generalis.

A Iuſtus ad B. Remigij Archicœnobium, & S. Ragniberti Abbatiam nominauit, non tantùm ob generis ſplendorem, & ſanguinis coniunctionem, cum Sabaudorum Ducum proſapia multiplici cognationis vinculo Regiæ Gallorum deuincta ſit, ſed maximè quia præclaræ omnino indolis & ad pietatem enatæ ſpecimina in iuuene Principe elucebant. Humanioribus ergo literis in Collegio Soc. Ieſu imbutus, ad Philoſophiæ, indéque ad diuiniotis ſcientiæ ſtudia ſe fœliciſſimè contulit; ita vt etiam publicâ theſium propugnatione, ingenij monimenta perB hiberet; tum viuis exempto Leonotio deceſſore, ipſum Rex Ludouicus xiv. dignum cenſuit an. 1651. infulis digniſſimorum illorum Antiſtitum, qui Clodouæum aquâ luſtrali ſanctificarunt, & eius poſteros oleo Regio conſecrarunt, quod ipſum ſperat & optat mox implendum ab Henrico Gallia, erga Ludouicum xiv. Multis ab hinc annis pluribus eiſque clariſſimis huiuſce familiæ viris Principibus & Præſulibus, nobilitata eſt Eccleſia præcipuè Gallicana, nam præter Amedeum viii. primum Sabaudiæ Ducem à quo Henricus ſtirpe maſculinâ or-C tum ducit, qui dum ſchiſmate Eccleſia laboraret electus eſt Pſeudo-Pontifex vocatus Felix v. quam tamen poſtea dignitatem abdicauit, vt Eccleſiaſticæ paci conſuleret, alios Gallia obtinuit Præſules celeberrimos, quatuor enim fratres Philippus Lugdunenſis, Guilelmus Valentinenſis, Amedeus Maurianenſis, Bonifacius denique Cantuarienſis in Angliâ Pontificatum tenuêre; tum Petrus Archipræſul Lugdunenſis ex ramo Principum Pedemontanorum, Amedeus alter Mautianenſis, Thomas Auguſtæ Taurinorum, Petrus, Ioan. Ludouicus, Ioan. Fran-D ciſcus Gebennenſes, Franciſcus Archiepiſcopus Auſcitanus, denique Eduardus & Mauricius Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinales.

92. Henricvs de Savoye ii. Dux Remenſis primus Franciæ Par, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus natus, Aumaliæ Dux, Marchio de Saint Sorlin; ex illuſtriſſimâ & vetuſtiſſimâ Sabaudiæ Ducum familiâ ortus, Henrici Nemoroſij ac Gebennenſium Ducis, & Annæ à Lotharingiâ Aumaliæ Duciſsâ quartus filius, quo nomine Cardinalibus Lotharenis in Cathedrâ Remenſi clariſſimis anteceſſoribus ſanguine propinquus eſt. Ad Eccleſiæ ſtatum deſtinatus, ipſum Ludouicus

Savoye Nemovrs. Ecartelé au 1. grand cartier, contr'écartelé au 1 d'argent à la croix potencée & cantonée de 4. croiſettes d'or pour enquerir, qui eſt Ierusalem. Au 2. burellé d'argent & d'azur de 10. pieces au Lion de guculles couronné & armé d'or, lampaſsé d'azur à la queuë fourchue & paſsée en ſautoir, brochant ſur le tout, qui eſt Cypre. Au 2. & 3. d'or au Lion de gueulles armé d'azur, qui eſt Armenie. Au 4. d'argent au Lion de gueulles, à la queue double paſsée en ſautoir, couronné & armé d'or lampaſsé d'azur, qui eſt Luxembourg. Au 2. grand cartier de gueulles au cheual gay contourné, debride d'argét, qui eſt Vestphalie, party de Saxe moderne, faſſé d'or & de ſable de ſix pieces au Cancerlin ou Couronne de ſinople pery en bande brochante ſur le tout, enté en forme de triangle d'argét à trois bouterolles de gueulles, 2. 1. qui eſt Angrie. Au 3 grand cartier d'argét, au Lion de ſable l'eſcu ſemé de billettes de meſme, qui eſt Chablais, party de ſable au Lion d'argent, armé & lampaſſe de gueulles, qui eſt d'Aouste. Au 4. cinq poincts d'echiquier d'or équipollez à quatre poincts d'azur, qui eſt Geneve, party d'argent au chef de gueulles, qui eſt Montferrat. Sur le tout de gueulles à la Croix pleine d'argent à la bordure engreſlée d'azur, qui eſt Savoye Nemovrs.

Præpositi

PRÆPOSITI ECCLESIÆ REMENSIS.

PRÆPOSITVS inter Capituli Remenſis dignitates primarium locum obtinet, Archidiaconi quidem proprer muneris præſtantiam & anriquitatis prærogatiuam præcedunt in choro, ſunt enim oculi Epiſcoporum, vt habet Iſidorus Peluſiota; & in vetuſtioribus chartis anre B omnes omnino & immediatè poſt Archiepiſcopum ſubſcripſiſſe noſcunrur. At Præpoſitus in Capirulo primas tenet, omnibus præeſt, proponit quæ agenda ſunt, & antiquitus, vt nunc etiam fit, mandata, ſeu ſcedulæ à Capitulo profectæ, ſic præfigebanrur: Præpoſirus, Decanus, Cantor, cæteriq; Eccleſiæ Remenſis Canonici. Quod ad originem ſpectat, Præpoſiti nomen militaris officij fuiſſe ſub Imperatoribus adnotauit Rhenanus, vnde in libro, qui Notitia Occidentis inſcribitur, leguntur Præpoſiti Theſaurorum. C Chriſtiani verò, veteres Epiſcopos eodem nomine indigetarunt, Apoſtolum imitati ad Hebræos vltimo: obedite Præpoſitis veſtris, vt videre eſt apud Cyprianum epiſt. 3. & 4. idem nomen frequenter vſurpatum apud Regulares, Auguſtin. epiſt. 109. Gregorius Turonenſis de gloriâ Confeſſor. cap. 80. D. Benedictus in regulâ cap. 65. Flodoardus Præpoſiti Orbacenſis monaſterij meminit lib. 3. Petrus Cellenſis epiſt. 20. lib. 5. & Canonici Eccleſiarum Cathedralium ex quo Præpoſiti dignitas claruit, conſtantius eam tenuerunt, & inſigni prærogatiuâ co-D honeſtarunt, cuius initium non perinde ſe habet apud omnes, fortè in Galliam ex decreto Concilij Remenſis
813. an. 813. fluxit, quo ſancitum eſt, vt Præpoſiti & Vicedomini ſecundum regulas, & canones conſtituanrur. Præcipuum munus ex capite 50. Concilij Moguntini colligitur, vbi tria officiariorum genera diſtinguit, qui curam bonorum Eccleſiaſticorum gerebant, inter quos Præpoſitus eminet, tanquam legitimus Capirulorum œconomus, qui Clericis neceſſaria ſubminiſtrabat, cum inter eos omnia eſſent commu-

A nia. Hinc Vrbanus II. in epiſtolâ ad Præpoſitum S. Iuliani Taurinenſis refert canones Calcedonenſis, & probat nomine Procuratoris comprehendi Vicedominos, Præpoſiros, & Oeconomos: Gloſsâ ad caput illud Vrbani, verbo Præpoſitum, nomen generale eſſe contendit, & ſubdit: Præpoſiri, & Oeconomi nomina eſſe diuerſa, ſed eiuſdem ſignificati: Epiſcopi ſibi Vicedominos delegerunt, at Capitula primò Oeconomos, poſt hæc Præpoſitos; de Oeconomo Eccleſiæ Remenſis ſub B. Rigoberto, Flodard. lib. 2. cap. 9. Igitur cum Oeconomi & Præpoſiri munus idem ſit, vel in Oeconomi locum Præpoſirus ſucceſſerit, ſatis innoteſcit, proprer quid inſtitutus fuerit: illius erat habere curam victus & veſtitus Clericorum, contractus conficere & alia id genus, quæ habentur in Indiculo Miniſtrorum Eccleſiæ Remenſis confecto ab Ebone Archiepiſcopo, cuius extat exemplar ad calcem Flodoardi. Præpoſitum decet cura interior, ac exterior in rebus, & familiâ ſaluandis, atque ſecundùm Deum gubernandis, ſummâ cum intentione & pietate & beneuolentiâ: ibi etiam C conſiſtit omnis nutriendi induſtria, cuncta proficua ingenia laborandi in agris, in vineis, in ſiluis, in hortis, in diuerſis emptionum generibus, proinde procurandis. Inſuper & de qualitate neceſſariâ ædificiorum, ſiue quantitate: Interior verò ſollicirudo eius eſſe debet, diſpenſatio fratrum publica, honeſtè diſpoſita in victu & potu, ſiue omni ſubſidio corporali: Hoc peculiare munus in Eccleſiis Cathedralibus exoleuit, ex quo Canonici ſimul panem frangere, ac intra ſepta eiuſdem clauſtri degere ſub vno moderatore ceſſauerunt: dignitas tamen D Præpoſiti manſit, vigétque cum ſummo ſplendore, & omnium prima eſt in Eccleſiis Remenſi, Cameracenſi, & Sueſſionenſi, vt olim in Senonenſi, & Autiſſiodorenſi, cuius partes ſunt præſidere in Capitulo, Canonicos adunare cum opus eſt, & inprimis incumbere, vt priuilegia ſarta tecta permaneant; Hinc fit, vt in iucundo aduentu Archiepiſcopi Remenſis cum hominium facit, non ambas iungit manus, vt cæteræ dignitates, ſed ſiniſtram duntaxat pauliſper ante pectus eleuat, dexterâ reſeruatâ pro tuitione iurium Capituli. Porrò Præpoſirorum Remenſium

hæc eſt ſeries, quam nobis ex ſchedis A
manuſcriptis communicauit ſupra laudatus Guilelmus Marlotus.

Baruch, qui B. Martyri Nicaſio ſucceſſit in ſede Archiepiſcopali, Præpoſitus nominatur à Coluenerio in notis ad Flod. ſed vnde hauſerit non conſtat; veriſimile eſt Oeconomos incepiſſe ſub diuo Rigoberto, cum menſam Canonicorum inſtituit, vt eſt apud Flod. ac Præpoſiti nomen apud nos inaudi-
813. tum ante Concilium Remenſe anno
813.

Rodoardus, primus eſt omnium qui hactenus reperiri potuere, & colligi- B
tur ex epiſtolâ Hincmari apud Flod. lib. 3. cap. 28. quæ ſic incipit: Rodoardo Præpoſito, & cæteris fratribus
850. Canonicis Eccleſiæ Remenſis anno
850.

Giſloldus vixit ſub præfato Archiepiſcopo, ex eodem auctore; Giſlodo Canonicorum Præpoſito pro facultatibus ſibi commiſſis & inde vſurpatis: obiit
860. 7. Calend. Nouembris ex necrologio
860.

Theodacer, adhuc nominatur apud Flod. cap. 28. lib. 3. ex quo inferri poſſet plures fuiſſe Præpoſitos in Eccleſiâ C
Remenſi; vt olim in Carnutenſi, vbi quatuor erant ſecundùm Iuonem propter quadripartitum Canonicorum numerum, ſed probabilius eſt Præpoſitum noſtrum pluribus Decanis præfuiſſe,
» ex indiculo Ebonis: cuius prudentiſſi-
» ma circumſpectio (ſcilicet Præpoſiti)
» Decanis ſibi ſuppoſitis inuigilare de-
» ber, ne vnus quidem à maximo vſque
» ad minimum, abſque eius conſcientiâ
» vnius diei ſpatio nequaquam ab offi-
» cio ſuo deſit.

Teuto, vel *Tendo*, legitur in epiſtolâ excuſatoriâ Cleri Remenſis poſt electionem Fulconis tomo 11. Concil. D
883. Galliæ an. 883.

Balduinus 1. floruit an. 900. vt nota-
900. tur in necrologio Remenſi.

Odalricus 1. nominatur à Coluenerio in notis ad Flod. hic ſucceſſit Ar-
962. taldo in Archiepiſcopatu circa an. D. CCCC. LXII.

Leudo, in conuentione de villâ Virtutis, inter Heribertum Comitem & Canonicos Remenſes tempore Adalberonis Archiepiſcopi, quæ habetur
980. in appendice ad Flodoardum anno
980.

Harduinus, ſubſcripſit priuilegio Vidonis Archiepiſcopi, pro vnione altaris S. Stephani cum monaſterio B. Pe- 1036.
tri ad moniales 1036.

Albricus, in collatione altaris de Cruny, ſub eodem Antiſtite: deceſſit 9. 1040.
Calend. Maij 1040.

Odelricus 11. vir inſignis pietate & doctrinâ, legitur in cartulario Igniacenſi 1051. in fundatione S. Dionyſij 1051.
Remenſis 1067. in priuilegio Philippi primi pro monaſterio Corbolienſi an.
1071. atque necrologio IX. Cal. Februa- 1071.
rij, vbi ſic habetur: Oldericus Præ- »
poſitus, & Leuita, dedit allodium de »
Munitionibus & allodium de Curto »
Salonis; ſuper eius ſepulturâ diſtribui »
debent duo ſextarij ſiliginis in pane, »
& vnus modius vini quotannis, mori- »
tur 1075. leguntur in obituario ſine iu- 1075.
dictione temporis Præpoſiti, Ragenerius, Herordus 15. Kal. Decemb. Rainus V. Cal. April. & Farmericus.

Manaſſes ſubſcripſit donationi altaris d'Athie, factæ monaſterio S. Baſoli per Manaſſem 1. Archiepiſcopum an.
1076. recenſetur etiam in cartulario 1076.
Nicaſiano 1089. & 1090. hic manuſcriptis pluribus ditauit bibliothecam Re- 1089.
menſem, vbi pariter Theſaurarius eiuſdem Eccleſiæ nominatur, quam dignitatem Rodulfo Viridi ſimul cum Præpoſiturâ reſignauit, factus Archiepiſcopus 1095.

Rodulfus Viridis in tabulario Remigiano & S. Nicaſij an. 1096. 1100. 1103. VIRIDIS.
1106. ad eum ſcripſit B. Bruno ex Calabriâ in Cartuſiâ, eum ad ſe inuitans, 1096.
& de propoſito relinquendi ſeculi iam 1106.
ante concepto memoriam refricans, poſtea creatus Archipræſul.

Ebalus in priuilegio Rodulfi Antiſtitis pro cœnobiarchis B. Nicaſij 1119. 1119.
& eodem anno in tabulâ S. Symphoriani.

Fredericus enuntiatur in chartis Sanctorum Remigij & Timothei Remen- 1120.
ſis 1120. & 1123. in ſententiâ Rodulphi Metropolitani pro controuerſiâ inter
monachos S. Præiecti & Cluniacen- 1123.
ſes.

Drogo memoratur 1144. pro iuſtitiâ
S. Leodegarij, & 1176. obiit in necro- 1144.
logio 6. Id. Nouemb. 1178.

Fulco, frater Mariæ Sanctimonialis Fontebraldenſis, in cœnobio de Lon-

1178. gueau, vixit 1178. quo anno defunctus
ſcribitur in tabularij Fontebraldenſis
cartâ pro donarione quam fecerat Mo-
naſterio Longæaquæ à Guilelmo Ar-
1176. chiepiſcopo Remenſi confirmarâ per
manum Alexandri Cancellarij Eccle-
ſiæ.

Hugo I. legitur in priuilegio pro clau-
1181. ſurâ Monaſterij S. Nicaſij an. 1181.

1188. *Blehardus* clarnit an. 1188. de eo obi-
tuarium 8. Idus Febr. hæc habet : per
„ hunc habet hoſpitale Remenſis Eccle-
„ ſiæ altare de Ecreio, de cuius prouen-
„ tibus idem hoſpitale debet in ſuo an-
„ niuerſario date centum ſolidos Cleri-
„ cis chori noſtri, & centum ſolidos pro
„ refectione noſtrâ, item date tredecim
„ tunicas totidem pauperibus.

1194. *Balduinus* II. an. 1194. 1197. 1201. &
1206. poſtulatus fuerat in Archiepiſco-
1206. pum, ſed non obtinuit defunctus II.
Idus Septemb. ex obituario S. Timo-
thei, iacet in clauſtro Igniacenſi. Sub
eo Decanatum gerebat Leo an. dom.
1191. & 1202.

NANTVEIL CHASTILLON. Comme cy-deuant, au canton dextre du chef vn lyon paſſant de gueulles pour briſure.

Milo de Nantueil I. filius Galcheri
Caſtilionenſis & Eluidæ Dominæ de
Nantueil, Præpoſitus item de Roſoy,
ſul ſcripſit chartæ Theſauri Regij an.
1207. & priuilegio Canonicorum ſan-
ctæ Nutricis an. 1210. Vide Quercera-
num in hiſtor. Genealog. eiuſdem fa-
miliæ, & Vincentium Bellouacenſem
qui eum nominat virum pium ac de-
1210. uotum: poſtea fit Epiſcopus & Comes
Bellouacenſis.

1218. *Balduinus* III. vixit an. 1218. & legi-
tur in necrologio S. Timothei III.
Cal. Februarij: humatus prope Capi-
tulum Igniacenſe cum precedente Bal-
duino.

BEAVMES.

Thomas de Beaumés I. in cartulario
Nicaſiano memoratur, fitque Archie-
piſcopus poſt Iuhellum de Meduanâ.

Hugo Rubeus II. eximitur ab actuali
reſidentiâ per bullam Innocentij IV.
1245. cuius Capellanus erat an. 1245.

Henricus I. ſubſcripſit cuidam do-
nationi pro hoſpitali S. Anthonij Re-
1262. menſis, & in cartulario maioris hoſpi-
talis an. 1262.

NANTVEIL.

Philippus de Nantueil I. in cartulario
S. Nicaſij an. 1270.

Hugo III. enuntiatur in chartis eiuſ-

A dem Abbatiæ pro decimis Eccleſiæ 1274.
S. Sixti 1274.

R... Præpoſitus memoratur in con-
uentione factâ inter Capitulum Re- 1290.
menſe & religioſos B. Nicaſij 1290.

Ioannes de Soiſſons I. Decanus item
Laudunenſis, legitur in actis fundatio- SOISSONS.
nis Cardinalis S. Ciricij 1312. & execu- 1312.
tor teſtamenti Ioannæ Drocenſis Co-
mitiſſæ de Roceio cum Epiſcopo Sueſ- 1324.
ſionenſi 1. Oct. 1324.

Stephanus de Courtenay Roberti Ar-
chiepiſcopi nepos ex fratre Ioanne do- COVRTENAY.
B mino de Champignelles, mater ei fuit Comme cy-deſſus.
Ioanna de Sancerra; ex Canonico eli-
gitur Præpoſitus & nominatur in ſo-
cietate quam conuentus S. Nicaſij con-
traxit cum Capitulo Remenſi an. 1331. 1331.
viuebat adhuc 1349. frater Roberti
domini de Bailleul Canonici Remen-
ſis Inſulæ Præpoſiti.

Reginaldus de Remis cuius memoria DE REMIS.
extat in compoſitione factâ inter Ca-
pitulum Remenſe, & Abbatem ac re-
ligioſos S. Nicaſij, pro modo proce-
dendi in ſupplicatione ſancti Sacra-
menti.

C *Milo de Dormans* II. legitur in car-
tulario Nicaſiano 1368. poſtea Epiſco- DE DORMANS.
pus Bajocenſis, Bellouacenſis, & Can- D'azur à 3. teſtes de Leopârd d'or lampaſſées de gueulles.
cellarius Franciæ.

Nicolaus de Turribus I. nominatur in
regeſto veteri 1357. & in teſtamento
Archiepiſcopi Richardi de Biſontio
1389. DE TVRRIBVS.

Thomas de Alneto II. colligitur illius
nomen ex actis Capitularibus Eccle- DE ALNETO.
ſiæ Remenſis 1403. & in Capitulis pro-
uincialibus Pariſiis conuocatis 1412. 1412.

Ioannes Raimond II. Vicarius genera- RAIMOND.
D lis Reginaldi de Carnoto Archiepiſco-
pi, vixit annis 1417. & 1442. ex actis 1442.
Capitularibus.

Iacobus de Caluomonte claruit an. 1443. CHAVMONT.

Iuo Gruyau præfuit Capitulo Remenſi
an. 1445. GRVYAV.

Petrus de Longueil I. Præpoſitus &
Paſtor Sancti Petri veteris in vrbe, Ar- LONGVEIL.
chidiaconus Laudunenſis, Senator Pa- D'azur a 3. roſes d'argêt au chef d'or chargé de 3. roſes de gueulles.
riſienſis, obiit VIII. Ianuarij an. 1464.
iacet prope ſcholam Iuris in clauſtro
Remenſi cum hoc epitaphio.

Extitit effectus merito in laude ſuorum
-----Præpoſitus fuit intus,

A *Archidiaconus Lugdunenſis Canonicúſq; Conſiliariúſque deffuncti tempore Regis, M. C. quater L. iunge, ſimul XI. quatuor addas.*

LONGVEIL. *Philippus de Longueil* II. ſedit an. 1466.

GOLDIN. *Helias de Coldin* Ludouico XI. Regi à Conſiliis 1470. obiit 1482.

GEOFFROY. *Henricus Geoffroy* II. vixit an. 1483. ex archiuis Eccleſiæ.

BOVRGOVIN. *Ioannes Bourgouin* III. ſedit 1496.

BRIÇONNET. Comme cy-deſſus. *Ioannes Briçonnet* IV. Prępoſitus 1497. B poſtea Epiſcopus Lodouenſis.

ROTARIIS. *Opicarus de Rothariis* adfuit conuentui Lugdunenſi ſub Ludouico XII. Re-
1510. ge an. 1510.

GRANDROVX. *Oudardus Grandroux* fato functus die IX. Maij an. 1541.

PINEAV. *Petrus Pineau* II. vixiſſe memotatur in archiuis Capitularibus 1543.

SAILLI. *Ioannes de Sailli* V. obiit 14. Iulij an. 1565.

COVSIN. *Nicolaus Couſin* II. ſedit an. 1568.

RICHER. *Ægidius Richer* vixit an. 1568. C

DE PILLE. *Ioannes de Pille* VI. Amanuenſis Cardinalis à Lotharingiâ præſidebat Capitulo an. 1590.

DOMARTIN. *Ioannes Domartin* VII. Prothonotarius Sanctæ Rom. Eccleſiæ 1606.

CAVCHON. *Franciſcus Cauchon* Abbas Vallis-Regiæ & Longiuadi, filius Petri domini
1615. de Trelon libellorum ſupplicum Magiſtri & Annæ Brulart, vixit an. 1615.

BOVCHER. *Thomas Boucher* III. Abbas Bellæuallis, & Vicarius Capituli Sede va-
1624. cante, poſt deceſſum Ludouici à Lotharingia 1624. D

BOVCHER. *Anthonius Boucher* præcedentis nepos, adhuc muneri Præpoſituræ feriò incumbit.

ROTOMAGENSES ARCHIEPISCOPI, NORMANIÆ PRIMATES.

ROTOMAGVM vel Rotomagus, vrbs præclara ad Sequanam, ſecundæ Lugdunenſis caput iuxta Ammianum Marcellinum, apud Ptolęmeum Rotomagus Vennelocaſſium, *(ROVEN ſur Seine.)* B in Celtogalatiâ, Normaniæ clariſſima ciuitas, maximè ex quo ſui Principatus ſedem ibi fixêre Normanorum Duces, tempore enim Cæſaris haud ita nobilis, nulla enim apud ipſum, nec apud Dionem fit mentio; vnde perperam aſſeritur à quibuſdam, cinctam eſſe muris à Cæſare, & caſtello munitam, cum antea palis tantùm & ſudibus clauderetur; tamen nota erat Theodoſi; Magni temporibus, ex epiſtolâ Paulini ad Victricium inter vrbes ſacratis locis nobiles; opulenta, populoſa & valde munita dicitur in chron. Altiſſiodorenſi. Fabulantur qui no- C men accepiſſe volunt à quodam Mago Principe, & Roth idolo hîc religioſo numine celebri, cuius ſimulachrum Mello Epiſcopus circa an. ſal. CC. LX. euertit, eiúſque delubrum S. Trinitati conſecrauit. Rotomagũ Sequanâ clauditur, ingentes nauės mercaturæ commodas aduehit, ponte ingenioſi artificij & ſtructuræ iunguntur ripæ tredecim arcubus latiſſimis, necnon altiſſimis, lapide quadrato, validis columnis. In vlteriore fluuij littore S. Seueri ſuburbium habet; ad Septentrionem præaltos colles ſpectat impoſitos, olim denſis ſiluis ornatos, quæ nunc exciſæ D ſunt, tum vt eſſet proſpectus gratior collium, tum vt aër ſalubrior, & inſidiis vrbs minus pateret; eorum radices fluuiolo Albetâ irrigantur, qui Darnetalium pannificio nobile oppidum alluit, tum quaſi in ſuburbano poſitos habet lætiſſimos paſcuis campos: ad ortum ſupra viam Pariſienſem præcelſo in colle eminebat monaſterium S. Catharinæ, cui propugnaculo, cum poſtea ad antiquas munitiones nouæ additæ eſſent, ab Henrico IV. captâ vrbe deletum eſt; ab eadem parte Robeca amnis influit, intra vrbem excep-

tus, poſtea in Sequanam exoneratur. Verus palarium formâ quadratâ in vno angulo ciuitatis Sequanæ imminet, altera arx ignobilior iuxta Bouerolıam portam viſitur: Abbatiæ S. Audoëni cœnobium, in vrbis loco pulcherrimo ſitum, hortis amœniſſimis conditum, antea quidem extra muros vrbis iacebat, & D. Petro Apoſtolo primùm turelari, poſtea verò S. Audoëno à Clotario 1. Rege Francorum auguſtius inſtauratum eſt, & domus mœnibus ciuitatis incluſum; quæ aucta ſplendidis ædificiis cum Normanniæ Principes ipſam Ducatus primam ſedem ſtatuerunt; domicilia magnatum ſatis concinnè edita ſunt, amplior pars ædificiorum lignis conſtat, quo factum eſt, vt ſæpius incendiis maiore ex parte abſumpta fuerit. Hîc verò notandum, Scacarium Normanniæ factum fuiſſe perpetuum 1499. à Lud. XII. inſtante Georgio Cardinali de Ambaſia; qui ſupremus Iudicum conſeſſus abolito Scacarij nomine titulo Parlamenti decoratus eſt à Franciſco 1. an. 1515. vt tunc numerabant; & memoriâ noſtrâ ſemeſtre inſtitutum erat à Lud. Iuſto, ſed ad priſtinam formam reuocatur à Lud. XIV. in gratiam huius prouinciæ, gaudet etiam camerâ Computorum, Curiâ Vectigalium, Quæſtorum Generalitate, & ſede Præſidiali. Primarium templum Diuæ Mariæ ſacrum, inſignis ſtructuræ, longum 408. pedes, latum 164. altum verò 152. ſub fornice, cui impoſita eſt in medio pyramis. Capitulum conſtat 51. Canonicis numeratis Archiepiſcopo & decem Dignitatibus, videlicet Decano, Cantore, Theſaurario; ſex Archidiaconis & Cancellario, inter quos Cantor & Theſaurarius gaudent præbendâ dignitati ſuæ perpetuò annexâ. Præterea ſunt in eâdem Eccleſiâ octo Canonici minores, ſeu quindecim marchatum, quatuor Collegia Capellanorum, videlicet Daneſtallenſe, Albanenſe fundatum à Petro Epiſcopo Albanenſi 1245. Pontificium ſeu Clementinorum, à Clemente VI. Papâ 1350. quibus adſcripti Clerici tenentur diurnos nocturnóſque cantus Deo memoriter perſoluere; ac quartum S. Spiritus nomine pro muſicis, dotatū à Guilelmo de Flauacuriâ Archiepiſcopo an. 1305. præter hos in eadem Eccleſiâ plures alij Capellani inſtituti ſunt, decem pueri Choriſtæ, variíque miniſtri,

A qui omnes ſubiacent iuriſdictioni Capituli; iuxta antiqua ſtatuta, conſuetudines, bullam exemptionis Gregor. Papæ XI. & concordata Archiepiſcoporum & Capituli; quod etiam iuriſdictionem exercet ſpiritualem, & ius viſitationis in nouem parochiales Eccleſias ſeu Vicariatus perpetuos, quorum collatio pertinet ad Capitulum. Decanus habet iuriſdictionem ſpiritualem in duas Eccleſias parochiales, quarum collatio pleno iure ad eum pertinet. Canonici quatuor præbendati de Nereyo in Sagienſi diœceſi habent iuriſdictionem in parochiâ eiuſ-

B dem loci, item Canonicus de Laiſiâ in diœceſi Baiocenſi, in parochiâ de Laiſiâ quarum Eccleſias ipſi conferunt pleno iure. Capitulum Rotomagenſe in communi poſſidet prædia nobilia haud pauca, in quibus præſtant cæteris Lundinariæ, Cleiræ & Martini Eccleſia, quorum locorum ſpiritualis & temporalis iuriſdictio cum iure ſuperioris iuſtitiæ pertinet ad Capitulum; multi quoque Canonici ratione dignitatum & præbendarum habent prærogatiuam maioris iuſtitiæ in diuerſis locis; à iudicibus Lundinariarum & Cleirarum, fiunt prouocationes ad Scacarium, hoc

C eſt, temporarios conuentus iuridicos Capituli, quæ ſuprema iuriſdictio exercetur per aliquot ex Canonicis auctoritate Capituli deputatos. At longè illuſtrius eſt Scacarium Metropolitani, cum agit forum & conuentum ſuum, cuius iuriſdictio in omnes Archiepiſcopalis ditionis partes, quas inter eminent memoranda duo oppida Dieppa & Locoueris extenditur, necnon in palatio Pontificio ſtatis diebus exercetur. Gaudet autem iure Deportuum, ſiue Deportationum, quod exiſtimant quidam conceſſum fuiſſe Guilelmo de l'Eſtrangiis Archiepiſcopo

D 1384. errorem ortum credimus ex occaſione cuiuſdam diplomatis Franciſci Narbonenſis Antiſtitis Pſeudo-Papæ Clementis Camerarij, dati Auenione 8. Martij an. eiuſdem Clementis XVI. ad Collectorem & Subcollectorem prouentuum Cameræ Apoſtolicæ, debitorum in ciuitate & diœceſi Rotomag. quibus præcipit, vt permittant Guilelmum Archiepiſcopum primas annatas fructuum, redditųum, & prouentuum Eccleſiaſticorum Deportus nuncupatas, quas vacantibus beneficiis Eccleſiaſticis ciuitatis & diœceſis

Rotomagenſis, ad huius Eccleſiæ Ar- A chiepiſcopos pro tempore exiſtentes de antiquâ obſeruantiâ pertinere, Archiepiſcopus Guilelmus ſcilicet de Viennâ expoſuerat, exigere, recipere, & habere, de mandato præfati Papæ, viuæ vocis oraculo ſibi Camerario facto, ac ſi de illis nullæ reſeruationes factæ forent: Ex occaſione, inquam, harum litterarum nonnulli antiquitatis Eccleſiaſticæ ignari & erga ſedem Metropolitanam malè affecti, inſtitutionem iuris Deportus, ſeu Deportationis, ad hunc annum 1384. & Pontificatum Guilelmi de l'Eſtrangiis referunt, quam opinionem refellit Adrianus Behotius; ex cuius argumentis B conſtat, ius illud non ex aliquo priuilegio Pontificio profluxiſſe, ſed primitiuum eſſe, & quaſi Epiſcopali dignitati innatum. Non minùs autem explodendi ſunt, qui ius illud ſimoniam redolere dicunt: cùm eadem calumnia ſummis Pontificibus, Chriſtianiſſimis Regibus, & Capitulis ratione annatarum & iuris Regaliæ poſſit inferri. Ceterùm decretum Concilij Baſileenſis ſeſſ. xxi. de Annatis, non officit conſuetudinario Deportationum iuri, cùm illæ non pro, ſeu in adeptione Beneficiorum, ſed, pro, ſeu in C eorum exitu, vel vacatione exigi ſoleant. Eccleſiâ Rotomagenſis gloriatur vno Archiepiſcopo Papâ Clemente Sexto, & duobus item Archidiaconis Pontificibus Maximis, Martino II. aliàs IV. & Gregorio XI. inter Præſules numerat Cardinales XIII. plures Regni Cancellarios; ex cuius venerando Collegio multi ad Purpuram & varios Eccleſiæ Gallicanæ Epiſcopatus aſſumpti fuerunt. At verò ex Chriſtianiſſimorum Regum familiâ Antiſtites habuit, eóſque ſanctæ & venerandæ memoriæ: ex ſecundâ quidem S. Hugonem & B. Remigium, ex tertiâ Philippum de Alençonio, cuius pietatem miracula poſt mortem comprobarunt: vt meritò gloriari poſſit Eccleſia Rotomagenſis, dilectum ſuum agnum paſci inter Lilia, paſtoréſque ſuos candore & odore excelluiſſe, ficut lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ. In eadem multâ viſuntur ſepulcra Regum ac Principum, videlicet Rollonis & Willelmi Longæ-Spathæ Ducum Normanniæ, in geminis S. Romani & S. Annæ oratoriis: cordis Caroli (Quinti ſapientiſſimi Principis, & erga Rotomagenſem Eccleſiam munifici, qui litteras exemptionis in gratiam Capituli à Gregorio XI. Papâ impetrauit 1371. IV. Kal. Nouembr. multáque piacularia ſacra inſtituit) in medio chori: Henrici III. & cordis Ricardi filiorum Henrici II. Regis & Regum Angliæ, à dextrâ læuáque altaris; quæ tria Regum cœnotaphia ſolemne eſt Canonicis in Miſſis Conuentualibus & deffunctorum quotidie rhurificare. Eſt & ad altaris cornu mauſoleum Ioannis Ducis Bethfordiæ à Caluinianis ſemirutum, qui Dux Bethfordienſis vt eximiam erga Rotomagenſem Eccleſiam pietatem reſtaretur, an. 1430. 23. Octobris, ſolemni ritu, præſente Annâ Burgundâ coniuge, voluit in Canonicorum numerum cooptari, multáque dona ad altaris vſum contulit. Quâ Principis munificentiâ commoti Canonici eum quàmdiu ſuperſtes fuit, quotidianâ panis diſtributione donandum cenſuerunt, vt liquet ex regeſtis Capituli ad eundem annum. Secretarium Eccleſiæ ſacrarũ veſtium numero, pretio & elegantiâ eſt inſigne, nullique in aliâ cuiuſcunque generis ſacrâ ſupellectile cederet, niſi in ſacrilegas Nouatorum manus incidiſſet, qui aurea argenteáque vaſa, Sanctorum conditoria, bracteata, ſacrorum codicum tegumenta, omnémque alium eius materiæ apparatum expilauerunt: inter reliquias corpus B. Seueri Abrincenſis Epiſcopi incorruptum quotannis populo reuerenter oſtenditur Kal. Februarij. Inter ornamenta baſilicæ ſpectanda occurunt Odeij ſedes, elegantiſſimo opere extructæ, cancelli eiuſdem Odeij, & ſepta, columnæque Sanctuarij ex ære; Ante templi direptionem quæ contigit an. 1562. ſummum altare fulgebat D duabus tabulis argenteis, quarum alteram pondere 317. marcarum inter duas B. Virginis imagines argenteas collocandam legauerat Ioannes Maſſelinus Decanus an. 1600. Tectum Odeij nauis ac auguſtioris ſacelli plumbeis laminis obductum eſt: ſunt in æde tria campanilia, S. Romani, Butyraceum, & Pyramis, in quibus pendent ſexdecim campanæ, tria veſtibula præcipua, quorum maximum mirabili ſchemate in quatuor turriculas attollitur, alia duo, boreale, & auſtrale, hinc inde duabus turribus quadratis fulciuntur. Columnæ ſeu pilæ XLIV. quarum qua-

tu[illegible] altitudine campanile A maximum ſuſtinent, quod an. 1514. Octobris 4. fottuito incendio deformatum Georgius II. reſtaurauit 1544. Vtramque Eccleſiæ ditionem Capitularem & Pontificiam, locupletauit multorum Principum Francorum, Normannorum, Anglorum munificentia, ſed præcipuè Ricardi, cui Cordis Leonis nomen inditum eſt, filij Henrici II. Regis & Leonoræ; qui trecentos vini modios Eccleſiæ, nempè centum Archiepiſcopo, ducentos Capitulo in perpetuum conceſſit, quo iure potita Eccleſia ad B Carolini I. Borbonij Cardinalis tempora, commutatur eius damno in ſexcentas lib. Tron redditus annui, vt docent archiua Capituli. Obſeruatione quoque digna eſt Eccleſiæ Rotomagenſis cum Cameracenſi ſocietas inita 1196. Cum enim hoc anno Vualterus Archiepiſcopus Cametacum feliciter (vt loquitur Ioannes Cameracenſis Epiſcopus) exilio aduenisset, ob diſcordiam ſcilicet tunc obortam inter eum, & Ricardum Angliæ Regem, inſtituta eſt hæc confederatio, quâ
„ idem Ioannes cum aſſenſu Capituli
„ decreuit, domos Epiſcopales, Archie- C
„ piſcopis Rotomagenſibus, ex quâcun-
„ que causâ ad Sedem Cameracenſem
„ declinarent, vel in eâ morari vellent,
„ cum omnibus bonis Epiſcopalibus,
„ pro tempore penſatis Eccleſiæ ſuæ fa-
„ cultatibus eſſe cedendas, ita etiam vt
„ Archiepiſcopi Rotomagenſes in Ec-
„ cleſiâ Cameracenſi maiorem locum
„ obtinerent, & in diuinis officiis digni-
„ tatem; ſi quando verò Cameracenſis
„ Antiſtes, ex quâcunque causâ Rotom.
„ Eccleſiam adiret, eum in domo ſuâ
„ ſecum colligere, & honeſtè vice versâ
„ de bonis Epiſcopalibus pro ſuo & ſui
„ Capituli arbitrio ei teneri exhibere; D
„ ita vt poſt Archiepiſcopum, primum
„ in Eccleſiâ locum haberet, & obtine-
„ ret dignitatem, (saluâ Suffraganeorum
„ ſuorum debitâ & obſeruatâ dignitate)
„ & in diuinis officiis vice Capellani, in
„ maioribus ſolemnitatibus ipſi Archi-
„ præſuli aſſiſtere & miniſtrare teneretur.

Prætereà idem Ioannes, Præpoſitus, Decanus & Capitulum Cameracenſe ſanxerunt, vt quoties fratres ambarum Eccleſiarum ſe vellent ad inuicem viſitare, ſinguli in choro ſecundùm gradus prærogatiuam, vel pro ſui dignitate ordinis admitterentur, excepto

A duntaxat Capitulo, & in cunctis opportunitatibus & neceſſitatibus ſuis, mutuum ſibi auxilium & conſilium fideliter & bonâ fide præſtarent, nec poſſent, debitis vnicuique pro eminentiâ honoris, ſecùndum vtriúſque Eccleſiæ conſuetudinem ſtipendiis defraudari; quæ confœderatio etiamnum perſeuerat. Habet Eccleſia ſex Archidiaconatus, Maiorem ſeu Rotomagenſem, Augenſem, maioris Caleti, Vilcaſſini Franciæ, Vilcaſſini Normanniæ, & minoris Caleti: ſub quo Archidiaconatu Rotomagenſi B ſunt octo Decanatus rurales, Chriſtianitatis Rotom. de Burgo Theroldi, Pontis-Audomari, S. Georgij, cui annexus eſt antiquus Decanatus, S. Vandregiſilli, de Pauliaco ſeu Pauliaco, de Colliaco, de Riuo, & de Piris. Sub Archid. Augenſi ſunt ſex Decanatus, de Longovillâ, de Nouocaſtro, de Fulcardimonte, de Euuremodio, de Augo, & Albamarlâ. Sub Archic. maioris Caleti ſunt tres Decanatus ampliſſimi, S Romani, de Fouillâ & de Validomonte; ſub minoris Caleti tres, de Brachiaco, de Cauuillâ, & de Baſqueuillâ. Archidiaconatui C Vilcaſſini Franciæ ſubſunt tres item Decanatus, de Mellento, de Magniaco, & Caluomonte in Vicariatu Pontiſaræ; vrbs cum quibuſdam parochiis, nullius eſt Archidiaconatus, quia Pontiſarenſis vnitus fuit Archiepiſcopali dignitati an. 1255. ſubiacent demum Archidiac. Vilcaſſini Normaniæ quatuor Decanatus, de Baudemonte, de Giſorrio, de Gamachiis & de Brayo ſeu Argulio: in quibus Decanatibus continentut ad ſummum 1388. parochiæ, ex quibus 1210. aut 1216. ſunt in Normanniâ, reliquæ 178 in Vicariatu Pontiſaræ. In ciuitate autem D Rotomagenſi ſunt triginta Eccleſiæ parochiales, & in ſuburbiis quinque; in ciuitate, ſuburbiis, & viciniâ numerantur viginti quatuor cœnobia virorum, & fœminarum decem, quam ſupputationem excerpſimus ex veteri & accurato Polatio Cathedralis. Primatem Normanniæ ſe inſcribit Archiepiſcopus, de cuius iure, ac prouinciæ ſuæ exemptione ab obedientiâ Lugdunenſis, videndi Dadræus, & Denialdus in cathedrâ ſuâ Rotomagenſi. Porrò eundem Primatem ſuum agnouerunt Canonici Rotomagenſes, cum pro electione confirmandâ Ludo-

uict de Haticutiâ tempore diuturni A ſchiſmatis celebratâ, ad Sedem Lugdunenſem vota conuerterunt, quam aliqui illis in culpam vel errorem imputandum eſſe non cenſent, nec in exemplum ſubiectionis trahendum, maximè cum Archiepiſcopi Lugdunenſis confirmatio non ſubſecuta ſit. Nam Ludouicus admiſſus fuit auctoritate Concilij Gallicani, & literarum Simonis Patriarchæ Alexandrini, Amelij Turonenſis Archiepiſcopi, & Petri Abbatis S. Michaelis in periculo maris Commiſſariorum; ſtatuerant Canonici in hac difficultate recurrere ad Primatem Viennenſem, ſaluis B Eccleſiæ Rotomagenſis iuribus, vt apparet ex quadam formulâ ad calcem regeſti capitularis an. 1408. Guilelmus verò Cardinalis d'Eſtouteuillâ Archiepiſcopus Rotomagenſis, cum gratiâ valeret apud Calliſtum III. Papam, nactus occaſionem terminandæ litis, effecit vt Rotomagenſis Eccleſia ſupremo iudicio vinceret, exempta ſcilicet à Primatu Lugdunenſi diplomate anni 1457. cuius exemplar habetur in archiuis Capituli. Numerat Suffraganeos Epiſcop. hæc Metropolis C BAIOCENSEM, ABRINCENSEM, EBROICENSEM, SAIENSEM, LEXOVIENSEM, ET CONSTANTIENSEM. Porrò notitia Abbatiarum diœceſis talis habetur:

Suffragans de l'Archeueſché de Rouen. Bayeux. Avranches. Evreux. Sais. Lizieux. Coutances.

S. AVDOENI *Rotomagenſis*, O.B.
S. Ouen de Rouen.

S. AMANDI *feminar. in vrbe*, O.B.
S. Amand de Rouen.

ALBÆMARLÆ, *Aumale*, O.B.

DE ALCEYO *iuxta Albæmarlam*, O.B.
S. Martin d'Acy.

BALCHERIVILLÆ, O.B.
S. Georges de Bocheruille.

DE BECCO HERLVINI, O.B.
Noſtre-Dame du Bec.

FISCANNENSIS, O.B.
S. Trinité de Feſcan.

GEMMETICENSIS, O.B.
S. Pierre des Iumieges.

S. MARTINI, O.B.
S. Martin de Pontoiſe.

VALIDIMONTIS, O.B.
Noſtre-Dame de Valemont.

S. VANDREGISILI *Fõtanellenſis*, O.B.
S. Wandrille.

S. VICTORIS IN CALETO, O.B.
S. Victor en Caux.

VLTERIORIS PORTVS, O.B.
S. Michel de Treſport.

MONASTERIIVILLARIS, *fem* O.B.
Noſtre-Dame de Montiuilliers.

AVGENSIS, *Noſtre-Dame d'Eu*, O.A.

CORNEVILLÆ, *Corneuille*, O.A.

PVLCARDIMONTIS *Foucarmont* O.C.

MORTVIMARIS, *Mortemer*, O.C.

VALASCIÆ, *la Valaſſe*, O.C.

BIVALLII, *feminar.* O.C.
S. Marie Madelaine de Biual.

FONTISGVERARDI, O.C.
Fontaineguerard.

THESAVRI, *le Threſor*, O.C.

BELLOSANÆ, *Belloſane*, O.P.

INSVLÆ-DEI, O.P.
Noſtre-Dame de l'Iſle-Dieu.

MARCHASTRADVLFI O.P.
Marcheroux.

RESSONII, *Reſſons*, O.P.

Chronologiam Rotomagenſium Archiepiſcoporum Gallicè euulgauit Ioan. Dadræus Canonicus Theologus, & Pœnitentiarius Eccleſiæ accuratiſſimam ſeriem eorumdem Præſulum concinnauit vir eruditus Ioannes le Preuoſt Rotomagenſis Canonicus & Bibliothecarius: qui dum ampliſſimam huius Metropolis & diœceſeos hiſtoriam parat, fato raptus eſt 26. Decemb. 1648 ſuâque operâ & ſtudio multas notatu dignas obſeruationes in eo Antiſtitum adornando Catalogo, ex vetuſtis codicibus manu- D ſcriptis, chartis archiui, & regiſtris Secretarij Archiepiſcopatus, aliiſq; actis capitularibus nobis ſuppeditauit.

I. S. NICASIVS, primus Rotomagenſis Eccleſiæ traditione fertur Epiſcopus, dum apud Velocaſſes Euangelij ſemina ſpargit, à Feſcennino Præſide apprehenſus; Scamnis vna cum Quirino Preſbytero, & Scuuiculo Diacono capite truncatur 5 Idus Octob. eorum corpora diuinitùs erecta ſublatis capitibus, cùm Itam fluuium ignoto vado traiecissent, à Pientiâ matronâ honorificè

honorificè humantur in inſulâ quæ proptereà Vadiniacum appellatur. Colitur verò XI. Octobris in Martyrologio Romano & Vſuardi, à quo dicitur tantùm Preſbyter, quem Rotomagenſes tabulæ Epiſcopum nuncupant, & alij ſub Domitiano paſſum docent; eiúſque meminit Molanus eadem die agens de tralatione S. Quirini.

2. S. Mellonus, vel vt ſcribitur in antiquis codicibus, Mallonus, aut Mello, dictus in Martyrologio Romano Melanius, Cardiolæ in maiori Britanniâ naſcitur & Romæ à Stephano I. Papâ luſtrali aquâ baptiſmi tinctus, & ordinatus, Rotomagi primùm fidem prædicat, & ſedem figit, Eccleſia ſub patrocinio Sanctiſſimæ Trinitatis & Deiparæ Virginis hoc in loco conditâ, vbi Præcordium à mortuis excitauerat. Ad cœlum euolat II. Kal. Nouembris, & ſepelitur extra vrbem in cryptâ baſilicæ S. Geruaſij: corpus poſtea Danorum metu Pontiſaram tranſlatum, in Eccleſiâ Collegiatâ eius nomini ſacrâ quieſcit, in quâ Decanus nouem Canonicis præpoſitus eſt.

3. Avitianus, S. Silueſtri I. Papæ ſynchronus, intereſt Concil. I.
314. Arelatenſi anno ſal. 314. cum Nicetio Diacono.

4. Severus, alius ab Abrincenſi & Rauennate Epiſcopo. Sediſſe fertur annos XV: cuius corpus in Eccleſiâ Rotomagenſi colitur.

5. Eusebius, Synodo Agrippinenſi cum aliis Præſulibus intereſt an.
346. 346. cuius Pontificatus annorum XXV. in tabulis Eccleſiaſticis enuntiatur.

6. Marcellinus, eius regiminis aſſignantur anni XX.

7. Petrus I. præfuit annis 19.

8. S. Victricius, ex milite Martyr ſub ſignis Iuliani Apoſtatæ, ex martyre Pontifex: nam & egregium pro fidei confeſſione ſpecimen Chriſtianæ conſtantiæ edidit in caſtris militans; hic enim diris tormentis cruciatus, cum pœnâ capitis damnatus fuiſſet, carnifice ad eum cædendum miſſo cæcitate percuſſo, ipſe vinculis ſolutus
362. liber euaſit an. 362. qui poſtea Rotomagenſis Epiſcopus factus, Morinorum & Neruiorum gentes indomitas prædicatione ad religionem Chriſtia-
396. nam perduxit an. 396. ac demum Confeſſor ad Dominum migrauit. Idem Sanctorum Innocentij I. Papæ, Martini Turonenſis, & Paulini Nolani amicitiâ clarus, miris ab eodem Paulino laudibus effertur epiſt. 27. & 28. editionis Roſueidi, aliàs 25. & 26. vbi multa habet de nobilitate Eccleſiæ Rotomagenſis, ex ſtudioſo cultu Chriſtianæ obſeruantiæ comparatâ. Conſulit autem Innocentium Papam an.
404. Februarij XVI. Honorio Aug. VI. 404.
& Ariſtæneto Coſſ. & experenti in his quæ ſpectant ad Eccleſiaſticam diſciplinam, ab Apoſtolicâ Sede Romanæ Eccleſiæ normam accipit inſigni epiſtolâ Decretali; quæ extat Tomo I. Epiſtol. Romanor. Pontif. & Concil. Gallicanorum, vbi à merito & honore ſacerdotij, quo plurimùm pollebat, commendatur. Intereſt Martini miraculo mutæ ab vtero puellæ linguam ſoluentis, apud Seuerum Sulpitium, dialogo 3. Tandem longæuus ac miraculis nobilitatus, naturæ debitum reddidit. Corpus Brainam tranſlatum iacebat olim in Eccleſiâ S. Remigij, eiúſque depoſitio VII. Idus Aug. celebratur in Martyrologio Romano, Breuiario Rotomagenſi, & apud Molanum in Natal. Sanctorum Belgij, Miræum in Faſtis Belg. Baronium & Spondanum in Annalibus.

9. Innocentius Rotomagenſem Eccleſiam rexit annis 9.

10. Silvester, Beatum Lupum Baiocenſem Epiſcopum monitu diuino conſecrauit, eiúſque Pontificatui octo anni tribuuntur.

11. Malsonus dicitur præfuiſſe annis IX.

12. Germanus ſubſcribit Con- 461.
cilio I. Turonenſi an. 461.

13. Crescentius ſedit annis XXVI.

14. S. Gildardus, ſeu Gilnardus, Salenriaci apud Veromanduos parente Nectardo, matre Protagiâ genitus, frater S. Medardi Nouiomagenſis Epiſcopi, ſubſcriptus legitur Concilio I. Aurelianenſi tempore Clodouei I. Francorum Regis an.
511. B. Laudum ſeu Lautonem Epiſco- 511.
pum Conſtantienſem Dei ordinatione inaugurauit, regnante Childeberto I. hanc Cathedram adminiſtrauit an. 15. Mortuus VI. Idus Iunij, funeratur Rotomagi in Eccleſiâ S. Mariæ, quæ nunc

dicitur ad S. Gildardum, inde poſtea A
Sueſſionem ad Medardi fratris baſili-
cam defertur. Porrò notandum eſt
hîc errare eos, qui Medardum Nouio-
menſem Epiſcopum, & Gildardum
noſtrum Rotomagenſem Antiſtitem
fratres geminos germanos, vno eodém-
que die vt natos, ſic Epiſcopos ſacra-
tos, ac ſimul mortuos aiunt, quos inter
recenſetur Audoëuus dum verſibus
ſuis cecinit:

Hi ſunt GILDARDVS *fratres gemini*
atque Medardus,
Vnâ die natos vtero, vidítque ſacratos,
Albis indutos, & ab iſtâ carne ſolutos. B

Catholica enim Eccleſia eodem qui-
dem die, nimirum 6. Idus Iunias am-
borum ad cælum tranſitum celebrat
in Martyrologio apud Vſuardum,
quod tamen intelligendum videtur,
vt acciderit iiſdem diebus, ſed diuer-
ſis recurrentibus annis; ſi quidem con-
ſtat Gildardum Rotomagenſis Metro-
polis Præſulem Clodouæo regnante,
hoc eſt ante annos 50. quàm Medar-
dus excederet ex hac vitâ, Concilio
Aurelianenſi interfuiſſe, qui hoc tem-
pore, non Nouiomenſem regebat Ec-
cleſiam, ſed Sophronius qui eidem Sy-
nodo interfuiſſe reperitur; quare plu- C
ribus poſthæc annis vixit Medardus,
& reuerà eodem quidem die, at non
eodem anno obiiſſe, aut germani fuiſ-
ſe dicuntur apud Vſuardum; de qui-
bus meminêre Spondanus in Annali-
bus, & Valeſius lib. VIII. Rerum Fran-
cicarum.

15. FLAVIVS, in tabulariis anti-
533. quis & MSS. codice Eccleſiæ, Sancti ti-
tulum adeptus eſt, nil tamen de eo in
Kalendario. Intereſt Conciliis II. 3. &
541. 4. Aurelianenſibus an. 533. 538. 541.

16. S. EVODVS Florentini & Ce-
linæ filius, Eccleſiæ alumnus, ex eius
actis ad Clotarij I. Regis tempora poſt
an. circiter regni 24. referendus, cum
alioquin in veteribus elenchis prædi-
cto Innocentio ſufficiatur. Viuis exem-
ptus Andeliaci VIII. Idus Octobris tu-
mulatur Rotomagi in æde S. Mariæ,
poſtea Brainam traductus, apud ſui
nominis inſigne cœnobium Præmon-
ſtratenſium colitur.

17. S. PRÆTEXTATVS Concil.
557. Pariſienſi III. ſubſcribit an. 557. inter-
eſt quoque Turonenſi II. 567. ſed cùm
567. de Eccleſiâ Gallicanâ egregiè prome-
ritus fuiſſet, nihilominus tamen Re-
gi Chilperico infenſus, quòd Mero-
ueum ipſius filium cum Brunichildi
Reginâ, poſt Sigeberti mortem matri-
monio coniunxiſſet, & cùm eodem
aduerſus Regem coniuraſſet, demum
pecunias quaſdam ſurripuiſſet, his no-
minibus delatus inter reos læſæ Maje-
ſtatis, Præſulem accerſiit, detinuitque
quoad in publicâ Synodi audientiâ
examinaretur. Conuenêre igitur Pa-
riſiis in B. Petri baſilicâ Epiſcopi 48.
an. 577. vbi ſiſtitur Prætextatus coram 577.
Chilperico accuſante, qui primùm cir-
cumuentus calumniis ab impiâ Frede-
gunde in eum excogitatis, ipſe diu ab
aulicis tentatus; tandem ad falſam
confeſſionem turpiter inductus, crimen
ſibi impactum ſpe veniæ propoſitâ con-
feſſus, in exilium eiectus eſt ab eodem
Rege. Sed cum intempeſtiuâ nocte ſe
ſubducere tentaſſet, poſt verbera rele-
gatur in inſulam maris prope ciuita-
tem Conſtantinam. Quomodo verò
hæc geſta fuerint, pluribus exponit
Gregorius Turonenſis lib. v. Hiſt. c. 19.
qui Synodo interfuit & inter Gallica-
nos Antiſtites pars magna fuit, cùm
& aduerſus ipſum Regem magno ani-
mo regulas Eccleſiaſticas tutatus eſt.
Addit verò Aimoinus lib. 3. c. 21. in
exilium quoque fuiſſe amandatum ob
falſam inſimulationem, quòd Chilpe-
rico inſidias paraſſe diceretur, conſi-
lio Brunechildis Reginæ. Igitur Re-
gis mandato ablegatus, excidit qui-
dem à communione, licet ſacerdotio
depoſitus non fuerit; eóque mortuo,
poſthæc ſedi ſuæ reſtitutus ſeſe pur-
gauit; ita enim Gregorius lib. 7. cap. 16.
PRÆTEXTATVM, inquit, Epiſco-
pum, quem ciues Rotomagenſes poſt
exceſſum Regis de exilio expetentes,
cum grandi lætitiâ & laude ciuitati
ſuæ reſtituerunt. Poſt reditum verò
D ſuum, ad vrbem Pariſiacam aduenit, ac
ſe Gunthramno Regi repreſentauit,
exorans, vt cauſam ſuam diligenter ex-
quireret. Adſerebat enim Regina,
eum non debere recipi, qui fuiſſet per
iudicium quadraginta quinque Epiſ-
coporum à ſacerdotali officio ſegre-
gatus: Et ſic à Rege ſuſceptus, atque
conuiuio eius adſcitus, ad vrbem ſuam
regreſſus eſt. Deinde Concilio Matiſ-
conenſi 2. interfuit, ſubſcripſitque
cum aliis Metropolitanis an. 585. vbi 585.
præſente Antiſtitum conuentu, ora-
tiones quas in exilio pulſus condi-

detat, recitauit auctore eodem Greg. A
lib. 8. c. 20. Poſt verò Pontificatum
Rotomagenſem quatuor annis admi-
niſtrauit, diu multúmque odio impiæ
Fredegundis Reginæ exiliis afflicta-
tus, is quippe nihil remittens ſacerdo-
talis conſtantiæ in redarguendis per-
peràm factis Principum, potiſſimùm
ipſius Fredegundis quam reprehende-
rat, & velut alteram Iezabelem his tem-
poribus Gallia paſſa eſt; tandem im-
miſſo ab eadem ſiccario, intra ipſam
Eccleſiam Rotomagenſem die Reſur-
rectionis Dominicæ, inter Eccleſiaſti-
ca officia ad altare preces fundens,
gladio ſub aſcellâ percuſſus ſpiritum B
589. Deo reddidit an. 589. ad cuius exe-
quias celebrandas Romacarius Con-
ſtantienſis Epiſcopus aduenit: quod fa-
cinus diffuſè Gregorius narrat, addít-
que inſuper de necato potione vene-
ficâ ab eadem Reginâ ſeniore quodam
Eccleſiæ Rotomagenſis, cum ipſe ne-
cem ſanctiſſimi Antiſtitis ipſi expro-
braſſet, & Leudoualdum Præſulem
conſilio ſacerdotum Eccleſias Roto-
magenſes clauſiſſe, vt in his populus
ſolemniis diuinis non intereſſet. Ille
igitur inter Martyres refertur, nam vt
canit Ordericus Vitalis lib. 5. C

Occubuit Martyr PRÆTEXTATVS *Fredegundis,*
Reginæ iuſſu, pro Chriſti nomine Ieſu.

Huic elogio Martyris adſtipulantur
ſcriptor Anonymus, qui Prætextatum
virum magnæ ſanctitatis, & omnibus
iniquis odioſum beatúmque appellat.
MS. Chronicon Rotomagenſe, & ta-
bulæ Archiepiſcopales, quæ Sancti ti-
tulum ei præfigunt; euidentiúſque Ba-
ronius, tum Annal. Tomo 7. tum in
notis ad Martyrologium Romanum,
« vbi hæc leguntur. Rotomagi paſſio
« S. Prætextati Epiſcopi & Martyris.
Verùm, vt ingenuè fateamur, cum in
antiquis Martyrologiis etiam Roma- D
nis & Gregorij XIII. iuſſu vulgatis, ver-
ba illa deſiderentur, nullâque in dipty-
chis Rotomagenſibus extet Antiſtitis
noſtri memoria, accuratiori examine
nobis videtur indigere locus ille Baro-
niani Martyrologij. Quâ enim ratione
incidere poteſt in 24. Februarij paſſio
Prætextati, qui die rediuiuo Saluatori
ſacro apud B. Gregor. Turon. occiſus
perhibetur? Quod obiter inueſtigan-
dæ veritatis animo ita notatum volu-
mus, vt nihil inde vel Prætextati ſan-
ctitati, vel Eccleſiæ Rotomagenſis au-
ctoritati, vel Baronij exiſtimationi de-
trahatur. De illo vide Spondanum in
Annalibus.

18. MELANTIVS, eiecto Prætex-
tato Cathedram inuaſit an. 581. inde 581.
expulſus, tandem poſt eius cædem cu-
ius particeps inuentus eſt, Fredegun-
dis operâ & factione denuo ſedem oc-
cupat an. 589. nam vt Greg. l. 7. c. 19. 589.
& l. 8. c. 31. de legatione Epiſcoporum
decreto Guntramni Regis ad eos qui
paruulum Chlotarium nutriebant miſ-
sâ, pro inquiſitione cædis Prætextati: «
diſceſſerunt, ait, nullum rationabile «
reſponſum accipientes: obteſtantes vt «
nunquam in Eccleſiâ illa Melantius, «
qui prius in loco Prætextati ſubroga- «
tus fuerat, Sacerdotis fungeretur offi- «
cio. Memoratur an. 601. in epiſt. 5. «
Greg. Papæ, datâ menſe Iulio Ind. IV.
ad diuerſos Galliæ Epiſcopos.

19. HIDVLFVS, ſedere non po-
tuit ante an. 601. cum ex citatâ epi- 601.
ſtolâ Gregorij Melantius Epiſcopij ho-
nore fungeretur. Pontificatus ſui nu-
merantur anni 28.

20. S. ROMANVS Benedicti &
Felicitatis filius, è Sicambrorum Re-
gibus originem ducens, corruptè ex
regiâ Francorum proſapiâ editus, ſum-
mâ ſanctitatis opinione & miraculo-
rum celebritate excelluit; nam cum
Rotomagi ciuium & prouincialium
vota in Antiſtite deligendo diſſide-
rent, ieiunio indicto, & conceptis ad
Deum precibus, omnium vnanimi con-
ſenſu electus, & aſſentiente Rege, ba-
culo paſtorali ab ipſo accepto in di-
gnitate confirmatus dicitur, gentilita-
tis reliquias ab vrbe & diœceſi propu-
lit; nominatúrque in vetuſtis Calenda-
riis an. 622. rectius 632. ex emendatio- 622.
ne æræ ordinationis S. Audoëni, &
collatione annorum Orderici lib. 5.
Hunc Chlotarij Regis à ſecretis, &
Dagoberti temporibus vixiſſe tradunt
MSS. Gemmeticenſe, tabulæ Rotoma-
genſes, ceterique auctores qui ſub an.
622. omnes tempus inaugurationis Ro-
mani deſtinant. Obiit enim an. 645. 645.
XXIII. Octob. aliis 10. Cal. Nouemb.
poſt ſedem annorum XIII. Sepultus ad
S. Gildardum, poſt in Cathedralem
reconditus; vbi præcipuo cultu coli-
tur. Quoniam verò de famoſâ illâ S.
Romani hiſtoriâ nunc ſermo incidit,
referre quædam conuenit ex Thuani

» lib. 78. Hiſtoriarum. Is, vt aiunt, cum A
» Dagoberti Regis temporibus vitæ ſan-
» ctitate floreret, accidit vr bellua quæ-
» dam incognitæ formæ & ſæuitiæ, oram
» vicinam Sequanæ in agro Rotoma-
» genſi vaſtaret, homines, armenta, pe-
» cudes miris modis trucidaret; vltrò ad
» illam Dei auxilio fretus acceſſit Ro-
» manus, & ſacris carminibus excanta-
» tam, iniectâ in collum ſtolâ, conſtri-
» ctam vt aſſeuerant, facinoroſo cuidam
» quem è carcere productum comitem
» ſibi ſumpſerat tradidiſſe, & ita Roto-
» magum perductam, ac ſpectante po-
» pulo crematam; inde inualuiſſe perhi- B
» bent, vt in feſto Aſcenſionis ad cele-
» brandam facti memoriam, maleficus
» quotannis aliquis mortem commeri-
» tus, ſacri Collegij Rotomagenſis Ec-
» cleſiæ arbitrio deligendus produca-
» tur, qui feretrum S. Romani ſolemni
» ſupplicatione ac pompâ vrbem circum-
» geſtet, ac remiſſo crimine dimittatur.
» Tanti miraculi nullus fide dignus ſcri-
» ptor vetus mentionem facit, cum mul-
» ta alia paſſim memorent, qui res illius
» æui ſcripsêre; nam is qui Gregorij Tu-
» ronenſis hiſtoriam pertexuit, & pariter
» Aimoinus de eo ſilent, nullúmque ha-
» bemus preter Audoënicæ vitæ ſcripto- C
» rem, niſi & Mathæum Veſtmonaſte-
» rienſem Anglum; nam quæ vulgò ex
» Vſuardo citantur, Vſuardi non ſunt,
» ſed Molani, ex tabulis Eccleſiæ Roto-
» magenſis, & rerum ab Romano geſta-
» rum memoria nuſquam hactenus vul-
» gata legitur, niſi per Breuiarium quo
» vtitur Eccleſia Rotomagenſis. Vt vt ſit
» vita S. Romani memorat, inter egre-
» gia in populum Rotomagenſem bene-
» ficia quod cum tota vicinia à ſpiritibus
» immundis, qui circa delubrum anti-
» quâ gentilium ſuperſtitione Veneri
» ſacrum oberrabant, vexaretur, ſacello
» euerſo locum purgauerit, horrendam D
» item aquarum eluuiem ruptis aggeri-
» bus ad alta vſque vrbis mœnia intu-
» meſcentem, ſæpius fuſis ad Deum pre-
» cibus, intra ſuum ſe alueum vt recipe-
» ret, imperaſſe, & trepidantes oppida-
» nos à recurrenti toties periculo exe-
» miſſe. Poſttemò fana Mercurij, Iouis,
» Apollinis demolitus fuerit, & noua
» abolito falſorum Deorum cultu, deuo-
» tione Chriſtianâ conſecrarit; nullo
» interim rotâ illâ narratione, de belluæ
» quam vulgo Draconem vocitant ver-
» bo adiecto. Igitur hac de re pluribus
diſſerunt idem cl. vir, & Nicolaus Ri-
galtius, qui ex antiquo Martyrologio vitam S. Romani cum veritate hiſtoriæ ſerpentis ſæuientis, quem virtute diuinâ debellauit, nunc primùm ex manuſcripto Britannico non inculto ſermone ſcriptam edidit, eique diſſertationis breuis indicem ſubiungit; cæterùm Apologetico ſermone pro Sancto Romano & Eccleſiæ Rotomagenſis priuilegio, contra eumdem Rigaltium ſcripſit Adrianus Behotius Magnus Archidiaconus.

21. S. AVDOENVS, cognomento DADO, apud Sanciacum in Sueſſionibus natus, beatorum Autarij & Aigæ filius, Adonis & Radonis frater, ex Apocriſiario ſeu Referendario Dagoberti 1. Regis, vel vt vocat Fridegodus S. Odonis Diaconus, ac vita ipſius Audoëni, Auriculario aulæ eiuſdem Principis, qui obſignandis regiis edictis annulum imprimebat. Is enim ſicuti eiuſdem Audoënicæ vitæ ſcriptor recitat, ad ipſius nutum omnia palatina negotia gerebantur, eiúſque conſilio optimates & Dagobertus ipſe parebant. ſed ſanctioris vitæ cupidus, primùm quidem à Deodato Matiſcenſis vrbis Epiſcopo Preſbyter ordinatus, omnium ſuffragiis Romano ex hâc vitâ migrante eligitur, ac vnà cum S. Eligio Nouiomenſi Epiſcopo Rotomagi ad S. Petrum conſecratur anno Clodouei Secundi, tertio pridie Idus Maij Dominicâ ante Litanias an. 646. eo 646.
tempore quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrabantur, vt eſt in fragmento de rebus geſtis Dagoberti 1. Concilio Cabilonenſi intereſt
an. 650. ac Clipiacenſi 662. apud Ai- 650.
moinum l. 4. c. 41. præſens legitur 665. in tranſitu B. Vandregiſilli Abbatis, mentióque eius habetur in vitâ S. Auſtrebertæ ab eo conſecratæ, & præfati S. Vandregiſilli, vbi dicitur fidei Catholicæ fautor; apud ſcriptorem vitæ " S. Ragniberti, cuius fama ſacerdotij " illo tempore orbem repleuerat Galliæ, " apud Fridegodum ſenſu profundus, " eloquio copioſus, & ante omnia in " Chriſti charitate fundatus. " Porrò Eccleſiam Cathedralem numeroſo & regulari Clero, multíſque muneribus auxit & ornauit, S. Vandregiſillum in Subdiaconum & Diaconum, S. Hermelandum in preſbyterum ordinauit; ac xenodochio inſtituto patrimonium Childriaci in Dunenſi pago ſitum

pauperibus largitur, teste fragmento geſtorum Dagoberti. Eo item ſedente multa in diœceſi monaſteria extructa ſunt, Fontanellenſe, & Fiſcannenſe à S. Vandregiſillo, Gemmeticenſe, Pauliacenſe, Villare à S. Filiberto, Warinenſe à S. Sidonio & alia. Viuere deſiit Clippiaci regali olim villâ, quæ in agro Pariſienſi ſuburbano dicta eſt Sancti Audoëni, vulgari æra an.
677. 677. aut 676. Aug. 24. aliis 689. Vt conſtet ratio annorum XLIII. menſium 3. dierum 10. quibus ſediſſe traditur, corpus eius in celebri baſilicâ S. Petri de ſuo nomine B. Audoëni appellatâ Rotomagi tumulo deponitur, quòd innuit liber geſtorum Regum Francorum. Ad hunc verò extat epiſt. 10. S. Deſiderij Epiſcopi Cadurcenſis, & Dadonis ad Deſiderium, tomo V. antiquarum lectionum Caniſij; ſcripſit & vitam B. Eligij Nouiomenſis Antiſtitis eius ſodalis, libris 3. ad Rodobertum Pariſienſem Præſulem, quæ apud Surium legitur primo Decembris, reperitúrque in bibliothecâ D. Galli apud Heluetios vita S. Remigij ab eodem Audoëno elucubrata: de quo plura ſi noſce cupis, conſule Baronium in Annalibus, & Martyrologio ad diem XXV. Auguſti.

22. S. ANSBERTUS, ſeu AUSBERTUS, monachus & tertius Abbas Fontanellenſis, Siuini filius, è vico Calceio apud Veloeaſſes oriundus, ex annuli Regis gerulo inauguratur Clippiaci à Lamberto Lugdunenſi Archiepiſcopo, ſic enim teſtatur Aigradus monachus in vitâ eiuſdem D. Anſberti his verbis: « Contigit vt B. Audoënus Rotomagenſis vrbis Pontifex, plenus virtutibus & ſanctis actibus, à Domino vocatus migraret è mundo feliciter. In cuius exequiis B. Pater Anſbertus, vnà cum aliquibus monachorum ſuorum, Clericorúmque ac Sacerdotum Chriſti cohorte plurimâ affuit: poſt cuius ſacrum tranſitum ne Eccleſia de Paſtore amiſſo iacturam pateretur, cuncti Rotomagenſis vrbis ciues miſsâ petitione ad Theodoricum glorioſum Regem, cum eius permiſſu & auctoritate ANSBERTUM ſibi elegerunt conſecrari Antiſtitem; quorum electioni congaudens Rex, quoniam in eodem S. Patre ſapientiam affatim redundare, & religionem pollère cognouerat; ilicò eorum annuens peti-
A tionis electioni, extemplo legatos dirigit, qui eundem Chriſti famulum regias perducerent ad ædes. Nec mora, Legati ad Anſbertum peruenientes, mandata Regis pandunt, ad aulam regiam ire compellunt. Morabatur enim Rex in villâ Clippiaco, quæ ſita eſt in Pariſiaeo territorio, vbi Conuentum magnum populorum habens, de vtilitate ac tutelâ regni tractabat: vt ad eius conſultum, veluti agere cōſueuerat (nam Confeſſor illius erat) de Regni negotiis tractaret. Sed cum prædictus vir Dei hoc audiſſet, ilicò agnouit non illud iſtâ euocatione fie-
B ri, niſi electioni ciuium Rotomagenſium in ipſo, Regem aſſenſum præbere velle. Fertur etiam Legatis Regis reſpondiſſe cauſâ eximiæ humilitatis, indignum ſe fore officio curæ paſtoralis; qui feſtinanter retulerunt Regi, nuntiando quale reſponſum acceperant. Secundò quoque ad eum mittens Rex, callidè intulit, nullo modo contra ſuam voluntatem, poſtquàm vnà loquerentur, ſuper ordine Pontificatus agere ſe velle: at ille, vt erat ſanctæ Simplicitatis, ſapientiâ plenus, ad eundem Regem ire deliberauit; tunc eligentibus ciuibus præfatæ vrbis
C Metropoleos, cum vnanimi voto ſanctorum ſacerdotum, Regis, & Principum, eligitur, trahitur, atque in eodem palatio, Sancto Lanberto Archiepiſcopo Sedis Lugdunenſis, aliiſque Sanctis Præſulibus, qui ad hoc generale placitum conuenerant, in Pontificem conſecratur Eccleſiæ Rotomagenſis. » Corpus S. Audoeni tranſfert in editiorem locum, exacto poſt eius mortem triennio 3. Non. Maij, habétque Concilium Rotomagi præſentibus XV. Epiſcopis, cuius meminit idem Aigradus, in quo permulta Eccleſiæ vtilia conſtituta fuiſſe prodit; vulgari
D autem epochâ conſtituitur hæc Synodus ad an. 682. melius fortè 693. vel 682.
694. nam in actis Conciliorum Rotomagenſi ſubiicitur proximè altera Synodus in villâ Regiâ Ebroini factione aduerſus S. Leodegarium celebrata, eum tamen ex Fridegodo, S. Audoenus B. Anſberti deceſſor, ſuperuixerit Ebroino, & ad Waratonis ſubreguli, ſeu Maioris Domus tempora peruenerit. Exinde verò in Hannoniam ad Altimontenſe Monaſterium à Pipino Craſſo relegatus, ibidem moritur V. 695.
Idus Februarij an. 695. ex chronico

ms. S. Ebrulphi; Fontanellam adue- A ctus, ſepelitur in Eccleſiâ D. Pauli 5. Idus Martij; vnde poſt annos vndecim, vnà cum SS. Vandregiſilo & Vulframno, à B. Baino transfertur in baſilicam S. Petri pridie Kal. Aprilis; iacétque Gandaui.

23. Grippo, Rotomagenſi cathedræ præfuiſſe traditur annos viginti quatuor, ex vetuſtis Eccleſiæ tabulariis.

24. Radilandus, ſeu Ranilandus, aut Reginaldus, Pontificatum tenuiſſe ferunt annis tribus. Ouonem genere Friſonem, monachum Fontanellenſem in presbyterum ordinauit, B quem S. Vulframnus precibus à ſuſpendio mirabiliter liberauerat.

25. S. Hugo i. Drogonis Ducis Campanienſis, & Adaltrudis Varatonis filiæ natus, Abbas Fontanellæ, Gemmeticenſis, & ex Primicerio Metenſis Eccleſiæ, Pariſienſem ac Baiocenſem vnà cum Rotomagenſi rexit; de cuius natalibus, geſtis, & tempore, cùm in antiquis codicibus haud pauca irrepſerint, quæ ſincerâ, accuratâque cenſorum caſtigatione indigeant inprimíſque fictitia illa de eodem S. C Hugone Antiſtite narratio, quæ ante quingentos annos excogitata, & à trecentis & amplius in breuiarium diœceſanum inuecta, etiamnum libris animíſque ita firmiter hæſit, vt nec ſupremâ illâ Officij Eccleſiaſtici emendatione quæ an. Dom. m. dc. xxvii. contigit, auerruncari potuerit, cùm aliis cœlitum hiſtoriis intexta permaneat; Sed vt in re tam graui & feriâ quid tenendum, quid reprobandum ſit, perpendatur, lector agnoſcat. Ac primùm vt Architectorum exemplo, nouæ opinionis fundamenta iacturi, vetuſtatem ſoluere incipiamus, ob D oculos ponentes, totius fabuloſæ narrationis compendium: Extat illa integrè deſcripta in veteri codice ms. Monaſterij Gemmeticenſis, rudi admodum ſtylo, incertóq; auctore, quem ante quingentos annos vixiſſe neceſſe ſit. Nam Baldericus Dolenſis in Britanniâ minori Archiepiſcopus, qui exeunte vndecimo ſæculo floruit, & primæ expeditionis Hieroſolymitanæ hiſtoriam ſcripſit, eam in meliorem, vt ferebat ætatis conditio, ſtylum redegit. Cuius opus Vrſioni Gemmeticenſium Abbati dicatum, ad prioris calcem in eodem codice viſitur. Conuenit autem vtráque illa narratio tum Anonymi, tum Balderici, his quæ de eodem S. Hugone habet Gazæus in vernaculis Sanctorum vitis, ex Lectionariis monaſterij Vedaſtini apud Attrebares, vt ipſe in inſcriptione præfatur, excerpta. Conuenit quoque fragmento ſeu compendio vitæ eiuſdem Sancti, quod ante trecentos, vt diximus, annos, lectionariis Eccleſiæ Rotomagenſis intextum, & in reliqua diœceſeos Lectionaria, Breuiariáque, tum manuſcripta, tum impreſſa tranſlatum eſt. Ex quo nouæ lectiones in poſtremâ Breuiarij editione an. 1627. concinnatæ ſunt, paucis adiectis ad roborandam narrationis fidem, quam aliæ penultimi Breuiarij an. 1617. editi lectiones inconcinnæ, parúmque ſibi cohærentes eleuauerant. Ex hac igitur narratione colligitur, S. Hugonem ex Carolo Magno Francorum Rege, & Auſtrude Taſſilonis Baioariæ Ducis filiâ natum, à Carolo patre primùm Reſbaecenſi, & Crucis S. Audoëni (id eſt S. Leufredi apud Eburouices) monaſteriis præfectum fuiſſe, inde à Leone, huius ſcilicet nominis tertio ſummo Pontifice, Romæ tonſurâ clericali initiatum, Cleróque adſcriptum, & ad Diaconatus vſque ordinem promotum: tum à Rotomagenſibus poſt ſuum in Galliam reditum, in Antiſtitem poſtulatum, & Aquiſgrani patris decreto vnà cum Drogone fratre eiuſdem Caroli Magni filio, à Mediomatricibus in Epiſcopum pariter expetito, conſecratum an. 762. xiii. Cal. Octobris, Archiepiſcopali munere per annos ſex & viginti functum, poſtea dimiſsâ paſtorali curâ, Ludouici Pij Imp. tempore, Gemmetici monachum factum, exactóque penè decennio, poſtremo ibidem feliciter mortuum 2. Idus April. (ita habet ms. codex. ſed re verâ legendum eſt quinto) anno ætatis 74. Quæ & alia eiuſdem generis ex eorumdem Caroli Magni & Ludouici Pij geſtis facilè refelli poſſunt. Nam primò quâ ratione conſecratus dicitur Hugo in Epiſcopum Caroli patris iuſſu an. 762. cùm necdum Carolus regnare cepiſſet, aut poſt ſuſceptum à Leone Papâ Diaconatus ordinem, qui Pontifex ante annum 795. Eccleſiæ gubernacula non ſumpſerit, aut cum Drogone, quem ex Thegano in geſtis Ludouici, conſtat ab eodem

Ludouico ad Epiſcopatum Metenſem A eſſe promotum? Secundò qui fieri potuit, vt ad Ludouici Imper. tempora perueniret, qui an. 781. conſecratus, viginti ſex duntaxat annos Archiepiſcoporum rexit? Cùm Ludouicus anno 814. patri in Imperio ſucceſſerit. Tertiò quis vnquam inter Caroli Magni liberos Hugonem alium recenſuit, ab illo quem Eginhartus in vitâ eiuſdem Caroli Hugum appellat, traditque ex Reginâ concubinâ natum, fratrémque Drogonis fuiſſe. Atqui Hugo ille ex Reginâ concubinâ ante an. 783. naſci non potuit, quo, ex fragmento codicis Nazariani, Hildegardis Reginâ B obiit; poſt cuius mortem cùm Carolus vxores ſucceſſiuè duxiſſet Faſtradam & Luidgardim, illâ demum mortuâ, quatuor habuit concubinas, ex quibus fuit illa nomine, non re Regina, Hugonis & Drogonis parens. Quomodo ergo Archiepiſcoparum adeptus eſt an. 762. qui hondum natus, aut quomodo viuo patre vmquam adeptus, qui paruulus poſt eius mortem in Ludouici fratris curam & poteſtatem venit: Sic enim Nithardus » lib. 1. de Ludouico loquitur: Fratres » quoque adhuc tenerâ ætate, Drugo- » nem, Hugonem, & Theodericum par- » ticipes menſæ effecit, quos & in pala- » tio vnà ſecum nutriri præcepit. The- » ganus quoque auctor eſt Ludouicum » excæcato Bernardo iuſſiſſe fratres ſuos » tonſurari Drugonem, Hugonem, & » Theodericum ad diſcordiam mitigan- » dam, & liberalibus diſciplinis inſtrui, » eóſque poſtmodum honorificè conſti- » tuiſſe, Drogoni Epiſcopatum dediſſe, » Hugoni cœnobialia monaſteria. Hæc Theganus, qui de Archiepiſcopatu Rotomagenſi nullum verbum habet, cuius certè mentionem non omiſiſſet, ſi tunc vel antea Hugoni fuiſſet conceſſus: concedi verò non poterat, qui D tunc Wilbertum ipſius Ludouici Conſiliarium poſſeſſorem agnoſcebat; obſtabátque ætas Hugoni quominus ad Pontificales infulas proueheretur. His aliiſque haud paucis argumentis, (quæ congerere in promptu eſſet, niſi præmiſſa ad explorandam rei veritatem ſufficerent,) ſatis ſupérque deſtruitur noua caſtigatioris Breuiarij opinio, duos Hugones Rotomagenſes Archiepiſcopos inducentis, quorum poſterior Sanctorum catalogo adſcriptus, medius inter Mainardum, Wilberrúmq; ſederit. Quæ tamen opinio tantò veniâ dignior cenſeri debet, quantò veteri traditioni addictior, non ex incurioſorum negligentiâ, ſed ex modeſtiâ ſobriè ſapientium proceſſiſſe dignoſcitur. Diſcuſſâ itaque & ſatis ſupérque refutatâ fabuloſâ Pſeudo-Hugonis hiſtoriâ, ſupereſt vt certam de vero S. Hugone Rotomagenſi Antiſtite ſententiam ſubjiciamus; Eſt autem huiuſmodi.

Hvgo (cuius ſanctitatem annuâ celebritate veneratur Eccleſia Rotomagenſis ad v. Idus Aprilis) natus eſt, patre Drogone Pippini de Herſtallo cognomento Craſſi Maioris Domus Francorum & Plectrudis filiò, Duce Campanienſi, matre Adeltrude, Waratonis item Maioris Domus Francorum, & Auſledis filiâ; fuitque Grimoaldi & Caroli Martelli etiam Maioris Domus, ex patre nepos. Is ab Auſlede auiâ educatus, & ad omnem ſanctitatem inſtitutus, Eccleſiæ Rotomagenſi præfectus eſt, iuxta tabulas Archiepiſcopales & chronicon Rotomagenſe an. 722. iuxta æram noſtram (quæ ab antiquâ decennij circiter ſpatio diſcrepat, habétque fundamentum in ordinatione & morte S. Au- C doëni) 732. vel circiter: quo tempore « 732. tenuit etiam Præſulatum Eccleſiæ Ba- « jocenſis, & Pariſienſis, factione patrui « ſui Caroli Principis, vt verbis eius « actorum vtamur, extra decreta tamen « canonum; cœnobia verò nobiliora « Fontanellam & Gemmeticum, ac plu- « rima prædia regia, quæ non cauſâ per- « uerſæ cupiditatis à patruo ſiue à Re- « gibus impetrabat, ſed vt ſtatim Eccle- « ſiæ Chriſti traderet. Hæc ex eius actis, « quæ varias Hugonis largitiones eidem Fontanellenſi monaſterio factas recenſent, addúntque ipſum obiiſſe vi. Idus Aprilis (legendum quinto) anno 730. ex antiquâ ſcilicet numerandi ra- « tione, eiúſque corpus Gemmetici in « Eccleſiâ B. Mariæ conditum fuiſſe, & « ſupra tumbam eius, ſeu conditorium, « diuerſis metallis decoratam, poſitam « ob amorem videlicet, ſanctitatem ac « reuerentiam illius, quod nullus ante « eum eiuſdem cœnobij, Gemmeticen- « ſis ſcilicet Rector, nec poſt eum tot « prædia in iure ipſius venerabilis loci « contuliſſet. Extant Acta illa Hugonis, « ex Abbatum Fontanellenſium geſtis proculdubio deprompta, in vetcri codice MSS. eburneo Eccleſiæ Rotoma-

genſis, in quibus ſi ſcrupuloſius ratio- A nem temporum expendas, nonnulla occurrent quæ exactiori examine indigeant, ſed illa tanti non ſunt ponderis, vt fidem hiſtoriæ eleuent, cùm de paucorum duntaxat annorum interuallo quæſtio ſit, in quâ diutius immorari ſuperuacaneum cenſemus, præſertim quòd ex antiquariorum calamis multa id genus excidere potuerint. Quæ verò pauca delibauimus, conueniunt cum his quæ de eodem Hugone habet Ordericus Vitalis lib. v. vbi addit, eiuſdem Hugonis corpus cum corpore S. Aicadri, à Gemmeticenſibus in Lotharingiam (latius tunc B illa patebat) fuiſſe tranſlatū, ibique in vico qui Haſpis dicitur, in territorio Cameracenſi, ad ſua vſque tempora in ſcrinio argenteo honorificè ſeruatum. Quam Orderici de vtriúſque corporis tranſlatione ſententiam confirmat locorum traditio, licet de Hugonis perſonâ, origine, & ſæculo non ſit idem Eccleſiarū conſenſus, Gemmeticenſibus & Vedaſtinis à quorum monaſterio pendet Haſpenſis præpoſitura, fabuloſam S. Hugonis hiſtoriam quæ ſuperiùs exploſa fuit, amplectentibus; Pariſiis verò, Baiocaſſibus & Fontanellenſibus Hugonem in ſuorum Antiſti- C tum indices ad an. 722. vel circa referentibus; Rotomagenſibus autem interim in ſe diuiſis & fluctuantibus, vt qui in Archiepiſcoporum elencho, Pariſiorum, Baiocaſſium & Fontanellenſium calculo reſpondeant, in breuiariis & lectionariis refragentur. Quod ſanè mirùm non eſt. Nam cum S. Hugonis feſtum celebrari cœperit in Eccleſiâ Rotomagenſi anno duntaxat 1309. vt ex inſcriptione veteris lectionarij liquet, recurrendum fuit ad exterarum baſilicarum codices, Gemmeticenſis ſcilicet, aut Vedaſtinæ, ſeu Haſpenſis, & alienæ fidei ſtandum. D Porrò inſulſam illam Hugonis fabulam, quæ proculdubio ab aliquâ ex tribus illis baſilicis initium ſumpſit, natam credimus infelici prorſus ſæculo, quod Normannorum conuerſio ſubſecutum eſt, quo tempore tranſlato apud Haſpenſes S. Pontificis corpore, conſumptiſq; poſt Normannicum excidium, vel certè deprauatis Gemmeticenſis monaſterij documentis, facilè fuit Aſcetis ſcripturiendi auidis, in hunc errorem impingere. Nec eſt cur aliquis objiciat, Hugonem illum qui Caroli Martelli tempore vixit, in nullius Eccleſiæ cui præfuerit (cum multas gubernaſſe ex ſuperioribus conſtet) diptychis eſſe deſcriptum, ac pro ſancto habitum; id enim contigiſſe reſpondemus, quod Sanctorum memoria, in ſepulturæ loco coli ſoleret. Quâ ratione factum eſt, vt cum S. Hugo qui tot Eccleſiis præfuerat, vnam ex eis Gemmeticenſem in oſſium domicilium cooptarit, à ſolis Gemmeticenſibus propterea celebrari ab initio meruerit. Quorum tandem pietatem æmulati ſunt Rotomagenſes, non ſolùm in perſoluendâ B. Antiſtiti annuâ feſtiuitate, verùm etiam in conquirendis & honorandis eius reliquiis, ex quibus brachij partem olim argenteâ thecâ incluſam, in Eccleſiâ Rotomagenſi aſſeruatam fuiſſe, liquet è veteri elencho ſacrorum pignorum anno 1555. vltimâ Iulij confecto: cæteræ verò Eccleſiæ Pariſienſis ſcilicet, Baiocenſis, & Fontanellenſis alioquin erga Abbates ſuos officioſiſſimæ, promerendis aliorum Tutelarium, quos haud paucos habent patrociniis intentæ, Hugonis ideò memoriam vel intermiſêre, vel nunquam ſunt amplexæ, quod nec conſummatis eius meritis nec venerandis corporis ſacri exuuiis glorientur.

26. Ratbertvs, Rotomagenſis Eccleſiæ regimini admotus, ſediſſe traditur in necrologio circiter annos quatuor; vt etiam docent antiquæ Cathedralis tabulæ.

27. Grimo, conſtitutus à Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo Apoſtolicâ auctoritate, Pallio Metropolitani inſignitur 744. in epiſtolâ autem 744. ad eumdem hâc de re ſcriptâ à Pont. Max. miratur quod pro vno Grimone nunc petat, cùm pro Abele Remorum & Artberto Senonum Præſulibus antea poſtularit; idem refert Flodoardus lib. 2. hiſt. cap. 16. Grimo autem Eccleſiam Cathedralem S. Mariæ prædiis ac beneficiis auxit, eiq; aſſignantur quatuor anni Pontificatus.

28. Reginfridvs, ſeu Raimfredvs Abbas Fontanellenſis, compater ſpiritualis Pipini Regis, variè à variis depingitur, nam in codice Rotomagenſi laudatur vt pius & liberalis, in Fontanellenſi damnatur inſcitiæ & tyrannidis. Nominatur primo loco in

in epiſtolâ v 1. Zachariæ Papæ ad di-
744. uerſos Galliæ Epiſcopos 744. quâ laudat illorum cum Romanâ Eccleſiâ coniunctionem; Memoratur apud Ba-
748. tonium an. 748. ac dediſſe fertur Canonicis Cramiſiacum; primùm Fontanellenſi cœnobio, tùm Archiepiſcopatu priuatus, fato ceſſit paulò poſt Clouiali ad Sequanam, & Rotomagi ſepelitur.

29. S. Remigius, ſeu Remedius, Caroli Mattelli Ducis, ſeu Principis Francorum, & Maioris Domus filius naturalis, Pipini autem frater & Caroli Magni Imperat. patruus,
755. Cathedram adeptus eſt 755. teſte chronico S. Ebrulphi; In hoc anno, inquit, Remigius adeptus eſt ſedem Eccleſiæ Rotomagenſis eiecto ab Epiſcopatu Ragenfredo. Eccleſiam S. Mariæ facultatibus ditauit, attributis quamplurimis prædiis in vſum Canonicorum, quas & aliorum donationes confirmauit Carolus Magnus, vt conſtat ex præcepto Caroli Calui, de quo inferiùs in Riculfo. Teſtatur autem ſcriptor libri miraculorum S. Benedicti, mandato Pipini Floriacum Abbatiam delegatum fuiſſe, vt etiam inuitis monachis D. Benedicti corpus è terrâ effoſſum, Carlomanno & fratribus redderent, quo munere ſuſcepto Remigius Abbatiam adueniens, & mandata Regis Medoni Abbati exponens, cum multis lacrymis illud aſportari permiſit. Huius meminêre Adrevualdus lib. 1. miraculorum S. Benedicti, cap. xvi. Sigebertus, cæterique poſterioris æui ſcriptores, necnon Alcuini epiſtola, & chronicon Beſuenſe, quod à Pipino Rege plurima loca in Burgundiâ accepiſſe tradit. Notatur
771. è vitâ migraſſe 14. Calend. Febr. 771. forſan exeunte, aut 772. in chronico Vticenſi, Epiſcopatus annis 17. quos ei veteres catalogi tribuunt, nondum exactis. Iacet in Eccleſiâ Cathedrali B. Virginis, quam facultatibus auxit, poſteàque Sueſſionem, ad S. Medardi baſilicam corpus delatum eſt; reliquiæ verò indè Rotomagum aſportatæ, in cœnobio S. Audoëni conditæ referuntur an. 1090. vt conſtat ex tabulariis eiuſdem B. Audoëni. De illo ſic canit Ordericus lib. 5.

Remigius *Præſul Regali ſtirpe creatus,*
Deuotè vixit, commiſſos dogmatiſauit.

30. Magenardus, quem Mainardum alij vocant, Miſſus Dominicus Caroli Imper. de quo fit mentio canone x. Concilij Francofordienſis an. 794. in depoſitione Gerbodi 794.
incertæ Sedis Epiſcopi, cui dignitas abrogata, cum tamen Epiſcopalia munera à Magenardo fuiſſet conſequutus. Interfuit dedicationi Eccleſiæ S. Richarij Centulenſis monaſterij, circa an. 800. ex ſintagmate Nithardi 800.
nepotis Caroli Magni, quod extat tom. 2. Hiſtoricorum Francorum ſcriptorum.

31. Vuillebertus, Ludouici Pij Regis à ſecretis, ab eo nondum Archiepiſcopus cum Richardo Comite an. 795. vt eſt in vitâ & actibus eiuſdem Imperatoris, Miſſus Dominicus delegatur, poſteàque cum Ingobetto Comite eâdem legatione cohoneſtatus, in prouinciam Rotomagenſem deſtinatur, ſub an. 823. quemadmodum 823.
produnt Capitularia Ludouici Pij lib. 2. cap. 25. & Aimoinus lib. 5. cap. 3. quot verò annos in Pontificatu exegerit haud compertum eſt, licet ei 48. perperam aſſignentur.

32. Ragnoardus, variis intereſt Conciliis, Pariſienſi an. 828. cap. 1. Ca- 828.
pitularij 3. Ludouici Reg. Vormacienſi tempore eiuſdem Principis, & Synodo Theodonis-villæ in depoſitione Ebonis 835. quo anno memoratur in 835.
tabulario Ferrarienſi cum Aldrico Metropolitano Senonenſi, ei tribuuntur decem anni regiminis.

33. Guntbaldus, venerabilis Archiepiſcopus nuncupatur in præfatione Concilij Meldenſis an. 845. in- 845.
tereſt & Pariſienſi 846. ſubſcribitque cum aliis Epiſcopis prouinciæ ſuæ pri- 846.
uilegio monaſterij Corbeienſis Sanctæ Metropolis Rotomagenſis Antiſtes. Item anno ſequenti Synodum indixit Lutetiæ pro inſtaurando iudicio Ebonis Archiepiſcopi vt Flodoard. ſcribit l. iii. c. 11. de quo Capitularia Caroli Calui. Huius tempore Normanni Anſcheto Duce, irruptione in oſtia Sequanæ factâ Rotomagum incendunt an. 841. pridie Id. Maij. Defunctus eſt an. 848. Non. Ianuarij, aut quinto die 848.
eiuſdem menſis teſte chronico Fontanellenſi.

34. Paulus, ſub Almarico Turonenſi Archiepiſcopo vnà cum Ioſeph Ludouici Regis Præceptore ſtudiis

eruditus, ordinatur Metropolitanus A
849. eius Eccleſiæ 849. viii. Idus Ianuarij, vt indicat chron. Fontanellenſe; eodem anno Turonenſi Concilio adfuit
853. & Vermerienſi 11. 853. Memoratúrque in epiſt. 84. Lupi Ferrarienſis ad Nomenoium gentis Britannicæ Priorem; ei verò ſex anni in diptychis aſſignantur.

35. Vvenilo ordinatur iuxta ve-
855. tus chronicon an. d. ccc. lv. Legatus Synodi Cariſiacæ apud Ludouicum Regem an. 858. ante adeptum Eccleſiæ ſuæ Pontificatum, Ragenarium Præſulem ſecutus eſt in Conuentu contra Goreſcalcum; à Synodo au- B
859. tem Metenſi ad eumdem mittitur 859. Iudex quoque in causâ Vuenilonis Senonum Antiſtitis, in Tullenſi apud Saponarias: & Aquiſgranenſi teſte Hincmaro, Tullenſi 11. apud Tuſia-
860. cum interfuit 860. Piſtenſi 862. Sueſſonenſi 3. 866. vbi ſubſcriptus legitur epiſtolæ Concilij ad Nicolaum Papam in causâ Vulfadi, & priuilegio monaſterij Solemniacenſis in eadem Synodo collato; tum demum Trecaſſinæ
867. 867. denique 3. Non. Decemb. 868. examinationi Vuilleberti in Epiſcopum Catalaunenſem ordinandi, quo C inſuper anno dirigitur ad eum epiſto-
868. la Liutadi Vencienſis Epiſcopi. Vnde ex ſubſcriptionibus iſtis Conciliorum colligitur error, annos duntaxat vndecim ei tribuentium. Extat in cœnobio S. Audoëni diploma Caroli Calui datum Germerigia palatio 4. Nonas Nouemb. regni eius 24. quo res confirmat Sanctæ Sedis Rotomagenſis, in honore Dei genitricis ſemper Virginis Mariæ, Sanctíque Petri Apoſtolorum Principis, almíque Audoëni, ceterorúmque Sanctorum ibidem quieſcentium fundatæ, petente eodem Vuenilone, cùm tunc Eccleſiæ inſtrumen- D ta penitùs incendiis deperiiſſent, & aſportatione ſeu abſumptione perditionis conſumpta fuiſſent, Normannicâ ſcilicet vaſtatione, quod in eodem præcepto continetur. Debitum na-
871. turæ perſoluit an. 871. non 841. vt annotatur in chron. Tornacenſi, poſt 12. circiter diem Kal. Octob. ſicuti docet fragmentum alterius chron. S. Vandregiſili; non igitur potuit vitam produxiſſe ad annum vſque trigeſimum quintum Caroli Calui Regis prout in quibuſdam diplomatibus affirmatur.

36. Adelardus Guntbaldi nepos, ordinauit preſbyterum Fontanellenſis chron. Anonymum ſcriptorem an. 872. 8. Id. Martij cuius Pontifica- 872. tus numerantur ſolùm tres anni.

37. Riculfus Abbas item S. Audoeni, in cuius monaſterij chartophilacio, vbi Cœnobiarcham ſe inſcribit, vetuſtiſſimum aſſeruatur documentum, cum ipſius Riculfi, Siebardi Epiſcopi, Abbatum, Canonicorum, monachorum, fideliúmque laicorum, ac Flodegiſij Notarij ſubſcriptionibus, quo teſtatur ſe ad limina SS. Audoëni, Nicaſij, Quirini, Scuuiculi & Pientiæ, quorum corpora apud Vadiniacum, Normannorum metu tunc exulabant, orationis causâ ſe contuliſſe, anno ordinationis ſuæ primo, xvi. Kal. Decemb. ac poſtridie inſpecto eiuſdem S. Audoëni corpore, detractíſque ex eo quibuſdam reliquiis, ad conciliandam ſibi Sancti Confeſſoris gratiam, duos manſellos in Bidolido, cum mancipiis Bertuino, Vuinetrude, Gunbergâ, & cæteris adiacentiis de villâ Rumiliaco, ad eius luminaria perpetuò fouenda prædicto cœnobio aſſignaſſe. Idem Riculfus obtinuit à Carolo Caluo, confirmationem rerum quas ipſe & deceſſores ſui Canonicis S. Mariæ Rotomagenſis dederant, quibus ipſe adiecit multa, diplomate propterea conceſſo, cuius exemplum viſitur in tabulariis archiui Capitularis, ſine anno & indictione, deſignato duntaxat die feſtiuitatis SS. Virginum Perpetuæ & Felicitatis, id eſt vii. Martij: huius regimini tres anni numerantur.

38. Ioannes i. intereſt Concil. Pontigonenſi 876. quo item anno 7. 876. Kal. Iunij à Carolo Caluo impetrat priuilegium pro rebus S. Audoëni datum apud Baſin palatium Imperiale, cuius gemina hodiéque viſuntur exemplaria, & in eorum altero ſigillum perantiquum cum Imperatoris effigie. Ioannem autem ad Marini ſummi Pontificis tempora perueniſſe conſtat ex Flodoardo Eccl. hiſt. lib. 4. c. 1. & 3. cap. 21. Inuitatur à Ioanne viii. Papâ ad Concilium, epiſtolâ ad diuerſarum 878. ſedium Epiſcopos datâ 4. Idus Iunij indictione xi. id eſt an. 878. & in alterâ ad Hugonem Abbatem 882. vbi appellatur Rodomenſis Archiepiſco- 882. pus.

39. S. Leo, Caremtoni in diœceſi Conſtantienſi natus, à Romano Papâ ordinatus, Baionam ad prædicandum Euangelium deſtinatur; huic autem loco reſtituendus videtur, licet de eo vulgari catalogi nihil prodant. Cuius ſilentij duplicem rationem reddit Preuotius in Archiepiſcoporum notitiâ, aut quòd obiter tantùm Sedem attigerit, ad quam, ſæuiente Normannorum irruptione vix patebat aditus, aut quòd in tantâ rerum perturbatione eius memoria interciderit. Ceterùm de eodem Sancto Leone Præſule Rotom. & Apoſtolo Baionenſi, acta perantiqua cùm officio aſſeruantur in ſcriniis Baionenſis Eccleſiæ. In quem verò catalogi locum referendus ſit idem S. Leo, nondum, vt diximus, nobis conſtat, quidquid dicant Tallepedius & Dadræus, qui eum cùm Vuitone ſequenti perperam confundunt; nam Leo vix Sedem attigit, Vuito in conuerſione Normannorum egregiè laborauit.

40. Vvito ſedebat in Cathedrâ Rotomagenſi circiter annum Domini
888. 888. quem Ordericus Vitalis docet ſucceſſorem Ioannis, non verò Leonis, vt notatur in indiculo Ioannis Preuotij. Sententiæ excommunicationis latæ Remis in homines Balduini Flandriæ Comitis ob cædem Fulconis Archiepiſcopi Remenſis, interfuit cùm aliis Epiſcopis anno 900 pridie Nonas Iulij. Concilio item Troſleiano
909. 909. 6. Cal. Iulij, cuius decretis chirographum appoſuit. Ad eundem extat epiſtola Heriuei Remorum Antiſtitis, qualis pœnitentia debet iniungi non baptiſatis Gentilibus, & baptiſatis, & rebaptiſatis, & poſteà more paganico Eccleſias deuaſtantibus, & Chriſtianitatem delentibus: inſcriptio autem ſic habet: *Reuerentiſſimo, ac dilectiſſimo fratri, & Coarchiepiſcopo Vuitoni, Heriueus Remorum Archiepiſcopus plurimam in omnium Saluatore ſalutem, æternaque beatitudinis fœlicitatem. Vt rogaſtis humilitatem noſtram quærere diuinis in oraculis, qualiter conſulendum vobis foret his qui rebaptiſati ſunt, & aquè vt ante baptiſmum iuxta paganiſmi morem, quemadmodum ſues ſunt reuerſi ad volutabrum, & canes ad vomitum, ludicras voluptates nefando paganorum ritu exercuêre, ſeu de illis qui nondum baptiſmum percipere meruerunt, prout quiuimus, ſatiſfacere precatui veſtro fatigimus, quantúmue breuitas temporis ſinit. Et vt vnumquódque capitulum vobis faciliùs fieret ad reperiendum, capitulatim in hac ſchedulâ fecimus ſcriptum.* Et poſtquam plura exempla ex ſententiis Patrum, Epiſcopis, aliiſque ſanctis viris, item Synodis, Canonibus, ac Decretalibus Pontificum Romanorum deprompſit, Vuitonem ita alloquitur: *ſemper in Chriſto fœlici ſucceſſu præpolleat, & omnibus in bonis vigeat reuerenda & percolenda germana caritas veſtra, memor noſtri in orationibus ſuis, & vniuerſæ Eccleſia noſtra.* Quantum verò in infidelium & paganorum Normannicæ gentis conuerſione adlaborauerit, teſtis locuples Flodoardus Hiſtoriæ Eccleſiæ Remenſis lib. 4. c. 14. diſertè expreſſit his verbis: *De Nordmannorum mitigatione, atque conuerſione valde laborauit, donec tandem poſt bellum quod Robertus Comes contra eos Carnotenus geſſit, fidem Chriſti ſuſcipere ceperunt, conceſſis ſibi maritimis quibuſdam pagis, cùm Rotomagenſi, quam penè deleuerant vrbe, & aliis eidem ſubiectis. Ad petitionem quoque Vuitonis tunc Rotomagenſis Epiſcopi, collecta ex diuerſis auctoritatibus Sanctorum Patrum XXIII. capitula, qualiter ipſi Nordmanni tractari deberent, eidem Archiepiſcopo delegauit. Inſuper etiam Romanum Pontificem ſuper huiuſcemodi negotio conſulere ſtuduit. Ad cuius conſulta quæ circa gentis huius conuerſionem exequenda forent, inſinuare non deſtitit. Hungaris quoque regnum Lotharienſe deprædantibus, Dux Karolus proceres Francorum in auxilium ſibi contra gentem ipſam conuocaret, ſolus hic Præſul ex omnibus regni huius Primatibus, cùm ſuis tantùm in defenſionem Eccleſiæ Dei, Regi occurrit, habens armatos ſecum (ſeu vt fertur) mille quingentos.*

41. Franco Rollonem Ducem Normannorum ſacro lauacro baptiſmi tinxit anno Domini 912. poſtquam 912.
enim, recitat auctor fragmenti veteris Hiſtoriæ Francicæ à Ludouico Pio ad Robertum Regem, verbis ſalutatibus illum mitigauit, & ad Chriſti cultum ſagaciter inuitauit, poſtquam permiſſu diuino multa Franciæ bona diripuit, vaſtauit, incendit, factus eſt fideliſſimus Chriſti cultor, cuius anteà fuerat crudeliſſimus perſecutor, eúmque Robertus Burgundiæ Dux à ſacro latice leuauit. Huic teſtimonio conuenit Guillelmus Gemmericenſis libro 2. cap. 18. Anno Incarnationis

» DCCCXII. benedicto fonte nomine
» Sanctæ Trinitatis, Rollo à Francone
» Archiepiſcopo baptiſatur; per ſeptem
» dies quibus in albis manſit, Deum &
» ſanctam Eccleſiam deuotè datis mu-
» neribus honorauit; nam primo die de-
» dit terram præmaximam Eccleſiæ Ro-
» tomagenſi, ſecundò S. Mariæ Baio-
» cenſi Eccleſiæ, tertiò S. Mariæ Ebroi-
» cenſi Eccleſiæ, quartò S. Michaelis
» Archangeli Eccleſiæ in periculo ma-
» ris ſupra montem poſitæ, quintò S.
» Petri & S. Audoeni in ſuburbio Ro-
» tomagenſi Eccleſiæ: ſextò S. Petri &
» S. Aichadri Gemmeticenſi Eccleſiæ.

Cæterùm hiſce carminibus, de eo & ſucceſſoribus Archiepiſcopis loquitur Ordericus lib. 5.

Vuilto commiſſum conſcendens Pontificatum,
Claruit in populo vir prudẽs dogmate ſancto.
Succeſſit Franco plebis bonus auxiliator,
Qui lauacri ſancti Rollonem fonte ſacrauit.
Sedem Pontificis Gonhardus in ordine ſumpſit
Vtilis in populo, prudens quoque conciliator,
Succeſſit Hugo legis Domini violator
Clarâ ſtirpe ſatus, ſed Chriſti lumine caſſus,
Inſignis Præſul claris natalibus ortus
Robertus fœlix deuoto fine quieuit.

Porrò incomperta eſt Metropolitanæ baſilicæ S. Mariæ inſtaurario, quam nonnulli Rolloni tribuunt, ſed magis
917. ſuſpectus annus Domini 917. qui morti eius aſſignatur; ſanè conſtat ex veteri codice MS. monaſterij S. Audoeni, eius ſacrum corpus anno 918. Calendis Februarij Rotomagum, procurante Francone & Rollone relatum fuiſſe; cuius quoque ſuperſtitis nomen inuenitur apud Flodoardum in Chronico an. 928. Hanc autem æram mortis Rollonis primus, vt opinamur, excogitauit Ordericus Vitalis Vticenſis Monachus, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lib. 3.

42. GVNHARDVS, qui etiam GVNTHARDVS interdum inſcribitur, tempore Ducis Normannorum Guillelmi Longæſpatæ inſtauratoris monaſterij Gemmeticenſis, ſediſſe memoratur in Eccleſiæ Rotomagenſis dipthycis per annos 24. vt obſeruant vetuſta tabularia; Ordericus idèm l. 5. eius mortem his verbis nos docuit;
942. *Anno Incarnationis Domini 942. regnante Ludouico Transmarino, Guillelmus Dux, & Gonhardus Rotomagenſis Archiepiſcopus obierunt.*

43. HVGO II. S. Dionyſij monachus habitu non opere, vt notat Chronicon Abbatiæ S. Ebrulfi in Neuſtriâ, Metropolitanam hanc Sedem probris polluit; & rebus ſpoliauit, cui teſtimonio ſuffragatur & Ordericus citato libro: *hic 48. annis*, ait, *Præſulatu functus eſt, ſed à nullo Scriptorum qui de illo, ſiue de Epiſcopis eius loquuti ſunt, laudatus eſt. Palam memorans quòd habitu non opere monachus fuerit.* Iſte Dodiniacum & Doutendium ab Eccleſiæ dominio diſtraxit; intereſt autem tranſlationi reliquiarum S. Audoeni in auguſtiorem thecam Ricardi 1. Normannorum Ducis ſtudio celebratæ; obſeruant & perantiqua Eccleſiæ calendaria ipſum in Cathedrâ Rotomagenſi præfuiſſe per annos plures.

44. ROBERTVS DE NORMANDIE I. Eburonicum Comes, Ricardo 1. Duce Normanniæ & Gunnore parentibus genitus, erat frater Ricardi 2. Ducis, Emmæ Reginæ Angliæ, Etelredi, Hadwigis Gaufridi Comitis Armoricæ coniugis; Mathildis denique Odoni 1. Comiti Carnotenſi & Bleſarum thalamo iunctæ. Poſt Hugonem ad Sedis Metropolitanæ thronum ſubuectus eſt, auctore Orderico, & annò 989. vt produnt antiqua ta- 989.
bularia; Eccleſiæ maioris noua fundamenta iecit, eiúſque res vnà cùm Roberto Magnifico Duce gemino diplomate confirmauit. Prætereà baſilicam S. Trinitatis in monte Rotomagenſi à Goſcelino de Archis, & coniuge Aimelinâ, S. Simeonis Sinaitæ monachi ſuaſu constructam, ſolemni ritu dedicauit anno 1030. 7. Calendas Septembris, ex tabulis ipſius fundationis; de quo cœnobio meminit Robertus de Monte in Appendice; *Goſcelinus Vicecomes Arcacenſis patrinus Godefridi patris, Mathildis vxoris Vuillelmi Camerarij, fecit monaſterium S. Trinitatis in monte Rotomagenſi.* Eo ſedente 1001. Fiſcannum, vbi primò ſacrarum Virginum cœnobium, à B. Waningo loci domino tempore Chlotarij III. fundatum, deinde Canonicorum collegio à Ricardo 1. Duce ornatum, poſt à Ricardo 2. eius filio 1001. in monaſterium transformatur B. Guillelmi Benigniani Abbatis operâ, qui ibidem moritur 1031. Kal. Ian. itẽ no- 1031.
bile monaſterium Beccenſe ab Herluino inchoatur 1034. Recenſetur idem Robertus in veteri inſtrumento fun-

Normandie.
De gueulles a deux leopards d'or.

dationis Prioratus Longæuillæ, quod A
ex chartis Gemmeticenſibus in hunc
» modum eruitur: QVIDAM vir præ-
» potens paterfamilias nomine Alfaſius,
» poſſedit alodum in villâ quæ vocatur
» Iortoniacus, & immiſſa eſt voluntas
» cordi eius à Domino vt ipſum alodum
» ſibi pertinentem traderet Deo & San-
» cto Petro in venerabili Gemmeticenſi
» cœnobio. Conceſſit ergo vt diximus
» ipſam ſuam poſſeſſionem Deo & S.
» Petro, videlicet tertiam partem ipſius
» villæ & totam Eccleſiam, & totum
» flumen in ipſo loco decurrentem; hoc
» igitur donum dedit S. Petro pro re-
» demptione animæ ſuæ. deinde poſt- B
» hæc multi in eodem loco Toruiaco
» viri terram poſſidentes, voluntate
» ſpontaneâ dederunt de ipſâ terrâ poſ-
» ſeſſionis ſuæ, tantùm, quantùm eis bo-
» num viſum eſt S. Petro, qui colitur
» in venerabili Gemmeticenſi loco. Igi-
» tur poſt multa curricula annorum ex-
» titit nobiliſſimus Comes Willelmus
» Rotomagenſi ciuitate, qui vxorem ha-
» buit nomine Leyardam, cui dedit do-
» tem in villâ quæ vocatur Longauillâ.
» Ipſa verò Leyarda habuit quandam
» filiam cuius eſt nomen Emma, cuius
» poſſeſſio tertiæ partis ipſius terræ in C
» eadem fuit villâ; Ipſa ergo ſuam par-
» tem ipſius villæ dedit Deo in loco qui
» nuncupatur Burgulio, vbi coluntur
» merita almi Petri. Igitur poſthæc,
» temporibus Roberti humillimi Abba-
» tis Gemmeticenſis ſacri cœnobij, & ve-
» nerabilis Abbatis Berniburg * * cœ-
» nobij, eorum voluntate ſpontaneâ li-
» bentique animo ipſam terram ipſius
» villæ quæ vocatur Longauilla conceſ-
» ſerunt S. Petro in Gemmeticenſi cœ-
» nobio. Ex hac ergo re exiſtunt.....
» Ricardus Comes inclytus cuius impe-
» rio atque voluntati .... Principis ma-
» gni, iterúmque alij teſtes ſuccedunt,
» ſcilicet filius eius Richardus, & nobi-
» liſſima mater Richardi Comitis Gun- D
» nor, quæ tribuit pro redemptione ani-
» mæ ſuæ triginta libras nummorum.
» Et vxor Comitis Richardi Iudith. Hi
» ſunt alij teſtes idonei ROBERTVS
» Archiepiſcopus ROTOMAGENSIS,
» & Willelmus, & Inalgerus fratres Ri-
» chardi Comitis, Willelmus Pictauo-
» rum Comes, & vxor Briſca, Giſlerber-
» tus Epiſcopus, Radulphus, Iuco Co-
» mes & vxor eius & mater eius Heldiar-
» dis, & Gofredus frater eius: nomine
» monachorum Robertus Abbas, Alber-

A tus monachus, Gerardus, Bernardus, «
Odo Giſlebertus monachus, Bernar- «
dus Abbas, Tedelinus Abbas, Garne- «
rus monachus, Robertus Helgothus, «
Lambertus, Oſmundus Sacerdos, Kai- «
nus Sacerdos, Walterus Sacerdos &c. «
Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione «
Domini, I. XII. Indictione X. Epactâ «
XXV. concurrentes II. biſſextus & iam «
eodem fuit anno; regnante Roberto «
Francorum rege glorioſiſſimo. Extat «
autem in tabulario Aganonis S. Petri
Carnotenſis ſequens diploma:

DEO *& Domino noſtro Ieſu Chriſto præſidente decernimus ego* ROBERTVS
B *gratiâ Dei* ROTOMAGI ARCHI-
PRESVL, *& Coepiſcopi noſtri Herbertus Liſiniæ ciuitatis, Rodbertus Conſtantia, Radbodus Saxiæ, Hugo ciuitatis Ebroicæ, decernimus, inquam, atque ſancimus, vt Eccleſia de Fontenitido pro amore & honore S. Petri Apoſtoli Principis & Magiſtri noſtri, ab hac die in perpetuum ab omni ſit inquietudine tam Epiſcopi, quàm Archidiaconi remota. Eodem modo quo Ægeſiaci cella S. Petri Carnotenſis, Ceneburcuilla Eccleſia eſt ſubiecta; ab omni inquam reſpectu & inquietudine permaneat ſecura; tribus his ſolummodo exceptis, videlicet*
C *ipſius Eccleſiæ reconciliatione, olei & ſacrichriſmatis perceptione, & pænitentium reconciliatione, quæ omnia, ſicut opus fuerit, ab Epiſcopo cuius eſt diœceſis poſtulentur; & ab eodem gratis & abſque ullâ primùm poſtulatione, vel donatione propter honorem S. Petri conferantur; vt & nos & ſucceſſores noſtros ab omni iugo peccati dignetur abſoluere, ſupradicti magiſtri noſtri poteſtas & miſericordia. Et vt hæc notitia inconcuſſa permaneat, manibus noſtris eam roborauimus, ſigno quoque & nominibus corroborauimus, & Guaſcelino Archidiacono qui ſub me propius intererat, conſignandam & confirmandam & aliis Clericis & laicis noſtris propoſuimus. Si quis verò Antichriſte &c. Hanc autem ſagillationem vel*
D *vt ita dicam ſigillationem, ſinguli ſingulorum nominibus Coëpiſcoporum ſubſcribi decernimus.* ROBERTVS ARCHI-
PRESVL, *qui hoc opus pietatis incœpit & perfecit. Robertus Conſtantiæ, Rodbertus Liſiniæ, Radbodus Saxiæ, Hugo Ebroicus, Maingiſus Abrincarum, Vuilelmus, Richardus, Rodulfus, Hugo, Vuaſcelinus Archidiaconus, Henricus Abbas S. Audoeni, Balduinus Archidiaconus, Henricus presbyter & Decanus, Rodulfus Capellanus, Herluinus Leuita & Canonicus, Corbucio, Vuilelmus Paſchartus Capellanus, Rodulfus*

de S. Sancſone, Atto Leuita & Capellanus; Odo Præpoſitus, Odo Leuita & Oſmundus Tuteborti, Rogerius filius Hunfridi, Leſcelinus, Guimundus paruus, Rogerius filius Odonis Præpoſitus de Noiemo, Albertus oſtiarius, Rodulfus filius Osberti. Memoratur & à Vuillelmo Gemmeticenſi lib. 6. c. 3. cùm agit de diſcordiâ inrer ipſum & frattem: Decedente Duce Richardo, Roberrus frarer eius totius Monarchiæ Comitatus ab omnibus ſubrogarur. Vnde in primordiis ſuorum actuum ſuſpectum habens Roberrum Archipræſulem, hoſtili obſidione Ebroicam girauir. Eius igirur efferos impetus Archipræſul cupiens declinare, intra vrbis mœnia cum militari manu obſtruxir ſe. Nouiſſimè verò daris dextris ab eâ ſecedendi, Robertum Regem Francorum cum ſuis exul adiir, & Normanniam Pontificali anathemare percuſſit; Roberrus ergo Dux perpendens ſe inconſultè egiſſe omnia, Archiepiſcopum à Franciâ reuocauit, & in priſtinum honorem reſtituit. Poſtea mali pœnitens facti, ſuis, vt tanrum virum decebar, aſciuit conſiliis, in reliquum illi perſiſtens fidelis. Vnde Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus ad eum Antiſtitem ſcribens epiſt. 51. & 55. ſic eum affatur: Compatior tibi Sancte Parer ſuper aduerſis quæ indignè paſſus es, præſertim ab eo qui & ſe, & ſua tuæ fidelitati debuerat; ſuper illo quoque debeo vehementer, fratre & Coepiſcopo noſtro dum ſtarer, in rantâ nunc flagiriorum, arque facinorum præcipitia lapſo: Habes ex Dei grariâ charirarem quâ ipſum erranrem reuoces, frenum canonicæ diſtrictionis, quo derrectanrem coerceas, virgam quâ ferias, his vtere competenrer. Viuis

1037. exceſſit Robertus an. 1037. cùm viræ dedecora ſalutari pœnirentiâ expiaſſet, cuius nonnulla ſic perſtringit Ordericus: *Hic Ricardi ſenioris Ducis ex Gunnoride filius, quadraginta octo annis Archiepiſcopatum Rotomagenſem & Comitatum Ebroicenſem rexit: mundanis opibus affatim abundauit, ſæcularibus negotiis oppidò intentus extitit, & à carnalibus illecebris, non vt Pontificem decuiſſet abſtinuit. Nam coniugem Herleuam vt Comes habuit, ex quâ tres filios, Ricardum, Radulfum, & Guilelmum genuit: quibus Ebroicenſem Comitatum, & alios honores ampliſſimos ſecundùm ius ſeculi diſtribuit. In ſenectute tandem errorum memor ſuorum pœnituit, & pro reatibus multis magníſque multùm timuit. Magnas igitur & multas eleemoſynas pauperibus erogauit, Eccleſiámq; Metropolitanam in vrbe Rotomagenſi ſanctæ Dei genitrici à fundamentis inchoauit, quam magnâ ex parte conſummauit.* Hoc autem anniuerſario quorannis eius memoriæ parenrarunt monachi Carnorenſes S. Perri vr deſignat hæc tabula: IN NOMINE ſanctæ Trinitaris. Frater Arnulphus S. Perri Carnorenſis cœnobij indignus Abbas, cum fratribus mihi commiſſis, notum fieri volo, quia pro charirare & multâ benignitate, quam noſtro loco & nobis impendir, prærer honorem S. Petri, amplectendæ memoriæ Archipræſul ROTOMAGI Dominus RODBERTVS; de Eccleſiâ ſiquidem noſtri cœnobij, de quâ omnem violentiam Archidiaconi, & ſucceſſorum eius, remouir in poſtremum, ſicur in archiuo noſtro continetur ſcriprum; quod quidem ipſe frequenter nominandus Archipræſul Rodbertus coram ſe ſcribi fecit, & nobis ſeruandum perpetuò contulit; pro hac benignâ charitare notum eſſe volumus, quia grataner conſtiruimus pro animâ eius ab hac die in ærernum, vnus pauper quotidie pedes lauetur, reficiatur, mortuus ſepeliatur, oportunis diebus: pſalmus in conuentu plenario pro eo canterur, Exaudiat te Dominus, per ſingulas hebdomadas, miſſa pro eo ſpecialiter celebretur, cum plenario conuentu; multa enim alia prærer hæc beneficia nobis largirus eſt, quæ omnia ſibi recompenſar manu benigniſſimâ qui viuir vnus Dominus; & vt hæc firma permaneant poſteris noſtris ſcribi mandauimus. Arnulfus Abbas, Ebrardus monachus, Beringarius Decanus, Richerius monachus.

NORMANDIE. Comme cy deſſus.

46. MALGERIVS DE NORMANDIE, Richardi 2. Ducis ex Papiâ ſecundâ coniuge filius, ſuperioris nepos; ex Monacho non Abbare Fiſcannenſi, vr nonnulli hallucinantur, ſicuti Pamdinus, qui ſucceſſorem ei tribuit alrerum neporem cognominem: de cuius proſapiâ Guil. Gemmeric. lib. 7. c. 7. Mortuo, inquir, Roberto Roromagenſi Archiepiſcopo ſucceſſit Malgerius frater Roberti Ducis; nam Ricardus Gunnorides, mortuâ Iudith, aliam vxorem Papiam duxit, ex quâ duos filios genuit,

„ MALGERIVM ſcilicet Archipræſu- A ,, lem, & Vilelmum Arcacenſem. Hic verò ſine Apoſtolicâ benedictione & Pallio cathedram occupauit annis 18. eiúſque tempore, Hugo de Firmitate Abbatiam Siggeienſem fundauit, quam monaſterio S. Audoëni attribuit; largitur porrò eleemoſynam cœnobio S. Petri Carnotenſis, cuius tenor ita ſe habet:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Opportunum valde eſt & omnino neceſſarium cuique fidelium Dominum timentium, & portionem habere cupientium in regione viuorum, vt de rebus quæ tem-* B *poraliter poſſident, Dominum & Sanctos eius atque eorum loca honorare, ditare, atque ſublimare ſtudeat, quatenus pro temporalibus æterna adquirat, & pro terrenis cœleſtia obtineat. Ab exordio igitur naſcentis Eccleſiæ fuerunt viri religioſi Dominum timentes, & vera bona promereri deſiderantes, qui Eccleſiam Dei de ſuis poſſeſſionibus honorauerunt & exaltauerunt, vnde à Chriſto dignam receperunt mercedem. Hinc eſt quod cogitans vigili mente ego* MALGERIVS *Dei gratiâ* SANCTÆ MARIÆ ROTOMAGENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPVS, C *pro diuino amore & remedio animæ meæ & redemptione animarum parentum meorum, cenſus Telonei quod apud Andeliacum à miniſtris meis accipitur, S. Petro Carnotenſis cœnobij & monachis ibidem famulantibus perpetualiter perdonaui, vt nullum teloneum perſoluant impoſterum, de rebus S. Petri per flumen Sequanæ Rotomagum adductis. Hoc quoque perdonaui interuentu Landrici dicti cœnobij Abbatis. Si quis autem Eccleſiæ rerum inuaſor hanc donationem voluerit delere, deſtruat illud ita vt non habeat partem in regno Dei. Quatenus autem huius donationis authoritas firma permaneat, manu propriâ eam cum* D *ſigno crucis formaui, & fidelibus meis quorum nomina ſcripta habentur, firmare mecum precepi. Sig.* MALGERII *Archiepiſcopi, S. Osberni Decani, S. Hugonis Archidiaconi, S. Fulberti Cancellarij, S. Radbodi Canonici, S. Rodberti leuitæ, S. Goſleberti, S. Gerardi Pincernarum Magiſtri Comitis Vuilelmi, S. Heriberti laici, S. Stephani laïci. Alberti monachi & Præpoſiti Giſiacenſis, S. Ramerij monachi & Æditui, S. Mainardi monachi & Baiuli, Landrici Abbatis, S. Gaufridi & Haimerici, S. Roſcelini Rotomagenſis, S. Odurni maioris.* Subſcribit verò inſtaurationi

1050. monaſterij Vticenſis S. Ebrulfi 1050.

A quo etiam anno celebratur Synodus ex antiquis Eccleſiæ membranis. Deponitur in Concilio Lexouienſi 1055. teſte Malmeſburienſi, in Gherneruiam 1055. inſulam ablegatus, poſtquam inſipientiâ ductus Archipræſulatum Duci reddidiſſet auctore Gemmetic. l. 7. c. 24. ad extremum nauigio perit. Illum Ord. l. 5. voluptatibus mundaniſque curis indecenter adhæſiſſe reprehendit, necnon Guil. Pictauienſis Lexouiorum Archidiaconus in opere de geſtis Guilel. Ducis Normannorum hæc de Malgero ſubjicit: “Is Ricardi II. B filius ſacrâ dignitate abutebatur, veluti natalium iure ſuâ. Pallio tamen nunquam eſt inſignitus, quod principale ac myſticum Archipræſulatus inſigne, manus Romani Pontificis mittere ſolita, ei denegauit vt minus idoneo. Scripturarum arcana intelligentiæ literalis oculo colligere non indoctus fuit, ſed quo præcipiunt moderamine, neque ſubiectorum, neque propriam vitam gubernare ſtuduit. Quam pieras plurimorum ornando ditauit, ille ſpoliando attenuauit Eccleſiam: non ſponſus eius vel pater dicendus, ſed rapaciſſimus prædo. Men- C ſas equidem nimiùm ſufficientes, nimiùm nitidas præbere, largiendo laudem emere amabat, ſpecie liberalitatis prodigus: ſæpenumero monitus atque caſtigatus priuatim atque publicè domini ſui iuuenis & laïci ſapiente diligentiâ, pergere malebat eadem prauitatis viâ. Nec enim modum poſuit largitioni, donec ſedes Metropolitana omni ferè ornamento caruit & theſauro: præterea moleſtus infamiæ eius odor diffundebatur ob alia crimina. Læſit inſuper iniuriâ non leui Eccleſiam vniuerſalem, cuius vnicum Primatem non quâ decuit obe- D dientiâ veneratus eſt; nam Apoſtolici mandato ſæpius ad Romaoum Concilium accitus, renuit ire: Princeps igitur animaduertens iam non monitis agi oportere in causâ præcipuæ grauitatis, ne vltra patiendo ſuperni iudicis iram irritaret in ſe, depoſuit patruum in publico ſanctæ Synodi Apoſtolici Vicario, cunctiſque Normanniæ Epiſcopis iuxta Canonum auctoritatem ſententiam dantibus vnanimi conſenſu. Mauriſium verò Cathedræ liberatæ prouidit, ex Italiâ vbi ſupra cæteros Abbates emicuit eximius, reductum: digniſſimum ſummo omnium

» Archipræſulatu, merito generis, per-
» ſonæ, virturum, doctrinæ. Hæc omnia
ferè deſignat Guilel. Malmetburienſis
lib. 3. de Guilelmo 1. quæ prætermit-
» tere non potuimus : Penè puer & ma-
» turiore ætare ſapiens, patruum ſuum
» Malgerium ab Archiepiſcoparu Ro-
» tomagenſi remouet. Is erat literis
» non mediocriter cultus, ſed pro nata-
» lium conſcientiâ profeſſionis oblitus,
» venationibus, & auium certaminibus
» ſæpius iuſtò intendebat, & gazas Ec-
» cleſiaſticas conuiuiis, profuſionibus
» inſumebat; cuius rei famâ crebreſcen-
» te, totâ vitâ pallij vſu caruit, quod
» negaret ſedes Apoſtolica honoris hu-
» iuſce priuilegium homini, qui ſacra-
» tum negligebat officium. Vnde cre-
» bro conuentus, expoſtulante nepote
» patruelis offenſas, cum nihilo ſe reue-
» rentius ageret, cogente vltimâ neceſſi-
» tate degradatus eſt. Ferunt quidam,
» arcanam eſſe depoſitionis cauſam Ma-
» tildem, quam Guilelmus acceperat
» proximam ſibi ſanguine fuiſſe; id
» Chriſtianæ fidei zelo Malgerium non
» tuliſſe, vt conſanguineo cubili frue-
» rentur. Sed in nepotem & comparem
» excommunicationis iaculum inten-
» taſſe, ita cum iræ adoleſcentis vxoriæ
» querelæ accederent, excogitatas oc-
» caſiones quibus perſecutor peccati
» ſede pelleretur, ſed poſtmodum pro-
» uectioribus annis, pro expiatione ſce-
» leris, illum S. Stephano Cadomis mo-
» naſterium ædificaſſe, illam B. Trini-
» tati in eodem vico idem feciſſe, vtró-
» que pro ſuo ſexu perſonas inhabitan-
» ti in eligente. Malgerio ſucceſſit
» Maurilius Fiſcanenſis monachus, mul-
» tis virtutibus, ſed maximè abſtinentiâ
» laudatus, is mortuus reuixit, & ſuos
» alloquutus iterum obiit: quod teſtan-
tur Albericus in chron. & Vincentius
Bellouacenſis lib. XXV. cap. XL.

47. MAVRILIVS, patriâ Moguntinus, Haluerticenſis Scholaſticus, Florentiæ monaſterij tegimini Abbas prępoſitus, dum in eo regulas cœnobiticas reſtaurare ſatagit, eò monachorum aliquot de rigore diſciplinæ conquerentium procacia euaſit, vt potu venefico illum necare tentauerint, quo comperto, Archimandritæ munere ſe abdicans, in Normanniam cum Gerberto religioſo Fiſcanni apud S. Trinitatis Abbatiam ſedem fixit, vbi per aliquot annos monachus, tandem ve-

A tò egregiâ meritorum excellentiâ cla-
rus, in Malgerij locum ſufficitur : Ec- 1055.
cleſiam Metropolitanam perficit &
dedicat 1063. Kal. Octob. apud Ord.
l. 5. tumulo reconditis corporibus Rol-
lonis & Guilelmi Ducum, ac Gemme-
ticenſem baſilicam S. Mariæ Kal. Iu-
lij 1067. Præfuit autem Concilio Ro-
romagenſi 1055. cum Epiſcopis Com-
prouincialibus, & alteri in eadem vr-
be celebrato 1063. cuius acta in MSS. 1063.
codicibus habentur. Hoc Pontifice
Notmanni Angliâ potiuntur 1066. &
cœnobio Carnotenſi S. Petri dona lar- 1066.
gitur, vt teſtatur ſequens membrana:
B EGO MAVRILIVS Dei gratiâ Ro- »
TOMAGENSIVM ARCHIEPIS- »
COPVS, pro eleemoſinâ Domini mei »
Vuilelmi Comitis Normannorum, & »
pro ſalute animæ meæ & anteceſſo- »
rum ceu ſucceſſorum meorum, con- »
dono cœnobio Eccleſiæ Carnotenſis, »
quod in ſuburbanis eiuſdem ſitum eſt »
in honore B. Petri Apoſtolorum Prin- »
cipis, Teloneum meum propriũ, quod »
antehac accipi ſolebat, in loco iuris »
noſtri cui caput eſt Andeleium, vt »
amodo miniſtri prædicti cœnobij, ſe- »
curi eant per prędictum locum, abſque »
vllâ exactione alicuius Telonei amo- »
C do & vſque in ſempiternum. Actum »
Rotomagi pridie Idus Octob. in præ- »
ſentiâ domini Maurilij Archiepiſco- »
pi, adſtantibus & fauentibus Canoni- »
cis, Benedicto Archidiacono, Strigan- »
do Cantore, Godbetto Canonico, »
Landrico, Walchelino, Wilelmo Ca- »
nonico : monachis etiam Waleranno »
Prępoſito Giſiaci, Teduino fratre eius, »
laïcis Gelduino maiore, Deodato, »
Goiſberto. Tandem ad Dominum »
migrauit v. Idus Aug. 1067. corpus in 1067.
naui Eccleſiæ ſepelitur ante Crucifi-
xum, & Epitaphium vt ſequitur à Ri-
cardo Herluini filio Eccleſiæ ſuæ Ca-
D nonico exaratum, cupreæ laminæ ſic
adſcriptum fuit:

Humani ciues lacrymam nolite negare,
Veſtro Põtifici MAVRILIO *Monacho.*
Hunc Remis genuit, ſtudiorũ Legia nutrix
Potauit trifido fonte Philoſophico.
Vobis hãc adẽ cœptã perduxit ad vnguẽ,
Lætitiâ magna fecit & encenia.
Cũ tibi Laurẽti vigilat plebs ſobria Chriſti,
Tranſit, & in cœlis laurea feſta colit.

Mortuo Maurilio Rotomagenſis Cletus Lanfrancum Cadomenſem Abbatem ſibi Antiſtitem elegit, vt teſtatur Orde-

» Ordericus eodem libro : Rex, inquit,
» Guilelmus cum optimatibus ſuis om-
» níque populo libentiſſimè conceſſit,
» ſed vir Deo deuotus, tanti Primatus
» ſarcinam refutauit,& ſibi ad hunc api-
» cem toto conatu Ioannem Abrinca-
» tenſium Præſulem præferre ſategit.
» Porrò vt canonicè fieret iſta coniuga-
» tio, Romam adiit, prædictæ ordina-
» tionis licentiam ab Alexandro Papâ
» impetrauit ; ſacrum quoque Pallium,
» vnde & ipſi & toti Normanniæ glo-
» riandum erat, cum licentiâ deporta-
» uit. De Maurilio noræ pietatis Anti-
ſtite, præter ea quæ ex vulgatis ſcri-
ptoribus Vilel. Gemmetic. lib. 7. cap.
24. & 38. Ord. Vit. Eccl. hiſt. l. 4. & 5.
Malmeſburienſi lib. 3. de geſtis Re-
gum Anglor. ceteríſque retulimus, vi-
denda ſunt geſta Archiepiſcoporum
Rotomagenſium in antiquis codici-
bus MSS. eburneis Eccl. Metropolita-
næ, ex quibus duo notatu digna ob-
ſeruauit Preuotius in ſuis ad librum
de Officiis Eccleſiaſticis notis ; pri-
mùm quidem in vetuſto libro Ponti-
ficali Rotomagenſis baſilicæ, formu-
lam extare profeſſionis fidei de veri-
tate carnis & ſanguinis Chriſti in Eu-
chariſtiá, contra Berengarium latam
in Concilio prouinciali, vt verbis vta-
mur formulæ, præſidente huic ſanctæ
Sedi venerabilis memoriæ Maurilio.
Secundò locum illum, qui Maurilij
primùm, deinde Guilelmi Cardinalis
de Stoteuillâ ſepulchro quondam de-
coratus, nunc autem mutatâ rerum
facie vacuus, in naui baſilicæ viſitur,
Clero Rotomagenſi ſemper venera-
tioni fuiſſe, hácque de causâ ſolere
ſtatis diebus thurificari. Eius autem
rei ratio, non modò ex Præſulis ſan-
ctimoniâ petenda eſt, cuius ille tan-
tam poſteris opinionem reliquit, vt
locus is vulgò S. Maurilij tumba dice-
retur : verùm etiam ex veteri traditio-
ne, quâ ferunt altare maximum anti-
quitùs ibidem fuiſſe conſtitutum, vt
apertè indicant literæ Canonicorum
Rotomagenſium ad eumdem Cardi-
nalem, quarum exemplar in Eccleſiæ
ſcriniis aſſeruatur.

BAYEVX. 48. IOANNES DE BAYEVX II.
Radulfi Comitis Baiocarum & Iureij,
fratris vterini Richardi ſenioris Ducis
Normannorum & Erembergæ filius,
Hugonis Epiſcopi Baiocenſis frater,
generis ſplendore & inſigni virtutum

A præſtantiâ commendandus, ad infulas
promoueetur gratiâ Guillelmi II. Du-
cis Normannorum ; Nam vt recitat
Guilel. Pictauienſis ſcriptor geſtorum
eiuſdem Principis : Statuit ſummè «
idoneos Pontifices, quorum in ele- «
ctione, penes iudicium eius probitas «
ipſorum valuit, non altitudo natalium «
proximorum ipſi. IOANNES Radulfi «
Comitis filius, iampridem laïcus ordi- «
ne, eruditus literis, Clero, immò recto- «
ribus Cleri admirandus, innotuerat vi- «
tâ religiosâ. Non illius deſideria ſpecie «
ſacerdotalis gradus honorẽ, ſed illum «
vota Præſulum ambierunt Collegam «
B ſibi conſecrandum. Teſtis quoque «
Vilel. Gemmetic. l. 7. c. 38. Maurilio «
ſucceſſit Iuannes Abrincatinæ vrbis «
Præſul, vir ingenuitate plurimùm con- «
ſpicuus, ſapientiâ ſpirituali feliciter «
imbutus, prudentiâ ſeculari ſummè «
præditus. Denique Ord. l. IV. electio- «
nem explicat his verbis : Ioannes, de «
ſede Abrincatenſi quam ſeptem annis «
& tribus menſibus rexerat, aſſumptus, «
& Metropolitanus Rotomagenſis fa- «
ctus eſt. Hic ardore virtutum in ver- «
bis & operibus multipliciter feruebat, «
nimióque zelo in vitia, vt Phinees ſæ- «
uiebat. Quantùm verò ad ſæculi di- «
C gnitatem attinet, magnæ nobilitatis «
lampade cluebat. Igitur poſt admini- «
ſtratam Abrincenſem Eccleſiam, ad
hanc Metropolim ab Alexandro II.
Papâ transfertur, defuncto Maurilio,
& opitulante eodem Guilelmo Rege
Anglorum, qui Lanfrancum Abbatem
Cadomenſem, Pontifici miſit, poſtu-
lans vt ei aſſenſum præberet, ciúſque
auctoritate Ioannes Eccleſiæ Rotoma-
genſi præficeretur, cuius petitioni an-
nuens literas tranſmiſit, quarum hic
tenor ex codice MSS. S. Mariæ & B.
Audoëni :

D *ALEXANDER Epiſcopus, ſer-
uus ſeruorum Dei. IOANNI Abrincen-
ſium venerabili Epiſcopo Apoſtolicam be-
nedictionem. Deſtitutâ Rotomagenſi Ec-
cleſiâ Paſtore, comperimus Sedunenſis Epiſ-
copi, & Lanfranci Abbatis relatione, te ex
electione Principis tui, dilectiſſimi filij no-
ſtri Guillelmi Regis Anglorum, ob vitæ &
morum probitatem ad maiorem ſedem pro-
mouendum, ſi ex auctoritate Sedis Apoſto-
licæ fuerit aſſenſus, cui Deo auctore præſi-
demus. Nos igitur moti illorum precibus,
ob ſalutem illius Eccleſiæ, & omnium in
tuis partibus, volumus, atque dilectioni
tuæ Apoſtolicâ auctoritate præcipimus, vt*

quod diuina diſpenſatio de te prouidit, non
contradicas, & electioni tuæ te obedientem
exhibeas. Admonemus itaque fraternita-
tem dulcedinis tuæ, vt ſi in modico fuiſti
fidelis, in maiori benè operari non deſinas,
populum diuini verbi pabulo reficias, vt
merearis audire illam benignam vocem
" *Domini dicentis: Euge ſerue bone & fide-*
" *lis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra*
" *multa te conſtituam. De ceterò ſecretiorem*
animi noſtri voluntatem planiùs audies per
noſtrorum Legatorum veridicam relatio-
nem. Ioannes verò diplomate Apo-
ſtolico fretus, Epiſcoporum prouin-
ciæ ſuæ electione, & omnium Canoni-
corum conſenſu Metropolitanam ade-
ptus cathedram, Concilium celebrat
1074. Rotomagi 1074. in quo à preſbyteris
ob prohibitas concubinas lapidibus
petitus aufugit. In eadem Synodo
Prioratus S. Victoris apud Caletes,
precibus Rogerij de Mortuomari, in
Abbatiam à monaſterio S. Audoeni
pendentem erigitur. Dedicat Eccle-
ſiam S. Amandi, & alteram S. Stepha-
1078. ni Cadomenſis 1078. Sept. 18. Fuiſſe
acerrimum iuris Eccleſiaſtici aſſerto-
rem, conſtat ex eo quod ipſi accidit,
cùm in baſilicâ & feſto die S. Audoë-
ni tumultus ingens inter Miſſarum ſo-
lemnia à monachis in eum concita-
tus, vix mortis periculo ſe ſubducere
valuit, quos ſuâ auctoritate à ſacris in-
terdixit; rei porrò geſtæ hiſtoriam
diffuſius ſcriptam habes in Anonymo
auctore, qui ex chronologiâ Abbatiæ
S. Audoëni, Pontificum Rotomagen-
ſium geſta condidit; & in chronico
S. Stephani Cadomenſis; Lanfrancus
quoque Cantuarienſis Archiepiſcopus
decimâ-quintâ epiſtolâ laudat illius
" in acceptâ iniuriâ patientiam, reſpe-
" ctu Epiſcopalis dignitatis, eúmque zelo
" Dei & amore iuſtitiæ præcellentem;
ad eum plures item epiſtolas ſcribit,
quibus ipſum Normannorum appellat
Archiepiſcopum, & variis encomiis
celebrat. Vir autem excellentis inge-
nij ac conſilij, tum Abrincenſis Epiſ-
copus, librum de Officiis Eccleſiaſticis
ad Maurilium Rotomagenſem Anti-
ſtitem, ſingulari diligentiâ contexuit,
qui præcipuè multa continet Eccleſiæ
ritibus ſacris perutilia, ſtudio doctiſſ.
viri Ioannis le Preuoſt Rotomagenſis
Canonici, ex antiquo codice cœno-
bij Salicoſani primùm in lucem pro-
diit notis illuſtratus. Tandem verò
paralyſi correptus, Rege conſentiente
infulas exuit Ioannes; nam Gregorius
VII. Pont. Max. epiſt. 19. lib. V. an.
1077. ad Guilelmum Anglorum Re-
gem, ei denuntiat Legatum ſe mitte- "
re, vt diligenter examinet, an Roto- "
magenſis Epiſcopus pro ſuâ ægritudi- "
ne, paſtorali moderamini præeſſe va- "
leat; ſin autem infirma valetudo ita "
eum oppreſſerit, vt minus aptus tali "
muneri reperiatur, alius canonicè eli- "
gatur; eundem epiſt. I. lib. IX. arguit, "
quod ipſe cum Suffraganeis ad limina
Apoſtolorum non venerit, & pallium
à ſede Apoſtolicâ non poſtularit. Po-
ſtremò apud Sancti Philiberti villam
patrimonij ſui ſeceſſit, vbi aliquot an-
nis ſuperuixit; ac demum vndecimo
Pontificatus anno ibidem moritur
1079. v. Idus Sept. non 1073. occiſus 1079.
à monachis S. Audoëni vt apud Ma-
thæum Paridem legitur. Corpus Ro-
tomagum tranſlatum in Cathedrali ſe-
pelitur prope baptiſterium, ad Aqui-
lonem, ſub monumento ex albo lapi-
de, & epitaphium lib. 5. Ordericus re-
citat his verbis:

METROPOLITA *tuus iacet hîc vrbs*
ROTOMAGENSIS,
Culmine de ſummo quo moriente ruis:
Eccleſiæ minuuntur opes, ſacer Ordo tepeſcit,
Prouida religio quem ſua conſtituit.
Hic neglecta diu Canonum decreta re-
formans,
Instituit caſtè viuere Presbyteros.
Dona Dei ſub eo venalia nulla fuêre;
Huic & opes largas contulit Eccleſiæ.
Lingua diſerta, genus, ſapientia, ſobria vita
Huic fuit, exiguus quem tegit iſte lapis.
Nona dies Septembris erat, cùm carne
IOANNES
Expoliatus obit: ſit ſibi vera quies. Amen.

Plura de huius vitâ apud Guilelmum
Gemmetic. hiſt. lib. 7. c. 38. & l. 8. c. 3.
Robertum de Monte, Lanfracum, S.
Stephani Cadomenſis chronicon; ac
præter teſtimonia ſuperius allata, con-
ſule inprimis Ordericum lib. IV. & V.
Mathæum Vueſtmonaſterienſem, qui-
bus addendus anonymus S. Audoëni
monachus, niſi Ioanni parùm æquus
videretur.

49. GVILELMVS I. Bonaanima
cognomento, Ratbodi Sagienſis Epiſ-
copi filius, Canonicus & Archidiaco-
nus Eccleſiæ Rotomagenſis, inde re-
ligioſus Beccenſis, poſtea primus mo-
nachus & Abbas ſecundus B. Stepha-
ni Cadomenſis; de cuius electione MSS.

exemplat Abbatiæ ſancti Audoëni de A Ioanne Archiepiſcopo loquens: Receſſit hinc, imo proceſſit: nam duobus ante obitum eius annis inthronizatus eſt Guillelmus cœnobij Cadomenſis Abbas, cum Apoſtolicâ auctoritate, tum regio munere, tum denique communi electione. Vir ſanè generis nobilitate elucens, morum prærogatiuâ præpollens. Præclarè vtique laudibus cumulatur ab Orderico l. 5. ſub an.
1079. M. LXXIX. Defuncto, inquit, Ioanne Metropolitano, GVILLELMVS Cadomenſis Abbas canonicè electus eſt, & de monaſterio ſuo, vbi regulariter B vt probatus monachus Deo famulabatur, ad tutandam Rotomagenſem Eccleſiam adductus, in Eccleſiâ Sanctæ Mariæ à magno Giſleberto Ebroicenſi Epiſcopo conſecratus eſt. Hic bonus & iucundus ac manſuetus extitit, gregémque ſibi diuinitus commiſſum XXXII. annis cuſtodiuit. Matricem baſilicam omnimodis ornatibus cultui diuino neceſſariis locupletauit, & clauſtrum Epiſcopij domóſque conuenientes à fundamentis eleganter renouauit. Corpus S. Romani Præſulis de propriâ æde in Metropolitanam baſilicam glorioſè tranſtulit; ſolem- C nitatem quoque eius x. Cal. Nouemb. per totam diœceſim ſuam feſtiuè celebrari conſtituit: Monachis & Clericis, omnibuſque ſibi ſubiectis vt dulcis Pater blandiens profuit; pſalmis, & hymnis & canticis ſpiritualibus, ſacriſq; myſteriis indeſinenter ſeſe mancipauit: in vſu Eccleſiaſtico doctiſſimè inſtructus erat, & ad prædicandum indoctis verbum Dei, clarâ, idoneâque locutione vigebat: patientiâ & benignitate cunctos ſecum coëſſentes mulcebat, magnámque partem oneris ſui Decanis & Archipresbyteris ſine inuidiâ diſtribuebat, bonóſque nihilominùs ad participationem honoris auidè D adciſcebat. Hæc & plura paſſim Ordericus loco præfato., memorátque Guillelmi Regis & Mathildis exequias Cadomi celebraſſe. Scriptor vitæ S. Lanfranci, eum generoſis natalibus ortum, & bonis moribus ornatum dicit: necnon laudatur à Guil. Gemmetic. lib. 7. c. 26. l. 8. c. 3. Malmesburienſi, & S. Anſelmo lib. 3. epiſt. 68. Interfuit autem Concilio ſeu Conuen-
1080. tui Iuliobonenſi an. 1080. Notum eſt oppidum huius nominis in Caletibus & pago Rotomagenſi, toparchia familiæ Lotharingæ Elbouiæ, vbi ſedes olim Epiſcopalis, quemadmodum docent acta Conciliorum, nunc ſuppreſſa; Bettoni tamen Epiſcopo qui ſubſcripſit Cabilonenſi Concilio attributus erat hic locus an. Domini 650. ſicuti olim Auſtrapio Cellenſe caſtrum in Pictonibus apud Gregorium Turon. lib. IV. cap. 18. & Moderico, vicus Atiſitenſis in finibus pagi Rutenenſis. Celebratur porrò hæc Synodus Iuliobonenſis die feſto Pentecoſtes, coram Rege Guilelmo, Normanniæ Metropolitano Præſide, cæteriſque Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, & proceribus: iñ eâ canones eiuſdem Principis auctoritate ſanciti fuêre pro Eccleſiaſticâ diſciplinâ, qui referuntur ab eodem Orderico loco citato lib. v. Philippus I. Francorum Rex in diplomate archiui Pontificalis dato anno 1091. conceſſit Abbatiam S. Mellonis 1091. de Pontiſarâ, eidem Vuillelmo Archiepiſcopo & ſucceſſoribus in feudum, ita vt eam à Regibus perpetuò tenerent ad honorem, vt fertur in tabulâ, & exaltationem ſanctæ Rotomagenſis Eccleſiæ. Habuit quoque Rotomagi Concilia an. 1091. poſt Pentecoſtem, 1096. menſe Februario, & 1108. de quibus agit Ordericus. Conſecrauit etiam 1096. menſe Iunio 1101. Fulcherium, & ſexennio poſt Ioannem item Lexouienſem Antiſtitem eóq; an. 1107. Fiſcannum monaſterium dedicauit; tandem ſupremum vitæ diem obiit longæuus an. 1110. IX. Februarij. Iacet in Capitulo Canonicorum quod ædificauerat, & epitaphium eius ad Orientalem plagam, ſic legitur lib. XI. Orderici. 1101. 1110.

Relligio tua, larga manus, meditatio ſancta,
Nos GVILELME tuũ, flere monent obitũ.
Quòd pius Antiſtes fueris, Clerisq; benignus,
Interiora docent, exteriora probant.
Eccleſiæ lumen, decus, & deffenſio Cleri,
Circumſpectus eras, promptus ad omne bonum.
Fratribus hanc ædem cũ clauſtro compoſuiſti;
Nec tua pauperibus ianua clauſa fuit.
Contulit ad victũ tua munificentia fratrum
Eccleſias, decimas, rura, tributa, domos.
Exemplóque tuo ſubiectos edocuiſti,
Verba pudenda loqui, turpia facta ſequi.
Fine bono felix biduo ter ſolueris ante,
Quàm Piſces Solis conſequeretur iter.

50. GAVFRIDVS, genere Brito, Iudicaëlis Aletenſis Epiſcopi in Aremoricâ frater, Archiepiſcopus conſti-

tuitur an. M. C. XI. ſic enim reſtatur A
IIII. Ordericus lib. XI. Goiffredus Brito,
„ Cenomannorum Decanus, à Rege
„ Henrico in Angliam accitus eſt, &
„ Rotomagenſibus Pontifex conſtitu-
„ tus; hic eloquentiâ & eruditione pol-
„ lens, Clerum & populum catholicè
„ docuit, Eccleſiæque Dei XVII. annis
„ viriliter præfuit. Dedicat templum
nobilis Abbatiæ S. Albani Protomar-
1116. tyris in Angliâ die ſanctorum Inno-
centium an. 1116. vt auctor eſt Ma-
thæus Paris in hiſt. Concilium deinde
1118. celebrat in vrbe ſuâ 1118. Nonis Octo-
bris adſtantibus Henrico Rege, Ra-
dulfo Cantuarienſi Archiepiſcopo, B
aliíſque Baronibus & Suffraganeis
Normanniæ, cui Synodo vt ex Orde-
rico conijcitur, præſedit Conradus
Romanus Clericus, Gelaſij Papæ Le-
gatus. Interfuit quoque Concilio Re-
1119. menſi 1119. & ab Iuone Carnotenſi
Antiſtite commendatur in epiſt. 254.
„ ad Paſchalem Pontificem: Rogamus,
„ inquit, diſcretionem veſtram, pro Gau-
„ frido Rotomagenſi Archiepiſc. qui tūc
„ tandem impetrauit à Principe ſuo Re-
„ ge Anglorum, vt poſſet in propriâ per-
„ ſonâ ſedem Apoſtolicam viſitare, quam
„ tamen non diſtulit viſitare ſuis tem- C
„ poribus in perſonâ alienâ. Non ergo
„ exiſtimamus imputandum contemptui
„ ſedis Apoſtolicæ quod neceſſitas im-
„ perauit, non torpor diſſuaſit, non ne-
„ glectus retinuit; pro eo enim ſecurè
„ intercedimus, quia perſonam vtilem
„ & honeſtam ab adoleſcentiâ ſuâ, & ab
„ aliis didicimus, & per nos experti ſu-
„ mus; quia ergo ad altiorem locum in
„ menſâ Domini ſui vocatus eſt, gratias
„ Deo referimus, & eum vt columnam
„ immobilem in domo Dei confirmare
„ præoptamus. Inſtitutionem Canoni-
corum regularium Augenſis Eccleſiæ D
ab Henrico Augi Comite factam ap-
probat, an. 1119. Cathedralem baſili-
cam S. Geruaſij Sagienſis benedixit
1126. XII. Cal. Apr. 1126. præſente Henrico
Rege Anglorum, eodémque anno
ædem S. Audoëni XVI. Cal. Nouemb.
Tandem diuturnâ ægritudine oppreſ-
1128. ſus animam reddidit 1128. quo tem-
pore Concilium, ſeu potius conuenti-
culum Epiſcoporum & Abbatum Nor-
manniæ, Rotomagi præſide Mathæo
Albanenſi Antiſtite Rom. Eccl. Lega-
to celebratur. Ordericus lib. XII. tra-
dit defunctum Gaufridum VII. Cal.
Decemb. ſed eius obitus notatur ad
IV. Cal. Decemb. in necrologiis, tum
Eccleſiæ Rotomagenſis, tum Priora-
tus Beatæ Mariæ de Salicosâ apud Ve-
locaſſes Normannos, Ordinis S. Au-
guſtini Canonicorum, qui eius tem-
pore ſumpſit initium.

51. HVGO AMBIANENSIS, III.
Monachus Cluniacenſis, Prior S.
Pancratij de Leuuis in Angliâ, inde
Radingenſis Abbas, an. 1123. ac tan-
dem Rotomagenſis Archiepiſcopus
creatus 1128 rectè Alberico in chro-
nico, rectius verò vt Ordericus habet
lib. 12. 1130. quo anno ordinatum fuiſ- 1130.
ſe aſſerit Appendix Roberti de Tori-
gneio Abbatis S. Michaelis de Mon-
te: Rex, inquit, Angliæ Henricus, ad „
Natiuitatem S. Mariæ fuit Becci, & „
adduxit ſecum Hugonem nouiter ele- „
ctum Rotomagenſem, qui fuerat Ab- „
bas Radingi, qui etiam ſacratus eſt in „
feſto Exaltationis S. Crucis die Do- „
minicâ, quem conſecrauit Richardus „
Baiocenſis cum Coëpiſcopis ſuis in Ec- „
cleſiâ S. Audoëni. Innocentium II. „
Papam aduerſus Petrum Leonis egre-
giè adiuuat, hícq; Pontifex Rotomagi
ab Henrico I. Angliæ Rege excipitur 1131.
1131. eodémque anno Rotomagenſis
Eccleſiæ iura in gratiam Hugonis
confirmat 2. Nonas Octobr. Adſtitit
morienti Henrico Regi Angliæ, Duci
Normanniæ 1135. Cal. Decembr. quo 1135.
etiam anno Richardum Gloceſtriæ
Comitis filium inaugurauit Epiſco-
pum Baiocenſem, & S. Romani orato-
rium in B. Dionyſij baſilicâ ſacrauit,
inſtante Sugerio Abbate. Idem Hugo
memoratur à Wilelmo Malmeſbu-
rienſi Anglo lib. 2. hiſt. nouellæ, cum
deſcribit Concilium Vintonienſe I.
pro immunitate Eccleſiaſticâ celebra-
tum 1139. contra Stephanum Angliæ 1139.
Regem, qui caſtella Eccleſiæ inuaſe-
rat, & Epiſcopos nonnullos carceri
manciparat, cuius fautorem ſe idem
Archipræſul quantâ potuit facundiâ,
aduerſus Henricum Vintonienſem E-
piſcopum, Sedis Apoſtolicæ Legatum
Regis fratrem præſtitit. Probat autem
priuilegia Comitum Augenſium Ab-
batiæ Fulcardimontis, recenſérque
teſtis 1143. in inſtrumento ſocietatis
Priorum de Faleſiâ & S. Laudi; anno
verò 1144. Letardo Abbati Beccenſi 1144.
immunitatem telonei conceſſit, vnà
cum Valerano Decano, Fraterno Ab-
bate S. Audoëni, & Galtero S. Van-

dregiſili, de quâ tabularium Beccenſe;
in cuius chronico notatur Theobaldum 1137. & Rogerium Abbates eiuſdem monaſterij benedixiſſe 1149. poſtea Concilio Balgenciacenſi intereſt
1151. 1151. cum Burdigalenſi Archiepiſcopo, ob diſſolutionem matrimonij Regis Francorum Ludouici 7. cum Leonorâ Aquitanicâ, vt legitur apud Sugerium, necnon coronationi Henrici II. Angliæ Regis apud Vueſtmonaſte-
1155. rium XIII. Cal. Ian. 1155. à Theobaldo Cantuarienſi Antiſtite peractâ. Tranſlationem quoque S. Guillelmi Firmati apud Moretonium 1156. in Octauis Pentecoſtes celebrat, & eodem anno
1156. firmat Abbatiæ S. Dionyſij omnes Eccleſias quæ erant in ſuâ diœceſi: At eiuſdem Hugonis epiſtolam ex peruetuſtâ membranâ ſcriptam non abs re fuerit hic attexere:

Hvgo *Dei gratiâ* Rotomagensis *Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus A. nobiliſſimo Comiti Tholoſæ, Duci Narbonæ, Marchioni Prouinciæ, quidquid boni tibi mandare poſſumus & debemus. Quia Dominus tam honore quàm probitate, perſonam tuam egregiam & ſublimem conſtituit, decet omnimodis, vt benè facias eius, cuius manu honor & probitas tua conſiſtit. Scripſit námque nobis tua liberalitas, quatenus aut Lugduni, aut Viennæ, aut Valentiæ tibi occurramus; ſed pro tuâ reuerentiâ magis apud Valentiam, tibi obuiam venimus. Nonis May, Domino ducente, pro tuâ petitione erimus Valentiæ. Speramus te plenâ fide ſic velle proſequi, ſicut venerabili fratri noſtro Tricaſtrino Epiſcopo promiſiſti, & nobis per literas tuas idipſum promittendo ſignificaui. Feſtina reconciliari tua Eccleſia, & ſemper in honore egregie Princeps & Domine.* Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus Hugoni epiſtol. xv. ſcribit, S. Bernardus epiſt. 25. Sugerius Abbas S. Dionyſij 101. Stephanus Anglorũ Rex diploma pro his qui Treuiam Dei infringunt, tandémque Petrus Venerabilis lib. 1. epiſt. 4. & l. 6. ep. 32. cuius fragmentum deſcribere non videtur ſuperua-
„ caneum: Quid magis, inquit, rapere
„ cor meum ad amandum poterat, quàm
„ tam ſancta, tam benigna, tam longæ-
„ ua in ſancto propoſito à primis ferè
„ adoleſcentiæ annis vſque ad ſenilem,
„ magis labore diuino, quàm annorum
„ numero fractam ætatem perſeuerantia
„ veſtra? Quid magis mouere poterat,
„ quàm illa iam antiqua, cuius vos non

A immemorem eſſe credo, mihi & vobis «
paucis paucíſque aliis nota rerum Clu- «
niacenſium recordatio? Non excidit «
mente, qualiter primo iuuentutis ve- «
ſtræ tempore, inter antiquos illos Rei- «
publicæ noſtræ Senatores, vos inſi- «
gnem viderim. Non excidit quantùm «
eruditio & religio veſtra ſacrum illum «
ac magnum Cluniacenſium ouium gre- «
gem decorauerit: quàm ſplendidè præ «
cunctis penè aliis in ordinis commiſſi «
cuſtodiâ effulſerit. Taceo, nec viuens «
obliuiſci potero, quod à cœpto ſanctæ «
religionis propoſito, in diuerſis Eccle- «
B ſiaſticorum honorum gradibus, vultus «
veſtri non ſunt in diuerſa mutati: ſed «
tam apud nos, quàm ſemotus à nobis, «
Prior, Abbas, ſummúſque tandem «
Pontifex Dei, merito virtutis ac ſcien- «
tiæ bonus ſemper, iuxta Apoſtolum, «
odor Chriſti in omni loco fuiſtis. Non «
eſtis teueritus in cauſâ Dei potentes «
tyrannos, nec ipſos magnos magníque «
nominis Reges: ſed quantum in vobis «
fuit, Eccleſiam Dei ſuper gentes & «
regna conſtitutam cuilibet mortalium «
indecenter ancillari æquo animo nun- «
quam tuliſtis. Præter hæc teneo & «
illud, quod nulla cura, nulla magna- «
rum rerum diſtenſio, memoriam no- «
C ſtri, amorem veſtræ Cluniacenſis Ec- «
cleſiæ, aliquo tempore à corde veſtro «
auellere potuit: Valeat ſancta & tota «
iam celeſtis, frater chariſſime, beatitu- «
do tua. Multa reliquit Hugo ſuæ eru- «
ditionis monimenta quorum vnum eſt liber elegans de diuerſis quæſtionibus ad Mathæum Albanenſem, alterum verò tractatus ſuper hæreſibus in Aremorico ſolo natis, quem Alberico Oſtienſi Epiſcopo dicauit, epiſtolâ breui, quæ continetur in Notis ad bibliothecam Cluniacenſem Andreæ Quercetani huc referenda his verbis:
Reuerende Pater, digna ſedet mihi «
D memoria reminiſci, qualiter in finibus «
Galliarum prope mare Britannicum ci- «
uitate Namnetenſi meruimus aſſiſtere «
tibi. Ibi Sanctorum corpora Martyrum «
Donatiani & Rogatiani fratrũ, multo «
cœtu fidelium præſente ſuſcepta præ- «
ſentaſti, præſentata relocaſti cum di- «
gno honore. Ibi tectum aſpeximus co- «
mitem præcipiti lapſu in occiduo ruen- «
tem, ruinam hæreſis, quæ in Armorico «
tunc ſquatebat te proteſtante ſignan- «
tem. Ibi quidem coram orthodoxâ «
prædicatione tuâ, plebs hæretica ſta- «
re non poterat. Proinde placuit tibi «

» ſuper hæreſibus inſurgentibus nos ali-
» qua ſcribere, quod & ſuſcepimus tuæ
» iuſſionis auctoritate, ſed ſuccincto
» opere, ſed breui caractere. Viue-
1164. re deſiit an. 1164. iv. Idus Nouem-
bris ex Necrologio Rotomagenſi &
eius epitaphio, quod extat inter epi-
ſtolas & carmina Arnulphi Lexouien-
ſis Epiſcopi:

Inter Pontifices ſpeciali dignus honore
Hic noſtra carnis HVGO *reſignat onus,*
Conſignata breui clauduntur mẽbra ſepulchro
Non tamen acta viri claudit vterq; polus.
Quicquid diſpenſat & cõpartitur in omnes,
Gratia contulerat præſtiteràtque viro.
Fæcundos igitur virtutum copia fructus
Fecit, & vltra hominem eſt magnificatus
homo.
Tandem poſt celebris felicia tempora vitæ,
Suſtulit emeritum flebilis hora ſenem.
Par Martine tibi conſórſq; futurus eandem,
Sortitus tecum eſt commoriendo diem.

[illegible] VVARVIC.

52. ROTRODVS, ſeu ROTRO-
CVS DE BEAVMONT LE ROGER,
aliàs DE VVARVIC, Henrici Comi-
tis Waruicenſis in Angliá & Marga-
ritæ Rotroci Comitis Perticenſis ſo-
roris filius, nepos Rogeri Bellimon-
tis in Normanniâ domini, frater autem
Rogerij Comitis Vuaruicenſis & Ro-
berti de Nouoburgo. Fuit is primùm
Gilberti Porretani Pictauenſis Epiſco-
pi diſcipulus cum Iuone Carnotenſi,
Archidiaconus Rotomagenſis, dein-
de poſt Audinum Præſul Ebroicenſis
conſecratus ab Hugone Archipræſule
1139. ad Eccleſiam Rotomagenſem
1164. transfertur 1164 vt produnt Alberi-
cus & ſcriptor chronicorum Norman-
niæ. Ab Alexandro III. Legatus ad
Henricum 2. Angliæ Regem mitti-
tur in causâ S. Thomæ Cantuarienſis
1170. 1170. eóque præſidente Concilium
Abrincenſe congregatur 1172. à Theo-
dino & Alberto Cardinalibus, aliiſ-
que Antiſtitibus Normanniæ, illuc
conuenientibus pro ſecundâ abſolu-
tione Henrici Regis Angliæ, à ſacri-
[illegible] nece eiuſdem S. Thomæ de quâ
[illegible] Baronius agit: datur etiam comes
filio eiuſdem Henrici è Normanniâ in
1172. Angliam transfretanti 1172. At verò
in epiſt. 154. Petri Bleſenſis, Batho-
nienſis in Angliâ Archidiaconi, me-
moratur alia Rotrodi noſtri Legatio,
quam nomine eiuſdem Regis Angliæ
ſuſcepit ad Ludouicum VII. Regem,
vbi ſumma capita recenſentur: & in
A alterâ ad Guilelmum Senonenſem
Metropolitanum inquit: Recordetur «
Rex Francorum, Rotomagenſein Ec- «
cleſiam ſuam eſſe, quæ pro illo aſſiduè «
tanquam pro Rege ſuo vnico ſpecia- «
liter interpellit, ſuáſque facultates «
omnino de eius iuriſdictione cognoſ- «
cit. Regiæ Maieſtati non congruit de- «
populari quod ſuum eſt, aut illas ex- «
pugnare Eccleſias, quarum tutor eſt & «
patronus. Andeliacum ergo & alias «
poſſeſſiunes, ipſius & veſtræ protectio- «
ni committimus, & tutelæ. Huic ſcri- «
bit Alexander III. c. tranſmiſſæ. Qui
filij ſint legitimi: & c. ad noſtram de
B Iureiurando; Innocentius quoque III.
c. ad reprimendam de Officio Iudicis
ordinarij. Dedicat Eccleſiam S. Ma-
riæ Beccenſis 1178. XIII. Cal. April. 1178.
præſentibus Henrico Rege Angl. &
filio, Briocenſi, Abrincenſi, & Ebroi-
cenſi Præſulibus; anno ſequenti cor-
pus S Romani auguſtiori thecâ recon-
dit Cal. Iulij XV. Perperam autem à
nonnullis vocatur Elienſis in Angliâ
Epiſcopus, & ex nobili gente Comi-
tum Perticenſium; malè etiam nun-
cupatur Ægidius, qui error profluxit
ex mendo, quod irrepſit in inſcriptio-
ne primæ epiſtolæ Arnulfi Lexouien-
C ſis Epiſcopi, vbi pro Archiepiſcopo le-
gendum Archidiacono; ſcribit enim
Arnulfus ad Ægidium Archidiaco-
num Rotomagenſem, qui poſtea in
Epiſcopatu Ebroicenſi Rotrodo no-
ſtro ſucceſſit 1170. poſt annorum cir-
citer qüaruor interpontificium. Ere-
ptus è viuis an. 1183. VII. Calend. De- 1183.
cembris auctore Alberico.

DE CONSTANTIIS.

53. VVALTERVS DE CON-
STANTIIS, cognomento Magni-
ficus ob rerum geſtarum magnitudi-
nem, Rainfredi & Gonillæ filius, ge-
nere Britannus, vtriúſque Henrici
D Reg. Angliæ Clericu, Capellanus Bliæ
in Angliâ, Archidiaconus Oxonienſis,
& poſt Radulfum de Warneuillâ Ro-
tomagenſis Theſaurarius & Canoni-
cus, Eccleſiæ Lincolnienſi præficitur
1182 conſecratus Andegauis in Eccle-
ſiâ S. Laudi à Richardo Cantuarienſi
Archiepiſcopo, iuxta Mathæum Paris
in hiſtoriâ Angliæ; traducitur ad hanc
Sedem Rotomagenſem 1184. à Lucio 1184.
III. Papâ & datis ad Decanum & Ca-
pitulum Rotomagenſe literis Veronæ
XV. Cal. Decembr. Pallio decoraturis
iuxta Rogerium Houedenum. Anno

ſequenti ſolemniter excipitur in Eccle-
ſiâ Rotomagenſi die feſto S. Mathiæ
Apoſtoli. Scribit Rigordus crucem
aſſumpſiſſe vnà cum Philippo Franciæ
1187. & Henrico Angliæ Regibus, aliíſque
Principibus & Epiſcopis, pro itinere
Terræ ſanctæ & liberatione Hieruſa-
lem circiter an. 1187. Concilium ce-
lebrat 1189. III. Idus Februarij more
1189. ſcilicet Gallicano, poſt mortem Hen-
rici II. regente Normanniam Ricardo
Anglorum Rege, vt conſtat ex MSS.
codicibus Eccleſiæ Cathedralis; eo-
démque anno XIII. Cal. Aug. ipſum
Richardum filium Henrici & Leono-
ræ in Ducem Normanniæ recipit.
Cum verò oborta eſſet diſcordia in-
1196. ter eumdem Vualtherum & Richar-
dum Regem, Cameracum aduenit an.
1196. vbi ſocietatem init ſuæ Eccle-
ſiæ cum Gameracenſi. Paulò poſt An-
deliacum ſtrenuè tuetur, & feliciter
cum Richardo Rege Angliæ commu-
1197. tat 1197. diploma excambij quod edi-
dit Andreas du Cheſnius ad calcem
Hiſtoricorum Normanniæ, ex veteri-
bus archiui Capitularis tabulariis ex-
cerptum, hîc etiam adjicere viſum eſt,
quia pertinet ad inſtitutum operis:

RICHARDVS *Dei gratiâ Rex Angliæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, &c. Salutem. Cum ſacroſancta Eccleſia ſponſa ſit Regis Regum, & vnica dilecta illius, per quem Reges regnant, & Principes gubernacula poſſident: tantò ampliorem ei volumus deuotionem & reuerentiam exhibere, quanto certiùs non Regiam tantùm, ſed omnem à domino Deo eſſe credimus poteſtatem. Vnde ſicut venerabilis Rotomagenſis Eccleſia, quæ inter vniuerſas terrarum noſtrarum plurimâ celebritate dinoſcitur enitere, pro rerum neceſſitate vel temporum, noſtris duxit vtilitatibus opportunâ diligentiâ conſulendum: ſic nos eiuſdem matris noſtræ commodis & augmentis dignâ compenſatione dignum ducimus reſpondere: ſanè villa Andeliaci, & quibuſdam aliis adiacentibus locis quæ erant Rotomagenſis Eccleſiæ, minus ſufficienter firmatis, inimicis noſtris in terram noſtram Normanniæ per eadem loca patebat ingreſſus, per quæ incendiis & rapinis, necnon & aliis hoſtilitatis ſæuitiis, in eandem terram nonnunquam licentius graſſabantur. Quocirca Venerabili Patre VVALTERO Archiepiſcopo & Capitulo Rotomagenſi debitum habentibus ad noſtra & prædictæ terræ noſtræ damna reſpectum, facta eſt hæc permutatio, inter Eccleſiam Rotomagenſem & Archiepiſcopum Rotomagenſem Vvalterum ex vnâ parte, & nos ex alterâ parte, de manerio de Andeli in hac formâ. Scilicet quòd idem Archiepiſcopus de conſcientiâ & voluntate Domini Papæ Celeſtini tertij, & de aſſenſu Capituli Rotomagenſis Eccleſiæ, & Coepiſcoporum ſuorum, & Cleri eiuſdem Archiepiſcopatus, conceſſit, & in perpetuum quietum clamauit, nobis & heredibus noſtris prædictum manerium de Andeli, cum nouo caſtello de Rupe & cum foreſtâ, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, exceptis Eccleſiis, & præbendis, & feodis militum, & excepto manerio de Fraxinis cum pertinentiis ſuis. quæ omnia idem Archiepiſcopus Eccleſiæ Rotomagenſi & ſibi & ſucceſſoribus ſuis retinuit, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, & cum omni integritate ſuâ in perpetuum. Ita quòd tam milites, quàm Clerici, & omnes homines, tam de feodis militum, quàm de præbendis, ſequentur molendina de Andeli, ſicut conſueuerunt & debent, & moltura erit noſtra. Archiepiſcopus autem & homines ſui de Fraxinis molent vbi idem Archiepiſcopus volet, & ſi voluerit molere apud Andeli, dabunt molturas ſuas, ſicut alij ibidem molentes: In eſcambium autem prædicti manerij de Andeli cum pertinentiis conceſſimus & in perpetuum quieta clamauimus Eccleſiæ Rotomagenſi & prædicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, omnia molendina quæ nos habuimus Rotomagi, quando hæc permutatio facta fuit, integrè cum omni ſequela & molturâ ſuâ, ſine aliquo retinemento eorum quæ ad molendina pertinent, vel ad molturam, & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus quas ſolent & debent habere. Nec alicui alij licebit molendinum facere ibidem ad detrimentum prædictorum molendinorum. & debet Archiepiſcopus ſoluere eleemoſynas antiquitùs ſtatutas de eiſdem molendinis. Conceſſimus etiam eis villam de Dieppâ & villam des Boteilles, cum omnibus pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, exceptis eleemoſynis conſtitutis in manerio de Dieppâ à nobis & anteceſſoribus noſtris, quarum ſumma eſt trecentæ & ſeptuaginta duæ libræ, quæ debent ſolui per manum dicti Archiepiſcopi & ſucceſſorum ſuorum his quibus aſſignatæ ſunt. Conceſſimus etiam eiſdem manerium de Louiers cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, cum miniſterio de Lo-*

uiers, ſaluis ad opus noſtrum venatione noſtrâ & deſtructione foreſtæ, ita tamen quod non ſit in regardo. Conceſſimus etiam eis totam foreſtam de Aliermont cum feris & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis ſicut eam habuimus. Hæc autem omnia in eſcambium prædicti manerij de Andeli cum prædictis pertinentiis data habebunt Eccleſia Rotomagenſis & prædictus Archiepiſcopus & ſucceſſores ſui in perpetuum, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut prædictum eſt, homines autem prædicti Archiepiſcopi de prædicto eſcambio habebunt omnes libertates & liberas conſuetudines quas habuerunt homines de Andeli, dum manerium illud eſſet in manu dicti Archiepiſcopi: hæc etiam omnia quæ idem Archiepiſcopus in hoc eſcambio recepit, garantizabimus nos & hæredes noſtri Eccleſiæ Rotomagenſi & prædicto Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis inperpetuum contra omnes homines, ita quòd ſi aliquis eſcambium aliquod eſt recepturus pro aliquo prædictorum quæ memoratus Archiepiſcopus hic recepit, nos vel hæredes noſtri faciemus illud eſcambium & Eccleſia Rotomagenſis hæc prædicta in perpetuum pacificè poſſidebit. Nos autem, quantùm Rex poteſt, excommunicamus & concedimus quod incurrat indignationem omnipotentis Dei, quicunque contra hoc factum venerit. Teſtibus his, Huberto Cantuarienſi Archiepiſcopo, Ioanne Vuigornienſi, Hugone Couentrenſi, Sauarico Battonienſi, Henrico Baiocenſi, Garino Ebroicenſi, Liſiardo Sagienſi, Guillelmo Lexouienſi, Guillelmo Conſtantienſi Epiſcopis, Guilelmo Abrincenſi Electo; R. S. Trinitatis de Monte Rotomagenſi, Reginaldo S. Vuandregiſili, Victore S. Georgij, Arturo Vlterioris-Portus, Osberto de Pratellis, Hugone de Augo, Guilelmo de Cornauillâ Abbatibus: Ioanne Comite Moretonij, Othone Comite Pictauienſi, Balduino Comite de Albemarlæ, Radulpho Comite Augi, Guillelmo Mareſcallo Comite de Eſtrigol, Guillelmo filio Radulfi Seneſcalli Normanniæ, Gileberto filio Reinfredi, Hugone Brun, Gaufrido de Lezsniaco, Vuillelmo de Rupibus, Radulfo Camerario Tancaruillæ, Guillelmo Martello, Radulfo Texon, Gaufrido de Sei, Roberto de Harecuriâ, & multis aliis. Datum per manum Euſtachij Electi Elienſis, tunc agentis vices Cancellarij apud Rotomagum
1197. *anno ab Incarn. Domini* M. C. XCVII. XVI. *die Octobris, regni noſtri an. octauo.*

Eadem fermè confirmauit Ioannes Anglorum Rex literis ſuis, quibus & contentiones nonnullas ſuper illâ commutatione agitatas compoſuit; ſic autem ſe habent:

IOANNES Dei gtatiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegauiæ, Atchiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti chartâ confirmaſſe, Deo & B. Mariæ, & VVALTERO Archiepiſcopo ROTOMAGENSI, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, Eſcambium factum inter bonæ memoriæ Regem Ricardum fratrem noſtrum, & ipſum Archiepiſcopum, de Andeliaco, pro quo recepit idem Archiepiſcopus villas de
B Dieppâ, & Buteilles, & de Loueres, & foreſtâ de Aliermont, & molendina Rotomagenſia, cum omnibus pertinentiis eorum, ſicut charta prædicti Regis fratris noſtri teſtatur, cum determinatione querelarum quæ exortæ ſunt ex tenore prædictæ chartæ fratris noſtri intet nos, & prædictum Archiepiſcopum, videlicet de priſâ vini apud Diepam, de Hayâ, de Dampetrâ, de Viuario apud Rotomagum, per Calceiam, de placitis ad ſpatham pertinentibus, de tetrobanno; de priſâ vini apud Diepam ſic erit. Quia
C publicè teſtificatum fuit coram nobis & prædicto Archiepiſcopo quòd priſa illa iniuſtè capta fuit, & capi ſolebat, tam ex parte noſtrâ, quàm ex parte Archiepiſcopi, conceſſum eſt, quòd nunquam de cætero neque tempore guerræ, neque tempore pacis, à nobis vel hæredibus noſtris, vel prædicto Archiepiſcopo vel ſucceſſoribus ſuis capietur. De Hayâ de Dampetrâ ſic erit. Quod ſiue ipſe Archiepiſcopus ius habuit in Hayâ illa per cartam prædicti Regis fratris noſtri, ſiue non: Nos eam ei & ſucceſſori-
D bus ſuis in perpetuum quitauimus, ne occaſione illius Hayæ poſſit in poſterum ſuboriri conrenrio inter nos vel hæredes noſtros, & ipſum Archiepiſcopum vel ſucceſſores ſuos. De Viuario Rotomagenſi ſic erit; quod nos ipſum Viuarium, & piſcariam eiuſdem Viuarij in manu noſtrâ retinemus, ita quòd nihil de aquâ Viuarij facere poſſimus, ad damnum & nocumentum molendinorum prædicti Archiepiſcopi. De placitis ad ſpatham pertinentibus ſic erir. Quia Eccleſiam Rotomagenſem ſuper omnes Eccleſias Normanniæ venerati debemus, diligere & tueri, ſicut matrem omnium

» nium Eccleſiarum Normanniæ, & ſi-
» cut illam vnde Ducatus noſtri hono-
» rem accepimus, & anteceſſores no-
» ſtri; ſiue ipſa Eccleſia Rotomagenſis
» ius habuit, prius in placitis illis, ſiue
» non; nos ad honorem Dei & B. Vir-
» ginis, conceſſimus ipſi Archiepiſ-
» copo, & ſucceſſoribus ſuis in perpe-
» tuum, omnia placita illa & omnem
» iuſtitiam placitorum. Ita tamen quòd
» iuſtitia fiat per vſum Capitalis Seneſ-
» calli noſtri Normanniæ, ſi præſens
» fuerit, vel proximi Bailliui, cùm ad
» hoc per Archiepiſcopum vocatus fue-
» rit, nihil ibi facientis, niſi vt tan-
» tummodò videat iuſtitiam fieri. E-
» mendationes autem omnes & miſeri-
» cordiæ, ex prædictis placitis proue-
» nientes erunt ipſius Archiepiſcopi.
» Et ſi Bailliuus noſter ad vocationem
» ipſius Archiepiſcopi non venerit, erit
» in miſericordiâ noſtrâ. Et nos vel Se-
» neſcallus noſter aliquem mittat ſine
» dilatione, cùm inde requiſitus fuerit,
» qui videat iuſtitiam fieri in curiâ ip-
» ſius Archiepiſcopi. De retrobanno
» Normanniæ ſic erit. Quòd cùm opor-
» tuerit ſubmoueri retrobannum ſecun-
» dùm conſuetudinem terræ, Archie-
» piſcopus per nos, vel per litteras no-
» ſtras, vel per Capitalem Seneſcallum
» noſtrum, vel per litteras eius ſubmo-
» neri debet: Et ipſe Archiepiſcopus
» ſubmonebit retrobannum, ſecundùm
» conſuetudinem terræ, & ducet vel
» duci faciet. Et ſi retrobannum plena-
» riè non venerit, iuſtitia erit Archie-
» piſcopi, de illis qui non venerint, &
» emendationes, & echaetæ: Et Ar-
» chiepiſcopus non poterit relaxare iu-
» ſtitiam ſine nobis. Præterea de paſſa-
» gio de Diepâ ſic erit: quòd omnes
» illi qui attulerint litteras noſtras de
» paſſagio ad forum noſtrum, paſſagium
» habebunt ſoluendo forum noſtrum.
» Teſtibus Radulfo Comite Ceſtriæ,
» Vuillelmo Mareſcalco Comite Pem-
» brocij, Comite Roberto Sagienſi,
» Vuillelmo de Homet Conſtabulario
» Normanniæ, Rogerio de Thoeny,
» Roberto de Harecurt, Ioanne de
» Pratellis, & Petro fratre eius, Ro-
» berto de Turneham. Datum per ma-
» num Huberti Cantuarienſis Archie-
» piſcopi Cancellarij noſtri, apud Ar-
» genromum 7. die Iunij, Regni no-
» ſtri anno ſecundo. Ceterùm de cele-
bri hâc commutatione, habitâ inter
Vualterum Magnificum Archiepiſco-

A pum, & Ricardum Cor-Leonis Nor-
manniæ Ducem Angliæ Reg. an. M.
C. XCVII. circumferuntur hi verſus,
crucibus per vrbem in rei memoriam
olim inſculptis:

Viciſti GALTERE: *tui ſunt ſigna triumphi,*
Deppa, Loconeris, Alacrismons, Butila, Dieppe.
Molta, Louuiers.
Deppa maris portus, Alacrismons, locus Aliermont
amœnus, Bouteilles.
Villa Loconeris, rus Butila, Molta per vrbē, Les Mou-
Hactenus hæc Regis Ricardi iura fuêre. lins de
Hæc Rex ſanciuit, hæc Papa, tibíque tuere. Rouen.

B Eius auctoritate Metropolitanâ mo-
naſterium S. Martini Pontiſarenſis
ſubjicitur Abbatiæ S. Dionyſij 1196. 1196.
ac de illo meminere Rogerius Houe-
denus, & Guil. Neubrigenſis l. 3. c. 8.
Ei verò ſcribit Innocentius III. lib. I.
epiſtol. Pontificatus I. an. 1198. XII. 1198.
Cal. Maij, vt Clerici ad reſidentiam
perſonalem compellantur, & epiſtolâ
ſequenti, de pactione quadam cum
eodem Richardo, vbi ait: Eccleſiam «
Rotomagenſem eminere plurimâ ce- «
lebritate, inter vniuerſas terrarum ſua- «
rum Eccleſias: Ex parte, de his quæ «
fiunt à maiore parte Capituli anno I. «
C Pontificatus. Idem Valterus Ioanni
Principi enſem ac pileum Ducalem
imponit 1199. memoratúrque teſtis in 1199.
priuilegio Ricardi Regis pro confir-
matione donationum Henrici paren-
tis Abbatiæ de Voro XX. die Martij,
ſubſcribente Guilelmo de Longocam-
po Epiſcopo Elienſi, regni Cancella-
rio, vt eſt in antiquo regiſtro, & an.
1203. Id. Nouemb. VIII. fundationem 1203.
approbauit Collegij Canonicorum
Regularium S. Honorinæ apud Gi-
rardiuillam in Normanniâ, à Guilel-
mo Maleto, Girardiuillæ domino fa-
ctam, vt patet ex cartâ originali. De-
D mum ſedente Vualtero, Normannia
Philippo Auguſto Regi ſubditur
1204. anno ducenteſimo nonageſimo 1204.
ſecundo, ab occupatione Rollonis.
Conſecrat Eccleſiam Abbatiæ Inſulæ
Dei in ſuâ diœceſi 1207. eodémque 1207.
anno XVI. Kal. Decemb. diem clauſit
extremum, ſicuti tradunt Albericus &
Guilel. Aremoricus in hiſt. de geſtis
Philippi Aug. Regis, referunt autem
Sedem vacaſſe circiter anni ſpatio. At
non erit inutile eo loco carmen recen-
ſere, ex præfati Alberici chronico de-
ſumptum, vbi agit de ſucceſſione &
elogio prædeceſſorum Archiepiſcopo-

rum, deſinitque in Valtero de Conſtantiâ; ſunt autem hoc ordine:

Inſignis Præſul claris natalibus ortus,
Robertus felix deuoto fine quieuit.
Malgerus iuuenis ſedem ſuſcepit honoris,
Natalı clarus, ſed nullo nobilis actu.
Peruigil Antiſtes in eadem Sede Ioannes,
Legis Apoſtolicæ ſtuduit documenta tenere.
Poſt hunc Guillelmus vir nobilis atque benignus,
Catholicè plebem tractauit Rotomagenſem.
Catholico more Gaufridus functus honore,
Eccleſiæ multa bona contulit, intus & extra.
Huic ſucceſſit amor plebis Hugo potentum,
Clarus auis, clarus ſtudiis, recreator egentũ.
Præſul Rotrocus ſequitur ſanctos pietate,
Præfulgens generis & mentis nobilitate.
In ſpeculâ Cleri ſpeculum prudens ſpeculator,
Surgit GALTERVS *decus vrbis Præſule dignus.*

Poſt obitum eiuſdem, Rotomagenſis Eccleſia à Regaliorum iure eximitur, ipſomet Philippo Auguſto Rege teſtante; ideóque hîc attexımus vetuſtum documentum è chartis Normanniæ, quod huiuſce rei meminit:

„ IOANNES de Pratellis, Richardus
„ de Rui, Richardus de Villequier,
„ Robertus de Freſquines, Vuilelmus
„ de Viuario, Reginaldus de Petrauil-
„ lulâ, Robertus de Tıliolo, Galfredus
„ de Meſnilio, Galterus de S. Ioanne,
„ Vuillelmus Pantol, Gilibertus de Rem-
„ freuillâ, Adam de Maretot, Richar-
„ dus de Sahors, Vuillelmus de Ripa-
„ riâ milites iurati dixerunt, quòd mor-
„ tuo Rotberto Rotomagenſi Archie-
„ piſcopo, Rex Hainricus cœpit Re-
„ galia in manu ſuà, & poſuit cuſtodes
„ ſuos ad ea cuſtodienda. Cùm autem
„ GALTERVS DE CONSTANTIIS,
„ qui erat familiaris Regis, in Archie-
„ piſcopum promoueretur, Rex reddi-
„ dit ea illi. Sed dixerunt ſe neſciſ-
„ ſe, vtrùm reddiderit ei amore, quia
„ familiaris eius erat, vel de iure, vel
„ aliquo modo alio: de electione di-
„ cunt ſe vidiſſe Rotroldum, & Galte-
„ rum de Conſtantiis recipi in Archie-
„ piſcopatum Rotomagenſem, ad pre-
„ ces & ad voluntatem Regis Hainrici.
„ Cùm autem Archiepiſcopus Rotrol-
„ dus mortuus eſſet, orta eſt lis & con-
„ tentio, inter Regem & Capitulum,
„ ita quòd Capitulum elegit Rober-
„ tum de Nouoburgo, & alios duos
„ qui erant de Capitulo ſuo, volentes
„ quòd Robertus de Nouoburgo eſſet
Archiepiſcopus. Rex verò timens ne „
irent contra voluntatem ſuam, noluit „
ſuſtinere hoc, & elegit Galterum de „
Conſtantiis, & duos alios Epiſcopos „
de Angliâ, volens quòd idem Gal- „
terus eſſet Archiepiſcopus. Capitu- „
lum verò pro poſſe ſuo Regi contra- „
dixit. Tandem Canonici videntes Re- „
gem turbatum interrogauerunt eum, „
vtrùm hoc vellet fieri de iure Regiæ, „
vel precibus. Rex verò dixit, volo, „
& precor vt ita fiat. Capitulum ve- „
rò acquieſcens voluntati Regis, re- „
ceperunt Galterum prænominatum, „
& eum conſtituerunt Archiepiſco- „
pum. „

PVLLANVS.

54. ROBERTVS PVLLANVS II. ſeu PVLLVS, ex Theologo, præeſſe cepit an. 1208. & epiſtolam ſcribit, 1208.
Philippo Regi Francor. quâ conceſſit, vt ad poſtulatum Balliuorum ſuorum, Decani cum quatuor preſbyteris, veniant ad iurandas recognitiones Eccleſiarum, de quibus controuerſia fuerat, ad quos ius patronatus pertineat: deinde ordinat, vt placita Iudæorum teneantur in villâ de Deppâ, ſicuti ſolebat tempore Galteri deceſſoris Antiſtitis XVI. Calend. Aprilis cuius decreti documentum extat in vetuſto regeſto. Sacræ militiæ nomen dedit contra Albigenſes hæreticos, vnà cum aliis Præſulibus Gallicanis 1209. vt eſt 1209.
apud Albericum, & Petrum Valliſcernaij monachum Chron. c. 62. Huic verò reſcripſit Innocentius III. c. 8. ad reprimendam, de Officiis Ordinarij, quatenus poſſit Archiepiſcopus abſoluere excommunicatum à Suffraganeo. Leguntur huius Roberti prędictæ literæ in antiquis membranis, eo tenore:

ROBERTVS Dei gratiâ ROTOMA- „
GENSIS Archiepiſcopus. Noueritis „
nos Domino Philippo Regi Franco- „
rum conceſſiſſe, vt quotieſcúnque „
Bailliui ſui Capitales mandabunt De- „
canis noſtris, quòd veniant quilibet „
eorum cum quatuor preſbyteris, ad „
faciendas recognitiones Eccleſiaſti- „
cas, de quibus dubitatum fuit, ad „
quas ius pertineat patronatus, & ad „
remouendos fugitiuos, ab Eccleſiis ſe- „
cundùm vſum Normanniæ: præcipi- „
mus quòd prædicti Decani omni dila- „
tione poſtpoſitâ, veniant ad diem à „
Bailliuis Regis aſſignatam. Quod ſi „
deficiant, concedimus quòd emendam „
perſoluant IX. libr. quas domus lepro- „
ſorum Rotomagi habebit, ſine relaxa- „

» tione ; præterea conceſſimus , quòd
» placita Iudæorum teneantur in villâ
» de Deppâ, contra homines de Deppâ,
» ſicut ſolent teneri tempore Galteri
» Archiepiſcopi Rotomagenſis : Con-
» ceſſimus etiam ob amorem Regis,
» quandiu nobis placuerit , quod nos
» vel officiarios non excommunicabi-
» mus capitales Bailliuos Regis , ſuper
» hoc irrequiſito. Actum M. CC. VII.
1221. » XVI. Calend. Aprilis. Moritur 1221.
IV. Nonas Maij. Sepultus in cœnobio
Mortui-maris, Nonis eiuſdem men-
ſis.

AMIENS. 55. THEOBALDVS AMBIA-
NENSIS patriâ & cognomento , ex
Theſaurario Rotomagenſi , filius do-
minæ Humelinæ Ambianenſis; electus
à Capitulo conſecratur in Eccleſiâ ſuâ
1222. 1222. pridie Nonas Septembris ex MSS.
Rotomagenſi, & eodem anno 4. Cal.
Februarij Pallium recepit ; de cuius
ordinatione hæc fatur Albericus in
chronico ;

Succeſſit non laude minor , nec moribus
impar
Forma gregis,vitâ clarus,verbóq; Robertus.
Huic eſt ſcribendus THEOBALDVS *ob*
inde canendus,
Quod laudare piâ ſat egebat vbiq; Mariam.

Benedixit autem Henricum de S.Leo-
degario in Abbatem Beccenſis cœno-
1223. bij 1223. V. Cal. Aug. vt eſt in chroni-
co [illegible]us monaſterij : tum ad eumdem
ſcribit Conradus Portuenſis Epiſcopus
in partibus Bulgarorum Sedis Apoſto-
licæ Legatus an. 1223. eum deprecans
vt Senonas veniat, cum Suffraganeis
ſuis Epiſcopis , pro componendo tu-
multu Bartholomæi Albigenſium An-
tipapæ, qui eius obitu tandem ſedatur.
Epiſtolæ ſeries hæc eſt apud Mathæum
Paris in hiſtoriâ Angl. VENERABI-
LIBVS *Patribus Dei gratiá Rotomagenſi*
Archiepiſcopo, & eius Suffraganeis Epiſc.
ſal. in Dom. IESV CHRISTO. *Dum*
pro ſponsâ veri Crucifixi , veſtrum cogimur
auxilium implorare , potius compellimur
lacerari ſingultibus & plorare : Ecce quod
vidimus loquimur , & quod ſcimus teſtifi-
camur. Ille homo perditus , qui extollitur
ſuper omne quod colitur, aut dicitur Deus,
iam habet perfidiæ ſuæ præambulum Hære-
ſiarcham, quem hæretici Albigenſes Papam
ſuum appellant, habitantem in finibus Bul-
garorum Croatiæ & Dalmatiæ, iuxta Hun-
agrorum nationem. Ad eum confluunt hæ-
retici Albigenſes, vt ad eorum conſulta reſ-
pondeat ; Etenim Carcaſſonâ oriundus, vi-
ces illius Antipapæ gerens , Bartholomæus
hæreticorum Epiſcopus , funeſtam ei exhi-
bendo reuerentiam , ſedem & locum conceſ-
ſit in villâ quæ Porlos appellatur , & ſeip-
ſum tranſtulit in partes Toloſanas. Iſte
Bartholomæus in literarum ſuarum vndi-
que diſcurrentium tenore , ſe in primo ſa-
lutationis alloquio intitulat in hunc mo-
dum : Bartholomæus ſeruus ſeruorum ſan- »
ctæ Fidei tali ſalutem. Ipſe etiam inter »
alias enormitates creat Epiſcopos , & Eccle-
ſias perfidè ordinare contendit. Rogamus
igitur attentius , & per aſperſionem ſangui-
nis Ieſu Chriſti , & propenſius obſecramus
auctoritate Dom. Papæ quâ fungimur in
hac parte , diſtrictè præcipientes , quatenus
veniatis Senonis , in Octauis Apoſtolorum
Petri & Pauli proximè futuris , vbi & alij
Prælati Franciæ fauente Domino congre-
gabuntur , parati conſilium dare in nego-
tio prædicto, & cum aliis qui ibidem ade-
runt prouidere ſuper negotio Albigenſi.
Alioquin inobedientiam veſtram Domino
Papæ curabimus ſignificari. Datum Pla-
nium, ſexto Nonas Iuly. Interfuit au-
tem exequiis Philippi Aug. Regis
apud Guilel. Aremoricum Philippi-
dos lib. XII. vbi de illo ſic canit:

Et qui Rotomago THEOBALDVS *præ-*
ſidet vrbi,
Vir precibus vix flexibilis, nimiúq; rigoris.

Induxit in vrbem Patres Franciſcanos
& Dominicanos , corpúſque ſancti
Laurentij Dublinienſis Archiepiſcopi 1226.
transfert 1226. VI. Idus Maij ; ac de-
ceſſit anno octauo Pontificatus 1229.
VII. Cal. Octobris vt recitat idem Al- 1229.
bericus.

56. MAVRITIVS , à pueritiâ
Sanctimonialium eleemoſynis edu-
catus , Archidiaconus Trecenſis , inde
ad Cenomanenſem Epiſcopatum ſpe-
ciali Dei prouidentiâ per duorum
contendentium ceſſionem aſſumptus
eſt : ad Rotomagenſem demum Me-
tropolim Gregorij IX. auctoritate
tranſlatus an. 1231. recipitur eodem 1231.
anno die Dominicâ ante feſtum B.
Mariæ Magdalenes, cùm Thomas de
Freauuillâ Decanus , à parte alterâ
electus, ceſſiſſet ius ſuũ Pontifici Ho-
norio III. qui Mauritium inſtituerat.
Legauit autem Capitulo Rotomagen-
ſi pro fundatione obituarij , ac nomi-
natur in cartulario Abbatiæ B. Mariæ
Pontiſarenſis, quâ confirmat acquiſi-
tionem bonorum decimæ de Herou-

1233. uille 1233. menſe Iulio. Legendus ve-
rò Ioannes Cantipratenſis lib. 1. Apum
» cap. i. & viii. vbi inquit: Mirum val-
» dè in ipſo Archiepiſcopo videri po-
» tuit, quòd ſibi tam parcus, & pauperi-
» bus tam largus fuerit. Dicebat enim
» œconomis, cum annuos redditus ad
» duodecim librarum millia computa-
» rent; Duo aut tria millia ad victum
» familiæ noſtræ conſeruate, in reliquis
» omnibus nihil habeo, paupetum enim
» ſunt, & in pauperes diſpenſate; illis
» autem quæ mihi manent, diſpenſatoris
» vtar loco, non Domini. Vitæ auſteri-
tate, ſanctimoniâ, liberalitate in egen-
tes, ac miraculis clarus apud Herman-
num Schedelium in chronico Nurem-
bergenſi: in Chriſto obdormiuit Sali-
1234. coſæ 1234. in Octauis Epiphaniæ, &
ſepelitur in Eccleſiâ Cathedrali.

Colmiev. 57. Petrvs de Colmiev ii.
Cardinalis Albanus, natione Italus,
ex oppido de Collemedio dicto, quod
in Romanâ Campaniâ iacet oriundus;
olim Honorio iii. Summo Pontifici,
ac Gregorio ix. à ſacrificiis, & Roma-
ni tit. S. Angeli Cardinalis Sedis Apo-
ſtolicæ Legati Vices gerens: Primùm
quidem diu in Angliâ apud contuber-
nium Pandulphi electi Hornicenſis
Nuncij Apoſtolici, tum etiam Pariſiis
manſit, & oblatam Turonenſem, Mo-
rinenſem, aliáſque Pontificales infu-
las reſpuens, ſolâ S. Audomari Præ-
poſiturâ contentus, eam poſtmodum
dignitatem eiurauit, religionem pro-
feſſus in Abbatiâ Montis S. Eligij At-
trebatenſis, cui cœnobio plura lega-
uit. Tandem Regis mandato Roto-
1236. magenſis Pontifex eligitur 1236. pri-
die Nonas Aprilis, conſecratus in Ec-
cleſiâ Cathedrali 1237. v. Idus Aug.
& ab Innocentio iv. Pont. Max. Lug-
duni in Concilio generali, Epiſcopus
1244. Cardinalis Albanus creatur an. 1244.
menſe Decembri. Ab eodem Papâ
ad Fredericum 2. delegatur, vt cum
eodem Imp. fœdus pro Eccleſiæ pace
componeret, adiunctis Epiſcopo Mu-
tinenſi & Guilelmo Abbate S. Facun-
di, qui in ſententiâ excommunicatio-
nis in Concilio latâ, ſpeciales Nuncij
magnæ auctoritatis viri nuncupantur.
Exinde contra Albigenſes alterâ Le-
gatione Sedis Apoſtolicæ nobilitatur
ſub eodem Pontifice. Vir fuit ſanè
inſignis, ob vitæ probitatem, quam ſu-
pra nobilem eruditionem extulerat;

A huius enim Sigonius lib. 8. de Regno
Italiæ, & Locrius meminêre, conſpicuâ
religione, magnâque litteraturâ præ-
ſtantis; licet Mathæus Weſtmonaſte-
rienſis Anglus non ita in hiſtoriâ.
Fundauit Collegium Albanenſe de-
cem Capellanorum in Eccleſiâ Metro-
politanâ, literis datis an. 1245. Lugdu-
ni in feſto S. Laurentij, cum iam eſſet
Cardinalis Albanenſis; memorarúr-
que 1238. in cartâ Abbatiæ Regalis
Pontiſarenſis ſcriptâ Vernoni, quâ
firmat monialibus B. Mariæ acquiſi-
tionem decimæ de Harchemont, iuxta
Magniacum à Philippo de Stratis Mi-
B lite. Vitam cum morte commutauit
an. 1253. die Maij xxv. repentino fato 1253.
ſublatus, quod expertus eſt dono pro-
phetico cuiuſdam Minoritæ, cui ſe-
met viſitanti prædixit, ipſo eodem die
moriturum, vt euenit, quemadmodum
recitat Vadinghus in Annalibus Fran-
ciſcanorum. Petrus Frizonus ex aliis
aſſerit, eum obiiſſe 1254. At in epi-
ſtolâ regeſti Vaticani datâ anno Pon-
tificatus Innocentij iv. vndecimo,
Kal. Nouemb. iii. dicitur bonæ me-
moriæ. Ciacconius autem, Frizonus,
& Ceſar Alexius in ſuâ primâ Centu-
riâ virorum illuſtrium Peruſinorum
C lapſi ſunt, cùm hunc Petrum de Colle-
medio natione Gallum aſſerunt, qui
ortu Italus Campanus extiterit, ex op-
pido de Collemedio: id patet ex mul-
tis epiſtolis Innocentij Papæ, ad Io-
nem ex dominis Frufinonis nobili ſtir-
pe in Campaniâ editum, vbi iſtius
Card. de Collemedio conſanguineus
appellatur: de his fuſius tractat Ferd.
Vghellus in Epiſcopis Albanenſibus
tomo 1. Italiæ ſacræ. Quamquam &
ſubiecti verſus Ciacconij errorem li-
quidiſſimè redarguunt, qui in manu-
ſcripto codice eburneo Rotomagenſis
Eccleſiæ deſcripti fuerunt Petro ſu-
D perſtite:

Hanc Sedem Petrvs Medio de
Colle *ſubiuit,*
In quo ius, pietas, ratio, lex, gratiá viuit,
Ortu Campanus, ſenſu Cato, dogmate Canus,
Cuius larga manus, ad sũma negotia Ianus.
Inclytus athleta fidei, propriâ nece ſpretâ,
Sulcans claſſe freta fuit hoſti præda quieta:
More rapax Pardi tulit hunc Papa, & ſibi
Cardi-
-nalem fecit eum, vidua rapiens Eliſæum.

58. Odo Clement, i. Henri- Climent. De... à la Croix ancrée.
ci Clementis domini d'Argentan in

Normanniâ cognomento parui, Ftan- A
ciæ Mareſcalli filius, vt quidam aiunt;
quem ex Abbate S. Dionyſij propè
Lutetiam Innocentius IV. Eccleſiæ
Rotomagenſi præfecit, anno exeunte
1244. 1244. vt etiam aſſerit Guilelmus Nan-
gius in libro de geſtis Ludouici Re-
gis, in chronico verò Lemouicenſi
S. Stephani 1243. Prouiſus eſt igitur
literis datis ad Capitulum Lugduni 3.
Cal. April. Pontificatus Innocentij an-
no 2. cum vacante Sede per Petri tranſ-
lationem, nonnulli ex Canonicis, Pe-
trum ipſum Albanenſem Epiſcopum,
in Archiepiſcopum poſtulaſſent; ali-
qui verò elegiſſent Odonem de S. B
Dionyſio eiuſdem Eccleſiæ Canoni-
cum, ipséque Innocentius poſtulatio-
nem non admiſiſſet, electionem autem
iuſtitiâ exigente infirmaſſet; quòd ſcri-
bitur in archiuis Capitularibus Roto-
magenſibus. Receptus fuit Odo in
Eccleſiâ Dominicâ quartâ poſt Paſ-
1245. cha 1245. vt innuunr tabulæ Metro-
polis. Concilio Lugdunenſi interfuit,
deceſſore ad Cardinalatum promoto;
& anno ſequenti probat menſe Mar-
tio acquiſitionem decimæ de Erouuil-
lâ, à Religioſis Abbatiæ B. Mariæ Re- C
1247. galis. Moritur 1247. III. Nonas Maij,
vt eſt in chronico Beccenſi, non ſe-
quenti, prout tradit aliud chronic. S.
Ebrulphi. Porrò natione Anglum eun-
dem facit Mathæus Paris, qui de eius
obitu in vitâ Henrici III. Regis hæc re-
» fert: Anno eodem Odo Archiepiſ-
» copus Rotomagenſis, quondam Abbas
» S. Dionyſij, diuino, vt creditur, percuſ-
» ſus iudicio, ſubitò obiit: cùm iam vix
» per annum ſophiſticè Sedi Archiepiſ-
» copali præſidens, nomen tantùm & of-
» ficium ſibi temerè vſurpaſſet, & Petro
» ſuo Anteceſſori fructus Archiepiſco-
» patus diſtribuiſſet. Ipſe enim Angli- D
» cus natione, Abbas extiterat S. Dio-
» nyſij: quem ambitio & ſuperbia adeò
» ad Archiepiſcopatus dignitatem infe-
» liciter attraxerant, vt domum ſuam,
» irremediabiliter ære alieno obligatam
» dereliquit, & dignitatem prętextatam,
» ſymoniacè in ſui perniciem conſeque-
1246. » batur. Circiter an. M. CC. XLVI. fra-
tres Minoritæ Rotomagum applicue-
runt, vbi ſuſcepti in clauſtro S. Marci
& eius Eccleſiâ, per aliquot annos in
magnâ ſanctitate, & regulari obſer-
uantiâ moram traxêre; tandem huius
Odonis Archiepiſcopi ſuaſu egreſſi,
ad Eccleſiam Diui Clementis prope

viam Templariorum ſitam poſtea con-
uolarunt: hic Conuentus ab obſer-
uantibus Franciſcanis ad Patres eiuſ-
dem inſtituti Conuentuales, deuolutus
eſt 1460. ſed 1501. ex mandato Ale-
xandri VI. ſummi Pont. operâ Georgij
ab Ambaſiâ ſanctæ Rom. Eccl. Card.
Rotomagenſis, Apoſtolicæ Sedis Le-
gati, ad eoſdem Obſeruantes, annuen-
te Ludouico XII. redit; Ex hoc con-
uentu prodiêre Odo Rigaudus, qui
propter egregias virtutes ad Archie-
piſcopatum euectus eſt, vt dicemus, &
vir doctus Franciſcus Lotharingus Si-
donienſis Epiſcopus.

59. Odo Rigavdvs, II. Fran- Rigavd.
ciſcanus Ordinem Seraphicum Fra-
trum Minorum ingreſſus 1242. vbi
Magiſter in Theologiâ, moribus cla-
rus, magníque nominis concionator,
conſecratur ab Innocentio IV. Pont.
Lugduni menſe Martio exeuntis anni
1247. quo tempore Dominicani, Prio- 1247.
re Ioanne de Riuieriis, tradiderunt
menſe Aprili abſque vllâ reclamatio-
ne, eidem Odoni & ſucceſſoribus do-
mum in quâ habitauerant vltra Sequa-
nam. Recipitur ſolemniter in Eccle-
ſiâ B. Virginis die Paſchæ 1248. ſe- 1248.
quenti anno circa feſtiuitatem Reſur-
rectionis Domini, in Angliam traiecit,
vt redditus ad Eccleſiam pertinentes,
Regis Henrici III. gratiâ impetraret;
quod cum obtinuiſſet, facto hominio
de iſtis redditibus, quæ in Angliâ
erant, remeauit in Neuſtriam teſte
Mathæo Paris. Hoc eodem anno tran- 1249.
ſegit cum Blanchâ Francorũ Reginâ,
de iure patronatus Eccleſiæ de Vuati-
uillâ, quòd diſcitur ex documento Ca-
meræ Rationum Regiarum Pariſien-
ſium: Vniversts præſentes literas »
inſpecturis Frater Odo permiſſione »
diuina Rotomagensis Eccleſiæ »
miniſter indignus ſalutem æternam in »
Domino Ieſu Chriſto. Notum faci- »
mus quòd cum vacante Eccleſiâ de »
Watiuillâ in Archidiaconatu Augi, »
Rotomagenſis diœceſis, ſuper iure pa- »
tronatus inter illuſtriſſ. Ludouicum »
Regem Franc. ex vnâ parte, & nos ex »
alterâ, contentio orta fuiſſet, & per »
diuturnitatem temporis præcedentis »
nequaquam ſopita fuiſſet. Tandem »
nos cum illuſtriſſimâ Dom. Blanchâ »
Dei gratiâ Franciæ Reginâ, Vices- »
gerente prædicti illuſtriſſ. Lud Dei »
gratiâ Franc. Regis, tunc in partibus »

» tranſmarinis agentis, tractatum & col- A
» loquium habuimus de prædictis ; &
» conſideratis periculo animarum & ex- :
» cidiis, tum Eccleſiæ tum reddituum,
» eodem communi aſſenſu conuenimus,
» vt Abbas Fulcardimontis Ciſterc. Or-
» dinis, Rotomag. diœceſis, ad eandem
» Eccleſiam perſonam idoneam præſen-
» taret hâc vice, ſaluo in poſterum om-
» ni iure proprietatis & poſſeſſionis, ipſi
» & nobis, ſiquando vtrumlibet noſtrum
» de hoc videretur agendum ; itaque per
» prædictam ordinationem, nulli vtrin-
» que in aliquo poſſet iuri ſuo præiudi-
» cium generari. Quod vt ratum per- B
» maneat, præſentes literas ſigilli muni-
» mine duximus roborandas. Actum
» apud Meldunum III. Kal. Martij an.
» M. CC. XLIX. Memoratur & in aliis
literis Blanchæ Reginæ 1252. menſe
1252. Iulio; & Ludouici Francorum Regis
petitione diploma conſcripſit, pro re-
formatione Eccleſiæ S. Mariæ Rotun-
1255. dæ Rotomagenſis menſe Martio 1255.
tum anno ſequenti in vigiliâ S. An-
dreæ ordinationem edidit, pro domo
Dei Vernonenſi, quam ipſe Ludoui-
cus reſtaurare in animo habens, Pon-
tifex Odo aſſenſu Capituli, bona quæ-
dam alterius domus Dei, ædificatæ
ſuper ponte Vernonis, in eam tranſtu- C
lit, ſicuti patet ex chartis regij The-
1260. ſauri Pariſienſis. Poſt hæc verò 1260.
menſe Februario Pintaruillam, prope
Locumueris, in Ebroicenſi diœceſi vil-
lam ditionis Archiepiſcopalis, priuſ-
quàm patrum memoriâ diſtraheretur,
in quâ Synodus olim celebrata paulò
ante Concilium apud B. Mariam de
Prato, comparauit tribus millibus li-
brarum Eccleſiæ ſuæ, à Petro de Mel-
lento Regis Pincernâ, & vxore Ligar-
dâ, quòd conſtat ex actis originalibus
Lutetiæ ſcriptis ; item annuente Ca-
pitulo Regi Ludouico conceſſit, cau-
sâ tamen permutationis, domicilium D
ſuum de Sancto Matheo iuxta Roto-
1261. magum menſe Iunio an. 1261. & in an-
tiquis codicibus MSS. eiuſdem The-
ſauri, aſſeruantur literæ ordinationis
Officij Archidiaconi in villâ Pontiſa-
ræ, quarum hæc formula eſt :

FRATER ODO *permiſſione diuinâ* ROTOMAGENSIS *Eccleſiæ Miniſter indignus. Notum facimus quod cum excellentiſſimus Dominus Ludouicus Dei gratiâ Rex Francorum illuſtris, Archidiaconatum Pontiſarenſem, ex reſignatione venerabilis viri Magiſtri Haymonis quondam Archidiaconi dicti loci, liberum & vacantem cum omni integritate ac plenitudine iuris ac iuriſdictionis, cæterorúmque omnium pertinentium ad Archidiaconatum eundem, cuius Archidiaconatus cum ſuis pertinentiis ad eundem Regem collatio pertinebat; ad honorem Dei & B. M. Virginis Eccleſiæ Rotomagenſis, & nobis ipſius Eccleſiæ curam gerentibus paſtoralem, contuleris intuitu pietatis à nobis noſtris ſucceſſoribus in perpetuum liberè ac pacificè poſſidendum, nóſque inueſtierit de eodem, omnia ipſius Archidiaconatus iura & iuriſdictionem cæteráque omnia ad ipſum Archidiaconatum pertinentia, in nos & Rotomagenſem Eccleſiam totaliter transferendo. Nos eidem Domino Regi illuſtriſſimo promiſimus & promittimus bonâ fide, noſtro Rotomagenſi Capitulo conſentiente, & etiam approbante quod nos & ſucceſſores noſtri qui pro tempore fuerint, deputabimus certam perſonam, quæ tenebitur facere apud Pontiſaram reſidentiam perſonalem, videlicet infra muros caſtri Pontiſaræ in parochiâ S. Mariæ Pontiſarenſis, vel apud S. Martinum Pontiſarenſem, in illo loco de prædictis in quo maluerimus nos vel noſtri qui pro tempore fuerint ſucceſſores, & in aliquo dictorum locorum cognoſcet de omnibus cauſis Burgenſium Pontiſarenſium, per ſimplicem querimoniam conueniendorum ad forum Eccleſiaſticorum pertinentibus, ipſáſque decidet ibidem. Exceptis cauſis ſuper criminibus hæreſeos & falſi ; de quibus coram nobis & ſucceſſoribus noſtris vel Officiali Rotomag. & non coram prædictâ perſonâ, per ſimplicem querimoniam reſpondebunt ; de cauſis verò aliis, non poterunt extra prædicta loca, coram nobis vel noſtris ſucceſſoribus, vel aliâ quâcunque perſonâ vices noſtras, vel alicuius ſucceſſorum noſtrorum generaliter per ſimplicem querimoniam conueniri. Poterunt tamen dicti Burgenſes, vel contra ipſos litigantes, à dictâ perſonâ in omnibus cauſis ad eius forum ſpectantibus, tam à grauaminibus, quàm à ſententiis ad nos ſucceſſoréſque noſtros qui pro tempore fuerint, & ad Officialem Rotomagenſem licitè ac liberè appellare. Nos autem & ſucceſſores noſtri, prædictáque perſona tenebimur dictis Burgenſibus obſeruare eorum conſuetudines rationabiles & antiquas. Nos verò Rotomagenſe Capitulum conſentimus dictæ permiſſioni, à memorato Reuerendo Patre factæ, eandem prout eſt expreſſa ſuperius approbantes. In cuius rei teſtimonium nos Archiepiſcopus & Capitulum prædicti ſigilla noſtra præſentibus literis duximus apponenda. Datum*

anno Domini M. CC. LV. *menſe Iulio.* Franciſcanorum autem baſilica ab Odone inauguratur, eorúmque Conuentus 31. Ianuarij 1254. transfertur è clauſtro S. Marci, ad parochiam B. Clementis iuxta ripam Sequanæ. Idem res Eccleſiæ Rotomagenſis cum D.
1262. Ludouico Rege commutat 1262. pro Gallionis oppido, inſigni Archiepiſcopalis dominij caſtro, de quo ſequens reſcriprum legitur in eodem regio cartophilacio: VNIVERSIS *præſentes literas inſpecturis, Frater* ODO ROTOMAGENSIS *Eccleſiæ Miniſter, notum facimus, quod nos, cum excellentiſſimo Ludouico Dei gratiâ Francorum Rege permutationem fecimus, eidem Regi & ſucceſſoribus ex causâ permutationis, ſeu eſcamby dedimus, tenenda perpetuò omnia molendina noſtra, & viuarium noſtrum apud Rotomagum, cum pertinentiis & totâ iuſtitiâ, nil retinentes in moltâ ciuium Rotomagenſium, vel eorum qui in ſuburbiis commorantur, nobis tamen retinuimus molturam liberam in dictis molendinis, tam pro hoſpitio noſtro Rotomagenſi, quàm pro nobis vbicúnque Rotomagi fuerimus, &c. cum prædictis etiam dedimus Regi quatuor molendina apud Deuillam &c. dedimus etiam Regi quatuor millia lib. Turon. in pecuniâ; pro quibus Rex conceſſit nobis & ſucceſſoribus, tenenda perpetuò & habenda, in puram eleemoſinam caſtrum ſuum & villam de Gaillon, turrim & villam des Noees, villes de Douurent, & de Humeſnil cum omnibus pertinentiis, iuriſdictione & iuſtitiâ, nihil penitus retinens in prædictis, exceptis feodis & membris loricæ extra villas nobis traditas, conſtitutis. In quibus feodis, extra villas omnem iuſtitiam magnam & paruam retinuit Rex, hoc adiecto, quòd prædicta ſibi vel ſucceſſoribus ſuis cedent in regalia, vacante Rotomagenſi Eccleſiâ, prædictâ autem ſingula, quæ Regi vel ſucceſſoribus dedimus ex causâ prædictâ, nos & ſucceſſores garantizare tenebimur præfato Regi, ſuiſque ſucceſſoribus in futurum, &c. Si autem contra dictum Regem, aliquoties contingerit in Normanniâ guerram fieri, toties ad magnam vim & ad paruam, dictum caſtrum de Gaillon, & turrim des Noees, ſibi & ſucceſſoribus cum munitionibus quæ ibidem fuerint, tunc tradere tenebimur nos & ſucceſſores, à Rege, vel ſucceſſoribus, cum per literas patentes fuerimus requiſiti; quâ ſedatâ guerrâ, vel treugâ, dictum caſtrum & turrim nobis & ſucceſſoribus, in æquo bono ſtatu, quo eiſdem tradita fuerint, tam in foſſatis muris & edificiis, armis, victualibus, quàm aliis reſtituere tenebuntur. Inſuper nos in caſtro prædicto, neminem contra Regem poterimus receptare, & ad hoc quod de caſtro prædicto diximus obſeruandum, nos & ſucceſſores Regi & ei ſaluâ fidelitate quam eiſdem præſtamus, cum ab ipſis regalia recepimus, tenebimur obligati, pertinentiæ de Gaillon, des Noees, & de Humeſnil, & de Douurent. Sunt hæc ius patronatus Præbendarum quod habebit Rex apud Gaillon, & ius patronatus parochiæ de Douurent, terræ arabiles, vineæ, modraciones vini, prata, nemora, garena, focagium, redditus in frumento, auenâ, blada, cum nucibus, denariis, caponibus, gallinis, anſeribus, ouis, panibus, garbis, calcaribus, montonagiis, gardinâ, campipartes bladorum & nucum, ſiue terragia, couſtuma, denary & oboli, venda, furni, molendina, molta ſicca, eſtoublagia, ſeruitia ruſticorum, quartagia, meſſeria, ſeruitia vauaſſorum, præcaria & corueta ruſticorum, ſeruitia quadrigandi & taſſindi, &c. in præmiſſorum teſtimonium præſentes literas fecimus ſigillari. Actum Niuerni anno Dom.* M. CC. LXII. *menſe* 1262.
Iulio. Crucesignatur Odo cum aliis Principibus & Epiſcopis anno 1267.
in feſto Pentecoſtes, ad quem etiam 1267.
pro eadem causâ epiſtolam Alexandri IV. Papæ, nunc primùm editam, hîc ſubjicere peropportunum videtur:

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo ROTOMAGENSI ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tua fraternitas intimauit, quòd prætextu indulgentiæ Crucesignatis ab Apoſtolicâ Sede conceſſæ, in quâ continetur, quod eos cum familiâ, & omnibus bonis ſuis recipimus, ſub protectione ipſius ſedis & noſtrâ, inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Francorum illuſtrem, & Barones, & Balliuos eius prouinciæ Rotomagenſis ex parte vnâ; Et te, ac venerabiles fratres noſtros Epiſcopos Suffraganeos tuos ex alterâ, diſſenſionis materia eſt exorta: proponentibus Rege, Balliuo & Baronibus prædictis, quod Crucesignati laïci, eorum iuriſdictioni non ſunt ſubiecti; contra iuriſdictionem huiuſmodi, eorúmque iura, prætextu talis indulgentiæ, per Eccleſiaſticos Iudices deffendendi: Te verò ac prædictis Epiſcopis aſſerentibus ex aduerſo, quòd dicti Crucesignati occaſione talis indulgentiæ, de foro veſtro exiſtunt; Et quod in quibuſlibet cauſis

» tam criminalibus, quàm ciuilibus, co-
» ram vobis ſtare iure tenentur, & quod
» ipſi à iuriſdictione dominorum tem-
» poralium fuerint exempti : ſimiliter
» quo petiiſti, per ſedis iſtius oraculum
» edocere. Nos itaque conſultationi
» tuæ totaliter reſpondemus ; quod di-
» ctos Cruceſignatos à iuriſdictione do-
» minorum ipſorum indulgentia prædi-
» cta non eximit, niſi fortè conſuetudo
» legitimè præſcripta defendat eoſdem,
» vt aliàs priuilegio ſeu indulgentiâ
» ſpeciali, vel iure alio ſint muniti. Da-
» tum Viterbij VIII. Idus Auguſti, Pon-
» tificatus noſtri anno quarto. Interim
quia erat fidei ac virtutis probatæ,
Philippus III. vnà cum ipſius fratre,
Odoni adminiſtrationem regni reli-
quit, impubere Ludouico filio, vt ex
ipſius diplomate liquet:

PHILIPPVS *Dei gratiâ Francorum
Rex, &c. Notum facimus, quod nos men-
tis compotes, & in bonâ ſanitate de regno
noſtro ordinauimus in hunc modum ; vide-
licet quod ſi nos morte contigerit preueniri,
antequam Ludouicus primogenitus noſter,
vel alter liberorum noſtrorum quartum de-
cimum annum compleuerit, diſponimus &
volumus, quòd Petrus cariſſimus frater no-
ſter, cuſtodiat regnum noſtrum, & ipſum
principalem tutorem, deffenſorem & cuſto-
dem conſtituimus ſuper regnum prædictum,
& pertinentia ad illud, quouſque vnus li-
berorum noſtrorum* XIV. *annum compleue-
rit, vt dictum eſt. Tradentes eidem, &
conſtituentes ſecum ad conſilium ſuum, pro
negotiis regni faciendis, venerabiles viros*
ODONEM ARCHIEPISCOPVM
ROTOMAGENSEM, *Stephanum Pa-
riſienſem, Odonem Baiocenſem, Philippum
Ebroicenſem Epiſcopos, Matheum Abbatem
S. Dionyſij in Franciâ, Simonem Domi-
num Nigella, Erardum de Valeriaco, Pe-
trum Cambellanum, Iulianum de Peronâ
Milites : Magiſtrum Henricum de Veze-
liaco, & Ioannem de Trecis Archidiaconos
in Eccleſiâ Baiocenſi, Nicolaum de Altolio,
& Ioannem Sarraceni, propter Scacarios,
& propter compotos Templi, & alios compo-
tos regni noſtri faciendos. Volumus etiam
quòd dictus Petrus frater noſter, ad conſi-
lium ſuum, & ad prædicta negotia facien-
da, aduocet Petrum de Brociâ Cambella-
num noſtrum, & etiam alios, quos ad præ-
dicta facienda viderit neceſſarios, per con-
ſilium prædictorum ſimiliter aduocet ad
conſilium ſuum, quando viderit expedire.
Volumus autem, quod dictus Petrus expen-
ſas & miſſiones ſuas, quas ipſe faciet pro*
A *negotiis regni noſtri, capiat de bonis re-
gni prædicti, & reſiduum deponatur Pari-
ſius apud Templum, ad cuſtodiendum &
tradendum mandato primogeniti noſtri,
cum ad ætatem peruenerit ſupradictam, vel
ſi neceſſe fuerit, pro defenſione regni noſtri.
In cuius rei teſtimonium, ad robur & fir-
mitatem prædictorum, præſentes literas fe-
cimus ſigilli noſtri impreſſione muniri.
Actum in caſtris iuxta Cartaginem die
Iouis poſt feſtum S. Remigij, anno Domi-* 1270.
ni M. CC. LXX. Benedixit Petrum de
Canibâ Beccenſem Abbatem 1273. &
Concilio Lugdunenſi intereſt 1274. 1274.
B eiúſque meminêre Antoninus tit. XXIV.
cap. 9. vita S. Bonauenturæ, Petrus
Rodulphius in hiſtoriâ Seraphicâ & in
chronico Ordinis parte III. Gonzaga,
Vadingus in Annal. Minorum, & alij.
Animam efflauit Rigaldus 1275. VI. 1275
Non. Iulij, non 1276. 5. Maij vt eſt in
Kalendario Dionyſiano ; nam illud
intelligendum eſt de Odone Clemen-
tis deceſſore, qui vitâ defungitur 1247.
At verò minus rectè is qui Ciacconij
opus ſuppleuit, Reginaldum Minori-
tam tradit Rotomagenſem Antiſtitem
Lectorem Sacri Palatij, & Cardina-
lium Collegio adſcriptum à Bonifa-
C cio VIII. ſub an. 1303. nec idem eſſe
poreſt cum Odone noſtro, qui iam
longè ante fato ceſſerat. Scripſit au-
tem Odo Rigaldus, cognominatus Re-
gula viuendi, Sermones de tempore,
ſeu Regulam viuendi apud Rodul-
phium, in quatuor Sententiarum li-
bros, Tractatum de modo viſitanda-
rum parochiarum ſuæ diœceſis MSS. in
cartulario Eccleſiæ Cathedralis, aliá-
que opuſcula. Porrò fuit ordinatum
à Capitulo Rotomagenſi, propter ex-
cellentiam Domini ſanctæ memoriæ
Odonis Rigaudi quondam Archiepiſ-
copi, vt in ipſius anniuerſario nullum
aliud adiungatur, ſed per ſe tantum-
D modo celebretur, quod docent per-
antiqua Obituaria Capituli.

60. GVILELMVS DE FLAVA-
COVR, II. Cancellarius Comitis Mar-
chiæ, ex nobilibus dynaſtis de Flaua-
curiâ in pago Velocaſſino, Guilelmi
& Iulianæ filius, Canonicus Rotoma-
genſis & Pariſienſis, electus à duabus
ferè partibus Capituli 1275. à Nico-
lao III. confirmatur 1278. 7. Idus Maij,
& ab eodem conſecratur XI. Kal. Iu-
nij Dominicâ ante Aſcenſionem ; Pal-
lium recipit 8. Kal. earumdem. Quæ 1278.
autem

FLAVACOVR. D'argent à deux quinte-feuilles, de gueulles, au franc canton de meſme à vne croix fleuronée d'argent.

A autem de Lingonenſi & Lincolnienſi Epiſcopatu Trithemius Abbas, Demochares, Chenutus, Dadræus & alij artulêre, expungenda ſunt ex manuſcripto chronico Rotomagenſi, & tabulis archiui Capitularis, ex quibus liquet Guilelmuin noſtrum, ex alumno Eccleſiæ (quem ſe alicubi profitetut) ad Merropoleos regimen aſſumptum vt diximus, die Lunæ ante Lærare exeunre 1275. Controuerſia fuetat in Cutiâ Romanâ de ipſius electione, idcirco Nicolaus Pontifex in eius grariam Regi bullam inſcripſit Pontificatus I. celebrat autem Concilium
1279. apud Ponrem Audomari 1279. die Iouis ante Aſcenſionem, cuius acta extant in veteri libro typis edira; memoratur in pancartâ Bituricenſi 1281. quo
1281. anno Dominicâ 2. Aduentus benedixit Ymerium de S. Ymerio Abbatem Beccenſem; nominatúrq; in tabulâ diuiſionis bonotum Guidonis de Mauuoiſin domini de Roſni, & Iſabellis de Melloto vxoris 1283. ac in Rotomagenſibus atchiuis, vbi fundat anniuer-
1293. ſarium 1293. Aug. 29. & à Rege obriner confirmationem, cuius hic tenor:

Pʜɪʟɪᴘᴘᴠs *Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus vniuerſis tam præſentibus quàm futuris; quod nos contentiones & iurgia, quæ frequenter inter gentes noſtras, & gentes dilecti ac fidelis noſtri Archiepiſcopi Rotomagenſis, occaſione eorum quæ in villâ de Poleto, & prope dictam villam habebamus in certis locis contentis inferius, oriebantur, volentes extinguere; quidquid in dictâ villâ de Poleto, cum altâ iuſtitiâ, & focagio cum hortis, & iardinis, habebamus, & quidquid aqua maris cooperit & diſcooperit in dictâ villâ, & de dictâ villâ vſque ad vietas Prioratus de Longavillâ, à parte de Puys, vſúmque ſagenæ, eo modo quo illum habebamus in aquâ Deppæ, conceſſimus & penitus dimiſimus in perpetuum Archiepiſcopo memorato & ſucceſſoribus eius, ita videlicet quòd ipſe facere non poterit piſcaturam in dictâ aquâ inter mare & villam de Archis: ſed perſonæ vtentes ſagenâ, & etiam venientes piſcari applicantes in villâ de Poleto, poterunt ſuas ſagenas ponere, & retia exſiccanda in ſiccâ terrâ, ſine dangerio garennariorum, abſque tamen ingreſſu profundo in garennâ, ſaluo in prædictis omnibus dangerio traverſi de Archis, quod retinemus, concedentes inter cætera, quantùm in nobis eſt, emptionem per prædeceſſorem ipſius Archiepiſcopi factam à patre Nicolai de Hotot Militis, de altâ iuſtitiâ, hominum ipſius exiſtentium in villâ Deppæ, & eam ipſi Archiepiſcopo & ſucceſſoribus confirmantes, ſaluo iure quolibet alieno. Quod vt ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus literis noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius, anno Dom.* M. CC. XXCIII. Fuit idẽ Guilel- 1283.
mus valdè munificus in pauperes, qualibet enim die quâ fames inualuit an. 1304. trecentas libras erogauit; inſupérque Collegium ſex Capellanorum
S. Spiritus in Cathedrali inſtituit 1305. 1305.
Delegatur quoque à Pont. Max. cum Auriſſiodorenſi Epiſcopo, in collectâ decimæ Regi Francorum conceſſæ
B apud Senonenſem prouinciam, pro ſubſidio negotij regnorum Arragoniæ, & Valenriæ, quod docet carta Prioratus S. Memorij Trecenſis diœceſis, dara die ſabathi in feſto omnium Sanctorum 1292. & 1299. Concilium apud Priotatum B. Mariæ de Prato propo Rotomagum, à cœnobio Beccenſi pendentem congregauit; cuius Eccleſia fundatores agnoſcit Guilelmum Conquæſtorem, Marildem coniugem, Robertum Breuemocream, & Henricum I. Normanniæ Duces. Animam exha-
lauit an. 1306. VIII. Idus Aprilis, hu- 1306.
C matus in capellâ B. Mariæ ædis Metropolitanæ: per obitum eius aperta eſt Regalia à die VI. Aprilis ad primam Auguſti 1306. quocirca Decanus & Capitulum Rotomagenſe Regi epiſtolâ ſupplicauêre, quatenus Eccleſiæ nouum Archiepiſcopum per conſuetam benignitarem illis eligendi licentiã largiatur: diploma ex actis Capituli tale eſt: Sᴇʀᴇɴɪssɪᴍᴏ *Principi ac Dom. Domino Philippo Dei gratiâ Regi Francorum illuſtri, deuoti eius in omnibus A. Decanus & Capitulum Rotomagenſis Eccleſiæ, cum deuotâ ſui recommendatione, in illo viuere fæliciter & regnare, qui Regibus dat ſalutem. Vacante noui-*
D *ter Eccleſiâ memoratâ per obitum bonæ memoriæ dom. G. quondam eiuſdem Archiepiſcopi & Paſtoris, ipſiuſque corpore tradito ſicut decuit Eccleſiaſtica ſepulturæ: deſiderantes ipſam auertere à diſpendiis & iacturis, quæ ex diutinis vexationibus conſueuerunt Eccleſiis peruenire, manſuetudini Regiæ ſupplicamus, quatenus eligendi nobis, & dictæ Eccleſiæ nouum Paſtorem & Archiepiſcopum Domino largiente accommodum, conſueta benignitas Regia nobis licentiam largiatur. Et ecce venerab. & diſcretos viros Magiſtros Ioan. Ducis Cantorem, & Thomam de Baſlyaco Concanoni-*

cum noſtrum Rotomagen. ad veſtri culminis Maieſtatem, propter hoc præſentium teſtimonio deſtinamus: vt ſub illorum miniſterio, ſic conceſſam nobis gratiam, benignitas Regia nunciare dignetur. Maieſtatem veſtram amplificet, & conſeruet in dierum longitudinem Dominus Ieſus Chriſtus. Datum ſub ſigillo Capituli noſtri, die Dominicâ quâ cantatur Quaſimodo, an-
1306. *no Domini* M. CCC. VI.

De Fargiis.

61. Bernardvs de Fargiis Clementis v. Papæ propinquus, ex Agennenſi Præſule prouiſus de Archi-
1306. epiſcopatu, inſulas init 1306. poſt mortem Guilelmi anno 1. eiuſdem Pontificis, cuius bulla habetur in archiuo Regio Pariſienſi: ſedebat adhuc 1310. ex chartâ S. Amandi Rotomagenſis; Transfertur ab eodem Papâ ad Me-
1311. tropolim Narbonenſem 1311.

Aycelin. De ſable a trois teſtes de Lion arrachées d'or 2. & 1. lampaſſées de gueules.

62. Ægidivs Aycelin, patriâ Aruernus, è Sede Narbonenſi ad Rotomagenſem euehitur 1311. III. Non. Maij: eodémque anno recipitur in Eccleſiâ, primò per procuratorem pridie Idus Iunij, deinde præſens IV. Kal. Septemb. Cathedralem ædem ingreditur; antea Narbonenſis Canonicus, & Præpoſitus Clarimontis. Habuit Concilium prouinciale apud S. Ma-
1313. riam de Prato 1313. circa feſtum S. Lucæ. Fundator Collegij Montiſacuti Pariſiis 1314. Feſtum Euchariſtiæ in Cathedrali inſtituit 1317. Defunctus
1318. eſt 1318. & Regalia fuit à feſto S. Ioannis Baptiſtæ eiuſdem anni ad diem B. Marci 1319. vt fertur in antiquis regiſtris.

Dvrefort.

63. Gvilelmvs de Dvrefort III. ex Epiſcopo & Duce Lingonenſi tranſiit ad Rotomagenſem Metropo-
1319. lim 1319. per mortem Ægidii ſuperioris, quo anno noua S. Audoeni baſilica inchoatur à Ioanne Rouſſel Abbate 8. Cal. Iunij. Huius tempore Nicolaus de Freauuille, dictus corruptè de Farinulâ, Rotomagenſis, religione Dominicanus & Cardinalis, Confeſſor Regis Philippi, diem clauſit Lug-
1323. duni 1323. tumulatus ad Prædicatores Rotomagenſes cum inſcriptione. Interfuit Guilelmus diſputationi contra Petrum de Cuneriis, ſed eius obitum perperam aſſignat 1328. vetus chronicon S. Ebrulphi, priúſque Monachum extitiſſe tradit, quàm Epiſcopales in-
1330. ſulas adipiſceretur. Fato cōceſſit VIII. Calend. Decemb. an. 1330. ſepultúſque in Eccleſiâ IV. Kal. eiuſdem menſis.

Roger. D'argent à la bande d'azur, accompagnée de ſix roſes de gueules.

64. Petrvs Roger III. patriâ Lemouicenſis, territorij caſtri Malimontis, Guilelmo patre domino vici Roſæi, matre item Mariâ du Chambon, non Guillelmâ, ex familiâ Munſtriâ oriundâ, vt nonnulli volunt; frater autem Guillelmi Rogerij Comitis Bellifortis, Gregorij XI. paternis. Nondum ille pubertatis annos exceſſerat, cùm religionis habitum in Abbatiâ Caſædei in Aruernis ſumpſit, poſteâque Pariſiis, ſtudia Philoſophiæ & Theologiæ cum omnium admiratione peregit. Igitur variis honoribus & ſacerdotiis ampliſſimis auctus fuit; primùm enim Petri Cardinalis de Mortuomari, qui ipſum vnicè diligebat, epiſtolis ad Curiam vocatus, Ioanni XXII. Papæ innotuit, mox ab eo factus ſancti Baudelij Nemauſenſis Prior, inde Abbas Fiſcannenſis & Caſædei; cúmque Cardinaliū gratiâ polleret, Epiſcopus Attrebatenſis, non Arelatenſis, vt quidam ſcribunt, regiíque ſcrinij & ſigilli Præfectus, ad Senonenſem Archiepiſcopatum, indéque Rotomagenſem ab eodem
Pontifice traducitur 1330. XIX. Cal. 1330.
Ianuarij, bullâ Pontificatus XV. ſubſcriptâ, quæ extat in archiuo Regio Pariſienſi. Demum à Benedicto XII. creatus eſt 1337. 15. Cal. Ian. Cardinalis tituli SS. Nerei & Achillei; eóq;
mortuo, Nonis Maij 1342. Pontifica- 1342.
tus Maximi culmen aſcendit, ſumpto nomine Clementis VI. coronatúſque in Eccleſiâ Prædicatorum Auenione, ipſo die Pentecoſtes, adſtantibus, vt ſcribit Bernardus Guidonis, plurimis Principibus, aliiſque dynaſtis, ſed mendosè Guilelmum Monſtrium appellatū vocitat. Hunc Franciſcus Petrarcha tunc viuens, literatiſſimum Pontificem nuncupat, eundémque tam potentis ac memorabilis memoriæ extitiſſe ait, vt quidquid ſemel legiſſet, obliuiſci etiam ſi cuperet, non poſſet. Et quod mirabilius eſſet, hanc memoriam magno quondam capitis ictu, cuius ingens ſupremo vertice cicatrix remanſerat, ei proueniſſe. Initio Pontificatus Romanorum legatione ſalutatus, eorum rogatu, Iubileum ſacrum quod ad centeſimum annum conſtituerat Bonifacius VIII. cupiens quamplurimos huius indulgentiæ fieri participes, ad annum quin-

A quagcſimum teducendum indixit, quâ re valdè Clementem commendatum fuiſſe ab vniuerſis Chriſtianis Villanius ſcribit lib. XII. cap. 10. Poſt quæ in Ludouicum Bauarum Sedis Apoſtolicæ cenſuras olim promulgatas renouauit, ac inter multa alia quæ Clemens pro vtilitate Eccleſiæ egit, aduerſus Turcos iniit ipſe fœdus cum Venetis, miſſis item in Armeniam nunciis pro extirpatione errorum, & vnione cum Sede Apoſtolicâ ſuadendâ. Interim memorem fuiſſe Eccleſiæ Rotomagenſis cui ſederat, ex eo patet, quòd multis priuilegiis eam

B ornare voluit, ac Collegium ſexde-

1349. cim presbyterorum in eâ inſtituit 1349. VIII. Cal. Iunij, quod Sacerdotum Clementinorum dici voluit. Viſuntur in frontiſpicio ſex roſæ; primúſque Pontificum Romanorum in Bullis, gentilitiis ſtemmatibus vſus eſt, quòd legitur in chronico Alberti Argentinenſis. Idem verò Pontificium palatium à Benedicto deceſſore inchoatum abſolui curauit, è vita ſublatus Auenione VIII.

1352. Idus Dec. M.CCC. LII. poſtquam ſediſſet annis X. menſibus VII. minus aliquot diebus. Depoſitum fuit corpus in Eccleſiâ cathedrali B. Mariæ de Do-

C nis, translatum verò anno ſequenti ad Monaſterium ſuum Caſædei in Aruernis valdè à ſe locupletatum, in choro, quod ducentis poſtmodum annis ab hæreticis Caluinianis extumulatum, & flammis traditum, cum eius ſtatuâ quam ſibi viuens parauerat, refert Maſſonus in illius vitâ. Magnis certè rebus geſtis præclatus Pontifex, quémque elogiis commendat auctor Appendicis ad Bernardum Guidonis. Eius vitam réſque geſtas in Pontificatu deſcripſêre Ciaconius, Onuphrius, Spondanus, Quercetanus, & alij plerique alibi.

GUENENT.

65. AIMERICVS GVENENT,

D ex Eccleſiâ Autiſſiodorenſi ad Rotomagenſem aſſumptus, Benedicti XI. auctoritate die XV. Februarij 1338.

1338. Kal. Martij XV. ex regeſtis Capitularibus, Petro ad Cardinalatus dignitatem vocato, vt eſt in Bullâ archiui regij Pariſienſis Pontificatus V. poſſeſſionem accepit per Vicarios Sabatho ſancto Paſchæ ſequentis. Moritur a-

1342. pud Pintaruillam XVI. Cal. Februarij an. 1342. Iacet in æde Metropolitanâ.

ROGER. D'argent à la bande

66. NICOLAVS ROGER, Abbas Gratiæ in diœceſi Carcaſſonenſi,

A Petri Rogerij Domini de Roſiers apud Lemouices filius: Clementis VI. Pont. Max. patruus, malè à Chenuto nepos nuncupatus, infulas iniit 1342. defunctus Auenione 1347. feriâ 3. infra octauam Paſchæ; nepotes habuit Hugonem Rogerium Cardinalem E- 1342.
piſcopum Ruthenenſem, & Ioannem Archiepiſcopum Auxitanum.

d'azur, accompagnée de ſix roſes de gueulles, 3. en chef, & 3. en pointe poſées en orle.

MARIGNY. D'azur à deux faſces d'argent.

67. IOANNES DE MARIGNY III. Philippi domini d'Eſtouys filius, Ingerrani de Marigniaco, Comitis Longæuillæ, Franciæ Cambellani, ſub Philippo Pulchro Galliarum Ad-

B miniſtri, & Philippi Senonenſium Archiepiſcopi frater; ex Cantore Pariſienſi, Epiſcopus Bellouacenſis 1312. Regi à ſanctioribus Conſiliis, indéque ad Eccleſiam Rotomagenſem tranſlatus 1347. circa feſtum S. Ioannis 1347.
Baptiſtæ, in eâ recipitur XIV. Cal. Decemb. deceſſit verò 1351. VII. Kal. 1351.
Ianuarij. Iacet in Eccleſiâ B. Mariæ Eſcoyenſis, mortuus, vt eſt in Epitaphio:

Poſt Natale Dei Martis ſub luce diei,
In quinquageno primo c. ter atque c. deno.

Eſt autem hæc Collegiata baſilica in

C Rotomagenſi diœceſi, fundata liberalitate Ingerrani fratris, cuius dotationis fidem facit exemplar ex archiuis deſumptum, quod hîc quoque non dedignabimur apponere:

VNIVERSIS *Chriſti fidelibus, Ingerranus Dominus de Maregniaco Miles, & Cambellanus excellentiſſimi Principis Domini Philippi Dei gratiâ Regis Francorum illuſtris, ſalutem & pacem. Aeterni Regis immenſa bonitas, &c. Hac conſideratione deductus, de chariſſima conſortis meæ Aelipidis aſſenſu beniuolo, ad honorem Dei, B. Mariæ Virginis matris eius, ac omnium Sanctorum, precipuè in augmentum cultus illius, qui exinaniens ſemetipſum in ligno Crucis, hu-*

D *mani ſalutem generis conſtituit, pro noſtrorum anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum, necnon prædicti Domini Regis inclitæ memoriæ, Dominæ Reginæ Ioannæ, quondam conſortis eiuſdem, ac Ioannæ prioris coniugis meæ defunctæ animarum remedio & ſalute. Conſtituo, fundo, & doto, bonis mihi & dictæ conſorti meæ à Deo collatis, quoddam Collegium in parochiali Eccleſiâ Eſcoyarum Rotomagenſis diœceſis, cuius Eccleſiæ Patronatus ius pertinet ad me ſolum. Per cuius modi fundationem diſpono & volo; quod die qua-*

libet in aurorâ pro viatoribus vna Miſſa de Sancto Spiritu, &c. Cuiuſmodi Prabendarum dignitatis, & officiorum collationem, & ipſius Vicaria preſentationem, pro me & heredibus meis de Marigniaco & de Plexeyo dominis, ac ſucceſſoribus ſuis retineo & reſeruo; hac conditione poſitâ, quod poſt meum deceſſum, Dominus de Marigniaco prior, & Dominus de Plexeyo poſtmodum, & ſic ipſi duo alternatim deinceps, videlicet vnus poſt alium, ipſa conferent beneficia, & ad Vicariam praſentabunt, &c. Item volo quod Decanus, cum ſibi collatus fuerit Decanatus, adeat cum ipſis collatoriis litteris Archiepiſcopum, qui pro tempore fuerit, ab eodem curam Canonicorum, & Clericorum pradicti Collegij recepturus, quam ſibi Archiepiſcopus ipſe, abſque examinatione aliquâ comittere teneatur. Qui cum reuerſus fuerit, ad meam & dictorum heredum meorum, poſt deceſſum meum accedet praſentiam, & mihi & ipſis haredibus, iuramentum fidelitatis debita praſtiturus; & in antea à ſingulis Canonicis in eorum receptione in dictâ Eccleſiâ, meo & ipſorum haredum nomine, iuramentum ſimile recepturus, &c. Item vt dicta Eccleſia & perſona eiuſdem congruâ gaudeant libertate, volo quod non poſſint ab aliquo viſitari, corrigi, vel puniri, hoc ſaluo, quod ſi Archiepiſcopus loci ordinarius per ſe, vel per alium, propter aliquod crimen, perpetuam officij vel beneficij priuationem requirens voluerit id facere, ſibi licebit: nullam propter viſitationis ipſius officium ſic impenſum, vel cauſam aliam, procurationem, aut ſubuentionem, ſeu exactionem aliquam percepturus; quam ſi peteret, eam volo à prædictis Canonicis denegari, &c. In quorum omnium teſtimonium præſentibus ſigillum meum, vnà cum ſigillo pradicta conſortis mea appoſui. Et ego Ælipdis ipſius Domini de Marigniaco coniux, pradicta fundationi conſenſum meum præbeo, &c. Actum anno Domini 1310. menſe Ianuario.

Hanc fundarionem Philippus Francorum Rex diplomate apud Fontembellaquam confirmauit eodem an. & Pont. Max. Bullâ, cuius tenor eſt eiuſ-
,, modi: Clemens Epiſcopus ſer-
,, uus ſeruotum Dei, ad perpetuam rei
,, memoriam. Exhibita ſiquidem nobis
,, venerabilis fratris noſtri Ioannis
,, Archiepiſcopi Rotomagensis
,, petitio continebat, quod olim bonæ
,, memoriæ Nicolaus titulo S. Euſebij
,, Preſbyter Cardinalis, & Egidius Ro-
,, tomagenſis, ac Philippus Senonenſis
A Archiepiſcopi; necnon Guillelmus «
Bajocenſis, Robertus Conſtantienſis, «
Ioannes Carnotenſis, Petrus Autiſſio- «
dorenſis, Ioannes Beluacenſis, Gui- «
do Lexouienſis, Guillelmus Pariſien- «
ſis, Gauſridus Ebroicenſis, Simon «
Meldenſis, Petrus Cenomanenſis, «
Walfranus Beethlemitarum Epiſco- «
pi, qui præſentes in Eccleſiâ de Eſ- «
coyaco, Rothomagenſis diœceſis in «
ipſius Ioannis Archiepiſcopi, ac pri- «
mogenitorum ſuorum patrimonio fun- «
datæ, dedicatione fuerunt: Eorum vi- «
delicet quilibet omnibus Chriſti fide- «
libus verè pœnitentibus & confeſſis, «
B qui præfatam Eccleſiam in die dedi- «
cationis huiuſmodi, & ſingulis B. Ma- «
riæ Virginis feſtiuitatibus, ac per «
octauas eorum deuotè viſitarent an- «
nuatim, centum & viginti dies de in- «
iunctis eis pœnitentiis miſericorditer «
relaxarunt. Nos igitur eiuſdem Ioan- «
nis Archiepiſcopi in hac parte ſuppli- «
cationibus inclinati, relaxationem «
eiuſmodi, per eoſdem Cardinalem, «
Archiepiſcopos, & Epiſcopos factam, «
ſicut prædicitur, ratam & gratam ha- «
bemus, illámque auctoritate Apoſto- «
licâ ex certâ ſcientiâ confirmamus, & «
C præſentis ſcripti patrocinio commu- «
nimus. Nulli ergo hominum liceat, «
&c. Datum Auenione VIII. Kal. Maij «
Pontificatus noſtri IV.

68. Petrus de la Forest IV. Cardinalis tit. baſilicæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum, ex monacho & Abbate S. Dionyſij, Ioannis primùm Normanniæ Ducis, poſteâ Francorum Regis Cancellarius, Tornacenſis Epiſcopus, deinde Pariſienſis 1350. quo eodem an. inter Purpuratos Patres à Clemente VI. allectus eſt. 15. Kal. Ianu. Denique Rotomagenſis fit 1351.
D Archiepiſc. 1351. huius tempore Carolus Delphinus recipitur in Ducem Normanniæ 1355. Vltimum diem clau- 1355.
ſit 1361. Iunij XXV. de quo plura vide in Pariſienſibus.

La Fo[illegible] Dargen[illegible] l'ar[illegible]e de ſinople.

69. Gvilelmvs de Flavacovrt, IV. patre Guilelmo de Flauacuriâ natus, ex primi familiâ, Epiſcopus Viuarienſis 1319. poſtea Carcaſſonenſis, tum Archiepiſcopus Auſcienſis, tandem Rotomagenſis eligitur 1356. Obiit 13. Maij 1359. vt eſt in 1356.
necrologio Eccleſiæ collegiatæ S. Stephani Trecenſ. in Rotomag. obituario Kal. Maij, perperam omiſſus à Dadræo.

Flavacovrt Comme deſſus.

Alençon. D'[illegible] de fleurs de L. d'or à la bordure de gueules, [illegible] d'argent.

70. PHILIPPVS D'ALENÇON Cardinalis Oſtienſis, Regis Francorum Philippi Valeſij nepos, & filius Caroli II. Comitis Alençonij, ac Mariæ Hiſpaniæ de la Cerdâ, ex regio itcm ſanguine Caſtellæ procreatæ; frater minor natu Caroli III. Comitis, Archiepiſcopi Lugdunenſis, quem imitatus, bonis paternis & maternis ſeſe abdicauit, vt Eccleſiaſticæ militiæ nomẽ daret: primùm igitur Bellouacenſis Epiſcopus creatur an. 1356.
1359. inde Roromagum tranſlatus 1359. Eccleſiaſticam libertatem inſigni planè fortitudine propugnauit; cum enim Rex Carolus V. Clericum ipſi commendaſſet, eum vt vacanti beneficio Cathedralis præficeret, & ipſum huius dignitatis incapacem ſenſiſſet, Philippus, huic poſtulationi conſentire recuſauit, quâ re offenſus Rex, temporale dominium Sedis Rotomagenſis ſuæ manui commiſit; quamobrem Antiſtes, cum Regem flectere non potuiſſet, tuendis iuribus Cathedræ factus feruentior, interdicti ſententiam pronuntiauit, quâ vehementer commotus Carolus eſt, cuius vt iram declinaret Philippus, Romam ſecedere cogitur. A Pontifice ergò Hieroſolymitanus Patriarcha inſtituitur, deinde Aquileienſis; ſed cum Vtinenſes, Carni, & Forouilienſes nobiles, ipſi ſubjicere ſe recuſarent, nec paterentur eiuſmodi dignitatem commendæ nomine occupari, Philippus Pontificis, & Ludouici Hungariæ Regis agnati ſui armis, & auctoritate fretus, detrectantes ad obedientiam coëgit. Cum autem ſchiſma motum eſſet in Vrbanum VI. & ipſe timeret ne Carolus Rex Galliæ ipſi aduerſaretur, eius vt captaret beneuolentiam, teſte Garimberto lib. V. Aleoçonium inter
1378. Purpuratos Patres nominauit 1378. 14. Cal. Oct. tit. S. Mariæ Tranſtyberim, indéque S. Calixti: tum poſtea Epiſcopus Sabinus, & Oſtienſis euaſit: legationem præterea obiit in Patrimonio, Vmbriâ, Tuſciâ, & Peruſiâ, tantâ cum auctoritate, vt Eccleſiaſtica bona vendere poſſet, propter ingruentem Sedis Apoſtolicæ neceſſitatem, & militiam cogere; nihilominus Antipapæ Clementi VII. Carolo fauenti, ſuſpectus inde factus Vrbano, Philippus, vt qui Gallus eſſet, & Regis conſanguineus, ſiue vt volunt alij, quòd Aquileienſes rebelles adhuc armis & cenſuris acrius vrgeret, quamuis ab eodem Vrbano moneretur, vt ageret clementius, ſiue vt vult Ciacconius, Pontifici auſtero rebellis factus, ipſius veniâ non petitâ, cum ab eo receſſiſſet, omnẽ illi conceſſam poteſtatem darâ bullâ reuocauit, Purpurâ & beneficiis etiã priuauit: quibus tamen, mortuo Vrbano, reſtitutus eſt à Bonifacio IX. qui ipſum Oſtienſem Epiſcopum conſtituit an. 1392. Porrò Phi- 1392.
lippus antea dimiſſo Archiepiſcopatu Rotomagenſi ab an. 1375. Auſcienſis Eccleſiæ adminiſtrationem acceperat à Gregorio XI. Demum multis aliis legationibus in Italiâ perfunctus Romæ deceſſit longæuus, 1397. XVIII. 1397.
Cal. Septembris, magnâ ſanctitatis & miraculorum opinione. Quieſcit ibidem in Eccleſiâ S. Mariæ Tranſtyberim ſub inſigni marmoreo tumulo, cui ſuperadditum hoc Epitaphium:

Francorum genitus Regiâ de ſtirpe PHILIPPVS,
ALENCONIADES, *Oſtiæ titulatus ab vrbe*,
Eccleſia cardo, tantâ virtute reluxit,
Vt ſua ſupplicibus cumulētur marmora votis,
Anno milleno cum C. quater, abde ſed I. ter 1397.
Occubuit, quâ luce Dei pia, Virgóque Mater.

Eius Cardinalis vitam ediderunt Onuphrius, Ciaconius, Vghellus, Scæuola & Ludouicus Sanmarthani lib. 21. Hiſtoriæ Genealogicæ, & alij, qui Cardinalium elogia conſcripſerunt.

DE IVGE. Party de ROGIER, comme cy-deſſus, & de IVGE, qui eſt d'azur à la Croix d'or.

71. PETRVS DE IVGE, V. Lemouix, Gregorij XI. Pontificis conſobrinus, primò Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus 1346. ex Narbonenſi transfertur ad Rotomagenſem Eccleſiam 1374. ex lib. obligationum Vaticani, in archiuis autem Eccleſiæ 1375.
Calend. Septem. 6. pro cuius Metro- 1375.
polis Regaliâ abſque detrimento Regis conceſsâ, ſequentem Bullam conſcripſit Pont. Max. ex veteri originali ſic editam: GREGORIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumſpecta, ad ea, ex Apoſtolicæ ſeruitutis officio libenter intendit, per quæ Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis vtilitas proueniat, & ius ſuum cuilibet conſeruetur. Cum itaque nuper venerabilem fratrem noſtrum*, PETRVM *Epiſcopum olim, Archiepiſcopum Narbonenſem, in* ROTOMAGENSEM *Archiepiſcopum electum*,

à vinculo quo Narbonenſi Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes, eum ad Rotomagenſem Eccleſiam, tunc vacantem, authoritate Apoſtolicâ duxerimus transferendum, præficiendo ipſum eidem Rotomagenſi Eccleſiæ, in Archiepiſcopum & Paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis pleniùs continetur: idémque Petrus electus, qui chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Francorum illuſtri, ratione temporalitatis dictæ Rotomagenſis Eccleſiæ, homagium & fidelitatis debitæ iuramentum, prout fertur, præſtare tenetur, pro ipſis præſtandis, eiuſdem Regis præſentiam adire nequeat de præſenti; & ſicut accepimus, idem Rex intendens, dictum Petrum electum proximâ conſanguinitatis lineâ nobis iunctum, fauoribus proſequi gratioſis, Regaliam quam ratione huiuſmodi vacationis dictæ Rotomagenſis Eccleſiæ, ibidem habere dicitur, ac omnia & ſingula iura ei ratione huiuſmodi Regaliæ, in quibuſcumque conſiſtant competentia, hac vice eidem Archiepiſcopo remittere, & ipſum ad præſtandum huiuſmodi homagium, & fidelitatis iuramentum, per Procuratorem, prout tenemus, de ſpeciali gratiâ admittere, aut ſaltem pro his in propriâ perſonâ præſtandis, longam & ſufficientem dilationem concedere velit. Nos hæc grata habentes, multipliciter & accepta volumus, & auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus, quod per huiuſmodi remiſſionem Regaliæ, ſi eam dictus Rex hac vice prædicto Petro electo, vt præmittitur, fecerit, vel etiam per receptionem præmiſſorum homagij & fidelitatis iuramenti, ſi eum ad hoc per Procuratorem admiſerit, vel dilationem, vt præmittitur, dederit eidem Regaliæ, & eius iuribus in quibuſcumque conſiſtant, Regi & ſucceſſoribus, ſeu etiam Coronæ Regiæ, nullum in poſterum præiudicium generetur, nec ad conſequentiam trahi valeant in futurum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Villamnouam Auinionenſis diœceſis, v. Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri anno v. De mandato Domini noſtri Papæ, Franciſcus. Recipitur in Capitulo ſaluis iuribus Cathedralis per Vicarium Petrum Begonem 7. Idus Octob. vt affirmant re-

A geſta Capitularia: creatus Cardinalis Auenione menſe Decembri eiuſdem anni: Papam Gregorium in Italiam ſecutus: moritur Piſis vigiliâ S. Cæciliæ Virginis 1376. Non. Nouemb. 1376.
ibidémque ſepelitur, teſte Petro Alectenſi in itinerario ſuo maritimo; quo item anno teſtamenti tabulas confecit; videndus Renatus Chopinus I. C. lib. 1. de ſacrâ Politiâ.

72. GVILELMVS DE LESTRANGE, v. patriâ Lemouix, Apoſtolicæ Sedis Nuntius, Metropoli præficitur 1375. XI. Cal. Ianuarij & Parlamen-
B to Pariſienſi intereſt Maij 16. & 9. Decemb. 1378. Poſthæc inter ſanctioris conſilij Caroli Regis Senatores aſſumptus, eo munere fungebatur 1381. ex 1381.
veteribus documentis Cameræ Rationum regiarum; ſuſcipit à ſacro fonte Carolum Principem 1386. eôque Pontifice, cor Caroli v. Regis in Eccleſiam illatum, marmoreo tumulo conditur in medio chori. Exceſſit è viuis XI. Martij 1388. humatus in Car- 1388.
tuſiâ ſuburbanâ S. Mariæ de Roſâ ab eo ædificatâ 1385. cum tali inſcriptione; ex quâ delenda ſunt verba quæ fe-
C runt ipſum obtinuiſſe Bullam iuris Deportuum:

LESTRANGE. De gueulles à deux lyons affrôtez d'or, à vn leopard d'argét en chef.

HIC IACET

Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus GVILELMVS DE LESTRANGIIS *diœceſis Lemouicenſis, Archiepiſcopus* ROTOMAGENSIS, *fundator à primo lapide iſtius domus, qui obiit in Gallione* M. CCC. XXCVIII.

73. GVILELMVS DE VIENNE, VI. ſtirpe nobiliſſimâ progenitus, parentibus Guilelmo domino de Roullans, & Claudiâ de Chaudenois, nepos Ioannis Archiepiſcopi Biſonticenſis, frater verò Ioannis de Viennâ
D Franciæ Thalaſſiarchæ, bellicâ virtute inſignis, qui ad pugnam Nicopolis in Hungariâ cæſus, hunc Guilelmum germanum teſtamenti curatorem nominauit. Verius autem ex gente Viennâ Burgundâ oriundus videtur, quàm Normanicâ, patre domino de Viennâ prope Baiocas, vt docent quædam MSS. Rotomagenſia; etenim monachus & Abbas S. Martini Æduenſis, & S. Sequani Lingonenſis diœceſis, poſtea Epiſcopus Bellouacenſis, ab hac Eccleſiâ ad Rotomagenſem transfertur IV. Cal. Aprilis 1388. à Clemente VII. 1388.

VIENNE. De gueu... à l'Aigle d'or.

Pſeudopapâ. Intereſt tralationi S. Lu- A
1392. douici 1392. eiúſque tempore Ioannes
Beteneurius Rotomagenſis, primus in-
ſulas Fortunatas, ceu Canarias repe-
rit: dicat autem Eccleſiam S. Magda-
1406. lenæ Vernonenſis 1406. eodem anno
Pariſiis extremum diem obiit XII.
Cal. Martij, cuius teſtamenti frag-
mentum ex antiquo originali ſic acci-
pe:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ Tri-
nitatis, Patris & Filij & Spiritus Sancti
amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli præſens
inſtrumentum inſpecturi, quod anno eiuſ-*
1406. *dem Domini* M. CCCC. VI. *Ind.* XV. B
menſis verò Februarij die XVIII. *Pon-
tificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, ac
Domini noſtri Benedicti, dignâ Dei pro-
uidentiâ Papæ* XIII. *anno* XIII. *in mei
Notarij publici & teſtium infra ſcriptorum
ad hæc vocatorum ſpecialiter & rogatorum
præſentiâ, propter hoc perſonaliter conſtitu-
tus Reuerend. in Chriſto Pater & Dominus*
GVILELMVS ROTOMAGENSIS
ARCHIEPISCOPVS, *&c. Nolens
inteſtatus decedere, diſpoſitione teſtamen-
tariâ cupiens peruenire, de rebus & bonis
ſuis ſibi à Deo collatis, causâ ſuæ vltimæ
voluntatis ordinandæ, teſtamentum ſuum,
& ſuam vltimam voluntatem fecit, con-* C
*didit, & ordinauit, modo & formâ infe-
rius deſignatis. Imprimis enim animam
ſuam dum de corpore exierit, omnipotenti
Deo Creatori ſuo, &c. deuotè recommen-
dauit. Item voluit, cuncta debita ſua per-
ſolui. Item ordinauit corpus ſeu cadauer
ſuum, deferri apud Eccleſiam ſeu Monaſte-
rium S. Secani Lingonenſis diœceſis, cui
quidem olim Abbas extitit, & Paſtor, &
illud inhumari in monaſterio memorato, in
ſepulturâ per eum iamdiu ibidem electâ
& ordinatâ. Item voluit quod ſeruitium
exequiarum ſuarum, penitus, & antè om-
nia fiat, & diſponatur ſecundum & iuxta
voluntatem executorum ſuorum, infra no-
minatorum, aut amborum ex eiſdem.* D
*Item legauit Eccleſiæ ſuæ Rotomagenſi,
omnia bona per eum acquiſita, qualiacum-
que ſint in villis de Dieppe, & de Louiers,
& finibus ſuis, pro anniuerſariis & aliis
diuinis ſeruitiis, in Eccleſiâ memoratâ an-
nuatim faciendis, pro eius & ſuorum be-
nefactorum animabus, prout dicti execu-
tores ordinabunt; Item voluit, præſente
venerando Patre Ioanne Abbate monaſte-
rij S. Secani antedicti, & hoc ſibi benigni-
ter annuente, quod fiat & fundetur in Ec-
cleſiâ ipſâ, ſeu monaſterio, anniuerſarium
ſolemne, pro ſalute animæ illuſtriſſimi Prin-*
A *cipis, Domini Ioannis Ducis Burgundiæ,
& ſuorum, qui quidem Dominus Burgundiæ,
inſtante eodem Patre teſtatore, pro eodem
monaſterio centum lib. tur. perpetuò ad-
mortiſauit. Item voluit quod per executo-
res ſuos fiat competens retributio, compen-
ſatio & ſatisfactio, ſuis ſeruitoribus ſingu-
lis cuiuſcumque ſtatus, de eorum laboribus
ſecundùm conſcientiam & ordinationem
ipſorum executorum, reſiduum verò om-
nium & ſingulorum bonorum ſuorum, tam
mobilium quàm immobilium, quorumcum-
que vbicumque, & in quibuſcumque rebus
exiſtentium, legauit & legat purè, & li-*
B *berè monaſterio S. Secani, in augmenta-
tionem fundationis Capellæ ſuæ, & perfe-
ctionis ædificiorum, per eundem teſtatorem
in ipſo monaſterio inceptorum; & quoad
præmiſſa omnia, & ſingula tenenda, com-
plenda, & exequenda, ac executioni de-
bitæ demandanda, fecit, conſtituit, nomi-
nauit, & ordinauit in præſentiâ mei no-
tarij ſubſcripti, ac teſtium infra nominato-
rum, executores ſuos Reuerend. in Chriſto
Patres Guidonem miſeratione diuinâ Re-
menſem, & Ioannem eâdem miſeratione
Viennenſem Archiepiſcopos, prælibatum
Dominum Ioannem Abbatem monaſterij
antedicti, & venerandæ diſcretionis &
ſcientiæ virum magiſtrum Hugonem le Re-*
C *noiſe Decanum Rotomagenſem, & Lauren-
tium Poitillot de dicto S. Secano, eiuſdem
teſtatoris familiares. Ita tamen quod ſi
omnibus præmiſſis vacare nequiuerint, aut
forſan noluerint, duos ipſis ſe intromittere
volentes, præmiſſa omnia & ſingula exequi
valeant & complere, &c. Item memoratus
teſtator reuocauit, & tenore huius præſen-
tis inſtrumenti, reuocat omnia alia teſta-
menta, codicillos ſeu vltimas voluntates,
forſitan hactenus per eum factas & condi-
tas, &c. Acta fuerunt in domo Archiepi-
ſcopali dicti Patris Rotomagenſis Archie-
piſcopi teſtantis, ſitâ in parochiâ SS. Coſ-
mæ & Damiani, prope portam S. Germani*
D *de Pratis, ſub anno, indict. menſe, die &
Pontif. prædictis, præſentibus prænomina-
tis Reuerendiſſimo in Chriſto Patre Gui-
done Remenſi Archiepiſcopo, domino Ioan-
ne Abbate monaſterij Sancti Secani, teſti-
bus, &c.*

74. LVDOVICVS DE HAR- HAR-
COVRT I. Ioannis III. Comitis Ha- COVRT.
rcuriæ & Aumaliæ, ex Catharinâ Bor- De gueul-
boniâ, Ioannæ Caroli V. Regis Fran- les à deux
corum coniugis ſorore, filius, naſci- faſces d'or.
tur ex antiquâ & nobili proſapiâ
Harcuriæ in vigiliâ Natalis Domini
1382. frater Ioannis IV. Comitis, &

Blanchæ Abbatiſſæ Fontebraldenſis; A
Fuit Vicecomes Caſtrietaldi in Pi-
ctonibus, Dominus d'Arſcot, de Me-
ſieres en Brenne, & de l'Iſle Sauary.
Poſtulatur verò in Archiepiſcopum à
1406. Capitulo 1406. feriâ 6. ante tamos
palmarum xv. Caſ. Aprilis, æmulum
paſſus Ioannem de Armaniaco Auſ-
cienſem Archiepiſcopum; confitma-
tur auctoritate Concilij Gallicanæ Ec-
1408. cleſiæ pendente neutralitate 1408. te-
cipitútque per procuratorem eodem
anno 17. Cal. Februarij, non receden-
do, vt inquiunt regeſta Capituli, à
iure ei quæſito in generali adminiſtra- B
tione Eccleſiæ Rotomagenſis, nuper
ei commiſsâ; ſolemniter admittitur in
1415. baſilicâ 1415. III. Id. Octobris. eodem
ſedente Henricus v. Angliæ Rex, Ro-
tomagum diuturnâ ſex menſium obſi-
dione domat 1418. vniuerſámque ferè
1422. Normanniam occupat. Moritur 1422.
cuius obitu vacatio Sedis declaratur
19. Nouembris eiuſdem anni, ſicuti fe-
runt præſata regêſta. Humatus autem
in templo Franciſcanorum Caſtrie-
raldi, cum Aelide Brabantinâ eius
abauiâ; cui Eccleſiæ largitus eſt vatia
ornamenta.

Roche-taille'e. 75. Ioannes de la Roche- C
taille'e iv. de Rupeſciſsâ: Pa-
triarcha Conſtantinopolitanus; antea
Officialis Rotomagenſis, nominatur in
1422. Archiepiſcopum an. 1422. III. Non.
Februarij, parte Capituli in eum con-
ſentieute, aliquibus verò Canonicis
Nicolaum de Venderes Atchidiaco-
num Augenſem eligenribus. Recipi-
1423. tur per procuratotem 1423. 27. Se-
prembtis, ſolemnirer autem in Eccle-
ſiâ 22. Octob. ſequentis; præſidet na-
tioni Gallicanæ in Concilio Senenſi
1423. promotúſque eſt ad Cardinala-
tum à Martino v. Papâ tituli S. Lau-
rentij in Lucinâ, publicatus in Conſi-
ſtorio generali 8. Cal. Iunij Pontifica- D
tus IX. cum declaratione, vt Rotoma-
genſi Eccleſiæ vſque ad beneplacitum
Sedis Apoſtolicæ præeſſe non deſine-
ret; Ioannes verò accepraujt purpu-
ræ inſignia in Eccleſiâ Pariſienſi, 26.
1426. Februarij 1426. cuius fuit Adminiſtra-
tor, eadémque die præſtitit iuramen-
tum fidelitaris Henrico VI. Angliæ
Regi in manibus Epiſcopi Motinenſis
Cancellarij: inſtante Capitulo, & re-
pugnante, ipſum non debere retinere
Archiepiſcopatum cum Cardinalatu,
facta eſt intet partes conuentio, quæ
extat in regeſtis Eccleſiæ 1426. XXII.
Februarij; paulò poſt ingreſſus eſt ba-
ſilicam vt Cardinalis IX. Aprilis ſe-
quentis, conſentiente Capitulo. Tum
an. 1429. menſe Octobri, Ioannes in 1429.
Conſiſtorio Pontificio pronunciatus
eſt Archiepiſcopus Biſontinus, con-
ſenſu eius ad hoc interueniente, quod
vbi Canonicis declaratum eſt, auditis,
expenſiſque teſtimoniis, ac proceſſu
inter Archiepiſcopum ipſum, & Capi-
tulum, occaſione retentionis Archie-
piſcopatus cum Cardinalatu, decre-
uir & cenſuit, Archiepiſcopalem Se-
dem vacare, & proceſſit ad electionem;
caruit autem Pontifice Cathedra ad
annum vſque 1431. exeuntem. Fuit 1431.
porrò Epiſcopus Gebennenſis, Eccle-
ſiæ Rom. Vicecancellarius, ac Legatus
Bononiæ, ſatóque fungitur 1436. X. 1436.
Calendas Aptilis, tumulatus in baſi-
licâ Lugdunenſi.

76. Hugo d'Orges iv. ex d'Orges.
Archidiacono Catalaunenſi, Epiſco-
pus Cabilonenſis deſignatus, ad hanc
autem Rotomagenſem Metropolim
traducitut pet Mattinum v. Papam
an. 1430. exeunte 14. Calend. Fe- 1430.
btuarij, in cuius Hugonis tranſlatio-
nis teſtimonium, extant in atchiuo
Cathedralis literæ, Eugenij IV. apud S.
Petrum 4. Cal. Iunij pontificatus an.
I. receptus fuit pet delegatum in Ca-
pitulo 1431. pridie Id. Aprilis, deinde
ſolemnirer poſſeſſionem adeptus eſt
1432. Auguſti 22. Eo ſedente Ioan- 1432.
nes Dux Bedfordiæ, Regens regnum
pro Anglo, obiit in caſtro Rotomagen-
ſi die Exaltationis S. Crucis 1435. & ſe-
pultus eſt in Eccleſiâ B. Virginis vlti-
mâ Septemb. in chori parte ſiniſtrâ,
ſubtus feretrum S. Sinerij, prope pe-
des Regis Angliæ Henrici III. Cæte-
rùm Hugò euocatus fuit ad Conci-
lium Baſileenſe à Iuliano S. Angeli
Diacono Cardinali, Sedis Apoſtoli-
cæ in Germaniâ Legato, cum manda-
to vt congregarer Suffraganeos, epiſto-
lis daris Baſileæ v. Nouembris 1431.
Eugenij I. quæ ſeruantur in archiuo
Atchiepiſcopali. Dutante Synodo ex-
tremum diem obiit XIV. Calend. Sep-
temb. 1436. ibidem ſepelitur in fano D. 1436.
Perri. Eius orationis funebris, quâ in
eodem Concilio commendatus eſt,
fragmentum ex codice MSS. publici iu-
ris facere, non inutile videtur: Hic
nobili genere & claris parentibus exortus,
nobilitatem morum ac ſcientiarum, claritu-
dini

dini generis anteponens, ſtudiis literarum ſe contulit, & in facultate iuris Canonici gradum Lutetiæ adeptus eſt, cum verò immiſiſſet Dominus in cor eius, vt Eccleſiaſticam profeſſionem ſubiret, in Archidiaconum Eccleſiæ Cathalaunenſis promotus eſt, vbi quanto zelo ferueret animarum; intra ipſos ſuæ iuuentutis annos oſtenderunt opera eius: dum enim Eccleſias viſitaret, ſicuti mos eſt Archidiaconorum, non in hoc precipuè eius verſabatur intentio, vt vaſa exteriora debitè ſeruarentur; non de exteriori ſtructurâ templi, non de mundando, quod de foris eſt, calices & paropſides tantùm ſollicitus erat, ſed veluti dudum me in aliâ regione audiuiſſe memini, multâ inquirebat diligentiâ, ſi miniſtri in confectione ſacramentorum, in ipſo ſacro baptiſmate, in pœnitentiâ & cæteris, verba ſacramentalia debitè presbyteri formarent; illic enim maius imminere periculum conſpiciebat, quàm in cuſtodiâ vaſorum & ornamentorum, ſicque in primordiis Eccleſiaſticorum exercitiorum, talem animarum gerebat ſollicitudinem. Deinde crebreſcente famâ virtutum ſuarum, per Canonicos Cabilonenſes in Epiſcopum electus, non quidem ſe ingerens tantæ dignitati, ſed vocatus à Domino tanquam Aaron, vbi tantam clementiam, manſuetudinem, & pietatem, longo tempore exercuit, & quaſi viſus ſit in omnibus conuerſari ſine querelâ (non dixerim) ſine peccato, quia fragilitas huius vitæ non patitur; » nam ſi dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ipſos ſeducimus, & veritas » in nobis non eſt; ſed magnum eſt, ſic eſſe ſine querelâ conuerſatum, vt Clerus & populus, & viuum dilexerint atque honorauerint, & mortuum plurimâ benedictione proſequantur. Suam quoque conſtantiam in defenſione Eccleſiaſticæ libertatis & iuriſdictionis exercuit, non pertimeſcens faciem potentis, quominus omnia iura Eccleſiæ ſuæ integra tueretur, & non tantùm Eccleſiæ ſuæ, ſed omnium Eccleſiarum, quæ in Ducatu Burgundiæ Epiſcopo dicatæ ſunt, quaſi patronus & auxiliator erat. Demùm in Archiepiſcopum Rotomagenſem electus, non quidem ſuâ inſtantiâ, vel petitione aſſumptus eſt, vbi inter circumiacentes guerrarum tumultus, inter bellicos furores, qui plurimum iura diuina & humana peruertunt, iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vti antea ſolitus erat, tueri curauit. Tandem in hoc ſacrum generale Concilium acceſſit; vbi manum mittens ad fortia, reformationem vniuerſalis Eccleſiæ, & multo concupiuit deſiderio, & aſſiduo labore, quandiu illi ſoſpitas aderat, proſequi conatus eſt: cum de illâ deſideratiſſimâ vnione Græcorum mentio audita eſt, non ſolùm verbo & eloquiis tantarum rerum proſecutionem curauit auxiliari, ſed ex propriis facultatibus ſummam quadringentorum florenorum Rhenenſium commodauit. Quòd verò benignam, quàm modeſtam, quàm pacificam egerit inter vos conuerſationem, quotidiana experimenta docuerunt. vrgente autem iam ſenio, varia ſubiit ægritudinum incommoda, quas benigno & patienti pertulit animo, & demum apropinquante horâ mortis, eâdem hebdomadâ quâ obiit, ad lauacrum ſacrum pœnitentiæ trinâ vice recurrit, die quoque dominico penultimate lapſo, miſſam audiens, iam ſibi deficiente eloquio, ſigna magnæ deuotionis, & contritionis protulit, & miſſâ finitâ obdormiuit in Domino.

77. LVDOVICVS DE LVXEMBOVRG, II. Cardinalis tit. Sanctorum Quatuor Coronatorum, Ioannis domini de Beaureuoir, & Margaritæ d'Enghien filius, Regni ſub Henrico VI. Angliæ Rege Cancellarius, cuius partes conſectabatur; frater Petri Comitis S. Pauli ac Branæ; poſtulatur 1436. 14. Kal. Nouemb. ab Eccleſiâ Morinenſi ad hanc Rotomagenſem aſſumptus, cuius Canonicus fuerat; Recipitur per Paſquetium Epiſcopum Meldenſem eius procuratorem in Capitulo 1437. III. Idus Aprilis, & eo- 1437.
dem anno 5. Idus Aug. præſens baſilicam ſolemni ritu ingreditur. Promotus inde ad Purpuram per Eugenium IV. Pont. Max. 1439. 15. Kal. Ianua- 1439.
rij, in elencho Cardinalium Ciaconij mendosè Ludouicus Barrenſis appellatur; ſed proteſtatus eſt de non acceptandâ hac dignitate, niſi aſſenſu Regis Henrici, & cum retentione Eccleſiæ Rotomagenſis & Elienſis, quam in Angliâ iure commendæ poſſidebat: cui proteſtationi literæ Regis intercesſerunt datæ apud Vueſtmonaſterium 8. Februarij 1440. paucis poſt promo- 1440.
tionem ipſam diebus: quibus inſpectis Capitulum obtemperauit VIII. April. ſequentis, prout docent regeſta Cathedralis: Eligitur etiam Epiſcopus Tuſculanus 1442. & in Angliâ moritur 1443. XIV. Cal. Octobris. humatus in 1443.
baſilicâ Elienſi.

LVXEMBOVRG.
D'argent au Lyon de gueulles, à la queue double, paſſee en ſautoir, couronné & armé d'or, lampaſſé d'azur.

78. RADVLFVS ROVSSEL Eccleſiæ Canonicus & Theſaurarius, libellorum ſupplicum in regiâ Magiſter, è Normanniâ oriundus ex oppido Vet-

Rov[illegible]
De gueulles à 3. teſtes de Leopard coupées d'or, 2. 1.

Tomus I. Gggg

noni, tenuntiatur Archiepiſcopus an. A
1443. 1443. pridie Nonas Decembris, ſuſceptus aurê per procuratorem vltimâ Iunij, conſecratur in Eccleſiâ S. Au-
1444. doëni 1444. 7. Kal. Aug. eodem die apud ædem Virginis Deiparæ conſuetâ inaugurationis pompâ excipitur; Concilium prouinciale Rotomagi
1445. celebrat 1445. menſe Nouembri, cuius acta typis extant impreſſa. Eius imprimis operâ ciuitas Carolo 7. legitimo Regi deditur 1449. 14. Kal. Nou. quo tempore fundantur Coeleſtini ex-
1452. tremum diem clauſit 1452. Dominicâ pridie Kal. Ianuarij, iacet in Metropolis capellâ B. Mariæ: reſtamenti curatorem nominauit Carolum Rouſſel Canonicum Rotomagenſem & Scacarij Conſiliarium, vt notant tabulæ ad annum 1453. Poſt eius mortem, electione celebratâ, cùm Canonicorum ſuffragia bifariam diuiſa fuiſſent, his Philippum de Roſâ Theſaurarium, illis Ricardum Oliuerium Archidiaconum Augi eligentibus, orta eſt inter vtrúmque contentio, quam vide apud Taillepedium in Antiq. Rotomagenſib. & in Regeſtis Capituli, quæ tradunt eoſdem iuri ſuo tenuntiaſſe in gratiam Guilelmi Cardinal. d'Eſtoteuillâ.

ESTOVTTEVILLE. Ecartelé au 1. & 4. Burelé d'argẽt & de gueulles de dix pieces, au lyon de ſable brochãt ſur le tout, qui eſt ESTOVTTEVILLE. Au 2. & 3. de gueulles à deux faſſes d'or, qui eſt HARCOVR. Sur le tout DE BOVRBON.

79. GVILELMVS D'ESTOVTTEVILLE VII. Cardinalis Rotomagenſis, Epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Rom. Eccleſiæ Camerarius, & Sedis Apoſtolicæ in Galliâ Legatus. Hic nobiliſſimâ Normanniæ familiâ prognatus, parentibus Ioanne II. Domino d'Eſtoutteuille & de Valemont, & Margaritâ de Harcuriâ. Ex Priore S. Martini de Campis Pariſienſis, & de Grandimonte, diœceſis Rotomagenſis, factus Epiſcopus Maurianenſis cedente Card. de Varembono, poſt Biterrenſis, non Andegauenſis, vt nonnulli volunt, poſtremò Rotomagum tranſlatus à Nicolao v. Pont. recipitur in Capitulo per Ludouicum Archiepiſcopum Narbonenſem eius procu-
1453. ratorem 1453. VII. Idus Iulij, præmiſſis quibuſdam Capituli proteſtationibus, Eccleſiámq; ingreditur ſolemniter v. Kalen. Aug. anno ſequenti. Palatium Archiepiſcopale inchoat & magnâ ex parte ædificat circa an. 1461. Pontiſarenſem domum inſtaurat 1477. Multas Eccleſiæ ſacras veſtes, eáſque pretioſiſſimas largitus eſt; dedit enim mitram & baculum paſtoralem 1470. ac duas campanas, quarum maior conflata fuit 1467. Mariæ Eſtoteuillææ nomine. Eo ſedente chorus elegantiſſimis ſedilibus ornatur, cathedra etiam Archiepiſcopalis ſuis ſumptibus, & bibliotheca cum contiguo veſtibulo exſtruitur; quinetiam Baſilicæ S. Mariæ maioris variam & multiplicem ſactarum veſtium ſupellectilem, multáque munera monaſterio S. Audoëni, & D. Michaëlis in periculo maris, quibus præerat, impertitur. Ab Eugenio autem IV. Pont. Florentiæ 1437. v. Idus Aug. Preſbyter Cardinalis SS. 1437.
B Silueſtri & Martini in Montibus creatur, factus poſtea Epiſcopus Portuenſis & S. Rufinæ 1453. à Nicolao v. Papâ, ac Oſtienſis pronuntiatus Pio II. vocante 1461. Et certè vt nobilitate 1461. ſanguinis Francorum Regibus, ipſique Borboniæ genti proximus erat, ita virtute, doctrinâ, religione excelluit, & tam præclaris dotibus non mediocrem rerum vſum adiunxerat, vnde apud omnes Principes ſui temporis æſtimatione plurimùm valebat; religioníſque cultor Romæ à fundamentis S. Auguſtino templum magnificentiſſimè erexit 1479. Cal. Nouemb. & 1479.
C Archipreſbyteratus S. Mariæ maioris dignitate functus, baſilicam pretioſis ornamentis ad cultum diuinum decorauit. Tandem multas Legationes pro Sede Apoſtolicâ obiuit, miſſus à Nicolao v. ad Carolum Regem in Galliam 1453. poſt captam Conſtantinopolim, vt pace inter Reges Chriſtianos compoſitâ, ad Turcarum bellum hortaretur, quod Monſtreletus, Guaguinus, Paulus Æmilius, & alij rerum noſtrarum Francicarum Scriptores narrant. Idem Cardinalis, hac Legatione Pontificiâ, & Regiâ auctoritate
D fultus, Academiam Pariſienſem optimis legibus ab eo conſtitutis inſtauraſſe dicitur, Calendis Iunij eiuſdem anni: ipſóq; præſidente congregatus eſt eiuſdem mandato, Conuentus magnus Præſulum Gallicanorum, apud Biturigas, in quo diſputatum fuit de obſeruatione Pragmaticæ Sanctionis. Intereſt Comitiis electionis Sixti IV. Papæ 1471. Meminítque huius Guilelmi cum laude, Iacob. Cardinalis Papienſis, cui dedicat Commentarios, & epiſt. 68. & 123. eum verò celebrat, quòd Calixto III. nouiter ad Petri Cathedram ſubuecto, generoſo animo renuerit præſtare obſequium no-

mine Regis Chriſtianiſſimi, cuius erat Legatus, cum diceret, parùm decere Cardinalem, ſi præter ſummum Pontificem pro alio Principe Legationis munere fungeretur. Ad eumdem etiam Franciſcus Philelphus vir literarorum ſui temporis facilè princeps, plures epiſtolas ſcripſit lib. 23. epiſt. xv. lib. 31. ep. 50. in quibus, ipſum columnam & columen Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nuncupat. Demum Cardinalium ſacri Collegij Decanus, Romæ octogenario maior viuis exceſſit 1482. x. Calend. Febr. Corpus in Eccleſiâ Eremitarum B. Auguſtini ab eo ædificatâ ſepelitur; Cor verò in Galliam
1482.
tum, in naui Eccleſiæ Rotomagenſis
1483. condirur pridie Idus Aprilis anni 1483. in loco vbi quondam Mauritius templi dedicator tumulatus fuerat. Haud pridem Romæ, Patres Auguſtiniani, prope ſacrarium Eccleſiæ ſuæ, famoſi huius viri beneficiorum memores, ſub eiuſdem effigie pario marmori inſculptâ, hoc elogium ad perennem poſteritatem erexêre:

DEO OPT. MAX.

Domino GVILELMO DE ESTOVTEVILLA, *Normanno, Gallo, Epiſcopo Oſtienſi*, CARDINALI ROTHOMAGENSI, *Sanctæ Rom. Eccl. Camerario, ex Congregatione Cluniacenſi Ordinis S. Benedicti aſſumpto, qui apud Sanctam Sedem Apoſtolicam huius Ordinis Protector, rem agens, Templum hocce à fundamentis conſtruxit, ampliſſimis dotibus locupletauit. Altare maius Deipara Virginis imagine à Diuo Lucâ depictâ exornandum curauit, ſacrarium pretioſiſſimis veſtibus ditauit, Conuentum in ampliorem formam redegit. Totum Ordinem ſingularibus beneficiis cumulauit; plur, & maiora collaturus, niſi mortis inuidia prope diuiſiſſet: Præſuli ampliſſimo, tam doctrinâ, moribus, virtutibus, quàm ſanguine, opibus, honoribus conſpicuo, Patrono beneficentiſſimo, M. Fr. Hippolitus Montius Generalis Prior, ac Patres huius cœnobij, æternum grati animi monumentum PP. An. Sal.* M. DC. XXVII.

In Eccleſiâ S. Mariæ Maioris habet item inſcriptionem, quam reperies tomo I. Italiæ ſacræ in Epiſcopis Oſtienſibus apud Vghellum, qui vbertim elogium eius tractauit; & præterea Onuphrius, Ciacconius, cæterique plurima de eius vitâ deſcripſêre. Porrò Guilelmi noſtri Cardinalis frater fuit

A Ludouicus dominus de Eſtouteuillâ Magnus Franciæ Buticularius, proauus Adrianæ Duciſſæ de Eſtouteuillâ, coniugis Franciſci Borbonij Comitis Sancti Pauli; ex eius quoque proſapiâ prodiêre, in ſacro Ordine Pontifices, Thomas Bellouacenſis, & Guillelmus Lexouienſis.

80. ROBERTVS DE CROISMARE III. Guillelmi de Cruciſmarâ domini des Alleurs, Præſidis in Scacatio Rotomagenſi, & Perretæ Rouſſel tetriæ vxoris, ſororis aut neptis Radulfi Archiep. filius, origine Caletenſis,
CROISMARE. D'azur au lyon d'or.
B ex Canonico Rotomagenſi & Archidiacono maioris Caleti, eligitur abſens an. 1482. exeunte 20. Martij, poſ- 1482.
ſeſſionem per procuratorem adeptus eſt 1483. Maij 5. præſens verò ſolemni ritu VIII. Idus Sepremb. ſequentis. Sub eius regimine noua turris Butyracea ædificata, quæ ſub Georgij primi Pontificatu ad culmen perducta eſt; & inſtituitur certamen poeſeos, in quo Deiparæ Conceptio laudibus celebratur Rotomagi. Huius Præſulis admirandum opus ſunt, organa pneumatica Eccleſiæ Cathedralis, quæ ten-
C rari cœperunt 1493. Rotomagi eodem 1493.
anno xv. Kal. Aug. vitâ ſublatus eſt circa meridiem. Iacet in Capella B. Mariæ poſt chorum, prope mauſoleum ſucceſſoris.

81. GEORGIVS D'AMBOISE I. Cardinalis Rotomagenſis, Legatus à Latere, clariſſimo ortus genere dominorum de Ambaſiâ in Turonibus, Petri toparchæ Caluimonris, Regij Cubicularij, & Annæ de Bueil, Ioannis Franciæ Equitum Tribuni & Thalaſſiarchæ ſororis, natu minor filius; ſed qui nominis & rerum geſtarum cele-
AMBOISE. D'or à trois pals de gueulles.
D britare, fratres octo longè ſuperauit. Primò enim fit Montalbanenſis Epiſcopus, quo nomine vt Ialinius in Hiſtoriâ Caroli Regis tradit ſub an. 1487. cuſtodiæ manciparus eſt, ob conſilia cum Ludouico Duce Aurelianenſi in Britanniâ degenti habita, quæ per literas interceptas detecta fuêre; ſed rogatu Nuncij ſummi Pontificis libertati reſtituitur 1489. deinde Narbonenſis Archiepiſcopus nominatur: ab hac Metropoli ad Rotomagenſem tranſiit, poſtulatus electione 43. Canonicorum, vnanimi omnium
conſenſu 1493. Aug. XXI. transfertur 1493.
literis Alexandri VI. Papæ datis 1494.

Kal. Iunij Pontificatus 2. quo anno re-
1494. cipitur 7. Auguſti per Gaufridum Epi-
ſcopum Conſtantienſem, & ſolemni-
ter ipſemet 21. Septemb. Eccleſiam in-
greſſus eſt. Vrbem egregiis fontibus,
& ædificiis ornauit, Palatium Archie-
piſcopale à Guilelmo 7. Duce inchoa-
tũ perfecit, Galliònis arcem in diœceſi
Ebroicenſi mirificè ſtruxit, campanam
Eccleſiæ maximam nomine ſuo etiam
nunc apellatam, multáque alia pre-
tioſiſſima Eccleſiæ ornamenta, veſtéſ-
que ſacras largitus eſt. Illius conſilio
Scacarium Roromagenſe gentis Nor-
mannorum forum, ſiue Senatus, in Par-
lamentum continuum à Ludouico 12.
Rege inſtituitur 1499. Creatur Cardi-
nalis tit. S. Sixti pridie Idus Septemb.
1498. 1498. ab eodem Alexandro, Cæſare
Borgiâ Card. Valentinenſi Duce pi-
leum deferente, quem ipſi impoſuit
Lutetiæ Card. S. Petri ad Vincula in
Galliis agens, mox electus Papa Iulius
11. Normanniæ autem & Mediola-
nenſis Ducatus Gubernator, hunc
Principatum, cum Ludouico Tremol-
1500. liæ domino recuperat 1500. rebúſque
compoſitis, ſummô cum imperio agens,
rerum Italicarum bello, pacéque
arbiter fuit, vt innuunt hiſtorici; ei-
que conceſſum à Pontifice anno ſe-
quenti, vt totius Galliæ Legationem,
exceptâ Britanniâ, ſeſquianno exerce-
ret, quæ deinceps diuerſis prorogatio-
nibus ampliata, & à Iulio 11. confir-
mata, propria reddita eſt, dum vita
manſit; additâ etiam Legatione Ec-
cleſiaſticâ Auenionenſi: inſuper acceſ-
ſit illi apud Regem Ludouicum XII.
tanta auctoritas, vt propter longum
rerum vſum, virtutem, & prudentiam,
omnium terum Gallicanarum admi-
niſtrationem ei permiſerit; hunc etiam
rebus in arduis Rex præcipuè conſule-
bat, vt ferè nunquam ab eius ſenten-
tiâ diſcederet. Interfuit Georgius,
Comitiis in quibus Pius III. & Iulius
2. ad ſummum Pontificatum euecti
ſunt; eidem Iulio Concilij Piſani tur-
1505. bâ furente aculeos iniecit. Porrò in-
ueſtituram Ducatus Mediolanenſis ac-
cipit nomine ipſius Ludouici à Ma-
ximiliano 1. Imper. an. 1505. 7. April.
Haganoæ. Item celebrat ſponſalia
Franciſci Comitis Engoliſmenſis,
poſtea Regis huius nominis 1. cum
1506. Claudiâ Francicâ 1506. vt legitur apud
Sangelaſium in hiſtoriâ. Inde præci-
puus Regis legatus, cum Maximiliano

A Cæſare, fœdus Cameracenſe contra
Venetos confecit, Teſtamentum au-
tem condidit vltimâ Octobris an. 1509. 1509.
quo inter cætera pauperes hæredes
conſtituit, habere omnia quæ ex bo-
nis Eccleſiæ in ſuis rebus reperirentur:
Cæterùm auctor eſt Belcarius rerum
Gallic. lib. 12. Georgium trecenta au-
reorum millia teſtamento legaſſe, quæ
cum Iulius Papa prætenderet, quaſi
legari iure non potuiſſent, negauit
Rex, Pontificias leges, de priuatorum
bonis extra Romanam ditionẽ valere.
Interiit Georgius Lugduni in domo
Cæleſtinorum 25. Maij 1510. non ſe- 1510.
B quenti, vt malè Onuphrius & Cabreta
poſuêre, ætatis ſuæ 50. cuius exequiis
ſummâ pompâ celebratis in eadem Ec-
cleſiâ adſtitit Ludouicus Rex, vbi om-
nia ab eo geſta laudauit, quem vnicè
tanquam Regni fidum Adminiſtrum
dilexerat; quâ morte, inquit Bembus „
Card. lætus Papa Iulius, vt qui iam ſui „
Pontificatus ſecurior factus, Georgio „
mortuo, à quo deturbari Sede ſemper „
metuerat. Corde Lugduni depoſito, „
& in eadem æde Cæleſtinorum con-
dito; corpus regio funere & magni-
fico ſumptu Rotomagum tranſlatum
C eſt, & in Eccleſiæ metropolis capellâ
B. Mariæ 20. Iunij humatur, hoc ad-
dito epitaphio:

PASTOR *eram Cleri, populi pater, au-*
rea ſeſe
Lilia ſubdebant, Quercus & ipſa mihi.
Mortuus en iaceo, morte extinguũtur honores,
At virtus mortis neſcia, morte viget.

Vbi per Quercum, intelligitur Iulius
ipſe Papa, ex familiâ Roboreâ, quæ
quercum, ſiue robur, pro inſignibus
gerit. Inter huius Cardinalis eximias
laudes, illa non minima, quod in tan-
tâ potentiâ & auctoritate, quâ con-
ſtantem Principis gratiam expertus,
D vnico Rotomagenſi ſacerdotio, abſ-
que vllis Abbatiis contentus vixerit.
Plurimas alias, veráſque ſapientiſſi-
mi Antiſtitis virtutes videre eſt apud
auctores; ſparſim enim Fr. Guichardi-
nus Georgij meminit in hiſtoriâ, ora- „
culum & auctoritatem Ludouici voci- „
tans, Claudius Seyſſellius Maſſilien- „
ſis Epiſcopus in hiſt. Lud. XII. Scri-
ptor hiſt. Equitis Bayardi cap. 41.
Sangelaſius, Ioan. Bouchetus in An-
nalib. Aquitaniæ, Onuphrius, Cia-
conius, Spondanus in Annal. Gene-
brardus in Chronologiâ, Friſonus,

Hilation Coſtæus, Auberius, ceteri- A
queálij. Vnde apertè intelligitur, de-
ceptos eſſe illos, qui epiſtolam 123.
Iacobi Cardinalis Papienſis, datam
an. 1465. ad G. Cardinalem Rotoma-
genſem, ad eumdem Georgium de
Ambaſiâ miſſam fuiſſe volunt, qui
nonniſi ſexcennis tunc erat, ſi ille,
quinquagenarius diem ſuum obiit:
ſcriptam autem eſſe ad Guilelmum de
Eſtouteuillâ item Card. Rotomagen-
ſem & Archiepiſcopum, nullum du-
bium eſt, vti ſupra retulimus. Inter
octo ipſius Georgij fratres, quatuor
infulis Epiſcopalibus fuêre inſigniti, B
Ioannes de Ambaſiâ Epiſcopus Dux
Lingonenſis, Ludouicus Albienſis,
Petrus Pictauienſis, & Iacobus Claro-
montanus Antiſtes; huius autem ve-
tuſtiſſimæ ſtirpis primarius toparcha
hâc ætate in Galliis ſupereſt, Franciſ-
cus Iacobus de Ambaſiâ Comes d'Au-
bijoux, in Occitaniâ Regius Progu-
bernator.

AMBOISE. Comme cy-deſſus.

82. GEORGIVS D'AMBOISE
II. Card. tituli Sanctorum Marcellini
& Petri, Baro de Buſſy & de Vauuray,
ſuperioris Georgij ſucceſſor & nepos,
ex fratre Ioanne domino de Buſſy, Pi-
cardiæ Prorege, & Catharinâ de ſaint C
Belin; Ioannis Epiſcopi & Ducis Lin-
gonenſis, ac Gaufridi Abbatis Clu-
niacenſis frater. Puer in ſtudiis à Phi-
lippo Decio celeberrimo Iuriſconſulto
inſtitutus, Commentarios ſuos de Re-
ſcriptis ipſi Georgio poſtea Canonico,
inde Theſaurario, tum magno Archi-
diacono Rotomagenſi dicauit: Abbas
item Burgidolenſis, electione celebra-
1510. tâ per Canonicos 44. an. 1510. 3. Kal.
Aug. vltimus poſtulatur à Capitulo
defuncto patruo, ex diſpenſatione Le-
gati Sedis Apoſtolicæ in presbyteratu
tunc conſtitutus, ætatis (in cuius anno
23. erat) defectum patiens; cuius po-
ſtulatio confirmata fuit in Conſiſtorio: D
1511. admiſſus an. 1511. 6. Idus Aug. poſſeſ-
ſionem per procuratorem nanciſcitur
eodem anno 10. Kal. Decemb. con-
ſecratus Gallione 1513. 3. Idus De-
1513. cemb. & octauo poſt die in baſilicâ
Metropolitanâ, ſolemni pompâ exci-
pitur 18. eiuſdem menſis. Inſuper à
Rege deligitur, vt vniuerſæ Neuſtriæ,
ſuâ auctoritate & induſtriâ præeſſet,
ſacri & prophani regiminis guberna-
tor conſtitutus. Summum verò Eccle-
1514. ſiæ campanile, vnà cum Odeij tecto
1514. IV. Non. Octob. fortuitò incen-
dio abſumptum, in auguſtiorem pyra-
midis formam reſtituit. Synodum
quoque prouincialem Rotomagi con-
gregauit circa an. 1522. cuius acta in
MSS. membrânis reperiuntur. Ornatus
purpurâ à Paulo 3. Pont. 1546. XVI. 1546.
Kal. Ianuarij, pileo Cardinalitio co-
honeſtatur in Eccleſiâ maiore Auarici
Biturigum. Paulò poſt fato conceſſit
Vigniaci 1550. Aug. 25. horâ primâ 1550.
poſt mediam noctem; mortui inteſtina
ibidem iacent in æde parochiali, cor
Pontiſaræ in Franciſcanorum cœno-
bio, corpus autem Rotomagum, in ex-
quiſiti operis ſepulchrum, quo patrui
cineres tegerat, illatum eſt XIII. Kal.
Octobris.

BOVRBON. D'azur à 3. fleurs de lys d'or à la cotice de gueulles.

83. CAROLVS DE BOVRBON
I. Cardinalis Borbonius, Legatus
Auenionenſis, Ordinis S. Spiritus Præ-
ceptor, patre Carolo Borbonio Duce
Vindocino, matre Franciſcâ Alenco-
nienſi, Renati Ducis Alenconij, &
Margaritæ Lotharingæ filiâ natus,
Antonij autem Nauarræ Regis frater,
in cuius poſteris, inclytæ S. Ludouici
Regis proſapiæ reliquias Gallia colit.
Primum lucis vſum accepit apud ca-
ſtrum Firmitatis ſub Iotrum in tractu
Brigienſi an. 1523. Decemb. 22. ſacris
ab ineunte ætate deditus, ac Lutetiæ
vnà cum Carolo Lotharingo, qui po-
ſtea Remenſis Archiepiſcopus ac Car-
dinalis fuit, liberalibus diſciplinis eru-
ditus, varios in Eccleſiâ Dei honores
adeptus eſt; primùm Epiſcopus Niuer-
nenſis, deinde Santonenſis, tum Dia-
conus Cardinalis S. Sixti à Paulo III.
mox creatus 1547. VI. Kal. Aug. Vin-
docini titulum ſumpſit, Ludouico
Cardinale Borbonio patruo ſuperſti-
te; in locum verò Georgij Ambaſij
Cardinalis, primus ad Regis nomina-
tionē ſufficitur an. 1550. diplomatibus
Iulij 3. Papæ, datis apud S. Petrum
20. Sept. eiuſdem anni, & 5. Non. 1550.
Octob. in poſſeſſionem Sedis eodem
anno ſemel atque iterum per procu-
ratorem inducitur 7. Idus Octob. &
14. Kal. Decemb. ſub exitum anni ſe-
quentis 3. Idus Aprilis Rotomagum 1551.
ſolemniter ingreſſus, apparatu poſtri-
die in æde primatiâ more maiorum ſuſ-
cipitur. Succeſſu temporis poſt Odeti
de Caſtellione Cardinalis à fide Ca-
tholicâ defectionem, Epiſcopatum
Bellouacenſem, per annos aliquot
cum Archiepiſcopatu adminiſtrauit.
Multorum prætereа cœnobiorum Ab-

bas commendatarius, ceu perpetuus
Adminiſtrator fuit; D.Germani à Pratis, Gemmeticenſis, Fontanellenſis,
Corbeienſis, Vindocinenſis, S. Luciani
prope Bellouacum. D. Michaëlis in
Eremo, D.Petri de Culturâ, S. Germani de Flauiaco, S. Mariæ de Caſtellariis, S. Mariæ de Frigidomonte, Beati
Stephani Diuionenſis, Montiſburgenſis, Valomontani, Signiacenſis, Vrſicampi, Perſegniacenſis & aliorum;
nec immeritò tot in vnum opes honoréſque confluebant, qui natiuis pietatis & clementiæ ſtudiis, omnium in ſe
vota conuerteret; certè ſub ipſo in vrbem ingreſſu, cùm metropolitanã Eccleſiam recenti deceſſoris munificentiâ
auguſtius fulgentem conſpiceret, di-
„ xiſſe fertur, Ambaſium Eccleſiam ex-
„ terius inauraſſe, daturum ſe operam,
„ vt intus inauraretur. Feliciſſimum ſibi
curſum à tanto nauis Eccleſiæ moderatore pollicebatur, verùm eius Pontificatus ciuitati, diœceſi, vniuerſæque
prouinciæ valdè procelloſus fuit, ſæuientibus ob religionis diſſidia pluſquam ciuilibus bellis, quotum iniuriâ, diſciplinæ ſacrorum nitor exoleuit,
& Cleri iura haud parum imminuta
ſunt. Ergo ſuccreſcentibus in Normanniâ paſſim errorum zizaniis, eò res
deuenêre, vt poſt Henrici II. obitum,
Caluiniani conuenticula ſua, non iam
furtim, ſed palam inirent; primùm in
ſuburbiis, mox Rothomagi: itaque
1562. cum ſub initia anni 1562. Princeps
Condæus ſegregum animos ſub ſpecie
regiæ captiuitatis, concitaſſet ad arma, qui nouâ perſuaſione Rotomagi
tenebantur, rebellandi occaſionem
arripiunt; die 16. Aprilis, nocte intempeſtâ quingenti numero armati ædes
adoriuntur, occupant, armáque Regis
paulò ante auctoritate comportata inuadunt, in Cœleſtinorum conuentum
inuolant, Eccleſiam polluunt & expilant; poſtridie, arx obſeſſa, & citra
meridiem ad deditionem compulſa,
Ioanne de Eſtoteuillâ Villabono eiecto, veteri quoque palatio, ac breui totâ vrbe Nouatores potiti ſunt. Paucis
poſt diebus D. Catharinæ cœnobium
occupatum, die 7.Maij in ſingulas vrbis baſilicas omni licentiæ genere graſſatum, templa omnia ipſúmque Cathedrale impiè occupatur; in quod biduo ſæuitum eſt, peſſundata ſacra,
direptæ opes, Catholicæ religionis
cultus in vrbe per ſeſquiannum aboli-

A tur; ſed cum Claudius Albamarlæ
Dux tentatâ ſemel vrbe nihil profeciſſet, ſub finem Septembris, Regius
tandem eos exercitus aggreſſus eſt.
Itaque intra paucos dies interceptum
S. Catharinæ munimentum, pridie
Nonas Octobris, tum VII. Kal. Nou.
expugnata ciuitas; mox aperta templa,
inſtaurata ſacra; eo die Carolus Rex
celebri ſupplicatione è S. Audoëni
Abbatiâ, ad primariam ædem progreſſus, à Canonicis qui pauci aderant,
excipitur; conuerſis inde totis ad reſarcienda delubri damna ſtudiis, altaria, cæteráque diuino cultui neceſſa-
B ria à Roberto Appamienſi Epiſcopo
conſecrata ſunt. At Carolus Borbonius ſopitis vtcunque turbis, poſt Ludouici germani mortem, inſtaurandæ
Cleri diſciplinæ, propagandæque fidei animum adiiciens 1570. conſilia 1570.
ſua de reformatione Eccleſiæ ex Synodo prouinciali habendâ præſens Capitulo aperit, adiectis in pietatis argumentum muneribus, pari munificentiâ S. Audoëni baſilicam proſecutus,
eodem ferè tempore Chartuſiam prope
Gallionem ædificauit titulo B. Mar.
Bonæſpei, quæ ab eo Borbonia nun-
C cupatur; ſed recrudeſcente hæreſi, in
eâ extirpandâ præcipuum ſtudium adhibuit; nam & ſuâ auctoritate effecit,
vt Hæreticorum conuenticula prohiberentur, & Concilium prouinciale
quod diutius delatum fuerat, an. demum 1581. conuocauit. Præterea Patres Soc. Ieſu apud Rotomagum, &
Lutetiam in vico S. Antonij induxit,
Eccleſiâ domus profeſſionis ſub inuocatione D. Ludouici conſecratâ; Intereſt verò Comitiis Aurelianenſibus
& Colloquio Piſſiacenſi, tum in conuentu Rotomagenſi, vbi Carolus IX.
Rex declaratur Maior: denique præſidet cœtui generali Gallicano Cleri
Melodunenſi 1580. Cæterùm ſub fi- 1580.
D nem vitæ, Borbonius hic Cardinalis
ſenior, vt erat ingenio facili, à fœderatis ſpecioſo primi Regij ſanguinis
Principis, ac regni hæredis titulo deluſus, congreſſu habito apud Ioinuillam 1584. in eorum partes addu- 1584.
ctus, palam proteſtatur ſe legitimum
regni hæredem, excluſo videlicet Nauarro, tum ob hæreſim, tum ob proximiorem conſanguinitatis gradum,
vti præſumebat, quo patruus, fratris
filio præferri deberet; quâ de re ſcripti eo tempore vtrinque contrarij li-

belli ; has moſitiones clandeſtinas A
contra regiam auctoritatem Henricus
edicto generali prohibeus ; demum
Carolus, ſcriptum publicauit Peronæ
anno ſequenti, quo inter alia queſtus
eſt, Rege nullos ex ſe genitos liberos
habente, vt qui etiam à Catholicâ
religione defeciſſet, eapropter ſe pri-
mum Regiæ ſtirpis Principem, ad quẽ
iura regni proximè pertinerent ; aliâ
declaratione confeſtim Rex ab obie-
ctis ſeſe purgauit ; inde verò ab Hen-
rico proximi agnati iuribus ornatus,
ad Comitia Bleſenſia acceſſit, vbi poſt
Guiſiorũ necem comprehenſus, in arce
Chinoniâ primùm, deinde Fontenaij B
Pictonum cuſtodiæ committitur ; &
poſt aliquot menſes à morte Henrici
III. fœderatorum ludibrio Rex de-
1589. claratur an. 1589. Carolus x. nuncupa-
tus, cuius nomine moneta aurea, ar-
genteáque in primariis Franciæ vrbi-
bus cuſa eſt. Interea cum eius inge-
nio ad propriæ gentis Borboniæ, Gal-
licique Imperij perniciem, diu abuſus
fuiſſet Guiſius, & tanquam larua po-
pulis inſanientibus ſpecioſo titulo
Regis oſtentatus, vt ſcripſêre grauiſ-
ſimi Hiſtorici, tandem Fontenaij vbi
detinebatur, extremum diem clauſit
1590. calculi doloribus oppreſſus 1590. die C
IX. Maij, ſupergreſſus annum ætatis
66. corpus ad Gallionem in Cartuſiâ
S. Mariæ Bonæ Spei ab ipſo olim æ-
dificatâ, ſepulturæ illatum eſt ; cor
verò in æde ſuburbanâ S. Nicolai
Fontenaij ; de ceterò fuit Borbonius
Cardinalis, vt aſſerit Thuanus, libe-
» ralis, & ad Mathematicorum prædi-
» ctiones nimiâ credulitate pronior, qui
» ſpem regni adeo certam ſibi fecerat,
» vt ab eâ nunquam diuelli potuerit :
De huius Caroli vitâ legendi Spon-
danus, Thuanus, Ioan. Antonius Pe-
tramellarius, Vghellus in Analectis
ad Ciaconium, Iacobus Brulius S. D
Germani Pariſienſis monachus, &
Sanmarthani tom. 2. lib. XXV. hiſt.
Geneal. Domus Franciæ.

Bovrbon. Comme cy-deſſus.

84. Carolvs de Bovrbon
II. Cardinalis Vindocinenſis cogno-
mento, inde Borbonius iunior, Lu-
douici I. Principis Condæi, & Leo-
noræ de Royâ filius, Gandalupi in
Briâ editus in lucem 1562. Martij 30.
à primâ ætate in omni virtutum & di-
ſciplinarum genere educatus, curâ
patrui deceſſoris, eius tam Pontificiæ
dignitatis, quàm ampliſſimarum Ab-
batiarum ſucceſſor, abdicante Carolo
in Archiepiſcopatu Coadiutor renun-
tiatur, diplomate Greg. XIII. Papæ
Kal. Aug. 1582. anno ſequenti in Car- 1582.
dinalium Collegium promotus pridie
Idus Decembris ; recipitur autem in
Metropolitanâ per procuratorẽ Ioan-
nem Epiſcopum Roſſenſem Vicarium
Generalem XI. Octob. nam in cuſto-
diâ detento patruo, tum mortuo ſuc-
ceſſurus, occluſâ ciuilibus bellis ad
cathedram viâ, nudum Præſulis titu-
lum toto quadriennio geſſit. Is licet
inter hæreſes natus, pietate & literis
excultus, propugnatorem Catholicæ
religionis ſe ſemper acerrimum præ-
buit ; & Henrico III. acceptus, ſum-
mâ cum laude Conſiſtorio præficitur,
turbulentiſſimis hiſce temporibus,
quibus Gallia iactabatur ; tum fatis
functo Henrico, ſucceſſoris gratiam
conſequutus, eximij in Sedem Apo-
ſtolicam obſequij exemplum edidit :
cum enim Henricus IV. ab Eccleſiæ
gremio adhuc alienus, & fœderato-
rum pertinaciâ motus, Patriarcham
in Galliâ creare in animo haberet,
iámq; res delibetationi proxima eſſet,
propterea multi ex proceribus, &
inter eos potentiores hæretici conue-
niſſent, Carolus vbi extremum reli-
gionis periculum aduertit, tantâ ani-
mi contentione inſectatus eſt propoſi-
tum, vt plerique ex Nouatoribus qui
aderant, conſilio Regis ſe ſubduxe-
rint ; præclarè autem omnino de Hen-
rico promeruerat, niſi tertianæ illius
factionis principem ſe exhibuiſſet,
quâ & ad regnum ſibi viam parari
poſſe obtendebat. Porrò deditâ Hen-
rico Rotomago, rebúſq; in Norman-
niâ compoſitis, Rege Catholicam re-
ligionem profeſſo, & Lutetiam ad-
ueniente, Borbonius Cardinalis, læ-
titiæ publicæ vt participaret, Gallio-
ne Pariſios in ædibus Sangermanis
deportatus, à patruo nuper ſummâ
magnificentiâ extructis & adornatis,
aliquot poſt tempus diuturnâ tabe
confectus, antequam infulas, Sedém-
que Rotomagenſem attigiſſet, interiit
in eodem cœnobio S. Germani, an-
nos tantùm natus 32. ex aquâ intercu-
te 1594. 30. Iulij. Mortuum lauda- 1594.
uit Iulianus de S. Germain Doctor
Theologus, Epiſcopus Cæſarienſis,
Gallione in eius exequiis, quem tali
etiam elogio commendat Præſes

„ Thuanus lib. c x. Hiſtor. Princeps A
„ læto comique ingenio, ac ſummâ di-
„ cendi facilitate prçditus, propenſo
„ in literas & literatos amore, & infeſto
„ aduerſus Proteſtantes odio, qui quan-
„ diu bonis conſultoribus vſus eſt re-
„ ctum animi ſeruauit, ſed infrà leui-
„ tate poſtquam ab adulatoribus afflari
„ cepit, facilè deprauatus, tertianæ fa-
„ ctioni nomen dedit; cúmque euentus
„ expectationi non reſponderet, à ſuis
„ proditus in letalem mœrorem incidit,
„ vt olim Galliæ ornamento natus, ſic
„ meliore publicæ tranquillitatis, quam
„ ille, vt multis perſuaſum fuit, nun- B
„ quam vexare deſiiſſet, fato viuis exem-
„ ptus, ampliſſima & maximè toto re-
„ gno opima, quæ poſſidebat Sacerdo-
„ tia, in plures diſperſa, ne quis vnus
„ eſſet, qui tot opibus fretus, diram ad-
„ eò tempeſtiuo eius obitu intermor-
„ tuam factionem renouaret. Exinde
x i i. Octobris corpus tumulatur Gal-
lione in Cartuſiâ Borboniâ Bonæ Spei,
iuxtâ patruum, cui ſuburbanam Diuæ
Catharinæ Abbatiam vnionis iure at-
tribuerat.

Bovrbon Navarre. Comme cy-deſſus, a la barre ou filet de gueulles.

85. Carolvs de Bovrbon i i i i Antonij Nauarræ Regis filius naturalis, Epiſcopus Conuenarum, C deinde Lactorenſis, poſtmodum Rotomagenſis Antiſtes, ab Henrico i v. fratre deſignatus breui regiæ maieſta-
1594. tis dato v. Nouembris 1594. & placito magni Conſilij 18. eiuſdem menſis exhibito, recipitur per procuratorem an. 1594. x x i v. Decembris. Sed cum poſtea declarata fuiſſet vacatio Ca-
1596. thedræ 1596. Maij x x i x. randem obtinuit bullas prouiſionis à Clemente v i i i. Pont. apud S. Petrum v i i. Cal. April. 1597. & x x i v. Iunij ſequentis receptus eſt per procuratorem Iacobum Sauſſayum Sanctæ Virtutis apud Lingones Priorem, erat tum Diaconus & quadragenarius, ac iuris vtriuſ- D que Doctor, præceptore vſus Franciſco Balduino celebri Iuriſconſulto; Decembris 26. presbyterio initiatur; & die 28. ſequenti conſecratur in Pontificem Rotomagenſem ſolemniter vr-
1599. bem ingreſſus 24. Maij 1599. poſtridie more maiorum in æde primariâ excipitur, comitantibus Carolo Nouiomenſi, Iacobo Ebroicenſi Epiſcopis, & Henrico Borbonio Montiſpenſerij Duce, Normanniæ Prorege, mirâ omnium ordinum alacritate; quibus lætitiæ argumentis permotus, magnas Capitulo gratias egit, nihilque antiquius habuit deinceps, quàm vt ciuium animos ſibi deuinciret; ob hæc Clero populóque gratiſſimus. Minimorum permittit ædificationem Rotomagi an. 1600. & Carmelitarum 1600.
conuentum Pontiſaræ Cal. Decemb. 1604. dominâ Breauteâ nobili feminâ fundatrice, & Andreâ du Val, Doctore Sorbonico piiſſimo, Regio Theologiæ Profeſſore eruditiſſimo, ædes liberaliter concedente. Paſtorale onus in aliquot annos protraxit, verùm intra ſub finem anni 1604. cum Franciſ- 1604.
co Cardinali de Ioyoſâ, tum Sabinenſi Epiſcopo, Sacerdotiorum commutatione, abdicatis infulis, in otio ſeceſſúque vitam exegit ad annum vſque 1610. mortuus in Abbatiâ Maiotiſmo- 1610.
naſterij; cuius abſentis obitum Rotomagenſes acerbè defleuerunt.

Ioyevse. Ecartelé au 1. & 4. de pallé d'or & d'azur de ſix pieces, au chef de gueulles chargé de 3. hydres d'or, qui eſt Ioyevse. Au 2. & 3. d'azur au Lyon d'argent, à la bordure de gueulles chargee de huict fleurs de Lys d'or, qui eſt S. Didier.

86. Franciscvs de Ioyevse i. Cardinalis Oſtienſis, Abbas Maiotiſmonaſterij, Fiſcannenſis, Montis S. Michaëlis, Graſſenſis, S. Florentij, & Aureliacenſis, Regij Ordinis Præceptor; Guilelmi Vicecomitis de Ioyoſâ, Septimaniæ Progubernatoris, Franciæ Equitum Tribuni, ac Mariæ de Batarnay, ex Bucagij Comitibus oriundæ ſecundus filius naſcitur anno 1562. die S. Ioannis Baptiſtæ, cuius fratres fuêre Annas Dux Ioyoſæ, Franciæ Par & Thalaſſiarca, Henricus Dux item Ioyoſæ, Galliæ Mareſcallus, Antonius Scipio magnus Prior Toloſanus, Georgius S. Didierij, & Claudius Sancti Saluatoris toparcha. Franciſcus verò, adoleſcens liberalibus diſciplinis inſtitutus, Toloſæ primùm Theodoro Marcilio Profeſſore, deinde Lutetiæ in Collegio Regio Nauarræo, inſtitutore Andreâ Guijonio, poſtea Vicario generali, Philoſophicis ſtudiis, tum Aureliæ Iuri Ciuili & Canonico animum feliciter applicuit; interim cum honeſtiſſimæ indolis ſpecimina exhibuiſſet, Eccleſiaſtico ordini addictus, ad primarias Cleri dignitates ſibi gradum fecit. Nam & ſanguinis ſplendore, & generoſâ planè indole cumulatus, ab Henrico i i i. in regiam accerſitus, fit particeps arcanorum, inter Conſiliarios allectus, eo fauore, vt optimi Principis beneficio, annos ſolùm natus 23. metropolim Narbonenſem fuerit conſecu- 1581.
tus 1581. hoc munere ſanè digniſſimo

per

per aliquot annos perfunctus eſt, ſol- A
licitudine paſtorali nunquam remiſsâ,
quâ diœceſim Canonum egregius pro-
pugnator optimè gubernauit ; vnde
ob eximias illas dotes commendan-
dus , Rege intercedente, à Gregorio
XIII. Ponr. inter Purpuratos Eccleſiæ
1583. proceres adſcribitur 1583. Decembris
23. tituli S. Silueſtri primùm & Mar-
tini in Montibus ; deinde S. Trinitatis
in monte Pincio, tum B. Petri ; poſtea
Sabinorum Epiſcopus, tandem Oſtiæ
& Cardinalium Decanus effectus eſt.
Igitur ſacram Purpuram ipſo ætatis
flore adeptus an. 1586. fatis functo
Eſtenſi Cardinale, Galliæ Protectore, B
hac dignitate ab Henrico III. conde-
coratur: & quidem Romam profectus
1587. 1587. multis Præſulibus & viris doctri-
nâ conſpicuis, proceribúſque comita-
tus, aſſumpto Oſſato à ſecretis epiſto-
lis, Chriſtianiſſimi Regis iura fortiter
eſt tutatus , cum in ſacrâ apotheoſi
Sancti Didaci Complutenſis , quæ
Hiſpaniarum Regis ſumptibus confi-
ciebatur, ipſius Orator rotâ arte & in-
duſtriâ in id incubuiſſet , vt ſupra
Franciæ Legatum primas haberet,
hunc Hiſpani animi rumorem ſuâ pru-
dentiâ & animo fregit noſter Franciſ- C
cus , ita vt pro more antiquo Gallus
principem locum obtineret. Interea
cum inteſtinis bellis Francia vexare-
tur , & odio laboraret Henricus III.
apud Romanam Sedem, factione Hiſ-
panorum , quaſi hæreticorum partibus
faueret, iſtam calumniam à Pontificis
Sixti V. animo cum grauiſſimis ora-
tionibus amouere tentaſſet Franciſcus,
& ipſe nihilominus Papa præualenti-
bus apud eum Henrici hoſtibus , Re-
gem excommunicationis pœnâ ple-
ctere ſeſe accingeret , apud Venetos
1589. receſsit 1589. quò gentis huius bene-
uolentiam ſibi primùm conciliauit. D
Ad Toloſanam Cathedram euectus
fatis functô Paulo Foxio Galliam re-
1590. petit; tum an. 1590. collapſam partim
bellorum, partim Segregum vitio, Ec-
cleſiæ diſciplinam Synodo coacta re-
ſtituit ; & quantùm ferebat horum
temporum calamitas, Sacerdotes, re-
gulares, & moniales, ad vitæ ſanctio-
ris normam reuocauit. Mortuo autem
Sixto 5. & Vrbano VII. cum Gregorius
XIV. ei ſuffectus eſſet, inque aliquâ
affulgeret pacis inſtaurandæ, Romam
1591. tendit an. 1591. re tamen infectâ re-
greſſus, iterum rediit; defunctis Gre-
gorio & Innocentio IX. vt futuræ pro-
morioni adeſſet Clementis VIII. cuius
animi virtutes ſpem augebant, ipſum
facilius Regis reconciliationem ad-
miſſurum : ſed paulòpoſt Franciſci pa-
rente è viuis adempto , propterea in
patriam redire compulſus eſt: mox an.
1593. Italiam repetit , atque vtilitati 1593.
publicæ conſulens , ipſum Regem in
Pontificis communionem recipi ad-
niſus eſt; nec tamen illud aſſequi po-
tuit Henricus IV. niſi an. 1595. cui cum 1595.
ſignificatum eſſet , ita compoſitum
tunc Clementis animum, vt ſi à Rege
iterũ cum Romanâ Sede vnio depoſ-
ceretur, & ei exhiberetur obſequium,
petitionem obtineret, mox Henricus,
Perronum & Oſſatum , viros omni
laude dignos delegauit , eam rem ad
exitum vt perducerent ; cum quibus
Franciſcus collatis conſiliis , & aucto-
ritate maximâ, quâ apud ſacrum Car-
dinalium conſiſtorium valebat , pro-
ſperè res abſoluitur. Inde per aliquot
annos Romæ commoratus , an. 1600. 1600.
Galliam reuiſit, & Mariam Mediceam
Maſſiliæ excepit , Henrici futuram
vxorem; ſuperiori anno conſtitutus à
Papâ cum aliis Præſulibus, pro diſſo-
lutione matrimonij eiuſdem Henrici
cum Margaretâ Valeſiâ. Pontificis
item nomine Legatus à latere ſpecia-
liter deſtinatur, qui Ludouicum Del-
phinum poſtea Regem XIII. ſacris
baptiſmi ceremoniis è fonte leuaret
1601. poſteàque Paulus V. 1606. huius 1601.
Cardinalis miniſterio, Eleonorâ Vin-
centij Mantuæ Ducis coniuge, Regi-
næ ſorore , matrinæ munere defun-
gente, Ludouici fauſtum nomen indi-
dit. Interim pro Maioris monaſterij
& S. Florentij Abbatiarum commuta-
tione, Carolo III. ſucceſsit in Archie-
piſcopatu Rotomagenſi 1604. Calen- 1604.
dis Decembris, cum Eccleſiæ Narbo-
nenſi & Toloſanæ antea præfuiſſet:
annique ſequentis initio die XIV. Mar-
tij, procurante Ioanne Berterio Riuen-
ſi Epiſcopo , Franciſcus nouæ Sedis
poſſeſſionem apprehendit , exhibitis
literis Pontificiis , datis apud S. Pe-
trum , Clementis VIII. an. XIII. cum
per id tempus, pro Eccleſiæ regnique
rebus Romæ ageret ; vnde poſtea re-
uerſus in Galliam , ſummo omnium
applauſu, ob recentem benè geſtorum
memoriam exceptus , confeſtim ad
Metropolis ſibi commiſſæ guberna-
tionem oculos conuertit , nullóque

apparatu perquam modeſtè vrbem ingredi voluit, 2. Nouembris ſequentis, & poſtridie in primariam ædem admiſſus eſt, comitante Henrico Borbonio Montiſpenſerij Duce, Henricetæ Catharinæ à Ioyosâ neptis ſuæ marito. Quibûs infulis per decennium potitus, diœceſim, cui propter ſumma reipublicæ Chriſtianæ negotia, præſens aſſiduè ſubuenire non poterat, egregiorum virorum laboribus excoluit; imprimíſque ſtudio Andreæ Guijonij Ædui, Vicarij generalis, doctrinâ & pietate inſignis, qui Eccleſiam in optimo ſtatu conſtituit. Clemente mortuo, Romam ſe contulit, ibíque electioni Leonis XI. Henrico præcipuè chari præfuit; necnon eo decedente, Camillus Burgheſius Card. dictus Paulus V. eo procurante potiſſimùm electus eſt. Cum autem Pontifici, & Venetis imprimis gratus eſſet Franciſcus, ab Henrico IV. in Italiam deſtinatur, vt innatâ prudentiâ & moderatione, motam illam grauiſſimam controuerſiã pro interdicto Venetorum à Pontifice factum componeret, ob leges à Senatu latas in Eccleſiaſticum ordinem, quibus poteſtatem ſibi in puniendis quibuſuis delictis, prædia, & alia bona Eccleſiis addici, ſacráſque ædes ædificari, abſque Senatus conſenſu vetuiſſet. Tantâ igitur humanitate apud vtróſque egit, vt ex omnium votis & ſummo Eccleſiæ bono, conditiones propoſitæ exciperentur, Pontifex interdictum reuocaret, & pax cum Republicâ ſanciretur: difficillimo itaque negotio expedito, interuentu Chriſtianiſſimi Regis, famam immortalem, vnà cum Perrono Cardinali apud Italos reliquit: de quo diſſidio feliciter compoſito plura diſertè Thuanus Hiſtor. l. 137. necnon appoſitè cecinit vir clar. Philippus Berterius, in Senatu Toloſano Præſes alloquens Cardinalem:

Muricis Auſonij ſplendor, qui ducis ab alto
Principibus noſtris cognatã ſanguine gentẽ,
Cuius conſilio Sceptri moderator auiti
Henricus, diuiſam odiis, armíſq; frementem
Italiam, placida reuocauit ad otia pacis.

In Galliis verò, præclara ferè omnia exercuit munera, quæ magnum Præſulem decent. Nam præter ea quæ retuli-
1610. mus an. 1610. Reginam Mariam Mediceam ſolemniter apud S. Dionyſij Fanum coronauit, & Ludouicum XIII.

A Remis 17. Octob. inaugurauit, quem pridie oleo confirmationis vnxerat, Cardinali Guiſio Archipræſule, ad quem id pro more ſpectabat, nondum ſacris Ordinibus initiato. In generalibus autem regni Comitiis, Eccleſiaſtico Ordini præfuit 1614. & 1614.
Regis fratrem è fonte ſacro ſuſcepit, Gaſtoníſque nomen impoſuit, dignus ſanè tantarum cæremoniarum Antiſtes. Sequenti anno, cum in grauem morbum incidiſſet quo extinctus eſt, votum emiſit ad Beatam Virginem Montiſſerrati; & quamquam infirmitate laboraret, itineri ſe accinxit, vt
B vota perſolueret; reuerſus Aueniónem, graſſante febri, extremum vitæ diem impendere agnoſcens, teſtamentum condit, quo in largitiones, Eccleſias, domos religioſas, alióſque pios vſus, ſupra ducenta aureorum millia liberaliſſimè impendit. Eccleſiæ Narbonenſi quinque millia, totidem Toloſanæ, Lauretanæ ædi ſactæ ſex millia. Aueníonenſis Collegij Soc. Ieſu Patribus, (apud quos eius cor conditum) quatuor millia donat, vt pro eius animæ ſalute oretur; necnon bibliothecam, & vaſorum ſacrorum diuitem ſuppellectilem; loco funebris
C pompæ XIII. millia, tum vt octo Canonici Ioyoſæ dotentur; plura igitur piè conſtituit moriens erga regulares, & pthochotrophia eleemoſynas, quanquam & viuens multa inſumpſiſſet; nam & Clericorum ſeminarium alebat, cui poſt mortem prouidit, indéque Rotomagum eſt tranſlatum; Soc. Ieſu domum reſidentiæ Pontiſarenſis fundauit, alterum Oratorij Sacerdotum Dieppæ, & Monaſterium Eremitarum B. Baſilij in inſulâ aridâ ad Narbonam excitauit: demum in vrbe Rotomagenſi nouum dotauit ſodalitium Virginum, quæ
D nunc ſub B. Vrſulæ patrocinio militant, attributis fundationis nomine 24. librarum millibus, eâ conditione, vt puellis erudiendis operam darent. Tandem Franciſcus ſacri Collegij Decanus, regni apud Sedem Apoſtolicam Protector; pluribus ſummi momenti legationibus pro Eccleſiâ & Repub. Chriſtianâ præclarè perfunctus, diem extremum obiit Aueníone in palatio Pontificio, die Dominico 23. Augusti 1615. Corpus in ſacello Pat. Soc. 1615.
IESV Pontiſaræ tumulatur, ex quibus eiuſdem Societatis Gaſpar Seguiranus

Regi à ſacris confeſſionibus, ipſum oratione funebri commendauit, necnon Hieronymus Beneuentanus apud Biturigas Quæſtor Franciæ, Ioannes Monſtrolius in Senatu Pariſienſi Patronus, Petramellarius, Ciacconius, Galterus, Friſonus, & alij eiuſdem Cardinalis laudes ac vitam poſteris reliquêre.

HARLAY CHAMVALON.

Party de trois & coupe d'vn, qu'on dit écartelé de 8. cartiers. Au 1. d'or à la faſce échiquetée de 3 traicts, d'argent & de gueulles, qui eſt la MARCK BOVILLON. Au 2. d'azur à vn écuſſõ d'argẽt, renfermé en orle, accompagnée de 8. croiſettes d'or, qui eſt de BREZE' Au 3. d'argẽt à 3. faſces de gueulles, qui eſt de CROY. Au 4. d'azur à 3 fleurs de Lis d'or, briſé d'vne cottice de gueulles poſée en bande, qui eſt de BOVRBON. Au 5 & 1. de la pointe, d'azur au lon d'argẽt l'eſcu ſemé de croix recroiſetées au pied fiché d'or, qui eſt SAREBRVCHE Comercy Au 6. pallé d'or & de gueulles de ſix pieces, qui eſt AMBOISE Au 7 loſãgé d'argent & d'azur de 21. pieces miſes en bãde, qui eſt BAVIERE, eſcartelé du PALATINAT, qui eſt de ſable au Lion couronné d'or, lampaſsé & armé de gueulles Au 8. d'azur à ſix beſans d'argẽt, 3 2.1. au chef d'or, qui eſt POITIERS Valentinois. Sur le tout d'argent au pal de ſable de deux pieces, qui eſt de HARLAY.

87. FRANCISCVS DE HARLAY II. S. Victoris prope Lutetiam Abbas, ex familiâ Harlæorum Pariſiis oriundus, quam Scæuola Sanmarthanus in Elogiis dicit, non virtute minus, quàm ſanguine illuſtrem, belli, B togæque ſtudiis floruiſſe, & in maximis Galliæ rebus enituiſſe; nam & præclara illa Senatus Pariſienſis lumina Chriſtophorum & Achillem ſupremum Præſidem, Sancios Barones, & Cæſios Comites protulit. Franciſcus Iacobo patre Chamualoni & Breualij toparchâ, Lotharingiæ Ducis Cambellano naſcitur, matre Catharinâ de la Marck, filiâ Roberti Bullionij Ducis, Sedani Principis Equitum Franciæ Tribuni. A teneris annis tanto ſtudio literis incubuit, & Theologicis potiſſimùm, vt etiam primo flore iuuentæ, C Doctoratus Sorbonici palmam conſequeretur, cùm ingenti omnium admiratione, de vniuersâ Angelici Doctoris Theologiâ reſpondiſſet. Poſtquam verò, aſsiduo labore ſacris Muſis inuigilaſſet, in celebri Meduntæ conuentu habito contra hæreticorum anteſignanos, delectus eſt, vt pertinaciſſimos homines ingenij pondere, ac vi argumentorum profligaret; ex quo ei tantum nomen adcreuit, vt Cardinalis à Ioyosâ ſibi Coadjutorem eum depoſceret, & Paulus v. Pont. an. 1613. titulo Auguſtopolitani Epiſcopi non tantùm admiſit, literis Apoſtolicis conceſsis Romæ apud S. Mariam Maiorem 5. Idus Sept. ſed & gratuito mu- D nere bullas per Robertum Vbaldinum Apoſtolicum Nuntium conceſsit: à Capitulo Rotomagenſi anno 1614. die XIII. Auguſti exceptus; inde mortuo deceſſore procuratoris nomine 1615. 8. Idus Octob. poſſeſsionem Sedis obtinuit, in quam honorificè poſtmodum inductus more maiorum 1616. v. Idus Ianuarij Rotomagum ſolemni apparatu ingreditur. Multoties Cleri nomine, Comitiis Pariſienſibus præfuit 1626. & Fontaneti 1628. Conuentibus etiam Notabilium Rotomagi &

A Lutetiæ adfuit, ac ſummâ cum laude omnibus Ordinibus Cleri comitatus, apud Ludouicũ XIII. orationẽ habuit. Bono itaque publico, tum in Regis Conſiſtorio, tum in Cœtibus regni generalibus ſtuduit; Eccleſiæ verò non mediocriter, cuius, ſe iurium exhibuit fidiſsimum, doctiſsimúmque defenſorem, cum reſtitutâ Bearnij fide Catholicâ, tantum opus & manu & verbo promouit, cum Synodos plures conuocauit, & Officia Eccleſiaſtica, rituſqi curauit edi, cum denique diœceſim annuâ viſitatione luſtraret. Literatis omnibus profuit, dum Academiam duplicem Pariſiis, alteram apud Sanctum Victorem, alteram apud Auguſtinianos exercendæ eloquentiæ Chriſtianæ gratiâ inſtituit; necnon Rotomagi, cum Palatium in ſcholam Epiſcopalem commutauit, admiſsis Oratorij Ieſu publicis profeſſoribus; inſtauratâ quoque Rotomagenſis baſilicæ bibliothecâ, quam publici iuris fecit, cui initium dedit 1633. Petrus 1633. Acarie Canonicus, Eccleſiaſtes, Pœnitentiarius, & Officialis Eccleſiæ, librorum ſuorum non mediocri largitione, hortante imprimis Harlæo, rémque exemplo ſuo promouente, aſſignato trecentarum librarum, pro libris comparandis, totidémque ad Bibliothecarij ſtipendia cenſu annuo, ex Pontificiâ ditione petendo. Ne quid verò deeſſet, non tantùm vtilitati publicæ, ſed & ornamento, Gallionem nobile Archiepiſcopatus extra vrbem palatium, nouo opere paſsim decorauit, & hac inſcriptione eius incrementa varia illuſtrauit, quam hîc appoſuiſſe non inutile videbitur:

MEMORIÆ, POSTERITATI,

Honori, ſacrum. Elogium Gallionis, inſignis caſtelli Archiepiſcopatus Rotomagenſis, Primatus Normanniæ, à FRANCISCO DE HARLAYO, *eius Prouinciæ Primate, interiori arcis veſtibulo literis aureis inſcriptum.* GALLIO *& origine, & vſu, & loci maieſtate Regius, Regum Galliæ olim patrimonium, Eccleſiæ & pietatis Gallicanæ atque Neuſtriacæ Prouinciæ dignitatis tam vnum, quàm æternum monumentum, à* SANCTO LVDOVICO *Odoni Rigaltio Rotomagenſi Archiepiſcopo, commutatione traditus, à Cardinale de* ESTOTEVILLA *hoc primo caſtri veſtibulo ſolidè munitus; à* LEGATO DE AMBASIA, *Ludouici XII.*

munificentiâ Regiâ, ex rebellantis Genua
tributo, ſuperbâ adificiorum mole per iuga
montis ductus atque exſtructus, ſtupendo
fonte marmoreo ex Venetorum munere illu-
ſtratus, templis, donariis, ac Sanctorum
reliquiis, non minus magnificè quàm re-
ligioſè ornatus; Cardinalium à Borbo-
nio *diligentiâ auctus, inſigni Carthuſiâ*
nobilitatus, Cardinalis a Ioyev-
sa *ſumptu, partim ex incendio inſtaura-*
tus; nunc demum ſucceſſoris eius à manu
viuâ, Francisci de Harlayo,
viuâ manu decoratus, viuâ effigie auunculi
ſui Ambaſij, eiúſque depictis, ſed adhuc
ſpirantibus triumphis donatus, fontibus
per inferiores hortos deductis, in exultan-
tis ſpeciem conuerſus, vario paßim opere
nouatus, Paſtorali carmine decantatus, ſa-
crarum Muſarum ſtudiis & à ſe inſtituta
Pauli Academia, in doctorum virorum
vſum, dicatus, conſecratus, Anno Chriſtiani
1632. *orbis* m. dc. xxxii. Hoc palatio
nuper excepit ſplendidè Lud. xiv. 20.
Februarij 1650. cùm luſtratis variis Im-
1650. perij prouinciis, tumultus inteſtinos
quibus miſerrimè agitabatur Gallia,
componeret. Sic de omnibus optimè
meritus Franciſcus, etiam poſteris
prodeſſe curauit, multis in lucem edi-
tis libris, variâ doctrinâ refertis; nam
& de Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ quædam
protulit, nempe de Eccleſiæ regimi-
ne, per axiomata politica, Eccleſiaſti-
cáſque regulas; in Epiſtolas Pauli
commentaria, & paraphraſim in aliam
ad Romanos, egregiam & nunquam
ſatis laudandam Apologiam pro Ca-
tholicis editam an. 1625. Gallico idio-
mate, aduerſus Britanniæ Regem iu-
bente Lud. xiii. diſquiſitiones S. Au-
guſtini de ſacramento altaris, Contro-
uerſiarum Cathechiſmum, ſermonéſ-
que doctos de ſacrificio Miſſæ, Eccle-
ſiaſticum officium recognouit, & Bre-
uiarium correctius fecit, Acta Eccle-
ſiæ Rotomagenſis, mandata Synodo-
rum, Logicos diſcurſus, varias ad Vrba-
num 8. epiſtolas, Richelium & Maga-
lorrum Cardinales, poëmata nonnul-
la, denique Manuale Rotomagenſe
duobus libris, de doctrinâ & diſcipli-
nâ Eccleſiaſticâ conſcripſit, vir omni-
modis literis inſtructus. Tandem cum
per 38. annos circiter Eccleſiam Roto-
magenſem gubernaſſet, in gratiam
1651. neporis Pontificatu ſe abdicauit 1651.
demum 22. Martij 1653. Gallione 68.
an. natus interiit; ex vicinâ Carthuſiâ
Bonæſpei Rotomagenſem in baſili-
cam 2. Aprilis corpus tranſlatum, ab
vniuerſo Clero magnâ pompâ exce- 1653.
ptum eſt; ſequenti die exequias cele-
brauit nepos, aſsiſtentibus Epiſcopis
Podienſi, Arauſicano, Condomienſi,
Oloronenſi, diſertâ oratione defuncti
laudes proſequutus eſt eloquentiſsi-
mus verbi diuini præco Guilelmus le
Boux Oratorij Ieſu Sacerdos; inde
corpus tumulo auito Cardinalium
Ambaſiæ terræ mandatur, ad quos
maternam originem cognationis vin-
culo referebat, vt qui auiam habue-
rat Franciſcus, Mariam Ambaſiam
Georgij 1. ſororem.

88. Franciscvs de Har-
lay de Chamvalon iii. Ar-
chiepiſcopus Rotomagenſis, Norman-
niæ Primas, Comes de Dieppe & de
Louuiers, ſanctioris Conſilij Senator,
Abbas Beati Petri Gemmeticenſis, ſu-
perioris nepos, eius non tantùm no-
mini, ſed & dignitatibus & honoris ti-
tulis, tum ciuilibus, tum Eccleſiaſticis
feliciſsimè ſucceſsit; ex Achillis Har-
læi Marchionis de Breual & de Cham-
ualon & Oudetæ de Vaudetar de Per-
ſan coniugio natus, à primâ iuuentute
ſe patrui dignum hæredem demon-
ſtrauit. Doctoratus ergo laureâ in
alma Facultate Sorbonicâ inſignitus,
& Gemmeticenſi in Neuſtriâ Abbatiæ
præfectus, à Lud. xiv. menſe Maio
ſpontaneâ Franciſci abdicatione Ar-
chiepiſcopus nominatur; admiſſus ab
Innocentio x. Pont. in Conſiſtorio Ro-
mano xxvi. Sept. 1651. tandem 28. De- 1651.
cembris in Carthuſiâ Pariſiorum con-
ſecratur à Nicolao è Comitibus à Bal-
neo, Sedis Apoſtolicæ apud Regem
Nuntio, aſsiſtentibus Epiſcopis Clau-
dio Auury Conſtantienſi, à quo Pal-
lium accepit, & Eduardo Molé Bajo-
cenſi, prouinciæ ſuæ Suffraganeis.
Paulò antea in Comitiis Cleri Galli-
cani Pariſiis habitis, Neuſtriæ prouin-
ciæ Legatus adfuerat. Inde Picta-
uium ſe contulit, quò in manibus Re-
gis Chriſtianiſsimi ſacramentum fide-
litatis iurauit 12. Ianuarij 1652. confe- 1652.
ſtimque ad vrbem Metropolitanam,
Kal. Februarij poſſeſsionem adeptus
eſt, neglectâ tamen ordinariâ pompâ,
quæ in ingreſſu Archiepiſcoporum ab
vniuerſis ordinibus ciuitatis adhibe-
tur. Sequenti die Purificationis B.
Mariæ, ſacra peregit ſacrificia, & è
ſuggeſtu concionem habuit, doctrinâ

Harlay Chamvalon.

Comme cy-deuant.

& eloquentiâ inſignem, tum verò diœceſis perluſtrationem aggreſſus, Pontiſaram 10. Nouembris ſequentis inuehitur; nobiliſſimæ huius Eccleſiæ faſtigio planè dignus, qui non modò defunctum patruum, ſed egregios etiam illos in Cathedrâ ſuâ anteceſſores Pontifices æmulari videatur.

DECANI ROTOMAGENSIS ECCLESIÆ.

1075. ROBERTVS I. nominatur ad
an. 1075. in chartâ Simonis
Comitis de reſtitutione Giſortij
in archiuo capitulari;
primus eſt Decanorum Rotomagenſium, quotquot hactenus ex antiquis membranis Archiepiſcopatus reperiri potuêre.

Fulbertus Decanus & Archidiaconus Eccleſiæ vti apud Ordericum legitur lib. VIII. fit deinde monachus Abbatiæ S. Audoëni, humatus ante Capitulum vt oſtendit hæc inſcriptio:

Gloria Metropolis, Cleri decus & diadema
Morte tuâ FVLBERTE *ruit, ruit illa profunda*
Fontis inexhauſti ſapientia, lingua diſerta.
Metropolitanus fuit Archidiaconus iſte,
Canonicus primùm, poſtremò Cœnobialis.
Quarta dies erat ante diem quo claruit orbi
Virgine de ſacrâ Chriſtus, cum tãta columna
Decidit Eccleſiæ, nulli pietate ſecundus.

Gaufridus I. ſedit ſub Archiepiſcopis
1130. Gaufrido & Hugone 3. eius ſucceſſore annis 1130. & 1131.

Vvalerannus, ſeu *Galerannus*, ſub Hu-
1139. gone 3. an. 1139. in cartulario Prioratus Salicoſani apud Velocaſſes Nor-
1143. mannos, & 1143. in tabulis cœnobij Corneuillani; Idem ſubſcribit cum Archidiaconis Eccleſiæ Rotomagenſis & aliis Abbatibus, priuilegio Hugonis Antiſtitis pro teloneo conceſſo Beccenſis Monaſterij Abbati Letardo 1144.

1157. *Gaufridus* II. 1157. & 1165. ex chartophilacio S. Audoëni.

Nevbovrg. *Robertus de Neubourg* I. cuius cognominis familia antiqua floruit in Normanniâ, memoratur in ſchedis anno

A 1182. 1184. & 1188. Teſtis in confir- 1182.
matione bonorum & Eccleſiarum Abbatiæ S. Trinitatis Exaquenſis ab Henrico Rege Angliæ & Duce Normanniæ datâ.

Ioannes de Conſtantiis I. nepos Wal- De Constantiis.
teti Archiepiſcopi nominatur in chartâ Prioratus Belliloci ad an. 1189. Fa-
ctus eſt Epiſcopus Vuigornienſis in 1189.
Angliâ 1196. Ad eum Antiſtitem extat epiſtola Petri Bleſenſis de inſtructione Epiſcopalis officij. Deceſſit an.
1198. eius obitus in veteri Necrologio 1198.
notatur ad VIII. Kal. Octob. dedit Capitulo Eccleſias de Calleuillâ & de
B Thionuillâ.

Rogerius Normannus cognomento I. Normannvs.
nominatur in chartâ Capituli an.
1199. & in tabulis Belliloci 1200. quo 1199.
anno deſiit eſſe Decanus, nam menſe Ianuario nominatur Ricardus in chartis pro rebus Eccleſiæ Sangueuillanæ.

Ricardus de Malapalude claruit an. De Malapalvde.
1202. ex chartulario Metropolitanæ baſilicæ.

Tuardus, recenſetur Decanus in donatione Vilelmi Malet domini de
C Gerardiuillâ, pro Eccleſiâ S. Honorinæ, à Valrero Rotomagenſi Præſule approbatâ, Vilelmo Archidiacono,
Rogero Cantore, & aliis Canonicis, 1203.
apud Rotomagum 1203. VIII. Idus Nouembris.

Rogerus II. 1207. ex ſchedis Belli-
locenſibus 18. Kalend. Decemb. ſub 1207.
Vualtero Archiepiſcopo; Præfuit etiam ſub Roberto Archiepiſcopo ex
actis Capituli & 1221. extat illius & 1221.
Capituli ſui litera pro vſuagio foreſtæ de Romanâ 1228. menſe Februario.

Thomas de Freauuille, filius Rogonis Freavville
D de Freauuillâ & Berthæ, quemadmodum conſtat ex veteri obituario; poſt mortem verò Theobaldi, in Archiepiſcopum eligitur an. 1229. à maiore parte Capituli, cui electioni renuntiauit in Curiâ Romanâ 1231. eodémque anno factus eſt Epiſcopus Baiocenſis.

D'azur ſemé de fleurs de Lis d'or, ſãs nombre, au chef d'or, au lion de gueulles rampant ſur le tout.

Stephanus de Caſtroduni, creatur De- Castrodvni.
canus Rotomagenſis 1233. per Mauritium Archiepiſcopum, in quem Ca-
pitulum compromiſit. 1233.

Hugo I. enuntiatur in quadam chartâ archiui capitularis, contra Mendi-

1245. cantes datâ 1245. in craſtino feſti Aſ- A
ſumptionis.

De Pise. *Hugo de Piſe* II. cognomento de
Piſis vel Piſanus, memoratur ſede va-
1247. cante in chronico Beccenſi 1247. ſcri-
pſit ad Ludouicum Francorum Re-
gem pro iure communitatis die Do-
minicâ poſt feſtum S. Bartholomæi:
poſtea Archiepiſcopus Nicoſienſis.

Bourbon l'ancien. D'or au lyō de gueulles, a l'orle de 8. coquilles d'azur. *Guido de Bourbon* filius Archembaldi
huius nominis x. domini de Borbonio,
toparcha de Neris, de Briçon, & de
Nuret, cuius extant literæ in archiuo
Pariſienſi Rationum Regiarum, veteris
inſtrumenti permutationis factæ inter
eum & Ioannem filium Ducis Bur-
gundiæ Dominum Borbonij nepotem
Agnetémque vxorem eius de villis &
patrimonio, quæ idem Decanus habe-
bat in Baroniâ Borbonienſi, apud Ro-
1276. tomagū die craſtino Aſſumptionis B.
Virginis 1276. menſe Auguſto. Obiit
1279. pridie Kal. Septemb. ex MSS.
chronico Rotomag. Teſtamenti exe-
cutorem nominauit Drogonem fra-
trem Canonicum & Capicerium Ec-
cleſiæ Carnotenſis vt habent literæ
an. 1282.

Dambleville. *Philippus de Ambleuilla*, vel *Humble-* C
uilla, electus per viam compromiſſi 26.
1281. Decemb. 1279. viuebat 1281. & 1288.

Malet. *Robertus Malet* II. cuius nomen aſſer-
1290. uatur in MSS. ad an. 1290.

Rigaudi. *Adamus Rigaudi*, qui & *de Verneau*,
præſidebat annis 1300. & 1304. ex
1304. codicibus eburneis Eccleſiæ.

Arquerii. *Petrus Arquerij*, vel de *Arquerio*, flo-
ret 1339. ex regeſtis Capituli.

Brantolomio. *Gerardus de Brantolomio*, Decanatum
gerebat an. 1356. & 1359.

Oresme. *Nicolaus Oreſme* I. 1366. poſtea Epiſ- D
copus Lexouienſis, quo nomine iura-
1378. uit in verba Eccleſiæ Rotomagenſis
1378. 18. Iunij, ex regeſtis Capituli.

Renoise. *Hugo le Renoiſe*, aliàs *L'enuoyſie*, III.
recipitur vigore gratiæ Apoſtolicæ
1406. 1379. 13. Aug. adhuc Decanus 1406.
vt docent Parlamenti Pariſienſis ta-
bulæ.

Intrantis. *Guillelmus Intrantis* I. obiit circa an.
1434.

Deschamps. *Ægidius Deſchamps*, nepos Ægidij
de Campis Cardinalis Epiſcopi Con-
ſtantienſis, ex Cancellario Rotoma-

A genſi, poſt mortem Guilelmi eligitur
IX. Martij 1434. & 28. eiuſdem men- 1434.
ſis recipitur, obiit 1438. vltimâ Octo-
bris.

Guillelmus Erard II. ſucceſſit IX. De- Erard.
cemb. 1438. ex Cantore & Cano-
nico. 1438.

Ioannes le Guillois I. per obitum Guil- Guillois.
lelmi recipitur 1440. XXV. Martij.

Nicolaus du Bois, admittitur 1445. 4. Du Bois.
Maij.

Ludouicus Bloſſet I. renuntiatur De- Blosset.
canus 1455. vltimâ Auguſti per reſi-
B gnationem Nicolai. 1455.

Ioannes Maſſelin II. creatur viâ ge- Masselin.
neralis ſcrutinij 20. Decemb. 1488. 1488.
deceſſit 27. Maij 1500.

Michael le Petit electus 26. Iunij Le Petit.
1500. ex Cantore, obiit ante confir- 1500.
mationem 22. Iulij ſequentis.

Guillelmus le Gras III. nominatus 10. Le Gras.
Septemb. 1500. confirmatur 28. eiuſ-
dem menſis, & poſtridie recipitur.

Ioannes le Lieur III. admiſſus 28. Le Lieur.
Februarij 1522. è vitâ migrauit 11. Se- 1522.
ptembris 1536.

C *Bertrandus de Marſillac* ex Cantore Marsillac.
eligitur 1537. 15. Iunij excipitur 1538.
penultimâ Aprilis, obiit 1541. vltimâ 1537.
Decembris.

Ioannes de Marſillac IV. poſſeſſio-
nem adiit an. 1543. 25. Octob. per 1543.
reſignationem Bertrandi 1541. 3. Non.
Februarij.

Antonius de Marſillac recipitur 1552. 1552.
4. Februarij per reſignationem Ioan-
nis.

Nicolaus le Roux mortuus 1561. XI. Le Roux.
Septemb.

D *Adamus Sequart* electus 1561. 27. Sequart.
Octob. viâ ſcrutinij, admittitur 10.
Nouemb. Ioanne Iubert de eodem 1561.
Decanatu literis Apoſtolicis Pij IV.
Pont. per reſignationem Nicolai pro-
uiſo.

Ioannes Iubert, V. Decanatum ad- Iubert.
eptus 1566. 22. Aprilis vigore Sena-
tuſconſulti Pariſienſis, poſt concor- 1566.
diam initam cum Adamo.

Ludouicus Marguerie, II. receptus per Marguerie.
reſignationem deceſſoris 1567. die 11.
Iulij.

Guillelmus Pericard IV. ex Cantore Pericard.

D'or au cheuró d'azur, accompagné d'vn ancre de sable, au chef d'azur chargé de trois molettes d'or.

Decanus 1594. 24. Febr. poſtea Epiſcopus Ebroicenſis.

Franciſcus Pericard 1610. 2. Octob. deinde Præſul Ebroicenſis.

Henricus Boyuin, Epiſcopus Tarſenſis & Coadjutor Abrincenſis.

BOYVIN. D'azur à 3. croiſettes d'or, 2. 1.

Claudius du Roſel I. Abbas S. Seueri & Decanus 13. Iunij 1618.

DV ROSEL.

Ludouicus Bretel III. Abbas S. Victoris in Caleto & Alneti, recipitur per reſignationem Claudij 1624. 13. Iulij, poſtea Archiepiſcopus Aquenſis.

BRETEL. Comme cy-deſſus.

Claudius Bretel de Gremonuille II. reſignatione patrui 1631. adfuit comitiis Cleri Gallicani Pariſienſibus 1645.

BRETEL.

SENONENSES
ARCHIEPISCOPI PRIMATES GALLIARVM ET GERMANIÆ.

SENS ſur la Venne.

AGENDICVM Senonum apud Cæſarem lib. 6. & 7. & Ptolemeum lib. 2. c. 8. Metropolis Lugdunenſis quartæ, ſita eſt ad Vennam in Ionam influentem. Scaliger in Notitiâ Galliæ cenſet, ab aliquibus mendosè hanc vrbem Pruuinum interpretari; quemadmodum & Braurius in notis criticis ad lib. 6. Cæſaris, Merula, cæterique inſignioris notæ Geographi, qui Marliano, Iucundo, Rhellicano, & Petro Montano non concordant, exiſtimantibus Agendicum, nunc Pruuinum vocari. Longè ante Chriſtum floruiſſe Senones, aſſerit antiquorum fides Hiſtoricorum, quidquid ſit, quod aliqui ex poſterioribus originem deducunt, à Iapeti filiis, certum eſt ex Floro lib. 1. c. 13. Gellio l. 17. c. 21. Liuio l. 5. & aliis, Gallos Senones Græcis Aſiæ, & maximè Romanis, Brenno Duce fortiſſimo, ſæuum bellum intuliſſe, quorum fuſo exercitu, Româ captâ, cæde, direptione, incendio vaſtatâ, obſeſſóque per ſeptem menſes pertinaciter Capitolio, ferè vniuerſam Remp. Romanam funditus euerterunt, ab vrbe conditâ circa an. 364. quæ res Senonum potentiam & A fortitudinem ſatis demonſtrant. Senas quoque in Italiâ ab iis nomen accepiſſe innuit Polybius lib. 2. hiſtór. Polycarpus in chronicis vult ædificatam ante Chriſtum 382. vt ibi veteranos milites bello fatiſcentes reficerent. Vide Leandrum Albertum Bononienſem in deſcriptione Italiæ cap. de Vmbris Senonibus, & Ioan. Sareſberienſem Policratici lib. VI. c. 17. & l. 8. cap. 23. Senogalliam verò in Vrbini Ducatu, à Senonibus dictam multi putant. Tempore Cæſaris ei fortiſſimè obſtiterunt ſub duce Accone; B vnde eos vt Cæſar cohiberet, legiones Agendici reliquit, ex quo colligimus vrbem fuiſſe munitam & potentem, vt vocat eam Giſlebertus monachus Senonenſis l. 2. c. 10. de miraculis S. Romani Confeſſoris Itali; vnde in Notitiâ Imperij, Lugdunenſis Quarta, quæ Senonia dicitur, Præſidem habuit Romanorum; ætate quoque Honorij ciuitas Senonis appellatur, quæ à Sidonio l. 7. ep. 5. Senonia nuncupatur; in chronicis Altiſſiodorenſi, & Lemouicenſi, Galliæ vrbs præ cæteris inſignis, tam affluentiâ opum, quàm confluentiâ populorum. Eſt autem ampla ſatis C & venuſta ciuitas, aquis per plateas artificio fluentibus, & vias mundantibus, è Lamboyâ, qui in Vennam defluit deriuatis per aquæductus in vrbem, extra quam ſuperſunt ædificiorum antiqua veſtigia. Eccleſia primaria quam S. Bernardus ep. 202. ad Clerum Senonenſem nobilem appellat; S. Stephano ſacra eſt, inter ornamenta maius altare auro, gemmis, & lapillis decoratur. Capitulum conſtat nouem Dignitatibus, quarum principem locum obtinet Decanus, & quinque Archidiaconatibus Senonenſi, Melodunenſi, Pruuinenſi, Vaſtinenſi, & D Stampenſi; numerantur parochiæ circiter 674. pluribúſque Eccleſiis & monaſteriis nobilitatur. Archiepiſcopus verò Galliæ & Germaniæ Primatem ſe inſcribit, quam dignitatem Anſegiſus Metropolitanus gratiâ Caroli Calui Imp. à Ioanne VIII. Papâ impetrauit, cum illum honore Vicariatus Sedis Apoſtolicæ in Galliâ & Germaniâ inſigniuit: huius tituli reſcriptum, videtur indultum fuiſſe ipſius perſonæ, non autem irrogatum Eccleſiæ Senonenſi; nam in Concilio Pontigonenſi, non conſenſêre Epiſcopi Gallicani huic priuilegio, & nihilominus per

vniuerſam Galliam ducentis annis nemine contradicente eo potitus eſt Senonenſis Metropolitanus, Leothericum verò à Pont. Max. Primatus confirmationem obtinuiſſe legitur apud Chronographum Altiſſiodorenſem; itémque Seuinum in Synodo Remenſi præfuiſſe clarè teſtatur Gerbertus; ex quibus conſtat exarchicâ auctoritate in Galliam Senonenſes Metropolitanos vſos fuiſſe; quæ tandem imminui cœpit, Gebuino dignitatem Primatus Galliarum impenſè ambiente, quam prærogatiuam obtinuit à Gregorio VII. Papâ, dum ipſi Lugdunenſem Primatum diplomate confirmauit, præcipuâ ratione, quod Lugdunum caput erat Lugdunenſis primæ Prouinciæ; huic nouæ promulgationi diu reclamauit, ſua priuilegia obtendens Senonenſis Eccleſia, quâ de controuerſiâ plures epiſtolas Iuonis Carnotenſis legere eſt, qui primò quidem in Lugdunenſem Epiſcopum quàm Senonenſem propenſior, ob graues cum Richerio Senonenſi inimicitias, eo defuncto ſententiam mutauit, & Primatus Lugdunenſis iugum, in detrimentum Senonenſis, cuius Suffraganeus erat, ægerrimè tulit: cúmque vtrinque literis de priuilegio eſſet diſceptatum, Daimbertus tandem conſenſum dare cogitur. Qui autem poſt hæc ſucceſſere Antiſtites aliquatenus refragati ſunt, donec Carolus Card. Borbonius Lugdunenſis Archipræſul, in Parlamento Pariſienſi cum Ludouico de Meloduno pro hac controuerſiâ litem repetens, eodem Senonenſi vadimonium deſerente, Primatus, referente Tauello, attribuitur Lugdunenſi circa an. 1426. ab hoc tempore in hunc vſque diem poſſeſſione, nemine reluctante, gaudet Lugdunenſis, cuius antiquæ dignitatis nomina quædam Senonenſi Primati tantùm ſuperſunt; eruditiſſimè porrò de hoc Senonenſi aliorúmve Patriarcharum, & Primatum origine diſſerit, Ioan. Morinus Cong. Oratorij Presbyter, exercitationum Eccleſiaſticarum lib. I. cap. 31.

Suffragans de l'Arche-ché de Sens. Troyes. Auxerre. Neuers.

Cæterùm antequam noua Metropolis Pariſienſis à Senonenſi detracta fuiſſet, ſeptem habuit Suffraganeas Sedes; at nunc ſub eâ tres tantùm comprehenduntur, ſcilicet TRECENSIS, AVTISSIODORENSIS, ET NIVERNENSIS. Abbatiæ quoque infra nominatæ in Archiepiſcopatu inueniuntur:

S. REMIGII, *S. Remy lez Sens*, O.B.

S. PETRI VIVI, O.B. *S. Pierre le Vif lez Sens.*

S. COLVMBÆ, O.B. *S. Colombe lez Sens.*

POMERARII, *fem. in vrbe*, O.B. *La Pommeraye.*

DE CALAMIS, *des Chaumes*, O.B.

FERRARIENSIS, O.B. *Ferrieres en Gaſtinois.*

DE MAVRINIACO, *Morigny*, O.B.

S. PETRI DE MELEDVNO, O.B. *S. Pere de Melun.*

ROSETI, *fem. de Villechaſſon*, O.B.

DE IARDO, *Le Iard*, O.A.

S. IOANNIS, *S. Iean de Sens*, O.A.

DE PRVVINO, O.A. *S. Iacques de Prouins.*

S. SEVERINI CASTRINANTONIS, O.A. *S. Seuerin de Chaſteaulandon.*

BARBELLI, *Barbeaux*, O.C.

DE ESCALARIIS, *des Eſchaliz*, O.C.

FONTIS-IOANNIS, O.C. *Fontaine-Iean.*

IOYACI, *Iouy*, O.C.

PRVLIACI, *Pruly*, O.C.

SACRÆCELLÆ, *Sercanceaux*, O.C.

VALLISLVCENTIS, *Vauluiſant*, O.C.

DE GAVDIO, *de la Ioye, fem.* O.C.

DE LILIO, *le Lys*, O.C.

VILLARIS, *Viliers*, O.C.

DEILOCI, *Dilo*, O.P.

S. PAVLI, *S. Paul lez Sens*, O.P.

Antiſtitum qui præfuêre huic Metropoli, res geſtas Iacobus Tauellus Senonenſis libello publici iuris fecit an. M. DC. VIII. extat quoque MSS. codex de Archiepiſcopis auctore Gofrido de Callone Monacho S. Petri Viui; ſequentem verò ſeriem, vt potuimus, ex variis Eccleſiæ Metropolitanæ tabulis, aliiſque monumentis auctiorem concinnauimus.

I. S. SAVINIANVS, à B. Petro cum Potentiano & Altino, in Gallias prædi-

prædicaturus deſtinatus, Senonenſes A populos ad Chriſti fidem, ab idolorum cultu reuocauit; hinc & Eccleſiam ſub inuocatione Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ D. Petri Viui nomen acceperit, ædificaſſe ferunt; quam aſſertionem ex actis horum Martyrum, quos ſub Nerone paſſos fuiſſe docent, veteri traditione admittit Senonenſis Eccleſia; hanc aliquibus narrationibus à veritate hiſtoricâ alienis nonnulli interpollatam eſſe dicunt; quidquid ſit, hæc monumenta ex Petro de Natalibus apud Surium recitantur; Ado quidem Viennenſis in Martyrologio, eos Martyres B ab Apoſtolis miſſos teſtatur, cum chronici Altiſſiodorenſis ſcriptor, non à Petro, ſed à Pontifice Romano miſſos doceat XXXI. Decembris: Apud Senones, inquit, Beatorum Sabiniani & Potentiani, qui à Pontifice Romano ad prædicandum directi, eandem Metropolim martyrij ſui confeſſione illuſtrem fecerunt: Vſuardi opinioni videntur ſuffragari quædam Eccleſiarum Martyrologia, ipſúmque Romanum.

2. S. Potentianvs martyrij cum Sauiniano conſors: Serotinus, Eodaldus, & Altinus cum eo pariter cæſi C ſunt; iacet in cryptâ baſilicæ eiuſdem Sancti.

3. Leontivs, quo tempore vixerit parùm liquet, vti & Polycarpus, omiſſus in chronico Altiſſiodorenſi, & à Tauello, qui nonus conſtituitur à Demochare, confuſo vt videtur ordine.

4. Severinvs, adfuit Concilio

346. Agrippinenſi 346. contra hæreſim Euphratis Epiſcopi, in quo ſententiam pronuntiauit, quæ legitur ad calcem huius Synodi.

5. Avdatvs.

6. Heraclivs I.

7. Lvnanvs.

8. Simplicivs, cuius nomen & deceſſorum Præſulum, enuntiatur in Eccleſiaſticis tabulis, ſepultúſque cum iis traditur in cœmeterio S. Sauiniani: geſta eorum penitus exciderunt ob crebras barbarorum excurſiones, quibus vexata Senonenſis ciuitas.

9. Vrsicinvs, fertur prope vrbis portam, quam nunc S. Mariæ aut S. Leonis indigetant, conſtruxiſſe cœnobium Beatorum Geruaſij & Prothaſij, vbi tumulatur XXIV. Iulij, prout refert martyrologium.

10. Theodorvs.

11. Siclinvs, nomine tenus agnitus in veteribus elenchis Epiſcoporum.

12. Ambrosivs, ob ſanctimoniam Eccleſiaſticis faſtis inſcriptus; traditur cum Theodoro & Siclino humatus in monaſterio B. Geruaſij & Prothaſij nunc diruto.

13. S. Agroecivs, Metropolitanus Senoniæ prouinciæ nuncupatur à Sidonio Apollinari lib. 7. ep. v. an. 472. dum literis eum inuitat, auxilio 472. comprouincialium Epiſcoporum deſtitutus, ob inuaſam à Gothis Aquitaniam, ad ordinationem Simplicij Bituricenſis Epiſcopi, ſic enim ait: Quaſo vt officij mei nouitatem, pudorem, neceſſitatem, ſpectatiſſimi aduentus tui omnes contubernio, tuteris auxilio. Nec te, quanquam Senoniæ caputes, inter hæc dubia ſubtraxeris intentiobus medendis Aquitanorum: quia minimum refert, quod nobis eſt in habitatione diuiſa prouincia, quando in religione cauſa coniungitur. Quapropter in conſtituendo præfatæ ciuitatis Antiſtite, prouincialium collegarum deficimur numero, niſi Metropolitanorum reficiamur aſſenſu. De cætero quod ad honoris veſtri ſpectat prærogatiuam, nullus à me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus eſt, omnia cenſuræ tuæ ſalua, illibata, ſolida ſeruantur. Ex quibus compertum eſt, Metropolitanum Senonenſem Agroecium, tunc temporis inter Gallicanos Præſules, dignitate & auctoritate præcelluiſſe: hic etiam cognomento Papæ celebratur, quod D erat peculiare clariſſimorum huius æui Epiſcoporum encomium. Poſtquam verò pluribus annis hanc Eccleſiam rexiſſet, ad Dominum migrauit annuâque feſtiuitate cultus XIII. Iunij, ſepelitur in æde S. Geruaſij, vndè ab Anſegiſo transfertur in baſilicam D. Petri: Igitur non confundendus hic Agroecius cum Antipolitano Epiſcopo, nec cum Græco Maſſilienſi, vt monent Sauaro, & Sirmondus ad eum Sidonij locum.

14. S. Heraclivs II. Remigij

ſynchronus, Remis adfuit dum Clo-
doueus luſtralibus vndis baptiſmi
496. abluitur an. 496. Eccleſiam in ſub-
urbio Senonenſi ſub inuocatione B.
Ioannis Euangeliſtæ ædificauit, puel-
larum domicilium; eo item ſedente,
vt Odotannus & Robertus in chroni-
cis ſcribunt, Theodechildis, inſigne
monaſterium ad vrbem Senonas in vi-
co Viuo, ſub tutelâ S. Petri Apoſto-
lorum Principis regali munificentiâ
condidit, ædificiis & amplis prædiis
locupletauit, vbi ſepulturæ locatur;
Heraclius autem cum fratre in præfa-
to S. Ioannis monaſterio quieſcit.

15. S. Pavlvs Heraclij germa-
nus, cuius ſolemnis commemoratio
agitur IX die Iulij, & reliquiæ aſſer-
uantur in æde maiori S. Stephani.

16. S. Leo, Concilio II. Aure-
lianenſi an. 533. & III. 538. in illo per
533. procuratorem Orbatum, in altero per-
ſonaliter ſubſcripſit; circa quod tem-
pus Childebertus Rex, Meleduni E-
piſcopalem ſedem inſtituere voluit,
538. ſed Leo Metropolitanus obſtitit, &
epiſtolâ quæ habetur tomo I. Concil.
Galliæ, eum deprecatur, ne in hac
diœceſis ſuæ parochiâ vbi nunquam
fuit, nouus ſtatuatur Epiſcopatus;
exemplar è MSS. Corbeienſi huiuſ-
modi eſt:

Domno *inluſtri, glorioſiſſimo Dom-*
no, & in Chriſto filio Childeberto Regi,
Leo Episcopvs. *Literas Celſitudi-*
nis veſtræ honore, quo dignum eſt, me indico
ſuſcepiſſe; vbi ſperare dignamini, vt ad or-
dinandum Mecledonenſem Epiſcopum, aut
præſentia noſtra adeſſe debeat, aut conſenſus.
Quam rem valde admiratos nos gloria
veſtra adeſſe debeat cognoſcatis: quòd pri-
mum ſine iuſſu glorioſiſſimi domni Prin-
cipis noſtri, filij veſtri Theudeberti Regis,
cuius ſumus regni ordinatione ſubiecti, in-
iungitis, vt ea quæ anteacto tempore facta
non ſunt, nunc præſentiâ noſtrâ aut con-
ſenſu debeant inchoari. Præcipuè nun-
quam nec ſuſpicari nec credere potuimus,
quòd hanc aut ordini noſtro, aut etiam
temporibus veſtris velletis iniuriam gene-
rari; vt diœceſim noſtram, à Deo nobis
commiſſam, & vſque nunc pontificali or-
dine Deo propitio cuſtoditam, tanquam
negligentes ac deſides, ad alterius permit-
tamus poteſtatem tranſire, aut ſollicitudi-
nem in rationabili deliberatione transfer-
ri. Vnde ſalutantes digno ac debito in
Deo caritatis affectu, rogamus & conteſta-
A *mur, ne vllus Pontificum contra ſtatuta*
Patrum audeat facere, vnde poſſit Synodali
examinatione conuictus de inlicitâ præſum-
ptione culpari. Illa tamen veſtris debent
fieri, Deo inſpirante, temporibus, vnde &
pax inter Sacerdotes eſſe poſſit, & plebs
non permittatur à paſtoris proprij cuſto-
diâ per nouam & inlicitam ordinationem
diuelli. Cuſtodite, quæſo, ſtatuta patrum
& canonum ſeueritate conſtricti, non pa-
tiamini, ſicut ſcribitis, ad petitionem eius
plebis ſuperſtite proprio ſacerdote alterum
Epiſcopum ordinari. Quia ſi hoc petunt,
quod nefas eſt credi, deſertores potiùs iu-
dicandi ſunt, quàm fideles. Et non eo-
B *rum preces facilè audiri debent à principe,*
quorum petitionibus potius generentur ſcan-
dala, quàm pax Deo amata ſeruetur. Quia
ſicut beati ſunt pedes pacem portantes, ita
væ his dictum eſt, per quos venit ſcanda-
lum. Qui ſi fortaſſe ob hoc alterum Epiſ-
copum ſibi fieri rogant, quia nos intercluſ-
ſis itineribus ad eos nec Viſitatorem mit-
tere poſſumus, nec venire, iſta culpa nos
non reſpicit: quia ſi iter à veſtrâ parte, ſi-
cut optimè noſtis, intercluſum tanto tempo-
re non fuiſſet, quamuis ſenes aut infirmi,
populum nobis Eccleſiaſticâ diſciplinâ com-
C *miſſum requirere potueramus, aut certè*
Viſitatorem, ſicut canones ſtatuunt, de-
ſtinare. Nam gloria veſtra optimè debet,
& credere & ſcire, quia ſi contra ſtatuta
canonum quicumque Epiſcoporum ſine con-
ſenſu noſtro Mecledone Epiſcopum volue-
rit ordinare, vſque ad Papæ notitiam, vel
Synodalem audientiam, tam qui ordina-
uerint, quàm qui ordinatus fuerit, à no-
ſtrâ erunt communione diſiuncti. Leo Chri-
ſti ſeruus ſubſcripſi. Iacet in Eccleſiâ
S. Geruaſij, eiúſque feſtum celebra-
tur die XXII. Aprilis in Martyrologio
Romano.

17. Constitvtvs, adfuit Sy- 549.
D nodo Aurelianenſi V. an. 549. Pari-
ſienſi II. 555. & 4. an. 573. vbi enun- 573.
tiatur cum aliis Præſulibus in ordi-
natione ſynodicâ ad Ægidium Re-
menſem.

18. S. Artemivs, genere no-
bilis, ante Pontificatum, paret Eulo-
ſiæ virginis Deo ſacratæ; chirogra-
phô firmauit canones Concilij Matiſ-
conenſis I. & II. an. 581. & 585. ci- 581.
tatúrque cap. 73. Synodi Meldenſis.
Idem interfecto Prætextato Rotoma-
genſi, delegatur à Guntramno Rege
cum Verano Cabillonenſi, & Agre-
cio Trecaſſino Præſulis ad Chlora-

rium, vt cædis vindictam expeterent; quemadmodum notat Greg. Turon. hiſt. lib. 8. cap. 31. Memoratur quo-
609. que in chronico MSS. ad an. 609. cuius feſtum Sanctorum faſtis adſcribitur die XXIII. Aprilis.

19. S. LVPVS, Beati Aunacharij Autiſſiodorenſis, & Auſtrenij Aurelianenſis Epiſcoporum nepos, nobili ſanguine progenitus Bettone & Auſtregildi parentibus, à teneris annis ſummo ſtudio educatus, auunculorum curâ inter Clericos cooptatur, inde viuis exempto Artemio poſtulatur Epiſcopus. Vix autem boni Paſtoris munia implebat, cùm æmulorum Farulfi Ducis inprimis inuidiâ, qui apud Regem gratiâ valebat, & factione Modegiſili S. Remigij Abbatis, Epiſcopatum ambientis à Chlotario in pagum Neuſtriæ prouinciæ Vinemacum protruditur, ſub cuſtodiâ Boſonis Landegiſili Ducis, à quo in villam Andeuagınâm ſuper fluuium Auciæ miſſus, populum gentilitatis errore cæcutientem ad Chriſti fidem miraculoſa virtute, ipſumq; Boſonem reduxit. Interim Senonenſes Antiſtite orbati, in baſilicâ Remigij Modegiſilum obtruncant, & legatione ad Chlotarium directâ, eum Cathedræ reſtitui ſuppliciter depoſcunt; precibus annuit, miſſóque Vuincbaldo S. Lupi Trecaſſenſis Abbate, reuocatus in Sedem exilij ſeptimo anno elapſo inuehitur; pethonorificéque exceptus à Principe, Senones populo acclamante ingreditur, vt refert vitâ eiuſdem Lupi deſcripta apud Surium. Poſtquam verò pluribus annis præfuiſſet, obdormiuit in Domino Kal. Sept. apud villam patrimonij Brignonem, quam cum aliis prædiis, Eccleſiæ Senonenſi legaſſe monumenta antiqua produnt. Humatur ad pedes S. Columbæ ſicuti præſcripſerat, cuius virginis memoriam viuus piiſſimè colue-
616. rat. Legendus Baronius anno 616. in Annal. & Martyrologio.

20. SENECIVS, expulſo Lupo ſuffectus Cathedram occupauit, ſed
623. mortuus an.623. Romam proficiſcens, non longè à Lugdunenſi ciuitate, elatus ad monaſterium Sauiniacenſe, ex fide quarumdam ſchedarum quæ nullis tamen teſtimoniis authenticis ſubnixæ ſunt; quamuis porrò Amatum Senecio ſucceſſiſſe doceat vetuſtus vitæ eius Scriptor, tamen reponendus hîc ſuo loco Richerius, qui omittitur à Tauello.

21. RICHERIVS, interfuit Concilio Remenſi in cauſâ Sonnatij Epiſcopi an. 630. teſte Flodoardo lib. 2. Hiſt. Remenſis cap. V. 630.

22. ARMENTARIVS, Synodi Cabilonenſis canones, chirographo ſuo ſubſcripſit an. 650. perperam S. 650.
Lupo, ab aliis, Artberto ſucceſſor in vulgatis catalogis tribuitur; quieſcit apud S. Remigium.

23. EMMO, ſiue EMINO, ſediſſe fertur ad an. 660. vir ſanctimoniâ 660.
conſpicuus, Synodum in Metropoli congregauit, vbi priuilegia S. Petri confirmantur, & libertatis præceptum pro monachis impetrat; ſubſcriptus item dicitur diplomati, exemptionis monaſterij S. Columbæ à ſubiectione Epiſcopali Cal. Sept. Clotario Rege. meminit Emmonis Beda lib. 4. cap. 1. hiſt. Angl. Obiit an. 675. ex chroni- 675.
co MSS. Odoranni Monachi S. Petri Viui, vbi ſepelitur.

24. S. AMATVS, Belga nobilis, apud Theodericum Regem falsò accuſatus, tanquam in eum perfidiæ crimē admiſiſſet, inſtigante impio Ebtoino Maiore Domus, causâ non diſcuſsâ ablegatur anno 679. qui tyrannus 679.
multos Præſules, aut crudeliter trucidauit, aut in exilium amandauit. Quamobrem Amatus, Peronæ Viromanduorum vſque ad mortem Vltani Abbatis exulauit, deinde B. Mauronto commendatus, Hamatici vitam exegit; poſt hæc vocatus à S. Rictrude & filio eius Mauronto, regimen Broilenſis monaſterij ab eodem ad Liſam fluuium in Flandriâ ædificati ſuſcepit; quo in loco, inquit, Molanus, monaſticam congregationem prædicatione & ſalutaribus exemplis ad annum vſque obitus 690. mo- 690.
detatus eſt; quin & Theodoricus Rex, perpetrati facinoris memor vota perſoluit, & multas poſſeſſiones ad alimoniam religioſorum contulit; Mauróntus verò non longè à Petri baſilicâ Deiparæ Virgini ædem condidit, ad quam diuino monitu aſſiſtente B. Baino Morinorum Epiſcopo S. Amati poſtea reliquias tranſtulit; exinde à Clero Meruillano Sueſſiones, tum ob excurſiones Normannorum Dua-

cum deponuntur in inſigni Eccleſiâ, A quæ hodie Canonicorum S. Amati eſt Collegium. Vide auctorem fragmenti de geſtis Dagoberti I. Regis, Molanum in Natal. Sanctorum Belgicorum ad diem XIII. Sept. Colvenerij notas ad cap. XXII. lib. I. chron. Cameracenſis. Miræum in Faſtis, & Annal. Belgicis, Buzelinum lib. I. Galloflandriæ cap. 41. & lib. 2. Annal. vbi patronus Duacenſium nuncupatur; item lib. 12. cap. 12. & Antonium Sandetum in Hagiologio Flandriæ.

25. Mederivs, eiecto Amato B ſubſtitutus, iacet in monaſterio Sancti Symphoriani in ſuburbio, quod ædificaſſe traditur.

26. Hildegarivs.

27. Avripertvs, cuius nomen eruitur ex chronico Altiſſiodorenſi.

28. Arñvlfvs.

29. Landbertvs Fontanellenſis monachus, auctore Trithemio, memoratur in faſtis Eccleſiæ, & Autiſſiodorenſi chronologo: ſed eius Pontificium, anteceſſorúmque Præſulum, fuiſſe admodum breue proba- C bile eſt.

30. S. Vvlfrannvs, gentis Friſonum Apoſtolus & prædicator, vt eſt in vitâ S. Vandregiſili, natione Gallus, ex Mauriliaco pago in agro Vaſtinenſi, natus patre Nutberto, qui in aulâ Dagoberti militauit; is ad Clericatum admiſſus in regio ſacello diu inſeruiit, tum renuntiatus Antiſtes Senonum, hanc Metropolim piè admodum adminiſtrauit, deinde verò Friſiam progreſſus, ibi gentem profanis idolorum cultibus deditam, ad Chriſti obſequium pertraxit, & quinque annis in prædicandâ doctrinâ Euan- D gelicâ ſtrenuiſſimè laborauit, quod opus S. Vuilibrordus, & Bonifacius cum ſociis feliciter proſequuti ſunt; quippe Friſonum Regem Radbodum Chriſti fidem vt profiteretur, ſuis adhortationibus effecerunt. Reuerſus autem Vulfrannus Pontificatu ſponte ſe abdicauit, & in Fontanellâ religionem profeſſus, ibi animam Deo red-
740. didit XIII. Cal. Aprilis an. 740. aliis 720 corpus Abbatiſuillæ tractus Pontiuenſis oppido primario humatum eſt, vbi habet Eccleſiam Collegialem à Comitibus Pontiui fundatam circa an. 1130. Gandauum vnà cum S. Vuandregiſilo, ad Blandinienſe monaſterium tranſlatum autumant quidam. Vitam eius à Surio publicatam ſcripſit contemporaneus Abbas Ionas. Plura etiam de Vulfranno lege apud Molanum in Natal. Sanctorum Belgicorum, Miræum in Faſtis Belgicis, auctorem vitæ S. Vuandregiſili, Gazæum in vitis Sanctorum, Odorannum, & monachum Altiſſiodorenſem in chronicis.

31. Gericvs, Tornodori nobili ſtirpe ſatus, cedente Vulfranno, ab eodem Cathedram adipiſcitur, quam per aliquot annos cum tenuiſſet, defunctus humatur in S. Petro.

32. Artbertvs, pallio donatur an. 744. Romæ inuiſit Zachariam 744.
Papam, cum epiſtolis Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, Carlomanni, atque Pipini; memoratúrque in Concilio Sueſſionenſi cap. 3. & in literis eiuſdem Zachariæ.

33. S. Ebbo, Gerici nepos, toparcha Tornodorenſis, de quo hæc notat Altiſſiodorenſe chronicon: Cum parentibus orbatus eſſet, eique caſtrum Tornodorum hæreditario iure competeret, Senonis latenter fugit, ibique in monaſterio S. Petri Viui diu Chriſto ſub Abbatis imperio militauit. Cuius loci poſtmodum Abbas factus, & inde ad Pontificatum promotus, tam ſignis effulſit quàm meritis. Seceſſit autem ſolitariam vitam profeſſus, in loco nuncupato Ars, vbi ad extremam vſque ſenectutem vitam duxit; ad ſuperos tranſlatus an. 750. 750.
Auguſti XIX. Odorannus docet iacere in monaſterio S. Petri, vbi glorioſis fulgebat miraculis.

34. S. Avnobertvs, ſucceſſoris ſui filius, ſedit poſt an. 750. hu- 750.
ius mentio habetur in vitâ D. Baboleni Abbatis Foſſatenſis, interfuitq; cum Audoberto Pariſienſi Præſule, ſolemni donationis priuilegio Brictonici fiſci à Rege conceſſo, quod ſeruatur in membranis Foſſatenſibus; anno circiter Pontificatus quinto, naturæ debitum ſoluit; tumulatus ad S. Petrum, eiúſque feſtiuitas agitur v. die Ianuarij.

35. Honvlfvs, ſuperioris pater, ordine turbato ſucceſſit filio, à quo

presbytetatus charactere initiatus, An- A
755. riſtes inauguratur anno 755. ex vereri-
bus tabulis; ſepeliti mandauit iux-
761. ta Aunobertum 761.

36. MERVLFVS, ſtatim tranſla-
tus ad aliam Eccleſiam. Qui autem
in vulgatis catalogis inſetitur Aut-
bertus, idem eſſe videtur qui Art-
bettus, ſiue Ardobertus, de quo ſu-
pra.

37. LVPVS II. morum ſanctitate
inſignis, ad Præſulatus apicem euehi-
762. tur an. 762. falsò. Remos tranſlatus
dicitur tertio anno ſequenti; de hoc
enim nulla fit mentio in elenchis Ar- B
chiepiſcoporum melioris notæ.

38. VVILICARIVS, miſſus eſt
cum aliis duodecim Epiſcopis Fran-
ciæ, ad Concilium Romanum an.
769. 769. à Stephano III. Papâ in baſili-
licâ Lateranenſi celebratum; eodém-
que anno viuis ademptus, funeratur
in S. Petro. Is ſacra pignora The-
beorum martyrum, ex Agaunenſi
monaſterio in Valleſiis, aduexit, &
in Senonenſem Eccleſiam vbi & ho-
die religiosè coluntur deportauit.

39. GOTESCALCVS, floruit cir- C
773. ca an. 769. mortuus 773. vt Eccle-
ſiaſticæ tabulæ docent.

40 S. GVMBERTVS, quem Pe-
trus Damiani lib. I. ep. IX. virum di-
gniſſimæ vitæ, chronicon S. Mariani
& Petri Viui, miraculis clarum appel-
lant, ſponte dimiſſo Archiepiſcopa-
tu Eremita vixit in montis Vogeſi
loco qui Grandunium dicitur; ad
fuit verò cum aliis proceribus & Epiſ-
copis, Conuentui Caroli Magni, vt
conſilium inirent de reprimendâ De-
ſiderij Longobardorum Regis in Ec-
cleſiam Romanam oppreſſione: fato D
778. conceſſit anno 778. Qui autem Se-
renus vulgò ſucceſſor ponitur, ſuper
inductus creditur, de hoc enim nul-
la mentio apud chronicon Altiſſido-
renſe, vti nec Tauellum.

41. PETRVS I. vitam cum morte
787. commutauit an. 787.

42. VVILEBALDVS, conſecra-
tus fertur ab Adriano Pont. ex anti-
792. quis monumentis; mortalitatem ex-
pleuit an. 792.

43. BERARDVS, Antiſtes decla-
793. ratur circa an. 793. deceſſit menſe
Maio 795. & depoſitus in baſilicâ S.
Petri.

44. RAINBERTVS, ſeu RA-
GNIBERTVS, proſapiâ inclytus eli-
gitur ad an. 796. ſub eo Aſpaſia con- 796.
didit monaſterium feminarum in vr-
be, patrono S. Maximino Treuirenſi,
quod dirutum iniuriâ bellorum nunc
eſt parochialis Eccleſia.

45. MAGNO, aliàs MAGNVS,
Romæ conſecratur an. 804. Eccle- 804.
ſiam S. Saluatoris in vineis, non lon-
gè ab vrbe Senonum conſtruxit, quæ
poſtea 1127. à Canonicis B. Stephani,
petente Ludouico Craſſo Rege dara
eſt Abbatiæ S. Ioannis, vt paret ex
autographo. Eo ſedente Carolus Ma-
gnus Imp. Eccleſiæ ſuæ priuilegia,
ornamenta, aliáque Sanctorum pi-
gnora dono contulit, referente chro-
nico Altiſſiodorenſi: hic porrò in iu-
tis ſcientiâ peritiſſimus notas colle-
git, quas eidem Carolo dicauit, & in
veteribus formulis poſt Marculfum
numero XII. ſic incipit epiſtola For-
mata Ebroini Bituricenſis, an. 810. 810.
Sancto & Deo amabili Magnoni Ar-
chiepiſcopo ex Senonicâ vrbe, ego
in Dei nomine, Ebroinus dono Dei
Archiepiſcopus ex Biturige vrbe, in
Domino Ieſu, ſalutem optamus vo-
bis in perpetuum. Actum in anno X.
Imperij Domini noſtri Caroli, &
XLIII. regni eius. Ludouicus Pius
ad eumdem epiſtolam ſcribit, de ſta-
tutis Concilij Aquiſgranenſis an. 816.
pro reformatione monachorum, &
Monialium, vt ea, in prouinciâ ſuâ
diligenter tranſcribi, & obſeruari fa-
ciat; ſub finem autem Archiepiſco-
pum ſic alloquitur: Tuam admone-
mus Sanctitatem, & ſecundum mi-
niſterium tibi diuino munere colla-
tum; noſtræ in hoc negotio ſalubet-
rimæ admonitioni obedienter atque
inexcuſabiliter pareas. Dignum quip-
pe eſt, vt quantò ſublimius ſacerdo-
tij dignitate, aliis ſuperemines, & à
nobis venerabiliter diligeris, tantò
magis ad Dei noſtrámque volunta-
tem faciendam, deuotiorem te atque
promptiorem exhibeas. Vale in Do-
mino, & ora pro nobis. Moritur
Magno circa an. 816. ex chronico 816.
Senonenſi, humatúſq; eſt in æde S.
Saluatoris.

46. HIEREMIAS, ex Abbate S.
Richarij electus anno 818. eius ordi- 818.

nationem deſignat chron. Altiſſiodo- A
» renſe his verbis: Poſt Magnum Hie-
» remias præfuit: hic prius monachus
» & procurator cœnobij S. Richarij in
» Ponriuenſi pago, cum videret poſt
» mortem Karoli Magni in eadem pro-
» uinciâ paganos diffundi; timens,
» quaſdam Sanctorum reliquias quæ il-
» lic erant ſecum accepit, Senonéſque
» deuenit, vbi cum hoſpitaretur, acci-
» dit Magnum tunc Archiepiſcopum
» decedere, móxque nutu Dei, totius
» fauore populi, meruit in Pontificem
» promoueri. Inde Miſſi Dominici mu-
nere defungitur vnà cum Donato B
823. Comite an. 823. ab Imp. Romam
delegatus ad Eugenium II. Papam,
cum Ionâ Aurelianenſi Epiſcopo 824.
Idem cum apud eundem Ludouicum
gratiâ plurimùm polleret, multa Ec-
cleſiæ Senonenſi & monaſteriis pri-
uilegia, aduerſus iudiciarias poteſta-
tes impetrauit, ſcribente Odoranno;
extátq; etiamnum in archiuis Cathe-
dralis, hac de re in gratiam Hieremiæ
datum exemplar Aquiſgrani XI. Cal.
Iunij anno Imperij 14. Eiuſdem Præ-
ſulis ſuaſu teſtauratur Abbatia S. Re-
migij Senonenſis à Ludouico Pio, vt
liquet ex originali, ſubſcripto Princi- C
patus ſui XIV. conſtruxit verò prætereà
cellam apud Aquiranos, in loco Mau-
riaco, quam deinde Nouiacum voci-
tari placuit, ſub patrocinio Principis
Apoſtolorum, in fundo S. Petri Se-
nonenſis; eam autem Theodechildis,
& Baſolus Comes Aruerniæ ob amo-
rem Dei ad ſtipendia monachorum
reliquerant, quàm poſtea conſecra-
uit Hieremias, perente Frodoberto
Abbate, vt declarat chronicon MSS.
S. Petri: inde ſacra pignora quæ Se-
nonas aſportauerat, collocauit in æde
Metropolitanâ. Odorannus teſtatur
828. mortuum VII. Idus Decemb. an. 828. D
& quieſcere in Abbatiâ S. Columbæ.
Dicitur verò philoſophicarum rerum
ſciens ac diſertus, in vetuſto codice
MSS. itaque in diplomate Ludouici &
829. Lotharij Regum an. 829. quo varia
indicuntur Concilia, ſancitur, vt in
Pariſiorum vrbem veniat futurus An-
tiſtes Senonicus, Sede ſcilicet tunc
vacante.

47. ALDRICVS Flacci Albini
Alcuini diſcipulus, & nobili genere
ex pago Vaſtinenſi oriundus, ad mo-
naſticam religionem admittitur in cœ-
nobio Ferratienſi Bethleemitano, ſub
Abbate Singulfo literis excultus, ab
Hieremiâ deceſſore presbyter ordina-
tur; mox ab Imp. in aulam euocatus
Palatij Magiſter præficitur; nec mul-
tò poſt Ferrarienſis Abbas lectus, fa-
uore Ludouici Imp. ad Senonenſes
infulas vocatur an. 830. ſic enim do- 830.
cet Lupus Ferrarienſis epiſt. 29. ad
Venilonem: Deceſſor veſter beatæ »
memoriæ Aldricus, præfati Cæſaris »
iuſſu, & mirabili bonorum anniſu, »
nobis, cum eſſet Abbas ablatus, & »
Eccleſiæ Senonicæ Pontifex factus, »
ad nos immutabiliter propoſuerat re- »
gredi, Epiſcopali curâ omiſſâ, quan- »
do hanc vitam, vt credimus, felicio- »
re mutauit. Illius meminit idem Lu- »
pus, ſucceſſor in munere Abbatiali,
non tamen immediatus, epiſt. 1. vbi
dicitur in Germaniâ ad Rabanum ſtu-
diorum causâ miſſus, & epiſt. 41. nu-
tritorem ſuum appellat. Canonico-
rum autem depravatos mores corri-
gere numquam deſtitit noſter Aldri-
cus, qui in celebri Conuentu Epiſco-
porum apud Vormaciam, monaſterij
S. Remigij res & dominia, ſpeciali
priuilegio confirmari obtinuit; hoc
etiam cœnobium antiquitus prope
ciuitatis portam ædificatum, transtu-
lit in prædium huius Abbatiæ nomi-
ne Vallilias, quod Rothildis Maine-
rij Senonum Comitis vxor liberaliter
contulerat; memoratur an. 831. in di- 831.
plomate Ludouici Pij pro reſtitutio-
ne ordinis monaſtici in cœnobio S.
Dionyſij: adfuítque Concilio Theo-
doniſuillæ in causâ Ebonis Remenſis
an. 835. vt commemorat Hincmarus 835.
poſteriori opere aduerſus Godeſcal-
cum cap. 36. narrant veteres membra-
næ Aldricum dedicaſſe monaſterium
Foſſatenſe, & à ſeculo migraſſe anno
840. VI. Idus Octob. Ferrariis, vti aſſe- 840.
rit Trithemius in chronico Hirſau-
gienſi: tumulo conditus in eodem
monaſterio.

48. VVENILO Abbas Ferratien-
ſis, ex Clerico Capellæ Regiæ Anti-
ſtes creatur an. 842. genere & doctri- 842.
nâ nobilis, Burcardi Carnutenſium
Epiſcopi conſanguineus; de cuius pro-
motione Carolus Caluus Rex in libel-
lo proclamationis cap. 1. ſic fatur:
Quia in parte regni vacabat tunc Pa- »
ſtore Metropolis Senonum, quam iux- »
ta conſuetudinem prædeceſſorum meo- »
rum Regum, Vueniloni tunc Clerico »
meo in Capellâ meâ mihi ſeruienti, »

» qui more liberi Clerici ſe mihi com-
» mendauerat, & fideliratem ſacramen-
» to promiſerat, conſenſu ſacrorum Epiſ-
» coporum ipſius Metropolis, ad guber-
» nandum commiſſi, & apud Epiſcopos,
» quantùm ex me fuit, vt eum ibidem
» Archiepiſcopum ordinarent obtinui.
Poſthæc verò eundem Carolum vn-
xit in Regem vacuá Remorum Metro-
843. tropoli 843. Iunij VI. apud baſilicam
S. Crucis Aurelianenſis, ac diademate
coronauit, necnon Ludouicum in Re-
gem Burgundræ. Præfuit inde cum
Ebroino Pictauorum Antiſtite, Con-
844. cilio Vernenſi 2. an. 844. tum in Sy-
nodo Beluacenſi Capitula erga Eccle-
ſias & Epiſcopos regni, cum Caro-
lo Principe collata tuenda ſuſcipiens
845. 845. eodem anno acceſſit ad Conci-
lium Meldenſe, ac etiam in Pariſienſi,
ſubſcriptus reperitur priuilegio Cor-
beienſis monaſterij an. 846. denique in
Sparnacenſi, & altero Pariſienſi 847.
in cauſâ Eboniani iudicij, Cariſiacenſi
848. 848. pro damnatione Gotheſcalci: quo
tempore vnà cum Gerardo Comite, ad
Amulum Archiepiſcopum Lugdunen-
ſem ſcribit epiſt. 81. Lupi Ferrarienſis,
vt Berno præficeretur Eccleſiæ Æ-
duenſi. Adfuit quoque Turonenſi Sy-
nodo 4. aduerſus Nomenoium Du-
849. cem Britannicæ gentis 849. inde præ-
ſidet Sueſſionenſi II. 853. vbi electus
iudex cum Amalrico Turonenſi in
cauſâ Clericorum ab Ebone ordina-
torum, déque Hincmari ſucceſſoris
853. promotione; ac Vermerienſi 2. 853. quo
anno, Epiſcopum Pariſienſem Æneam
ordinauit, vt teſtatur epiſt. 99. eiuſ-
dem Lupi Abbatis. Interim verò Ca-
roli Regis beneficiorum immemor, à
quo fuerat aſſumptus ad Cathedræ fa-
ſtigium, inſigni aduerſus eundem pro-
ditionis labe aſperſus eſt, cum ipſe ſo-
lus ex omnibus regni Caroli Præſuli-
bus, ad Ludouicum defecit; quam-
obrem cogendæ Synodi Tullenſis
859. apud Saponarias 859. hæc cauſa fuit;
in eâ oblatus eſt à Carolo propriâ ma-
nu libellus ille famoſæ proclamatio-
nis, vbi ſeries vitæ Venilonis, multá-
que continentur; in hoc conuentu à
Rege accuſatur, electíſque iudicibus
Archiepiſcopis, qui ad Venilonem li-
teras Synodales ſcriberent, diem dixe-
runt, vt ſeſe ab accuſatione purgaret:
nec deſtitit, quin ſequenti anno Tu-
ſiacenſi Concilio intereſſet. Ad eum
autem reſcribit Nicolaus Papa, in

A negotio Hetimanni Epiſcopi Niuer-
nenſis, pluribúſque epiſtolis Lupus
Ferrarienſis, maximè 29. 31. 73. 74. &
ſequentibus. Porrò hic notandum eſt,
illum, qui in actis Conciliorum Venilo
appellatur, Guehilonem ſcriptum legi
in Turpini fabulis, quo deinceps no-
mine ex auctore Guenilone mutuato,
etiamnum vbique locorum proditores
denotantur. Sed quid in eâ Synodo
ſtatutum fuerit, non liquet; certè nec
damnatum eo de crimine in Conciliis
legitur, quinimo vetuſta monimenta
tradunt, Senonis opera multa patraſſe,
B vt apud Odorannum & Altiſſiodoten-
ſis chronici Scriptorem obſeruatur;
baſilicam enim S. Stephani collapſam
vetuſtate Kal. Nouemb. diuino cultui
reſtaurauit: B. Sauiniani & aliorum
Martyrum corpora in æde D. Petri
847. VIII. Sept. à tumulo leuauit: nec-
non Diuæ Columbæ Eccleſiam XI.
Cal. Aug. dedicauit, factis pignoribus
eiuſdem virginis & Lupi Confeſſoris
à terrâ in decentiorem locum ſublatis.
Denique Abbatiam S. Remigij apud
Valliliäs à deceſſore inchoatam ab-
ſoluit, vbi & ſepulturæ locum delegit
C in cryptâ S. Agathæ; ad alteram vitam
migrans teſte Odoranno 865. V. Non. 865.
Maij. Chorepiſcopo vſus eſt Otardo,
qui iacet in fano S. Deſiderij extra vr-
bem.

49. EGILO, ſiue EGILVS, è Tra-
iectenſi diœceſi ortus, antea monachus
S. Petri Viui, Abbas Prumienſis, inde
Flauiniaci in Burgundiâ, Caroli Re-
gis gratiâ, conſentiente Clero & popu-
lo ad Pontificatus culmen aſcendit
an. 865. Sed quoniam ex alienâ Ec- 865.
cleſiâ & non Metropoli Senonenſi fuiſ-
ſet electus, tametſi hunc abuſum non
probaret Nicolaus I. tamen epiſt. ad
Carolum & Egilonem pallium con-
cedit, hortatus, vt qui diu in monaſte- «
D rio moratus eſſet, à priſtino voto non «
diuerteret. Subſcribit Concilio Sueſ- «
ſionenſi 3. 866. vbi Senonenſis Archie- 866.
piſcopus appellatur; deinde priuilegio
Solemniacenſis cœnobij; quem etiam
ad Apoſtolicam Sedem iter habuiſſe
teſtatur epiſtola Remenſium Clerico-
rum ad Nicolaum Papam, quæ in
Conciliis legitur; poſtea Trecaſſinæ
Synodo adfuit an. 867. & Conuentui 867.
Epiſcoporum prouinciæ Remenſis
Hincmaro Metropolitano, pro exa-
mine ordinandi Vuiliberti Catalau-
nenſis Præſulis 868. 3. Non. Decemb.

ſpiritum emiſit 870. aliis 871. ſepultúſque in Abbatiæ S. Petri oratorio Diui Stephani; quod planè confir-
870. » mant verba hæc Odoranni: Anno
» 870. obiit Egil Archiepiſcopus; qui
» priuilegium S. Petro fecit de altari
» Alſonisvillæ. Hic Lothario iuniore
» concedente, & Treiectenſium Epiſ-
» copo iubente, ex ipſius diœceſi, &
» monaſterio Promiâ aſſumptus, à Ca-
» rolo Rege in Monaſterio Flauinienſi
» Abbas eſt conſtitutus, poſtea Seno-
» num Archiepiſcopus ob ſua merita
» factus; Coepiſcopum verò in functionibus ſacris admiſit Egilus, Fulcricum.

50. ANSEGISVS frater Valæ Autiſſiodorenſis Epiſcopi, Abbas S. Michaelis, maximâ nominis celebritate inter ætatis ſuæ Antiſtites claruit; is enim natione Gallus, & è diœceſi Remenſi originem ſortitus, ad hæc ſummis ingenij ornamentis cumulatus ad Pontificatum Senonenſem eue-
871. hitur an. 871. Iunij 21. vt docet exemplar epiſt. quod in archiuis S. Remigij Remenſis ita inſcribitur: DOMINIS *reuerentiſſimis ac venerabilibus Senonum diœceſeos Patribus & Epiſcopis, Senonum Eccleſiæ Clerus, cum totis eiuſdem parrochiæ plebibus ſibi coniunctis, pacem perpetuam & gloriam ſempiternam, ſemper & vbique optamus in Domino. Canonicis Regulis & apoſtolicis inſtitutionibus ſancitum eſſe recolimus, vt quoties Metropolis ciuitas pontificalis miniſterio dignitatis caruerit, proprióque vacauerit paſtore, Suffraganei eiuſdem Metropolis conuenire debeant, & electionem futuri Pontificis cum conſenſu Cleri & plebis facere, ac cum decreto electionis, ſingulorum petentium manibus roborato, Suffraganeos adire debeant Pontifices, ac de ſubſtituendo in loco eius qui deceſſit paſtore petitione ſupplici commonere, quatenus & Metropolis ciuitas paſtorali ſollicitudine deſtituta, proprio recuperetur Pontifice, & qui ordinandus eſt gratioſiùs poſſit accedere. Quoniam cui debet ab omnibus obediri, debet vtique & ab omnibus eligi, ne ciuitas Epiſcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religioſa quàm conuenit, cui non licuerit habere quem voluit: hij verò qui ordinaturi ſunt, cum in quem viderint omnium vota perpenſiùs concordare, promptiùs ac liberiùs illi poſſint manus imponere. Idcirco cum decreto electionis noſtræ, manibus ſingulorum noſtrorum roborato, ad paternitatem veſtram accedentes,* ANSEGISVM *presbyterum Remorum diœceſeos, Eccleſiæ autem Beluacenſium, atque Abbatem Monaſterij Sancti Michaëlis, quem per licentiam veſtram, patres venerandi, domino etiam Chriſtianiſſimo Rege Karolo annuente, ſecundum decreta Cæleſtini Papæ, ex propriâ Eccleſiâ deficiente electione, pari conſenſu ac concordiâ, voluntate ac deuotione elegimus nobis & Eccleſiæ noſtræ Epiſcopum atque Pontificem, per manum veſtram conſecrari implorantes petimus, rogamus, atque precamur. Elegimus autem eum nobis fore paſtorem, quem Apoſtolica formæ, quâ Epiſcopum ornatum Paulus Apoſtolus eſſe debere demonſtrat, congruere, & ſacris canonibus non obuiare, Chriſti cooperante gratiâ credimus. Actum v. Kal. Iulij in baſilicâ beati Stephani protomartyris. Anno Incarnationis Domini* D. CCC. LXXI. *regni verò Domini Karoli glorioſi regis* XXXI. *Indictione* IV. Apud Carolum quem vnxit Regem hic poſtea deligitur, vt fideli operâ & induſtriâ, cum Ioanne VIII. de Imperij inſignibus ageret, quod munus ſolertis ingenij vigilantiâ confecit, nam à Pontifice in Italiam euocatus Carolus, præmiſſâ ſolemni legatione, Iaderici Veliternenſis, Formoſi Portuenſis, & Ioannis Alatrini Epiſcoporum, Romæ continuò inauguratur, & Anſegiſo hac potiſſimùm functione benè merito parem gratiam referre aggreſſus, Primatum per Gallias & Germaniam pro eo impetrauit: inſupérque deſignatus Apoſtolicæ Se-
dis Vicarius, anno 876. Ianuarij 2. 876.
cuius priuilegij reſcriptum habetur in codice S. Petri Bellouacenſis eo tenore:

IOANNES *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus ſanctiſſimis Epiſcopis per Gallias & Germanias conſtitutis. Veſtræ omnium innoteſcimus Sanctitati, quia pro alleuiandis multiplicibus oneribus Eccleſiaſticis, quibus quotidie ſatis abundéque deprimimur, quibus maximè ſuper negotiis ex Galliarum & Germaniarum partibus nobis aſſiduè deſtinatis artamur, conſtituimus Anſegiſum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, Senonenſis Eccleſiæ Præſulem, qui quotiens vtilitas Eccleſiaſtica dictauerit, ſiue in vocandâ Synodo, ſiue in aliis negotiis excercendis per Gallias & Germanias vice noſtrâ fruatur. Et volumus, vt decreta ſedis Apoſtolicæ per ipſum vobis manifeſta efficiantur, & rurſus quæ geſta fuerint, eius nobis relatione, ſi ne-*

ceſſe

ceſſe fuerit, pandantur: vt maiora negotia, ac difficiliora quaque ſuggeſtione ipſius à nobis diſponenda, & enucleanda quærantur. Quapropter vos huic piæ ſanctioni omnimodis intendentes, quæ ſuper hoc Apoſtolicâ authoritate decernimus, vnanimes admittite. Talem quippe illum agnouimus, talémque circa Sedem Apoſtolicam deuotum, & in commiſſo fidelem reperimus, vt meritò ei talia committi poſſe ducamus: quin & his maiora conferri debere illi ſine cunctatione credamus, pro ſuâ ſcilicet ſanctitate, & fidei merito, atque diuinitus ſapientiæ dono conceſſo. Optamus vos benè valere. Data IV. Nonas Ianuarij Indict. IX. Interea ne effectu careret hæc conceſſio, quam ab Epiſcopis Gallicanis confirmari optabat Anſegiſus, Concilium Pontigonenſe prope Vitriacum congregatur an. 876. cui adeſſe voluit Carolus Imp. ibi adſtante celebri Antiſtitum conuentu, ipsiſque Apoſtolicis Legatis, recitatæ ſunt epiſtolæ Ioannis Papæ, quibus eidem Anſegiſo Vices ſuas ita committebat, vt is Primatum obtineret per vniuerſas Gallias & Germaniam; repentè huic conſtitutioni refragati ſunt penè omnes Epiſcopi, Hincmarus in primis, hæc contra antiqua priuilegia & canones receptos in Galliâ fieri; Rex vrgere nihilominus Epiſcopos non deſtitit varijs iuſſionibus, vt mandatis Apoſtolicis conſentirẽt; ſed cum nouo Primati aduerſarentur, nec eius decreto obedirent, motus ait Aimoinus lib. 5. c. 33. Imperator, dixit, quòd Dominus Apoſtolicus ei ſuas vices commiſit in Synodo, & quòd iſdem præcepit, ille exequi ſtuderet: & accepit ipſam epiſtolam inuolutam, vnà cum Ioanne Tuſcanenſi, & Ioanne Aretino, & dedit illam Anſegiſo, iuſſitque ſellam plectilem poni ante omnes Epiſcopos Ciſalpini regni ſui, iuxta Ioannem Tuſcanenſem, qui ad dexteram illius ſedebat: & præcepit Anſegiſo vt ſupergrederetur ante ſe ordinatos, ac ſederet in eadem ſellâ; Remorum Archiepiſcopo reclamante, audientibus omnibus, hoc factum ſacris regulis obuiare. Continuatori Aimoini à quo excerpta hæc hiſtoria Conciliorum actis inſerta, ſuffragatur etiam Odorannus: at ſolutâ poſtmodum Synodo cui Anſegiſus ſpecioſo titulo Apoſtolicæ Sedis & Papæ Vicarij ſubſcripſit, Hincmarus, qui conſenſum non dederat, Præſulibus prouinciæ ſuæ mandauit, illa quæ promulgata fuiſſent decreta Synodi Pontigonenſis non debere ſeruari, eò quod Epiſcopi reclamati fuiſſent; tunc à Carolo iterum Romam cum Legatis Apoſtolicis miſſi ſunt, idem Anſegiſus, & Adalgarius Auguſtodunenſis, vt tradit Aimoinus; Poſt hæc autem reuerſus, Synodo Trecaſſinæ II. interfuit an. 878. & ab 878.
eodem Papâ Ioanne, in cuius epiſtolis crebra Anſegiſi mentio extat, multis donatur muneribus reliquiarum, quibus locupletauit S. Petri ſacrarium, vt notant idem Odorannus & Altiſſiodorenſis ſcriptor his verbis: „Hic corpora Sanctorum Præſulum & Confeſſorum Leonis, Vrſicini, Ambroſij, atque Agricij, in monaſterio S. Petri tranſtulit, & ab vrbe Româ caput S. Gregorij Doctoris plumbo incluſum, cum brachio S. Leonis Doctoris, deferens in eodem monaſterio, conſeruandum repoſuit. Huius temporibus corpora SS. Martyrum Sanctiani, atque Auguſtini de villâ Sancceias à fratribus dicti loci, & presbytero Eodaldo tranſlata ſunt in eodem monaſterio 8. Cal. Iulij. Præterea Anſegiſus, poſtquam Primatum totius Galliæ obtinuit, & ſupernâ moderatione Secundus Papa appellari meruit, Iudæos certâ de cauſâ, & Moniales ab vrbe Senonicâ expulit; & ne vlterius in eâ habitaculum manendi haberent, ſub anathematis ingulo interdixit. Scribit porrò Altiſſiodorenſis monachus, ab Hugone S. Germani Abbate prædictum Anſegiſum corpus Diui Romani obtinuiſſe, quod cœnobio S. Remigij donauit. His geſtis clarus Pontifex in Domino obdormiuit an. 883. 25. Nouemb. in 883.
oratorio S. Bartholomei ad B. Petrum tumulatus hoc epitaphio;

Antiſtes SENONVM, *reuerentia magna potentum,*
ANSEGISVS *in hoc conditus eſt tumulo.*
Vt Primas fieret Gallorum, Papa Ioannes
Inſtituit, meritis hoc tribuendo ſuis.
Carli Romanâ cinxit caput iſte coronâ,
Et dedit in cunctos Imperium populos.
Gregorij Papæ ſecum caput abſtulit, inde
Hic locus oſſa fouet, ſpiritus aſtra tenet.

Ceterùm nonnulli malè Anſegiſum Senonenſem, cum altero eiuſdem nominis antiquiore, Abbate Lobienſi confundunt, qui Caroli Magni & Ludouici capitula in quatuor libros digeſſit an. 827. vt Valerius Andréas in

Bibliothecâ Belgicâ, Petrus Pithoeus A
præfatione Capitulationum, Antonius
Auguſtinus lib. 2. de Emendatione
Gratiani dialogo 10. Trithemius, & alij
tradidêre.

51. Evvrardvs ex Abbate ſeu
Præpoſito Sanctæ Columbæ eligitur
883. 883. ſub cuius regimine ciuitas Nor-
mannorum oppugnatione multa dam-
na patitur; cœnobium enim S. Re-
migij incendio abſumptum, munifi-
centiâ huius Præſulis, & Ricardi
Burgundiæ Ducis denuò inſtauratum,
vti & monaſteria S. Virginis & Bea-
torum Geruaſij & Protaſij; has inter
Senonenſis Eccleſiæ calamitates fato B
raptus eſt Eurardus Cal. Februarij an.
887. 887. humatur in æde S. Columbæ;
de quo ſic canit Abbo Beati Germa-
ni monachus lib. de obſidione Pari-
ſiacâ:

Tempeſtate ſub hac Hugo Princeps obit Abba,
Evrardo *Senones viduantur Præſule docto.*

52. Vvalterivs i. Aurelia-
nenſis Epiſcopi cognominis nepos,
ſcientiâ & nobilitate clariſſimus, in
chronico Altiſſiodorenſi, Senonen-
887. ſes infulas obtinuit 887. hoc item C
anno, Odonem Roberti Andegauen-
ſis Comitis filium, Regem Franciæ
conſecrauit, vt refert idem Odoran-
nus, & Rodulphum Burgundum 923.
XIII. Iulij in baſilicâ S. Medardi
Sueſſionenſis. Teſtatur verò Flodo-
ardus, Senonas Garnerio Comite ob-
896. ſidione cinctas 896. à Richardo Bur-
gundiæ Duce; at Vualtherius carce-
ri per nouem menſes mancipatur, ob
quaſdam quæ intercesserant conten-
tiones, quòd cum Formoſus Papa reſ-
ciſſet, omnes conſilij fautores ana-
themate multauit, nec prius è cuſto-
diâ liberatur, quàm fide & obſidibus
datis. Exinde Senonenſis vrbis do- D
minium tenuit Richardus, eóque de-
functo Rodulfus Rex filius, qui mor-
tuus 936. iuxta patrem tumulatur in
templo Sanctæ Columbæ. Anno ve-
923. rò 923. interiit Vvalterus XIII. De-
cemb. humatuſque eſt in S. Petro, cu-
ius Eccleſiæ monachis priuilegium
de Abbatis electione tranſmiſit; Eiuſ-
dem porrò Archiepiſcopi, qui me-
moratur in chartis Abbatiæ Arrema-
renſis, conſtitutiones Synodicæ ex-
tant tomo tertio Bibliothecæ Pa-
trum.

53. Vvaltervs ii. ſuperioris
nepos, ex Cathedralis Canonico no-
minatur Nonis Iulij 923. à paganis in- 923.
terfectus, ſepelitur anno 927. iuxta
patruum.

54. Adaldvs an. 927. reſtaura- 927.
tor Eccleſiæ B. Mariæ, Canonicis S.
Stephani apud Ebrolam vicum lati-
fundia plurima conceſſit, vt eſt in
veteribus tabulis; Deceſſit 7. Calend.
Octob. 933. primus Metropolitano- 933.
rum in baſilicâ Senonenſi tumulo tra-
ditus retrò maius altare; alij huma-
tum volunt in S. Columbâ.

55. Gvilelmvs i. monachus
S. Petri Viui, à quibuſdam dicitur
ordinatus circa an. 933. conſtituit Ari- 933.
gundum S. Petri Cœnobiarcham mo-
nitu B. Odonis Cluniacenſis. Idem
quoq; ab optimatibus regni delectus
in Angliam ſe contulit ad Ludoui-
cum Vltramarinum Regem, quem
apud Laudunum Clauatum ab Artal-
do Remenſi conſecrandum deduxit,
vt narrant chronicon Altiſſiodorenſe,
& S. Mariani, Flodoardus lib. 4. c.
26. Aymoin. l. 4. c. 42. & alij hiſto-
rici. Obiit die 18. Cal. Septemb. an.
946. iacétque in fano S. Columbæ, 946.
quod ſub eius regimine flammis ab-
ſumitur.

56. Gerlannvs, ex Religio-
ſo S. Germani Autiſſiodorenſis ad Ar-
chiepiſcopatus apicem euectus an.
946. quem Flodoardus in chronico 946.
Gerlandum vocat, & vrbe ſuâ eiectum
à Fromundo ſcribit, tanquam is fa-
uiſſet Valoni, clienti Heriberti Co-
mitis, qui Fromundum ab eodem op-
pido expulerat; ædificauit turrim in
S. Petro affabrè conditam, & ad me-
liorem vitam transfertur an. 954 Non. 654.
Aug. ſepultus in Eccleſiâ eiuſdem
D. Germani Autiſſiodori.

57. Hildemannvs ex mona-
cho S. Dionyſij ſuffectus 954. quo
tempore ſubſcriptus legitur cartæ in-
ſtaurationis monaſterij S. Petri in Val-
le Carnotenſis, cum Turonorum Ar-
chiepiſcopo; & an. 958. fundatur cœ- 958.
nobium B. Saluatoris prope Brayum
ad Sequanam. Viuis exceſsit 959. 959.
Non. Aug. conditus in eadem Ab-
batiâ S. Petri.

58. Archembaldvs de
Troyes, regiâ proſapiâ ortus Ro- Troyes.
berto Trecenſi Comite è lineâ Viro-

manduenſi, & Aleide Burgundâ co- A
gnomine Vuerrâ, auctore Tauello;
ſed parentum potius quàm Dei pro-
batus examine, & Raynaldi Comitis
ſuffragio factus potentior, adhæc non
canonicâ electione nominatus die 24.
Iunij, conſecrationis tamen munus ex-
959. cipit an. circiter 959. à Ioanne XII.
Papâ, vt refertur apud chronicon ve-
tus MSS. Idem verò in delitiis enutri-
tus, & prophanæ vitæ ſectator, ſacra
neglexit; quin & continuator Aimoi-
ni notat lib. 4. c. 43. obortâ conten-
tione inter Anſegiſum Epiſcopum
Trecenſem, & Robertum Archem- B
baldi patrem, cum vtrinque ad armâ
deuentum eſſet, Otho Imp. Saxones
Duce Helpone in ſubſidium Epiſcopi
miſit, Senonenſiſque Metropolitanus,
adiuncto Rainardo Comite Senonico
eius conſanguineo, in loco Villari
exercitum profligauit: quo triumpho
elatus Archembaldus, nihilò ſecius ad
Epiſcopales functiones animum ap-
plicuit, ſed vitæ ſolutæ deditus, quem-
admodum apud Altiſſiodorenſem ſcri-
prorem aſſeritur; inſuper D. Petri Ab-
batiam turpiter vexans, Eccleſiæ or-
namenta & patrimonia ſuos in vſus di-
ſtraxit. Eius porrò interitum, baſilica-
rum SS. Stephani, Mariæ, & Ioannis C
conflagratio præceſſit, igne abſumpta
Cathedralis bibliotheca 962. necnon
Canonicorum clauſtrum. Cum verò
interfuiſſet reuelationi tumulorum D.
Lupi & Columbæ virginis, adhuc iu-
uenis repentino obitu occubuit anno
968. 968. Aug. 29. à B. Sauiniano percuſ-
ſus qui ipſi in ſomnis apparuerat, eum
admonens vt reſipiſceret, cuius rei fi-
des eſto penes chronicon ſancti Pe-
tri, in cuius cœnobij capitulo ſepeli-
tur.

59. ANASTASIVS, annuente Lo-
thario Rege aſſumptus, apud Apinia-
cum conſecratur, qui in chronico Al- D
» tiſſiodorenſi, vir miræ ſanctitatis & ab-
» ſtinentiæ, eleemoſinarum diſtributor
» largiſſimus, & Clericorum nutritor di-
» citur. Metropolitanam S. Stephani
reſtituere aggreſſus, fato eripitur an.
978. 978. 7. Ianuarij, & iacet in D. Petri
Abbatiâ.

60. SEVINVS, Rainardi I. Co-
mitis Senonenſium ſororis filius, auun-
culus Rainardi Abbatis S. Petri, auum
habuit Fromundum Vicecomitem;
cúmque claritudine generis, & egre-
giâ virtute eſſet inſignis, Canonicorum

votis eligitur Antiſtes, & Autiſſiodo-
ri XIII. Iulij inunctus an. 978 pallio 978.
ornatur Romæ à Ioanne XV à quo in-
ſuper Primatus Senonenſis confirma-
tionem obtinuit; præterea cenſuris
Eccleſiaſticis idem Pontifex Rainar-
dum Comitem percuſſit, qui Seuino
infenſus multa damna intulerat; ſed
poſt varias altercationes pace ſancitâ,
in Cathedralem ſuam excipitur, quam
die v. Octob 983. præſentibus Autiſ- 983.
ſiodorenſi & Niuernenſi Epiſcopis ſo-
lemniter dedicauit; ad eiúſque inſtau-
rationem incumbens, conſtructo pala-
tio Pontificio, incœptam baſilicam per-
fecit, multis donis, ac tabulâ aureâ
exornauit. Concilium prouinciale ce-
lebrat an. 986. in Eccleſiâ Metropoli- 986.
tanâ, cuius Synodi canones, Seuinus
peccator ſigillo ſuo approbat, vnà cum
Odone Carnotenſi, Rainaldo Pari-
ſienſi, Manaſſe Aurelianenſi, & Milo-
ne Trecenſi Epiſcopis, regnante Hu-
gone Rege, menſe Martio, Grimerio
Cancellario ſubſcribente, teſte veteri
chronico Senonenſi. Cœnobium quo-
que B. Petri Melodunenſis reſtituiſſe
dicitur ex antiquis tabulis an 999. & 999.
in Conuentu Epiſcoporum primus iu-
dex ſedit in Concilio Remenſi, pro Ar-
nulpho è Cathedrâ eijciendo, & ordi-
nando Gerberto; cui decreto cum ce-
teri Epiſcopi conſentirent, reclamauit
Seuinus, id legitimè fieri non poſſe
contra Pontificiam auctoritatem, ſed
& Regem acrius redarguens, magnum
in ſe odium concitauit; nihilominus
mandato Apoſtolico fretus, quo Ar-
nulphi cauſa diſcuſſa eſt, Seguinus
eum priſtino honori reſtituit, vt affir-
mant auctuarium Aimoini l. 5. cap 45.
& Baronius in Annalibus Moritur
an. 999 Aimoino autem 1000. XVI. 1000.
Cal. Nouemb. Indict. XIII. Sepultus
eſt in Capitulo S. Petri Viui, Archie-
piſcoporum olim tumulo gentilitio,
cui tale epitaphium exaratum eſt:

Hic humilis tumulus meritò cunctis vene-
randus,
SEVINI *membra continet egregia.*
Angelicam cuius felix animam Paradiſus,
Paſtorum ſancto poſſidet in numero.
Qui mitis ſanctæ pro religionis honore,
Hîc in Sede ſedens, multa tulit patiens.
Iamque ſenex factus, migrauit in aſtra lo-
candus,
Cui parcat petimus cunctipotés Dominus.

Huius præclarè geſta ſic recitat Odo-

» rannus : Anno 999. obiit SEVINVS A
» Archiepiſcopus, qui iacturam Mona-
» ſterij S. Petri, quam Anaſtaſius ante-
» ceſſor eius releuare cœperat, in priſti-
» num reſtituit ſtatum ; ibíque ſub di-
» ſtrictione regulari ordinauit Abbatem
» Rainardum ; cuius etiam corpus in
» eodem Monaſterio eſt ſepultum. Hic
» ab vrbe Româ per manum Ioannis
» Papæ Archiepiſcopale pallium, quo
» anteceſſores eius infulati ſunt, & Pri-
» matum Galliæ ſuſcepit. Hic etiam
» monaſterium S. Petri Milidunenſis ab
» imo releuauit, & monachos in illo
» mittens, Abbatem Vualterium eis præ- B
» fecit. Hic matrem Eccleſiam S. Ste-
» phani, quæ igne cremata fuerat, ab
» epiſtiliis erigens, & ex integro perfi-
» ciens, ſigois & ornamentis Eccleſiaſti-
» cis decorauit, & adiunctis ſibi Milone
» Epiſcopo Trecaſſenſium, & Eriberto
» Autiſsiodorenſium, Rocleno quoque
» Niuernenſium, cum maximo honore
» dedicauit; tabulam quoque ex auro &
» argento ante altare S. Stephani con-
» ſtruxit, de quâ poſtmodum ante mo-
» naſterium facta eſt turris. huc vſque
hiſtoricus.

61. LEOTHERICVS diſcipulus
Gerberti poſtea Papæ Silueſtri ſecun- C
di, ex Archidiacono Senonenſi an.
1000. 1000. de cuius ordinatione hæc fatur
Aimoini continuator lib. 5. c. 46. An-
» no Dom. M. Indict. XIII. XVI. Cal.
» Nouemb. tranſiit ad Chriſtum Se-
» guinus Metropolitanus Epiſcopus.
» Poſt tranſitum eius, ſtetit Eccleſia
» Seoonica ſine benedictione ſacerdo-
» tali, anno vno. Adclamabat autem
» omnis populus ſibi ordinari LEOTHE-
» RICVM, nobiliſſimis ortum natalibus,
» tunc Archidiaconum, omni bonitate
» conſpicuum, ſed reſiſtebant quam-
» plurimi Clerici, cupientes epiſcopa-
» lem conſcendere gradum ; præcipuè
» verò Frotmundus Comes, filius Re- D
» nardi Vetuli, hoc non permittebat
» fieri, eò quod haberet filium Cleri-
» cum Brunonem, volens eum facere
» Epiſcopum. Dei autem nutu con-
» gregati Suffraganei Epiſcopi Senoni-
» cæ Eccleſiæ, cum voluntate & au-
» ctoritate Apoſtolicâ, ſublato omni ti-
» more humano, ſolemniter ordinaue-
» runt Leothericum in Sede Pontifica-
» li, vt præeſſet Eccleſiæ Senonenſi.
Cum igitur odio eſſet apud Fromun-
dum, pro filio Brunone, vt dictum
eſt, infulas ambiente, vrbis aditum
Leotherico prohibens, is Romam ad
Silueſtrum ſe contulit, à quo Prima-
tu, pallióque donatur; & ne in poſte-
rum pontificiæ poteſtati refragaretur,
ſcripſit Papa ad Regem & Suffraga-
neos Præſules, pro interdicto Fro-
mundi, ac tandem Clero & populo
aſſentiente, ad Cathedram excipitur
Archiepiſcopus. Interim graues inimi-
citiæ Fromundi morte non ſopitæ
ſunt, quin potius Rainardi filij diſ-
cordiis adeò efferbuêre, vt miris mo-
dis dirè laceſſitus Leothericus, ac de
ipſius à Sede expulſione certior fa-
ctus, ad Robertum Regem querimo-
niam detulerit vſus conſilio Rainaldi
Pariſienſis Epiſcopi, qui indignatus
tantam iniuriam inferri, coactis co-
piis vrbem occupauit an. 1015. 10. Cal. 1015.
Maij, Comite fugâ ſe ſubducente.
Poſtea Regi & Archiepiſcopo recon-
ciliatus, in dominium pacto fœdere
reſtituitur : ſed nihilominus eidem
Antiſtiti ſemper infeſtus, ad vltimum
vſque diem ipſum inſectatus eſt ; de
cuius tyrannide multa refert Autiſ-
ſiodorenſis monachus. Subſcribit por-
rò reſtaurationi Abbatiæ Latiniacen-
ſis 1018. & dedicationi S. Aniani Au- 1018.
relianenſis 1029. euocatus à Roberto
Rege interfuit, necnon Synodo Ca-
lenſi. Quod autem pro quibuſdam
cauſis probationem exegerat de cor-
pore Domini Leothericus, à pio Prin-
cipe correptus, deſtitit à prauo dog-
mate, quod paulatim in dies creſcebat,
vt ſcribit Helgaudus Floriacenſis in
epitome eius vitæ. Fulbertus Carno-
tenſis hunc Metropolitanum Prima-
tis ſui titulis inſigniuit ep. 31. aliáſque
plures ſcribens, inprimis alterâ gra-
tulatur ei, de inuentione reliquiarum
ſacrarum in Eccleſiâ Senonenſi, cu-
ius commemoratio agitur die S. Theo-
phaniæ. Tandem meritis clarus fato
ſuo fungitur an 1032. Iunij XXVI. tu- 1032.
mulatus poſt maius altare S. Stepha-
ni ; Sic enim Odorannus in chroni-
no. Obiit Leothericus Archiepiſco- »
pus, hic dedit S. Petro villam quæ »
Arcia dicitur, cum duabus Eccleſiis »
S. Michaelis, S. Mariæ, Sanctique »
Ebonis ; & terram de Tillido. Hic »
per manum Gerberti Papæ, qui & »
Syluester dictus eſt, pallium Archi- »
epiſcopale Romæ ſuſcipiens, Prima- »
tum etiam Galliæ per baculum eius »
recepit. Eo defuncto, vnum è ſuæ gen-
tis nobilibus Antiſtitem conſecrari

mandauit Rex Henricus 1. ſed Odo Comes, alterum competitorem delegauit, quemadmodum auctor eſt Glaber Rodulphus lib. 3. hiſt.

62. Gelduinus, Henrici Regis fauore ſubnixus inauguratur Lu-
1033. tetiæ an. 1033. xv. Cal. Nouemb. repulſo Mainardo, in quem Cleri & populi ſtudia propendebant, vt qui Odonis Comitis Campaniæ conſanguineus. At verò poſt multas contentiones ciuitate occupatâ, & pactis conditionibus Regi reſtitutâ, Gelduinus ad Cathedram recipitur. Conuocat Synodum prouincialem Stam-
1048. pis, & alteram apud Senonas 1048. in quâ fundationem monaſterij S. Aigulfi Prouinenſis à Theobaldo Comite Campaniæ factam confirmat. Deponitur autē in Concilio Remen-
1051. ſi an. 1051. ſimoniacæ labis inſimulatus; narratque Autiſsiodorenſis Chronographus, eodem tempore Radulpho Comiti caſtra paterni iuris, pro eius reſtitutione in Pontificatu dediſſe, ſed omni honore priuatus, & ab Archiepiſcopatu profugus miſerrimè interiit; parum verò æquus videtur idem hiſtoricus, cùm illum Diui Petri cœnobium ornamentis, prædiis, aliiſque rebus ſpoliaſſe incuſat.

63. Mainardus, Senonenſis Eccleſiæ Theſaurarius, nobilitate generis & prudentiâ inclytus, patre Mainardo Vicecomite natus, Antiſtes poſtulatur, ſed obſtitit Regis voluntas, vt prodit excerptum breuis chronici
» Odoranni ſequentibus verbis: Anno
» 1032. deceſſit Leothericus, & Geldui-
» nus in Sede ſublimatus, non electione
» Cleri vel populi, ſed muneribus. Mai-
» nardum Clericum prudentiſſimum ip-
» ſius Eccleſiæ Theſaurarium, virum
» nobiliſſimum, in ipsâ vrbe maiorem
» & primum, omnis populus à minimo
» vſque ad maiorem ad Epiſcopatum
» quærebant, ſed vicit potentia Regis.
» Qui Gelduinus, apud Pariſium ſuſce-
» ptâ benedictione Pontificali 15. Cal.
» Nouemb. nullo modo ciuitatem Se-
» nonas intrare potuit, reſiſtentibus O-
» done Comite, Daimberto Vicecomite,
» & fratre eius Mainardo ſupra memo-
» rato & cæteris proceribus. Igitur repulſam paſſus, vacante Cathedrâ Trecaſſinâ in Epiſcopum aſſumitur, vnde ad hanc Metropolim transfertur, ſub
1051. an. 1051. quo exauthoratus eſt deceſ-

A ſor, ſic enim proſequitur idem Odorannus. Sequenti tempore Gelduinus «
peractis in Epiſcopatu annis decem & «
octo, proiectus eſt de Pontificatu à «
Leone Papâ & Rege Henrico, gau- «
dentibus Clericis & lætante populo; «
cui ſucceſſit Mainardus Epiſco- «
pus Trecaſſenſis. Poſtea ipſo Geldui- «
no reclamante ſe iniuſtè depoſitum, & «
Mainardum intronizatum, authoritate «
Papæ Leonis conuocati, & in Conci- «
lio diiudicati, amiſit vterque donum «
curæ Paſtoralis. Poſtea verò propter «
vtilitatem tam Eccleſiæ Senonenſis, «
B quàm totius patriæ circumiacentis, «
totiúſque Concilij concordante con- «
ſenſu, Mainardus eſt reſtitutus, Gil- «
duinus autem pro ſuâ miſerabili vitâ «
deiectus, omni honore eſt priuatus. «
Reuerſus námque à Româ, Radul- «
phum Comitem adiit, & caſtella «
quæ ei ex paterno iure contingebant, «
vt ſe adiuuaret, dedit, ſícque ſe ab «
omni honore expulit; Dominus verò «
Mainardus rediens ab Apoſtolicâ Se- «
de, Clerum & populum lætum pro- «
pter ſe inuenit, & in pace rexit. Cum «
aliis Præſulibus deinde adfuit conſecrationi Philippi 1. an. 1059 nomina- 1059.
C túrque 1060. in cartâ Henrici Regis pro inſtauratione monaſterij S. Martini Pariſienſis. Cæterùm Eccleſiaſticæ diſciplinæ prouidens, omnes prauas conſuetudines, quæ ſub deceſſore inoleuerant, abrogauit, expletíſque in Pontificatu annis xii. menſibus iii. diebus 8. vitam cum morte commutauit an. 1062. humatus in capitulo S. 1062.
Petri iuxta parentem & fratrem Daimbertum Vicecomites Senonenſes; Epitaphij titulus in præfato chronico is eſt:

Carus amor Regum, patriæ decus, arma parentum,
D *Præſul* Mainardus *hîc iacet egregius.*
Effecit celebrem Trecis ſe Præſule Sedem,
Poſt Senonis *Sanctæ præfuit Eccleſiæ.*
Martis hoc ſydus, quarto ſubtraxit in Idus,
Ora qui ſuper es, ſit Deus huic requies.

64. Richerius Senonenſis Archidiaconus, anno 1062. conſecratur 1062.
Lutetiæ die Paſchæ, à Gaufrido Pariſienſi Epiſcopo, aſſiſtentibus Suffraganeis, Philippo 1. Francorum Rege, Balduino Flandriæ Comite, aliíſque magnatibus; admiſſus ſolemniter die octauâ Paſchæ, inter ætatis ſuæ Antiſtites iurium Metropolitanæ ſtrenuus

propugnator claruit; Ei ſcribunt Pontifices Alexander 2. ac Gregorius VII. epiſtolâ 20. lib. 2. & 16. lib. 3. vbi queritur de iniuriis ab Aurelianenſi Epiſcopo Eccleſiæ ſuæ illatis: tum lib. 4. epiſt. 15. eum monet, vt in Roberti locum Sedis Carnotenſis inuaſorem, alium eligendum curet.
1068. Nominatur quoque an. 1068. in fundatione Eccleſiæ de Caſtelloforti, & immunitatem S. Exuperij Corbolien-
1071. ſis probat 1071. cum donatione Herberti de baſilicâ Flaciaci monaſterio Moliſmenſi 1079. Præceptum autem edidit pro Eccleſiâ de Stabulis, quod è vetuſto codice cœnobij Cormaricenſis in Turonibus exſcriptum, hac verborum formulâ concipitur.

In nomine *Domini*, Richerius *Dei gratiâ* Senonum *Archiepiſcopus. Notum eſſe volumus tam futuris quàm preſentibus, quia cum in domo Pontificali ſermonem cum clericis faceremus, tractando non ſolùm de terrenis, verùm etiam de ſpiritualibus, venit in preſentiam noſtram Dominus Abbas Guido Cormaricenſis Eccleſiæ, comitantibus ſecum quibuſdam ſibi ſubditis fratribus, deprecans ſiquidem vt Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, Sanctíque Pauli, necnon ſibi confratribus ibidem Deo ſeruientibus, Eccleſiam de Stabulis in honorem S. Geruaſij dicatam, ad Deo ſeruiendum traderemus: Nos verò quod petebat, conſiderantes vtile, Eccleſiam ipſam ſicuti poſcebat, conſenſu & voluntate Clericorum noſtrorum conceſſimus ſupradictæ Eccleſiæ, maximè concordante in hoc, & volente, ſimúlque totius animi beneuolentiâ, nos ſuper hoc deprecante, Domino Pontio, Pontis caſtri Domino & Principe, ex cuius beneficio, ipſa quam ſupranominauimus Eccleſia noſcitur eſſe. Non ſolùm autem hoc deprecando ipſe voluit & conſenſit, verumetiam vxor eius Caranicina nomine, & omnes filij, quorum nomina infra denotata præſens pagina demonſtrabit. Hoc autem eâ ratione annuendo conceſſimus, vt monachi ibidem Deo ſeruientes, ſecundùm Eccleſiaſticam auctoritatem nobis per omnia ſint obediendo ſubditi, noſtríſque ſucceſſoribus; ita tamen vt Eccleſia noſtra nihil detrimenti patiatur in ſubiectione ſibi debitâ, & conſuetudinibus: vt verò huiuſmodi pactio ſtabilis maneret & firmior, manu propriâ hoc ſcriptum firmauimus, & Archidiaconorum Eccleſiæ noſtræ nominata, necnon Archipresbyterorum ſubannotari precepimus. Actum publicè Richerius Deo miſerante Archiepiſcopus, Hilduinus Archidiaconus, Heribertus Archidiaconus, Gualterius Archidiaconus, Herminius Archidiaconus, Fulcherius Archipresbyter, Albertus Archipresbyter, Archefridus Archipresbyter, Pontius Pontini caſtri Dominus, Caranicina vxor eius, Anſelmus eorum filius, Garnerius eorum filius, Philippus qui & Milo tertius. Data menſe Iunio, regnante Rege Philippo anno XIX. Fromondus Cancellarius ſcripſit.* Synodum poſtea celebrauit
Senonis menſe Octob. 1080. cui in- 1080.
terfuêre Epiſcopi Gaufridus Pariſienſis, Gauſridus Carnotenſis, Philippus Trecenſis, Galterus Meldenſis, Arnulfus Aurelianenſis; Abbates verò Arnulfus S. Columbæ, Iſambardus S. Germani Pariſienſis, Guibertus B. Germani Autiſſiodorenſis, Erminus S. Petri Melodunenſis, Galterus Ferrarienſis, Robertus B. Florentini Bonæuallis, & Guilelmus S. Remigij Senonenſis. Graues Richerio noſtro cum Iuone Carnotenſi inimicitias interceſſiſſe, fidem faciunt eiuſdem epiſtolæ; cauſa autem in promptu eſt, eò quod Gaufrido cui Richerius fauebat, Epiſcopali gradu depoſito ab Vrbano, Iuoni manum imponere Senonenſis Archiepiſcopus, quamquam iuberet Pont. Max. detractaſſet. Itaque moræ impatiens Romam tendit, & ab Vrbano II. Papâ, cui gratioſus erat, conſecratur; tum in diœceſim rediens, quod voluiſſet priuare Metropolitanum debito iure conſecrationis inſenſus Richerius, Synodum Epiſcoporum Pariſienſis, Meldenſis, & Trecaſsini conuocauit Stampis, vt eius decreto, in eam Sedem viuente Epiſcopo malè ordinatus Iuo deponeretur; in iis anguſtiis ad impetus Metropolitani repellendos, ad Sedem Apoſtolicam appellauit, cuius patrocinio, Antiſtitum decreta paululùm compreſsit, & tandem Senonenſis, irâ compoſitâ, Epiſcopatui reſtituitur; hæc Vrbani 2. literæ duæ recenſent, quæ Iuonis libro præferuntur; necnon epiſtolâ 8. eiuſdem ad Richerium: quinquageſimâ autem ſcribit de querelâ Eccleſiæ Lugdunenſis cum Senonenſi, quæ inuicem de Primatu diſceptabant. Denique in repellendo faſtu Hugonis Apoſtolici Legati plurimùm laborauit, cum enim Robertum Meldenſis Eccleſiæ Antiſtitem ordinaſſet, con-

tempto Richerio, abſque præſentiâ & conſenſu Coepiſcoporum, Synodo congregatâ non tantùm ab Epiſcopatu ſuſpenditur, ſed etiam cenſuris Antiſtitum Gallicanorum excommunicatur Legatus, ſicuti docet chronicon Senonenſe; Hugo enim imperiosè nimis ſuo munere abutebatur. Baſilicam porrò Diuæ Mariæ deſtructam renouaſſe, eóque ſedente templum S. Sauiniani reſtauratum dicitur; tandem Concilio Claromontano interfuit 1095, ac vltimum vitæ diem
1096. clauſit Richerius an. 1096. Decemb. 27. vir vitæ integræ nuncupatus in eodem chronico, peractis in Archiepiſcopatu annis ferè 35. tumulo reconditus fuit apud monaſterium Sancti Laurentij ad maiorem Eccleſiam.

65. Daimbertvs, Senonenſis Vicedominus, Pontifex aſſumitur cir-
1096. ca an. 1096. nondum presbyter, Iuo enim Carnotenſis à Congregatione S. Stephani inuitatus, electum vt in Purificatione B. Virginis presbyterum, & ſequenti Dominicâ Antiſtitem conſecraret, literis reſcripſit, contra canones id fieri non poſſe; inſuper acceſſit Hugonis Archiepiſcopi Lugdunenſis Apoſtolici Legati impedimentum, qui rogatus ab Iuone epiſt. 59. quomodo in ordinatione Daimberti
» ſe gereret; commẽdant enim eum, ait,
» ſatis accuratè electores eius, & gene-
» ris nobilitate, & morum honeſtate,
» & publicatum actionum ſtrenuitate,
cum eius electionem moraretur ep. 60. ad Hugonem Lugdunenſem grauiſsimè conqueſtus eſt, quòd eius conſecrationem prohiberet; cauſa erat, ob veterem controuerſiam, quia de Primatu ſuo Daimbertus obedientiam & ſubiectionem ante ordinationem profiteri detrectabat, quæ omnia fuſius referuntur variis epiſtolis apud Iuonem; ſcribit enim frequentem Senonenſium Metropolitanorum cum Lugdunenſibus fuiſſe contentionem de Primatu, etiam poſt præceptum Gregorij VII. Papæ, vt innuit Gaufridus Vindocini Abbas; & epiſtola ipſius Daimberti apud Iuonem, cum à Ioanne Lugdunenſi ad Synodum Anſanam extra prouinciam inuitaretur. Intereſt Concilio Trecaſsino an.
1104. 1104. necnon Ludouicum Craſſum Regem inunxit Aureliæ ante aram S. Crucis, Dominicâ 2. Auguſti 1108.

A die Inuentionis Protomartyris S. Ste-
phani, cæremoniæ operantibus Iuo- 1108.
ne Carnotenſi, & Ioanne Aurelianenſi Epiſcopis, nequidquam reclamante Remenſi Metropolitano priuilegij iure, & Iuone Carnotenſi epiſt. 189. id potuiſſe fieri ſine præiudicio Remenſis Eccleſiæ vindicante, anteceſſorum Regum exemplo; quos in aliis Eccleſiis, quàm Remenſi, inauguratos fuiſſe demonſtrauit, quâ de re etiam diſſerit Sugerius in vitâ Ludouici cap. 12. Synodum quoque congregauit Stampis cum Iuone Carnotenſi, Guilelmo Pariſienſi, Ioanne
B Aurelianenſi, Galtero Meldenſi, & Humbaldo Autiſsiodorenſi, quorum Epiſcoporum extat epiſtola ad Philippum Trecenſem, vt ſuam ſiſtat præſentiam in confirmatione Niuernenſis Antiſtitis. Deinde priuilegium conceſsit Abbatiæ Mauriniacenſi, in cuius chronico vir æquè nobilis ac ſapiens dicitur, exemplar autem hoc modo ex originali ſubiiciendum curauimus:

In nomine *Domini*, Daimbertvs *Archiepiſcopus, ſciant præſentes pariter & futuri, quoniam venerabi-*
C *lis frater Abbas Mauriniacenſis cœnobij nomine Thomas, accedens humiliter ad Metropolitanam Sedem noſtram, cum omni deuotione, & humilitate nobis ſupplicauit, vt Eccleſiam de veteribus Stampis in honore Domini & commemoratione B. Martini dedicatam, ſibi & ſucceſſoribus ſuis perpetuò poſſidendam concederemus, ſicut Philippus Rex, & Ludouicus filius eius itidem Rex, ſibi donum fecerunt. Eandem enim Eccleſiam ipſi Reges Mauriniacenſi cœnobio regiâ largitate iã priùs attribuerant, & vt ipſam largitionem confirmaremus, Regia nos preces incitabant.*
Nos autem illud potiùs Dominicum atten- «
D *dentes, vbi dicitur, Petite & dabitur vo-* «
bis, pulſate & aperietur vobis: Religio- «
ſi fratris petitionem irritam eſſe nequa- «
quam ſuſtinuimus; ſed, iuxta illud Euan- «
gelicum, Petenti cum fide, pulſanti cum «
ſpe aperuimus: diuinis obtutibus placere, «
& Regis precibus ſatisfacere, & fraternæ vtilitati prouidere ſub vno opere nos poſſe credentes. Igitur ad laudem & honorem Domini, ex conſenſu & voluntate fratrum, Canonicorum ſcilicet eiuſdem Eccleſiæ, conceſſimus Mauriniacenſi cœnobio prædictam Eccleſiam perpetuò poſſidendam; eâ videlicet ratione, vt Canonici præſentes ſuas, quandiu vixerint in pace teneant,

præbendas, niſi fortè remotâ omni violen-
tiâ Mauriniacenſi Abbati eas guirpire
conſentiant. Poſt obitum verò ſingulorum,
ſingulæ præbendæ tranſeant in ius & do-
minium Mauriniacenſis Abbatis. Saluo
tamen iure Senonenſis Eccleſiæ per omnia,
à primis, per medium vſque ad vltima.
Data Senonis menſe Ianuario, Indict. v.
regnante Ludouico Rege anno IV. *Daim-*
bertus Archiepiſcopus ſubſcripſit. An-
ſellus Archidiaconus ſubſcripſit. Hato Ar-
chidiaconus ſubſcripſit. Teibaudus Archi-
diaconus ſubſcripſit. Girardus Archidiaco-
nus ſubſcripſit. Ricardus Archidiaconus
ſubſcripſit. Burchardus Archidiaconus ſub-
ſcripſit. Girardus Cancellarius ſcripſit.
Eius aſſenſu Canonici regulares in
Abbatiam S. Ioannis monialibus in-
de expulſis inſtituuntur diplomate an.
1111. 1111. Pontificatus xiv. quod in mo-
naſterij tabulario ſeruatur, vti & do-
natio Prioratus de Matriolis, circiter
an. 1120. obtinuit quoque à Philip-
po I. Rege, vt clauſtrum Canonico-
rum vallo muniretur; ac paterno in
ſolo Brigienſi apud ſuæ diœceſis lo-
cum Rampillionem, Eccleſiam ſub
inuocatione B. Sauiniani ædificaſſe
1122. traditur. Mortuus an. 1122. IV. Cal.
Decemb. quieſcit in capitulo S. Pe-
tri.

Sanglier
D'or à vn ſanglier de ſable denté d'argent.

66. Henricvs Sanglier I.
dictus Aper. cuius cognominis an-
tiqua familia dominorum de Boiſro-
gues olim floruit in Lodunenſi pago;
ex Canonico, Regis poſtulatione eli-
1122. gitur 1122. laudatur autem à S. Ber-
nardo Claraeuallenſi, epiſtolâ ad Ho-
„ norium Papam, in habitu, actúque
„ ſæculari honoratus, fidelis, & Regiæ
Maieſtatis familiaris. Nominatur in
tabulario B. Mariæ Foſſatenſis, cum
procurationis debitum apud Seugam,
1125. eidem Eccleſiæ remiſit Kal. Maij 1125.
qui Henricus ipſo Bernardo comite
epiſtolâ 2. & 182. ad eum ſcribente,
Concilio Trecaſſino interfuit; & an-
no 1127. Synodum habuit, præſenti-
bus Stephano Pariſienſi, Attone Tre-
cenſi, & Burchardo Meldenſi Præſu-
libus. Mauriniacenſe chronicon do-
1129. cet an. 1129. Ludouicum Regem, Ar-
chiepiſcopos Remenſem, Senonen-
ſem, Bituricenſem, Turonenſem, a-
liósque regni Antiſtites apud Stam-
pas conuocaſſe, vbi ſuadente eodem
S. Bernardo, tum temporis, ait, in
Galliâ diuini verbi famoſiſſimo præ-
dicatore, agnoſcitur legitimus Pon-

A tifex Innocentius II. qui 13. Cal. Fe-
bruarij 1130. ſolemniter Abbatiæ 1130.
Mauriniacenſis altare conſecrauit,
Henrico Senonenſi, Capellani mune-
re defungente; de hac Synodo pro-
uinciali auctor vitæ S. Bernardi lib.
2. cap. I. & Baronius. Præterea Fer-
rarienſi Abbati Henrico, Eccleſiam
de Branlis 1133 Pontificatus 10. con- 1133.
cedit, eodémque tempore monaſte-
rio S. Ioannis Prioratum Caſtrirainar-
di, & 1135. Eccleſiam S. Magdalenæ
de Monteargiſo; cuius etiam extat
diploma ad Riſſendim Pharæmona-
ſterij Abbatiſſam 1137. Cal. Sept. 1137.
B Porrò Henricus cum ad Synodum
Piſanam aduerſus ſchiſmaticum Pe-
trum Leonem profectus fuiſſet 1134.
in reditu, cum magnâ multitudine
Præſulum Gallicanorum, à militibus
Pſeudopapæ fautoribus, qui apud Lu-
nam Tuſciæ vrbem latitabant, vix ad
Pontem Tremulum cum nonnullis,
rebus omnibus expoliatus fugâ ſe ſur-
ripere valuit, quâ de re Petrus Clu-
niacenſis ep. 28. ad Innocentium Pa-
pam conqueritur. Paulò poſt accidit,
vt nouâ occaſione ſchiſmatis Petri
Abailardi Eccleſiæ ſtatus turbaretur,
C an. 1140. is quippe damnatus à Lega- 1140.
to Sedis Apoſtolicæ, hæreſim iterum
promulgauit, ratus enim vincere S.
Bernardum ſophiſticis philoſophiæ
captionibus, à Metropolitano Seno-
nenſi petiit, vt diſputationem publi-
cam inter ipſum & Bernardum indi-
ceret; quapropter Synodus celebra-
tur, in quâ præter Suffraganeos in-
terfuêre Samſon Remenſis, Ioſlenus
Sueſſionenſis, & Gaufridus Catalau-
nenſis Epiſcopi: ad eam literis inui-
tatus abnuit diſputaturus adeſſe Ber-
nardus, quòd de recenter damnatis
erroribus quæſtio renouaretur; cum
tamen proclamatus fuiſſet diſputatio-
D nis dies, & vndique ad eam viri con-
curriſſent, ne inſultaret hæreticus,
conuentui Rex Ludouicus intereſſe
voluit, vbi productis in præſentiâ
omnium ex libris Abailardi capitu-
lis, nihil prorſus reſpondere valens,
ad Sedem Apoſtolicam appellauit;
nihilominus verò Antiſtites Gallica-
ni eum damnarunt, Innocentio Papâ
iudicium confirmante, epiſtolâ ad
Henricum Senonenſem, ceteróſque
ſcriptâ, quemadmodum conſtat ex
auctore rerum geſtarum D. Bernar-
di; epiſt. quoque eiuſdem Sancti 189.
&

& Ottone Friſingenſi lib. I. de Fre- A
derico cap. 48. & 49. In eo conuen-
tu Ludouicus deuotione motus, ſa-
cra reliquiarum Senonenſis Eccleſiæ
pignora inuiſit, eodem Bernardo de-
monſtrante; quo tempore Henricus
inueſtiuit Gilduinum Abbatem S.
Victoris Pariſienſis de Eccleſiâ B. Ma-
riæ Floriaci. Fuiſſe verò à ſacris ſuſ-
penſum Henricum innuit chronogra-
phus Altiſſiodorenſis, cum dicit apud
Ferrarias conſecratum Hugonem Epiſ-
copum Altiſſiodorenſem à Carnoten-
ſi; huic interdicto anſam ſubminiſtra-
uit, cum in matrimonio Archembaldi
nobilis Soliaci toparchæ & Mathildis B
Balgenriacenſis, de conſanguinitate
teſtes recepit; quamobrem à Pontifice
grauiter obiurgatur, vt patet hoc di-
plomate, cuius ſeriem Tauellus his
» verbis ſubiicit: INNOCENTIVS
» Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ve-
» nerabili frarri HENRICO SENO-
» NENSI Archiepiſcopo ſalutem, &
» Apoſtolicam benedictionem. Sratuta
» Sedis Apoſtolicæ, & canonum vene-
» randa decreta, nulli ſacerdotum Do-
» mini ignorare liberum eſt. Sacerdotis
» enim eſt legem ſcire, & ad interro-
» gationem reſpondere de lege; quòd C
» ſi legem ignorat, ipſe ſe arguit inde-
» bitè honorem ſacerdotij occupare:
» ſed & ignorantia canonum Epiſco-
» pum non excuſat. Ceterùm Epiſco-
» pus qui ſcienter canones violat, à
» ſanctis patribus iudicatur, & à ſancto
» Spiritu, cuius inſtinctu ac dono ſunt
» conditi, condemnatur, &c. Ac per
» hoc Sedes Apoſtolica eſt omnium
» Eccleſiarum caput & cardo, mater
» atque magiſtra, ad quam profectò
» licet omnibus appellare. Appellatio-
» ne verò interpoſitâ, omnia in eodem
» ſtatu manere debent, & tamdiu ni-
» hil erit penitus innouandum, donec D
» Rom. Pontifex, ſi ad eum appella-
» tum ſit, prius examinet; ſi iuſta vel
» iniuſta fuerit appellatio: & ſi iudica-
» uerit renouandum eſſe iudicium, vel
» nouos dare iudices, ſiue probauerit
» talem cauſam eſſe, vt non replicen-
» tur ea quæ acta ſunt, quod ab eo de-
» cretum fuerit, irrefragabiliter obſer-
» uatur. Quæ cum ita ſint, miramur ad-
» modum & graui dolore afficimur,
» quoniam in conuentu nuper Peueris
» habito, pro cauſâ matrimonij inter
» Archembaldum de Soliaco, & fi-
» liam Radulfi de Baugenciaco, qui-

bus opponebatur titulus parentelæ, »
cum pro Iudice reſideres, par eſſe B. »
Petro, aut ſuper eum aſcendere con- »
tumaciter attentaſti. Poſt appellatio- »
nem námque ab eodem Archemb. ad »
nos factam, (qui licet indigni lega- »
tione Chriſti fungimur & B. Petri »
in terris vices exequimur) quantum »
in te fuit os in cœlum ponens, & eiuſ- »
modi Principis Apoſtolorum claues »
euacuans, in tantum ſuper eodem ne- »
gotio procedere præſumpſiſti, vt de »
parentelâ quæ proponebatur teſtium »
iuramenta ſuſciperes. Ceterùm in hanc »
culpam nullatenus incidiſſes, ſi Sedes »
Apoſtolica, quæ mater eſt tuæ digni- »
tatis, foret quod eſſe debuerat, ma- »
giſtra tuæ rationis. Ne igitur tantam »
offenſam reliquiſſe impunitam à Do- »
mino arguamur, donec B. Petro, & »
nobis ſatisfacias, te ab officio Epiſ- »
copali ſuſpendimus. Tabulæ cœno- »
bij Valliſlucentis docent fundatum
fuiſſe an. 1127. ab Artaldo Pruliacen-
ſi Abbate, Eccleſia verò constructa
quatuordecim annorum ſpatio & ab-
ſoluta, ſolemni inauguratione dedi-
catur ab ipſo Henrico Metropolita-
no 1144. menſe Octobri, in feſtiuita- 1144.
te S. Dionyſij: paulò poſt eodem an-
no IV. Idus Ianuarias ad meliorem
vitam migrauit, & in Abbatiâ S. Pe-
tri Viui humo mandatur, ſummo om-
nium mœrore, præſertim religioſo-
rum Valliſlucentis, vt ſcribit Gaufri-
dus de Coulon monachus S. Petri in
chronico manuſcripto.

67. HVGO DE TOVCY frater TOVCY.
Guilelmi Autiſſiodorenſis Epiſcopi,
ex Præcentore ad Cathedralis Ponti-
ficatum aſcendit an. 1144. in chroni- 1144.
cis Mauriniacenſi & Senonenſi; Diuus
enim Bernardus Senonenſes Canoni-
cos epiſtolâ hortatus fuerat, vt quem-
admodum ait, grandis res erat nobili »
Senonenſi Eccleſiæ inſtaurare Paſto- »
rem, ſic de ſubſtituendo Antiſtite ſe-
dulò ſatagerent; quamobrem eligen-
tium vota in Hugonem conuenerunt,
qui vir quantus fuerit, declarat epi-
ſtola Cleri Senonenſis de eius electio-
ne ſcripta Epiſcopo Carnotenſi:

SANCTA *mater Eccleſia Spiritus*
ſancti magiſterio ſufficienter eruditâ, be-
nè nouit & memoriter tenet, quòd do-
ctores & paſtores populo ſuo Dominus à
ſeculo præeſſe voluit, qui greges ſibi com-
miſſos pabulo diuini verbi reficerent, &

iuſta docentes, iniuſta prohiberent. Vnde
» *ſcriptum eſt, Deduxiſti ſicut oues populum*
» *tuum in manu Moyſi & Aaron. Quibus ſublatis, Eleazarum victimis, Ioſue verò caſtris Dominus præfecit: ſequentíque tempore Iudices, deinde Reges ſuper populum ſuum conſtituit, &c. Quibus nos inſpectis, Conuentus Senonenſis Eccleſiæ poſt obitum venerabilis viri Domini* HENRICI *Pontificis noſtri, fracta nauis noſtræ naufragium metuentes, & iam periculo propiore conterriti, de reformando nobis Paſtore conſilium diutiùs differre nullatenus auſi ſumus, præſertim cùm Eleazarum viuente adhuc Aaron patre ſuo ſacerdotium ex diuino mandato ſuſcepiſſe nouerimus: ne populus vel modicùm ſacerdotali contubernio priuaretur, & Moyſe cum Domino moram faciente in monte, populus ſine Duce laſciuiens idolatra ſit effectus. Præmiſſis igitur ad Dominum precibus, conuocatis etiam & aſſiſtentibus religioſis viris, Abbatibus Canonicorum Regularium, & monachorum tam Ciſtercienſis Ordinis quàm aliis, in nomine Deificæ Trinitatis concorditer elegimus nobis in Paſtorem & Pontificem Dominum* HVGONEM *Præcentorem noſtrum, à parentibus Chriſtianis & Deum timentibus nobiliter editum, virum ſtrenuum, modeſtum, manſuetum, diſciplinis Eccleſiaſticis competenter eruditum, religioſis perſonis amoris & honoris exhibentem officium, non alienum, non ignotum, ſed fratrem noſtrum vterinum, qui liberè,*
„ *proferre poſſit illud Dominicum: Et co-*
„ *gnoſco meas, & cognoſcunt me meæ: qui noua & vetera de theſauro ſuo producere nouerit, & ab amplexibus Eccleſiæ noſtræ, cuius panibus educatus eſt, auelli nunquam poſſit. Nunc igitur canonicè & legitimè à nobis electum, à religioſis perſonis aſſiſtentibus approbatum, à populo Senonenſi vniuerſo communibus votis, & immenſis vocibus expetitum, Sanctitati veſtræ, Domine Pater Carnotenſis Antiſtes, ad quem interim conſilium Senonenſis Eccleſiæ ſpecialiter pertinet, & ſanctis Patribus & Epiſcopis qui vobiſcum ſunt, præſentem offerimus, & offerendo commendamus: & vt benedictionis manus eidem in præſentiarum imponas, humiliter & deuotè ſupplicamus. Et vt, reuerendi Patres, electionem canonicam noſtram & plenariam eſſe præſentia veſtra percipiat, ſubſcripta ſunt nomina perſonarum, quæ eumdem Hugonem Præcentorem in Pontificem elegerunt, ac eligunt, ſeu quæ poſtmodum aſſenſum electioni præbuerunt.*

A Nominatur eodem anno 1144. in car-
tâ Pontiniacenſis Abbatiæ, tum 1151. 1151.
cum Odone Decano, Simone Theſau-
rario; ac Prioratui S. Martini de Cam-
pis deceſſorum ſequens veſtigia, Ec-
cleſiam de Fontanis largitur, teſte
Stephano Archidiacono, & aliis Ca-
nonicis; præterea Conſtantiæ vxori
Ludouici 7. Regis Aureliæ diadema
imponit; & 1166. Aleidem Campanam
cum eodem Ludouico marito Lutetiæ
coronauit in æde B. Virginis, adſtan-
tibus Othone, Guilelmo Papienſi, &
Henrico Piſano Cardinalibus. Me-
moratur & in tabulâ Fromundi de Io-
B uiniaco aſſenſu Heliſſendis vxoris, pro
donatione factâ monaſterio Moliſ-
menſi 1160. hoc anno tranſtulit Ca- 1160.
nonicos regulares S. Quiriacij Proui-
nenſis, apud Eccleſiam S. Iacobi; in
quâ vrbe 1267. fundatur conuentus
monialium Clariſſarum. Paulò ante
1164. Prioratum B. Mariæ de Calui- 1164.
monte ſuper Ionam à Vicecomite Se-
nonenſi fundatum, petente Alexan-
dro III. Pontifice, quem die S. Hie-
ronymi apud Senonas exceperat Hu-
go, S. Ioannis cœnobio confirmauit,
vt patet ex membranis Abbatiæ; cu-
C ius Alexandri ad eumdem Archiepiſ-
copum leguntur reſcripta cap. 8. Si "
verò, de Iureiurando, & cap. 2. ſicut "
Roma, de Reſcriptis, cap. 1. de Re- "
nunciatione, collectione 1. extant quo- ".
que epiſtolæ mutuæ Eugenij III. Su-
gerij Abbatis S. Dionyſij, & Hugonis
tomo 4. hiſtoriæ Francorum Scripto-
rum. At verò Alexander apud Seno-
nas ſequiannum moratus, rogatu Hu-
gonis & Clericorum S. Stephani, me-
tropolis altare conſecrauit, Eccleſiám-
que S. Colombæ à fundamentis in-
ſtauratam, vbi inſignis famæ Thomas
Cantuarienſis à Rege Anglorum pul-
ſus, commoratus fuerat, ſolemni ritu
D dedicauit, cum S. Petri Milidunenſis
baſilicâ. Altiſſiodorenſis monachus
ſcribit an. 1156. Ludouicum Regem
templum Senonenſe à prauis con-
ſuetudinibus libertate donaſſe, qui-
bus cathedra vexabatur deffuncto Ar-
chiepiſcopo, cum bona decedentis,
ſub manu regiâ detinebantur: inde
an. 1160. in fano Sancti Petri corpora
Beatorum Potentiani & Altini cum
maximâ celebritate è ſarcophago ele-
uauit. Ferunt quoque Vallislucentis
monaſterij ſchedæ, Hugonem eius in-
cremento ſtuduiſſe, cum varias mili-

tum donationes corroborauit, & diſſidia amicè compoſuit. Sed operæ pretium nobis viſum eſt, hoc priuilegium ex antiquo chartophilacio Abbatiæ S. Michaëlis Tornodorenſis referre:

In nomine *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego* Hvgo *miſeratione diuinâ* Senonensis Archiepiscopvs, *vniuerſis tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Quantò in omni religione Eccleſiaſticâ, & in vniuerſâ celeſtis conuentus glorioſâ republicâ, virginale decus propenſioris eſt meriti & gloriæ, tantò maiori eſt à nobis proſequenda & attollenda fauore. Vnde præſentes Virgines à conuentu Iuliacenſi, ex præcepto domini Guilenci venerabilis Moliſmenſis Eccleſiæ Abbatis, precibus & obtentu Dominæ Petronillæ Barrenſis Comitiſſæ, in Archiepiſcopatu noſtro ad locum qui vulgari conſuetudine Frigidus-mantellus appellatur, aduenisse, & eaſdem nos ſuſcepiſſe gaudemus, ſperantes earum precibus, & temporali nos proſperitate gaudere, & celeſtis vitæ ſempiterna gaudia poſſidere. Nos verò & viuorum & defunctorum vtilitatibus prouidentes, præmiſſum locum ab omni laïca & ſæcularis poteſtatis iugo penitus abſolutum, diuinæ ſeruituti liberum reddimus & mancipamus, ſaluo videlicet Epiſcopali iure, ſaluo nihilominus perpetuo Moliſmenſis Eccleſiæ dominió, cimeterium in eodem loco benedicentes, & altare in honorem Domini, & glorioſæ genitricis conſecrantes, quatenus præfixus locus ſit domus orationis, ſit viuorum refugium, ſit ſepultura defunctorum: diſpenſationis ergo noſtra gratiâ, liceat omnibus qui non propter propriam culpam excommunicati fuerunt, in prædicto loco omne miſericorda Chriſtianitatis conſequi ſuffragium, ex conſenſu tamen & permiſſione propriorum Sacerdotum. Defunctis videlicet ſepulturam mulieribus, reconciliationem reis, & fugitiuis impunitatem. Decernimus etiam & ſub anathemate ſtatuimus, vt præfatus locus nullatenus antiquo deinceps vocabulo nominetur, ſed ad declarandam circa eundem locum mutationem dexteræ Eccleſiæ, Liberæuallis apelletur. Notandùm ſanè, quia in aduentu prædictarum virginum, totâ patriâ exultante, & ſolemni occurſu ad tam celebrem proceſſionem confluente, Comes Henricus, Guillelmus Niuernenſis, & Guillelmus filius eius Tornodori Comites; Et cum eis quamplures Barones occurrerunt, ſcilicet Domini Milo de Eruiaco, Anſericus de Monteregali, Milo de Noëriis, & Domina Petronilla Comitiſſa Barrenſis fundatrix præmiſſi loci, quæ & ipſa eaſdem ſanctimoniales ſibi adduxit, cum liberis ſuis Manaſſe, Teobaudo, Hermenſandi, quorum omnium aſſenſu & voluntate, præſens negotium terminatum & approbatum. Conceſſerunt verò prælibati Comites, vt quicunque de caſamentis ſuis, prætaxatis Monialibus aliquid vel dare vel vendere voluerint, liberè & ſine calumniâ poſſideant. Comes quoque Henricus 50. ſolidos annuatim eis largitus eſt. Prædicta autem Comitiſſa, prædictorum liberorum ſuorum voluntate & aſſenſu, conceſſit eis vſuarium in nemoribus ſuis, ad omnia neceſſaria, ſicut eiuſdem homines habent: & de caſamento ſuo quidquid omnibus modis adquirerent, liberè poſſidendum. Similiter Raherius Vicecomes de Sancto Florentino conceſſit eis quidquid de ſuo caſamento habere potuerunt, libertate perpetuâ poſſidendum. Hoc idem & omnes nobiles qui ibi conuenerant fecerunt. Nec prætereunndum quod Dominus Girardus de Nueus conceſſit eiſdem per manum noſtram, partem ſuam decimæ de omni agriculturâ quæ omnino augeri vel multiplicari poteſt, in ſuâ grangiâ quæ appellatur Aigremont, & minutam decimam, de parochiâ de Nueus, & decimam de Albreuile, & quatuor falcatas prati. Porrò Iulsacenſes conceſſerunt præfixis ſororibus ſuis, in ſeparatione mutuâ, ſeptem annuos ſolidos, quos habebant pro Adelinâ matre Herberti de Poiſuels. Actum eſt hoc apud Liberamuallem, Anno verbi Incarnati* mclix. *die octauâ* 1159.
Apoſtolorum Petri & Pauli. Ciclo Solari. vi. ix. *Indictione* vii. *concurrente* iv. *Epactâ nullâ. Adfuerunt nobiſcum cum prædictis proceribus, & vulgo communi quamplures perſonæ, Guillelmus Senonenſis Eccleſiæ Præpoſitus, Odo Decanus, Matheus Præcentor, Teo Cellerarius, Guido Milidunenſis Archidiac. Hugo de Aualone Stampenſis, Manaſſes Trecenſis Archidiaconi, Robertus, Teobaudus, Gauterius Canonicus. Vt autem hoc ratum & inconcuſſum permaneat, ſigilli noſtri authoritate fecimus roborari, decernentes vt quicumque hanc noſtram confirmationem, poſt ſecundam aut tertiam commonitionem violare tentauerit, à corpore & ſanguine Domini alienus inſiſtens, anathematis gladio feriatur, in membris & corpore Diaboli numerandus. Data apud Liberamuallem, per manum Fromundi Capellani, & Vicarij mei.* Extremum diem obiit Hugo 3. Nonas Februa-

1169. rij 1169. vt notat martyrologium S. A
Petri, quamuis Necrologium B. Ste-
phani defunctum prodat v. Calendas
Aprilis, iacet in choro Sancti Petri
Viui.

CHAMPAGNE. D'azur à la bande d'argent accõpagnée de deux cottices, potencées & contrepotẽcées de treize pieces d'or

68. GVILELMVS DE CHAMPAGNE II. Cardinalis Sabinenſis co-
gnomento ad Albas-manus, Sedis
Apoſtolicæ Legatus, Theobaldi Ma-
gni huius nominis IV. Comitis Cam-
paniæ & Briæ, ac Mathildis Carin-
thiacæ filius: ſacris ab ineunte ætate
deditus, eligitur Carnotenſis, vnde
aſſumptus ad hanc Metropolim XI.
Cal. Ianuarij 1169. à Mauritio Pa-
1169. riſiorum Antiſtite Senonis conſecra- B
tur, vt obſeruat Vincentius de Bur-
gundiâ, dictus Beluacenſis, in ſpeculo
Hiſtoriali. Eodem anno, cum pro
concordiâ Henrici Angliæ Regis, &
Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi,
duo Legati à latere ſummi Pont. Vi-
uianus & Gratianus apud Baiocas in
Normanniâ conueniſſent, literas eis
direxit Guilelmus, quibus reconcilia-
tionem Henrici reſpuerent, niſi eſſet
ingenua; quo etiam tempore ædem
B. Mariæ de Braio ad Sequanam de-
1170. dicauit menſe Aug. Nominatur 1170. C
in fundatione Eccleſiæ de Nemoro-
ſio, & Abbatiæ S. Ioannis Senonen-
1172. ſis conceſſit 1172. Prioratus B. Mariæ
de Boſcocommuni, S. Martini de
Montebares, de Molendinoleonis,
Villanouâ Archiepiſcopi, Valleman-
ti, & de Sorbonâ. Inter Gallicanos
Antiſtites præcipuus hic fuit, qui Ale-
xandro III. Papæ aduerſus Pſeudo-
pontifices adhæſerunt; de quo Petrus
Bleſenſis Bathonienſis in Angliâ Archi-
diaconus, epiſtolâ Rotrodi Rotoma-
„ genſis ad eumdem Guilelmum; Vos
„ eſtis in cuius conſilio & auxilio po-
„ tiſſimam ſuæ ſalutis anchoram naui- D
„ cula B. Petri conſtituit: cùm inter
„ ſchiſmaticæ perſecutionis fluctus pe-
„ riculoſiùs æſtuaret. Vobis contulit
„ Deus in pueritiâ, ſuper ſenes intel-
„ ligere, & futuram naturæ cani-
„ tiem maturiore morum ſenio præue-
„ nire. Fluxus adoleſcentiæ motus in
„ vobis ratio magiſtra cohibuit, vt om-
„ ni laſciuiæ libertate præſciſâ, nec for-
„ ma, nec nobilitas, nec opum exube-
„ rantia, nec poteſtas, nec cætera quibus
„ pudicitia expugnatur, propoſitum in-
„ teruerterent caſtitatis; ſed modeſta in
„ omnibus conuerſatio, plus Angeli,
„ quàm hominis exhiberet. Ceteras vir-

tutes, quibus miraculosè fulgetis, ſub „
ſilentio prætermus. Nec enim noſtra „
præconia mendicaris, cuius honeſtatem „
& prudentiam fama celebris lariſſi- „
mè promulgauit. Eiuſdem Guilelmi
extant duæ literæ ad Alexandrum 3.
de morte S. Thomæ Cantuarienſis
pro quo ſtrenuè ſe geſſit, apud Ro-
gerium Houedenum, & alterâ com-
mendatur Hugo Sueſſionenſis Epiſ-
copus Cancellarius, qui à Regis gra-
tiâ exciderat. Porrò hiſtoriam Scho-
laſticam Petrus Comeſtor, & librum
de Theologicis ſententiis ei dicat.
Multa à Rege obtinuit pro Eccleſiâ
ſuâ beneficia, exemptionem hoſpitij
in villâ S. Iuliani de Saltu; ab Hen-
rico item Comite germano, aliquot
redditus in teloneis Pruuinenſibus,
quæ Senonenſi Cathedrali attribuit,
pro cuius augmento iuriſdictionem in
villâ de Rouſſon Archiepiſcopo ac-
quiſiuit; tum verò in Metropoli qua-
tuor præbendas inſtituit, conceſſis qui-
buſdam Eccleſiis, quæ declarantur
in donationis tabulâ 1175. Traduci- 1175.
tur tandem ad Remenſem Pontifica-
tum iuſſu eiuſdem Alexandri Papæ,
vbi ſuperius plura in Archiepiſcopis
diximus.

NOYERS. D'azur à l'Aigle d'or.

69. GVIDO DE NOYERS I.
Milone domino de Nuceriis in Bur-
gundiâ, & Mariâ de Caſtellione ad
Matronam, è clariſſimâ vtrinque ſtir-
pe prognatus eſt; patruus Hugonis
Epiſcopi Autiſſiodorenſis, ex eiuſdem
Eccleſiæ Præpoſito, & Senonenſi Ar-
chidiacono, cum eſſet optimis ſtudiis
præclarè inſtructus, ac rerum tam ſæ-
cularium, quàm Eccleſiaſticarum pe-
ritiâ clarus, Archiepiſcopatum regen- 1177.
dum ſuſcepit 1177. auctore Vincen-
tio Bellouacenſi parte 3. lib. 29. c. 21.
Interfuit Concilio Lateranenſi 1179. 1179.
& ſacro Philippi Auguſti in Metro-
poli Remenſi: hoc eodem anno liber-
tatis priuilegium à talliâ Sede vacan-
te, quæ Regio iuri competebat à Lu-
douico impetrauit; tum Eliſabetham
filiam Balduini Hannoniæ Comitis
Reginam coronauit 1180. feſto Aſ- 1180.
cenſionis apud S. Dionyſium. At pau-
lò mox Synodi Lateranenſis decreto,
cum Iudæi Chriſtiana mancipia tene-
re prohiberentur, & diſciplinæ aſſet-
tor vigilantiſſimus Guido, illud ob-
ſeruari apud diœceſim inſiſteret, hinc
quorumdam procerum ſuggeſtionibus
inter ipſum & Philippum Regem or-

ta, inquit vetus chronicon S. Marti-
ni Turonenſis, de iuriſdictione con-
tentio, eò proſiliit, vt ad cenſuras
Archiepiſcopus deueniret; conſulto
interim Alexandro Papâ, à quo lite-
ras acceperat, vt aduerſus appellatio-
nem Iudæorum fortiter ſtaret, ma-
luit Guido exilium ſubire, quàm re-
gium implere præceptum. Verùm
Philippus ſaniore conſilio exulem re-
uocat, & vt prius ſuum ius in omni-
bus reformat: hac de re vide c. 29.
» Conſuluit, de Appellationibus, quod
» eſt Alexandri 3. contra Appellatio-
» nem Philippi Auguſti pro mancipiis
» Chriſtianis Iudæorum; ad quem etiam
ſcribit Vrbanus 3. cap. XII. de ſen-
tentiâ excommunicationis. Donat ve-
rò Abbatiæ S. Ioannis Prioratus de
Doleto & de Valcriaco; probátque
fundationem Eccleſiæ de Lymorero,
ſub obedientiâ Abbatis B. Iacobi Pru-
1186. uinenſis 1186. idem fundauit præben-
dam vnam quam paruam nuncupant,
cùm quatuor Canonicis, ad altare S.
Mariæ in baſilicâ Senonenſi; & Dei-
locenſi cœnobio ædem S. Pauli in
ſuburbio largitus eſt, ſaluo iure Ca-
thedralis. Sub eius Pontificatu Com-
munia cum Maiore & Scabinis in vr-
be conſtituitur à Philippo Auguſto
1189. vt refert Chopinus lib. 3. de Do-
manio, memoratúrque in chartâ ma-
gni Paſtoralis Pariſienſis. Sublatus è
1194. vitâ XII. Cal. Ianuarij 1194. ad D.
Stephani poſt maius altare ſepul-
tus.

Corbeil. D'argent au griphon de gueulles, la queue fourchue & paſſée en ſaultoir.

70. Michael de Corbeil
Patriarcha Ieroſolymitanus, frater
Reginaldi de Corbolio Pariſienſis
Epiſcopi, ex Decano eiuſdem Eccle-
ſiæ ſucceſſit 1194. cuius ordinationem
obſeruat Rigordus April. 24. illum
etiam eleemoſynarum largitione val-
1194. de commendabilem, & è Scholarum
regimine in Academiâ Pariſienſi aſ-
ſumptum celebrat; huic ſuffragatur
» Albericus in chron. Michael Deca-
» nus Pariſienſis, vir Theologus & re-
» ligioſus, in Patriarcham Hieroſoly-
» morum eſt electus, ſed antequam il-
» luc iter arriperet, factus eſt Senonen-
» ſis Archiepiſcopus. Hoc item anno
Abbatiæ Foſſatenſi conceſſit patrona-
1196. tum Eccleſiæ de Seugâ; & 1196. Prio-
ratum de Paciaco in Abbatiam ere-
xit, quæ poſt tranſlationem, de Iardo
Reginæ appellata eſt. Extant quoque
ipſius literæ in archiuis S. Ioannis
Carnotenſis in Valle, quibus probat
pactum Adeliciæ Comitiſſæ Bleſenſis
inter Canonicos S. Ioannis, & Ro- 1197.
bertum de Veteriponte dominum de
Curuauillâ MCXCVII. ac codicillis
an. 1198. confirmat monaſterio Farenſi
ius nominationis Eccleſiæ de Giiaco;
ſubſcriptúſq; reperitur in tabulâ Theo-
baldi Comitis 1199. menſe Decemb. 1199.
hoc anno, teſte Rigordo opere de ge-
ſtis Philippi Aug. in viuis eſſe deſiit
4. Cal. Decemb. tumulatus in Metro-
politanâ poſt aram maiorem. De cu-
ius obitu ſe dolere ait Innocentius 3.
cum Eccleſiâ Senonenſi viduatâ Pa- «
ſtore, qui etſi nobilis eſſet genere, «
nobilior tamen fuerat ſanctitate, c. «
ad hæc t. de Poſtulatione, in 3. Com- «
pilatione ad Decanum & Capitulum, «
vbi Eccleſia Senonenſis, Romanæ de- «
uota dicitur: & apud Vincentium lib. «
30. cap. 63. vir bonus & Deo plenus «
appellatur; ab eodem Innocentio 3. «
lib. 2. ep. 52. (vnde ſumptum eſt c. 10. «
inter ſollicitudines, de Purgatione «
Canonicâ) nuncupatur vir prouidus «
& diſcretus, veri Paſtoris adimplens «
officium, & ſuper grege ſibi commiſ- «
ſo purè, & plenè ſollicitudinem paſto- «
ralem exercens, dum Chriſti legem «
zelatur, & hæreticorum impugnat er- «
rorem. Ceterùm in Michaelis defun- «
cti locum poſtulatus fuerat à Clero
Senonenſi, Hugo de Noyers Autiſ-
ſiodorenſis Epiſcopus, antea Seno-
nenſis Theſaurarius, & Guidonis an-
teceſſoris ex Milone 2. fratre nepos;
ſed eius nominatio ab Innocentio III.
c. t. de Poſtular. non probatur, quem-
admodum & aſſerit chronicon Autiſ-
ſiodorenſe.

Corbeil. Comme cy-deuant.

71. Petrus de Corbeil, II.
Michaelis conſanguineus, ac Regi-
naldi Epiſcopi Pariſienſis; Innocen-
tij Papæ quondam Didaſcalus, ab Ec-
cleſiâ Cameracenſi hûc tranſlatus eſt;
nominationem eius confirmat idem «
Innocentius c. Gratum de Poſtulatio- «
ne, in tertiâ Compilatione. Licet «
autem hîc ſubiicere excerpta chron.
Turonenſis, & Altiſſiodorenſis mona-
chi dum inquiunt: Anno 1200. Octa- 1200.
uianus Epiſcopus Oſtienſis Legatus, «
Petrum de Corbolio, qui «
literaturæ ſæcularis, & Theologiæ «
prærogatiuâ famoſus in ſcholarum re- «
gimine Pariſiis diu claruerat, & de «
Cathedrâ Magiſtrali, ad Cameracen- «
ſis Eccleſiæ Cathedram, nuper aſſum- «

„ptus fuerat, Michaele Senonenſi Archiepiſcopo mortuo, in Senonenſem Eccleſiam inthronizat. Idem verò Pontifex, Petro adhuc Canonico Pariſienſi, committit cauſam Lingonenſis Capituli contra Epiſcopum lib. 1. epiſt. cùm olim, 1198. Atque vt ipſi tradatur pacificè Archidiaconatus in Eccleſiâ Eboracenſi, mandat eodem anno 16. Cal. Ianuarij Decano, „& Capitulo: de cuius, inquit, litteraturâ, & ſcientiâ in longinquis, & remotis partibus prædicatur, ſub cuius magiſterio nos aliquando fuiſſe in memoriam reducimus, & ab eo diuinarum audiuiſſe paginam ſcripturarum, (Pariſiis) quod volumus reputare glorioſum. Et aliâ epiſt. ad Richardũ Angliæ Regem, ait: Magnificentiam ipſius regiam non ignorare, qualiter is Petrus inter alios orbis Clericos, ſcientiâ liberali præfulgeat, & ſuâ probitate & diſcretione ſit admodum commendandus: Alibi dixerat perſonam eius ſpeciali meritorum prærogatiuâ, & ſacrarum Scripturarum intelligentiâ, à diuinâ bonitate illuſtrari; vbi obſeruare licet gratum diſcipuli animum in præceptorem, quem primùm Cameracenſi, deinde Senonenſi Eccleſiæ præficiendum curauerit.

1205. Subſcriptus memoratur in diplomate legitimationis liberorum Philippi Aug. ex Agnete de Meraniâ an. 1201. huiúſque auctoritate ex loco Paſſiaco transfertur Abbatia in monaſterium Iardi ab Adelâ Reginâ circiter

1203. 1203. quod confirmauit Innocentius III. inde 1209. ad expeditionem ſacram aduerſus Albigenſes progreſſus, teſte Petro Vallium Cernaij monacho c. 140. Sequenti anno epiſtolam ſcribit contra Othonem Imp. cuius tenor talis eſt in regio Franciæ cartophilacio: ARCHIEPISCOPVS SENONENSIS, *Suffraganeis eius, & omnibus Abbatibus, Prioribus, &c. in Senonenſi prouinciâ conſtitutis. Auditis calamitatibus ſanctæ Rom. Eccl. matris noſtra, ad petitionem dom. Papa nos requirimus & rogamus, vt eidem patri noſtro tantum & tale auxilium faciatis contra Othonem, qui vt eiuſdem Dom. Papa verbis vtamur, dicitur Imperator, quod ipſe & nos cum ipſo, ad grates vobis vberrimas teneatur. Quod vt melius poſſitis facere, ſciatis quod vos à ſeruitio quod nobis debetis, in magnâ parte temporis vos relaxabimus, niſi quod Deus auertat, idem Otho cum magnâ gente, ſuper nos & regnum noſtrum veniret, vel tantam ac talem gentem mitteret, quòd apparens eſſet, quòd nobis & regno noſtro nocere poſſet. Magiſtrum igitur Reginaldum, dilecti noſtri Dom. Papa Capellanum, cui ipſe hoc commiſit negotium ad vos mittimus, vos rogantes, vt ſuper precibus Domini Papa, & noſtris, tantùm faciatis, quòd tam ab ipſo, quam à vobis mereamini & amplius diligi, & non immeritò commendari. Pariſiis* M. CC. X. *menſe Martio.* 1210.

Paulò poſt Iſabellis de Melloto Comitiſſa Iouigniaci cœnobium Cartuſianorum Vallis-profundæ dotauit an. 1212. ex originali, non MCCCS. vt aſſerit Tauellus. Petrus etiam in augmentum Eccleſiæ plurima acquiſiuit apud S. Iulianum à Comitis Iouigniaci filio; & apud Courpaleyum prope Meledunum, Collegium Canonicorum inſtituit. Ei verò ſcribebat idem Innocentius Pontificatus an. 14. vt induceret Philippum Auguſtum, ad amouendam ſaiſinam Regaliæ, bonorum Aurelianenſis & Autiſſiodorenſis Epiſcoporum. Demum Eccleſiam de Limoreto benedixit 1221. ſub 1221. idem tempus menſe Octobri, ſententiam auctoritate legationis ſuæ in Abbatem & Conuentum S. Dionyſij pronuntiatam, cum nollent aſſentiri ordinationi de viceſimâ parte redditGuum, ad ſubuentionem terræ Albigenſium tranſmittendâ, relaxauit; ipſi enim promiſerunt, quòd ſaluis priuilegiis ſuis ſoluerent bonâ fide viceſimam, biennio, de prouentibus quos percipiebant in prouincia ſuâ, vt refertur in cartulario maiori S. Dionyſij. Obiit Petrus 1222. Iunij 3. in Se- 1222. nonenſis Eccleſiæ choro, ipſo die quâ celebrabatur Synodus, ſub Archiepiſcoporum conditorio tumulatus, litteraturæ ſæcularis, & Theologiæ præco famoſus in cathedrâ magiſtrali Pariſius, referente chron. Autiſſiodorenſi: nec immeritò ſequentes verſus ante ſedem Præcentoris ſepulchro appoſiti leguntur:

Flos & honor Cleri, PETRVS *huic qui ſubiacet ari,*
De Cameracenſi datus eſt Sedi SENONENSI.
Moribus, & vitâ verè fuit Iſraëlita,
Et pro more via ſacra noue Theologia.
Lux erat Annalis Synodi cœtus Synodalis.
Non ſine lamento patris oſſa dedit monumento.

Doctoris fidei, ſic cognitio ſpeciei,
Quódque ſpei certa ſuberat, modò cernit
apertè.

De illo meminerunt etiam Rigordus,
Albericus qui Doctorem opinatiſſi-
mum nominat, Vincentius Bellouacenſis,
S. Antoninus tit. 17. cap. 4.
num. 3. Thomas Cantipratenſis lib. 2.
cap. 51. & 75. Sixtus Senenſis lib. 4.
chron. Aquicinctinum, Magni Annales
Belgici, Trithemius, Henricus
Gandauenſis, Bzouius & alij; conſtitutiones
quoque edidit, quarum
fragmentum inſeritur ad finem Synodi
Lateranenſis 4. tomo 28. Conciliorum
Typographiæ Regiæ.

CORNV. D'argent a la bande de gueulles.

72. GALTERVS CORNV, III.
Simonis Cornuti domini Villænouæ
prope Muſterolum oppidum filius,
Henrici Clementis Franciæ Mareſcalli
è ſorore nepos, Philippi & Ludouici
Regum Clericus, ex Decano
1223. Pariſienſi creatur Archiepiſcopus 1223.
vti aſſerit idem Albericus, & Guilelmus
Brito Philippidos lib. XII. de eo
ſic canit:

At GALTERE, *tibi cū confirmata fuiſſet*
Pariſiani apicis electio, mox SENONENSEM
Ad Cathedram raperis, vt dum te lingua
malorum
Inſequitur, profit tibi neſcia, quâ mediante
Pluribus vt præſis Cathedrâ priuatus es vnâ.
Quique tibi fieri non erubuêre rebelles,
Nūc tibi ſubiectos premit indignatio maior,
Afficit & grauior confuſio, cum videant te
Sic ſublimatum, ſic Chriſto actore potentem.
Illos vt maiore queas diſtringere freno,
Quàm ſi Pariſius ſpecialis Epiſcopus eſſes.
Sed tibi non talis eſt vultus, non eadē mens.
Non ita Pariſij te, non ita tu docuiſti
Pariſios, non hos ſacra dat tibi lectio mores,
Ore tibi docto multos celebrata per annos,
Vt mala cōpenſare malis ſtimulante vel irâ,
Vel rancore velis; odij meminiſſe benigna
Non eſt mentis opus, quam tuti in pectore
geſtas,
Quo poſuit thronum tibi Philoſophia perennem,
Quo perfecta viget vtriuſque ſcientia legis,
Quam toti mundo legis ore manúque fideli.

Ab eodem Hiſtorico præcipuus in
aulâ cum Guilelmo Remenſi, claro
genere inclytus, & interfuiſſe funeri
Philippi Auguſti dicitur. Sed quoniam
partibus regiis aduerſus Honorium
Papam fauiſſet, confirmationem
vix obtinuit. Romam itaque

A profectus, eíque Pontifici reconciliatus,
de Archiepiſcopatu his vt ferunt
verbis manuſcripti codicis prouiſus
eſt: Per nos Eccleſiam Beatæ Mariæ „
amiſiſti, ſed B. Stephanus te ſuſcepit, „
& nos te confirmamus, in officio „
viriliter age. Nominatur in peranti- „
quo cartophilacio 1224. cum Præſu- 1224.
libus, qui apud Turones die S. Ioannis
Baptiſtæ, regiis caſtris ſe ſiſtere
tenebantur: & in tabulâ menſis Ianuarij
1225. pro recognitione à Vilelmo
Abbate S. Ioannis exhibitâ,
pro caſtro de Noolon: eſt & in ma-
B gno Paſtorali Pariſienſi, membrana
eiuſdem Galteri, quâ ſignificat, ad
Curiam progreſſum, Alberico Cornuto
fratri vices ſuas commiſiſſe; &
probat venditionem factam Guilelmo
de Brociâ domicello 1227. Præ- 1227.
terea Lud. VIII. exequias in D. Dionyſij
fano celebrat, Dominicâ poſt
feſtum S. Martini hyemalis 1226. vt
eſt in cartulario maiori eius Abbatiæ;
ac Margaritam S. Ludouici vxorem
Senonis coronauit 1234. Regem 1234.
quoque in Aremoricam cum Epiſcopis
Galtero Carnotenſi, & Guilelmo
Pariſienſi ſecutus eſt, ac in iudicio
C ſtetit, vbi à proceribus vnanimiter
declaratum eſt, Petrum Comitem à
regimine Britanniæ excidiſſe, ipſóſque
Barones à fidelitate ipſi debitâ
exolui, confecto hac de re inſtrumento
in caſtris d'Ancenis 1230. quod
chirographo ſuo Galterus ſubſcripſit.
Ceterùm Dominicani & Franciſcani
Senonis recipiuntur 1231. eodem Archiepiſcopo
fundum liberaliter concedente,
Prædicatoribus quidem in
veteri foro, Minoribus extra portam
S. Hilarij; nec minori munificentiâ
palatium Archiepiſcopale adornauit,
& conſtruxit. Aſſumitur autem à D.
D Ludouico cum Bernardo Epiſcopo
Anicienſi, & nonnullis toparchis, vt in
occurſum Spineę Coronę properaret
quę Coſtātinopoli Venetis oppignerata,
tandem pecuniâ reſtitutâ Rege tam
pretioſum donum acceptante redempta
fuerat: igitur ad Villamnouam Archiepiſcopi
ſacrum Diadema delatum
inueniens, ſolemni concurſu populorum
apud Senonas à Ludouico,
& fratre Roberto Comite, nudis pedibus
in ipſo vrbis ingreſſu deportatum
eſt XI. Aug. 1239. hinc ſummo 1239.
apparatu Lutetiæ in ſacrâ Capellâ regalis
palatij paulò ante ædificatâ col-

loeatur; & ne rei geſtæ memoria ex-
ciderer, Galterus, qui cæremoniæ
præfuit, iuſſu Ludouici hiſtoriam
ſuſceptionis prædictæ Coronæ, Lati-
nam opuſculo exarauit, quæ ex vetu-
ſto chronico monaſterij S. Petri Vi-
ui, tomo v. hiſtoriæ Francorum Scri-
1240. ptorum, typis fuit mandara. Anno
ſequenti menſe Iulio ratam habuit
compoſitionem inter quoſdam Iu-
dæos, ac Gibaudum S. Vetani topar-
cham. Fato conceſſit xi. Cal. Maij
1241. 1241. iacétque in choro Metropolis,
à parte dextrâ aquilæ, tumbâ cupreâ
his carminibus inſculptâ:

Præſul GALTHERVS *iacet hîc in pul-*
nere, verus
Cultor iuſtitiæ, Cleri pater, arca Sophia,
Non parcunt generi, nec honori fata, nec ari,
Traditur hic cineri fex modò, Præſul heri,
M. ſcribis ad bis C. quater X. addens quo-
que ſcribe I.
In ſumma appoſita ſic finitur ſacra vita.

Quibus ſubiunguntur duo ſequentes
verſiculi:

Dum viguit tua, dum valuit GALTHERE
poteſtas,
Fraus latuit, pax magna fuit, regnauit
honeſtas.

Corny. Comme cy-deſſus.

73. GILO CORNV ſuperioris fra-
ter, antea Senonenſis Archidiaconus,
Canonicorum ſuffragiis electus; per
aliquot annos quibuſdam contradi-
centibus vacuam Sedem adipiſci pro-
hibetur, donec compoſitis diſſidiis
1244. Lugduni 1244. conſecratur ab Inno-
centio iv. vt tradit Guil. de Nangia-
co in geſtis Lud. ix. ad cathedram
verò exceptus, pallio cohoneſtatur à
Pont. qui Regi Bullam commenda-
titiam ſcripſit pro conceſſione Rega-
liæ. Poſtea Concilio Lugdunenſi ad-
1245. fuit 1245. eodémque anno Crucem
aſſumpſit aduerſus Sarracenos, cum
Epiſcopis & nobilibus Franciæ, teſte D
Mathæo Paris in hiſt. Anglicanâ. Il-
li autem & capitulo Senonenſi epi-
ſtolam miſit Innocentius 4. Papa; ac
Beatorum Martyrum, Cantij, Can-
tiani, & Cantianillæ apud Stampas
1248. corpora tranſtulit; tum dedicationi
S. Capellæ Pariſienſis intereſt 1248.
& Eccleſiam Prædicatorum ac Mino-
rum in vrbe diuino cultui ſacrauit
1251. 1251. cum Odone Card. Tuſculano
Legato Apoſtolico. Eccleſiaſticæ diſ-
ciplinæ reſarciendæ pariter conſuluit,
ſaluberrimis decretis de emendatione

A Cleti promulgatis. Poſt quæ Gilo,
quem Ægidium alij nuncupant, mor-
tis debitum exſoluit 1254. depoſitus 1254.
in S. Stephano iuxta deceſſorem, læ-
uâ parte, tumulo item cupreo, in cu-
ius circumferentiâ hæc leguntur:

Corpus GILONIS *iacet hîc, quem plebs*
regionis
Huius patronum plangit abeſſe bonum.
Cautus, ménſque pia, facundia, Philoſophia,
Normáque iuris et dona fuêre Dei.
Conſeruare fidem ſatagebat firmiter idem,
Vt conſeruet eum, poſco, rogate Deum.

B 74. HENRICVS CORNV II.
Gilonis nepos, & Senonenſis Archi-
diaconus, non Carnotenſis; Viterbij
ab Alexandro iv. confirmatur 1254.
ſex habuit fratres, Galterum videli-
cet equeſtri officio ornatum, Simo-
nem Canonicum Laudunenſem, Al-
bericum Carnotenſem Epiſcopum, 1254.
Ioannem Senonenſem Canonicum,
Petrum Armigerum, & Robertum
Niuernenſem Præſulem. Enuntiatur
verò in magni Paſtoralis Pariſienſis
diplomate dato apud Loretum in Boſ-
cagio 1255. menſe Februario; & in 1255.
ſequenti ſchedâ, quam vir ſcriptis
C ſuis de Antiquitate benè meritus Ni-
colaus Camuzatus Tricaſſinus Cano-
nicus nobis ſuppeditauit:

Cornv. Ecartelé au 1. & 4. de Cornv. Au 2. & 3. des armes de l'Egliſe de Sens.

IN NOMINE *Patris & Filij & Spi-*
ritus ſancti, Amen. An. Dom. M. CC. LV.
die Martis ante feſtum S. Arnulphi con-
tinuatâ à die lunæ præcedente. Nos HEN-
RICVS *Dei gratiâ* SENONENSIS
Archiepiſcopus, Renaudus Pariſienſis,
Guillelmus Aurelianenſis, Guido Autiſſio-
dorenſis, Nicolaus Trecenſis Dei gratiâ
Epiſcopi, A miſeratione eiuſdem Electus
Meldenſis confirmatus. In negotiis inqui-
ſitionis factæ authoritate Concilij Prouin-
cialis, ſuper interfectores bonæ memoriæ
R. quondam Cantoris Carnotenſis, audi-
tis probationibus, & præſumptionibus ha-
bitis, contra Hugonem de Cheuerneyo
Canonicum Carnotenſem, & Colaium fra-
trem eius, qui ſe voluntati & ordinationi
Concilij ſubmiſerunt, præſtito ſuper hac iu-
ramento, & appoſitâ pœnâ, de bonorum
conſilio, dictum noſtrum & ordinatio-
nem noſtram, in hunc modum verborum
declaramus. Quòd dicti Hugo & Co-
laius frater eius, per quinquennium conti-
nuum, apud Oxenfort in Angliâ moren-
tur, & elapſo dicto quinquennio non re-
dient, citra mare, niſi prius Archiepiſco-
pus Senonenſis & Suffraganei eius, cer-
tificati

tificati fuerint à Diœceſano loci illius, & aliis perſonis authenticis, per patentes literas, quòd per dictam quinquennium moram fecerint in loco ſupradicto, eis præcipimus, vt iter arripiant infra Octauas Aſſumptionis B. Virginis, continuè proficiſcenda, & ex nunc priuamus perpetuò dictum Hugonem, voce & loco in capitulo Carnotenſi: Ita quòd in electionibus & aliis tractatibus, in Carnotenſi Capitulo, ſe non ingerat de cetero, nec aliquatenus admittatur. Item nos iidem ſupradicti, eiſdem anno & die, in negotiis Inquiſitionis facta, authoritate Concilij Prouincialis, ſuper interfectione Cantoris prædicti, auditis confeſſionibus Gilberti dicti Coqui & Iacobi, dicti la Beloie, & aliis probationibus habitis contra ipſos, de conſilio bonorum, authoritate eiuſdem Concilij ſententialiter definimus, dictos Gilbertum & Iacobum, in carcerem retrudendos, donec authoritate Concilij extrahantur; & ſi extrahantur authoritate Concilij, ex nunc definimus, ipſos vltra mare in terram Ieruſalem, exilio perpetuo deportandos. Actum Pariſius anno & die prædictis. Deinde caſtrum Archiepiſcopale de Noolon non longè ab vrbe ſuis impenſis pro ſucceſſorum commodo & oblectamento acquiſiuit, de quo profitetur hominium, ex Regio carrophilacio depromptum:

HENRICVS permiſſione diuinâ SENONENSIS Archiepiſcopus, Notum facimus quod nos recepimus in feodum, ab excellentiſſimo noſtro Lud. Dei gratiâ Francorum Rege illuſtri, domum de Noolon, quam habemus ex permutatione, & venditione quas Gilo de Noolon Armiger, & Alpeſia eius vxor nobis fecerunt; & fecimus ſibi de eiſdem homagium ligium, contra omnes homines & feminas, qui poſſunt viuere & mori; tenemúrque nos & ſucceſſores noſtri Archiepiſcopi Senonenſes, eandem domum præfato Regi, & ſucceſſoribus ſuis Regibus, vel eorum mandato tradere ad magnam vim, & ad paruam, quotienſcúmque ſuper hoc fuerimus requiſiti: & ſi eandem nos, vel ſucceſſores noſtros Archiep. Senonenſes, dicto Regi vel ſucceſſoribus eius Regibus Franciæ, propter hoc tradere contigerit, dictus Rex vel ſucceſſores Reges Franciæ, cum eam tenuerint quamdiu ſibi opus fuerit, tenentur eam reddere nobis, & ſucceſſoribus noſtris Archiep. ita benè munitam, vt eandem recipient à nobis, vel ſucceſſorib. noſtris Archiep. Senon. Tempore verò Regalium, tenebunt idem Rex & ſucceſſores, præfatam domum de Noolon cum vniuerſis pertinentiis, & ſicut alia iure Regalium, ad ipſos iure pertinentia percipient, & habebunt fructus, exitus ac prouentus ipſius domus, ac pertinentiarum. Tempore etiam Regalium vtentur Rex & ſucceſſores, piſcibus foſſatorum, & ſaluatoriorum ad dictum manerium ſpectantium, eo modo quo piſcibus aquatum, ad dicta Regalia ſpectantium, tempore Regalium vti debent. Nos autem & ſucceſſores noſtri Archiep. Senonenſes, debemus ex conceſſione dicti Regis nobis factâ, præfatam domum cum omnibus pertinentiis eius tenere liberè & pacificè in perpetuum, abſque aliquo ſeruitio, pro ipsâ domo, vel eius pertinentiis, ſibi vel eius ſucceſſoribus Regibus Franciæ à nobis, vel à noſtris ſucceſſoribus Archiep. Senonenſibus faciendo, exceptâ ſolummodò traditione prædictâ, & perceptione Regalium. In cuius rei, &c. Actum Pariſiis Anno Domini M. CC. LVII. menſe Iunio. Laudatur Henricus à munificentiâ in pau- 1257.
peres, quos in ſuâ diœceſi vndecumque annonæ inopiâ indigentes aluit; fertur autem in chronico Senonenſi à coquo, veneno è viuis ſublatus an. 1258. XII. Cal. Nouemb. ante princi- 1258.
pem aram Sancti Stephani terræ mandatur.

BROSSE. D'azur à trois gerbes d'or liées de gueulles.

75. GVILELMVS DE BROSSE III. Bernardo quarto Vicecomite襲 Brociæ, ex nobiliſſimâ Vicecomitum Lemouicenſium proſapiâ oriundus, cum eſſet propter eximias dotes laudatiſſimus, ex Canonico Officialis, Celerarij, Præcentoris, & Decani muneribus fungitur, poſtremò Archiepiſcopus 1258. ab Alexandro IV. 1258.
Papâ conſecratur: ſub idem tempus Mathurini in caſtro regio Fontiſbellaquæ fundantur, inſtitutore S. Ludouico, & Metropolitano aſſenſum præbente, vt patet hoc diplomate, quod habuimus curâ & diligentiâ eruditiſſimi viri Michaelis Conſtantini Melódunenſis Preſbyteri:

IN NOMINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, amen. Ludouicus Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri, quod pro ſummi*

largitoris amore pariter & honore, & pro ſalute animæ noſtræ, & remedio animarum inclytæ recordationis Regis Ludouici genitoris noſtri, & Reginæ Blanchæ genitricis noſtræ, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, ad petitionem Nicolai Capellani Capellæ domus noſtræ de Fontebleaudi, & ad liberam reſignationem eiuſdem, de voluntate, & aſſenſu dilecti & fidelis noſtri Vilelmi Senonensis *Archiepiſcopi, & parochialis Presbyteri de Auon conſenſu pariter accedente, ad diuini cultus augmentum, Fratribus Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis, & Captiuorum, Capellaniam prædictam, cum omnibus redditibus, prouentibus, & pertinentiis quibuſcúmque, ac domum, & porpriſium in quo Capellanus manebat, in puram & perpetuam eleemoſynam dedimus, & conceſſimus ab eiſdem fratribus quietè & pacificè poſſidenda, & ad ædificandum, & fundandum in eadem domo & porpriſio, & circa baſilicam in honore ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & hoſpitale pauperum infirmorum, qui de circumadiacentibus locis deſertis & aridis confluant, & trahantur ad illud, vt in ipſis Chriſtus Dominus tanquam in membris propriis foueatur, ac officinas fratribus ibidem & iuxta ſui Ordinis inſtituta Deo debitæ ſeruitutis obſequia ſoluturis accommodas, & familiæ eorumdem. In eadem autem domo morari tenebuntur in perpetuum ſeptem fratres Clerici ordinis antedicti, quorum eſſe debent quinque Sacerdotes ad minus, & ex quinque ipſis ſacerdotibus, vnus vel duo in Capellâ noſtri manerij ſupradicti, dudum in honore Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & B. Martyris Saturnini fundatâ, ac poſtmodum à Beatiſſimo Martyre Chriſti Thomâ Cantuarienſi Archiepiſcopo conſecratâ, duas Miſſas, vel vnam ad minus tenebuntur diebus ſingulis celebrare. Tenentur etiam dicti fratres celebrare pro nobis quandiu vixerimus in loco prædicto, vel in Capellâ noſtri manerij, diebus ſingulis vnam Miſſam de Spiritu ſancto, vel de Beatâ Virgine, & poſt deceſſum noſtrum in perpetuum diebus ſingulis, Miſſam quæ pro defunctis fidelibus celebratur, exceptis paucis diebus ſolemnibus, in quibus celebrare non conſueuit Eccleſia pro defunctis. Inſuper Anniuerſaria iſta, videlicet inclytæ recordationis Regis Ludouici genitoris noſtri, Reginæ Blanchæ genitricis noſtræ, R. Comitis Attrebatenſis fratris noſtri, & noſtrum, & ipſius obitum celebrare ſolemniter tenebuntur. Hos autem redditus inferius annotatos, inuenimus olim à noſtris* A *prædeceſſoribus inclytæ recordationis Rege Ludouico proauo noſtro, & Rege Philippo auo noſtro regiâ liberalitate donatos, & conceſſos fuiſſe Capellaniæ prædictæ, ſicut in chartis aui noſtri prædicti vidimus plenius contineri, videlicet tres modios frumenti ad menſuram Gaſtinenſis in feſto B. Remigij annuatim percipiendos in granchiâ apud Capellam, quatuor libras annui redditus in præpoſiturâ noſtrâ Moreti die Aſſumptionis B. Mariæ ſoluendas, item quatuor libras de cenſu terræ arabilis, quam prædictus proauus noſter olim adcenſuerat Gileberto de Brayâ. Ita quod Gilebertus & quicumque poſt ipſum terram illam* B *haberet, Sacerdoti qui pro tempore dictæ Capellæ deſeruiret, quatuor libras annuatim in feſto S. Remigij perſolueret. Si autem poſſeſſor terræ, Capellano die ſtatutâ non ſolueret cenſum illum, nobis emendaret, & ſimiliter dictus Præpoſitus Moreti idem faceret, ſi in ſolutione aliarum quatuor librarum prædictarum deficeret ad terminum prælibatum. Item viginti ſolidos Pariſienſes, pro luminari Capellæ prædictæ S. Saturnini annuatim perſoluendos in cenſu dictarum terrarum arabilium apud Moretum. Ex quibus quatuor libras præfatæ Capellæ conceſſerunt prædeceſſores no-* C *ſtri prædicti. Item decimam vini, quam dicti prædeceſſores noſtri Reges percipiebant apud Recloſes, conceſſit auus noſter prædictus Capellano dictæ Capellæ in perpetuum percipiendam in cupâ, ſub hac formâ. Quòd ſi Capellanus aliquem hominem accuſaret decimam ſuam retinuiſſe, ille ſe inde ſacramento purgaret: ſi verò nollet ſacramentum præſtare, ipſe integraliter eidem Capellano decimam ſuam redderet, & ipſe Rex emendationem ſuam inde haberet. Si quis autem vindemiam ſuam duceret extra decimarium, antequam idem Sacerdos de decimâ ſuâ gratum ſuum haberet, ipſe Rex emendationem, & Sacerdos decimam ſuam haberet. Ceterùm ſe-* D *xaginta ſolidos Pariſienſes quos percipere conſueuit Capellanus Capellæ prædictæ, pro robâ annuatim in præpoſiturâ noſtrâ Moreti, volumus & concedimus vt dicti fratres, ſine difficultate percipiant in eadem annuatim ad terminum conſuetum. Prænominatos autem redditus, à prædeceſſoribus olim datos & conceſſos Capellaniæ prædictæ, ſecundùm quòd ſuperius continetur, prædictæ domui & fratribus in perpetuum concedimus, & auctoritate confirmamus Regiâ. Inſuper donamus in perpetuam eleemoſynam ad ſuſtentationem fratrum ipſorum, & pauperum infirmorum ac ſer-*

uentium eorumdem, duodecim modios fru-
menti ad menſuram Senonenſem in red-
ditibus noſtris percipiendos annuatim, per
manum Præpoſiti qui pro tempore ibidem
fuerit, infra Octauas omnium Sanctorum,
& octo modios auenæ apud Hames, in red-
ditibus noſtris eiuſdem loci ad eumdem
terminum per manum Præpoſiti dicti loci,
& quadraginta libras Pariſienſes annui
redditus in præpoſiturâ noſtri Moreti, me-
dietatem videlicet ad Octauas omnium
Sanctorum, & aliam medietatem ad Octa-
uas Aſcenſionis Domini, per manum ſimi-
liter Præpoſiti qui pro tempore fuerit apud
Moretum: cuiuſmodi redditus volumus &
præcipimus à dictis Præpoſitis in terminis
prænotatis, prædictis fratribus annuatim
perſolui ſine difficultate, diminutione, vel
dilatione quacunque. Quòd ſi dicti Præ-
poſiti in ſolutione prædictorum pro toto, vel
pro parte defecerint, pro ſingulis diebus
quibus fuerit in ſolutione ceſſatum, quin-
que ſolidos Pariſienſes nomine pœnæ me-
moratis fratribus perſoluere teneantur. Ce-
terùm donamus & concedimus eiſdem preſ-
ſorium noſtrum de Recloſes, cum omnibus
iuribus quæ habebamus, vel quæ habere
poteramus in ipſo preſſorio quoquo modo.
Præterea donamus & concedimus domui
& fratribus antedictis, vſuagium ſuum in
foreſtâ noſtrâ Bierriæ competenter, & ad
ædificandum, & vt centum porcos habeant
in peſſonâ noſtrâ dictæ foreſtæ, quoties ſe-
cumque erit ibidem peſſona, liberos & quit-
tos ab omni coſtumâ & exactione quacum-
que. De oblationibus autem Capellæ S. Sa-
turnini, & de libratione panis & vini &
coquinæ, cùm præſentes fuerimus nos vel
Regina, ſeu proles Regia, volumus & præ-
cepimus ordinationem in chartis prædi-
cti aui noſtri contentam teneri inuiolabi-
liter, & ſeruari. Hæc autem ſupradicta
omnia dicti fratres in vſus conuentus ſu-
periùs memoratos, nec ea teneantur aut va-
leant tertiare. Quod vt perpetuæ ſtabilitatis
robur obtineat, præſentem paginam ſigilli
noſtri auctoritate, ac Regij nominis chara-
ctere inferius annotato fecimus communiri.
Actum apud Fontemblaudi anno Domini-
1259. cæ Incarnationis M. CC. LIX. menſe Iulio,
Regni verò noſtri anno XXXIII. aſtantibus
in Palatio noſtro, quorum nomina ſuppoſita
ſunt, & ſigna, Dapifero nullo. Signum Ioan-
nis Buticularij, S. Alphonſi Camerarij, S.
Egidij Conſtabularij. Data vacante Can-
cellariâ. Charta verò primariæ funda-
tionis eiuſdem Capellæ talis eſt:

IN NOMINE *Sanctæ & indiuiduæ*
Trinitatis, amen. Ego Ludouicus Dei gratiâ
A *Francorum Rex. Notum facimus omnibus*
futuris ſicut & præſentibus, quod in honore
Dei, & B. Mariæ Virginis, & glorioſi Mar-
tyris Saturnini apud Fontembleaudi con-
ſtruximus Eccleſiam quam dotauimus hoc
modo, Domino Bartholomæo & ſucceſſoribus
ſuis, qui ibi poſt Bartholomæum deſeruierint
aſſignauimus tres modios frumenti ad men-
ſuram de Gaſtinois, in feſto B. Remigij an-
nuatim recipiendos, in granchiâ noſtrâ
apud Capellam, & ſex modios vini in no-
ſtro clauſo de Herici ad menſuram de Sa-
mois. Quod ſi vinea aliquâ occaſione ad
percipiendos ſex modios defecerit, de cenſu
B *vini noſtri de Samois perficiantur, & apud*
Moretum quatuor libras in denariis de
cenſu terræ arabilis quam aſcenſiuimus Giſ-
leberto de Bratâ, & quicumque poſt ipſum
terram illam habuerit, Sacerdoti qui ibi
deſeruierit quatuor libras annuatim perſol-
uat in præfato feſto. Si autem poſſeſſor ter-
ræ Capellano die ſtatutâ non perſoluerit cen-
ſum illum nobis emendabit. Capellanus
verò in luminaribus Eccleſiæ prouidebit.
Quidquid autem à Capellano ædificatum
fuerit apud Fontembleaudi, ſiue in domi-
bus, ſiue in arboribus, ſiue in viuario &
prato, excepto mobili, in perpetuum Eccle-
ſiæ remaneat, & illi qui Eccleſiæ deſeruierit,
C *inſuper Capellanus vſuarium ſuum in ne-*
more habebit ad ardendum, & quæ vſque
in hodiernum diem perſoluuntur, quotiens
nos, ſiue Regina, ſiue filius noſter ibi affue-
rimus, Capellanus habebit liberationem
ſuam integram, ſcilicet quatuor panes & di-
midium ſextarium vini, & pro coquinâ
duos denarios, vnam teſam candelæ. Quod
vt ratum in poſterum habeatur, ſigilli no-
ſtri impreſſione, & nominis noſtri characte-
re muniri, & conſignari præcepimus. Actum
publicè apud Fontembleaudi anno ab In-
carnatione Domini M. C. LXIX. *aſtanti-*
bus in Palatio noſtro, quorum nomina &
ſigna ſubſcripta ſunt. Signum Comitis
Theobaudi Dapiferi noſtri, S. Guidonis Bu-
D *ticularij, S. Matthæi Camerarij, S. Ra-*
dulphi Conſtabularij. Data per manum
Hugonis Cancellarij. Itaque cum lon-
gâ iam ætate affectus, Epiſcopali fun- 1267.
ctioni minus idoneus videretur, Pon-
tificium onus Petro de Charniaco
tranſmiſit 1267. & in ſeceſſu apud Bri-
nonem animam Domino reddidit 8.
Februarij 1269. tumulatus ante maius 1269.
altare B. Stephani ad latus Euangelij
hoc monumento:

DE BROCIA *natus eſt hîc* GVILELMVS
humatus,
Munere multiplici debet ſua laus pia dici:

Sine ſorde vili creſcens ex Officiali,
Fit Celerarius, Senonis ille prius:
Paulò poſt idem datus eſt Præcentor ibidem:
Inde Decanatum tenuit, poſt Pontificatum.
M. ſexageno nono cum c. bis in anno,
Tertia dum colitur Agathæ lux hîc ſepelitur.

CHARNY.

76. PETRVS DE CHARNY III. ex Decano, humili familiâ in vico Charniacô huius diœceſis natus, fortunæ ſuæ tenuitatem luculentis ingenij dotibus maximè illuſtrauit, nam & ab Henrico Cornuto, cuius fratrum erudiendæ pueritiæ admotus fuerat præbendâ & Officialis dignitate ornatus, poſt Guilelmi de Brociâ promotionem fit Decanus, & ab Vrbano 4. Papâ Camerarij officio inſignitur; ne quid verò ipſi deeſſet, ad Pontificatus culmen, poſtulatur in Curiâ à Canonicis, deceſſore ſe abdicante an. 1267. 1267. admiſſus die Pentecoſtes, cum prius à Clemente IV. fuiſſet inauguratus: Hoc igitur loco rectè apponetur eiuſdem Pontificis epiſt. 577. ad Sanctum Ludouicum, vbi ſic ſcribit: » CELSITVDO Regis ſicut credimus » non ignorat, quòd venerabilis frater » noſter PETRVS Archiepiſcopus Se» nonenſis, ab olim fœlicis recordatio» nis Vrbani Papæ prædeceſſoris noſtri » & poſtmodum Camerarius noſter exi» ſtens, adeo fideliter nobis, & Eccleſiæ » Romanæ ſeruiuit, quòd quampluti» mùm circa ipſum afficimur, & eum » in charitatis viſceribus per dilectio» nem portamus: dignè igitur ipſum » plenâ beneuolentiâ proſequentes Re» galem magnificentiam paterno roga» mus & hortamur affectu, quatenus » eumdem Archiepiſcopum quo men» tem noſtram tibi fiducialiter aperimus » & Eccleſiam ſuam habeas fauorabili» ter commendatos, ſic eos ſub regij fa» uoris gratiâ confouendo, quod noſtro » tuum in hoc ſpecialiter conformare » beneplacitum dignoſcaris, quidquid » ſibi feceris gratiæ vel honoris, nobis » reputabitur eſſe factum, &c. Datum » 5. Idus Martij, anno 3. Sub idem tempus turrim B. Stephani quæ in vigiliâ Paſchæ corruerat, à fundamentis erexit, necnon palatium Archiepiſcopale à Galtheto conditum perfecit, acquiſitis in commodum Eccleſiæ plurimis dominiis. Teſtamenti autem codicillis cauit, vt Vicecomitatus Senonenſis, à Guilelmo & Guidone de Barris eâ pecuniæ ſummâ compararetur, quam ſoluere tenebantur oppidani Sancti Iuliani de Saltu toparchiæ Archiepiſcopatus, quo item pretio à manu mortuâ ipſo viuis exempto redempti ſunt: plura alia legata confecit, & vltimæ voluntatis curatores Giloni ſucceſſori Vicecomitatum fruendum reliquêre. Habuit porrò quinque fratres Canonicos in maiori Eccleſiâ, è quibus tres Archidiaconi, & vnus Præcentor fuêre; enuntiatúrque in tabulâ magni Paſtoralis 1269. pro 1269. Liricantu; quo etiam anno Senonis die Sabathi ante feſtum B. Simonis & Iudæ, edidit Petrus Statuta ſynodalia Concilij prouincialis ab ipſo congregati, quemadmodum docent canones de diſciplinâ Eccleſiaſticâ ſanciti, qui in mēbranis manuſcriptis habentur. Cùm verò remearet à Concilio Lugdunenſi animam exhalauit 1274. 1274. 17. Cal. Septemb. funeratus in ingreſſu chori Metropolitani, cupreâ tumbâ cui adſcriptum hoc Epitaphium:

PETRVS *Præſul* SENONIS, *flos Cleri, fons rationis,*
CHARNIACI *natus, hîc ſubiacet intumulatus:*
Dum vixit, pauit inopes, lapſos releuauit,
Ædes quas ſtrauit turris Senonis reparauit.
Anno milleno, bis centum ſeptuageno,
Cum quarto moritur, Deus illi propitietur.

DANISY. *De gueulles à vn chaſteau d'argent.*

77. PETRVS DANISY IV. ex Senonenſi Theſaurario viâ compromiſſi electus, à Gregorio Papâ X. conſecratur, & in Galliam rediens, celebratâ Synodo prouinciali cuius acta in MSS. ſchedis circumferuntur, expirauit 8. Idus Decemb. 1274. ſepultus 1274. in cathedrali Autiſſiodorenſi vbi Canonicus fuerat. Itaque cum breui ſediſſe reperiatur in Eccleſiaſticis tabulis, fortè id anſam dedit Guilelmo de Nangiaco opere de geſtis Philippi tertij Regis vt ſcriberet, Gilonem Cornuti Petro de Charniaco ſucceſſiſſe.

CORNV. *Comme cy-deſſus.*

78. GILO CORNV II. Galteri & Gilonis Archiepiſcoporum nepos, prius Senonenſis Præcentor, Iuris Pontificij Doctor, ad hæc ingenio, prudentiâ, & probitate conſpicuus, 1274. Sedem iniit 1274. ad quam ſublectus ab Innocentio V. Papâ 1276. quo anno menſe Iunio ad eumdem ſcribit pro canonizatione Regis S. Ludouici, in cartulario B. Dionyſij. 1276. Martinus II. Quartus dictus, ad illum epi-

ſtolam quoque pro ſuâ promotione
1281. direxit 1281. quin & ipſi Capituló-
que Senonenſi B. Magdalenæ coſtam
pretioſâ thecâ incluſam miſit, conce-
dens centum dierum indulgentiam
iis, qui die ſolemnitatis ipſius ad Ec-
cleſiam conuenirẽt, epiſtolâ datâ apud
Vrbemueterem VIII. Cal. Octob. an-
no primo. Fundauit & anniuerſarium
in Cathedrali, ære ſufficienti inter Ca-
1292. nonicos diſtribuendo; defunctus 1292.
XII. Calend. Iunij, quieſcit in choro
Metropolitano.

BECARD. Deux faulx addoſſées en pal....

79. STEPHANVS BECARD I.
ex familiâ de Penulo, materno ſan-
guine Cornutos Archiepiſcopos at-
tingebat; hic Decanus maioris Eccle-
ſiæ, & in Iure Canonico, cuius noti-
tia tunc temporis plurimùm vigebat,
egregiè excultus, ad Pontificatus Se-
1292. nonenſis faſtigium euehitur 1292. in-
de Romam ſe contulit; vbi per bien-
nium vacante Sede commoratus, quò
vſque Apoſtolicum culmen adeptus
S. Cæleſtinus Pontifex huius nomi-
nis V. eum confirmauit; móxq; in pa-
triam reuerſus, ad Cathedram recipi-
1294. tur Dominicâ poſt Epiphaniam 1294.
cum antea die Martis poſt feſtum Aſ-
ſumptionis Virginis, impetraſſet Re-
galiorum iura, quæ vacauerant à die
Veneris ante Natiuitatem S. Ioannis
Baptiſtæ. Multa ſanè præclara in Ec-
cleſiam munificentiæ ornamenta reli-
quit, quam ædificiis, dotationibus,
& duobus ſacellis in Metropoli ædi-
ficatis decorauit: Idem ab Hugone
de Bouillâ domino Milliaci multa do-
minia apud Villamnouam emit, quæ
ſupremis tabulis cum domo amplâ Lu-
tetiæ ſucceſſoribus donauit, eâ con-
ditione, vt Vicariis Eccleſiæ Seno-
nenſis libras aliquot in augmentum
victus & veſtitus ſoluerent; Cathe-
drali varia ſacrarum veſtium mune-
ra, Capitulo certam pecuniæ quan-
titatem pro anniuerſario, quæ am-
pliſſima legata ex eius teſtamento re-
citat Tauellus: Solemnia verò Eucha-
riſtiæ myſteria celebrauit apud S. Dio-
1298. nyſium 1298. in octauis Aſſumptio-
nis, dum B. Ludouici corpus tranſ-
ferretur. Rebús humanis exemptus
1309. 1309. iacet ante maius altare Cathe-
dralis, à parte dextrâ; cuius cœnota-
phio affixa hæc epigraphe:

HIC IACET

Bonæ memoriæ STEPHANVS BE-
A CARDI DE PENVLO, *nobilis gene-
re, Doctor in Decretis, iuſtè Philoſophus,
Archiepiſcopus* SENONENSIS *Eccleſiæ;
qui rexit eam annis* XVI. *menſibus octo,
diebus* III. *Acquiſiuit eidem Eccleſiæ mul-
ta bona ad perpetuitatem, vſque ad valo-
rem quingentarum librarum Turonenſium
annui redditus; dedítque ei veſtimenta ſua
rubea, cum pulpito & calice argenteis deau-
ratis; ac mille libras pro vitrariis de naui
faciendis, cum aliis bonis. Obiit autem
menſe Martio quarto Calend. Aprilis, cu-
ius anima requieſcat in pace, amen. Orate
pro eo.*

MARIGNY. D'azur à deux faſſes d'argent.

80. PHILIPPVS DE MARI-
B GNY I. frater Enguerrani Comitis
Longæuillæ, Ioannis Archiepiſcopi
Rotomagenſis, & Philippi domini
d'Eſcouys, ex Epiſcopo Cameracenſi
ad hanc Metropolim traducitur, poſt-
quam defuncto Stephano Regalia in-
cœpiſſet die Sabathi vigiliâ Paſchæ
ſuperioris anni. vnde planum eſt quem-
dam *Philippum Becardum* à nonnullis
in vulgatâ ſerie ſuperinductum cen-
ſeri. Ille autem poſſeſſionem nanciſ-
citur Dominicâ ante feſtiuitatem Pal-
marum 8. Aprilis 1310. & Eccleſiam 1310.
Carthuſiæ Valliſprofundæ quæ fun-
data fuerat ab Iſabellâ de Melloto
C Iouiniaci Comitiſſâ diuino cultui de-
dicauit an. 1312. exactiſque in Pon-
tificatu annis XV. Lutetiæ vitam fi-
niuit 1325. depoſitus ibidem in cœno- 1325.
bio Carthuſianorum ad læuam prin-
cipis altaris.

MELVN. D'azur à ſept beſans d'or, 3 3 & 1, au chef de meſme.

81. GVILELMVS DE MELVN
III. Adamo Vicecomite Meleduni,
ac Ioannâ de Soliaco Henrici Fran-
ciæ Buticularij filiâ, ſtirpe clariſſimâ
parentibus ortus, ad Archiepiſcopa-
tum vocatur 1325. cui accedebat rara
morum cum pietate probitas coniun-
cta; adminiſtrauit vſque ad an. 1329. 1329.
D mortuus vigiliâ B. Simonis & Iudæ
in monaſterio Iardi, referente Tauel-
lo, apud Nalliacum verò, prout an-
notat Calendarium Pariſienſe, ſepeli-
tur in Metropolis choro.

ROGER. D'argent à vne bande d'azur, accompagnée de ſix roſes de gueulles, 3 en chef & 3 en pointe, poſées en orle.

82. PETRVS ROGER V. Lemo-
uix, ex Abbate Fiſcannenſi Præſul
Attrebatenſis, poſt Senonenſis Archi-
epiſcopus renuntiatur, in quâ Eccle-
ſiâ ſacellum S. Martialis ampliſſimo
cenſu dotauit; inſuper ſtatutum per-
antiquum renouauit, vt Suffraganei
antequam in Cathedrali exciperen-
tur, fidem ſubiectionis exhiberent

Metropolitano in æde S. Stephani. A
De Clero Gallicano plurimùm pro
meruit idem Rogerius, cum in ſolem-
ni diſputatione Electus tantùm Seno-
1329. nenſis anno 1329. aduerſus Petrum de
Cuneriis Aduocatum Regium in Se-
natu Pariſienſi, nomine cæterorum
Antiſtitum regni, cum Petro Bertran-
do Epiſcopo Auguſtodunenſi, cauſam
iuriſdictionis Eccleſiaſticæ tuendam
ſuſcepit; conuentui adſtitit Philippus
Valeſius, ac poſt orationes vtrinque
habitas, Rex iudicium pronuntiauit,
» iura Eccleſiæ Gallicanæ aucta ſe po-
» tiùs quàm imminuta velle; quam rem
prolixè narrant hiſtorici. Obſeruan- B
dum eſt autem putaſſe aliquos, Ele-
ctum iſtum hoc eodem anno Seno-
nenſem fuiſſe Guilelmum de Brociâ,
qui præpoſtero hactenus ordine in om-
nibus catalogis recenſebatur; ſed Acta
diſputationis refragantur, cum in ſe-
rie Antiſtitum qui interfuêre, Seno-
nenſis pro Epiſcopis orationem ha-
buerit, cui Bituricenſis nomine Re-
gis, eidem Senonenſi ceteriſque Præ-
ſulibus reſponderit; Quin & paulò
mox Electus Senonenſis Rogerius no-
ſter, ad Rotomagenſem cathedram C
1330. tranſlatus eſt anno 1330. 19. Cal. Ia-
nuarij, vt diſertè docent eiuſdem Ec-
cleſiæ tabulæ: ita vt ex dictis ſupra
non ſit dubitandi locus, Petrum Ro-
gerium in Senonenſi Pontificatu Guil-
lelmum de Brociâ præceſſiſſe, quem-
admodum rectè obſeruauit Sponda-
nus tomo 1. Annal. Huius præclaræ
pro Eccleſiâ defenſionis merces poſtea
fuit Cardinalatus honor, à Benedi-
cto XII. Purpurâ condecoratus 1338.
poſteáque Clementis VI. nomine ad
Apoſtolicos apices aſcendit. De eo
in Archiepiſcopis Rotomagenſibus,
vbi à nobis de hoc Cardinali plura
proferuntur.

83. GVILELMVS DE BROSSE D
BROSSE. Comme cy-deſſus. IV. Rogerij domini de ſancto Seuero
& de Bouſſac, ex Margaritâ d'Eauës
filius, Guilelmi ſuperioris pronepos,
ex Metropoli Bituricenſi ad hanc pro-
1330. mouetur anno 1330. poſſeſſiones quaſ-
dam pecuniâ cõparauit apud S. Mau-
ricij villam ab Anſello Trianguli to-
parchâ, quas ſucceſſoribus Præſuli-
bus tranſcripſit; is verò Pontificatus
anno octauo diem extremum obiit
apud caſtrum Nalliacum menſe De-
1338. cembri die S. Luciæ 1338. ſepultus ad
maius altare S. Stephani.

A 84. PHILIPPVS DE MELVN MELVN. Comme cy-deuant.
II. Beati Mauricij ſuper Auerionem
dominus, ex Catalaunenſi Antiſtite,
prouiſus eſt 1338. bullâ Benedicti XII.
anno V. pontificatus, quæ eſt in archi- 1338.
uo regio Pariſienſi; ſupremis teſtamen-
ti codicibus Eccleſiæ legauit libellos
ſacros, ac opuſculum de ſepulturis
mortuorum condidiſſe fertur. Vlti-
mum diem clauſit 1345. Aprilis 7. 1345.
prope aram maiorem Cathedralis ſi-
niſtro latere, iacet ſub hoc titulo:

Hos fratres genuit hac matre origine claros,
Summo quos habuit pacis in culmine claros.

B 85. GVILELMVS DE MELVN
MELVN. Comme cy-deſſus. V. Ioannis Vicecomitis Meloduni,
Tancaruillæ in Normanniâ Comitis,
Franciæ ac Neuſtriæ Cambellani, ex
Ioannâ Creſpin dominâ Tancaruillæ
filius, inter ſtirpis Meledunenſis de-
cora meruit celebrari; nam Cuſtos Ec-
cleſiæ S. Quintini, & Canonicus B.
Mariæ Pariſienſis, ob natalium non
modò ſplendorem, ſed & ingenij
præſtantiam Archiepiſcopatu Seno-
nenſi condecoratur 1346. aut anno 1346.
ſequenti 15. Aprilis; vt habent acta
Conſiſtorialia Vaticani. Eius digni-
C tatis incremento acceſſit inſuper Ioan-
nis Francorum Regis fauor, qui il-
lum arcanorum regni participem, ſan-
ctioriſq; Conſiſtorij Conſiliarium al-
legerit, annuâ penſitatione duo mil-
lium francorum auri cum Ioanne de
Arteſiâ Augenſi, & Ioanne Boloniæ
Comitibus munerarum, prout ferunt
regeſta Cameræ Computorum. Cœ-
leſtinorum baſilicam dedicauit 1370 1370.
Septemb. XV. & 1368. ſolemni baptiſ-
mo Caroli Delphini in æde D. Pauli
interfuit, operante Cardinale Bello-
uacenſi. Præterea munificus erga Ec-
cleſiam, regio diplomate iuriſdictio-
nis plenariæ intra clauſuram domus
D Pontificiæ obtinuit priuilegium 1356.
terram de Fontanis prope Salignia-
cum, dominium de Granchettes, aliá-
que liberaliter in augmentum bono-
rum largitus eſt; dein & Pariſiis do-
mum Archiepiſcopalem iuxta cœno-
bium Clariſſarum quæ etiamnum vi-
ſitur, in commutationem alterius re-
giis impenſis comparatæ, pro aug-
mento palatij Turricularum ſucceſſo-
ribus acquiſiuit. Tandem cum mul-
tis Chriſtianiſſimos Reges obſequiis,
& Cathedralem muneribus exornaſ-
ſet ſupremum diem expleuit 1378. 1378.

Maij 3. non in prælio Pictauienſi cæ- A
ſus, vt aliquibus placet, vel 1377. quemadmodum enuntiatur in Senatuſconſulto Pariſienſi, iacet ad maius altare Metropolitanum.

ROBERT. D'azur à vne bande d'or, accompagnée de ſix eſtoiles de meſme, poſées en orle, 3. en chef, & 3 en en pointe.

86. AYMARVS, ſeu ADEMARVS ROBERT, Cardinalis S. Anaſtaſiæ, nobilis Lemouicenſis, Aimari Domini de S. Ial equeſtris Ordinis filius, iuris vtriúſque Doctor, fauore Principum adiutus, primas Eccleſiæ Gallicanæ dignitates obtinuit. Nam Lexouienſi Pontificatui 1342. poſt Attrebatenſi præfuit: inde Morinorũ Epiſcopus, tandem Senonenſem Eccleſiam B
adminiſtrandam ſuſcepit circa annum
1378. 1378. antea cooptatus inter Purpuratos Patres 1342. à Clemente VI. Papâ: iis muneribus acceſſit cum eruditione, ſtudium tutandorum Epiſcopij iurium. Sub eius Pontificatu Carolus V. Francorum Rex, templo S. Stephani terram de Sommefontaine, quã à teſtamenti executoribus defuncti Guilelmi de Meleduno emerat, pro fundatione anniuerſarij dono conceſſit; eóque ſedente claruerunt officiis Eccleſiæ inſigniti plures nobili loco
1384. nati. Deceſſit 1384. Ianuarij XXV. ad C
læuam maioris altaris depoſitus. Nepotes habuit ex fratre Bertrando, Bernardum dominum de S. Ial, & Petrum Canonicum Pariſienſem B. Germani Autiſſiodorenſis Decanum; hæredem autem in bonis Ademarum toparcham de Manghac, Ludouici Aurelianenſium Ducis Cambellanum.

BAIGNAVX. D'or a quatre orles de ſable.

87. GONTHERIVS DE BAIGNAVX, Carolo V. Regi à ſecretis, primùm Cenomanenſis Epiſcopus hominij ſacramentum exhibet: inde viuis exempto Ademaro, & Nicolao de Veris Cabillonorum Epiſcopo, qui Senonenſis olim Archidiaconus D
fuerat, vacantem Cathedram ambiente, in quem etiam Cleri ſuffragia propendebant, repulſam is paſſus, Archiepiſcopatus procuratio eidẽ Gon-
1385. therio collata eſt an. 1385. quo recipitur in Sedem XIV. Maij, antea conſecratus ab Vrbano VI. pallio donatur. Sed breui tempore vixit, etenim
1386. fato raptus 1386. tumulatur in choro Metropolis. Poſtquam verò Capitulum ei iuſta perſoluiſſet, iterum ad Vrbanum pro Nicolai promotione
» perhonorifico elogio reſcripſit: Eum
» ſcilicet virum inculpatæ vitæ, egregium iurium Eccleſiæ defenſorem, & »
iampridem in Archiepiſcopum votis »
omnium fuiſſe expetitum; ſed ob diſ- »
cordias Vrbani cum Clemente, effectu caruit hæc poſtulatio.

DE ROYE. D'azur à vne bande d'or.

88. GVIDO DE ROYE parente natus Mathæo domino de Royâ, ex Archidiacono, Virdunenſis Antiſtes renuntiatur, inde Senonenſis 1388. cui
baſilicæ dedit Aquilam chori; quam- 1388.
quam liber Obligationum electum referat anno 1385. Aug. 16. pendente ſcilicet ſchiſmate. Poſtea Dolenſis in Aremoricâ, Turonenſis, & Caſtrenſis fit Epiſcopus: ad Remenſem autem Cathedram transfertur an. 1390. vbi pluribus de eo actum eſt.

DORMANS. D'azur à 3. teſtes de leopard d'or, 2. & 1. lampaſſées de gueulles.

89. GVILELMVS DE DORMANS VI. Guilelmi Franciæ Cancellarij & Ioannæ Barbe filius, nepos Ioannis Cardinalis Bellouacenſis, Galliarum item Nomophilacis, toparcha de Dormanis, de Monceaux & de Lizy ſur Ourc; ex Epiſcopo
Meldenſi ſuffectus eſt an. 1390. Nico- 1390.
lao Cabilonenſi Præſule Canonicorum vocibus iterum nominato: ſed cum Regis gratiâ valeret Guilelmus, reiectâ eius poſtulatione Sedem aſcendit. Tum anno ſequenti luſtralibus aquis abluit Carolum Principem Delfinum Caroli VI. Regis filium, & tra-
lationi S. Ludouici interfuit 1392. is 1392.
denique condito teſtamento Pariſiis penultimâ Martij 1404. ſepulturæ lo-
cum in monumento apud capellam 1404.
Collegij de Dormanis Lutetiæ inſtituens, eidem terras du Pleſſier l'Eueſque & de Damery, cum bibliothecâ legauit: donat verò nepti Mariæ de Paillard, Amalrici de Ordeomonte coniugi, dynaſtias de Lizy & de Griſolles, Ioannæ ſorori, dominia de Paſſi, hoſpitium de Mõnceaux, Catherinæ item nepti ſponſæ Philippi Pictauienſis Equitis, terram ſuam de Dormanis; quibus procurandis legatis commiſit Petrum de Ordeomonte Pariſienſem, Ioannem de Monteacuto Carnotenſem, & Ioannem Pictauienſem, Valentinenſem Epiſcopos, aliſque codicillis eiuſdem anni 4. Maij nominauit Stephanum de Giuriaco Trecenſem Præſulem, vt conſtat originalibus tabulis. Expirauit
an. 1405. & in ſacello gymnaſij Bel- 1405.
louacenſis Lutetiæ hac epigraphe quieſcit:

HIC IACENT A

Domini Milo de Dormano Epiſcopus quondam Andegauenſis, poſt Baiocenſis, & demum Beluacenſis, Cancellarius Franciæ, qui obiit 17. Aug. anno M. CCC. XXCVII. *Et* GVILELMVS DE DORMANO *eius germanus, Epiſcopus quondam Meldenſis, poſt Archiepiſcopus* SENONENSIS, *Regis Conſiliarius, qui obiit anno* M. CCCC. V. 2. *die Octobris. Doctores legum, nepotes Domini Ioannis Cardinalis de Dormano, & filij nobilis viri Domini Guilielmi de Dormano, fratrum & Franciæ Cancellariorum, huius Collegij fundatorum, quorum corpora iacent apud Carthuſienſes prope Pariſios. Orate pro eis omnibus.*

Eo fatis functo *Hugo Blanchet* Archidiaconus Senonēſis, ex eodem oppido oriundus, libellorum ſupplicum in Regiâ Magiſter, ſacræ Capellæ Pariſienſis Theſaurarius, à maiore parte Canonicorum Archiepiſcopus eligitur; Rege interea contradicente, qui Ioannem de Monteacuto ad Cathedram proueхi mandauerat, quam controuerſiam cum dirimere Pont. Max. procraſtinat, Hugo nondum Sedem adeptus interiit menſe Aprili anno 1406.

MONTAGV. D'argent à la croix d'azur e[n]ron[n]ée de quatre Aigles de gueulles

90. IOANNES DE MONTAGV, I. patre Gerardo domino de Monteacuto & Marcouciaci, Regio Cambellano, matre natus Bietâ Caſſinel Lucenſi; fratres habuit Gerardum Epiſcopum Pariſienſem, & Ioannem magnum Franciæ Magiſtrum, cuius patrocinio ad Pontificatum Carnotenſem primùm, deincépſq; ad hanc Metropolim peruenit, pro cuius tempo-
1406. rali fidem clientelæ iurat 1406. die Iulij 26. eodem anno inter Conſiſtorij Senatores aſſumptus, nullo apparatu die Paſchatis Eccleſiam ingreſſus an. 1407. quam deinde ſolemniter inuiſit
1414. feſto S. Catharinæ 1414. comitantibus Pariſienſi Antiſtite, S. Petri Viui, S. Columbæ, S. Ioannis Abbatibus, aliiſque nobilibus viris. Pacificè autē rexit cathedram, quamuis res totius regni propter diſſidia malè ſe haberent. Dedicat quoque templum Cœleſtinorum Marcouciaci à germano fundatorum M. CCCC VIII. quo anno Conuentui Eccleſiæ Gallicanæ Pariſienſi præfuit; ſed cum incidiſſet in ea tempora, quibus florentiſſimum Francorum Imperium, turbis exterorum, præcipuè Anglorum, ac Principum æmulatione proculdubio ruinæ expoſitum erat, Aurelianenſium familiæ aduerſus Burgundicam factionem nomen dedit, ita vt poſtquam frater de Monteacuto Regij Palatij Magiſter, inſons à Burgundionibus capite plexus fuiſſet, & in Archiepiſcopum pari damnatione animaduertere vellent, fugâ ſe ſubduxit, & ad militarem functionem ſe adducens, de indignâ fratris nece vehementer commotus, pro mitrâ galeam, pro dalmaticâ loricam induit, & loco pedi paſtoralis ſecurim geſtans, in conſertas militum acies impetum feciſſe viſus eſt, vt recitat Monſtreletus; adeò B vt ſuo damno, & contra regulas Eccleſiaſticas armis militaribus vtens, in cruentiſſimâ illâ clade, quâ ab Anglis Galli victi ſunt apud Azincurtum 1415. 1415.
Octob. xxv. hic Archiepiſcopus, cum aliis Principibus, ac proceribus vt obſeruat Vrſinus in hiſtoriâ, occubuerit; cadauer ſepeliendum defertur in Eccleſiam Senonenſem. Sub eius regimine Iacobus Borbonius è ſtirpe regiâ, dominus de Thury, erat Archidiaconus Senonenſis, qui eam dignitatem in gratiam Caroli fratris eiurauit.

SAVOISY. D'or au cheuron de gueulles de trois pieces à la bordure engreſlée de meſme.

91. HENRICVS DE SAVOISY C III. nobili Sauoiſiorum ſanguine genitus, ex Decano Lingonenſi, Canonico Senonenſi, ac Præſide Curiæ vectigalium, Burgundi Ducis fauore Monteacuto ſucceſſit circa an. 1415. per idem tempus ſurrexit contrarius competitor, Regis opitulatione ſubnixus 1415.
Ioannes de Norry libellorum ſupplicum Magiſter, Cameracenſis Theſaurarius, & Senonenſis Canonicus; dum enim pro eius poſtulatione Carolus VI. Capitulo ſcribit, hæc vtique nominatio eligentium voces in varia ſtudia diſtraxit; pars enim Ioannem de Norry promulgauit Antiſtitem, ſed Burgundo D ſollicitante Henricus noſter renuntiatur; cuius promotionem Rex omni conatu cum impedire vellet, maximæ controuerſiæ occaſionem præbuit, pro quâ definiendâ miſſus à Papâ, Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus, & aſſeſſor datus Petrus Tiuanenſis Epiſcopus, qui reiectâ Henrici poſtulatione, Ioanni, Senonenſis Eccleſiæ procurationem commiſit; quocirca idem ſe pro Archiepiſcopo electo & confirmato gerens, Epiſcopalia officia impleuit, eóque nomine, vt docet regeſtum vetus Cameræ rationum Pariſienſium, fidelitatis ſacramentum emiſit pro temporali,

temporali dominio Cathedrę M.CCCC. XVII. Nouemb. XI. Henricus verò ad Sedem Apoſtolicam appellans confirmatur, probante Martino V. Papâ
1418. 7. Calend. Febtuar. 1418. quamuis Rex ipſe, Delphinus, cæterique proceres Canonicis interdixiſſent, ne bullis prouiſionis Henrici obtemperarent, qui Pontificatum adeptus Burgundicarum partium fautor acerrimus, pro ineundâ pace Ducis nomine mittitur; ac Trecis ſolemni celebritate Catharinam Caroli VI. filiam, cum Henrico 5. Anglorum Rege, in æde
1420. S. Ioannis matrimonio iunxit 1420. Iunij 2. tum die XI. eiuſdem menſis, feſtiuo applauſu in Cathedrali excipitur, adſtante eodem Rege, Duce Burgundiæ, aliiſque toparchis. Poſt autem Senonum vrbs ab Anglo expugnatur, tandémque apud Seigneleyum caſtrum gentilitium extinctus
1422. eſt 13. Mart. 1422. vel vt legitur in epitaphio 1421. corpus 18. eiuſdem menſis, in templo S. Stephani ante principem aram transfertur ſub monumento cui recens inſculpta ſunt hæc verba:

DEO OPT. MAX.

Et memoriæ HENRICI DE SAVOISY *viri quondam eruditione clari. Hic anno ſalutis* M. CCCC. XV. *ex Decano Lingonenſis Eccleſiæ, ad Archiepiſcopatum* SENONENSEM *aſſumptus, Sedem hanc tenuit annos circiter ſeptem. De Gallicanâ Eccleſiâ benè meruit: Clerum enim iniquiſſimis temporibus partem ſumptuum belli ſuppeditare coactum, non mediocriter ſublevauit, & à quæſtorum vexationibus ſummâ curâ & induſtriâ vindicauit. Obiit anno ſal.* M. CCCC. XXI. *eiúſque corpus ſine monumento hîc conditum latuit, vſque ad annum* M. DC. XLIII. *quo ab operariis qui condendo corpori Illuſtriſſ. Domini D. Octauij de Bellegarde alterius patrimonij Eccleſiaſtici vindicis, ſubterraneum fornicem ædificabant, inter effodiendum repertum eſt: Cui Eccleſia Senonenſis in rei & viri memoriam, hunc titulum incidi curauit.* Eiſdem gentis de Sauoiſy Petrus Bellouacenſis Epiſcopus, Maria Abbatiſſa Hederacenſis, & Carolus Franciæ Cambellanus conditor caſtri de Seigneleyo tribus ab Autiſſiodoro leucis.

NANTON. D'or à vne croix de gueulles. 92. IOANNES DE NANTON II. nobilis Burgundus, ex Abbate S. Germani Autiſſiodorenſis, vtriuſque iuris Doctor eruditus, quem nonnulli malè Guilelmum appellant, decem Canonicorum electione Sedem obtinuit; priuſquam verò ſuffragiis crearetur, ipſum ſacramento adegerunt, vt ſi fortè promouendus eſſet, decreta pro conſtitutionibus Eccleſiaſticis, Capitulique ordinationibus, quas prolixè deſcribit Tauellus in hiſtoriâ, inuiolabiliter ſeruanda iuraret. Quamobrem deſignatus ſcrutinio Canonicorum, & à Papâ confirmatus, ad Cathedram recipitur XXI. Iunij
1429. Quamquam autem Burgundiæ 1429. Duci faueret, nihilominus ab eius ſectariis, Angliſq; multas calamitates paſſus eſt, quod in ſuſpicionem adduceretur à maleuolis, Francorum Regis obſequiis fauiſſe, quapropter ab iis captus in Prioratu B. Mariæ apud Iuniacum ad Ionam ſub cuſtodiâ diu detinetur, vbi & baſilicam præfati Prioratus diuino cultui ſacrauit, ac mortuus eſt 30. Iunij 1432. in medio 1432. chori Eccleſiæ ſub tumbâ lapideâ quieſcit.

MELVN. Comme cy deuant. 93. LVDOVICVS DE MELVN I. Ioanne domino de la Borde le Vicomte, & Elizabethâ de Sauoiſy ſorore Henrici Archiepiſcopi parentibus natus, ex Senonenſi Archidiacono, à maiore parte Capituli poſtulatus in Antiſtitem literis Caroli VII. commendatur, vt pote maioribus otiundus, qui tum generis nobilitate, tum ergâ Regem funeſtiſſimis temporibus fidiſſimi claruerant. Itaque conſentiente Eugenio 4. Papâ vrbem ſolemniter ingreditur 1433. 4. Iulij, exhi- 1433. bito ſacramenti hominio 24. die eiuſdem menſis; vir fuit ſacrarum literarum ſcientiâ excultus, ad hæc in pauperes liberalis & manſuetus; ſed qui nihilominus in tuendis Eccleſiæ prærogatiuis parùm vigilans causâ ceſſit: nam Carolus Card. Borbonius Lugdunenſis Archiepiſcopus, qui ob præreptum ſibi Archidiaconatus in æde S. Stephani officium graui diſcordiâ cum eo contendebat, querelam de Primatu Sedis ad vltimum mouit in Senatu Pariſienſi, & vadimonio cum non comparuiſſet Ludouicus, vindiciæ Lugdunenſi attributæ ſunt, nec amplius hac de re querimoniam obtulit. Idem Capitulo Senonenſi decem & trium ſemipræbendarum in Eccleſiâ præſentationem, reſeruato ſibi collationis iure donauit, quod decretum

Sixtus IV. diplomate ſanciuit. Cum A
verò ſenectute & ægritudine penè con-
fectus eſſet, Epiſcopali functioni re-
nunciauit, ac poſtremò obiit poſt ſe-
1474. dem annorum XLII. 1474. IX. Se-
ptembris, depoſitus in Senonenſi ba-
ſilicâ ad læuam altaris vbi habet hoc
epitaphium:

Præſulis oſſa cubant ſub tumbâ hâc....
Ex MELEDVNENSI *claro cognomine*
quarti,
Hic quadragenis ac binis præfuit annis,
Mitis, pacificus, largus, pius atque benignus,
Sexageno anno Chriſti ſexto quoque deno,
Deductis quadringentis ſimul ille, B
Septembris nonâ mundo migrauit ab iſto,
Perpetis ad dona vitæ veniat duce Chriſto.

SALAZAR. Ecartelé au 1. & 4. de gueules à cinq mollettes d'or, poſées en ſaultoir Au 2. & 3 d'or à cinq feüilles de perſil de ſable poſées en ſaultoir.

94. TRISTANDVS DE SA-
LAZAR, patriâ Campanus in caſtro
S. Iuſti naſcitur 1431. patre Ioanne
cognomine Magno, toparchâ de Laz,
de Marſilly, & d'Iſſoudun, ſtrenuo
Iberi ſanguinis Equite ex prouinciâ
Biſcayæ, fortitudine militari aduer-
ſus Anglos famoſo, matre Margaretâ
nobiliſſimæ proſapiæ matronâ, Geor-
gij domini de Tremoliâ Summi Fran-
ciæ Cambellani filiâ naturali, quæ C
præter Triſtandum alios procreauit
liberos, Hectorem S. Iuſti, Galeatium
de Laz, & Lancelotum Marciliaci
dynaſtas, omnes bello præſtantes. Hic
autem Eccleſiaſticæ militiæ nomen
dedit, atque in aulam poſtea euoca-
tur, vbi ad varios Principes ampliſſi-
mis legationibus functus, eam de ſe
opinionem excitauit, vt non modò
Regi à conſiliis delectus ſit, ſed &
Pontificatu Meldenſi donatus, ab eâ
Eccleſiâ tranſlatus fuerit ad Senonen-
ſem, pro quâ ſacramentum fidelitatis
1474. iurat Regi Ludouico XI. 1474. No-
uemb. XIII. die X. Septemb. eiuſdem D
anni ritu ſolemni exceptus in S. Ste-
phano. Totâ vitâ ſub Lud. XI. Ca-
rolo VIII. & Lud. XII. maximis regni
negotiis tractandis exercitatus eſt,
præcipuè cum ad Heluetios miſſus,
eâ ſollertiâ apud bellicoſos populos
egit, vt primum fœdus nomine Lud.
1480. XI. cum iis ictum ſit 1480. quo & fœ-
derati, & milites regiis ſtipendiis ſup-
peditare obligati fuêre; deinde 1488.
ad Henticum VIII. Regem Angliæ
delegatur pro negotio prouinciæ Are-
1488. moricæ, quam Carolus VIII. armis
ſubegerat: cùmque Genuenſes effræ-
natâ quadam populi licentiâ deſe-
ciſſent, Triſtandus Regem cum aliis
Principibus in Italiam comitatur;
properè enim è Galliâ accurrens Lu-
douicus an. 1507. montium anguſtias 1507.
occupauit, & pugnâ rebelles ad de-
ditionem compulit. Narrat verò Ioan-
nes d'Authon Regis Hiſtoricus, Sa-
lazarium totum armatum, generoſo
equo inſidentem, & manu diſtrictum
iaculum vibrantem certamini inter-
fuiſſe, cum turmâ cataphractorum mi-
litum. Poſt quæ celebrat exequias An-
næ Britannicæ Francorum bis Reginæ
1513. & Ludouici XII. in æde Diony- 1513.
ſianâ 1514. Ceterùm inter anteceſſo-
res nullus magis Eccleſiam eximiâ li-
beralitate locupletauit: nam auri ſum-
mam non mediocrem in opus tem-
pli quod tunc adornabatur, dono de-
dit, aulæis elegantiſſimis vitæ S. Ste-
phani, marmoreo altari; inſignique
cenotaphio Metropolitanam decora-
uit; præterea domum Archiepiſcopa-
lem Lutetiæ à fundamentis conſtru-
xit; nec minori ſtudio baſilicæ cui
dum in viuis eſſet, tot beneficia con-
tulerat, eam moriens ſupremis tabulis
nouo cenſu adauxit; itaq; centum au-
reos annui redditus in portu Confluen-
tis S. Honorinæ iuxta Pontiſaram Ca-
pitulo largitus eſt, hâc conditione, vt
ſingulis diebus Euchariſtiæ ſacramen-
tum in altari à ſe erecto, cum anni-
uerſario parentis Salazarij celebrare-
tur; inſuper eidem Cathedrali domi-
nia ampliſſima, dona ex auro argen-
tóque cœnobiis Beatorum Remigij &
Ioannis Senonenſis, aliiſque Eccleſiis
ſplendidiſſimè erogauit, quæ magnifi-
centiam eius in rei ſacræ promouen-
dæ ſtudio ſatis abundè teſtantur. Vir
autem hic magnorum ſpirituum, ac
iurium ſui Archiepiſcopatus egregius
defenſor, vitam finiuit in domo Pon-
tificiâ 1518. XI Februarij; corpus iacet 1518.
in Metropolitanâ ſub tumulo, quem
ſibi condiderat; cor verò vnà cum
Ioanne & Margaretâ parentibus in
Prioratu de Macheretz ad Sequanam
Grandimontenſis Ordinis, diœceſis
Trecenſis deponitur. Interim fatis fun-
cto Antiſtite electio capituli ceſſauit, &
ipſius nepos Ioannes Salazarius Regi
à Conſiliis, Abbas Sanctorum Remi-
gij & Colombæ, ex Archidiacono
poſtulatus quidem fuit à cœtu Ca-
nonicorum, ſed regiâ nominatione
Poncherij oblatâ, confirmatione ca-
ruit.

.I

PONCHER. D'or au cheuron de gueulles, briſé en pointe d'vne teſte de Negre, de ſable, bãdée d'argent, & accõpagnée de trois coquilles de ſable 2. & 1.

95. STEPHANVS PONCHER II. A Franciæ Procancellarius, Turonis honoratâ familiâ oriundus, ex Pariſienſi ad hanc Cathedram aſſumitur, ſolemnitérque vrbem ingreſſus 1519 Dominicâ vltimâ Iulij, hoc anno fidem hominij pro temporali Lud. XII. iurauit; eius quidem ingenij, virtutíſque præmium fuit ſacri Sigilli cuſtodia, quâ donatus eſt deffuncto Ioanne de Ganay Nomophilace 1512. & ſupremâ
1519. Ducatus Medionalenſis Cancellarij, ac militiæ S. Michaëlis dignitate. In obeundis Legationibus, quas ſub Ludouico & Franciſco Regibus confecit, non mediocrem laudem ſibi parauit; ipſum verò Eccleſiæ ſuæ probè memorem fuiſſe in his Reipublicæ muneribus teſtantur ſtatuta diœceſana, quæ pro regimine Cleri edenda curauit; multis & doctrinæ nominibus celebratur à Iodoco Aſcenſio cum opera S. Baſilij ei dicat. Domum Archiepiſcopalem Senonis à fundamentis egregio opere conſtruere incœpit, & ſacrarium baſilicæ pretioſiſſimis ornamentis ditauit: Lugduni denique
1524. mortuus eſt 1524. huiuſmodi Epitaphium in Metropoli ante cathedram tumulo affixum eſt;

STEPHANVS PONCHER

Turonenſis, primùm Epiſcopus Pariſienſis, deinde Archiepiſcopus SENONENSIS, *Mediolani Cancellarius, ac Franciæ Intercancellarius, ſub Ludouico* XII. *Ordinis item Regij Cancellarius ſub Franciſco* I. *quorum Regum vtrique ob multiplicem doctrinam, maximam probitatem, ſummam prudentiam, rectiſſimum conſilium gratiſſimus fuit. Tandem multis Legationibus magno ſui nominis honore, ac Chriſtianorum Principum concordiâ functus, Lugduni obiit annos natus* LXXVIII. *Chriſti anno* MDXXIV. *ſexto Calend. Martij.*

DV PRAT. D'or à vne faſce de ſable accompagnée de trois trefles de ſinople 2. & 1.

96. ANTONIVS DV PRAT Cardinalis tituli Sanctæ Anaſtaſiæ, Sedis Apoſtolicæ in regno à latere Legatus, Franciæ Cancellarius, Epiſcopus Meldenſis, Adminiſtrator Albienſis, inter Purpuratos ſæculi ſui eminentiſſimus, qui per omnes togæ gradus in aulâ & Eccleſiâ verſatus, ad ſupremum tandem honorum in Galliâ ſolſtitium Regis fauore feliciter euaſit. Hic apud Iſſiodotum in Aruernis patre Antonio, matre Iaquelinâ Bohieriâ natus, & humanioribus literis excultus

Iuris ſtudio ſe applicuit, inde poſt magiſtratus laudabiliter obitos, cum in foro claruiſſet doctrinâ & rerum vſu præditus; Libellorum ſupplicum Præturâ ornatur, tum Regis Aduocatus Toloſæ deligitur, ac poſtremò ſupremam Principis Senatus Pariſienſis Præfecturam à Ludouico XII. obtinuit 1507. ne quid verò deeſſet ampliſſimi huius ordinis ſplendori, ad Cancellarij apices poſt Ioannis Gannaij mortem vocatur; deinde Principem in expeditionem Inſubricam ſequutus, iterum in Italiam cum profectus fuiſſet Franciſcus, ſub Aloyſiâ
B Sabaudâ matre, regni procuratrice, pugnâ Ticinenſi Rege in Hiſpaniam captiuo abducto, eius conſiliorum omnium moderator, difficiliora regni negotia tractauit. Interim decedente coniuge Franciſcâ Vainy d'Arbouze è nobili ſtirpe Aruernâ, cuius ex connubio genuerat filios Antonium Præfecturæ Pariſienſis Præpoſitum, dominorum de Nantouillet progenitorem, ac Guilelmum Epiſcopum Claromontenſem, Ordinibus ſacris initiatur, creatus Meldenſis Antiſtes, & Albienſis Adminiſtrator: denique Concorda-
C torum virtute quæ inter Pontificem & Regem tranſacta fuerant, auctoritate regiâ promotus eſt ad hunc Archiepiſcopatum, confirmatúſque anno 1526. fruſtra reclamante Salazario Ar- 1526.
chidiacono, Capituli ſuffragiis deſignato. Inſuper Cardinalatu ſuis meritis, & Franciſci Regis commendatione à Clemente VII. Papâ 1527. v. Non. Maij condecoratur, pileúmque per procuratorem miſſum, Pariſiis recipit in æde Auguſtinianorum; apud quos vt hæreticorum errores repullulantes extirparet, Concilium Prouinciale congregauit 20. Febr. 1528. vo- 1528.
catis Suffraganeis Præſulibus Ludouico Carnotenſi, Franciſco Pariſienſi,
D Guilelmo Meldenſi, Franciſco Autiſſiodorenſi, Guilelmo Trecenſi, Iacobo Niuernenſi, & Vicario Aurelianenſi, qui Synodo interfuerunt, & eius Acta præclara, vir eruditus Iodocus Clictouæus Carnotenſis Canonicus in lucem emiſit, extántq; in tomis Conciliorum ac ſeparatim edita. Inter hæc fidei clientelaris ſacramentum Regi obtulit 1529. Ianuarij 24. Legatus à 1529.
latere ab eodem Pontifice deſtinatus in Gallias bullâ eiuſdem an. Iulij 4. ſolemniq; apparatu Lutetiam ingredi-

tur 17. Decembris 1530. quo tempore A
1530. eius miniſterio Eleonora Auſtriaca
ſecunda Franciſci I. vxor Regina in-
auguratur apud S. Dionyſium. Ve-
rùm tantæ fortunæ amplitudini viſa
eſt, tandem ipſi aliquatenus fortuna
iniquior, cum vacanre Sede Apoſto-
licâ Pontificatum ambire ratus regio
intercedente fauore, vt olim in ma-
gnis momenti rebus fecerat, fructum
eius conſilij carpere non valuit; nam
repulſam paſſus, paulò poſt defecit in
caſtro ſuæ ditionis de Nantoüillet IX.
1535. Iulij 1535. cot in Cathedrali Meldenſi,
corpus verò celeberrimâ pompâ ela- B
tum in ſuam Metropolim quam nun-
quam ingreſſus fuerat Archiepiſcopus
ad læuum altaris S. Petri, ſub tumulo
marmoreo ſepulturæ reconditur, tali
inſcriptione Gallicâ appoſitâ:

A la perpetuelle memoire de la vertu &
heureuſe fidelité de tres illuſtre & Reue-
rendiſſime Monſeigneur ANTOINE *par*
la permiſſion diuine Cardinal DV PRAT,
Archeueſque DE SENS; *Legat en France*
pour le Saint Siege Apoſtolique, Chance-
lier de France, de Bretagne, de Milan,
& de l'Ordre du Roy, lequel ayant eſté
donné en ſes ieunes ans au bon Roy Louis
XII. Pere de la Patrie, paruint aux hon- C
neurs & dignitez d'Ambaſſadeur, & de
Conſeiller au priué Conſeil; & depuis re-
gnant le magnanime & tres Chreſtien Roy
François I. reſtaurateur des Arts & Scien-
ces, fut ledit Seigneur Reuerendiſſime,
Chancelier de ſa Majeſté & chef de ſon
Conſeil: & finalement le premier de ce
Royaume, non ſeulement en l'authorité de
la Iuſtice, mais auſſi en la ſupreme digni-
té du Pontificat, au temps du Pape Cle-
ment VII. *& ſe trouuant aagé de* LXXII.
ans deceda en ſon chaſteau de Nantoüillet
1535. *le* IX. *iour de Iuillet l'année* MDXXXV.
&c Eius erga pauperes munificentiam
teſtantur ædificia aulæ prochotrophij
Pariſienſis, quod redditibus dotauit; D
Inter alios laudatus pluribus epiſtolis
doctiſſimi Cardinalis Sadoleti lib. 6.
7. & 8. huiúſque meminêre prolixius
Annales Francorum ſui temporis, Fer-
ronus, Auberius, Frizonus, aliíque
Scriptores.

nelij Compendienſis, B. Mariæ de — chargée de
Columbis, S. Leonardi de Ferrarus, — trois Lyon-
S. Pharouis, & Beatorum Sergij & — ceaux d'ar-
Bacchi Andegauenſis, domus Sorbo- — gent.
næ Prouiſor: Regio ſtemmate ortus,
apud Hamum Picardiæ oppidum 2.
Ianuarij 1493. lucem primùm aſpe-
xit, Franciſci Borbonij Comitis Van-
docinenſis, & Mariæ de Luxembur-
go, quartus hic natu filius, qui poſtea
ſacrati Ordinis inſigne ornamentum
enituit. Suſceptus verò è ſacro fonte
à Ludouico Borbonio Principe Ru-
pis ad Ionam, & Guilelmo Maraſin
Nouiomenſi Antiſtite; poſtea cleri-
cali tonſurâ à Georgio Cardinali de
Ambaſiâ ſignatus, cum generoſus
Princeps ardenti animo ad literas ca-
peſſendas vigeret, Lutetiæ in Colle-
gio Nauarræo iis operam nauauit, &
Eccleſiaſticis diſciplinis apprimè in-
ſtructus, dignus iudicatur adoleſcens
Pontificali infulâ exornari, Laudu-
nenſi videlicet Cathedrâ anno 1510.
multorum deinde Epiſcopatuum &
Abbatiarum declaratus Adminiſtra-
tor perpetuus, conſecratur Epiſcopus
3. Maij 1517. Pariſiis in templo S. Ca-
tharinæ Valliſcholarium, à Philippo
Cardinali Luxemburgo Apoſtolico
Legato, operam præſtantibus Stepha-
no Pariſienſi, & Ioanne Lexouienſi,
aſſiſtentibus etiam plurimis Epiſco-
pis, ac regni proceribus. Paulò mox
Cardinalatus titulo inſignitus eſt à
Leone X. Papâ 1517. V. Cal. Iulij. de-
nique ad Senonenſem Metropolim
nominatus à Franciſco I. in Eccleſiam
ſuam excipitur 22. Ianuarij 1536. Con- 1536.
tinuò animum functionibus ſacris
exercendis applicuit, necnon in ador-
nando palatio quod Stephanus Pon-
cherius deceſſor dudum inchoauerat;
apud Brinonem ac Villamnouam
Pontificiæ ditionis toparchias, ædes
magnifico ſumptu conſtruxit, & Ec-
cleſiæ gazophilacium pretioſâ ſuppel-
lectile decorauit. Interim ad maiora
Gallici Imperij munera ſublatus, in
famoſo illo Conuentu Principum &
nobilium regni, Pariſiis à Franciſco
I. aduerſus Carolum V. Imperat. ce-
lebrato 1528. Borbonius hic Cardina-
lis, poſt Legatum Apoſtolicum pri-
mas tenuit. Comitiis etiam electio-
nis Pauli III. præfuit; inde Præne-
ſtinus Epiſcopus creatur 1550. Febru. 1550.
14. delectus eſt vero potiſſimùm, qui
honorificas tunc temporis cæremo-

BOVRBON. VENDOSME. — 97. LVDOVICVS DE BOVR-
BON II. Cardinalis Præneſtinus tit.
D'azur a — S. Silueſtri, poſtea S. Sabinæ, Epiſ-
trois fleurs de lis d'or, — copus Laudunenſis, Lucionenſis, Tre-
à la cotice — corenſis, & Cenomanenſis, Abbas
de gueulles — item S. Dionyſij in Franciâ, S. Cor-

nias peragerec: etenim Lutetiæ in æde
Virginis connubio iunxit Magdalenã
à Franciâ cum Iacobo v. Scotiæ Re-
ge; rurſúmque ſacro latice abluit apud
Fontembellaquam Franciſcum Del-
finum, poſtea Regem huius nominis
II. Mortuo Franciſco primo, apud
Sandionyſium eius exequias celebra-
uit, filiíſque Delphino cognomi-
ni, & Carolo Aurelianenſium Duci
pompâ funebri etiam parentauit; ac
poſt Reginæ Catharinæ Mediceæ in
eodem Dionyſij fano coronationem
1549. poſtremò Henricum Borbo-
nium Antonij Regis Nauarræ primo-
genitum, è luſtralibus aquis eleuat.
Aſſumitur quoque ab Henrico II.
1552. 1552. exercitus Generalis, quo Picar-
diam contra hoſtium conatus egregiè
defendit. Demum aliis geſtis clariſ-
ſimus Princeps, qui ſanctis moribus
ornatus, Catholicæ religionis decus
meritò appellari promeruit, ad Deum
migrauit in ædibus Borboniis Lute-
1556. tiæ xi. Martij 1556. natus an. circiter
63. Corpus delatum ſicuti manda-
uerat in choro Cathedralis Laudu-
nenſis vbi abſque Inſcriptione tumu-
latur; cor autem in baſilicâ B. Dio-
nyſij quieſcit, quod cœnobium pala-
tio Borbonio, & ſacrarium totius Gal-
liæ famoſiſſimum inſignis ac magnifi-
cæ fabricæ capſâ deauratâ, pretioſiſ-
ſimis lapillis & figuris locupletauit;
ad perennem autem memoriam, ef-
figies Ludouici columnæ porphireti-
cæ impoſita eſt. Porrò inter cæteros
Ianus Vitalis poeta Italus, de Borbo-
nij Cardinalis laudibus hæc canit:

Sic *Romanus habet meritò*, Lvdovice, *Senatus*
Neſtora, res magnas, te ſuadente, ſuum.
Et quamuis virtute vales & lumine claro
Sanguinis illuſtras Nobilioris auos:
Relligio tamen inſignes ſuperaddit honores,
Téque vocat Patrem Gallia tota ſuum.

Petrus Gemellius Ludouicum oratio-
ne funebri laudauit, eiúſque vitam
proſecuti ſunt, Petramellarius, Cia-
conius, Vghellus, Reuerend. Pater
Hilarion de Coſte Ordinis Minimo-
rum in Elogiis, Iacobus Doubletus in
Hiſtoriâ regalis monaſterij S. Diony-
ſij, Scæuola & Lud. Sanmarthani lib.
xxv. Hiſt. Genealog. Domus Fran-
ciæ.

Bertrand. D'azur au 98. Ioannes Bertrand II.
Cardinalis tit. S. Priſcæ, Toloſæ fa-
miliâ inter rogatos nobili genitus; cerf paſſant d'or, au chef d'argent.
patre Bernardo Bertrand domino de
Villeles, in Senatu Toloſano Cognito-
re Regio: Hac maiorum præſtantiâ
in illo iuriſprudentiæ domicilio à iu-
uentute educatus, Senatorio munere
functus eſt, inde allectus primus Præ-
ſes Toloſanus, eóque nomine Annæ
Duci Monmorencio Equitum Franciæ
Magiſtro gratiſſimus, vt erat omnibus
integerrimi iudicis præſidiis inſtru-
ctiſſimus, eius commendatione à Fran-
ciſco I. inter Præſides Pariſienſes co-
optatur, quo paulò mox officio ſub-
uectus eſt ad eius Tribunalis Principa-
tum, Petro Lizeto abdicante; poſt ali-
quot annos Franciſco Oliuario aulâ
pulſo, ſiue ætatis incommodo, ſiue
Duciſſæ Valentinenſis artibus, quæ
gratiâ & auctoritate apud Regem mul-
tùm poterat, Franciæ Sigilli procura-
tionem accepit Bertrandus, codicillis
anni 1551. menſe Aprili. Ampliſſimæ
dignitati Eccleſiaſticum etiam mini-
ſterium commiſit Rex Chriſtianiſſi-
mus; hunc enim non modò ad Con-
uenenſem Eccleſiam, ſed & Archie-
piſcopatum Senonenſem promoueri
curauit an. 1557. profeſſus ſacramen- 1557.
tum fidei clientelaris 23. Auguſti, &
per procuratorem in Eccleſiæ poſſeſ-
ſionem inductus, quam nunquam in-
uiſit. Ioannis autem merita eum ad
ſacræ Purpuræ faſtigium euexêre, cu-
rante imprimis Guiſio Duce, qui ca-
ſtris regiis in Italiâ Præfectus, Pon-
tifici Max. aduerſus Philippum Hiſ-
paniarum Regem ſuppetias laturus
Romam venerat; renunciatur ergo
Cardinalis an. 1557. 2. Idus Martij à
Paulo IV. Papâ, & Bertrandus in Pro-
cancellarij munere permanſit, donec
aulicis artibus ab eâ functione expel-
litur, reuocato in aulam Oliuario. Vt
autem fortunæ caſum aliquatenus ſo-
laretur, Romam profectus adfuit Co-
mitiis electionis Pij IV. à quo S. Priſcæ
titulo decoratur; cúmque eſſet inter
Purpuratos proceres integritate con-
ſpicuus, à Pontifice cum aliis iudex
delegatur, in causâ Cardinalis Carafæ,
qui reus capite plectitur. Poſtea Ve-
netiis deceſſit 4. Decembris 1560. tu- 1560.
mulatúrque in templo S. Stephani ad
Auguſtinianos, ſub organis pneuſma-
ticis hoc epitaphio:

Deo Opt. Max.

Ioanni Bertrando *Toloſa-*

no, SENONENSI *Archiepiſcopo, Cardinali primario, illis optimis & maximis duobus Galliæ Regibus Franciſco 1. & Henrico II. cariſſimo, Magiſtratus & honores ampliſſimos, quos ſoli excellentiſſ. Iuriſconſulti conſequi poſſunt in patriâ, cunctâque Galliâ honorificè adepto, in Germaniam Legato, in Sabaudiam Prorege miſſo, tandémque Procancellario facto, Cancellario etiam deſignato. Cum Romam Pontif. Maximi eligendi causâ profectus, in Galliam Pio IV. Pontifice creato rediret, ſenio iam confecto, Venetiis morbo pridiè Nonas Decembris oppreſſo; Iacobus Faber Toloſanus Caſæ-Dei Abbas, libellorum ſupplicum Regius Magiſter, ſummus amicus, & Boſthedonius nepos M. PP. quoúſque hæredes pro tanti viri dignitate reficiendum curabunt. M. dictante, E. Palmelio Auditore ſuo anno* M. D. LX.

LORRAINE GVISE. Couppé de huict pieces, 4. en chef, & 4. en pointe. La 1. du chef de HONGRIE. La 2. d'ANIOV SICILE. La 3. de IERVSALEM. La 4. d'ARRAGON. La premiere de la pointe de FRANCE ANIOV. La 2. de GVELDRES. La 3. de IVLIERS. La 4. de BAR. Sur le tout DE LORRAINE.

99. LVDOVICVS DE LORRAINE III. Cardinalis GVISIVS, Abbas S. Victoris Pariſienſis, Moiſſiaci, Burgulij, & S. Germani Autiſſiodorenſis. Huic pater Claudius primus Dux Guiſiæ, Comes Aumaliæ & Ellebouij, magnus Franciæ Cambellanus, ac Burgundiæ Prorex, qui ex Antoniâ Borboniâ regiæ ſtirpis feminâ, C inter alios liberos quinque ſuſcepit, quorum natu maximus fuit Franciſcus Dux Guiſiæ, Carolus Card. Lotharingus Archiepiſcopus Remenſis de quo ſupra locuti ſumus, Claudius Aumaliæ Dux, Franciſcus in Ordine Hieroſolymitano Magnus Prior Franciæ, & Renatus Marchio Ellebouij: fratres ſanè omnes generoſi animi, & bellicâ virtute inclyti Principes. Is autem Ludouicus Ioinuillæ, qui Principatus ditionis Lotharenæ in Campaniâ iacet, naſcitur an. 1527. Octob. 21. ac cum fratre Carolo ſanctiori militiæ nomen adſcripſit, reiecto enim Marte inter ſacras Muſas excultus, D vt primùm Epiſcopalibus functionibus obeundis aptus fuit, Eccleſiam Trecenſem conſequutus an. 1545. poſtmodum ad Albienſem transfertur, & Archiepiſcopatum Senonenſem obitu Bertrandi Cardinalis obtinet regiâ
1560. nominatione 1560. cum præſtitiſſet clientelare officium pro temporali 20. Septemb. 1561. quam Cathedram bellis vndequaque totâ Galliâ graſſantibus, cum adire non licuiſſet, poſt biennium in gratiam Nicolai ceſſit an.
1563. 1563. reſeruatis ſibi Briennonij fundi

A fructibus loco penſionis. Non pauca autem pietatis ſummæ & eruditionis ſpecimina ediderat, quapropter Rege Henrico poſtulante inter Cardinales Diaconus ſine titulo promouetur à Iulio 3. Papâ 1553. XI. Calen. Ianuarij, & ſub Paulo 4. alterum S. Thomæ in Parione accepit, poſtquam comitiis eiuſdem interfuiſſet, ac ſuffragia præcipuè contuliſſet 1559. in electione Pij IV. poſtremò fit Metenſis Præſul cedente Belcario anno 1568. eamdem Eccleſiam prudentiſſimè moderatus, donec in Domino requieuit Lutetiæ
B 1578. Martij 28. ætatis annum agens 1578.
56. ad D. Victoris Abbatiam ſuburbanam, à latere ſiniſtro maioris altaris humatus abſque epitaphio.

PELLEVÉ. Ecartelé au 1. & 4. de gueulles, à vne teſte humaine d'argent au poil leué d'or, qui eſt PELLEVÉ. Au 2. & 3. d'argent ſemé de fleurs de Lis de ſable, qui eſt de FAY.

100. NICOLAVS DE PELLEVE' Cardinalis S. Praxedis, ex Ambianenſi Epiſcopo ad hanc Metropolim traductus ſpontaneâ demiſſione Ludouici Card. 1563. in Collegium Purpuratorum aſſumptus à Pio 5. Pont. 1570. ad Remenſem Cathedram transfertur 1592. vt in eius vitâ diximus. Spiritum exhalauit Pariſiis 1594. V. Calend. Aprilis, in baſilicâ Remenſi cenotaphium habet.

BEAVNE. De gueulles au cheuron d'argét, accompagné de trois beſans d'or, deux en chef, & vn en pointe.

101. REGINALDVS DE BEAVNE magnus Franciæ Eleemoſynarius, Guilelmi Baronis de Samblançay filius, ex Bonâ Cotereau; ſummis togæ muneribus perfunctus Senatoris primùm, Comitis Conſiſtoriani, Libellorum Supplicum Magiſtri, Præſidis, & Cancellarij Ducis Andium, ex Pontifice Mimatenſi Archiepiſcopus Bituricenſis, denique ad Senonenſem Metropolim tranſiit, confirmatus à Clementе VIII. Pont Max. an. 1602. 1602.
Non eſt huius loci recenſere egregia Reginaldi facinora, quibus de Eccleſiâ, Rege, & nomine Gallico promeritus, victuris ad omnem poſteritatem monimentis, perennem famam retulit; ſupra in Bituricenſibus reperies, quid pro Eccleſiæ diſciplinâ in Concilio Prouinciali egerit, quomodo in Comitiis Bleſenſibus, & quàm miro temperamento, comitate, & prudentiâ in celebri illo Colloquio inter Regios & Fœderatos pro regni pace apud Sureſnam ſe geſſerit, vbi vir magnus conſtantiſſimè calamitoſiſſimis hiſce temporibus regias partes tutatus eſt; ob id aliáſque inſignes animi dotes galero Cardinalis dignus iudicatur, quem

occultus maleuolorum liuor, Præſuli religionis ſanè ſtudioſo, ipſique ab hac Purpurâ ſemper excluſo, inuidit. Legendus Arnaldus Card. Oſſatus lib. 8. epiſt. 143. iis meritis feliciſſimus ſenex ac penè octogenarius, vt de illo variis locis perhonorificè loquitur Thuanus, fatis conceſſit an. 1606. Lutetiæ,
1606. ad Cathedralem Virginis, vbi olim Canonicus fuerat, ſepelitur in choro ante altare hâc inſcriptione:

DEO OPT. MAX.
ET ÆTER. MEMOR.

Viri immortalitate digniſſimi, REGINALDI DE BEAVNE, *qui ſex Chriſtianiſſimis Regibus Franciſco I. Henrico II. Franciſco II. Carolo IX. Henrico III. & Henrico IV. fidelem ſtrenuámque nauauit operam. Franciſci Andium & Alençonij Ducis Cancellarius, in aulâ Palatinus, ſanctioriſque Conſilij Senator, in Sacerdotum Conuentu Eccleſiaſticis officiis glorioſè perfunctus; primùm Mimatenſis Epiſcopus, deinde Bituricenſis Patriarcha Archiepiſcopus, Aquitaniæ Primas, poſtea* SENONVM ARCHIEPISCOPVS, *Galliæ & Germaniæ Primas, Magnúſque Franciæ Eleemoſynarius, plenus honoribus & annis, animam ſcientiis omnibus & virtutibus decoratam Deo reddidit anno ætatis* LXXIX. *Reparatæ ſalutis* MDCVI. *Karla & Maria de Beaune è fratribus F. F. mærentes D.D.*

DAVY DU PERRON. D'azur au cheuron d'argent, accompagné de 3. Harpes d'or, 2. en chef, & 1.

102. IACOBVS DAVY DV PERRON Cardinalis Preſbyter S. Agnetis in Agone, Magnus Franciæ Eleemoſynarius, ætatis ſuæ vir celeberrimus, Eccleſiæ Gallicanæ lumen ſplendidum, quo hæreſeos tenebras & caliginem diſſipauit, apud S. Laudum in Normaniâ inferiori nobilibus parentibus heterodoxis tamen, ex familiis Perroniorum de Creteuille & de Langueruille naſcitur 25. Nou. 1556. cuius corpori egregiam ſpeciem cum natura indidiſſet, longè præſtantius ingenium elargita eſt, quo omnium ſcientiarum facillimè obtinuit principatum, memoriâ valebat vſque ad ſtupotem, acumine mentis, ſuauitate ſermonis admirabili. A teneris ergo annis ab ipſo parente viro litterato linguâ Latinâ & Matheſi eruditus, ex ſeipſo diſcens cum vix decennium euaſiſſet, non tantùm linguæ Græcæ rudimenta exactè edidicit, ſed difficilem poëtarum Græcorum lectionem aggreſſus, in verſibus etiam Gallicè pangendis A peramœno & felici ingenio ſeſe diligenter excoluit: poſtea Peripateticæ Philoſophiæ cum animum intendiſſet, mirum eſt, quantâ animi ſubtilitate acutiſſimas difficultates enodabat. His præſidiis munitus ad aulam acceſſit, fauente Philippo Portæo Abbate Tironenſi, qui tam grande Perronij ingenium demiratus, non eum modò ſuâ dignum amicitiâ iudicauit, ſed & Henrici III. beneuolentiâ ſingulari: Philippi igitur commendatione inductus in Regis colloquium, facilè ſui maximam æſtimationem apud eum excitauit; quæ ſanè Petronium non B mediocriter impulerunt, tum vt errorem Proteſtantiû in quo educatus fuerat, eiuraret, tum vt ad potiora ſcientiarum mummina ſe conferret; Scholaſticæ ergo Theologiæ palæſtram ingreſſus, profundæ Philoſophorum & S. Thomæ intelligentiæ adiecit Sanctorum Patrum & maximè D. Auguſtini accuratam lectionem; ſanctioris etiam vitæ amore percitus, Eccleſiaſticum ordinem profeſſus eſt; tum verò incredibilis ingenij vis & ſcientiæ altitudo emicuit, ſiue cum aduerſus hæreticos diſputaret, ſiue cum carmina componeret, ſiue cum oratoriam ar- C tem exerceret: deligitur enim vt Principi Poëtarum ſui ſæculi Ronſardo, tû Henrici III. iuſſu vt Scotiæ Reginæ oratione funebri parentaret; mortuo autem Duce à Ioiosâ à quo vnicè diligebatur, emiſit in lucem præclarum illud poëma, quod inter eius opera numeratur; ipſe denique Rex eius operâ in multis vſus eſt, maximè in illo ſermone quem in Bleſenſibus Comitiis habuit. Defuncto Rege, Cardinali Borbonio in cuius familiam aſcitus eſt, conciliatâ ſibi Ioannis Tuchardi Cardinalis olim præceptoris D amicitiâ ſeſe addixit: & interim zelo & eruditione vehementiſſimâ cum hæreticos inſectatetur, multos ab errore reuocauit, præcipuos inter extitit Henricus Spondanus Appamienſis Epiſcopus, de Eccleſiâ & litteratis omnibus optimè meritus, vt ipſe teſtatur in epiſtolâ quâ Perronio Epitomen Annalium Baronij conſecrat. Non multò poſt eum in obſidione Rotomagenſi Henricum IV. primâ vice ſalutaſſet, Rex eius ſocietate delectatus, & ingenij magnitudine, eum maioris negotij rebus adhibuit; & cum Medunræ Catholici ab hæreticis prouocati eſ-

ſent, Perronius fidei Catholicæ partes A ita eſt tutatus, vt de aduerſariis non ignobilem victoriam reportaret, quæ res Henrici conuerſionem plurimùm promouit, nam ipſi cum pergratus eſſet, eius ſuaſione Præſulum illuſtrem cœtum conuocauit vt de hæreſeos abiuratione conſultiùs deliberaret, quos inter proceres vt ſedem meritis dignam teneret Perronius, ipſum Ebroicenſem Epiſcopum deſignauit: tanto autem argumentorum pondere Caluiniſtarum dogmata confutauit, tantâ luce eorum argumenta diluit, tantâ maieſtate & doctrinâ fidei decreta aſſeruit, vt paulò poſt ipſo præſente, Rex B prauo errori nuntium mitteret apud S. Dionyſium; ſupererat tamen magnæ difficultatis negotium, Rex vt in Pontificis gratiam rediret, cui totis artibus obnitebatur Hiſpanus, vt Galliæ tumultus foueret. Pluribus ergo legatis ab Henrico miſſis, non exauditis, denique Niuernenſis Dux cum Epiſcopo Cenomanenſi & Perronio deſtinatur, qui Clementis animum hactenus aſperiorem vſque adeo deliniuit, vt compoſitis de quibus diſceptabatur conditionibus, pro abſolutione & pœnitentiâ Regis feliciſſimum exitum res obtineret; nam vice Henrici iv. Perro- C nius & Oſſatus in porticu baſilicæ S. Petri, coram Papâ humiliati & procumbentes, pœnitentium caſtigationem ſubeuntes, pro Rege abſolutionem vinculi hæreſeos receperunt; quæ res Pontificis animum ipſi conciliauit, à quo multis in difficillimis Eccleſiaſticæ gubernationis, & religionis rebus, in conſilium aduocatus, ei amoris teſtificandi gratiâ Epiſcopalem annulum dono dedit, quo ſemper eſt vſus. Igitur poſt obtentam à Clemente viii. abſolutionis ſententiam, à Cardinali
1596. de Ioioſâ Romæ an. 1596. Decembris 27. die S. Ioannis Euangeliſtæ Epiſco- D pus Ebroicenſis eſt conſecratus, in Gallias reuerſus, & à Rege perhumaniter ſuſceptus, ſacri verbi diſpenſationi incubuit. Interim Philippus Mornæus Salmurienſi arci præfectus, vir inter Proteſtantes magni nominis, cum librum emiſiſſet in lumen Gallico idiomate de Euchariſtiâ, eius antiquo vſu & abuſu, vt rudioribus fucum faceret, cum hinc inde multis ſcripturarum & Sanctorum Patrum peſſimè citatis & intellectis locis, opus ſuum conſperſiſſet, Perronius eiuſmodi Nouatorum acerrimus inſectator, palam profeſſus eſt, ſe quingentos hoc in opere pinguiſſimos errores clarè demonſtraturum; vnde apud Fontembellaquam nominatiſſimum illud Col- 1600.
loquium à Rege indictum eſt, ad quod conuenientibus multis Eccleſiæ proceribus, necnon aduerſariorum fautoribus, inſignem de Mornæo triumphum retulit, quo factum eſt, vt plures viri, tum ingenio, tum ſanguine clari ad fidem auitam redirent; & cum antea Harlæus Sancius Baro hæreſim abieciſſet, Philippus quoque Canaye, pro Rege apud Venetos magnæ prudentiæ Legatus, Eccleſiæ Catholicæ omnium bonorũ gratulatione nomen dedit; quinetiam Catharinæ Nauarræ Henrici ſororis præpoſitus eſt inſtructioni; denique Aldobrandinum Cardinalem cum Sabaudo Duce conciliauit, quos inter diſceptabatur de S. Catharinæ propugnaculi euerſione; nec interim vacabat à ſtudiis vir improbi laboris, vt monſtrum hæreſeos verbis & ſcriptis edomaret. Poſt multa ergo prælia & victorias, Purpurei galeri inſigne ornamentum obtinuit, adhortante Rege Henrico Quarto Clemente viii. à quo 1604. ix. Iu- 1604.
nij titulo S. Agnetis in Agone donatus eſt: inde fatis proximè ceſſuro Pontifice Romam proficiſcitur, cæteris cum Galliæ Cardinalibus, admiſſus in ſacrum Collegium & ſummo cum honore habitus in Congregationibus, ingenij ſingularia reliquit monimenta. Quantùm verò potuit ad Sedem Apoſtolicam Baronium Cardinalem promoueri enixus eſt, quod tamen Hiſpanâ factione prohibitum, vt qui ab eo propter eius ſcripta eſſent alieni; ibi quoque Montaltenſi & Aldobrandino Cardinalibus Pontificum ſuperiorum nepotibus, inter ſe grauiter diſſidentibus, omnium precibus feliciſſimè ad pacem & concordiam reuocatis, Paulus v. electus eſt, ſub 1605.
quo poſtea cum de auxiliis gratiæ & liberi arbitrij cœpta Romæ Congregatio ſub Clemente 8. & ferè abſoluta, iterum conuocata eſſet, eique aggregatus Perronius, partim eius conſilio, quæſtio inter Theologicas difficillima, quæ per quinquaginta annos vſque nunc totius Europæ celeberrima ingenia exercet, interminata remanſit. Relictâ Româ cum Iacobus Anglorum Rex librum publicaſſet, quo

quo varias de fide controuerſias agi-
tabat, iuſſu Henrici reſponſionem ſcri-
pſit, quâ ſolidâ planè doctrinâ, è Pa-
trum, Conciliorum, & Eccleſiaſticis
regulis hauſtâ illum confutauit. De-
cedente autem Belnenſi Senonum Ar-
chiepiſcopo, huic Sedi præficitur, &
Magnus Eleemoſynarius Galliarum
1606. nominatur an. 1606. deinde cum mo-
ta eſſet acris illa controuerſia Ponti-
ficem inter & Venetos, quos interdi-
cto ligauerat, Cardinali à Ioiosâ ſo-
cius adſcitus eſt, vt inter eos pacis
fœdera componerent, quæ res ſingu-
lari vtriúſque prudentiâ felicem exi-
tum nacta eſt. Mortuo Henrico, cuius
obſequiis perpetuò fuerat addictus,
cæteris cum Galliæ illuſtrioribus Præ-
ſulibus & proceribus calculum adie-
cit, vt Maria Medicæa Imperij procu-
ratrix renuntiaretur; necnon cum pa-
cis amantioribus, expeditionem Iulia-
cenſem quam Regem ante obitum de-
creuiſſe autumantur, impediit, vt Gal-
liæ tanti Principis morte afflictæ bono
conſuleret. Nec minus interea Muſa-
1610. rum patronus, auctor fuit an. 1610. vt
Regale Gymnaſium à Ludouico XIII.
inſtitueretur, & in locum Cameracen-
ſis ſuccederet. Conuocauit deinde Sy-
nodum prouincialem Suffraganeorum
Pariſiis menſe Martio 1612. vbi libel-
lus anonymus de Eccleſiaſticâ & Po-
liticâ poteſtate ab Edmundo Riche-
rio Doctore Facultatis Pariſienſis pu-
blicatus, in eâ congregatione damna-
tur, Henrico Pariſienſi, Franciſco Au-
tiſſiodorenſi, Ioanne Meldenſi, Ga-
briele Aurelianenſi, Renato Trecenſi,
Euſtachio Niuernenſi, & Philippo
Carnotenſi Epiſcopis ſubſcribentibus.
Comitiis autem Lutetiæ habitis an.
1614. 1614. inſignem illam orationem pro
ſacro Ordine habuit, quâ Eccleſiæ &
regni iura ita explicauit, vt vtriúſque
priuilegia optimè conciliaret; eodem
anno Pariſios & 1617. Rotomagum
euocatus ad Conuentus publicos, ma-
gnâ induſtriâ omnium animos ad Re-
gis obſequium, & boni publici amo-
rem concitauit. Denique vt atten-
tius litteris inuigilaret, & poſt multos
labores ſenectæ tranquillitati conſu-
leret, iuxta Lutetiam Bagnoleti vico
ſuburbano conceſſit, vbi cum reſpon-
ſionem ad Angliæ Regem appararet, in
morbum incidit, quo acerbiſſimâ per
quatuordecim dies vrinæ ſuppreſſione
cruciatus, Lutetiæ exceptis Eccleſiæ

A ſacramentis, cum pro fide catholicâ
zelum ingentem ſemper demonſtraſ-
ſet, extrema ipſi perſoluente Philip-
po Coſpeano Epiſcopo tunc Aduren-
ſi, animam de grege ſuo benè meritam
Domino reddidit die Mercurij 5. Se-
ptembris, non die Lunæ 3. eiuſdem
menſis an. 1618. Sepultus in S. Ste- 1618.
phani templo, cum epitaphio quod
in tumulo fratri communi expreſſum
ſpectatur:

HC. ER. L. M. ÆTN. PP.

IACET hic quod claudi potuit IACO-
BI DAVY PERRONII, *qui Sanctæ*
B *Rom. Eccl. tit. S. Agnetis in Agone Pref-
byter Cardinalis, annos quaterdenos* AR-
CHIEPISCOPVS SENONVM, *Gal-
liarum & Germaniæ Primas, Magnus
Franciæ Eleemoſynarius duodenos, inter
homines mortales ternos & ſexagenos mor-
talis homo vixit: mortalis eſſe deſiit Nonis
Septemb. an. Chriſti* MDCXVIII. *At
viuet poſthac, æternúmque apud omnes
gentes atque nationes gloria immortalis,
quam ex hæreſi toties reportata victoria,
acta in Italiâ Franciâque conſtituendis ac
confirmandis Eccleſiæ nutantis rebus feli-
cia, iuſta & præclara, libri denique, quos*
C *plurimos atque diuiniſſimos, incomparabi-
lis ingenij clariſſima monumenta reliquit,
ei meritiſſimò pepererunt.*

*Hîc & plura ſita eſſe diſce, qui hæc le-
gis; nam* IOANNES *frater itidem* AR-
CHIEPISCOPVS SENONENSIS,
*& probiſſimus ac prudentiſſimus fraternæ
virtutis hæres, quia dum viuerent, ei hæ-
ſit in viſceribus, ſub hoc eodem marmore
cum illius cineribus ſuos condi libens me-
ritò iuſſit, & abiit ad eum apud ſuperos
ætatis anno quinto & quinquageſimo, ſalu-
tis reparatæ* MDCXXI. *oct. Kalend. No-
uemb. triennio fermè poſt fratris diſceſſum.*
Non cippus hic PERRONIOS *fratres capit,*
D *Magna animæ Olimpū fama terrā peruolat.*
Non igitur illos lugeas hoſpes, dole
Supereſſe nullos Franciæ Perronios.
S. V. TL. H. NEP. F. E. M.

In choro Senonenſi Iacobus Perro-
nius Engoliſmenſis Epiſcopus, ſtatuis
ad perennem memoriam exſtructis ce-
notaphium auunculorum honorificè
exornauit, & à Nicolao Borbonio
Græcæ linguæ Profeſſore Regio, poë-
tâ eximio, eruditè hoc etiam ſepul-
crali elogio parentari curauit:

DEO OPT. MAX.
IACOBVS DAVY PERRONIVS

primùm Ebroicenſis Epiſcopus, inde S.R.E. Presbyter Cardinalis, nec dum ſancito lege Pontificiâ Titulo, à ſe ipſo Eminentiſſimus, poſtremò SENONENSIS *Archiepiſcopus, & Magnus Franciæ Eleemoſynarius, ſedem hanc ſuam mortali ſpolio decorat, cælum animo incolit, mundum, famâ ſui implet: ſectariorum quibus à natiuitate merſus fuerat erroribus, maturè emerſus, multis vtriúſque ſexus regni magnatibus vt indidem enatarent, tum maximè Henrico ſv. ſecundum cæleſtis mentis inſtinctus, dux, incentor, & adiutor præcipuus fuit, eúmque perſuaſum Eccleſiæ reconciliandum ac expiandum, ſuſceptâ à Clemente viii. Pont. Max. legatione extraordinariâ curauit. Ad Fontem-Bellaquæum in oculis eiuſdem Regis & frequenti Principum & procerum coronâ, hæreſim ſingulari certamine proſtrauit, quam aliàs ſæpius quâ voce & inſtitutis publicè diſputationibus, tum Pariſiis, tum in Colloquio Meduntano, tum ad Sangermanum, quà eruditiſſimis & æternitati ſcriptis ingenij monimentis domuit, quibus Pontificatus Eccleſiæ ſeruiens, Chriſto viſus eſt nihil ignoraſſe, tot verè miraculorum patrator, quot voluminum ſcriptor. Romæ denique reconciliationis Venetorum ad defectionem properantium cum Sede Apoſtolicâ inſtigator & author fuit: ſi vitam ex actis eius propè infinitis computes, qui ſexagenario paulò maior denatus eſt, eum multorum ſæculorum ſenem vixiſſe putes. Obiit Pariſiis in palatio Senonenſis Eccleſiæ Nonis Septembribus, Aera Chriſtiana* MDCXVIII.

Sed vt de Perronio abſoluamus, fuit hic Cardinalis donis eximiis cumulatus, elegantis ingenij & peracuti, firmiſſimi iudicij, memoriæ ad conuincendum hæreticos incredibilis, indefeſsíque ſtudij & eruditionis, quam lectione & ſcriptione continuâ ſibi parauerat; multiplices verò poſteris reliquit ingenij fœtus, in primis Replicam ad Iacobum I. Magnæ Britanniæ Regem, Tractatum ampliſsimum de Euchariſtiâ contra Mornæum Pleſſæū, plura opuſcula aduerſus ſectarios, epiſtolas ad diuerſos, orationes, aliáq; opera tum proſâ tum carmine, quæ illo viuente typis excuſa, aut mortuo poſthuma vno volumine prodierunt. Vide Arnaldum Card. Oſſatum lib. I. ep. 26. ad Henricum Magnum, & 28. ad Villaregium, lib. 2. ep. 41. & 43. inter cuius Perronij literas extat quoque epiſtola Guilelmi du Vair Frāciæ Procancellarij in eiuſdem Iacobi laudem;
A legendus etiam Fuligatus in vitâ Cardinalis Bellarmini cap. II. Thuanus, Spondanus, & Scæuola Sanmarthanus lib. II. Lyricorum in Ode quam doctiſsimo Præſuli dicauit.

103. IOANNES DAVY DV PERRON, III. ſuperioris Cardinalis frater, doctrinâ & pietate ferè alter, à Davy du Perron. Comme cy-devant.
Ludouico XIII. Rege in Coadiutorem
Senonenſis Archiepiſcopatus nominatus, Bullis prouiſus eſt datis Romæ
ad S. Mariam Maiorem XV. Kal. Ianuarij 1617. XIII. Pontificatus Pauli V. 1617.
inde conſecratur Antiſtes Heracleen-
B ſis, poſſeſſionémque nanciſcitur cum
futurâ ſucceſſione ad Senonenſis Archiepiſcopatus Coadıuroriam, per
procuratorem die Veneris 13. Iul. 1618. 1618.
eodem anno 6. Septembris ſequentis
ſacramentum hominij Lud. 13. profitetur. Fratres Pœnitenres tertij Ordinis S. Franciſci ab ipſo apud Senonas
indueuntur; eóque ſedente Conuentus Capucinorum in vrbe ſtabilitur
1620. Aprilis 13. Collegium item Bar- 1620.
nabitarum Montargiſij, & eiuſdem
congregationis Patres Stampis inſtituuntur. Cum verò muneribus politicis ſuâ prudentiâ probè functus fuiſ-
C ſet, ad alteram vitam migrauit 1621. 1621.
Dominicâ 24. Octobris apud Montalbanum, dum obſideretur ætatis an. 54. inde elatus ad hanc Metropolitanam Eccleſiam cum fratre Iacobo Cardin. tumulatur, quorum viſcera iacent in templo S. Lud. Patrum Soc. Ieſu Pariſiis: cernitur aurem alia epigraphe in choro Senonenſi eius memoriæ conſecrata ab eodem Borbonio, qui librum S. Cyrilll Alexandriæ Epiſcopi aduerſus Iulianum cum interpretatione latinâ ipſi inſcripſit:

DEO OPT. MAX.

IOANNES DAVY PERRONIVS
D ARCHIEPISCOPVS SENONENSIS, *Galliarum & Germaniæ Primas, fratri Cardinali viuo in Præſulatum ſuffectus, paucos annos ſuperſtes non fraternis tantùm, ſed & ſuis coruſcanit radiis; in conſulendo prudens, in agendo efficax, Ludouico XIII. Regi, Reginæque Matri ad Ceios Pontes adlicorum tumultum quarduumuir pacificator, expeditionum eiuſdem Principis in Benearniam & Languedociam aduerſus perduelles, ſtudio permouendæ religionis, quam & editis variis opuſculis ante iam ſibi deuinxerat, comes aſsiduus & fideliſſimus, in caſtris ad Montemalbanum*

cum multis ſanctioris Conſilij proceribus, Autumnali febre annum agens 36. ſublatus 24. Octobris anno MDCXXI. *Iacobus Perronius Epiſcopus Engoliſmenſis, & Sereniſſimæ Anglorum Reginæ Magnus Eleemoſynarius auunculis ſuis poſuit. Anno ſal.* 1636.

BELLEGARDE. E[illegible] au [illegible]zur, au [illegible] d'or [illegible] ſt [illegible] ARY au [illegible] à q[illegible] pal[illegible] de g[illegible]les, au de [illegible]eul[illegible] au vaſe d[illegible] qui eſt ORBIS AN. au 4 [illegible] azur a trois demi p[illegible]is flambo ans d'argent, partis du pied de l'Eſcu, qui eſt DE TER[illegible]: ſur le tout d'azur à la cloche d'argét, qui [illegible] DE BELLEGARDE.

104. OCTAVIVS DE BELLEGARDE Cæſaris Reguli Santonum & Magiſtri leuioris Equitatus Franciſci Ducis Alençonij filius, Beati Germani Autiſſiodorenſis, Valliſlucentis, Pulrarienſis, & S. Michaelis Tornodorenſis Abbas, Dom. d'Aubrac, Conſiſtorij ſacri Conſiliarius, poſthumus naſcitur 1587. adoleſcens inter S. Germani religioſos Autiſſiodori inſtitutus, cum ſacris literis operam impendiſſet, in iis non mediocrem Theologiæ ſcientiam aſſequutus, ac digniote mox loco habendus, Rex Ludouicus XIII. ad Sedem Conſetanenſem ipſum nominauit. Præſul conſecratus Luteriæ in capellâ clauſtri S. Genouefæ Montis anno 1614. menſe Maio, à Beniamino de Brichanteau Epiſcopo & Duce Laudunenſi, huius Abbatiæ cœnobiarchâ. Poſtea Senonum Atchiepiſcopatu vacante huic ptæficitur XIV. Nouembris 1621. & cum

1621. interim Patiſienſis Eccleſia huius diœceſis Suffraganea in Metropolitanam, ſummi Pontificis decreto, & Regio aſſenſu erecta fuiſſet 1622. procuratotio nomine poſſeſſionem ob-

1623. tinet Octauius an. 1623. Februarij 22. auguſtiori autem pompâ templum S. Stephani ingreſſus eſt ſequenti feſto Aſſumptionis Virginis. Societatis Ieſu Patribus in vrbem admiſſis 20. Sept. eiuſdem anni, pecuniæ ſummam contulit, tum ædificando collegio, cuius inſtitutionem Cardinalis Perronius à Rege poſtulauerat, legatis duodecim millibus librarum pro eius conſtructione, tum philoſophiæ profeſſorem annuis ſtipendiis dotauit: hoc eodem anno 27. Maij Eccleſiam de Valeriaco, ab Henrico Borbonio Principe Condęo loci toparchâ inſtauratam de-

1625. dicauit. Inde 1625. Diuæ Thereſiæ moniales in vrbe fundauit, & Benedictinas apud Villamnouam Archiepiſcopi anno 1643. Congregationis Beatę Marię Virgines Ioigniaci & Nemoroſij excepit, inſtitutis quoque in diœceſi Benedictinis Montargiſij, & Moreti, S. Vrſulæ ſororibus Senonis, & Monſterioli. Ceterùm Cleri Gallicani Comitiis Pariſien[illegible]ibus, ac Nota[illegible]ium conuentui adfuit an. 1625. præfuit autem Fontaneti in Pictonibus Cœtui generali e[illegible]ſdem Cleri 1627. & Meduntæ 1641. in quibus ſpe- 1641.
ctata ſe[illegible]per fuit [illegible] magnitudine & conſtantiâ p[illegible]æ[illegible]itus. Denique teſtamento conſcripto 15. Ian. 1643. Eccleſiam ſuam iuxta antiquum morem hæredem reliquit, ac poſtquam librum de Auguſtino per ſe ipſum docente in publicum emiſiſſet, Epiſcopalis authoritatis fortis deffenſor die 26. Iulij anno 1646. è vitâ migrauit in 1646.
pago Monſtrolij iuxta Pariſios prope caſtrum Vincennarum, corpus vti iuſſerat, in baſilicâ Metropolitanâ funeratur hac inſcriptione:

ADSTA VIATOR,

Et magni Præſulis æternitatem lege: hîc ſitus iacet OCTAVIVS DE BELLEGARDE, *illuſtriſſimus* SENONENSIVM ARCHIEPISCOPVS, *Galliarum & Germaniæ Primas, cuius vita ſæculi ſui decus, cuius virtus poſteritatis exemplum extitit, cuius vel ipſum nomen elogium eſt. Auum nactus eſt Rogerium de Bellegarde, Franciæ Mareſcallum, ſummúmque regiæ apud Inſubres Militiæ Præfectum, patrem Cæſarem de Bellegarde, Santonum Proregem, acceptis in Cutracenſi prælio vulneribus glorioſè extinctum iuuenis amiſit. Ipſe inter exempla domeſtica ad ſumma quæque natus ſanctiori militiæ nomen dedit, generoſiſſimum caput Eccleſiæ parenti deuouens, cuius futurus erat præſidium; Theologicis inſtitutus diſciplinis auguſtum Concionatoris munus tanto feruoris indicio, tantâ eruditionis laude fœliciter obiuit, vt non aliis gradibus Epiſcopalem Conſeranorum Sedem conſcenderit, quam quibus ſummæ virtutes ad ſacra faſtigia nituntur. Ex Epiſcopo factus poſt annos ſeptem Senonenſium Archiepiſcopus, talem ſe reliquo vitæ decurſu per luſtra ferè quinque præſtitit, vt zelus cum annis creſceret, fama cum dignitate. Quid in hâc diœceſi geſſerit, immutata Cleri facies, reſtituta diſciplina, mores emendati, fixa altiſſimis radicibus pietas, omni præconio eloquentius proclamat; nec iam primum ſaxa eloquuntur. Nouit Clerus quàm nullum regendis animabus præfecerit, quem non pietas & eruditio commendaret, quàm nullum niſi his inſtructum dotibus ad Eccleſiaſticos ordines euexerit, quàm denique prouiderit diligenter, ne deeſſent qui ſacra munia ſacrorum candidatos edocerent. Monſterio-*

rum diſciplinam ſæculi vitio vbique collapſam inuenit Archiepiſcopus, eamdem moriens reliquit priſtinæ puritati vbique reſtitutam. Carmelitanos Virgines munificus fundator aduocauit Senonas. B. Benedicti regulam profeſſas extructo Villanouæ-Regis ſuis ſumptibus Conuentu donauit. Chriſtianæ fidei rudimenta creditis ſibi populis exponi procurauit, aſſignatâ in eos vſus Oratorij D. Ieſu Presbyteris annuâ pecuniæ ſummâ, vt iis in locis publicæ Catecheſes haberentur, quæ vel ipſe, vel futuri eius ſucceſſores Paſtorali ſollicitudine deſignarent. Publicis Cleri Comitiis ter interfuit Archiepiſcopus, Pariſienſibus ſic adfuit anno MDCXXV. *vt ſe, Eccleſiæ Miniſtrum fidiſſimum, Cleri amatorem ardentiſſimum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ fortiſſimum vindicem demonſtrarit. Cuius authoritatem, famoſis libellis impetitam, æquiſſimâ cenſurâ aſſerendam promouit. In Fontanenſibus præfuit Anno Dom.* MDCXXVII. *atque vt ex immensâ pecuniæ ſummâ, quæ in belli ſumptus à Clero exigebatur imminueretur quamplurimùm, accerrimo ſtudio effecit. In Meduntenſibus quoque quibus poſtremùm præfuit, quàm Epiſcopali vigore ſacra Eccleſiæ iura deffenderit, quantáque pro tuendâ eius immunitate ſit paſſus, nemo ſic in rebus noſtris hoſpes eſt, qui ignorare poſſit, nemo ſic aucrsâ à præclaris facinoribus mente, qui laudibus non vehat; Scilicet hoc eius Præſulis virtuti ſeruabatur, cuius fortitudini paulò antè Clerus debuerat, quòd Eccleſiaſtici patrimonij tertia pars, præda non ires publicanorum. Cuius prouidentiæ ſeruatæ veritas debet, quòd ſacrilegæ errorum peſtes, iuſto anathemate ſtatim ab ortu perculſæ ſint, cuius in Deum pietatem, in illuſtriſſimâ authoritateq́ modeſtiam, paternæ in pauperes viſcera charitatis, Gallia celebrat, Clerus numerat in exemplis, Eccleſia prædicat vniuerſa. Sic impleta miniſterio Eccleſiaſticam infulam cum cæleſti coronâ fæliciter commutauit anno ætatis* LIX. *vitæ integerrimæ eam imponens coronidem, quæ quanto in Chriſti ſponſam & membra ſemper exarſerit affectu, inſigni monimento poſteritatem docet. Metropolitanam enim Senonenſium Eccleſiam quam viuus in ſponſam acceperat, moriens in hæredem habere voluit ex aſſe, eiuſdem vrbis Xenodochium, pauperes, regularium familias, & ſuam ex quadrante. Abi viator, & perſoluto Chriſtianæ pietatis vectigali, ſi dignos Primates Eccleſiæ exoptas, ſi primis ſæculis non indignos Paſtores voues, Octauio noſtro ſimiles apprecare.*

A *Obiit* VII. *Cal. Sextiles an.* M.DC.XLVI.

Huic epitaphio exaratum eſt huiuſmodi carmen:

Dat ſua ſéque Deo Præſul moriturus, at illi
Aſtris impoſito, dat ſua ſéque Deus.
Sic eſt hæredis prudens Octavius *hæres,*
Sic habet omne bonũ, qui dedit omne ſuũ.

Hoc amoris ſui & obſeruantiæ monimentum, huic monumento inſcribi curauit, Carolus de Rio Presbyter, inſignis huius Eccleſiæ Canonicus.

Alia inſcriprio apud Monſtrolium.

B *Hîc depoſita ſunt viſcera Reuerendiſſimi in Chriſto Patris* Octavii de Bellegarde Senonensis *Archiepiſcopi, viri genere, dignitate, virtutibus illuſtriſſimi, qui poſt gubernatam ſummâ cum vigilantiâ, & pietate annos* XXV. *Senonenſem Eccleſiam: defenſam prudenter æquè ac fortiter Cleri libertatem: reſtitutam quantùm per hominum ac temporum iniquitatem licuit, diſciplinam, deceſſit hîc quò recuperandæ ſanitati ſeceſſerat,* VII. *Kal. Sextileis, anno ætatis ſuæ* LIX. *ſalutis noſtræ* MDCXLVI. *cui Eccleſia Senonenſis teſtamento hæres, ſeu Patri optimo, & Sponſo chariſſimo, hoc monumentum poſuit.* 1646.

105. Lvdovicvs-Henricvs de Gondrin Beati Ioannis Senonenſis Abbas & Monaſterij S. Orentij in Auſcienſi ciuitate Archimandrita, Regi à ſanctioribus Conſiliis, vetuſtiſſimâ, nobiliſſimâq; gente de Pardaillan in Armaniaco natus, patre Antonio Arnaldo Marchione de Monteſpan & d'Antin, domino de Gondrin, primo caſtrorũ Præfecto, Equite Torquat. Nauarræ & Benearni Principatus Protege, matre Paulâ de Bellegarde, Rogerij Ducis ac Cæſaris Auguſti Marchionis de Termes, Franciæ Hipparchorum ſorore; pergratus ergo ob ingenij felicitatem cum bonis literis excolendis vtiliter operam nauaſſet, expoſcitur Coadiutor apud Regem Lud. XIV. 1644. quod vbi obtinuit Dominicâ 14. Maij 1645. in Abbatiâ Montalium Lilij prope Melodunum conſecratur Heracleenſis Archiepiſcopus ab ipſo Octauio conſanguineo, aſſiſtentibus Epiſcopis Franciſco Malier Trecenſi, & Stephano Puget Maſſilienſi; eodem anno delegatur à prouinciâ Senonenſi Conuentui generali Cleri Gallicani apud Pariſios, adeptus

D[illegible]N IN au [illegible]ec gueulles à vn vaſe d'or, qui eſt D'ORBESSAN, au 8. d'azur à 1. demy pals flamboyans d'argét, partant du pied de l'eſcu, qui eſt de TERMES. Sur le tout du coſté [illegible] eſt [illegible] d'argent au lion de gueulles à la bordure de ſinople, chargé de 7 eſcuſſons d'argét qui eſt de MONTLEZAN, au coſté ſeneſtre l'eſcu DE BELLEGARDE, comme cy-deuant.

poſſeſſionem per procuratorem 16. Auguſti 1646. mortuo deceſſore ritu ſolemni in Metropolim inuehitur 18. Decembris ſequentis: die autem 23. menſis eiuſdem in Eccleſiâ S. Stephani à Petro de Broc Autiſſiodorenſi Suffraganeo, Sedis Apoſtolicæ commiſſo Antiſtite pallium ſuſcepit, Annuntiationis religioſas Senonis excepit, & etiamnunc Eccleſiaſtico iuri tuendo vigilanter incumbit.

DECANI SENONENSES.

PRÆPOSITVS in Eccleſiâ Senonenſi principem locum antiquitus obtinuit, eâ auctoritate inter Canonicos eminebat ſicuti docent manuſcripta, vt regimine totius Cleri vſque ad tempora Ludouici Pij potitus fuerit; penes Præpoſitos enim ius erat collationis præbendarum, quod priuilegium ab Alexandro 4. Papâ reuocatur 26. Nouemb. 1258. & Guilelmo de Brociâ Archiepiſcopo collatum eſt: quin & Canonici Regulares S. Auguſtini apud Abbatiam B. Ioannis Senonenſis à Capitulo fundatore & ſuperiore pendentem, Stephani Præpoſiti totiúſque Congregationis inducuntur, an. MCXI. conſilio tantùm & aſſenſu Daimberti Archiepiſcopi. Demùm hæc dignitas abrogatur, ſeu potius Decanus in locum eius ſubſtituitur 1176. ab Antiſtite Guilelmo de Campaniâ Sedis Apoſtolicæ Legato, archiui Cathedralis diplomate, quo Decanatui vt magis prouentibus abundaret, fructus Eccleſiarum S. Florentini, & Campilaici perpetuò vniuit; permotus in primis præuaricatione Præpoſitorum, Aribaldo Senonenſi Iacobi d'Aneze nobilis viri qui Henrico Remenſi Archiepiſcopo fortè fauebat, ſuggeſtionibus trucidato, cuius Henrici cum Aribaldo Præpoſito graues inimicitiæ interceſſerant. Itaque Decanus in eius officium ſuffectus, paribus priuilegiis cohoneſtatur, prærogatiuâ ſeſſionis inter Canonicos ac Synodos prouinciales inſignitus 4. Aug. 1321. inſupérque Capituli Primicerius renuntiatur, pro definiendis ac promulgandis conuentuum ordinationibus; ipſum quoque Decanum fuiſſe iudicem cauſarum Eccleſiaſticarum Capituli, liquet ex concordato inter ipſum & Archiepiſcopum. Prætereà de Eccleſiaſticis beneficiis prouiſos ſolus in poſſeſſionem inducit præſens Decanus, quibus deinde locus in choro per Præcentorem deſignatur, ſolus in feſtis ſacra peragit ſacrificia, necnon gaudet priuilegio, hebdomadario item Canonico communi, reconciliationis Eccleſiæ, vel abſente, vel renuente Archiepiſcopo, ſi fortè polluta; quòd peculiari bullâ 28. Maij 1416. impetrauit, quæ & alia priuilegia notantur in chartophilacio Decani; ex quo aliiſque monumentis deſumpta hæc ſeries, nunc primùm prodit, ac publici iuris vt fieret, humaniter eam communicauit dominus Driot eiuſdem Eccleſiæ Senonenſis Canonicus.

Rainardus ſubſcribit priuilegio donationis Prioratus S. Saluatoris Senonenſis, à Capitulo conceſſo Abbatiæ B. Ioannis menſe Decembri 1127. vt notant acta Cathedralis, tituli eiuſdem Abbatiæ, ac Prioratus S. Saluatoris, inſtrumentum quoque Henrici Senonenſis Archiepiſcopi pro Eccleſiâ de Branlis cœnobio Ferrarienſi indultâ, ſignauit Pontificatus eius 10. Sequentium porrò nomina enunriantur, quemadmodum iacent in Martyrologio Senonenſi, à quadringentis annis exarato. 1127.

Simon, mortuus primâ die Ianuarij ex eodem obituario.

Gerardus de Montcorbon defunctus XX. Ianuarij. MONTCORBON.

Odo I. Archidiaconus item Trecenſis, teſtis legitur in conceſſione Anſelli de Triangulo, Eccleſiæ Pontiniacenſi datâ Senonis 1151. præſente Ludouico Rege, ac teſte Simone Theſaurario, Hugone Archiepiſcopo approbante, vt diſcitur ex chartophilacio Pontiniacenſi: eius quoque mentio habetur in Tornodorenſis chartularij tabulâ pro monialibus Iuliaci. migrauit à ſæculo 29. Ianuarij; creditur tumulatus in æde S. Saluatoris Senonenſis, ſub tumbâ lapideâ quæ in Carthedralem adducta cum hac inſcriptione: 1151.

Hic Senon. clarus iacet optimus ODO *Decanus.*

Godefridus viuis exceſſit xv I. Februarij.

Robertus fato functus xvi. Martij.

Salomon memoratur in tranſactione Guidone Archipræſule, Manaſſe Archidiacono, & Gofredo Præcentore.

1213. *Stephanus* I. menſe Martio 1213. in chartâ Theſauri Regij Pariſienſis ſcribitur, pro conſtructione molendinorum in fornicibus pontis ſuper Ionam.

MEDONTE. *Petrus de Medonte* I. ſacellum Diuo Vincentio Martyri ad turrim nouam Eccleſiæ Senonenſis fundauit, & preſbytero prouentus conſtituit, qui diuina officia perageret; huius autographum in archiuis Capitularibus aſſeruatur in armario Decani, quæ dotatio

1221. confirmatur 1221.

Adamus naturæ debitum ſoluit 8. Iunij, ex citatis tabulis.

LA SALE. *Philippus de la Sale* I. obiit 13. Septemb. ignotâ anni epochâ.

Salo animam emiſit 24. Septemb.

Odo II. Decanus & Cantor de Brayo ad Sequanam, deceſſit die 26. eiuſdem menſis.

Michael mortuus XXIII. Nouemb. de quo & anteceſſoribus præfatis memoria eruitur ſolùm ex obituario Senonenſi.

DE BROSSE. *Guilelmus de Broſſe* I. ex Præcentore Decanus eligitur, poſteàque Archiepiſcopus, vbi de eo fuſius egimus.

DE CHARNY. *Petrus de Charny* II. ad Decanatum

1258. aſſumptus 1258. vt veriſimile eſt, indéque ad Archiepiſcopatum.

BECARD. *Stephanus Becard de Penoul*, II. Petri in Decanatu ſucceſſor, ad apicem Metropolitani Senonenſis euectus, vt ſupra refertur.

DE SENS. *Dionyſius de Sens* Philippi Galliarum Regis Clericus, ſic à loco originis dictus. Guilelmus de Hangeſt Balliuus Senonenſis quaſdam poſſeſſiones ei & Metropol. Eccleſiæ confirmat ducen-

1311. tis libris diuenditas an. 1311. menſe Iulio ex cartâ Theſauri Regij. dicitur autem fundator miſſæ antelucanæ: humatúſque eſt hâc inſcriptione prope baſilicam S. Saluatoris Senonenſis: ECCE DIONYSIVS SENONIS...

A *Decanus huius .... Iuris vtriuſque ..... Dei gratia parcat ei. Deceſſit in vigiliâ* 1324.
Beati Laurentij anno MCCCXXIV.

BRIE-COMTE-ROBERT. *Thyerricus de Brie-Comte-Robert* iacet in Metropolitanæ capellâ S. Annæ, cum hoc epitaphio: EGO THYERRICUS DE BREYA-COMITIS ROBERTI *Pariſius diœceſis, quondam Canonicus & Decanus huius Eccleſiæ ſub hac tumbâ iaceo; & obij anno Domini* MCCCXLIX. *tertiâ die menſis Septem-* 1349.
bris, videlicet die Iouis poſt feſtum Beati Lupi. Vnde, cariſſimi, rogo vos vt oretis pro me Pater noſter.

B

LA CHAPELLE. *Ioannes de la Chapelle* I. tumulo conditus in capellâ S. Annæ iuxta deceſſorem cum ſequenti epitaphio:

HIC IACET

Bona memoria Dominus IOANNES DE CAPELLA *ſuper Orſam, Senonenſis diœceſis, quondam Decanus huius Eccleſiæ, cuius anima requieſcat in pace; qui obiit* XIX. *menſis Auguſti anno Domini* MCCCLIX. *videlicet die Lunæ poſt fe-* 1359.
ſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis. Orate Deum pro eo, vt miſereatur ei.

C

FORT. *Petrus Fort*, II. Decanatus dignitate claruit iam ab an. 1377. ex actis Capitularibus; delegatur pro concordato 1377.
inter Archiepiſcopum Senonenſem Guilelmum de Dormano, & Capitulum 1393. ratione bullæ Clementis VII. 1393.
Antipapæ confirmantis exemptionem & iuriſdictionem Capituli, cuius congregationis nomine, Petrus chirographum appoſuit. Poſtquam verò diu hoc munere perfunctus fuiſſet, interiit menſe Maio 1408. tumulatus ante portam theſauri S. Stephani, hoc lemmate: M. P. Fort Decanus.

RICHARD. *Thomas Richard* Burgundus, in Petri dignitatem aſſumptus an. 1408. menſe

D Maio: cum autem eruditione & rerum 1408.
gerendarum peritiâ polleret, à Burgundiæ Duce in ſecreti arcani conſilium allectus, iis temporibus dum bellis ciuilibus arderet Gallia; & cum Anglis, ipſóq; Rege Carolo VII. contenderet. Decanatui renuntiauit 1427. vt 1427.
docent acta Capitularia, iacet autem apud S. Stephanum ſub hoc cenotaphio:

Hic iacet vir .... huius Eccleſiæ Senonenſis Magiſter THOMAS RICHARDVS *de Auxonâ, Magiſter in Artibus, in vtróque iure Licentiatus, illuſtriſſimi*

Principis Domini Ducis Burgundiæ Conſiliarius, Canonicus & Decanus ipſius Eccleſiæ, qui obiit anno Dom. M. CCCC.... *die.. menſis.... Oretis Deum ſi placet pro eis.*

Perieres. *Petrus de Perieres* III. ſuperioris reſignatione Decanatum obtinet I. De-
1427. cemb. 1427.

Perieres. *Ioannes de Perieres* II. eius conſanguineus, ſedit anno circiter 1432. ex
1432. chartis Eccleſiæ; fato correptus menſe Auguſto 1440.

Montigny. *Ioannes de Montigny* III. ſuffragiis Canonicorum electus menſe Auguſto
1440. 1440. vir fuit ſummis rebus gerendis peridoneus, qui venerandæ circumſpectionis, & auctoritatis ac ſciêntiæ commendatur in actu Capitulari 29.
1449. Aug. 1449. inſtitutionis Petri Bigot Abbatis S. Ioannis Senonenſis, quod cœnobium pendet à Capitulo tanquàm fundatore. ſublatus è vitâ 1451.

Colin. *Stephanus Colin* III. 1451. Decanatum permutauit cum Herueo ſequen-
1451. ti pro parochiâ Bituricenſis diœceſis 1470.

Cadoet. *Herueus Cadoet* poſſeſſionem nanciſcitur 1470. menſe Decembri, abdica-
1470. uit poſthac in gratiam ſequentis 1476.

Hue. *Ioannes Huë* IV. Theologiæ profeſſor Pariſienſis, in Decanum poſtula-
1476. tur 1476. menſe Nouembri, obiit menſe Martio 1488.

Gennart. *Guilelmus Gennart* II. primùm Canonicus Meldenſis, tum Senonenſis Celerarius, denique recipitur Decanus
1489. 1489. menſe Iulio, vir ſummæ auctoritatis, & Triſtando Salazario acceptus, deligitur magnus Vicarius Archiepiſcopatus in ſpiritualibus, cui muneri exercendo intentus non ſemel pro Eccleſiâ vtiliter, in ſedandis controuerſiis Capituli cum eodem Archipræſule inſeruiit. Eius ſollicitudine B. Stephani templum opere ſumptuoſo, ac ſedilibus capitulum decoratur, mortalitatis debitum exſoluit VI. die
1492. Octob. 1492. ſepulturæ traditus in naui Metropolis ante altare S. Martini ſub eâ inſcriptione:

GVILELMVS *iacet hic* GENNART *quem villa Roſetum*
Meldenſis genuit, quid fuit; an rogitas?
Canonicus Meldis fuit, ac Curatus, & inde
Decanus Senonis, ac ibi Vicarius:
Hoc opus infectum exit latè, poſthabitúmq;
Innodat; & ſedat iurgia Pontificis.
Mille quadringêtis annis nonaginta duob⁹,
Hunc ſexena dies Octobris eripuit.
O funeſta dies! quæ tam doctũ vigilémq;
Occidit, & campos miſit ad Eliſios:
Vos ergo Eccleſiæ zelus, pax, dona, labores,
In cœlis animam ſollicitate ſuam.

Ioannes de Bray V. recipitur menſe Martio 1492. ſed Decanatus poſſeſſio De Bray.
in controuerſiam deducitur à Stephano de Villiers Canonico, qui aliquot 1492.
ſuffragiis fuerat poſtulatus; at menſe Martio 1499. Senatus placito confirmatur eius electio; paulò poſt 1504. 1504.
hanc dignitatem cum Gabriele pro Archidiaconatu Stampenſi permutauit: nominatur verò 1518. executor teſtamenti Triſtandi Salazarij; ac multis Eccleſiam muneribus donauit, puta vitro exquiſitæ fabricæ, aulæis quæ choro inſeruiunt, veſtibus ſacris, aliiſque ornamentis: humatur autem in Carhedrali 14. Aug. 1519. cum epita- 1519.
phio, vbi dicitur Paſtor Capellæ ſuper Auerionem.

Gabriel Gouffier gente nobili natus, Gouffier.
non mediocriter in hac dignitate ſe præbuit commendabilem, nam pietate & munificentiâ non ſolùm Xenodochium Senonenſe locupletauit, ſed & B. Stephani baſilicam ſuis impenſis, vitro quod portæ Abrahamiticæ ſupereminet, & ab omnibus in pretio habetur, exornauit; ſolertis quoque ingenij prudentiâ inclaruit, cum magni momenti rebus tractandis admotus, Eccleſiæ iura aduerſus Salazarium Archiepiſcopum ſtrenuè tutatus eſt, magnóque in pretio habitus apud Cardinalem de Prato, de cuius vitâ in Actis capitularibus plura habentur; vir autem de ſuâ Eccleſiâ optimè meritus exeunte Septembri fatis conceſſit, ac ſepelitur in naui B. Stephani ad latus ſiniſtrum altaris S. Ludouici, ſub tumbâ marmoreâ cui ſuperſcribitur:

Hic iacet nobilis & ſcientificus vir Magiſter GABRIEL GOVFFIER, *nuper huius Senonenſis Eccleſiæ Decanus..... B. Mariæ de.... ac vſufructuarius.....* 1529.
poſſeſſionis....... anno M. D. XXIX. *Orate Deum pro eo.*

Iacobus Chappelain, è diœceſi Turonenſi oriundus, menſe Aprili ante Chappelain.
Paſcha admittitur 1529. extinctus 17.

1537. Nouembris 1537. iacet ad latus ſini-
ſtrum Crucifixi in æde S. Stephani
cum epitaphio.

MARTHRE. *Nicolaus Marthre* magnus Vicarius
in ſpiritualibus, primus à conſiliis &
epiſtolis ſcribendis Ludouici Cardi-
nalis Borbonij Antiſtitis, Archidiaco-
nus item Theraſciæ, Laudunenſis &
Baiocenſis Canonicus, Prior Vicceco-
mes de Giſy prope B. Mariam de Læ-
titiâ, ac Paſtor de Montcorbon in diœ-
ceſi Senonenſi, delecto arbitro Car-
dinali, aſſentiente Capitulo ab eodem
nominatur Decanus per viam com-
promiſſi, & excipitur menſe Aprili
1537. vitam cum morte commutauit
1554. 22. Iulij 1554. terræ mandatus ante
crucifixum Metropolitanæ cum epi-
graphe.

MAÇON. *Franciſcus Maçon* ex Canonico ele-
ctus, æmulos habuit Tuſſanum du
Mont, poſtea Precentorem Senonen-
ſem, & Ægidium Spifamè Epiſcopum
Niuernenſem, S. Pauli Senonenſis Ab-
batem Bullis Apoſtolicis de hoc De-
canatu prouiſos, ſed Senatuſconſulto
iniit poſſeſſionem per procuratorem
1555. 19. Julij 1555. paulò poſt diem clauſit
in loco d'Ericy prope Sequanam in
diœceſi Senonenſi 31. ejuſdem menſis
Iulij.

CHALLEMAISON. *Matthæus de Challemaiſon* magnus Vi-
carius Cardinalium Guiſij & Pelleuęi
Archiepiſcoporum, ac Odeti de Ca-
ſtellione in Abbatiarum regimine,
toparcha terrarum de Grauon & de
Balloy prope Senonas, compromiſſo
renunciatus admittitur 15. Nouemb.
1555. is maiorem campanam Cathe-
1560. dralis 17. Octobris 1560. benedixit, ac
computationem decimarum diœceſis
quæ huc vſque hodie extat, ordina-
1577. uit. defunctus 17. Martij 1577. tumu-
latur in Eccleſiâ gentilitiâ de Balloy
prope altare ſub cenotaphio lapideo,
cui adiacent epitaphia duo: poſt eius
tranſitum poſtulatur Decanus ſuffra-
giis Capituli Oliuarius le Crec Cano-
nicus Eccleſiæ Abbas Ioyacenſis, ſed
electioni ſpontè nuntium remiſit, vt
docent acta Capitularia.

ARNOUL. *Claudius Arnoul* oppido Caluimon-
tis in Baſſigneio natus, ex Canonico
& Archidiacono Stampenſi, inde The-
ſaurario ad Decanatus curam voca-
tur, eiurante Oliuario, cum in ſupe-
riori electione ſcrutinio aliquorum
fuiſſet deſignatus; admittitur autem
A 22. Nouemb. 1577. præterea Doctor
Sorbonicus & ſacræ paginæ profeſſor, 1577.
Romam Cardinalem Pelleuæum, cu-
ius Vicarius generalis fuit, & Reginal-
di Beinenſis comitatur 1572. vbi per
quatuor annos commoratus, concio-
nibus tam Latinis quàm Italis famoſus,
à Carolo IX. Rege, vt erat eloquentiâ
præſtans, Orator deſtinatur pro fauſtâ
gratulatione electionis Gregorij XIII.
ad Apoſtolicam Sedem. Româ reuer-
ſus, Decanatui præficitur, eâ laude
& prudentiâ inſtructus, vt per excel-
lentiam ſummus Decanus vocitetur.
Obiit 2. Aprilis an. 1600. die Reſur- 1600.
B rectionis Dominicæ, humatúſque eſt
ante Crucifixum cum epitaphio.

ARNOUL. *Ioannes Arnoul VI.* Claudij nepos in
poſſeſſionem inducitur menſe Iunio
1600. ac Lutetiæ deceſſit 28. Februa-
rij 1622. ſepultus ibidem in Eccleſiâ 1622.
S. Stephani de Monte.

TAVEAU. *Hieronymus Taueau*, Iacobi Tauelli
Senonenſis patroni, vitarum Archie-
piſcoporum ſcriptoris filius, ſubſti-
tuitur Arnulfo 30. Iunij 1622. antea
Celerarius Eccleſiæ, idémque in Of-
ficialatu Metropolitano Viceſgerens:
C fundauit feſtiuitatem annuam Beato-
torum Sauiniani & Potentiani, tan-
quam de Octauâ Omnium Sancto-
rum; mortuus 27. Maij 1629. ætatis 1629.
an. 53. ſepelitur in medio nauis Ec-
cleſiæ cum epitaphio.

FERRAND. *Stephanus Ferrand, IV.* Vicarius gene-
ralis in ſpiritualibus & temporalibus
Ludouici-Henrici de Gondrin Ar-
chiepiſcopi, in Sede Præſidiali Seno-
nenſi Conſiliarius, per omnes Eccle-
ſiæ dignitates exceptâ Theſaurariâ ſi-
bi gradum fecit ad Decanatum, in
quem inductus 2. Sept. 1630. Eccle-
ſiam autem pretioſâ veſtium, orna-
mentorum & vaſorum ſuppellectile in-
D ſtruxit; fundationem quoque celebri-
tatis Euchariſtiæ, quam de Calice nun-
cupant, à Ioanne Ferrando maiori Ar-
chidiacono Stephani propatruo pri-
mùm inſtitutam 1552. & à Nicolao
Celerario Eccleſiæ, eius item patruo
auctam, Stephanus hic Decanus mu-
nificentiſſimè perfecit ac dotauit.

D'azur au Phœnix eſployé d'or, enflammé de gueulles poſé ſur vn rocher de ſinople, regardant la pointe, au canton dextre du chef vn Soleil d'or.

TARAN-

A ET SEDVNENSIS; in diœceſi quoque reperitur Abbatia:

STAMEDII *Ord. Ciſtercienſis.*

TARANTASIENSES ARCHIEPISCOPI, PRINCIPES, ET COMITES.

MONSTIER EN TARENTAISE province de Savoye ſur l'Iſere.

METROPOLIS Tarantaſia in prouinciâ Alpium Graiarum, & Penninarum, ciuitas Centronum Darantaſia in laterculo Imperij, apud Antoninum verò & alias poſteriores Notitias Galliarum, Tarentaſia vocatur. Hoc oppidum Monaſterium ad Iſaram Sabaudiæ fluuium, fuit olim municipium non procul à Mauriennâ valle in Alpibus ſitum, quod Forum Claudij Neronis Centronum, & poſtea Tarantaſia nuncupatum eſt, cuius populi ab eâ ciuitate Tarantaſij dicti, & Centrones, à Centrone vico hodie penè obſcuro. Tarantaſia autem primis ſæculis Viennenſium Metropoli à Leone I. Papâ attributa eſt circa an. 450. & in Synodo Francofordienſi, conſultatione ad Sedem Apoſtolicam directâ de huius Epiſcopatus priuilegio an. 794. Romanorum Pontificum diſpoſitione, poſt hæc impetrauit Tarantaſiæ Præſul, vt inter Metropolitanos à Viennenſis ſubiectione liber recenſeretur; quamobrem commemoratur inter alias Metropoles an. 810. in teſtamento Caroli Magni, ac Teutrannus Archiepiſcopus eiuſdem vrbis inſcribitur à Ioanne VIII. Papâ, & cum Suffraganeis ad Concilium inuitatur. Reges Burgundionum, antiquitus ciuitati, inde Epiſcopi dominabantur, ſed tandem beneficio Imperatorum in ditionem Comitum & Ducum Sabaudiæ peruenit, quibus adhuc hodie ſubdita eſt; regio ad duodecim ferè leucas excurrens, vicis, pagiſque ſatis populoſa, antiquo Comitatui cognomentum dedit; oppidum in planitie collocatum eſt, vicino vertice montium acceſſu difficile Iſara ſecat, & palatium Archiepiſcopale ſubluit, ac pontem habet, qui vtrámque ripam attingit. Eccleſiæ Cathedrali ſub patrocinio B. Petri dicatæ ſubiiciuntur duæ Sedes Suffraganeæ, AVGVSTENSIS,

SVFRAGANS de l'Archeveſché DE TARENTAISE. AOVSTE. SION.

Ceterùm Antiſtites huius Metropolis ſequuntur, quos publicauit vir clar. Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſiâ, ex Comitibus Ceruignaſchi, Epiſcopus Salutienſis, Hiſtoricus Regiæ Celſitudinis Sabaudiæ, in Cardinalium, Epiſcoporum, & Abbatum Pedemontanæ ditionis Chronologicâ Hiſtoriâ, quam in lucem edidit an. M. DC. XLV. Auguſtæ Taurinorum.

B 1. S. IACOBVS monachus in inſulâ Lerinenſi tempore S. Honorati, vt obſeruatur in Tarantaſiæ diptychis, tum Chronologiâ Lerinenſi, in cuius tabulis perantiquis memoratur B. Thomas Tarantaſienſis Epiſcopus, ſed non additur tempus ſedis.

2. PASCHASIVS.

3. SANCTVS Concilio Epaonenſi ſubſcripſit an. 517. 517.

4. MAGNVS.

5. SANCTVS, forte idem cum ſuperiori, idcirco à quibuſdam omiſſus.

C 6. MARTIANVS, Synodo Matiſconenſi I. interfuit 581. Valentinenſi 2. an. 584. & Matiſconenſi 2. 585. per Miſſum Epiſcopalem. 581.

7. S. HERACLIVS.

8. SENATVS.

9. TVRRIEVS.

10. PROBINVS.

11. BAVDOMERVS Concilio Cabilonenſi ſubſcripſit an. 650. 650.

12. EMITERIVS.

D 13. VIDENARDVS.

14. IOANNES I.

15. LEODRANDVS.

16. AVBERTVS, ſiue YMBERTVS.

17. BONIMVNDVS, aliàs ROSIMVNDVS.

18. ERMINO.

19. POSSESSOR.

20. EODBERTVS, vel RODOABERTVS.

21. ANDREAS.

22. Avdax.

23. Tevtrannvs, vel Tevtrandvs, nominatur in actis fundationis Abbatiæ monialium B. An-
858. dochij 858. illi ſcribit Ioannes 8. Papa epiſt. 100. ab eóque ad Synodum cum Suffraganeis euocatur. Concilio Tuſiacenſi adfuit an. 860. & Manta-
879. lenſi 879. in coronatione Boſonis Regis.

24. Alvcco, forſitan qui Luxo in aliquibus cathalogis nuncupatur.

25. Daniel.

26. Annvcco i. fundauit Eccle-
900. ſiam S. Martini an. 900. & in eâ Canonicos ſæculares poſuit.

27. Pandvlphvs.

28. Amizo, cui Rodulphus Rex Burgundiæ in loco Agauni dominium ciuitatis Tarantaſienſis paulò ante ab Ibericis incurſionibus deuaſtatæ dono dedit.

29. Lvsvs, aliàs Lisivs cuius
1020. mentio in actis an. 1020.

30. Emmo, ſeu Emino, qui & Amiro, Aymo, & Eimarus dictus eſt, interfuit 1025. Concilio celebrato ſub Burchardo Lugdunenſi Archiepiſco-
1044. po, ſubſcriptúſque legitur 1044. teſtamento Hugonis Archiepiſcopi Biſonticenſis.

31. Annvco ii. Pontificatum ad-
1077. miniſtrauit 1077. ex vetuſtis tabulariis Tarentaſiæ.

1090. 32. Boso præfuit an. 1090. religioſos in Eccleſiâ S. Martini inſtituit ab eâ Canonicos regulares amouendo, illámque Abbatiæ Cluniacenſi ſubmiſit: Nonnulli poſt ipſum, ſuperinducunt Guilelmum Maurianæ, de quo non ſatis liquet.

33. Israel, infulis ornatus erat
1134. ſub an. 1134. poſtea depoſitus ob demerita, vt ſcribit Manriquez in Annal. Ciſtercienſibus.

34. S. Petrvs i. diſcipulus B. Bernardi, magnum ſui temporis Eccleſiæ ornamentum, ſanctitatis æquè ac miraculorum famâ illuſtris, ex nobili proſapiâ naſcitur 1098. ætatis anno vigeſimo religioſam vitam profeſſus in monaſterio Bonæuallis, Abbas Stamedij conſtituitur an. 1126. quod cœnobium & Abbatiam Tilietti condidiſſe, ac in S. Mariâ de Lucedio monachos

A Ciſtercienſis Ordinis inſtituiſſe tradunt; mox Abbatiæ Firmiratis Cabilonenſis diœceſis præfectus, tandem aſſumitur ad Tarentaſienſem Cathedram an. 1152. vt notat Albericus in 1152.
chronico, de cuius electione Gaufridus Abbas Alræcumbæ, qui res ab eo geſtas accuratè perſequutus eſt, ſic fatur: Inter ea Tarentaſienſis Eccleſia, virum ſibi à Domino præparatum & prædeſtinatum conſiderans, ab Iſraële quodam moribus magis quàm nomine barbaro, de priori errore confuſa receſſit: ille enim prædictam Eccleſiam
B nequiter occupauerat, nequius detinuerat, ambitioſè ingrediens. Continuò, Petrus Metropolitanæ redditus auxit, è manibus laicorum decimas recuperando, & de prouentibus Archiepiſcopij portiones Canonicorũ quos Regulares induxerat, amplificauit, ac fratribus S. Mauricij multa bona conceſſit; Cathedralem ſuam variis ornamentis decoraram, collapſis ædificiis reparauit, nec non ingentem pauperum copiam quotidie alimento pauit. Maximâ autem floruiſſe exiſtimatione & famâ, vel eò apparet, quòd cum an.
C 1160. ad caſtra Imp. Friderici acceſſiſſet, rogans pacem pro Mediolanenſibus, & animaduertiſſet nonnullos Præſules Gallicanos fauere Octauiano in Apoſtolicam Sedem intruſo, turpitérque ſenrentiæ contra Alexandrum Tertium legitimum Pontificem latæ ſubſcripſiſſe, Petrus hic noſter Tarentaſienſis ſolus reſiliit, vt narrat Baronius lib. xii. Annal. & quamuis ab Imperatore ſummâ obſeruantiâ coleretur, ipſum nihilominus redarguit, ac pro Alexandro vexillum prædicationis palam erigens, multos ad vnitatem Catholicam reduxit. Inde Romam contra ſchiſmaticos profectus, Herbertum Cryſopolitanæ, ſeu Biſonticenſis Ec-
D cleſiæ inuaſorem ſpiritu oris interficit. Nec multò poſt cum Ludouicus Franciæ, & Henricus Angliæ Reges inter ſe dimicarent, pax, maximo bono inter vtróſque componitur, operâ S. Petri, qui Legatione Alexandri Pontificis ad hoc negotium arduum conficiendum fungebatur an. 1161. Tradunt inſuper 1161.
Acta vitæ eius, ingentia ſanationum miracula ipſius miniſterio operatum eſſe Dominum, quaſi declararet hâc ſignorum oſtenſione legitimam Alexandri electionem, à quo Petrus ipſe miſſus fuerat. Eâ verò dignitate vſque ad

obitum perfunctus, deprecante Burchardo de Montemorenciaco inter proceres Francorum nominatiſſimo, capellam in caſtro ſuo ædificatam; ſummâ celebrirare dedicauit; exemplar porrò ex archiuis S. Victoris Pariſienſis deſumptum, in opere genealogico huius familiæ inſeruit clariſſ. Hiſtoricus Quercetanus tali tenore:

EGO BVRCARDVS DE MONTEMORENCIACO, *notum fieri volo tam poſteris quàm præſentibus, quod Matheus de Roßiaco, & Guido de Grodoleto, & vxor eius Richeldis prædicti Mathei ſoror, amore Dei & precibus domini* PETRI *venerabilis Archiepiſcopi* TARENTASIENSIS, *pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum, Eccleſiæ S. Victoris in eleemoſinam conceſſerunt, quicquid Eccleſia S. Petri de Nemore, ab ipſis vel eorum prædeceſſoribus ante habuerat, & omnes querelas quas aduerſus eandem Eccleſiam prius mouerant, omnino remiſerunt. Præterea decem arpennos nemoris inter duos riuulos, & eorundem riuulorum vſum, prædictæ S. Victoris Eccleſiæ in eleemoſynam dederunt. Petrus etiam Aculeus, & Galterus Buſe in omnibus his prædictis conſuetudinem griariæ quam habebant, pro ſalute animæ ſuæ liberè remiſerunt. Hanc autem eleemoſynam ego & Laureta vxor mea laudauimus, & quidquid iuris in prædictâ eleemoſynâ habebamus, ex integro conceßimus. Factum eſt huius eleemoſinæ donum in curiâ meâ apud Montemmorenciacum, in præſentiâ prædicti Archiepiſcopi die eadem quâ ipſe Capellam meam dedicauit anno ab Incarnatione Domini 1174. Quod ne obliuio deleat, aut emergens calumnia contradicat, ſcripto mandari, ac ſigillo præfati Archiepiſcopi & meo feci ſignari; Teſtes, Rainardus Abbas S. Mariæ de Valle, Guilelmus prior eiuſdem Eccleſiæ, Euurardus de Barris monachus Claræuallenſis, Guilelmus Capellanus, Aureus Abbas S. Martini, Simon Capellanus, Guido Canonicus S. Martini. Laici, Galterius de Grodoleto, Balduinus de Andiliaco, Guido de Toreta, Henricus de Maiſnil, Radulphus de Bellafontanâ, Adam de Chalueri & Radulphus frater eius, Theobaldus de Curuenne, Gerardus Cocus, Berengarius, Roardus de Curiâ.* Ad ſuperos euo-
1175. lat in monaſterio Bellæuallis an. 1175.
vt fidem facit eius epitaphium, docétque Gaufridus Abbas in eius vitâ, non autem 1171. vt Surius putat, vel ſequenti, quemadmodum Vincentius Beluacenſis in Speculo hiſtoriali, &

A Albericus 1174. tradunt; cuius funeri inter alios interfuit Ebrardus Biſonticenſis Archiepiſcopus; ſepultus eſt in Abbatiâ Bellæuallis cum hâc perbreui inſcriptione:

Stirpe Viennenſis fuit Abbas Stamedienſis,
Maximus Alpenſis Præſul TARANTASIENSIS;
Anno milleno centeno ſeptuageno
Quinto tranſiuit, ad cœlos PETRVS *iuit.*

Godefridus Abbas Altæcumbæ iuſſu Lucij III. Summi Pont. Petri vitam elucubrauit, quam Surius tomo 3. in vulgus emiſit; eiuſdem meminêre Baronius in Annal. Vion, Henriquez in faſciculo Sanctorum Ciſtercienſium lib. 2. diſtinct. 1. & Menologio Ciſtercienſi 8. Maij. Angelus Manriquez in laureâ Euangelicâ lib. 3. diſtinct. 7. Ioannes Canonicus in memoriali hiſtoriarum, & Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſiâ Salutienſis Epiſcopus.

35. AYMO DE BRIANSONE I. Briançon.
ex monacho Cartuſiano creatus Epiſ-
copus 1178. nominatur in Concilio 1178.
Lateranenſi 1179. & Ticini 1186. à Friderico priuilegia obtinuit, quæ 1196. Henricus Imper. Taurini confirmauit.
moritur an. 1197. Ceterùm Angelus 1197.
Tarantaſiæ Antiſtes Vicarius Imperialis in Italiâ 1196. ſententiam tulit ad fauorem Epiſcopi Vercellenſis, de quo Ferrarius in catalogo Præſulum eiuſdem Eccleſiæ; Fortè autem idem eſt cum Aymone, qui in citatis tabulis Angelus vocatur.

36. IOANNES II. ad infulas aſſumptus ex alumno maioris Cartuſiæ, in quâ aulam ædificat.

37. BERTRANDVS I. ſiue BERNARDVS; ex religioſo iam dictæ Car-
tuſiæ electus 1217. ſupremum diem 1217.
obiit an. 1229. ex necrologio Cartuſienſi.

38. HERLVINVS, antea Canonicus Regularis & Prior S. Vrſi in valle Auguſtanâ, Rauennæ à Friderico 2. Imp. confirmationem ſuſcepit immu-
nitatum ſuæ Eccleſiæ; & 1245. tranſa- 1245.
ctionem iniit inter Præpoſitos columnarum Iouis, & Varexij.

39. RODVLPHVS, ſeu ARNVL-
PHVS CVRSI, de valle Dignâ præ- Cvrsi.
fuit an. 1251. cui ab Vrbano IV. Pon- 1251.
tifice delegatur cognitio controuerſiæ inter Abbates Staphardenſem, & Ri-

palteñſem. Hic amotis Canonicis Re- A gularibus reſtituit in Cathedrali ſæculares, præſénſque fuit hominio fidelitatis Henrici 2. Angliæ Regis Ludouico IX. Pariſiis exhibito 1259. Eius quoque mentio extat 1260. in hiſtoriâ Religionis S. Antonij.

1259.

Pingonio. 40. Badus a Pingonio, memoratur in manuſcripto codice ad an. 1263.

Tarentaise. 41. Petrus de Tarentaise II. Rodulphi Archiepiſcopi nepos, è Tarantaſiâ oriundus, ex Decano Valeſiæ in Eccleſiâ Sedunenſi, Doctore Pariſienſi, in ſacris literis eminentiſſimo, & religioſo profeſſo Ordinis S. Dominici conuentus Pariſienſis, Archiepiſcopus Lugdunenſis, ad Metropolitanam ſuæ patriæ aſcendit 1272. 30. Maij, ex regiſtro Vaticano Gregorij X. Electus inde Preſbyter Cardinalis Oſtienſis & Sanctæ Rom. Eccl. magnus Pœnitentiarius: paulò poſt ad Apoſtolicam Sedem vocatus 1276. ſub nomine Innocentij V. in Concilio Lugdunenſi funebri oratione B. Bonauenturæ Cardinali parentauit. Multa is perdoctè commentatus eſt in Pentateucum, libros Moſis, Pſalmos, Cantica, Epiſtolas Pauli, & Magiſtrum Sententiarum, librum etiam de mundi æternitate, intellectu, & voluntate, de formarum vnitate, cœli materiâ, ac Epitomem D. Thomæ Aquinatis conſcripſit. Vide plura de illo in Archiepiſcopis Lugdunenſibus.

1272. 1276.

42. Aymo II. Cathedræ Tarantaſienſi præſidebat poſt annum circiter 1276.

1276.

43. Bertrandus II. an. 1309. conſecrat Nicolaum Epiſcopum Eporedienſem 1327. ac viuis eximitur an. 1333.

1309.

de Salino. 44. Iacobus de Salino aliàs de Fercino, II. ſedit anno 1334. grauéſque habuit cum Sabaudiæ Comitum miniſtris contentiones, eo quod ſimoniâ fuiſſet ad hanc Eccleſiam euectus.

1334.

45. Bernardus II. renunciatur Antiſtes 1341. 7. Octobris, vt patet ex libro Obligationum Vaticani.

1341.

de Bertrandis. 46. Ioannes Bertrandus I. nobilis Sabaudus, legatione cum functus fuiſſet ad Summum Pont. pro Aymone Comite, creatur ex Præpoſito Aurienſi 1342. Decemb. 3. ex eodem tabulario. 1342.

Rotariis. 47. Ioannes de Rotariis II. an. 1365. confirmationem libertatum Eccleſiæ ſuæ impetrat, & pro dominiis quibuſdam Imperij feudatarius, Comiti Sabaudiæ fidelitatis iuramentum præſtitit an. 1366. 1365.

de Chevron. 48. Humbertus de Chiverono, alias de Vileta, ex Epiſcopo Auguſtano ad hanc Metropolim traducitur 1377. 21. Februarij, prout affirmant regiſtra Vaticana. 1377.

Cisiaco. 49. Rodulphus de Cisiaco II. ſucceſſit Humberto 1380. VI. B Aprilis ex citato obligationum cartophilacio: eodem anno trucidatur cum totâ familiâ à ſubditis in caſtro S. Iacobi. 1380.

Savoye. De gueulles à la croix pleine d'argent. 50. Envardus de Savoye, Philippi, Pedemontij Achaiæ & Moreæ Principis, ex Iſabellâ de Villehatdouin filius, à teneris annis regulæ Benedictinæ ſe addixit, factus Prior Burgeti in Sabaudiâ, inde Abbas S. Iuſti Secuſienſis, poſtea Pontifex Bellicenſis 1370. & ab eâ Eccleſiâ ad Sedunenſem Epiſcopatum in Valleſiis transfer- C tur; cum verò diœceſanorum factione è Cathedrâ eiectus fuiſſet, teſtituitur ope Amedei VI. Comitis Sabaudiæ; denique Archiepiſcopus eius Metropolis eligitur; qui cum Purpurâ eſſet exornandus fato conceſſit 1390. ſepultúſque Tarantaſiæ. 1390.

Colomb. D'azur à 3. pigeons d'argent, à &c. 51. Petrus Colomb, III. Balgiaco oppido oriundus, à Conſiliis Amedei Sabaudi domini Balgiaci, tum in Cancellarij honore verſatus, & Eccleſiaſticum ordinem profeſſus, fit religioſus & Prior S. Petri Matiſconenſis 1391. poſtea datur adminiſter D Bonnæ Borboniæ in regimine Sabaudiæ 1393. inde Amedeum VII. Comitem, Tornuſij deduxit pro celebritate eius coniugij cum Mariâ Burgundâ, de quibus agunt regeſta Cameræ rationum Sabaudiæ, tandem Pontificatu Tarantaſienſi donatur 1395. 12. Iulij ex regiſtro Vaticano. Huius meminit Salutienſis Epiſcopus in Chronologicâ hiſtoriâ Pedemontanâ, cúmque patriâ Bellicenſem appellat, & nepotem cognominem Tarantaſiæ Archiepiſcopum ei ſubiungit, quod tamen ab omnibus non probatur. 1395.

52. Aymo III. Patriarcha Hie-

roſolymitanus, & Præpoſitus Montiſ- A
iouis vbi multas reliquias repoſuit,
factus eſt Commendatarius huius Ec-
cleſiæ poſt mortem Petri à Benedicto
1397. XIII. Antipapâ 1397. 20. Septemb.
ex eodem regiſtro Vaticano.

CHALANT. D'argent au chef de gueulles, au baſton de ſable brochant ſur le tout.

53. ANTONIVS DE CHALANT,
Cardinalis S. Mariæ in Viâ latâ, po-
ſtea tit. B. Cæciliæ, ſanctæ Rom. Ec-
cleſiæ Cancellarius, Epiſcopus Lau-
ſanenſis, Abbas S. Michaelis de Clu-
ſâ, patriâ Allobrox, ex nobili fami-
liâ dominorum de Chalanto in valle
Auguſtanâ, filius Amedei toparchæ
de Fenis, ex Fleurinâ Prouanâ Pede- B
montanâ, cuius fratres fuêre Guilel-
mus Lauſanæ, & Iacobus Sedunenſis
Epiſcopi. Hic purpurâ condecoratur
à Pſeudopontifice Benedicto XIII. an.
1404. 1404. quem biennio poſt Legatum ad
Regem Franciæ Carolum miſit, vt
ipſum ac regnum in obedientiâ ſuâ
contineret, tum Concilio Piſano in-
terfuit 1409. poſt verò ab obſequio
Benedicti ſe ſubtraxit, & Alexandri
V. Ioanniſque XXIII. Pontificum co-
mitia ſuffragiis ſuis adiuuit, ab eo
Pontifice primùm in Angliam Lega-
tus, inde ad Sigiſmundum Regem
Romanorum, cum Franciſco Zaba- C
rellâ Cardinali, & Emmanuele Cry-
1413. ſolorâ 1413. pro celebratione Conci-
lij, cuius locus apud Conſtantiam de-
ligitur; in quo Conuentu Ioannes à
Sede Apoſtolicâ expulſus. Martini V.
electioni item adfuit Antonius, quâ
celebratâ breui ſuperuixit, nam Ar-
1417. chiepiſcopus Tarantaſienſis obiit 1417.
ex chronologicâ hiſt. Pedemontij,
aliis verò 13. Septembris 1418. iacet
Lauſanæ auctore Ciacconio.

DE BERTRANDIS.

54. IOANNES DE BERTRAN-
DIS III. ex Epiſcopo Gebennenſi ad
hanc Eccleſiam traductus an. 1417. à
1417. Martino V. in Actis Conſiſtorialibus, D
arbiter fuit inter Amedeum primum
Ducem Sabaudiæ, & Ludouicum de
Cabilono dominum d'Arlay, contro-
uerſiáſque Bernenſium cum Valleſa-
nis componit. Poſtquam verò in Ca-
1432. thedrali aliquot capellas dotaſſet, ex
hac vitâ migrauit 1432.

CONDELMERIIS. D'azur a la bande d'argent.

55. MARCVS DE CONDELME-
RIIS, Venetus ex familiâ Eugenij 4.
Papæ, olim Epiſcopus Auenionenſis,
Patriarcha Alexandrinus, Tarantaſiæ
1434. autem Metropolitanus 1434.

ARSY. D'azur au franc cartier d'or.

56. IOANNES DARSY IV. Car-
dinalis tit. Sanctorum Nerei & Achil-
lei, Dominus & Præpoſitus Montiſ-
iouis, Prior Alundæ; Concilio Baſi-
leenſi, abſente Ludouico Alamanno
Cardinale Arelatenſi præfuit, memo-
ratúrque in actis Synodi ſeſſione 38.
& Tarantaſienſem Eccleſiam admini-
ſtrabat 1440. Felix V. Antipapa Pſeu- 1440.
dopontificatus quarto, menſe Aprili
Geneuæ ipſum galero decorauit, ite-
rúmque Cardinalis confirmatur à Ni-
colao V. Papâ 14. Cal. Ianuarij Romæ,
pro exſtinctione ſchiſmatis, ex pacto
concordiæ cum Amedeo factæ: ani-
mam reddidit in Sabaudiâ pridie Idus
Decembris an. 1453. ſepultus Taranta- 1453.
ſiæ.

LA PALV. De gueulles à la croix d'hermines.

57. LVDOVICVS DE LA PALV
Cardinalis DE VAREMBON, Ab-
bas Ambroniaci, Trenorchij & S. Iu-
ſti Secuſienſis, Epiſcopus Lauſanæ &
Maurienæ, ex nobili & vetuſtâ gente
ortus, patre Amedeo Equite domino
de Varembone, & Aleide de Corge-
non: ob merita & dignitatum orna-
menta inter ſæculi ſui Purpuratos cla-
riſſimus, patriâ Breſſienſis, à primâ
ætate ſtatim Trenorchium ingreſſus,
religionis habitum ſumpſit, in eâque
Abbatiâ tantùm egregiis profecit vir-
tutibus, vt poſt obitum quatuor annis
Ambroniacenſis Camerarij officium,
ad regimen huiuſce & Trenorchiani
monaſterij ſublectus fuerit; quo in mu-
nere deſignatur 1417. cuſtos Concla-
uis Synodi Conſtantienſis cum Mar-
tino V. ad Apoſtolicum thronum eue-
hitur; prætereà nationis Gallicanæ
Legatus, Concilio Senenſi comparuit,
vnde mox illi ampliſſima ſacerdotia
adueneruut, renunciatus enim Epiſ-
copus Lauſanæ, & Vicecamerarij di-
gnitate inſignitus, Concilio Baſileenſi
interfuit; mox grauiſſimis cum Duce
Sabaudiæ inimicitiis laborauit, ſiqui-
dem prælatus fuit in Pontificatu Lau-
ſanenſi Ioanni de Prangin, cui faue-
bat Amedeus VII. inſupérq; acerrimâ
epiſtolâ ad Synodum Baſileenſem miſ-
ſâ hoſtem ipſum nuncupat. Inter quæ
à Concilio delegatur ad Eugenium
Papam, & in Græciam pro tractandâ
eius Eccleſiæ cum Catholicâ vnione.
Renouatâ autem cum Amedeo, qui
Baſileæ electus fuit Pſeudopontifex
Felix V. concordiâ, vt tradit auctor
Amedei Pacifici, ab eodem Geneuæ
Anticardinalis creatur 1443. declara-

tus quoque Mautianenſis, ac Lauſanæ Adminiſtrator perpetuus: tum abdicante Felice, Nicolaus v. ſuffectus Ludouicum Cardinalem legitimum promulgauit in tertiâ creatione 1449. Hanc autem Metropolitanam rexit
1451. 1451. quo anno mortalitatis debitum ſoluit Romæ, corpúſque ibidem conditum in baſilicâ S. Petri in Vaticano nonnulli tradunt, tametſi in Eccleſiâ de Varembone, vbi inſigne cenotaphium marmoreum viuens ſibi poſuerat humatus credatur, ſub eâ inſcriptione: *Hic iacet Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Dominus* LVDOVICVS *Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis* DE VAREMBONE *vulgariter nuncupatus, Epiſcopus Maurianenſis, qui obiit die ... menſis Septembris* MCCCCLI. Huius porrò honorificam fecit mentionem Samuel Guichenon, Franciæ, ac Regiæ Celſitudinis Sabaudiæ Hiſtoriographus, in Sebuſianâ hiſtoriâ, vbi ſtemma gentis Paludanæ accuratiſſimè contexuit.

Savoye. Comme cy-deſſus.

58. Petrvs de Savoye iv. Ludouico 2. Duce Sabaudiæ & Annâ Iani Regis Cypri filiâ natus, Epiſcopus Geneuenſis, & Adminiſtrator Ta-
1454. rantaſienſis anno 1454. obiit Pinerolij 1458. Octob. 21. depoſitus apud Minores.

Savoye.

59. Ioannes-Lvdovicvs de Savoye, Petri frater, ac Franciſci Archiepiſcopi Auxitani, ex Præpoſito Montiſiouis Epiſcopus Geneuæ, Abbáſque S. Phardæ rexit Tarantaſiæ
1458. Præſulatum 1458. ac deceſſit 1484.

De Sur.

60. Thomas de Svr natione Ciprius Ordinis S. Franciſci Conuentualium religioſus, fundator cœnobij Minorum in ciuitate Tarantaſiâ,
1461. electus eſt an. 1461. vi. Februarij ex actis Conſiſtorialibus Vaticani; fuit quoque Abbas Pinerolij & Caramaniæ, ac tempore regiminis præfati Petri de Sabaudiâ, hanc Eccleſiam, vti & Gebennenſem adminiſtrationis titulo vſq; dum adoleſceret rexit; enuntiatúrque in inſtrumento aſſignationis hæreditatis Philippi de Sabaudiâ Comitis Balgiaci.

La Rovere. D'azur au cheſne d'or.

61. Christophorvs de la Rovere Cardinalis Tarantaſiæ, patriâ Taurinenſis, Ioannis ex dominis Vicinoui, & Annæ de Puteo filius, fit Tarantaſienſis non Tarentinus Archi-
A epiſcopus, vt hallucinatur Garimbertus, & ex Præfecto arcis S. Angeli creatur presbyter Cardinalis S. Vitalis titulo Veſtinæ à Sixto 4. Papâ eius agnato 1478. iv. Idus Decemb. ſed 1478.
nondum purpureo galero donatus Romæ eripitur è viuis; corpus humatur in fano S. Mariæ de Populo vbi hæc epigraphe:

Christophoro Rvvereo.

Tituli S. Vitalis Presbytero Cardinali, doctrinâ, moribus, ac pietate inſigni, Do-
B *minicus Sixti Quarti Pont. Max. beneficio, mox tituli ſucceſſor ac muneris, fratri B. M. & ſibi poſuit. Vixit an.* XLIII. *menſes ſeptem, dies* XIX. *Obiit anno octauo Pontif. Xiſti Kalendis Februarij.*

Concordes animas piáſque mentes,
Vt dicas licet vnicam fuiſſe,
Commiſti cineres ſequentur, & ſe
Credi corporis vnius iuuabit.

Ex hac familiâ Roboreâ duo ſummi Pontifices Sixtus 4. Iulius 2. ac octo ſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinales.

La Rovere. Comme cy-deſſus.

62. Dominicvs de la Rovere Cardinalis tit. Sanctorum Vitalis
C & Clementis, antea Lauſanenſis, & Eporediæ Canonicus, Sixto iv. Papæ in primis gratus, ab eo præpoſituras Eccleſiarum B. Antonij & Dalmatij Taurini, Cariniani & Ripolarum obtinuit: mox Abbas S. Chriſtophori de Vercellis, Cubicularius eiuſdem Sixti, Apoſtolicus & Nuncius ad Duces Sabaudiæ, tandem mortuo fratre Chriſtophoro, arcis S. Angeli Præfectus, tum Cardinalis renuntiatur ab eodem Papâ an. 1478. Romæ 3. Idus Februarij, & Tarantaſienſis Archiepiſcopus. Ab eâ Metropoli ad Taurinenſem Eccleſiam tranſlatus, cui præſidebat ſub an. 1480. Magnificen- 1480.
D tiâ oblectatum fuiſſe plurima eius opera indicant, is enim Cathedralem Taurini à fundamentis vetuſtate collabentem reſtaurauit & abſoluit 1498. 1498.
ac ædes ſplendidas conſtruxit ad D. Petri ſcalas Romæ, quas Vaticanæ baſilicæ Archipresbyter incoluit; ſacellum verò apud B. Mariam de Populo, vbi Chriſtophoro fratri ſibíque monumentum condidit. Legatus à Latere in patriâ obiit an. 1501. ſepul- 1501.
túſque in Cathedrali Taurinenſi.

De Chevron.

63. Vrbanvs de Chevron, Abbas Stamedij, Prior Alundæ, ad

hanc Metropolim electus 1483. 28. A
1483. Maij, per translationem Cardinalis S. Clementis ad Gebennensem, vt docent Acta Consistorialia Vaticani.

COMPESIO.

64. IOANNES DE COMPESIO V. natione Allobrox, ex Abbate S. Stephani Vercellensis, & Ciseriaci, Cancellarius Sabaudiæ, primùm Ecclesiam Taurinensem administrauit, inde Gebennensis, tandémque Tarantasiensis Antistes. Delegatur à Duce Sabaudiæ pro pace cum Ludouico Marchione Salutiarum conficiendâ; idémque consecrat altaria quædam in templo S. Laurentij de B Vltio, & Franciscanorum basilicam apud Clusas diœcesis Geneuensis 16.
1485. Iunij 1485. fundatam à Comitibus Fulciniaci ad Aruam fluuium.

PLOSASCHI.

65. CORRINVS PLOSASCHI, ex genere Comitum de Plosasco, Ab-
1493. bas S. Solutoris Taurinensis 1493. Protonotarius Apostolicus & Præpositus Pinerolij, ac Vicarius generalis Abbatiæ S. Michaëlis de Clusâ.

CHASTEAVVIEVX.
Ecartelé au 1 & 4. d'azur à trois fasces ondées d'or: au 2 & 3. d'azur à vne fleur de Lys d'or.

66. CLAVDIVS DE CHASTEAVVIEVX Bresiensis, Coloniaci Prior, Sedis Apostolicæ Protonotarius, nobili familiâ ortus, patre Georgio C Castriueteris toparchâ, Sabaudiæ Duci Cambellano, matre Ioannâ de Lugny; Guidonis autem Bressiæ Gubernatoris germanus, intercedente Philippo Sabaudiæ Duce, de hoc Archiepiscopatu prouisus est à Pontifice, sicuti declarat epistola Cardinalis S. Praxedis, cuius tenor in historiâ Sebusianâ, & descriptione stemmatis genealogici domus Castriueteris sic habet:
» EXCELLENTISSIMO Domino Philippo Duci Sabaudiæ, &c. Illustrissime ac Excellentissime Domine, receptis literis excellentiæ vestræ, su- D per negotio Archiepiscopatus Tarentasiensis, affuimus coram Sanctissimo D. N. qui relationem de eâ Ecclesiâ faciendam Reuerendiss. Cardinali Perusino commisit: interposuimus operam & officium nostrum animo quidem promptissimo, vnà cum præfato Reuerendiss. D. Cardinali apud suam Beatitudinem, vt cum supplicationi Excellentiæ V. de personâ Reuerendi Patris D. CLAVDII DE CASTROVETERI ad eandem dignitatem promouendi annuisset, dignaretur etiam in omnibus petitionis suæ partibus gratiam facere liberalem, vt ea promotio cum retentione beneficiorum præfati D. Claudij expediretur: placuit Sanctitati suæ, ac liberaliter votis nostris assensit: quod illustrissimæ D. V. gratulantes significamus, offerentes, & hac in re, & cæteris occurrentibus rebus suis nos omni officio, & efficaci operâ affuturos: fœlix valeat Excellentia V. Romæ ex palatio Apostolico VIII. Aprilis 1497. A. Cardin. S. Pra- 1497.
xedis. Moritur Tarentasiæ 1516. Septembris 23. huiúsque mentio habetur 1516.
in Actis consistorialibus & chronologicâ Hist. Pedemontij cap. 42.

GROLE'E.
Gironné d'or & de sable de huict pieces, aliàs, party, taillé, tranché, & couppé de sable & d'or.

67. IOANNES-PHILIPPVS DE GROLE'E Francisci I. Regis Eleemosinarius, primogenitus Iacobi domini de Groleâ Sabaudiæ Cambellani, Bugesij Balliui, ex Claudinâ de Chiel prognatus erat; frater Stephani Baronis de Groleâ, qui perperam ab aliquibus Antistitis nostri decessor appellatur; successit 1516. 28. Aprilis, vt enunciatur in citatis tabulis Consistorialibus, electus adolescens ætatis anno decimo quinto. Vltimum spiritum 1550.
exhalauit 1550.

VALPERGVE.

68. HIERONYMVS DE VALPERGVE, Abbas Abundantiæ, genere nobilis, & ex illustri familiâ Pedemontanâ Comitū Valpergiæ oriundus, Ludouici dynastæ Alicis filius, frater autem Amedei Comitis Maximi, Militis Annunciatæ: designatur per obitum Ioannis Philippi 1550. 17. Iulij, quemadmodum affirmant chartophilacia Vaticani, consecratur 1552. 1552.
factus est postea nomine Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ, gubernator ciuitatis & Comitatus Astensis: vltimum diem clausit an. 1573. 1573.

PARPALIA.

69. IOSEPHVS PARPALIE Taurinas, è prosapiâ Parpaleâ dominorum Rouillaschi, nominatur Archiepiscopus 1573. 26. Augusti, interfuitque an. 1591. translationi reliquiarum 1591.
S. Mauricij ab Ecclesiâ Capucinorum in basilicam Astensem cum aliis Præsulibus; interrit an. 1598. 1598.

BERLIET.
D'or à trois pals de gueulles, au chef d'azur chargé d'vn croissant d'argent,

70. IOANNES-FRANCISCVS BERLIET, Cameræ Rationum Sabaudiæ Princeps, Burgeti Baro ac dominus de Chiloep, varias sub Ducibus Sabaudiæ præfecturas gessit; & quidem, ab Emanuele Philiberto

ſanctioris Conſiſtorij Senaror, mox A
primus Præſes Cameræ Compurorum
lectus eſt; Qualis aurem vir fuerit,
teſtantur præclara illa munera quæ
obiir ſummâ auctoritate & prudentiâ;
cuiuſmodi fuit vnio Comitatus Ten-
dæ & aliarum toparchiarum principa-
tui Pedemontano; factus inſuper Præ-
ſes totius Sabaudiæ, delegatur cum
Ludouico Millieto Barone de Fauer-
ges, pro componendis controuerſiis
pagi Bernenſis; inde aſſumptus à Ca-
tharinâ Auſtriacâ Duciſsâ in libello-
rum ſupplicum Magiſtrum, à Carolo
Emanuele Duce etiam, comes aſci- B
tus eſt, dum Mediolani Reginam Hiſ-
paniæ inuiſeret. Poſt hæc verò ad Pon-
tificem Orator deſignatur, vt pro ſuâ
ſingulari ſolertiâ permutationem Mar-
chionatus Salutiarum procuraret; at-
que interim famâ & eruditione præ-
ſtanti auguſtior dignitas vt accederet,
Berlietus Lugdunenſis diœceſis Cle-
ricus, ad hanc Metropolim nomina-
1598. tur an. 1598. Nouemb. 8. vt indicant
acta Vaticani; túncque officio ſecun-
di Præſidis Senatus Allobrogum ſe
abdicauit. Summum autem inter Du-
cis Conſiliarios gratiæ locum, fidelis
animi ſignificatione adeptum fuiſſe, C
ex hoc potiſſimùm apparet, quòd in
Galliam profectus vt cum Henrico
IV. de commutatione eiuſdem Mar-
chionatus ageret, Berlietum non mo-
dò arcanorum participem ſibi aſſum-
pſerit, ſed & legationis principem
apud Chriſtianiſſimum Regem eum
conſtituerit, quo nomine Pariſiis cum
Gaſparo Geneuenſi Marchione de
1600. Lullins an. 1600. fœdus pacis feliciſ-
ſimè tranſegit, teſte Petro Matheo
hiſtorico Regio. Atque his officiis
præclarum ſui ſpecimen edidit, Ec-
cleſiæque regimini intentus, Canoni-
corum Collegium ſæculariſauit, cui D
S Mariæ Capitulum attribui obtinuit.
Tandem familiæ ſummum decus, ma-
gnâ laude claruit vſque ad annum hu-
1607. ius ſæculi 1607. quo vitâ ſublatus eſt
in Archiepiſcopali palatio Tarantaſiæ
2. Ianuarij. De illo agit Epiſcopus
Salutienſis in chronolog. hiſt. Pede-
montanâ, ſed fuſius elogium eius con-
ſcripſit idem Guichenonus in Hiſto-
riâ.

GERMONIVS. 71. ANASTASIVS GERMO-
NIVS Salus in Marchionatu Ceuæ
natus, patriæ primus ſuæ familiæ do-
minus, & Marchionatus titulo inſi-
gnitus, ex Archidiacono Metropoli-
tanæ Taurinenſis, vtriuſque Signatu-
ræ Referendario Apoſtolico, Paulo
v. Pont. renuntiatur Antiſtes an. 1608. 1608.
Miſſus eſt legatus apud Clementem
8. pro Duce Vrbini, & Philippum 2.
Hiſpaniæ Regem nomine Caroli E-
manuelis Sabaudiæ Ducis; Archiepiſ-
copale palatium adauxit, memoratúr-
que lib. 3. vitæ B. Franciſci de Sales
Geneuenſis Epiſcopi. Eius autem ope-
ra Romæ typis excuſa ſunt 1623. in- 1623.
ter ea commendantur ſcripta quæ de
immunitatibus Eccleſiarum, & Ec-
cleſiaſticorum compoſuit, in diuinis &
humanis literis apprimè inſtructus,
qui ſeſſiones pomeridianas, Paratitla
ad quinque libros Decretalium, &
duos Animaduerſionum ad ius Cæ-
ſareum & Pontificium, diſſertatio-
nem denique de Academiâ Taurinen-
ſi elucubrauit; vitâ & moribus reli-
gioſus Madriti Carpetanorum in Hiſ-
paniâ reddidit animam ætatis an. cir- 1627.
citer 75. die 4. Auguſti 1627.

72. BENEDICTVS-THEOPHI- CHEVRON.
LVS DE CHEVRON, aliàs DE VIL- D'azur au
LETA, tertius ex nobili gente Sa- cheuron
baudâ huius cognominis, Archiepiſ- d'or, accom-
copus Tarantaſiæ, antea Religioſus pagné de
Benedictinus Congregationis Caſſi- trois lions
nenſis, præco Dei inſignis, nomina- de meſme.
tus à Victore Amedeo Duce Sabau-
diæ 1632. conſecratur an. 1633. ab An- 1633.
tonio Prouanâ Archiepiſcopo Tau-
rinenſi, aſſiſtentibus Iacobino Ma-
renco Saluriarum, & Franciſco Gan-
dulpho Epiſcopo Vigintimillienſi.

TOLOSANI
EPISCOPI
ET
ARCHIEPISCOPI.

TOLOSA Tectoſagum Tolose
ciuiras antiquitare, am- en Langue-
plitudine ædificiorum, doc ſur la
incolarum multitudi- Garonne.
ne, opum varietate:,
Academiæ ſtudiis, flo-
renti Senatu, Archiepiſcopatu deriu-
que inſignis, oppidum Toloſanum
à Gellio lib. 3. capite 9. Toloſatium
à Gregorio Turon. lib. 8. Miracul. &
in

in Imperij Notitiâ nuncupatur: ad Garumnam iacet loco commerciis commodo, vbi pontem habet inter cæteros Galliæ ſtructurâ nobilem. Strabo iuxta Iſtinum vult fuiſſe ſitam, cuius tellus auro & opibus abundaret. Eius exordia, qui fabulantur, repetunt à Tolo, aut Taloſſo Troiano; certum ex Ptolemæo coloniam fuiſſe Romanorum, vnde Senatu, Capitolio, & Amphiteatro gaudebat, cuius adhuc extant in arenis veſtigia. Vrbs nota fuit Cæſari lib. 8. cap. 5. Melæ lib. 2. cap. 5. Suetonio in Vitellio cap. vltimo, Iuſtino l. 32 Straboni lib. 4. Plinio lib. 3. cap. 4. & 4. cap. 19. Ptolemæo lib. 2. cap. 10. Ammiano lib. 15. & aliis; apud Strabonem in 1. Narbonenſi prouinciâ, & Notitiis adſcripta eſt. Confirmatur ex Gregor. Turon. lib. 2. cap. 27. 33. & 37. collectionis hiſt. lib. 3. cap. 10. & Iornande de rebus Gothicis lib. 3. quòd ibi Reges Gothici, Imperij & ærarij ſedem fixerint, vnde Toloſa Regia Gothorum à Sidonio Apollinari carmine 7. pelliti Principis aula dicitur, vt notat Ioannes Sauaro l. 4. ad eumdem Sidonium ep. 8. & ab Iſidoro & Victore Tunnunenſi Regnum Toloſanum, cuius Principes Toloſæ Reges dictos memorat Commonitorium Alatici præfixum Codici Theodoſiano; & originem Idatius in chronico refert ad Ataulphum Gothorum Regem. à Vandalis primùm capta, teſte Hieronymo, ab Exuperio Epiſcopo immunis à deprædatione facta eſt; Clodoueus autem poſtea interempto Alarico, cæteris cum vrbibus expugnatâ Tolosâ, eam Imperio Gallico adiunxit, quam ſub Præfectis, aut Ducibus diu rexêre Gallorum Reges; cum denique Gothis deuictis ex teſtamento Dagoberti regnum Aquitanicum Ariberto vno ex filiis eius conceſſum eſſet, Toloſa eius regni caput conſtituta eſt, vt patet in geſtis Dagoberti cap. 16. & chronico Fredegarij Scholaſtici cap. 56. variis bellis ſuccedentibus à Saracenis expugnata, mox à Pipino debellata, obnitente Vuaifero Duce Aquitaniæ, tum ſub Carolo Magno, circiter an. 778. Chorſonem, aut Torſinum primum Toloſæ Comitem creauit, & deinde longa ſucceſſit Comitum ſeries, qui magnâ potentiâ dominati ſunt; eorum apud Hiſtoricos memoria celebratur vſque

A ad an. 1249. quo mortuus eſt Raymundus Comes vltimus, parens Ioannæ vnicæ filiæ ex Sanciâ Arragoniâ hæredis, Alfonſi Comitis Pictauienſis S. Ludouici fratris nuptæ: quibus ſine prole defunctis, Toloſæ Comitatus hæreditas olim antiquo Franciæ Pariatu nobilitati, Gallicæ Coronæ iterum adcreuit, ex pactis conuentionis initæ inter S. Ludouicum & Raymundum. Anglis verò Gallias inuadentibus ab ipſis obſeſſa eſt, tum à Comite Montisfortis, qui vrbe vi potitus, eius turres ac munimenta præcipua funditus euertit, auctore Guidoue de
B Podiolaurentij; & an. 1346. Octouiri Capitolini & optimates ciuitatis à Rege tandem obtinuerunt, vt ea ex integro reſtaurarentur. Porrò cum Toloſa duas in partes, hoc eſt vrbem & ſuburbium, muris, turribus, & portis diſtingueretur, quemadmodum antiquitus Narbo, Rutena, & Carcaſſona, Comes Raymundus 1247. duplicem quoque conſtituit ordinem Magiſtratuum, geminóſque, vt vocant, viros Capitolinos; multas denique poſt mutationes, cum ſuburbium iiſdem mœnibus quibus ciuitas eſſet cinctum,
C Octouiris Capitolinis, totidem vrbis regiones adminiſtrandæ commiſſæ ſunt: de his vide Aufrerium quæſt. 52. deciſ. Capellæ Toloſanæ. Parlamentum eius ampliſſimum poſt Pariſienſe primum à Rege Carolo VII. inſtitutum eſt, de quo Guilelmus Benedicti; Seneſchalliá quoque ampliſſimâ decoratur. Academia omni ſcientiarum genere multis à ſeculis floret, vnde à Martiali, Sidonio, & Auſonio lib. de claris Vrbibus maximè commendatur, & Palladia nuncupatur, è quâ velut ex Helicone, tot egregia doctorum virorum monimenta prodiêre; de hu-
D ius priuilegiis agunt Midendorpius lib. 6. Panormitanus cap. vltimo, Ne Clerici: Baldus denique in l omnia priuilegiâ, cod. de Epiſcopis & Clericis cum honore loquitur de Vniuerſitate Toloſanâ. Collegium Fuxenſe dictum ſua debet ornamenta Cardinali Petro Fuxenſi, vbi celebris olim bibliotheca variis manuſcriptis codicibus locupletata, quæ lapſu temporis plurimùm neglecta fuit; ciuitas quoq; propriis impenſis aliud condidit, in quo Hebraica, Græca, & Latina linguæ addiſcuntur; Themidis Sedes in eo loco poſita eſt, in quo aliàs Narbo-

nenſe caſtellum, ita vt verè arma in A hac vrbe togæ ceſſerint. Domus publica ornatiſſima eſt, vbi florales ludi ſingulis annis inſtituuntur Kal. Maij, prophanis illis Romanorũ & impudicis longè abſimiles, ſed poëſeos, & eloquentiæ certaminibus incruentis conſecrati. Quod autem ſpectat politiam Eccleſiaſticam, Epiſcopatu clareſcit à primis ſeculis, non autem Metropoli, quæ Eloſa fuit, vt aliàs monuimus. In Notitiis verò Galliæ Narbonenſis, ciuitas Toloſatum prima ponitur ſub Narbonâ Metropoli, donec viciſſitudine temporum cum Narbo Gothis, & Toloſa Gallis ceſſiſſet, à Bituricenſi B Archiepiſcopo Toloſanus cœpit accipere electionis ſuæ confirmationem, cuius etiam viſitationi ſubiiciebatur; vnde obſeruandum, ad eum vt proximiorem tunc confugiſſe, quod Narbonenſis Gothis eſſet ſubditus, hoſtibus Gallorum, in quorum poſſeſſionem venerat Toloſa. Porrò Narbonâ à Gothorum imperio liberatâ, ad eam iterum rediit Toloſa, eique paruit, donec à Ioanne XXII. Summo Pont. in Archiepiſcopalem Sedem eſt erecta an. 1317 quæ hos habet Suffraganeos, APPAMIENSEM, MONTALBANENSEM, MIRAPICENSEM, VAVRENSEM, RIVENSEM, LOMBARIENSEM, ET SANCTI PAPVLI; non deſtitêre propterea Bituricenſes Primatiæ ius in eam ſibi vindicare, vt patet multis titulis quos retulit Catellus in hiſtoriâ Occitaniæ.

Svffragans de l'Archeueſché de Toloſe. Pamiers. Montavban. Mirepois. Lavavr. Rievx. Lombe's. S. Papovl.

Baſilicæ Metropolitanæ patronus eſt S. Stephanus Protomartyr, ingentis ſanè molis opus, cuius chorus cum incendio abſumptus fuiſſet, longè illuſtrior reſtauratur, ſacellis vndique ambientibus; clauſtrum liquet eſſe perantiquum, opere Gothico adornatum: inter cuius Eccleſiæ dignitates primum locum obtinet in Capitulo Præpoſi- D tus: poſt Cathedralem, S. Saturnini templum Abbatiale ſæculare primas tenet, eius exordia refert Fortunatus libro 2. poëmatum ad Lannebodem Ducem, qui templum ædificauit: claruit deinde cum allatæ eſſent ibi tùm Apoſtolorum, tum multorum Sanctorum reliquiæ inſigniores; frequentatus eſt locus ab exteris vndequaque religione loci adductis, in eóque iacent corpora & tumuli plurium Epiſcoporum, & Comitum Toloſæ, nunc à Canonicis ſæcularibus adminiſtratur.

Celebris eſt quoque apud Greg. Turon. ædes B. Mariæ vulgò Deauratæ; quondam erat templum Mineruæ, quod S. Exuperius purgatum in ædem ſacram commutauit, de quâ libellum edidit Ioan. Cbabanel Theologus & eiuſdem Eccleſiæ Rector; pluribus aliis templis, ſacellis, monaſteriis, ptochotrophiis, non mediocris ſanctimoniæ & pietatis argumenta præfert hæc nobiliſſima ciuitas; in diœceſi verò hæ recenſentur Abbatiæ:

S. SATVRNINI, O.A. *olim, nunc ſecul. S. Sernin de Toloſe.*

S. PETRI DE CVRTE, O.B. *de la Court.*

GRANDIS-SYLVÆ, *Grand-Selue*, O.C.

DE VLNIS, *Eaulnes*, O.C.

MANSI, *le Meix*, O. C.

DE CAPELLA, *de la Capelle*, O.P.

Hiſtoriam ciuitatis, Antiſtitum & Suffraganeorum res geſtas, Guilelmus Catellus Senator Toloſanus deſcripſit, & hoc opere benè meritus, ne laude ſuâ carere videatur vir clar. eius Commentariis Occitaniæ in hoc edendo C catalogo vſi ſumus; magno enim labore & ſtudio, Annales confecit, quibus & patriam illuſtrauit, & varia Epiſcoporum nomina ex archiuio Toloſano S. Stephani à tenebris eruit, ex quo etiam, aliiſq; obſeruationibus noſtris, Antiſtitum ſeriem vberiorê quàm hactenus prodierit, ita digeſſimus.

1. S. SATVRNINVS primus Toloſatum Epiſcopus, Euangelij verbo promulgato gentilibus prophano idolorum cultu inſanientibus, glorioſo agone martyrium pro Chriſto ſubiit, de cuius paſſione & geſtis multa in Eccleſiaſticis tabulis comprehenduntur: & quidem Acta antiqua è codice Fuxienſi Toloſano deſumpta, eum ex Ioannis Baptiſtæ diſcipulis, Romam cum Petro aduenîſſe, tum in Gallias ab eo miſſum Toloſam, inſupérque poſt fundatam apud Aquitanos Eccleſiam Eloſanam, in Hiſpanias tranſiiſſe fidei prædicandæ gratiâ, tandémque reuerſum ex veteri traditione martyrio vitam conſummaſſe. Narrant porrò plenius alia Saturnini Acta apud Surium tomo 6. relata, cum eius prædicatione verbum Chriſti diſſeminatum fuiſſet, & Deorum

falſæ imagines ad reſponſa dæmonum A quoties ante Toloſanum Capitolium tranſiret, conticeſcerent, iram ſæuientis populi in ſe concitauit, confeſtimque ad aram protractus, vt Diis immolaret, cum Chriſtum profiteretur, ſtanti ad ſacrificium tauro vinculis alligatus, qui & ſtimulis in præceps actus eſt, capite ad primos Capitolij gradus fracto, corpus exanime & ſauciatum à furente belluâ trahitur in eum locum, vbi poſteriori ſeculo Eccleſia ædificata, à Tauro nomen habuit. Hanc autem perſecutionem Decij temporibus accidiſſe, plerique exiſtimant, ex fragmento B authentico paſſionis S. Saturnini quod citat Greg. Turon. lib. 1. Hiſt. cap. 28. his verbis: Huius (Decij) tempore ſeptem viri Epiſcopi ordinati ad prædicandum in Gallias miſſi ſunt, ſicut Hiſtoria paſſionis ſancti martyris Saturnini denarrat: ait enim: ſub Decio & Grato Conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana ciuitas habere cœperat Sacerdotem. Vt vt ſit, idem profitetur Martyrologium Romanum, Baronius in Annal. ſub an. Chriſti
254. 254. Genebrardus, Boſquetus lib. 3. C hiſtoriæ Eccl. Gallicanæ cap. 29. Catellus in Commentariis, aliique eruditiſſimi viri. Quamquam verò Gregorius dicat alio loco, Saturninum ab Apoſtolorum diſcipulis ordinatum Toloſam acceſſiſſe lib. 1. de Miraculis cap. 48. hoc teſtimonio ſibi non contradicere interpretatur pluribus paragraphis diſſertationis, de loco Gregorij de ſeptem Epiſcoporum miſſione vindicato. Hiſtoriam quoque martyris Saturnini prædicant Fortunatus poëmate 8. lib. 2. & Sidonius Apollinaris lib. 9. epiſt. 16. commendatur verò ab Hiſpanis Scriptoribus, Prudentio Sandouallio, Pompelonenſi Antiſtite, Ambroſio Mo- D rale lib. 9. cap. 4. Franciſco Padillâ Hiſt. Eccleſ. Hiſpan. centuriâ 1. cap. 20. & Franciſco Diego lib. 2. antiquitatum vrbis Oſcenſis.

2. S. HONORATVS Saturnini ſucceſſor, quem petantiqua S. Firmini geſta docent ipſum in Epiſcopum Ambianenſem ordinaſſe; eius membra quieſcunt in B. Saturnini Toloſæ baſilicâ. Remouendus eſt autem S. Papulus è Toloſanis Præſulibus, cum Epiſcopus nunquam extiterit, ſed tantùm Saturnini diſcipulus & vicarius.

3. S. HILARIVS, in vitâ Saturnini dicitur inueniſſe corpus eiuſdem Sancti; in cuius æde tumulo reconditus colitur Calen. Iunij. Allucinantur verò qui *Martinum* hîc ſuperinducunt, & Concilio Arelatenſi ſubſcripſiſſe memorant: cum profectò Mamertinus is fuerit Eloſanus Epiſcopus, non Toloſatium.

4. S. SILVIVS Eccleſiæ D. Saturnini fundamenta ieciſſe traditur ex veteribus monumentis, & in aliquibus catalogis præponitur Exuperio.

5. RODANIVS exul factione Arianorum in Orientem pellitur anno 356. cum Hilario Pictauienſi in Con- 356. cilio Biterrenſi, procurante Saturnino Arelatenſi, qui falſis ſuggeſtionibus Conſtantium Imperatorem circumuenerat: hæc teſtatur Seuerus Sulpitius lib. 2. eum ait: Hilarius Pictauorum Epiſcopus damnatur exilio: RHODANIVM quoque Toloſanum Antiſtitem, qui naturâ leuior, non tam ſuis viribus, quàm Hilarij ſocietate, non ceſſerat Arianis, eadem conditio implicuit: hâc ſententiâ condemnatus in exilio moritur; eiuſdémque meminit S. Hieronymus in chron. Ruffinus lib. 1. c. 20. vbi agens de amborum expulſione ſcribit ceteros remanſiſſe vel ignorantes, vel non credentes fraudem Saturnini; Sozomenus lib. 4. c. 8. & Baronius ſub annum 356.

6. S. EXVPERIVS presbyter Burdegalenſis, quem eumdem eſſe cum Rhetore eiuſdem nominis nonnulli negant, Auſonius enim patriâ Burdegalenſem, clarúmque temporis ſui Oratorem dicit, ac poſt emeritam Hiſpaniarum Præfecturam, in Eccleſiâ Burdegalenſi presbyteratum adeptum fuiſſe intelligitur ex Paulino ep. 20. Factus verò Epiſcopus Toloſanus, inſigni prorſus vitæ ſanctimoniâ enituit, erga pauperes eleemoſynis profuſiſſimus; de illo ſæpius D. Hieronymus qui in primis epiſt. 4. extremâ ad Ruſticum monachum ait: S. EXVPERIVS TOLOSÆ Epiſcopus viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiunus, fame torquetur alienâ, omnémque ſubſtan-

» tiam Chriſti viſceribus erogauit. Ni-
» hil illo ditius, qui Corpus Domini
» caniſtro vimineo, ſanguinem portat
» in vitro: qui abſque funiculo menſas
» ſubuertit Mammonæ, & nummulario-
» rum æra diſperſit: huius è vicino ſe-
» ctare veſtigia, & cæterorum qui vir-
» tutum illius ſimiles ſunt, quos Sacer-
» dotium humiliores facit & pauperes.
» Et epiſt. 10. ad Furiam: Habes San-
» ctum Exuperium probatæ ætatis & fi-
» dei, qui te monitis ſuis frequenter
» inſtituat. Ceterùm de nonnullis Eccle-
ſiaſticis conſtitutionibus conſuluit In-
nocentium Pont. Max. qui epiſt. 3.
in Conciliis editionis typographiæ
405. Regiæ Pariſienſis ei ſcribens an. 405.
Februar. 20. reſpondet ad eorum li-
teras, qui aduerſus nouam hæreſim Vi-
gilantij in Galliâ emergentem pugna-
turi, primùm Apoſtolicam Sedem
conſulendam eſſe putarunt; inter alia
ab Innocentio Exuperius edoceretur,
quæ expetierat de continentiâ Cleri-
corum, & pœnitentiæ ritu: ex quâ item
epiſtolâ plerique Canones apud Gra-
tianum. Præterea Hieronymus egre-
gia eius præconia recenſet, cum enim
diuini Spiritus afflatu, venturum Gal-
liæ excidium, Toloſámque barbaris
dedendam prænoſceret, magnâ cele-
ritate omnem ſubſtantiam in paupe-
res erogauit; cúmque eius liberalitati
Gallia minus anguſta videretur, Si-
ſinnium monachum in Orientem cum
ingenti pecuniâ ablegauit, vt mona-
chis Paleſtinæ & Ægypti ſubſidia vi-
tæ miniſtraret. Hac igitur occaſione
S. Hieronymus qui literas ab Exupe-
rio acceperat, eidem ſancto Epiſcopo
libros in Zachariam Prophetam quos
elucubrarat, dedicauit; & lib. 3. Com-
mentariorum in Moſem eius meminit.
In illa verò clade quâ Galliæ vrbes à
Vandalis, aliiſque barbaris populis
407. fuerunt deuaſtatæ an. 407. Toloſam
captam deplorat Rutilius, ſed ſerua-
tam præſidio Exuperij Hieronymus
memorat, epiſt. ad Ageruchiam: *Non
poſſum*, inquit, *abſque lacrymis Toloſæ fa-
cere mentionem, quæ vt hucuſque non rue-
ret S. Exuperij merita præſtiterunt.* Lau-
datur & à Gregorio Turon. Hiſtoriæ
lib. 2. cap. 13. cum Paulini verbis, in-
ter clariſſimos huius temporis Præſu-
les annumeratur. Porrò hunc Exupe-
rium eumdem cum Burdegalenſi tan-
topere ab Auſonio laudato fuiſſe au-
tumat Baronius Annalium tomo v.
A ſed Ioſephus Scaliger notis ab lib. 1.
Auſonij cap. 12. duos Toloſæ Exupe-
rios celebres fuiſſe dicit, alterum Rhe-
torem, de quo Auſonius in profeſſori-
bus, alterum Antiſtitem Toloſatium
nominatiſſimum de quo egimus. Huic
ſuffragatur Alteſſerra rerum Aquitani-
carum lib. 5. cap. 1. qui temporum ra-
tionem diſcrepare obſeruauit, vt Exu-
perius Rhetor idem credatur cum
Exuperio Epiſcopo; nam Rhetor
floruit ætate Conſtantini, Dalmatij
filios inſtituit antequàm Cæſares pro-
clamarentur, quod euenit circa an. 336.
Exuperius verò Toloſanus Præſul, ſe-
B ptuaginta poſt annis vixit circiter an.
405. quidquid ſit de hâc quæſtione,
pluribus item agit Catellus de vitâ
Exuperij in Epiſcopis Toloſanis; cu-
ius commemoratio notatur in Marty-
rologio Romano die tranſitus 28. Se-
ptembris, & 14. Iunij tranſlationis fe-
ſtiuitas celebratur.

7. MAXIMVS, de cuius egregiâ
viuendi ratione diſſerit Sidonius lib.
4. epiſt. 24. ad Turnum, ſi idem eſt
Maximus ac Toloſanus noſter, qui ſe- 441.
dit ad an. 441. quamquã & Epiſcopum
illum non vocitet, tamen Baronius in
Annalibus, & Sauaro notis ad Sido-
C nium, huius ciuitatis Pontificem fuiſſe
ſignificant; qui autem *Gundiſaluum* ac
Leontium ſubjiciunt, perperam pro Elu-
ſano Toloſanum interpretantur, vt ſu-
pra obſeruauimus.

8. HERACLIANVS ſubſcripſit 506.
canonibus Concilij Agathenſis anno
506.

9. S. GERMERIVS: eius notitia
eruitur ex veteribus legendis Sancto-
ralis Bernardi Guidonis, tomo 2. vbi
plura de ipſius geſtis referuntur; in
proprio Sanctorum diœceſis comme-
moratio eius agitur XII. Maij; quieſ-
D cit verò, ſicuti traditio eſt, in Eccle-
ſiâ parochiali S. Iacobi de Murello.

10. MAGNVLFVS, Miſſum Epiſ-
copalem vice ſuâ direxit cum aliis
Præſulibus qui ſubſcripsêre Synodo
Matiſconenſi 2. an. 585. Memoratur à 585.
Greg. Turon. Hiſt. lib. 7. c. 27. cum
narrat grauem altercationem huius
Magnulfi, cum Gundobaldo Chlota-
rij Regis pſeudofilio: verba exſcribere
non abs re fuerit: Exinde Toloſam «
digreſſus (Gundobaldus) emiſit nun- «
cios ad Magnulfum Epiſcopum ciui- «
tatis, vt ab eo ſuſciperetur. Sed ille «

» non immemor prioris iniuriæ, quam A
» per Sigulfum quondam (qui ſe in re-
» gno eleuare voluit) pertulerat, dixit
» ciuibus ſuis: Scimus enim Regem eſſe
» Gunrchramnum, ac nepotem eius
» Childebertum. Hunc autem neſci-
» mus vnde ſit. Eſtote ergo parati. Et
» ſi voluerit Deſiderius Dux hanc ca-
» lamitatem inducere ſuper nos, ſimili
» vt Sigulfus ſorte depereat: ſitque om-
» nibus exemplum, ne quis extraneo-
» rum Francorum regnum audeat vio-
» lare. His ita reſiſtentibus, & bellum
» parantibus, adueniente Gundobaldo
» cum magno exercitu, cum vidiſſent B
» quòd ſuſtinere non poſſent, ſuſcepe-
» runt eum. Poſt hæc cùm ad conui-
» uium in domo Eccleſiæ Epiſcopus vnà
» cum Gundobaldo reſideret, ait: Fi-
» lium te Clotarij Regis adſeris; ſed
» verum ſit verum an non, ignoramus.
» Et ſi poſſis vindicare cœpta, incredi-
» bile habetur apud animos noſtros. At
» ille ait: Ego Regis Chlotarij ſum fi-
» lius, & partem regni de præſenti ſum
» percepturus, & vſque Pariſius veloci-
» ter accedam, & ibi ſedem Regni ſta-
» tuam. Cui Epiſcopus ait: Verumne
» eſt ergo; quòd nullus de ſtirpe Fran-
» corum remanſit, ſi tu quæ dicis im-
» pleueris. Inter has altercationes, cùm C
» hæc Mummolus exaudiſſet, eleuatâ
» manu alapis cecidit Epiſcopum, di-
» cens: Non pudet, vt tam degener &
» ſtultus ita magno Regi reſpondeat?
» Verùm vbi & Deſiderius de conſilio
» Epiſcopi, comperit quæ fuerant di-
» cta, irâ commotus, manus in eum in-
» iecit; cæſumque communiter haſtis,
» pugnis, & calcibus, ac fune reuinctum,
» exilio damnauerunt; res eius tam pro-
» prias quàm Eccleſiæ integrè auferen-
» tes. Magnulfus autem à Sagittario Antiſtite, qui inter proceres Gundobaldi cum Mummolo recenſetur ab eodem Gregorio cap. 28 expulſus ab D Epiſcopatu, & in exilium relegatus cum nepte Regis Chilperici dicitur c. 32. at Sagittario cæſo Toloſæ reſtitutus eſt.

11. MENNAS Beati Gregorij Pontificis ætate vixit, qui lib. 9. epiſt. 52.
601. menſe Iulio, indict. 4 an. 601. ad eum, diuerſóſque Galliæ Epiſcopos ſcribit literas commendatitias, pro monachis quos in Angliam ad Auguſtinum mittebat. Apud quem Papam poſtea accuſatur Mennas, vt ex eodem Grego-
» rio conſtat lib. xi. epiſt. 8. Mennam

vero Reuerendiſſimum fratrem & Co- »
epiſcopum noſtrum, poſtquam ea quæ »
de eo dicta fuerant requirentes, in nul- »
lo inuenimus eſſe culpabilem, qui in- »
ſuper ad ſacratiſſimum corpus B. Petri »
Apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, »
ab his quæ obiecta eius opinioni fue- »
rant, ſe demonſtrauit alienum, reuer- »
ti illuc purgatum, abſolutumque per- »
miſimus: quia ſicut dignum erat, vt ſi »
in aliquo reus exiſteret, culpam in eo »
canonicè puniremus, ita dignum non »
fuit vt eum adiuuante innocentiâ diu- »
tius retinere, vel affligere in aliquo »
deberemus. »

12. SEDOCVS præfuit anno 43. Chlotarij 11. Regis, quo refertur illud Aimoini monachi Floriacenſis hiſtor. 627.
Franc. lib 4. cap. 14. Eo anno Palladius, eiúſque filius SEDOCVS Toloſatium Epiſcopus, incuſante Aynano Duce, quòd rebellionis Vaſconum fuiſſent conſcij, in exilium truduntur.

13. VVILLEGISELVS interfuit Concilio Remenſi an. 630. de quo 630.
Flodoardus lib. 2. hiſtor. Remenſis cap. 5.

14. S. EREMBERTVS in monaſterio Fontanellenſi obiit 30. Aprilis, humatúſque in Eccleſiâ S. Pauli cum abdicaſſet circa an. 690. Nominatur 698.
in vitâ S. Anſberti Rotomagenſis Archiepiſcopi Fontanellenſis Abbatis, S. Vulfranni Senonenſis Præſulis apud Surium, & Molanum in Natalibus Belgicis. Catellus in ſuis Occitaniæ Commentariis profert vitæ Erembertti breuiarium ex archiuis Moiſſiacenſibus; de quo item multa Benedictinum Martyrologium.

15. S. SILVINVS monachus cœnobij S. Bertini in pago Audomarenſi, poſtea Epiſcopus Toloſæ admirandæ ſanctitatis, qui multos annos vnico pane Euchariſtico vixit abſque vllo eibo alio, vt habet eius vita; migrauit ad Dominum an. 715. in monaſterio 715.
Alciacenſi quod S. Siluini vocatur 17. Februarij, iacétque in S. Bertino vti Molanus teſtatur in indiculo Sanctorum Belgij: de illo Martyrologium Romanum ac Benedictinum, chronicon Beſuenſe, & Catellus fusè in eius vitâ.

16. ARRVSO memoratur in Concilio Narbonenſi 785. indict. 12. con- 785.
tra Felicem Vrgelitanum Epiſcopum,

& an. 787. fortè is qui Luſo in vete-
787. ri codice Biſonticenſis Eccleſiæ ſcribi-
tut: an verò *Firminus* & *Neſcius* le-
gitimi ſint Toloſani Pontifices, quo-
rum alter teſtes producit chartas cœ-
804. nobij Anianenſis in Occitaniâ an. 804.
alius monumenta Abbatiæ S. Diony-
ſij apud Doubletum, non habemus
affirmare.

17. MANTIO imperante Ludoui-
820. co Pio claruit an. 820. cuius Præſulis
notitia debetur Theodulpho Aurelia-
nenſi teſte Sirmundo in notis ad eum-
dem: nam poëmatum lib. 4. carmine
7. in elegiacis deſcribit pugnam auium
in terrâ Toloſanâ, ad quam viſendam
vndique populi conuenerunt, quos
inter ille Epiſcopus fuit, vt patet his
verſibus:

Res ſonat iſta, venit populus, factúmque ſtupeſcunt,
Mirantur varia membra iacentis auis.
Ipſe TOLOSANA *Præſul quoque venit ab vrbe,*
MANTIO, *plebs rogat hæc ales an eſca fiat?*
Inlicitis ſpretis licitas adſumite dixit.
Planſtra onerant auibus, in ſua quiſque redit.

18. SAMVEL regnante Carolo
Caluo vixit, vt docet præceptum pro
Eccleſiis S. Stephani, B. Mariæ & mo-
naſterij Sancti Saturnini datum anno
844. 844. quod ſic prodiit ex Cathedra-
lis chartophilacio apud Catellum:

IN NOMINE *Sanctæ Trinitatis, Karolus gratiâ Dei Rex omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus &c. Notum ſit quia vir venerabilis* SAMVEL TOLOSANÆ *Eccleſiæ Epiſcopus, quæ eſt conſtructa in honorem Sancti Stephani ceu & S. Iacobi Apoſtoli, indicauit ſerenitati noſtræ, emunitates Domni, & genitoris noſtri Ludouici memoriæ ſereniſſimi Imperatoris, & Regum prædeceſſorum noſtrorum, qualiter ipſam Sedem, cum Monaſterio Sanctæ Mariæ, quod eſt infra muros ipſius ciuitatis cum omnibus appenditiis ſuis, necnon & Monaſterium S. Saturnini Martyris procul eadem vrbe conſtructum, vbi & corpore requieſcit, cum omnibus rebus, & hominibus ibidem aſpicientibus, propter amorem Dei, & reuerentiam eorumdem Sanctorum, ſub pleniſſimâ ſemper defenſione, & emunitatis tuitione habuiſſent. Tamen pro firmitatis ſtudio, petiit idem Epiſcopus, vt circa prædicta loca, ſanctorum denuo clauſtra pro mercedis noſtræ augmento concedere, & confirmare deberemus. Cuius petitionem renuere noluimus, ſed in omnibus & conceſſimus, & volumus, vt fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ, & nunc & in futuro, omnia à nobis confirmata eſſe cognoſcant. Inſuper & per eius petitionem tale beneficium ex noſtrâ clementiâ, erga ipſa memorata loca ſanctorum conceſſimus, vt nullus iudex publicus, neque quiſlibet ex iudiciariâ poteſtate, nec aliquis ex fidelibus noſtris in Eccleſias, aut loca, vel agros, ceu reliquas poſſeſſiones prædictarum Eccleſiarum quas moderno tempore in quibuſlibet pagis, aut territoriis infra ditionem regni noſtri, iuſtè habere ac poſſidere cognoſcuntur, quicquid etiam deinceps in iure ipſorum locorum Sanctorum Dei voluerit diuina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, nec fideiuſſores tollendos, aut homines ipſarum Eccleſiarum tam ingenuos quàm ſeruos, qui ſuper terram earum reſidere videntur iuſtè diſtringendos, nec vllas redhibitiones, aut illicitas occaſiones inquirendas vllo vnquam tempore ingredi audeat, vel exactare præſumat, ſed liceat memorato Præſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, ſub emunitatis tuitione quieto tramite poſſidere, & nobis fideliter deſeruire, & vnà cum Clero & populo ſibi ſubiecto Domini miſericordiam exorare. Et vt hæc auctoritas noſtris futuriſque temporibus Domino peragente valeat inconuulſa manere, manu propriâ ſubterfirmauimus, & annullo noſtro ſigillari iuſſimus. ſignum Karoli glorioſiſſimi Regis.*

19. ELIZACAR, reliquias B. Vin-
centij martyris ab Hiſpaniâ in mona-
ſterium Caſtrenſe delatas, magno po-
puli concurſu veneratur circa annum
856. teſte Aimoino l. 2. cap. 9. de tranſ- 856.
latione eiuſdem Sancti.

20. BERNARDVS I. an. 885. inter-
fuit cum aliis Præſulibus Concilio
Nemauſenſi in villâ Portu, à Theodar-
do Narbonenſi celebrato 886. vt no- 886.
tant monumenta eiuſdem Eccleſiæ;
tum in antiquis membranis ſcribitur
an. 890. & rurſus mentio extat illius
in vitâ præfati Sancti Theodardi
Archiepiſcopi, quæ tradit adfuiſſe
Synodo Toloſanæ in baſilicâ B. Ste-
phani, pro causâ Chriſtianorum ad-
uerſus Iudæorum querelas celebra-
tâ.

21. ARMANNVS Toloſanam Ec-
cleſiam adminiſtrabat anno 920. aut 920.
925. nam in armario Metropolis Nar-

boncnſis aſſeruatur cpiſtola Decreta-
lis Ioannis x. Pont. Max. ſctipta ad
eius Suffraganeos Armannum Toloſa-
num, Reginaldum Biterrenſem, Ricul-
phum Elencnſem, Hugonem Gerun-
denſcm, Geratdum Agathenſem, cete-
róſque.

22. RAIMVNDVS I. Sedem obti-
932. nuit circiter án. 932. vti acta vetuſtiſſi-
ma obſeruant: quamquam Catellus
vitam cgiſſe Carolo Craſſo imperante
affirmet.

23. ISLO, ſiue ISLVS, præfuit
tempore Regis Ludouici IV. cogno-
936. mento Vltramarini an. 936. vt diſcitur
ex originalı Metropolitanæ Eccleſiæ,
quod tametſi vocum corruptâ locu-
tione cnuntiatur, nihilominus ad fi-
dem aſſerendam refertur ex Carello,
„ hoc tenore verborum: DOMINO &
„ venerabili viro ISLONE PONTI-
„ FICE emptore, ego Ramundus &
„ vxor mea nomine Godila ceditores
„ cedimus, vel vendimus, ab aliquo ho-
„ mine iam ſupta dicto Iſlone, alodem
„ noſtrum viris noſtris, qui eſt in pago
„ Toloſano in termino vbi vocabulum
„ eſt Campobello, cum ipſâ Eccleſiâ
„ quæ eſt fundata in honore S. Ioannis,
„ vel cum ipſo Eccleſiaſtico denomina-
„ to, quantum nos ibi viſi ſumus habe-
„ re, vel poſſidete. Hoc totum & ad
„ integrum nos tibi vendimus, & dona-
„ mus pro animabus noſtris & parentum
„ noſtrorum, pro ſolidis XL. quæ Iſlus
„ Pontifex dedit ſuæ Sedi Toloſæ, vt
„ in hodiernum diem dominium pro-
„ pitium habeat, teneat, poſſideat, ſuiſ-
„ que poſteris derelinquat, vel quic-
„ quid facere voluerit, ſua ſit poteſtas
„ ad faciendum, neminem contradicen-
„ tem. De repetitione verò ſi nos aut
„ vllus de hæredibus noſtris, aut quiſli-
„ bet homo fuerit, qui contra hanc char-
„ tam venditionis iſta inquietare volue-
„ rit, quali lege viuit, tale componat,
„ & poſtea ſe taceat, & aliis tacentibus
„ faciat: facta ceſſio, vel venditio iſta
„ in menſe Iunio, in anno primo quo
„ Ludouicus Rex cœpit regnare. S.
„ Ramundo & vxore meâ Godine, qui
„ chartam iſtam ſcribere rogauerunt, &
„ manibus firmauerunt, ſignum Bernar-
„ do filio ſuo, S. Olibano, Stephanus
„ ſcripſit.

24. HVGO I. nominatur in epi-
ſtolâ Aimerici Archiepiſcopi Narbo-
948. nenſis ad Ioannem Pont. & Toloſanæ
cathedræ præſidebat anno 948. quam
A variis redditibus & donariis auxit,
prout confectum hac de re inſtrumen-
tum in archiuis S. Stephani, quod ve-
tuſtatem prorſus redolet, ita exordi-
tur: IN DEI NOMINE, *ego* HVGO
TOLOSANÆ *ciuitatis Sanctæ Sedis*
Stephani Protomartyris Pontifex, ac To-
loſanæ plebis gratiâ Dei Epiſcopus, conſtat
me condonare vnam partem de rebus pro-
prietatis meæ alicui homini, Clerico ſcili-
cet noſtro nomine Luponi, quod ita & feci.
Dedi ergo, & ſub obtentu venditionis Ec-
cleſiam S. Mariæ, vbi corpus beatæ Gabellæ
humatum quieſcit, cum omni Eccleſiaſtico
ſuo, cum Eccleſiâ ſcilicet S. Petri, & Ec-
B *cleſiâ S. Hilarij de Godentius. Eccleſia verò*
Sancti Petri de Caſtilione cum omni Ec-
cleſiaſtico ſuo, atque alia Eccleſia Sanctæ
Mariæ de Gradiac, cum omni Eccleſiaſtico
ſuo vnde conuenit inter me, & ipſum ac-
cipere ab ipſo in pretium operationem de
ipſo caſtello, quod eſt poſitum ſuper locum
iam nominatum S. Gabellæ, ſicut inter me,
& inter ipſum benè conuenit atque com-
placuit. Ita ipſum opus in ipſo caſtello ita
operetur, vt ſicut inter me & ipſum diſpo-
nere ac definire melius viſum fuerit, &
propter ipſum hæc omnia ſupra nominatas
C *Eccleſias; videlicet quæ ſunt ſupradictæ in*
pago Toloſano, in miniſterio eiuſdem loci
ſanctæ Gabellæ, ipſi Luponi trado ad ha-
bendum & poſſidendum in tali ſcilicet ra-
tione, vt quamdiu ipſe vixerit, teneat &
poſſideat; poſt eius verò diſceſſum, iam
ſupradictæ res ad Sedem, quæ ſupra dicta
eſt, ſcilicet S. Stephani Protomartyris om-
nia reuertantur. De repetitione verò quam
minimè fieri credimus, ſi quis aut ego ipſe,
aut vllus de hæredibus, vel ſucceſſoribus,
aut parentibus meis, vel qualibet alia ad-
miſſa perſona contra hanc conuenientiam
venditionis aliquam calumniam inferre
tentauerit, hoc quod accepit non vindicet
D *ſibi, ſed in ſuâ lege conſcriptus componat*
ei qui litem intulerit tantam, & aliud
tantum quantum ipſæ ſupradictæ Eccleſiæ
habebant; qui contemptores vltra fuerint
reddant & anathematizentur, niſi ſatiſ-
factionem faciant. Hæc intentio vendi-
tionis firma & ſtabilis perſeueret cum ad-
firmatione ſubinſertâ. Signum Hugonis
Epiſcopi. Probat autem donationem
Lupi magni Archidiaconi Cathedra-
lis, ampliſſimorum bonorum cœnobio
Coxani factam an. 973. vt habent ta- 973.
bulæ S. Stephani: & Catellus teſta-
menti prolixos codicillos hiſtoriæ ſuæ
intexuit, quorum ſummam eruit ex
chartophilacio Metropolitanæ.

25. Issolvs adeſt dedicationi Eccleſiæ præfati monaſterij de Coxano olim in diœceſi Elnenſi, 28. Septemb.
975. an. 975. cum Gerundenſi, Auſonenſi, Vrgellitano, Conſoranenſi, Elnenſi, & Carcaſſonenſi Epiſcopis.

26. Attvs, reperitur ſubſcriptus dono Guilelmi Arnaldi Comitis Aſtaracenſis filij, Garſiæ Archiepiſcopo
982. Auſcitano qui vixit ad an. 982. vt produnt Auſcienſis Eccleſiæ membranæ.

27. Raimvndvs ii. ætate Guilelmi Comitis Toloſani circiter an.
1020. 1020. cuius nomen inſcribitur ſchedis tabularij S. Saturnini; porrò congregaſſe Synodum in ciuitate, cum Narbonenſi, Auxitano, Suffraganeiſq; Præſulibus, pro anathemate illorum qui pedagia exigebant, idem Catellus deſignat ex fide quorumdam monumentorum.

28. Arnoldvs ſignauit priuilegium confirmationis Eccleſiæ de Coxano, vnà cum Guifredo Narbonenſi,
1035. Petro Gerundenſi, Bernardo Conuenenſi & nonnullis aliis Epiſcopis anno ſ. Henrici Regis 1035. Idem interfuit Concilio Toloſano 1056. Idibus
1056. Octob. iuſſu Victoris Papæ celebrato, qui vice ſuâ delegauit Raiambaldum Arelatenſem, & Pontium Aquenſem Archiepiſcopos, præſentibus Narbonenſi, Agathenſi, & Agennenſi Antiſtibus, in quo conuentu actum eſt de ſimoniâ, nonnulliſque aliis Cleri & populi vitiis; Synodi verò conſtitutiones ex ſcriniis Abbatiæ Moiſſiacenſis, protulit in Annalibus doctiſſimus Baronius ſub eumdem annum.

Roger. 29. Petrvs Roger i. controuerſiam habuit cum Canonicis S. Saturnini, ex quorum menſâ oblationes ſollicitè recuperando ſummam pecuniæ coaceruauit, pro reſtauratione baſilicæ eiuſdem Beati Martyris: memoratur quoque à Bernardo Guidone in ſerie Præſulum Toloſanorum, vbi aſſeuerat ex veteribus ſcriptis vixiſſe
1060. an. ſalutis 1060. quo diem extremum obiit.

30. Dvrannvs, ſancti Hugonis Cluniacenſis diſcipulus, poſtea Moiſſiacenſis Abbas in Cadurcis, vnde ad Pontificatum euocatur circiter 1060.
1060. quo tempore dedicationi prædicti monaſterij adfuit, prout inſcriptio denotat, parieti appoſita. Huius crebra mentio apud Hugonem monachum in vitâ S. Hugonis, tum in chronico Cluniacenſi; idem adſtitit Conuentui Antiſtitum Toloſæ celebrato 1068. Hugone Candido Cardinali præſidente, cuius fragmenta 1068.
nonnulla extant in archiuio Cathedralis; cum Capitulo etiam & Præpoſito contentionem habuit, pro Eccleſiâ S. Mariæ Deauratæ, quam ablatam ſui iuris eſſe reclamabant; magno autem cultu veneratur apud Moiſſiacenſes, eiúſque imagini in clauſtro Abbatiæ ſanctitatis titulum adſcripſêre.

31. Isarnvs Eccleſiaſticæ diſciplinæ, libertatis, ac patrimonij Epiſcopatus propugnator egregius claruit, vt ex antiquis exemplaribus anni 1072. 1072.
compertum eſt; is enim Canonicos S. Saturnini, qui Pontificiam ſubiectionem detrectabant ad legitimam obedientiam probante Gregorio vii. Papâ compulit, ſicuti affirmant membranæ B. Stephani, cui baſilicæ donauit Eccleſiam S. Geneſij de Baſtidâ, cum oblationibus: ſed magnam in primis apud poſteros nominis celebritatem retulit, cum Canonicos Eccleſiæ ſuæ ad regularem normam collapſam reuocauit, conſilio Gulelmi Comitis, ſuíque fratris Raymundi Ruthenorum, primatum ac nobilium prædicti Comitis ditioni militantium: huius ordinationis priuilegium aſſeruatur in tabulario Metropolitano, quod vnà cum aliis ſequentibus monumentis hiſtoriæ inſeruit Catellus, & operæpretium duximus hîc quoque deſcribere:

Omne *quod ſecundùm carnem cogitatur, &c.* Tolosanæ *vrbis indignus ego* Isarnvs Episcopvs: *Eſt in præfatâ ciuitate quædam Eccleſia Protomartyris Stephani tropheis inſignita, ſub paſtorali prouiſione, meæ exiguitati contradita, quæ olim vario laquearium, & parietum rutilò expolita fulgore, dominicæ menſæ ornamentorum vernans decore, copioſis prædiorum facultatibus, cenſuúmue opimis exuberans redditibus, Eccleſiis admodum circum circa poſitis populari ſupereminebat concurſione, vt prima earum mater & ſedes, cunctorum vocaretur adſtipulatione. Nunc autem deceſſorum prô dolor! incuriâ, à tanta dignitatis non ad modicum exinanita gloriâ, ad tantam Eccleſiaſticæ gazæ depopulationem, ſuorúmque deuoluta*

deuoluta eſt filiorum orbationem, quatenus non modo de perpeſſâ parietum magnâ ex parte conqueratur ruinâ, verùm etiam lugeat, quòd diuini cultus religio atrociùs, niſi fallor, Cleri exceſſerit memoria, vt meritò illud ſibi coaptetur vaticinium ſpiritualium plangens ita Hieruſalem deſtitutionem filiorum. Quomodo obſcuratum eſt eſt aurum, mutatus color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuary in capite omnium platearum? Volens ergo vltimus prænominatæ Eccleſiæ ego præfatus filius eiuſdem condeſcendre deſolationi, obtentâ & immunitate glorioſiſſimi noſtri Comitis Guillermi, conſultu æquè monaſticæ diſciplinæ propagatoris Cluniacenſium Abbatis Hugonis, auxiliante quoque & cooperante Vualdo Abbate loci Moiſſiacenſis voluntate, nec minus quorundam inibi cohabitantium ex ſpontaneâ deditione Clericorum, diuinâ inſpiratione, non tantùm aſſenſu verùm Primatum & Principum præfati Comitis ditioni militantium, deliberans diuinâ inſpiratione, non tantùm ſciſſuras eiuſdem Sedis reintegrare, ruinas implere, ornamentorum prædictorum facultatúmue damna reſtituere, verùm etiam Eccleſiaſticum vigorem, ad priſtini ſtatus lineam totis niſibus corrigere. Statui ſiquidem habitâ deliberatione, vt quicunque Clericorum abhinc, & deinceps corpori voluerit communicare Eccleſiæ prælibatæ, mancipandum ſe nouerit rigori canonicæ vitæ, verbi gratiâ vt nihil ſibi proprium habeat, vel etiam, quod abſit, dicat: omnes vnà prandeant, vnà ſomnum capiant, communis omnibus ſecundùm Apoſtolicæ inſtitutionis formam victus ſit, & veſtitus; nulli præter licentiam ſui Prioris ſuppetat eundi, vel euagandi libertas aliqua, vt quibus vnus Dominus, vna fides, vnum eſt baptiſma, vnus exiſtat ſpiritus, & vna anima. Ne verò alicui ob penuriam victus tantæ authoritatẽ diffinitionis tranſgrediendi malè blandiatur occaſio, decreuimus ac communis conſily conſpiratione ſtatuimus, quatenus per omnes Archidiaconatus prædictæ Sedis Epiſcopatus, Canonici Deo inibi militantes Archidiaconos ex propriâ congregatione communi conſenſu ſibi eligant, ſubſtituant, & per ſuccedentium huiuſcemodi miniſtrorum Eccleſiæ ſucceſſiones Archidiaconatuum redditus accipiant, poſſideant. Dono igitur ego ISARNVS *Epiſcopus, conſilio glorioſiſſimi Comitis Guilhermi, ſuíque fratris Raimundi Comitis Ruthenorum, & cunctorum Toloſanæ regionis Principum affirmatione, & ſanioris conſilÿ ſanctæ Canonicorum Sedis præmiſſa, regularibus inſtitutis obedientia, dono & in perpetuũ poſſidenda relinquo, ſub communi vitâ regulariter in prædictâ Sede Canonicis viuentibus, Præpoſituræ ſcilicet, & Decaniæ, Sacriſtaniæ, & Capiſcoliæ cunctum honorem. Dono verò omnem decimationem, omnem Eccleſiæ vel altaris oblationem, dono totum ab integro frumentum, quod anteceſſores mei, & ego S. Stephano portandum conſtituimus, vel offerendum: Dono autem illis cuncta Epiſcopalium pœnitentiarum gaudia, & omnes Eccleſiæ theſauros in eorum mitto cuſtodiam, eo ſcilicet tenore, vt quicunque Comes, vel Epiſcopus, ſiue Clericus, vel aliqua laïcalis perſona ex illo theſauro furtiuè aliquid, aut violenter diſtraxerit, vel abſtulerit, excommunicationis feriatur ſententiâ, donec reſtituat quod malè vſurpauit. Dono verò illam villam quæ Braca cognominatur, terras eius videlicet & vineas, prata & cunctas ad illam pertinentes, aquas, atque ſyluas, culta & inculta, cum omnibus habitantibus in eâ. Dono autem eadem conuentione ſal meum omne quod accipio, & habere videor de toto S. Saturnini burgo. Teſtamenti igitur confirmatione huic donationi confirmo, vt liceat illis pro eleemoſynâ ſuſcipere, vel quocunque pretio, quidquid poterunt emere de toto honore, quem ab anteceſſoribus meis, vel à me quilibet Clerici, ſiue laici feualiter tenent. Dono etiam extra muros prædictæ vrbis Toloſæ terras omnes quas habeo ante portam ciuitatis, vbi vocant ad feretrale. Ego quoque Guillermus Comes iam ſæpe prædictus, ad augendam huius ſanctæ inſtitutionis dignitatem, & ſeruorum Dei in diuinis obſequiis concedendam libertatem, electionem ac miſſionem Epiſcopi in prædictâ Sede conſtituendi, quam maiores mei malè ſibi vſurpauerunt, eiuſdem Eccleſiæ filiis relinquo, atque ſoli arbitrio eorum, ſicut fieri debet, permitto, vt quemcumque ipſi communi conſenſu Catholicè elegerint, ego laudem & corroborem: huic quippe facto adeſt præſentia, conſilium, fauorque Domini Abbatis Cluniacenſis ſupranominati, vnà cum iam prædicto Moiſſiacenſi Abbate, aliarúmque plurimarum nobilium perſonarum conuentus. Commendamus igitur hanc noſtram ſalutarem ceſſionem & operationem, ego prædictus Præſul Iſarnus, & ego eiuſdem ciuitatis Comes Guillelmus tuitioni, protectioni, & defenſioni præfati Hugonis Cluniacenſis Abbatis, tam ipſi quàm omnibus in eodem loco Abbatibus, vſque in ſæculum futuris, vt quicumque malignæ mentis homo quod fecimus peſſima, quod abſit, præſumptione temerare, vel infectum reddere ſtuduerit, ipſe Dei & proximi prono-*

catus amore, & noſtrâ ſupplicatione Apoſtolicæ Sêdis non dedignetur Pontificem interpellare, & ita pro ſupradictis loci, noſtrâ, ſicut pro ſui diſcutiendâ causâ ante tanta maieſtatis tribunal ſtrenuiſsimus noſter aduocatus, & præcipuus defenſor ſtudeat quis contra inſurgentes inſurgere, ac facundus ratiocinator aduerſus magniloquas obloquentium linguas aſsiſtere. Ad huius ergo inſtitutionis noſtræ corroborandam diffinitionem, & nullo tempore penitus abolendam, veſtris Pontificum Pontifex Papa reuerentiſsime, Domine Gregori, pedibus hanc tranſmittimus deſcriptionis chartam. Si quis igitur Cômes, vel Epiſcopus, ſiue alicuius inuaſionis manus diſceptatione, concuſſione, agitatione aliquâ, tam ſalutaris decreti temerare cenſuram attentauerit, vel inquietauerit, &c. Præterea, quæ ſuperius continentur ego Iſarnus ſæpe iam prænominatus, addo etiam huic donationi eodem tenore quo ſupra, quartam partem oblationum Eccleſiæ S. Saturnini, ſicut habere videor ac poſsidere: dono etiam tertiam partẽ cemitery eiuſdem Eccleſiæ, necnon & paſtum quem ſolent reddere mihi Canonici ipſius loci in feſtiuitate B. Saturnini. Hoc totum dono, imperpetuum habendum concedo Domino Deo, eiúſque glorioſæ genitrici ſempérque Virgini Mariæ, atque B. Protomartyri Stephano, & Canonicis modo inibi canonicè degentibus, & futuris. Inſuper quoque dono eis, quidquid ex eadem Eccleſiâ ex conſuetudine ſoleo habere, ſimiliter & quartam partem omnium Eccleſiarum diæceſenarum, illarum ſcilicet vnde reddenda eſt: Iterum ego Iſarnus Epiſcopus ſupradicta nominatim colligens. Præpoſituram ſcilicet, ac Decaniam, Sacriſtiam, & Capiſcoliam, omnes Archidiaconatus, omnéſque cenſus & conſuetudines quas habeo, & teneo, & tenuiſſe & habuiſſe viſus ſum in Eccleſiâ B. Saturnini quartam ſcilicet partem oblationum altaris: tertiam partem cemitery, paſtum etiam quem debent mihi reddere, operam quoque Eccleſiæ conſtruendæ, redditiones iterum quaſdam de Eccleſiâ B. Mariæ Toloſanæ vrbis, vſque adeo mihi redditas & conſuetudines in eadem, & cætera omnium Eccleſiarum totius Epiſcopatus ad me pertinentia. Totum omnibus modis dono Deo, & S. Stephano & Sedi meæ confirmo, & arbitrio Canonicorum ibi modò & in futuro manentium, diſponenda imperpetuum derelinquo; tali conuenientiâ, vt ab hac horâ nihil de his quæ ſupradicta ſunt mihi, vel alia cuilibet magnæ paruæque perſonæ liceat auferre eidem Sedi, imminuere vel commutare. Facta charta iſta A *ſub præſentiâ Domini Guillelmi Auxienſis Archiepiſcopi, & Ramundi Lectorenſis Epiſcopi, Petri Prioris, Raymundi Guifredi, Petri Benedicti, Bernardi Attonis, facta & firmata in manu Domini Hugonis Cluniacenſis Abbatis, & Hunaldi Moiſsiacenſis, regnante Philippo Francorum Rege.*

Præterea Beatæ Mariæ Deauratæ Eccleſiam S. Hugoni Cluniacenſi tradidit, quemadmodum dicet alius titulus eo tenore: EGO ISARNVS «
TOLOSÆ EPISCOPVS, qui poſt «
tot Dei amicos, dominum videlicet «
Saturninum, Siluium quoque, & bea- «
B tæ memoriæ Exuperium, eidem Sedi «
humilis præſideo, quandam Eccle- «
ſiam in honore B. Mariæ Virginis, «
quæ iuris eſt Eccleſiæ meæ, quæquo «
glorioſa eſt, & venerabilis ab antiquis «
diebus, meritis eiuſdem Virginis, de- «
ſolata tamen diuini cultus & Dei ſer- «
uitio: & idcirco cum conſilio ſenioris «
mei Domini Guilelmi Toloſani Co- «
mitis, & præcipuè Canonicorum tra- «
do, concedo & dono ipſam Eccleſiam «
Hugoni Abbati Cluniacenſi, & eius «
omnibus ſucceſſoribus Cluniacenſi- «
bus Abbatibus, quandiu ibi religio «
fuerit in perpetuum, ad hoc videlicet «
C vt monaſticus ordo, maneat ibi, & «
pro ſuccedenti tempore perpetuò du- «
ret; locum autem ipſum propter quie- «
tem habitantium, ab omni ſeruitio li- «
berum eſſe concedo, excepto cenſu «
annuali videlicet trium modiorum «
auenæ, & ſeruitio quod Iudæis per- «
ſoluit, quantum ad Epiſcopum perti- «
net, pro merito collatæ. Hanc autem «
cartam facio pro remedio animæ meæ, «
& omnium anteceſſorum meorum «
Pontificum, & omnium ſucceſſorum «
qui firmauerint & cuſtodierint hæc, «
quæ hîc ſcripta ſunt, & omnium ami- «
D corum meorum viuorum & defun- «
ctorum, & præcipuè ſenioris mei Guil- «
lermi Comitis, qui Toloſanam Ec- «
cleſiam in quantum potuit, de manu «
inimicorum liberauit. Quicumque au- «
tem hæc obſeruauerit quæ hic tenen- «
da mandamus, benedicat illum omni- «
potens Deus, & ad dexterá ſuam ponat «
cum omnibus bonis, in die iudicij: «
qui autem infregerit, donec reſipiſcat «
ſciat ſe eſſe excommunicatum, & ana- «
thematiſatum maledictionibus mul- «
tis, & vt charta rata permaneat, ma- «
nu propriâ firmaui, & Canonicis meis «
corroborandam tradidi. Dom. Iſarni «
Epiſcopi, Raymundi Epiſcopi Lecto- «

» renſis Præpoſiti Stephani, Petri Amel-
» li Prioris eiuſdem Sedis, Petri Borelli,
» Arnaldi Giraldi : Facta autem charta
1077. » anno ab Incarnatione M. LXXVII.
» Pontificatum Romanæ Eccleſiæ te-
» nente Gregorio ſeptimo Papâ, Fran-
» corum autem regnum Philippo Rege
» Hugo Abbas Cluniacenſis dictauit.
Similiter Hunaldo Moiſſiacenſi, &
eidem Hugoni Abbati templum S.
1083. Saturnini tradidit 1083. inſtante Gui-
lelmo Comite pro ſubſtituendis mo-
nachis loco Canonicorum; ſed dona-
tio contradicente Richardo Pontifi-
cio Legato confirmatione caruit. Præ-
terea concordiam cum prædictæ baſi-
1093. licæ Clericis iniit an. 1093. de iure ſe-
pulturæ, quo ſtatutum eſt, vt Epiſco-
pus, Comes, milites, vxores, & liberi
eorum in eâ ſepeliantur, vnde cœ-
meterium ibi poſitum iuxta capellam
S. Exuperij, vocatur Cœmeterium no-
bilium. Concilium verò celebratur
an. 1090. pro purgatione Toloſani
Antiſtitis, aliiſque moribus Gallicanæ
Eccleſiæ reformandis, id innuit Ber-
toldus huius æui ſcriptor: ſed epocha
tranſitus Iſarnij non reperitur in Ne-
crologio, quamquam adhuc in viuis
1098. fuerit an. 1098. vt inuenimus in per-
antiquo donationis inſtrumento to-
parchiæ Vaurenſis, Frotardo Abbati
S. Pontij Tomeriatum, quod abundè
Iſarnij liberalitatem teſtatur ; diploma
tale eſt in libro 11. Commentario-
rum Occitaniæ:

IN NOMINE *Domini noſtri Ieſu Chriſti, ego* ISARNVS *gratiâ Dei* TOLOSANVS EPISCOPVS, *& fratres mei Bernardus Guillelmi, & Petrus Guillelmi, & nepotes mei Raimundus Atonis, Pontius Atonis, Guillelmus Berengarij, & Raymundus Berengarij, vnà cum conſilio, voluntate, & ſuggeſtione domini Bernardi boni filij, & fratrum eius, ſcilicet Guillelmi Arſini, Raymundi Guillelmi, Petri Guillelmi, Bertrandi, Berengarij, & Galterij; ſed & domnæ matris eorum Ermengardis, memores verborum Domini, quibus ipſe di-*
» *cit: Date eleemoſynam & ecce omnia mun-*
» *da ſunt vobis; & quia debet felicitas hominis beneficiis reſpondere Creatoris, voluntario animo, & amplo corde donamus Eccleſiam S. Elani, quæ eſt ſita in pago Toloſano ſecus littus Ageti fluuij, cum omni iure Eccleſiaſtico Domino Deo, & S. Dei genitrici Mariæ, ſanctóque martyri Pontio, & Abbati Frotardo Tomerienſis cœnobij, quod eſt ſitum in pago Narbonenſi, ſeu ſucceſſori-*

A *bus eius, necnon & monachis eiuſdem cœnobij tam præſentibus quàm futuris. Hoc autem donum facimus, propter remedium animarum noſtrarum, ceu parentum noſtrorum fidelium, qui iam ex hoc ſæculo migrauerunt, vel migraturi ſunt, vt Deus miſereatur illis & nobis: in tali verò ratione facimus hanc donationem nos ſuprascripti, quatenus præfatam Eccleſiam S. Elani, quæ olim à fidelibus fuit constructa, & nunc per negligentiam deſtructa eſt, reſtauretur iuxta caſtrum, quod eſt ſitum in allodio S. Elani, & in parochiâ eiuſdem Eccleſiæ, & cum ipsâ Eccleſiâ S. Elani donamus nos,*
B *ſcilicet ego Bernardus boni filij, & fratres mei, vnà cum matre noſtrâ, condaminam quæ eſt foris vallos eiuſdem caſtri, & tenet vſque ad ſtratam publicam, quæ ducit ad Eccleſiam antiquam S. Elani & deſcendit ab ipſa ſtratâ terminus eiuſdem condaminæ, per fontem de Rocabrandâ vſque ad fluuium qui dicitur Agotus, ad proprium allodium, vt ibi fiat Eccleſia, & villa ad honorem Dei genitricis Mariæ ac S. Elani, cui etiam Eccleſiæ donamus tertiam partem de decimo, ſcilicet de blado, & vino, quæ pertinet ad Eccleſiam S. Elani vnà cum primitiis & oblationibus, & cimeteriis, & cum omni feuo Eccleſiaſtico, & totum car-*
C *nage, & decimum lanæ & lini, & decimas de molinis, tam de noſtris quàm de alienis, qui nunc ſunt vel in antea erunt, & totum decimum de piſcibus qui capti fuerint, tam in noſtris piſcatoriis quàm in alienis qui nunc ſunt, vel in antea erunt, ſicuti eſt terminus de allodio S. Elani. Donamus etiam manſiles qui ſunt ſub fonte Rocabrandâ, & omnes furnos, qui nunc ſunt vel in antea erunt in ſupradicto caſtro, & villâ, & in totâ parochiâ S. Elani, & terras ad vnum par boum, quantum arare potuerint ad vnumquemque annum ad proprium allodium; & ego Guilabertus Gaufredi, vnà cum filiis meis Gaufredo, & Iſarno, dono*
D *Deo, & ſanctis prædictis, & præfato Abbati, & monachis, totam quartam partem decimæ quam habebam in ipsâ Eccleſiâ, exceptis duabus partibus panis, & vini de ipsâ quartâ parte, & lanam, & linum & carnage totum. Hæc omnia ſupradicta ſcilicet Eccleſiam S. Elani, cum condaminâ & villâ quæ ibi eſt, vel in antea fuerit & tertiam partem decimæ panis & vini, & in domino omnes primitias, & oblationes cum cimiteriis, & totum feuum Eccleſiaſticum, & totum carnage, & totum decimum lanæ, & lini, & decimas de molinis tam de noſtris vel de alienis, quæ nunc ſunt, vel in antea erunt, & totum decimum de piſcibus qui*

capti fuerint, tam in noſtris piſcatoriis quàm
in alienis, qui nunc ſunt vel erunt, & man-
ſiles qui ſunt ſub fonte de Rocabrandá, &
omnes furnos, qui nunc ſunt vel erunt in
ſupradicto caſtro qui dicitur Lauaur, vel
villâ, ſiue in totâ parochiâ S. Elani, & ter-
ras ad vnum par boum quantum arare po-
tuerint ad vnumquemque annum, nos ſu-
pra ſcripti donatores donamus Deo, & S.
Mariæ, ſanctóque Pontio & Abbati Frotar-
do ſeu ſucceſſoribus eius, ac monachis Tome-
rienſis cœnobij tam præſentibus quàm fu-
turis, ad proprium allodium iure perpetuo.
Scripta charta huius donationis, anno Do-
1098. *mini* M XCVIII. *feriâ* V. *menſis Augusti,*
regnante Philippo Rege. Ego ISARNVS
Epiſcopus hanc donationem facio, & hoc
ſigno confirmo, S. Bernardi Guillelmi, S. Pe-
tri Guillelmi, S. Raymundi Atto, S. Pontij
Atto, S. Guillelmi Berenger, S. Raymundi
Berenger, Sig. Bernardi boni filij, Er-
mengardæ matris ſuæ, Signum Gausfredi
de monte Orſiniano qui hanc cartam ſcri-
pſit.

32. AMELIVS, de quo mentio in
1100. actis anni 1100. malè Aurelius apud
Bernardum Guidonem ſcribitur: ex-
tat verò in Bibliothecæ Cluniacenſis
cartophilacio, titulus continens teſti-
tutionem Eccleſiæ S. Columbæ, quæ
his verbis edita: EGO AMELIVS
Dei gratiâ TOLOSANVS Epiſcopus,
recognoſcentes Eccleſiam Sanctæ Co-
lumbæ, quæ in Toloſano ſita eſt ter-
ritorio Chercorbenſi, iuxta fluuium
Herz, iuris eſſe S. Petri Cluniacenſis
cœnobij, in manu domini Pontij Ab-
batis ipſam Eccleſiam S. Columbæ
cum Eccleſiis ad eam pertinentibus
Cluniaco reſtitui, ſaluâ iuſtitiâ To-
loſanæ Eccleſiæ. Hoc autem feci pro
multâ, multúmque caiâ dilectione,
quæ inter noſtros maiores, & Clu-
niacenſes Patres ab olim vſque nunc
conſeruatur, & pro ſincerâ veréque
germanâ amicitiâ, quam cum prædi-
cto Abbate ſpecialiter habeo, & ha-
bere ſemper curabo: & vt particeps
eſſe merear Cluniacenſis Fraternitatis
in cunctis benefactis eorum. In quo
bono omnes legitimos ſucceſſores
meos, qui hoc factum & hanc char-
tam laudauerunt, participes eſſe volo
& oro. Hoc factum laudauerunt Ca-
nonici noſtri Toloſanæ Sedis, Ar-
naudus Wilelmus Archipreſbyter cum
cæteris. Vicecomes quoque Bernar-
dus Atton, ipſam Eccleſiam cum per-
tinentiis ſuis reddidit, & nouam inde
donationem fecit Cluniaco, in manu
noſtrâ, & in manu prædicti Abbatis,
quantum ad ipſum pertinere poterat:
concedens vt quicumque feudalium
ſuorum de bonis prædictæ Eccleſiæ
S. Columbæ aliquid poſſidebat, ſe
volente reſtitueret. Sed & frater meus
Petrus Raimundus, & vxor eius Adi-
la, quæ ſoror erat prædicti Abbatis,
quicquid de bonis Eccleſiæ habebant,
gratis reſtituerunt: ſimúlque & filium
ſuum puerum Willelmum nomine in
Cluniaco futurum monachum dona-
uerunt. Signum Amelij Toloſani Epiſ-
copi, S. Raimundi Auſciorum Archi-
epiſcopi, S. Arnardi Raimundi Præ-
poſiti. S. Arnaldi Willelmi Archi-
preſbyteri. Iſarni Frigdilenſis Prioris.
Willelmi Capellani. Bern. Atton Vi-
cecomitis. Bern. de Villamodi. Porrò
alij quamplures Monachi & Clerici,
& Milites, extiterunt teſtes. Actum
apud S. Eulaliam propè Carcaſonem
in manum Pontij Cluniacenſis Ab-
batis. Anno Domini MCX. ſub Paſ- 1110.
chali II. regnante Ludouico Rege
Francorum. Albertus Theutunicus
rogatus ſcripſit. Præſens quoque fuit
an. MCXI. tranſlationi reliquiarum 1111.
S. Voluſiani; atque etiam Aimerico
Priori Brageracenſi dedit aſſenſum,
pro ſubiectione conuentus ſui, Petro-
nillæ Abbatiſſæ & Ordini Fontebral-
denſi, vt ſubiecta huiuſce monaſterij
tabulâ confirmauit:

EGO AIMERICVS Eccleſiæ Bea-
tæ Mariæ de Bragerac humilis Prior,
& fratres nobis à Deo commiſſi, no-
tum fieri volumus. Quod Eccleſiam
S. Dei genitricis Mariæ, quæ in loco
qui Brajerac dicitur ſita eſt, pari voto
& communi fratrum noſtrorum totius
Capituli noſtri aſſenſu, cum omnibus
pertinentiis ſuis mobilibus & immo-
bilibus, quæſitis & acquirendis, Ec-
cleſiæ B. M. de Fontebraud & Sancti-
monialibus quæ ibidem Domino Deo
deſeruiunt, quietè & pacificè perpe-
tuò poſſidendam conceſſimus. Hoc
autem donum ego Aimericus Prior
vnus pro omnibus in Eccleſiâ noſtrâ
feci, in manu P. venerabilis Fonte-
braldenſis Abbatiſſæ, aſſenſu & con-
ceſſione Domini AMELII venera-
bilis TOLOSANÆ Eccleſiæ Epiſco-
pi; in cuius ditione Eccleſia S. Ma-
riæ de Brajerac ſita eſt. Præterea ego
Aimericus Prior, & alij fratres noſtri,
noſmetipſos conſilio ſancti Spiritus,

» & prædicti noſtri Epiſcopi ſub obe-
» dientiâ præfatæ Abbatiſſæ, & aliarum
» ſibi ſuccedenrium in ſanctâ religione
» Deo, & Sanctim. Eccleſiæ Fontebrald.
» ex arbitrio Abbatiſſæ perpetuò ſer-
» uituros promiſimus, & vt noſtri ſuc-
» ceſſores hoc idem teneant firmum ſta-
» bili decreto ſancimus, &c. Huic no-
» ſtræ donationi interfuerunt Fratres
» noſtri Arnaudus de Petragoris, Pe-
» trus de Salis, Bernardus Raimundi,
» Giraldus de Groler, Gautinuandus,
» Bernardus de Podio, & omnes alij.
» Interfuerunt etiam Willelmus Le-
» cturienſis Epiſcopus, Beatrix Viceco-
» mitiſſa de Lomagniâ, Arnaudus Ar-
» ramundi de Boirel, Vgo de Meſſones,
» & alij plures. Ex parte Abbatiſſæ Ful-
» co de Coces, Sainfredus de Lineriis,
» Raginaudus de Meduanâ, Ioſcelinus
» de Tucio Prior Preſbyteri, & Gaufri-
» dus de Clejâ. de Sanctimonialibus ad-
» fuerunt Richildis de Meduanâ, Haoi-
» ſa. Præterea memoriæ tam præſen-
» tium quàm futurorum tradere cura-
» uimus; quod omnes chartas in quibus
» dona nobis & Eccleſiæ noſtræ facta
» continebantur prædictæ Abbatiſſæ
» reddidimus. Ego Aimericus Prior de
» Brajerac propria manu ſubſcripſi, &c.
» Actum in Eccleſiâ S. Mariæ de Bra-
1122. » jerac anno ab Incar. M C XXII. Ca-
» lixto Papâ Romanam Eccleſiam gu-
» bernante, Amelio Epiſcopo Toloſa-
» næ Eccleſiæ præſidente, Ludouico
» Franc. Rege regnante, Willelmo Du-
» ce Aquitaniæ, Hildefonſo Comite
» Toloſanorum. Porrò Concilium To-
loſæ habetur à Calixto 2. Papâ cuius
acta nonnulla in regeſtis S. Stephani
ſeruantur: ad eumdem poſtea ſcribit
Ricardus Albanenſis Præſul, vt ob-
ſeruari curet in Epiſcopatu conſtitu-
tiones alterius Synodi Toloſanæ con-
tra inuaſores poſſeſſionum B. Stepha-
ni. Quantâ apud Innocentium Pa-
pam auctoritate valeret, intelligitur
ex delegatione, quâ eius arbitrio con-
trouerſia Abbatis B. Tiberij & Prio-
ris ſanctarum Puellarum dirimitur;
facultatem etiam Gerardo Priori hoſ-
pitalis Hieroſolymitani conceſſit, pro
acquirendis dominiis, in ſuâ diœceſi;
1130. nominatur denique an. 1130. cum Pon-
tio Abbate Cluniaci & Raimundo
Auſcenſi Archiepiſcopo.

33. RAIMVNDVS, III. anno 1140.
1140. cuius nomen continetur in tabulâ Hil-
defonſi Comitis Toloſæ pro priuile-

A gijs ciuitatis, teſtiſque reperitur in ho-
minio Barralis domini Baucij Arela-
tenſi Pontifici 1143. 6. Cal. Iulij, &
an. 1148. in Concilio Remenſi. Sedit 1148.
quoque 1159. ex literis Innocentij 2.
Papæ ad Eccleſiam Toloſanam, vt
eundem Raimundum Româ ad Epiſ- 1159.
copatum reuertentem pro recuperan-
dis bonis Epiſcopatus humaniter ex-
ciperet: impetrat verò ab eodem pri-
uilegium Apoſtolicum protectionis
Eccleſiæ S. Stephani, quod in codice
pergameno ita inſcribitur:

INNOCENTIVS *Epiſcopus ſeruus ſer-
uorum Dei, venerabili fratri* RAIMVN-
B DO TOLOSANO EPISCOPO, *eiuſ-
que ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in
perpetuum. Ex iniuncto nobis à Deo Apo-
ſtolatus officio, fratres noſtros tam vicinos
quàm longè poſitos debemus diligere, &
Eccleſijs in quibus Domino militare noſcun-
tur, ſuam iuſtitiam conſeruare: ea propter,
venerabilis frater, Raimunde Epiſcope, tuis
iuſtis poſtulationibus clementer annuimus,
& Toloſanam B. Protomartyris Stephani
Eccleſiam, cui Deo authore præeſſe dignoſce-
ris ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipi-
mus, & præſentis ſcripti priuilegio commu-
nimus. Statuentes, vt quaſcumque poſſeſ-
ſiones, quæcúmque bona impræſentiarum
C iuſtè & canonicè poſſides, aut in futurum
rationabilibus modis, Deo propitio poteris
adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, &
illibata permaneant. Præterea Apoſtolicâ
authoritate interdicimus, vt nullus laicus,
ſiue Clericus in tuo, vel tuorum ſucceſſorum
obitu Epiſcopalia bona peruadat, aut res Ec-
cleſiaſticas diſtrahat; ſed ad opus Eccleſiæ
& Epiſcopi ſubſtituendi in Oeconomi, &
Archidiaconorum maneant poteſtate: Pro-
hibemus etiam, vt eadem bona, ſine tuo
vel ſucceſſorum conſilio, vel ſanioris partis
Capituli ipſius Eccleſiæ nullus vendere, vel
impignorare, ceu quolibet modo alienare
D præſumat. Decernimus ergo vt nulli omni-
no hominum liceat eandem Eccleſiam te-
merè perturbare, aut eius poſſeſſiones aufer-
re, vel ablatas retinere, minuere, ceu qui-
buſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia
integra conſeruentur, eorum, pro quorum
gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt
vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur
in futurum Eccleſiaſtica &c. Ego Innocen-
tius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi,
ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus, ego Ste-
phanus Præneſtinus Epiſcopus, Himinarius
Tuſculanus Epiſcopus, Guido S. Romanæ
Eccleſiæ indignus Sacerdos, Martinus Preſ-
byter Cardin. tit. S. Paſtoris, Coizo Preſ-

byter Cardin. tit. S. Ceciliæ , Gregorius A
Diaconus Cardin. S. Sergij & Bacchi, Oto
Diaconus Cardin. S. Georgij ad Velum au-
rei, Guido Diaconus Cardin. SS. Coſmæ &
Damiani , Geraldus Diaconus Cardin. S.
Mariæ in Dominicâ, Octauianus Diaconus
Card. S. Nicolai in carcere , Petrus Card.
Sanctæ Mariæ in Porticu, Nicolaus Diacon.
Card. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Datum
Lat. per manum Geraldi S. Romanæ Eccl.
Presbyteri Cardin. ac Bibliothecarij XIII.
1142. *Cal. Maij, Indictione v. Incarn.* MCXLII.
Pontificatus verò Innocentij 2. Papæ, an-
no tertio. Poſtremò ipſi & Narbonenſi
Archiepiſcopo mandatum Eugenij B
Papæ dirigitur, in querelâ Abbatis S.
Theodardi , datum Viterbij 9. Kalen.
Iulij; & deprecante Guiſchardo Prio-
re S. Ægidij tradidit Bernardo de Adi-
liano , item Priori hoſpitalis S. Remi-
gij ius ſepulturæ in prædictâ Eccleſiâ,
1160. diplomate Cal. Aprilis 1160. Ceterùm
non eſt iſte Raymundus , cui vulgò
brachium S. Eugenij donatum volunt,
ille enim Toletanus erat Archiepiſco-
pus in Hiſpaniâ. Vitam finiit an. 1163.
die 15. Martij ex necrologio Metropo-
litanæ

34. BERNARDVS BONVS-HOMO
II. ex Præpoſito S. Stephani ſuffectus
1163. an. 1163. vt liquet ex donatione ab ipſo C
factâ Cathedrali ſuæ ſub eâ verborum
« formulâ : NOTVM SIT quod ego
« BERNARDVS BONVS HOMO
« TOLOSANVS Epiſcopus, meâ pro-
« priâ ac ſpontaneâ voluntate dono Ec-
« cleſiæ S. Stephani Toloſæ Sedis , &
« omnibus Canonicis in eadem Eccleſiâ
« manentibus, præſentibus atque futu-
« ris , totum illud decimum quod ego
« habebam , vel tenebam in honore
« Montarſini d'Eſcalquens , qui honor
« eſt apud Caſtanet , inter flumen Ircij
« & ſtratam Franciſcam, quod decimum
« mihi Montarſinus dederat in omni
« ſuo honore culto & heremo, quem D
« habebat in aliquo de flumine Ircij,
« vſque ad ſtratam Franciſcam ; & dè
« honore Epiſcopi de Puychano, vſque
« ad honorem Audiuillæ, & hoc deci-
« mum totum ſicut Montarſinus me-
« lius illud habebat , vel tenebat in
« terris cultis , & habere debebat eo-
« dem pacto in terris heremi cum erunt
« cultæ, dono illud decimum totum li-
« berè Eccleſiæ Sancti Stephani, & om-
« nibus in eadem Eccleſiâ habitantibus,
« vel habitaturis. Facta charta huius do-
« nationis menſe Martij , feriâ ſexta,

A Lodoico Rege Francorum regnante, «
& Raimundo Toloſano Comite , & «
eodem Epiſcopo prædicto , anno ab «
Incarnat. MCLXIII. Huius donatio- «
nis ſunt teſtes Maurinus Archidiaco- «
nus, Bernardus de Gradaco eiuſdem «
Epiſcopi Baiulus, Guillelmus Capiſ- «
col Cellerarius Eccleſiæ S. Stephani, «
Petrus Raimundus de Montibus, Rai- «
mundus Arnaldus de Riuis, & Stepha- «
nus qui chartam iſtam mandato ipſius «
Epiſcopi ſcripſit. Diem clauſit extre- «
mum 1164. menſe Martio quemadmo- « 1164.
dum declarat idem Necrologium To- «
loſanum.

35. GERALDVS DE LA BARTHE
ex familiâ Bartanorum dynaſtarum
apud Conuenenſes, prius Archidiaco-
nus Auſcienſis, vt eſt in tabulis Abba-
tiarum Gimonti & Bardi, poſtea Tolo-
ſanus Pontifex an. 1164. ſub cuius re- 1164.
gimine Ludouicus VII. ad Papam ſcri-
pſit pro interdicto ciuitatis Toloſanæ
reuocando : SANCTISSIMO Patri «
& Domino Alexandro Dei gratiâ ſum- «
mo Pontifici, Ludouicus eadem gratiâ «
Francorum Rex , ſalutem & debitam «
reuerentiam. Tenet in memoriâ Cel- «
ſitudo veſtra, quomodo diliximus vos, «
& ſicut patri ſeruiuimus vobis, & nos «
& regnum noſtrum De regno noſtro «
eſt Toloſa , & eam ciuitatem ſpeciali «
ter diligimus, & ciues qui veſtræ diſtri- «
ctionis mandato tenentur interdicti , «
& tamen non in regno ſed in Imperio «
commiſſum eſt , pro quo factum eſt «
interdictum. Ipſa quidem ciuitas in- «
nocens eſt , & veſtræ Sanctitati obe- «
diens , & villæ Epiſcopus à Domino «
Narbonenſi conſecratus. Itaque de «
precamur manſuetudinem veſtram, vt «
laxetis interdictum iſtud, & noſtram «
hanc precem admittere non dedigne- «
mini, in quo nobis honor magnus erit, «
& vobis gratias magnas habebimus. «
Vale. Hac ratione, liberatur à ſuſpen- «
ſione, literâ Geraldo, Cleróque Tolo-
ſano miſsâ 4. Idus Martij. Inde verò
Eccleſiam variis muneribus dotauit,
prout notat chartophilacij Epiſcopa-
lis membrana à Catello relata:

EGO GERALDVS *Dei gratiâ* TO-
LOSANÆ SEDIS *Epiſcopus, fideli men-*
te , ac deuotione piâ firmiter promitto, &
laudo Domino Deo, & glorioſæ genitrici eius
Mariæ, ſed & beatiſſimo Protomartyri Ste-
phano, necnon Maurino Sedis Toloſanæ Præ-
poſito, & cunctis ſucceſſoribus eius Præpoſi-
tis; inſuper omnibus in eadem Sede Cano-

La Barthe. D'or au pal de gueulles de quatre pieces.

nicis, modò viuentibus & futuris, quatenus patrimonium ad Sacroſanctam Eccleſiam beatiſsimi Protomartyris Stephani Toloſanæ Sedis multis retro temporibus reuolutum, puta proprietates honorum, qui videlicet honores; eorúmque redditus, ac proprietates ad emolumentum Toloſani Epiſcopi, imò ad ſuſtentationem menſæ ipſius ſpecialiter ſpectant & pertinent, quos videlicet honores multipliciter diſtractos ac diuerſis creditoribus obligatos diuino ſubnixus auxilio conatus ſum exoluere, ac ſic præfatæ Eccleſiæ Toloſanæ Sedis, & vtilitatem meam & ſucceſſorum meorum plenius reſtituere, firmiter inquam promitto & laudo, quod ego de cætero, vel aliquis ſucceſſorum meorum ſine communi conſilio Præpoſiti Toloſani, & Canonicorum Præpoſito ſubiectorum non poſsim vendere, nec obligare, vel quocunque modo diſtrahere aut alienare prætaxatos honores, ſcilicet boriam quæ fuit Geraldi de Lombers cum ſuis omnibus pertinentiis, quam ab eodem Geraldo acquiſiui, villam & homines de Balmar, & totum alodium eiuſdem villæ cum omnibus ad eam pertinentibus, villam, & homines de Puechabo, & totum alodium eiuſdem villæ cum omnibus ad eam pertinentibus, & quicquid habeo & habere debeo in villâ quæ dicitur Donauilla, vel in toto alodio eiuſdem villæ cum omnibus ad eam pertinentibus, & quicquid habeo & habere debeo in villa Caſtaneti, & in toto alodio eiuſdem villæ, cum omnibus ad eam pertinentibus. Præterea cenſum annualem quem Iudæi habitantes in ciuitate Toloſanâ mihi perſoluere debent. Hæc omnia ſupraſcripta, ſicut præſenti ſubnotatione comprehenduntur, Eccleſiæ B. Stephani Toloſanæ Sedis reſtituere volo, imò reſtituo. Et hoc facio prætaxato pacto, vt ſcilicet nulli ex ſucceſſoribus meis Epiſcopis liceat impoſterum prætaxatos honores vendere, vel obligare, ceu quocunque modo diſtrahere, vel alienare, nec etiam mihi liceat, niſi vt dictum eſt, fiat hoc communi conſilio Præpoſiti, & Canonicorum; ſic etiam vt talis contractus fiat non ad onus, ſed in ſubſidium Epiſcopi & Eccleſiæ. His omnibus ſupradictis ad ſpeciale commodum Epiſcopi, & ad ſubſidium, & ſuſtentationem propriæ menſæ ipſius firmis, & illibatis in perpetuum valituris. Si quis autem ex ſucceſſoribus meis Epiſcopis aliquo velamenti colore contra ſtatutum huiuſmodi venire tentauerit, tam irrationabile propoſitum tunc & ſemper irritum habeatur. Denique aſſumptus eſt ad Archiepiſcopatum Auſcenſem, vt

A ſupra diximus; vacabat enim Sedes
an. 1170. & 1171. 1170.

36. HVGO II. antea S. Saturnini
Abbas præſidebat 1172. menſe Augu- 1172.
ſto feriâ 4. ex tabulis eiuſdem Eccle-
ſiæ, idem paulòpoſt deceſſit 1175. vt
deſignat obituarium Toloſanum.

37. BERTRANDVS I. ſucceſſit an.
1175. quemadmodum fit mentio in in- 1175.
dice manuſcripto.

38. GOSCELINVS, Concilio Al-
bienſi hic adfuit vbi examinati Albi-
genſes hæretici 1176. cuius actis ſub- 1176.
B ſcripſiſſe cum Petro Narbonenſi, Epiſ-
copo Nemauſenſi, ceteriſque Abba-
tibus & Præpoſitis Eccleſiarum teſta-
tur Rogerius Houedenus 2. parte in
Annalibus Angliæ, quæ prolata ſunt
tomo XI. Annal. Card. Baronij. Eo-
dem fatis cedente, poſtulatus fuit ad
Cathedram Toloſanam Henricus Cla-
reuallenſis Abbas, quòd inſinuat epi-
ſtola 8. lib. 8. Petri Abbatis Cellen-
ſis ad Alexandrum Papam. Sedes au- 1179.
tem carebat Pontifice an. 1179.

39. FVLCRANDVS deſignatur
Epiſcopus 1180. anno inſequenti co- 1180.
C ram ipſo & Bernardo de Gradaco Ar-
chidiacono, agitatur controuerſia in-
ter Sacriſtam B. Stephani & Iudæos
Toloſæ, pro cerâ quam annuatim ſub-
miniſtrare tenebantur die ſacro Ve-
neris, quod placitum profertur ex ve-
teri codice apud Catellum. Memo-
ratur verò 1181. menſe Auguſto, feriâ 1181.
4. in quadam ordinatione Raimundi
Comitis pro ciuitate Toloſanâ. Ce-
terùm de Fulcrando Guillelmi de Po-
dio-Laurentij capite 6. chronici ver-
ba hoc loco poſſunt exhiberi: In die-
bus illis erat FVLCRANDVS Epiſ-
D copus TOLOSANVS, de quo cum
pauca egiſſe audiui, pauca referre va-
leo; niſi quod didici à ſuis contem-
poraneis, de paucis quæ percipiebat,
& de ſuis boriis & furno ſuo viuebat
in Epiſcopali hoſpitio, vt Burgenſis:
nullus enim percipiebat decimas, quas
Milites vel monaſteria poſſidebant, &
habebant primitias Capellani: harum
autem nullam percipiebat Epiſcopus
portionem. Si quando egredi vellet
parochias viſitatum, Dominos ad quo-
rum terras ire diſponeret, neceſſe ha-
bebat guidagium implorare, de quo
fortè inculpari Comes non immeri-
tò videretur, quòd ſecurum in terrâ

» ſuum Epiſcopum non tenetet. Sed licet non in toto, ſed in tanto non excuſabilis videbatur, quòd tenere ſecurè ſua non poterat, quòd à guerrâ ſui quieſcere non ſinebant, propter quod & de Hiſpaniâ ſibi ruptarios aduocabat, quibus licentiam dabat per terras liberè diſcurrendi. Fuit Pontifex pius, opumque contemptor, attamen idem Hiſtoricus eum redarguit, quòd eius ſimplicitate, vel vt vocat negligentiâ, hæretici multùm in diœ-
1200. ceſi propagati ſint; moritur an. 1200. Aprilis XIV. vel ſequenti, vt prodit necrologium Toloſanum.

Rabastens. Pallé de quatre pieces....

40. Raimvndvs de Rabastens III. ex Archidiacono Agenneſi, familiâ Equeſtri natus erat, eius promotionem Guillelmus de Podio-Laurentij loco citato expoſuit: « Defuncto Fulcrando Epiſcopo anno
1201. » circiter 1201. eligitur in Epiſcopum » Raimvndvs de Rabastens » Archidiaconus Agennenſis, ſed quia » feſtinauit ab initio vitio ſimoniæ, benedictione caruit in fine, nam cum illam eandem paupertatem, quam prædeceſſor ſuus habuerat, in litigando, & alias guerras gerendo cum Raimundo Forti de Bellopodio vaſſallo ſuo inutiliter ferè triennio conſumpſiſſet, & borias ſuas, & fortias creditoribus obligaſſet, ipſe tandem ab Epiſcopatu per Sedem Apoſtolicam ad depoſitionem fuit finaliter condemnatus. Iraque eum eſſe putamus, qui memoratur in cap. per Inquiſitionem de electione R. olim Toloſanus Epiſcopus, quod cap. eſt Innocentij III. ad Abbatem Ciſtercij Arnoldum ſcilicet poſtea Narbonenſem Archiepiſcopum, & habetur integrius in tertiâ collectione. Huius mentio
1203. occurrit in ſchedis anni 1203. cum Guillelmo Canteſio Abbate S. Saturnini, tum 1204. in tabulâ cœnobij Longæaquæ Fontebraldenſis Ordinis, & 1205. idem Raimundus de Rabaſtenquis ab Epiſcopatu eiectus ſubſcribit cum Fulcone 1210. in cartophila-
1210. cio Pariſienſi Comitatus Toloſæ; quin etiam Petrus monachus Vallium Cernaij cap. 9. hiſt. Albigenſium notat meritis ſuis exigentibus depoſitum, & cum Archiepiſcopo Auſcenſi Romam miſſum ad Pontificem Max. vt nomine Comitis Toloſani queterentur de Abbate Ciſtercienſi, qui legatione pro negotio fidei nimis aduerſus eum aſperè fungebatur; igitur non videtur locus hîc aſſignandus Bernardo cuidam Epiſcopo Toloſano quem recenſet lib. 8. Philippidos Guillelmus Aremoricus in obſidione Murelli oppidi, cum fuerit Fulco qui ſequitur.

41. Fvlco Maſſilienſis vulgò à patriâ dictus, vel Genuâ oriundus, cuius parens mercator ditiſſimus Maſſiliæ habitans, filium à tenerâ ætate literarum ſtudiis inſtituendum curauit; qui cum magnis progreſſibus factis verſus ſcitiſſimâ methodo poëtis ſui temporis pangere didiciſſet; inſuper aliis dotibus maximè excultus, ad Richardi Regis Anglorum, Alfonſi Caſtellæ, & Raimundi Comitis Toloſani fauorem hiſce moribus aditum & amicitiam ſibi aperuit; adeò vt varia carmina condiderit, in quibus adhuc adoleſcens Fulco de Maſſiliâ appellatur, vt ipſum Petrarcha eo nomine indigitat. Sed ad præſtantioris vitæ profeſſionem euocatus Christo ſe conſecrauit, monaſticam religionem ingreſſus in monaſterio Grandiſſiluæ Ordinis Ciſtercienſis, vbi Abbatis munus geſſit, auctore Chriſoſtomo Henriquez in faſciculo Sanctorum eiuſdem Ordinis. Interim Abbas Toroneti in Prouinciâ Forojulienſis diœceſis eligitur, ex cóque miniſterio aſſumptus ad Epiſcopatum Maſſilienſem, vt nonnulli teſtantur; tandem cum multa virtutum ſpecimina præbuiſſet, vacante Toloſanâ Sede Pontifex renunciatur, pulſo Raimundo, ita enim prolixè recitat Guillelmus de Podio-Laurentij capite VII: Deo inſpirante religioſus vir «
Fvlco Abbas Floregiæ ſiue Torondeti Ordinis Ciſtercienſis eligitur in «
Epiſcopum Toloſanum. Cuius promotionem cum audiſſet Legatus qui «
eum optimè nouerat, vt iacebat in lecto infirmus eleuatis manibus in cœlum, gratias egit Deo, quòd de tali perſonâ prouidiſſet Eccleſiæ Toloſanæ: qui ingreſſus eſt prius Eccleſiam ſuam in feſto ſanctæ Agathæ, quæ die Dominicâ erat in quadrageſimâ & cum oraſſet conuertit ſe ad populum ſermonem inchoans; quòd miſſum ad Epiſcopatum mortuum ſuſcitandum, velut alterum Eliſæum iam nemo debebat dubitare; agebatur autem quando intrauit Toloſam annus MCCV. « 1205.
Quòd autem dixi Epiſcopatum mortuum,

» tuum, non eſt mirum; nam ipſum au- A
« diui dicentem, etiam in ſermone, quòd
« quando intrauit Epiſcopatum, à terrâ
« vſq; ad cœlum nihil expeditum, quod
« ipſe poſſet percipere, inueniſſet, niſi
» centum minus quatuor ſolidos Tolo-
» ſanos: Et ipſe creditoribus vrgebatur
« coram Capitulatus reſpondere. Ter-
« rámq; extra repleuerant Ariani, Mani-
« chæi heretici & Valdenſes, ſicut fortè
« Dominus ordinabat, qui in primitiuâ
» Eccleſiâ non multos nobiles aut po-
« tentes ſecundùm carnem, ſed infirma
» mundi elegit, vt fortia quæque de-
» ſtrueret, vt Epiſcopus pauper prodiret
« & pedibus ad expurgandam hæreti- B
« cam prauitatem. Fuit autem Fulco
inter Toloſanos Pontifices omni vir-
tutum genere, cum pari doctrinâ, pie-
tate & zelo animarum quo flagrabat,
pro extirpatione hæreticæ prauitatis,
ſummoperè eminens; quamobrem à
Diuo Dominico cui gratiſſimus erat &
Didaco Epiſcopo Oxomenſi in Hiſ-
paniâ, de modo expugnandorum Al-
bigenſium edoctus, contra eos non
ſolùm in Occitaniâ congreſſus eſt, ſed
in Britanniam quoque transfretauit,
vt Crucem prædicaret, incredibili pla-
nè propagandæ religionis feruore, ſi- C
cuti refert Iacobus de Vitriaco Cardi-
nalis, in vitâ S. Mariæ Ogniacenſis,
quam Fulconi dicauit apud Surium
23. Iunij, vbi illum appellat fortem
Dei & Eccleſiæ columnam. Quos
verò contra petulcacem hæreticorum
contumaciam, potiſſimúmque Comitis
Toloſani inſultus, labores exantlaue-
rit, prolixè tractatur in Hiſtoriâ Albi-
genſium, necnon in Chronographo de
Podio-Laurentij, qui iſta diligenter
proſequuntur: præterea mentio fit
apud Petrum Vallis-Cernaij mona-
chum lib. 9. de eiuſdem Epiſcopi le-
gatione ad ſummum Pontificem vnà D
cum Conſeranorum Antiſtite, vt peri-
clitanti Eccleſiarum prouinciæ Nar-
bonenſis paci conſuleret. Anno au-
1215. tem 1215. cum Romæ Synodus habe-
retur, eò proficiſcitur comite B. Do-
minico Prædicatorum inſtitutore, vt
eius commendatione & authoritate
ſubnixus, regulæ recens conditæ con-
firmationem ab Innocentio Papâ, vt
Abrahamus Bzouius ſcribit, obtineret,
quo pariter tempore, Pontifici quæ
hactenus geſta fuerant in cauſâ Albi-
genſium Fulco ſignificauit. Toloſam
reuerſus, Eccleſiam S. Romani aſſen-
tiente Capitulo, donauit Dominico &
ſociis, tum iactis cœnobij fundamen-
tis ædem diuino cultui benedixit: eo
item ſedente Minorum conuentus, &
nobile puellarum monaſterium de
Pruliano inſtituitur. Ceterùm accepit
pro ſe & ſucceſſoribus in beneficium
an. 1217. caſtrum Viridisfolij à Simone 1217.
Comite Montisfortis, eâ ſolùm reco-
gnitione, vt in bello armatum militem
exhiberet. Narrat Rigordus eumdem
Philippi Auguſti Regis exequiis inter-
fuiſſe 1223. tandem ſingulari ſanctimo- 1223.
niæ laude præditus in Chriſto quieuit
feſto Dominicæ Natiuitatis an. 1231. vt
his verbis exponit ſupra laudatus Guil.
de Podio-Laurentij cap. 41. Interea «
quamdiu permittebatur Epiſcopus ab «
officio non vacabat, Eccleſias ordi- «
nando, plebes quoque Neophytas vi- «
ſitando. Cum igitur benè omnia fe- «
ciſſet, & Epiſcopatum quaſi olim mor- «
tuum ſuſcitaſſet, & de manu laïcorum «
traxiſſet decimas vnde poſſent ſuſten- »
tari honorificè ſucceſſores, qui quan- «
do intrauit Epiſcopatum vnde viueret, «
nec centum inuenit ſolidos Toloſanos «
Domino volente retribuere ſeruo ſuo, «
in die Natalis Domini diem clauſit «
extremum anno MCCXXXI. Sepelitur « 1231.
in ſuo monaſterio Grandiſſyluæ iuxta
tumulum Guilelmi de Montepeſſulo
ad ſummum altare.

42. RAIMVNDVS DE FALGA- FALGARIO.
RIO, ſiue DE MIRAMONT IV. Ar-
naldi Militis frater, ex caſtro de Miro-
monte oriundus, ſanctíque Dominici
diſcipulus, à primâ ætate Prædicato-
rum Societati ſe tradidit, in quâ poſt-
modum ſuis meritis ad Ordinis magi-
ſtratus prouehitur, deſignatus Prouin-
cialis Dominicanorum in Prouinciâ,
ex quâ familiâ ſuffragante vniuerſo
Capitulo Epiſcopus ſublectus eſt 1231. 1231.
audiendus idem Guilelmus de Podio-
Laurentij cap. 42. Sepulto Reuerendo «
Epiſcopo in cœnobio Grandiſſyluæ, «
non poſt multos dies eligitur venera- «
bilis vir RAIMVNDVS Prior Pro- «
uincialis Fratrum Prædicatorum in «
Prouinciâ in Epiſcopum Toloſanum, «
in concordiâ Capituli Eccleſiæ vni- «
uerſi; cuius electionem oblatam ſibi «
Legatus continuò approbauit: Ele- «
ctus ergo in feſto ſancti Benedicti qua- «
drageſimæ in Dominicâ quâ cantatur «
Lætare Hieruſalem, conſecratur, & ſe- «
quenti Dominicâ in Paſſione Domini «

« ſuam Eccleſiam cum proceſſione Cle-
« ri & populi eſt ingreſſus an. MCCXXXI.
« inchoauit igitur ibidem Epiſcopus vbi
« deceſſot eius deſierat, hæreticos virili-
« ter proſequendo, iura Eccleſiaſtica de-
« fendendo, Comitem modò cum rigo-
« re, modò cum manſuetudine ad quæ-
« cunque bona poterat dirigendo. Elu-
xit in eo Antiſtite rerum agendarum
peritia, magni enim momenti negotiis
adhibitus, fuit arbiter in negotio pa-
cis inter Sanctum Ludouicum & Co-
mitem Toloſæ, pro facto extirpationis
1233. hæreticorum 1233. Sed quantum Regi
fidum ſe præbuerit, egregiè teſtatus B
eſt, dum Trencauelli Vicecomitis Bi-
terrenſis filij conatibus, & nobilium
ſuæ factionis obſtitit cum Narbonenſi
Archiepiſcopo; apud Carcaſſonâ enim
1240. ſe recepit 1240. pro tuendis Occita-
niæ vrbibus, populis agendi ſolertiâ,
& eximiâ quâ pollebat eloquentiâ, ad
Regis obſequium reuocatis. Sub idem
tempus tabulis ſponſalium Comitis
Toloſæ ſignum appoſuit, vt patet ex
archetypo talis formulæ:

NOVERINT *vniuerſi, quod nos Iaco-
bus gratiâ Dei Rex Aragonū, Maioricarum,
& Valentia Comes, Barcinonenſis & Vr-
gelli, Dominus Montiſpellerÿ, Procurator* C
*nobilis viri Raymundi Comitis Toloſa, no-
mine ipſius recepimus nos Sanciam filiam
nobilis viri R. Berengary Comitis Prouin-
cia in vxorem R. Comitis antedicti, ſi pla-
cuerit Domino Papa, ſuper dicto matrimo-
nio duxerit diſpenſandum vſque ad Septua-
geſimam proximam venturam: Et nos San-
cia filia nobilis viri R. Berengarÿ Comitis
Prouincia recipimus R. Comitem Toloſa in
maritum noſtrum; vobis Domino Iacobo
Rege Aragon. in dicto matrimonio Procu-
ratore prædicto pro Toloſano Comite exi-
ſtente, ſi placuerit Domino Papa de ſupra-
dicto matrimonio duxerit diſpenſandum,
vſque ad Septuageſimam proximam ventu-
ram. Et hoc iuramus per Deum & ſancta* D
*eius Euangelia, noſtris propriis manibus
corporaliter tacta, cum aſſenſu patris noſtri
Raimundi Berengary Comitis, & matris
noſtra Beatricis Comitiſſa Prouincia; & nos
Raimundus Berengarius, & Beatrix, dicto
matrimonio noſtrum damus aſſenſum &c.
Actum Aquis 3. Idus Auguſti anno*
1241. MCCXLI. *Teſtes I. Archiepiſcopus Arela-
tenſis, R. Archiep. Aquenſis, R. Epiſcopus
Regenſis,* RAIMVNDVS *Epiſcopus* TO-
LOSANVS, *G. Epiſcopus Carpentoracen-
ſis, R. de Villanouâ.*

Interim à Legato Apoſtolico ad
A Concilium in Italiam inuitatur; poſt
hæc autem ſummâ dexteritate labora-
uit in conficiendâ pace Francorum &
Angliæ Regum, cum Marchiæ & To-
loſæ Comites, totiúſque Septimaniæ
proceres, in Principem rebellaſſent, vt
patet ex legatione quam ſapientiorum
conſilio apud Regem ſuſcepit, cui pro-
poſitis tractatus pactionibus in pro-
uinciâ Marchiæ, eas ſubinde diſcuſſis
conditionibus ſanciuit, quæ vtique
munera ſummæ auctoritatis Præſulem
fuiſſe demonſtrant; ſub cuius Pontifi-
catu Carmelitæ 1242. in vrbe, & Aca- 1242.
B demia à S. Ludouico inſtituuntur 1257.
Denique in Prædicatores ſuos propen-
sâ fuit voluntate, quos ab Eccleſiâ S.
Romani in cœnobium vbi habitant
traduxit, conceſſis ad ædificationem
baſilicæ quatuor millibus ſolidorum
Toloſanorũ, & annuâ largitione pan-
ni, viginti monachis veſtiendis. ani-
mam exhalauit poſtridie feſti S. Lucæ
XIX. Octobt. 1270. conditúſque eſt in 1270.
medio chori Eccleſiæ Dominicano-
rum, vbi æneæ ſtatuæ tumuli adſcri-
ptum ſpectatur hoc epitaphium:

Præſul RAIMVNDVS *iacet hic quem
fleт modò mundus,*
C *Cuius erat fundus* MIRVS-MONS *hinc
oriundus,*
Verbis facundus, magnus, ſenſúq; profundus,
Ordo facit fratrē, fratrum Prouincia patrem
Monſpeſſulanus ipſum de fratre Prigrat,
SEDE TOLOSANVS *Cathedrali Cle-
rus honorat:*
Virgo Maria Dei præſentes hunc faciei,
Vt ſic fiat ei, dic miſerere mei.

43. BERTRANDVS DE L'ISLE IOVRDAIN, II. Iordani tertij In- ſulæ in Aquitaniâ pernobilis dynaſtæ & Sclarmondæ filius, ex Præpoſito ad Pontificatum aſſumptus eſt non- dum ſacerdos, de cuius promotione
D cap. 51. Guillel. de Podio-Laurentij
ſic fatur: An. ab Incarnat. MCCLXX. « 1270.
14. Cal. Nouemb. moritur Raimun- «
dus Epiſcopus Toloſanus anno Epiſ- «
copatus ſui 39. quo ſepulto apud Præ- «
dicatores, cuius Ordinis ipſe fuit, eli- «
gitur Dominus BERTRANDVS DE «
INSVLA Præpoſitus eiuſdem Eccle- «
ſiæ in Epiſcopum Toloſanum, in con- «
cordiâ totius Capituli, & confirma- «
tus Narbonæ, in Eccleſiâ ſoâ Toloſæ «
in vigiliâ S. Thomæ Sabatho promo- «
tus in ſacerdotem, & in eius feſto die «
Dominico in Epiſcopum conſecra- «

L'ISLE-IOVRDAIN. De gueulles à la croix patée d'or.

„ tus, & eâ proximè ſequenti die Na-
„ talis Domini primò miſſam ſacerdos
„ nouus, & Epiſcopus celebrauit. In-
terea Cathedralem, plurimis funda-
tionibus dotauit, & poſſeſſionibus
auxit, vt liquet ex confirmationis di-
plomate Gregorij Papæ tertio Pon-
tificatus; in eadem Eccleſiâ duode-
num præbendariorum numerum, &
octo Clericos hebdomadarios inſti-
tuit, vt diuinis officiis in choro de-
ſeruirent, primæ dotationis priuile-
1273. gium bullâ 27. Februarij 1273. appro-
bari item obtinuit; ille verò muni-
ficentiâ in baſilicam, zelo ſingulari,
ſummíſque animi ornamentis cum
paucis ſuâ ætate comparandus, am-
pliſſimum ædificium chori Cathedra-
lis S. Stephani cum quatuordecim
capellis, nouo opere magnâ ex par-
te conſtructis renouauit, & caſtrum
de Balmâ propè Toloſam, teſte Ber-
nardo Guidone. Interim pro iuſtitiâ
Balmenſis, Viridis-folij, ſancti Ber-
nardi, Caſtelmauti & aliarum topar-
chiarum cum eodem Epiſcopo Rex
1279. diſceptans, decreto anni 1279. in gra-
tiam Bertrandi iure omni ſe abdica-
uit, prout compertum in chartophi-
lacio Philippino archiuij Cathedra-
lis: porrò hîc reponenda ſunt aliquot
Bertrandi huiuſce vltimæ voluntaris
capitula, vt palam ſit, magnam libe-
ralitatis laudem adeptum fuiſſe; is
enim teſtamenti tabulis menſe Ianua-
1285. rio 1285. magnam pecuniæ quantita-
tem legauit pro ædificatione princi-
pis altaris argentei, quod ante con-
flagrationem baſilicæ viſebatur, ac
Theſaurario plurimas veſtes ſacras &
mille calices argenteos Eccleſiis pro-
uinciæ Narbonenſis, cœnobiis Gran-
dis-ſiluæ, Gimonti, Bellæperticæ;
item Metropoli Narbonenſi pro ce-
lebrando feſto Conceptionis, necnon
Biterrenſi, Carcaſſonenſi, Magalo-
nenſi, & pleríſque aliis Cathedrali-
bus: ordinationis curatores nomina-
uit Archiepiſcopum Narbonæ, Ber-
nardum Comitem Conuenarum, S.
Stephani Præpoſitum, & Cancella-
rium, Iordanum fratrem dominum
de Inſulâ, Priorem Prædicatorum,
Miniſtrum Franciſcanorum in Aqui-
taniâ; eiúſque præſcripto tumulatur
in choro Metropolitanæ ſub cupreo
cœnotaphio, quod executores illi ex-
truxêre. primus Epiſcoporum ſepul-
turâ donatus in Cathedrali, quam tot

A muneribus inſigniter decorauerat; de-
functus eſt an. 1285. vltimâ Ianuarij 1285.
in caſtro de Balmâ, quod conſtruxe-
rat: anno verò 1278. ſicuti legitur in
necrologio Toloſano.

44. HUGO MASCARON III. ſi- MASCARON.
ue MASCARIUS, ex Canonico ele-
ctus 1285. Romæ interiit 6. Decemb.
1296. vt habet necrologium: ex Ita- 1296.
liâ Toloſam aduectus in Dominica-
norum fano reconditur iuxta latus
maioris aræ die lunæ poſt Epiphaniam
1299. eo vitâ functo Bonifacius VIII. 1299.
Pontifex vrbem Appamiarum in Epiſ-
B copatum erexit, & à Toloſanâ ſepa-
rauit, vt tradunt Bernardus Guidonis,
Almaricus Augerij, aliique Chrono-
graphi.

45. S. LUDOVICUS DE SICI- SICILE
LE I. cognomento DE MARSEIL- ANIOV.
LE Caroli Martelli II. vtriúſque Si-
ciliæ ac Hieruſalem Regis, Prouin-
ciæ & Andegaui Comitis, ex Mariâ
de Hungariâ ſecundus filius naſcitur
Brincolæ in Prouinciâ; iuuenis admo-
dum cum fratribus obſes datur, pro
patre Carolo, qui apud Iacobum Ar-
ragoniæ Regem cuſtodiæ detineba-
tur; inter eas captiuitatis anguſtias
C pietatis operibus addictus, ab ipſo ſta-
tim adoleſcentiæ primordio inſignis
virtutis iecit fundamenta, quibus de-
nique in magnum, pium, & beatum
Confeſſorem euaſit; Diui Ludouici
Regis ſanctimoniæ imitator. Sub diſ-
ciplinâ igitur & conuerſatione Fran-
ciſcanorum, aliorúmue eruditorum
hominum, cum ſummos in literis Ec-
cleſiaſticis ac humanioribus feciſſet
progreſſus, & aliquandiu deſperatâ
fermè valetudine confectus, voto iu-
taſſet S. Franciſci regulam ſuſcipien-
di, poſtea ſanitati reſtitutus, inter fe-
ſtiuitatem nuptiarum Blanchæ ſororis
D cum Iacobo Rege Arragoniæ, præ-
ſente Carolo patre & Legato Apo-
ſtolico, ſacrâ tonſurâ initiari voluit,
etiamſi parens coniugem ducere ſua-
deret Maioricæ principem puellam,
polliceretúrque mox ſe illi Regnum
renuntiaturum; ſed propoſiti tenax
nequicquam mundanis lenociniis ſol-
licitatus, has conditiones reſpuit:
cúmque ex Catalauniâ regreſſus Mon-
tempeſſulanum cum genitore diuer-
tiſſet, nec vllâ iterum potuiſſet ſua-
ſione induci, vt conceptum animo
iam pridem propoſitũ detrectaret, po-

Party, au premier d'azur ſemé de fleurs de Lis d'or au lambel de gueulles de 4. pieces, qui eſt ANIOV. Au 2. d'argẽt a la Croix d'or potencée, accompagnée de 4. croiſettes recroiſettées de meſme, qui eſt de IERVSALEM. Au 3. burellé d'argent & de gueulles de huict pieces, qui eſt HONGRIE.

ſtulauit à Miniſtro Franciſcanorum A
habitum religionis, quem tamen fi-
lius obediens non voluit acceptare,
metu offenſionis patris; denique ob-
tentâ licentiâ, Minorum familiam in-
greſſus eſt, vbi integritate vitæ, pieta-
te, & rarâ humilitate commendabilis,
iis virtutibus ſanctus Princeps maximè
illuxit: quapropter declaratur à Boni-
facio Papâ in Antiſtitem Toloſanum
paulò ante feſtum Natalis Domini
1296. 1296. mortuo Hugone Maſcario, ſed
diſciplinæ religioſæ paupertatiſque ſe-
ctator, renuit ſe aliquam dignitatem
Eccleſiaſticam admiſſurum, niſi prius
regulam S. Franciſci, cui antea voto
ſe obſtrinxerat, ſolemni iuramento
profiteretur, quod exequi licitum eſt
ei à Pontifice vigiliâ Natiuitatis, Ro-
mæ in conuentu Aracæli, in manibus
Ioannis de Murro Miniſtri Generalis:
indéque renuntiatur Præſul diplomate
te dato Laterani IV. Cal. Ianuarij, quo
referente Spondano tomo I. Annal.
« clarâ vtriúſque parentis progenie Re-
« gali præfulgens, eminenti litterarum
« ſcientiâ præditus, vitæ munditiâ redo-
« lens, grauitate morum & conſilij ma-
« turitate conſpicuus, aliarúmque virtu-
« tum donis à Deo multipliciter deco-
« ratus prædicatur. Diſpenſauit inſuper
Papa de ætatis defectu, cum vigeſi-
mum primum non excederet annum.
Toloſam profectus vt Epiſcopali fun-
ctioni vacaret, hoc officium feliciter
exercuiſſe teſtantur acta vitæ eius, ma-
gnâ animi ſubmiſſione, caſtitate, euan-
gelicæ paupertatis amore, vitæ aſperi-
tate, in conferendis ordinibus ſacris
prudentiâ, denique ceteris omnibus
virtutibus enituiſſe. Interim priuſ-
quam religionis votum emitteret, om-
nem in regno Siciliæ prærogatiuam in
Robertum fratrem ætate minorem
tranſtuliſſe dicitur; quin & extat in
Eccleſiâ S. Laurentij Franciſcanorum
Neapoli, imago eius ad viuum ex-
preſſa, coronam procumbenti coram
ſe Roberto imponentis. Rurſum verò
cum magis veneratio eius increbreſce-
ret, Bonifacio carus Epiſcopatum Ap-
pamienſem recenter erectum, & ab ip-
ſo Toloſano diſtinctum conſequutus
eſt, quem primus adminiſtrauit vnà
cum Toloſano. At ſtrictioris vitæ cu-
pidus, ſolitudini vt vacaret, Epiſcopa-
ribus ſe abdicare in manibus Pontifi-
cis conſtituit, quapropter Romam ten-
dens, Brincolam natale ſolum morbi

grauitudine preſſus diuertit, vbi anno
ætatis vigeſimo-tertio, menſe ſexto,
Auguſti 19. 1297. ex febre, piè ad Do- « 1297.
minum migrauit: conſummatus, in- «
quit Spondanus, in breui (vt ſacra lo- «
quitur Scriptura) expleuit tempora «
multa. Placita enim erat Deo anima «
illius, ac propter hoc properauit edu- «
cere eum de medio iniquitatum: & «
quem adhuc viuentem miraculis illu- «
ſtrare voluerat, defunctum tot ac tantis «
tam ad eius ſepulchrum, quàm alibi ad «
eius inuocationem decorare dignatus «
eſt, vt ſtuporem afferant legentibus ea «
quæ in actis vitæ & geſtis recenſentur. «
B Quamobrem à Ioanne Papâ XXII. an-
no 1317. VII. Idus Aprilis in Sanctorum
catalogum referri meruit; perperam
aliquibus hoc factum à Clemente V.
aliis à Bonifacio VIII. ſub quo ani-
mam emiſit ſcribentibus, confundunt
enim illum cum Ludouico immortalis
memoriæ Francorum Rege magno
eius patruo, quem idem Bonifacius in
Beatorum numerum adſcripſit 1297.
Sancti Epiſcopi Canonizationis Bulla
extat tomo I. Bullarij, cuius loco ap-
poſitè poteſt recitari epiſtola Ioannis
Pontificis, quam factâ apotheôſi ad
C matrem Ludouici adhuc ſuperſtitem
miſit, prout eã publicauit eruditus vir
Petrus Frizonus in Galliâ Purpuratâ.

CARISSIMÆ *in Chriſto filiæ Mariæ
Reginæ Siciliæ illuſtri. Epulari filiæ, in
ſinceritatis & veritatis azymis, & in Domi-
no gaudere te conuenit, quia filius tuus, ab
olim mundo moriens, Deo feliciter viuere,
factúſque compatriota Cœleſtium, ac ſide-
rearum incola manſionum, in Domini ta-
bernaculo meruit habitare; exultare, ac
pium prorumpere debes in iubilum; de vte-
ro tuo proceſſiſſe virum Angelicum, me-
ditans conſortem eſſe Angelorum, profuſis
decet te plaudere gaudiis, quod talem in
terris genueris filium, cuius in cœlis patro-
D cinio, cuiúſque fauore apud homines poti-
ris, vt interceſſionibus apud Deum. Hic
eſt ille natus tuus veneranda memoriæ*
LVDOVICVS EPISCOPVS TO-
LOSANVS, *quem Deus ipſe glorioſus in
ſanctis ſuis, & in Maieſtate mirabilis,
ſuâ immenſâ bonitate virtutum operatione
mirificans, & gratiâ ſanitatum, ſic im-
menſis illuſtrauit miraculis, quòd in di-
uerſitate graduum ſui ſtatus in gratiâ &
gloriâ gradatim aſcendit. Hic eſt, quem
vt piè creditur, Rex ipſe de cœleſtis ſic
honorari decreuit in patriâ, vt ſedi ſuperna
quietis inſideat, æternæ claritatis lumine*

quaſi veſtimentis amictus regiis, & ſempiterna gloria diademate coronatus. Hic eſt denique, quem & nos propter ſua merita glorioſa, noſtro miniſterio per omnem Chriſtiani cultus ambitum, vehiculo debita venerationis incedere, ac profuſis per orbem gaudiis, & effuſis vndique laudibus coli cupientes in terris, nuper die Iouis poſt feſtum Reſurrectionis Dominica, ſeptimo videlicet idus Aprilis de Fratrum noſtrorum & Pralatorum omnium, tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium, vnanimi conſilio, & conſenſu concordi Sanctorum catalogo duximus adſcribendum; nec ſine cauſâ Paſchale tempus ad id faciendum elegimus, vt dies ipſa nouâ feſtiuitate iucunda, & temporis gaudioſâ celebritate Paſchali, fieret amplior iucunditate feſtiua. Dignè itaque, Filia, cor tuum delectari debet in Domino, & in ſalutari ſuo tuus animus dilatari, & dignè gratias agere teneris Altiſſimo, qui tibi fœcunditatem ſobolis tam ſanctiſſima tribuit, & qui in tantâ ſublimitate illius in benedictionibus immenſa dulcedinis te preuenit. Propera igitur quaſumus, & in odore vnguentorum Beatiſſimi filij curre, tuas corrigendo vias & bonis operibus vacando, feſtina, vt illum ſequi merearis ad Regnum, quem ſi mundo viueret, affectu regente materno in exilium ſequereris. Datum Auenione quinto Idus Apriles.

Defunctum autem iiſdem die ac loco quibus in lucem editus fuerat Catellus lib. 5. Hiſtor. teſtatur, videlicet decimo-quarto Calendas Septemb. in caſtro Brincolæ; quod quidem de obitu omnès conſtanter admittunt, ſed de natiuitate aliquatenus diſſentiunt, quam accidiſſe ſcribit Vuaddingus menſe Februario Nuceriæ Saracenorum regni Neapolitani. Ceterùm è Brincolâ corpus eius elatum Maſſiliam, in Eccleſiâ Franciſcanorum honorificè tumulatur, vti ordinauerat; propereáque ad diſtinctionem S. Ludouici Regis, vulgò appellatur S. LVDOVICVS DE MASSILIA. Poſterioribus ſeclis an. 1423. expugnatâ & direptâ Maſſiliâ ab Alfonſo Aragoniæ & Neapolis Rege, inter alia vrbis ornamenta, ſacrum eiuſdem Ludouici corpus ſurripuit, & Valenriam in Hiſpaniâ deportauit, vbi & hodiè religioſè excolitur. Henricus Sedulius Ordinis Seraphici religioſus, Principis vitam ex manuſcripto Louanienſi notis adornatam euulgauit; S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, Franciſcus Gonzaga Mantuæ Epiſcopus, Petrus Rodulphius Toſſiniacenſis lib. 2. hiſtoriæ Seraphicæ, plura quoque afferunt de moribus & geſtis Ludouici cuius Præſulis vitam edidêre Laurentius Surius Carthuſianus, Abrahamus Bzouius Annal. Eccleſiaſt. Baronij continuator, & Spondanus Appamiarum Epiſcopus, Ioannes Antonius Sumonte in hiſt. Neapolitanâ, Carellus lib. 5. Occitaniæ, ipsíque etiam Sanmarthani Regis Hiſtoriographi, fusè ſatis lib. 30. ſtemmatis Genealogici Domus Franciæ, in ramo Regum Siciliæ & Hieruſalem, vbi vita Ludouici peculiari elogio deſcribitur. Porrò Carolus II. Rex Siciliæ eius parens, ex fortunatiſſimo connubio Mariæ de Hungariâ vxoris, procreauit Carolum I. à Siciliâ Hungariæ, & Robertum Siciliæ item Regem, Philippum Principem Tarentinum, ex quibus clariſſimorum Principum progenies, Raimundum Berengarium Siculum Comitem Prouinciæ & Pedemontij, Triſtanum Principem Salernitanum, Ioannem Ducem Duracij, Petrum Comitem Grauinæ; filias verò Margaretam Caroli à Franciâ Comitis Valeſij coniugem, Blancam Iacobi Aragoniæ, Leonoram Friderici Siciliæ, Mariam Sanctij Maioricæ Regum, & Beatricem Marchionis Ferrariæ, quam regalem proſapiam commodius & ornatius collocatam inuenies tom. 2. præfatæ Hiſt. Genealogicæ.

COMINGES. D'argent à la croix patée de gueulles.

46. ARNALDVS-ROGERII DE COMINGES vetuſtiſſimâ ſtirpe procreatus Comitum Conuenarum, Bernardo huius nominis quarto Comite ex Ceciliâ, Raimundi Rogerij Fuxenſis filiâ natus erat, nepos autem Arnaldi-Rogerij Conuenenſis Epiſcopi; antea Cathedralis Toloſanæ Canonicus & Præpoſitus, à Capitulo eligitur pro more, extant enim literæ Bonifacij VIII. Papæ, quibus electum Arnaldum obitu Ludouici Toloſani, qui extra Epiſcopatum fatis ceſſerat, commendat epiſtolâ datâ Romæ apud S. Petrum 16. Cal. Aprilis anno quarto. Interim verò cum abſens deſignatus fuiſſet Epiſcopus circiter feſtum omnium Sanctorum an. 1297. & à ſummo 1297.
Pontif. conſecratus Dominicâ Lætare, Româ reuertens, Eccleſiæ indeptâ poſſeſſione in itinere eodem anno deceſſit; teſtatúrque Bernardus Guido corpus ſepulturæ mandatum fuiſſe in

Ecclesiâ Minorum de Samatan à nouatoribus destructâ, cuius excessum Hispanus Præpositus cum comperiſſet, omnem vaſorum, librorum, aliarúmue rerum domeſticarũ mobilem ſupellectilem quâ congregarionis B. Stephani Præfectus vtebatur, ſibi vindicauit; ſed interueniens Pontius Blancardus Canonicus ad Apoſtolicam Sedem appellauit, vt liquet ex veteri documento regiſtri Capitularis 21. Octob. anni MCCXCIX.

LA CHAPELLE.

47 PETRVS DE LA CHAPELLE II. Cardinalis Præneſtinus tituli
ſancti Vitalis, poſtea S. Veſtinæ, ab
eodem Bonifacio literis Apoſtolicis
1298. menſe Octobri 1298. de Toloſano
Epiſcopatu prouiſus eſt, defuncto Arnaldo-Rogerij Conuenarum, cum
prius Carcaſſonenſem Eccleſiam adminiſtraſſet. Primus recenſetur à Cle-
1305. mente v. Purpurâ donatus an. 1305. vt
memorant codices Vaticani, ipſéque
Matthæus Vueſtmonaſterienſis in Florib. Hiſtoriarum. promotus eſt anno
ſequenti ad Præneſtinam Sedem, vt
ſcribit Vghellus in nomenclaturâ Antiſtitum huius Eccleſiæ; eum nonnulli cum Petro d'Arrablay Franciæ Cancellario confundunt. Fato correptus
1312. Auenione obiit an. 1312. Maij 16. auctore Bernardo Guidone, & regeſtis Apoſtolicis eiuſdem Clementis. menſe Octobri ſequenti elatum cadauer ad Collegiatam baſilicam de Capellâ Taillefer in ſuperiore Marchiâ Lemouicinâ quam fundauerat; huius loci porrò toparcham fuiſſe, vel ex progenie dominorum Capellæ oriundum aliquæ veteres membranæ coniecturam faciunt: ibidem humatus in conditorio, quod ſubiecto Epitaphio nunc primùm edito illuſtratur:

Fama, genus, mores quid opes proſint & honores
Aſpice qui memor es, fuge labentes ſubitò res.
Ecce ſub hâc cellâ ſitus eſt PETRVS, *plange,* CAPELLA,
Occubuit ſtella tua, mortis flante procellâ.
PETRVM *petra tegit, ben ſub petrâ modò degit*
Qui Leges legit, qui tot bona ſcripta peregit,
Fomes Iuſtitiæ, caſtus, pius, arca Sophiæ
Iſtius Eccleſiæ fundator honore Mariæ,
Conſtans & lenis, parcus ſibi, largus egenis
Hic fuit, indigenis ſua præbens & alienis,
Conſilium Regis, Legum Profeſſor & æqui,
Multiplicíſque gregis Paſtor fuit, anchora Legis,
Præſes AGENNENSIS, *lux Sedis* PARISIENSIS,
CARCASSONENSIS *poſthac Antiſtes, & enſis;*
Laudibus annoſa quaſi ſole nouo radioſa,
Fit mage famoſa tanto Paſtore TOLOSA,
Cui fælix omen dedit, ac à Cardine nomen
Vrbs Præneſtina, cecidit necis inde ruinâ,
Anno milleno tercenteno duodeno,
Traditur ad funus, colitur cum Trinus & vnus,
Pneumatis Octauis, obitus . . . . . ſituabis.
Parce ſibi Chriſte, Michaël tu ſancte reſiſte
Dæmonio, triſte barathrum ne ſentiat iſte,
Rex pie, Rex fortis, pietas tua dulcis à mortis
Liberet à portis, hunc perpetua peto mortis.
Amen.

DE PRESSAC.

48. GAILLARDVS DE PRESSAC Cardinalis tituli S. Luciæ in Silice, filius ſororis Clementis v. Pont.
patriâ Aquitanus ex loco de Trabes
diœceſis Vaſatenſis, à quo Epiſcopatu, ab eodem Clemente traducitur
ad Toloſanum circiter feſtum Nata- 1312.
lis Domini 1312. poſtea conceſſit facultatem Capitulo vt crearet Syndi-
cos, diplomate anni 1313. quod habe- 1313.
tur in archiuis Metropolitanæ; extat & ad eumdem bulla Clementis, quâ ipſi & menſæ Epiſcopali tranſmiſit ſexcentas libras redditus in pedagiis de Caſtroarrij & d'Auignon, ac portus Bellæperticæ, hâc lege, vt aſſignaretur æqua prouentuum portio, ſuper decimis caſtri Saracenici, pro Eccleſiis Collegiatis B. Mariæ de Vſeſtâ, & S. Martini de Villandrado, ab eodem Pontifice fundatis anno ſeptimo 2. Cal. Iunij, quod ſcriptum reperimus in antiquis tabulis. Creatur au-
tem Cardinalis à Ioanne XXII. an. 1316. 1316.
die Veneris quatuor Temporum Aduentus, tunc Prothonotarij Sedis Apoſtolicæ fungens officio: teſtatúrque Amalricus in actis Pontificum Romanorum, ab eodem Clemente cum Gaucelino Albanenſi Epiſcopo, Bertrando & Stephano Cardinalibus, delegatum fuiſſe pro concordiâ Nicolai Rauennæ Archiepiſcopi, ac Obizonis Eſtenſis. Sed cum magnam partem reddituum inutilibus expenſis oppigneraſſet Gaillardus, Sede ſuâ eiectus ſine Epiſcopatu remanſit, & poſtmodum ne dignitate careret, Regienſem Pontificatum à Papa oblatum noluit is acceptare; continuóque Toloſana

Sedes in Metropolitanam erigitur vt mox dicemus. Denique vitam cum
1327. morte commutauit Auenione an. 1327. Ciacconius ait 1357. vt colligitur ex ordinatione Arnaldi de Verdalâ Canonici Mirapicenſis, quo inſtituitur commiſſarius à Ioanne XXII. pro debitis ante amotionem ab Epiſcopatu confectis.

ARCHIEPISCOPI TOLOSANI.

COMINGES Comme cy-deſſus.

49. IOANNES-RAYMVNDI DE COMINGES, Epiſcop. Cardinalis Portuenſis & ſanctæ Rufinæ, Bernardo V. Comite Conuenarum, matre Lorâ de Montforti genitus, Bernardi ſexti Comitis, Arnaldi-Rogerij Claromontani, & Simonis Epiſcopi Magalonenſis deſignati frater, ſuperiorisq; Arnaldi-Rogerij anteceſſoris nepos; factus eſt primò Magalonenſis Antiſtites, quam Sedem cum per aliquot annos gubernaſſet, ab eâ traducitur ad Toloſanam; quam grauiſſimis de cauſis ſummus Pontifex Metropolitanæ dignitate decorare cupiens, tandem eam à Narbonenſis iuriſdictione exemit; & propter prouinciæ latitudinem ac populorum frequentiam, aliáſque ob cauſas ibi Ar-
1317. chiepiſcopatum conſtituit anno Domini MCCCXVII. aſſignatis ciuitatibus vicinis, ac limitibus diſtinctis; diplomata verò de iis confecta ſeruantur, in regeſto Ioannis Pontificis XXII & in Bibliothecis Fuxenſi & Vaticanâ; igitur abs re non fuerit, ſi appoſuerimus Toloſani Archiepiſcopatus inſtitutionis Bullam, ex originalibus tabulis depromptam:

SALVATOR *noſter, cuius nutui cuncta ſeruiunt, in agro mundi huius meſſem multam aſpiciens, & operariorum raritatem attendens. Dominum meßis rogandum eſſe, vt in illam operarios mitteret, cenſuit: Et ipſe idem etiam exiens mane, veluti paterfamilias diligens, horis diei variis operarios in vineam ſuam miſit. Romanus itaque Pontifex, ſicut eodem Domino diſponente Vicarius eius in terris eſſe dignoſcitur, ſic & ipſius actibus, in quantum ſinit humana fragilitas, ſe conformare tenetur. Vbi ergo ſuperexcreſſere meſſem, populi videlicet multitudinem viderit, ope-*

A *rarios debet opportunos adjicere. Et iuxta propheticum verbum augere cuſtodiam; cuſtodes & cultores idoneos in Dominicam vineam deſtinare. Sanè conſiderantes attentius, & intra pectoris clauſtra meditatione ſolicitâ reuoluentes, quòd in tantâ multitudine populi, quantâ fœcundauit altiſſimus ciuitatem, & diœceſim Tholoſanam: ſingulorum vultus nequibat, vt condecet, vnicus Paſtor inſpicere, aut alias partes boni Paſtoris implere: quódque durum erat, atque difficile per talem latam & diffuſam diœceſim ad vnum, tantùm à perſonis Eccleſiaſticis & mundanis, recurſum haberi.*
B *Attendentes etiam, quod licet Tholoſanus Epiſcopatus redditibus abundaret immenſis, non tamen ſupererat hucúſque memoria, quod ex ſuorum opulentiâ copioſâ redditnum aliquid in Eccleſiâ, vel diœceſi Tholoſanâ prouenißet in diuini cultus augmentum: imò ſic ex adipe prodierat, & prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus circa carnis deſideria, euectionum pompa, immenſitas clientelæ, immoderata diſſluxio in parentes, ſumptus enormes, aut vſus extraordinarij, ſibi vendicaſſent ibidem quaſi totum patrimonium Crucifixi: Et verendum erat ne Præſul vnicus Tholoſanus*
C *incraſſatus & dilatatus, & exceßiuis huiuſmodi opibus aliàs ſuperbus, periculosè recalcitrans, Deum factorem derelinqueret, & à ſuo ſalutari recedens, pernicioſum exemplum in ſubditos deriuaret. Penſantes quoque quod ſanctæ memoriæ Clemens Papa Quintus prædeceſſor noſter, eodem etiam tempore, quo ciuitas & diœceſis antefata, longè minus in populo, ac redditibus affluebant. Tamen ex tunc benedicente Domino incredibiliter creuerunt in vtróque, & iugiter creſcere dignoſcuntur. Spiritu beatæ conſiderationis inductus, ad diuiſionem Epiſcopatus einſdem firmiter, dum viueret intendebat, licet morte præuentus,*
D *ſuum in hac parte nequiuerit implere conceptum. Nos pium prædeceſſoris noſtri propoſitum in effectum volentes adducere, & tam diſſipare malum, quod prædictorum redditnum copia exceßiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum, & ſpiritalem animarum profectum, quos (ſi iuxta facultatis exigentiam, & diffuſam latitudinem dictæ diœceſis ſufficiens numerus, in eadem vtilitate Præſulum, deputetur) in dubio prouenire ſperamus, promouere ſalubriter intendentes: Præmißis & aliis ſuadentibus iuſtis cauſis, ex certâ noſtrâ ſcientiâ de Fratrum noſtrorum conſilio concordi, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ad laudem Dei, exaltationem Eccleſiæ, fideliúmque ſalu-*

tem, Epiſcopatum ipſum, dictámque diæceſim Tholoſanam, Apoſtolicá auctoritate diuidimus in quinque diæceſes, quas per certos diſtingui limites faciemus, volentes ac decernentes, quòd præter ciuitatem Tholoſanam, quæ ſuam propriam & diſtinctam habebit diæceſim, certis finibus limitandam, ſubſcripta quatuor villa, quarum quamlibet, eiſdem conſilio & auctoritate, in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo inſignimus: ſcilicet de Monte-Albano, *pridem de Caturcenſi diæceſi, cui adjicietur certa pars dictæ quondam diæceſis Tholoſanæ, ac* Sancti Papuli, de Rivis, *&* de Lumberiis, *& de ipſâ quondam Tholoſanâ diæceſi exiſtentes, quatuor ſeparatas diæceſes habeant certis limitibus diſtinguendas. Quódque Beati Martini de Monte-Albano vbi corpus S. Theodardi Confeſſoris dicitur eſſe reconditum, prædicta ciuitatis Montis-Albani & Beati Papuli, dicta ciuitatis S. Papuli, Maria de Lumberiaco: necnon Beata Maria de Riuis, Eccleſia ipſius ciuitatis Riuenſis ſint de ceterò, & habeantur perpetuò Eccleſiæ Cathedrales. Et quia Eccleſia Tholoſana, ſicut ſolenniori ſtatu, & conditione potiori refulget, ſic & grandioris honoris titulis efferenda eſt, ipſam hucúſque Suffraganeam Eccleſiæ Narbonenſis, ac totam quondam diæceſim Tholoſanam, de Fratrum noſtrorum conſilio, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ, & Apoſtolica plenitudine poteſtatis; ab omni iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione Archiepiſcopi, Capituli, & einſdem Eccleſiæ Narbonenſis penitus eximentes, eam ad laudem diuini nominis, & honorem Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, in Archiepiſcopalem ſeu Metropolitanam erigimus, eámque honoribus & inſignis Sedis Metropolitanæ decoramus; auctoritate Apoſtolicâ decernendo, vt ex nunc pro Metropolitanâ Eccleſiâ in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum eſt, vt ex quo de filia facta mater, Metropolicæ dignitatis ſuſcepit inſignia & Suffraganeatum, congruum numerum filiarum ac decentem prouinciam habeat: vt ad iudicium Archiepiſcopi Tholoſani, qui pro tempore fuerit, omnes cauſa Suffraganeorum Epiſcoporum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, ac ciuitatum einſdem Prouinciæ iuxta ſacrorum ſtatuta canonum referantur. Nos præfatas quatuor ciuitates & Eccleſias Cathedrales, cùm earum diæceſibus, vt præmittitur, diſtinguendas, necnon ciuitatem & Eccleſiam Appamiarum, cum ſuâ diæceſi, ex nunc ipſius Eccleſiæ Tholoſanæ Suffraganeas, ac de prouinciâ Tholoſanâ, in perpetuum fore decernimus, & iure Metropol. ſubjicimus, & ſubiectas volumus eas illi prænominatas Montis-Albani, quæ de diæceſi Caturcenſi & Bituricenſi prouinciâ, & Appamiarum ciuitates, & Eccleſias, quæ de prouinciâ Narbonenſi hactenus fuiſſe noſcuntur; necnon reliquas tres ciuitates, & Eccleſias S. Papuli, Riuenſis, Lumberiacenſis, quæ ab olim de diæceſi Tholoſanâ fuerunt, cum earum diæceſ. Conuentibus, Collegiis, ſiue Capitulis, à iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione quacumque Bituricenſis, & Narbonenſis Archiepiſcoporum, de Caturcenſis, & quondam Tholoſani Epiſcoporum, Capitulorum, & Abbatum, atque conuentuum, & ordinariorum quorumlibet, aliorum Eccleſiaſticorum, quibus quomodolibet fuerant hac vſque ſubiectæ, auctoritate præſentium perpetuò eximentes, de prædictorum conſilio, & plenitudine poteſtatis. De bonis autem, redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam Epiſcopatus Tholoſani, ipſi Tholoſano decem millia, & ſingulis aliis prædictis Eccleſiis, Appamiarum exceptâ, cui de ipſis bonis redditibus & prouentibus, iuribus, vltra illa, quæ habere dignoſcitur, certam aſſignabimus portionem, noſtris aliis literis diſtinguendam: ſingula quoque millia librarum Turon. annui redditus & perpetui prouentus, quæ quidem vnicuique illarum ſuiſque Pontificibus, dignitate, de onere & circonſtantiis aliis attentè penſatis, debere ſufficere vidimus, præter redditus, prouentus, & iura, quæ ad prædictas Eccleſias, & conuentus earum antea pertinebant. De quibus ad honorem Dei, & ipſarum Eccleſiarum commodum intendimus ordinare, ex nunc auctoritate prædictâ, de conſilio ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter, per ipſarum Eccleſiarum Præſules, qui pro tempore fuerint, in rebus & locis cuilibet magis adiacentibus & vicinis, iuxta diſtinctionem, ſeu limitationem diæceſeon ſingularum, per alias noſtras litteras faciendam. Interim tamen diſtinctione, ſeu limitatione prædictâ pendente, volumus, quòd eorum quilibet ſummam eum contingentem pro ratâ accipiat annuatim, de bonis, redditibus, prouentibus, & iuribus ante dictis, per manus eorum, quos ad hoc prouiderimus, deputandos. Reſiduum verò redditnum, prouentuum, & iurium ipſorum, quod, factâ de illis, vt præmiſſum eſt, aſſignatione ſupererit, necnon iuriſdictionem Spiritalem & Temporalem, quæ ad dictum quondam Epiſcopatum Tholoſanum, vſque ad tempus diuiſionis huiuſmodi, pertinebat, & quæ diſtinctione, ſeu limitatione poſtactâ, pendente faciemus,*

per

per idoneas excerceri perſonas. Ac beneficia, etiam ſi dignitates, perſonatus, ac officia exiſtant, exceptis his, ad quæ quis per electionem aſſumitur, & in quibus, vel ad quæ auctoritate litterarum Apoſtolicarum alicui, ſeu aliquibus ius eſt aliquod acquiſitum, quibus per id nullum volumus praiudicium generari, nunc & in antea vſque ad diſtinctionem diœc. vacatura, diſpoſitioni noſtræ ac Sedis Apoſtolicæ de Fratrum ipſorum conſilio reſeruamus. Hæc igitur per dictæ Sedis prudentiam circumſpectam, ſic ſtatuta ſalubriter & vtiliter ordinata, perpetuis eſſe valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes, auctoritate prædictâ diſtrictius inhibemus, ne aliquis cuiuſcúmque præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, ſeu Regiâ præfulgeat dignitate, huiuſmodi ordinationem, Apoſtol. reſeruationem, & alia ſupra dicta quouis modo turbare, ſeu quomodolibet impedire præſumat. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certâ ſcientiâ contrarium præſumpſerint, niſi intra octo dierum ſpatium poſt publicationem præſentium reſipuerint cum effectu excommunicationis in perſonas, & interdicti in vniuerſitates, ac ſuſpenſionis in Conuentus, Capitula, ſiue Collegia, de conſilio & auctoritate prædictis ſententias promulgamus: à quibus nonniſi, per Romanum Pontificem abſolutionis beneficium, præterquàm in mortis articulo, valeant obtinere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrarum diuiſionis, voluntatis, conſtitutionum, erectionum inſignitionum, exemptionum, decorationis, ſubiectionis, conceſſionis, donationis, deputationis, reſeruationis, inhibitionis, promulgationis infringere &c. Datum Auinioni VII. Kalend. Iuly. Pontificatus noſtri anno primo.

Interea menſe Iunio anni 1319. ce-
1319. lebrauit Synodum prouincialem, &
declaratur Cardinalis Portuenſis ac
S. Rufinæ 1327. Decembris 18. non
Oſtienſis aut Prænestinus, vt in quibuſdam elenchis inconſultò legitur:
1334. at Ioanne Papâ defuncto, cum à Cardinalibus poſtularetur ad Apoſtolicam Sedem promouendus, eâ conditione, vt nunquam Romam proficiſceretur, ſummâ animi generoſitate Pontificatum recuſauit his conditionibus oblatum, ſéque potius Cardinalatui renunciaturum palam profeſſus eſt, quâ tali propoſito eligeretur. Sub Cle-

A mente autem ſexto inſimulatus fuit Talairandus Cardinalis Petracoricenſis ab eodem Archiepiſcopo, tanquam conſenſiſſet in necem Andreæ Neapolitanorum Regis, vt ſcilicet hoc facinore Caroli Duracij nepotis Calabriæ Ducis gratiam conſectaretur; quapropter ad Conſiſtorium citatus, coram ſacro Purpuratorum Collegio à Clemente aſperioribus verbis afficitur, contumelioſè proditor Eccleſiæ appellatus, ſicuti teſtatur Ioannes Villanius hiſtoriar. lib. 12. cap. 59. magnæ porrò non ſolùm exiſtimationis fuit hic Cardinalis Conuennenſis,
B ſed præter alias virtutes etiam eruditione præſtans, opuſcula edidit de ſermonibus, de paſſione Chriſti, aliáque nonnulla, de quibus Nomenclator anonymus Cardinalium; nec interea Eccleſiæ ſuæ immemorem fuiſſe probant codicilli vltimæ voluntatis, quibus ordinat conſtructionem monaſterij Virginum Canonicarum S. Pantaleonis in loco vicino Cathedralis, ſub regulâ D. Auguſtini, & regimine Abbatiſſæ, inſuperque duodecim Canonicos regulares inſtituit pro celebrandis officiis diuinis, ac funda-
C tionem quatuor Capellaniarum. Denique Archiepiſcopatu dimiſſo mor-
talitatem expleuit Auenione an. 1348. 1348.
Nouemb. 20. vt refert idem elenchus ſanctæ Rom. Eccl. Cardinalium, aliis 1349. de illo conſule Vghellum in Epiſcopis Portuenſibus, Ciaconium, Frizonum, Catellum, alióſque Hiſtoricos.

50. GVILLELMVS DE LAVDV- LAVDVNO.
NO Ordinis Dominicanorum religioſus, à patriâ, de Lauduno in diœceſi Vceticenſi vulgò nuncupatus; ſit Archiepiſcopus Viennenſis, vnde ad hanc
D Metropolim transfertur bullis Apo-
ſtolicis anni 1328. quæ aſſeruantur in 1328.
diario prouiſionum Prælatorum Vaticani; Magiſtrum ſacri Palatij fuiſſe obſeruant Fernandus in Concertatione Dominicanæ familiæ, & Sampayus in ſtemmate Prædicatorum. Tranſigit cum Canonicis ſuis in controuerſiâ correctionis, ſententiâ Cardinalium delegatorum 15. Decembris
1333. quatuor præbendarios B. Domi- 1333.
nici in Metropolitanâ fundauit 10. Septemb. 1340. ſic cognominatos ab inſtitutore, ex Dominicanâ religione in Pontificem aſſumpto; ex veteri item
ſchedâ Obſeruantiæ Toloſanæ 1345. 1345.

die 13. Iunij conceſſit Collegiatis Narbonenſis gymnaſij, petente Guaſberto Arelatenſi Antiſtite facultatem emittendi exomologeſim Capellanis eiuſdem Collegij: viſu priuatus abdicauit in fauorem Raimundi ſub onere penſionis.

Canillac. D'azur à vn leurier d'argent accolé de gueules.

51. Raimvndvs de Canillac, v. Cardinalis Toloſanus tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, Epiſcopus Prænestinus, nobili gente prognatus erat, malè à nonnullis de Vis, ſicuti à quibuſdam Rainaldus vocitatur; hic primò Canonicus Regularis, Decretorũ Doctor, Abbas Conchenſis apud Ruthenos, tum S. Flori Epiſcopus, poſtea Toloſatum Metropoli-
1347. tanus renuntiatur 1347. die 29. Oct. ex lib. Obligarionum Vaticani. ad Cardinalatus dignitatem aſſumitur à Clemente 6. an. 1350. electúſque ab Innocentio vi. ad Cathedram Præneſti-
1361. nam an. 1361. poſt eiuſdem Pontificis tranſitum, ſortitus eſt vndecim ſcrutinia vocum diſſidentibus Cardinalibus de nouo Papâ eligendo, qui fuit poſteà Vrbanus v. porrò legum peritiâ eruditus, librum Recollectorum deſcripſit: huiúſq; meminit Ferreolus Locrius in chronico Belgico. Deſiit eſſe in viuis Auenione 12. Cal. Iulij
1373. 1373. humatúſque in templo Minorum ex regeſto Innocentij vi.

Aldebrandi.

52. Stephanvs Aldebrandi aliàs cognominatus de Cambarvti, in regeſtis Vaticani & apud Bertrandum, Abbas monaſterij Cellenſis, Clementis vi. Papæ Theſaurarius & Cubicularius maior, ab eodem in Italiâ primùm Epiſcopus Caſinenſis eligitur 1343. Idib. Martij ex tabulario Vaticano epiſtolâ 92. inde poſt duos annos ſedis transfertur ad Eccleſiam S. Pontij Tomeriarum in Galliâ 1345. Idib. Februarij per obitum Raimundi: creatus denique Archie-
1350. piſcopus Toloſanus 1350. 22. Decemb. vt habent chartæ Obligationum. Pontificatum adeptum fuiſſe eâ occaſione tradit Maſſonus in vitâ Clementis vi. quòd cum Petrus Rogerius rediens Pariſiis ad ſuum monaſterium Caſædei in Aruerniâ, ſpoliatus in viâ à latronibus nudúſque relictus fuiſſet, & ab eodem Stephano Aldebrando modicarum tunc temporis facultatum preſbytero, & Rectore parochiæ Tureti, veſte & neceſſariis donatus, benignè diſcedens interrogaſſet; Ecquando acceptum beneficium referre potero, reſponſum dediſſe; Tunc cum eris Papa: cuius gratitudinis poſtmodum memor, ad Cathedram B. Petri aſſumptus, Aldebrandum ad ſe euocauit, quem Cubicularium ſuum, poſteáque Archiepiſcopum Toloſanum vt ſupra diximus nominauerit. Caterùm eo petente apud Clementem impetrauit priuilegium Apoſtolicum Auenione datum 22. Aprilis Pontificatus 10. vt ex omni ordine vel ſæculares Clerici vel Regulares, honorem exhibentes Metropolitano, in ſupplicationibus ad baſilicam S. Stephani conuenirent, quam promulgauit Stephanus 1352. vt conſtat ex originali. Mortuus eſt anno 1360. die xv. Mar- 1360.
tij, quo eodem die tranſiit à ſeculo Spargus Tarraconenſis Archiepiſcopus antea Canonicus Toloſanus 1332. vt refertur in necrologiis. Laudatur idem Stephanus à Scipione Caſinenſi monacho, in opere de Abbatibus & Epiſcopis eiuſdem Eccleſiæ, quòd iura & prædia Caſinatis baſilicæ ſummâ diligentiâ conquiſiuerit; huius præterea meminêre Spondanus in Annal. regeſta Vaticana, & Abbas Vghellus in Appendice ad primum tomum Italiæ Sacræ.

Vayrolis.

53. Gavfredvs de Vayrolis, ex Epiſcopo Carcaſſonenſi tranſfertur ad Toloſanam Metropolim
1361. 1361. x. Aprilis ex citato regeſto Obligationum Vaticani, perperam à Bertrando Dominicus de Vayrolis, & interpollato ordine collocatur; eo ſedente inſtituuntur in vrbe Fratres S. Trinitatis Captiuorum 1362. idem in æde S. Stephani quatuor capellanias opimi redditus munificè dotauit 1368. 1368.
Hoc eodem anno pedum Toloſanum geſtante Gaufredo, compoſitâ ab Vrbano v. inter Dominicanos & Ciſtercij religioſos, de B. Thomæ Aquinatis corpore controuerſiâ; quod in monaſterio Foſſænouæ Ordinis Ciſtercienſis iacebat, donauit illud Eliæ Raimundi Toloſano Ordinis Prædicatorum Generali Magiſtro, & Toloſam ad monaſterium Ordinis allatum eſt an. 1368. ſcriptis epiſtolis ad Gaufredum, & Academiam Toloſanam, ſicuti vitæ Vrbani auctor, prolixiúſque Diuus Antoninus ſcripſere. Poſt hæc Synodo Vaurenſi interfuit cum Petro Narbonenſi, & obiit an. 1376. 1376.

A die 10. Martij in necrologio Toloſano.

CARDAILLAC. De gueulles au lion d'argent, armé, couronné & lampaſsé d'or, à l'orle de treize beſans d'argent.

54. IOANNES DE CARDAILLAC I. Patriarcha Alexandrinus & Adminiſtrator perpetuus Eccleſiæ Toloſanæ, ex nobili & vetuſtâ proſapiâ de Cardaillaco in Cadurcis natus erat, parentibus Bertrando domino de Bioulé, & Ermengardi de Lautrec, Amalrici Vicecomitis ſorore; generis claritudinem doctrinâ, pietate, ſcriptíſque permultis abundè cumulauit, quibus ad Pontificatus honorem ſubuectus eſt: coluerat ab ineunte ætate literarum & ſapientiæ ſtudia, præcipuè Iuriſprudentiam, in quâ adeò profecit, vt Legum Doctor in Academiâ

B Toloſanâ, maximâ celebritate eam interpretatus, pro Vniuerſitate ad Clementem VI. & legatione Regis Caſtellæ ad Vrbanum V. Pont. functus, coram ipſo elegantem orationem habuerit menſe Aprili 1370. tum eidem Principi obſequens, ad Imperatorem ſe contulit; eiuſdémque muneris obeundi causâ delegatur à Papâ Gregorio XI. 1372. pro conficiendâ pace inter Cæſarem, Regem Hungariæ, & Bauaros. Hoc negotio feliciter expedito, reuerſus, in congreſſu Pontificis acta legationis disertè propoſuit:

C iis grauiſſimis functionibus, ornatæ eruditionis famam cum ſibi peperiſſet, Aurienſem Eccleſiam in Hiſpaniâ conſequutus eſt, tum ad Bracarenſem Archiepiſcopatum in Luſitaniâ promouetur, quem poſtea ceſſit declaratus Patriarcha Alexandrinus, & Adminiſtrator Toloſanus, vbi continuò Principi ſuo Anglicæ factionis acerbiſſimis temporibus operam fideliter impendit: ſingulari enim prudentiâ & fide, concionibúſque ad populum habendis facundiâ pollens, in eam rem eius operâ vſus eſt Rex Chriſtianiſſimus pro ciuitatibus Aquitaniæ excuſſo Anglorum iugo ad eius obe-

D dientiam reuocandis, quas ſexaginta numerat Ioannes Froiſſartus lib. I. chronici capite 252. Perfunctus ergo egregio potiſſimùm munere, ad Eccleſiam quoque ſtudia conuertit, cuius ſacrarium ſumptuosâ illâ theca argenteâ, vbi caput B. Stephani reconditum, decorauit, maiorem etiam campanam turris Metropolitanæ de Cardaliaco nuncupatam, baſilicæ donauit, in quâ & duo anniuerſaria conſtituit Aug. 5. anno 1383. Ceterùm vir

A eruditus atque Orator eximius, variiſq; vt diximus ad Pontifices, Imperatorem, & Principes legationibus obitis, reliquit opera nondum typis mandata in ſcriniis bibliothecæ Dominicanorum Toloſanorum, tum alia manuſcripta, ex quibus non minus rerum Eccleſiaſticarum, quàm ſcientiæ peritiſſimum fuiſſe liquet; nam in veteri codice pergameno circumfertur concio quam pronunciauit aduerſus Barnabam de Mediolano præſente Carolo 4. Imp. qui ſacro Eboracenſis Antiſtitis ab ipſo Ioanne per-

B acto etiam interfuit; præterea volumen Sermonum, pro ſingulis Dominicis & feſtiuitatibus anni; Synodales diſcurſus de conuocatione Conciliorum, orationes pro inauguratione Epiſcopi aut Patriarchæ; tum de ordinum collatione ab Epiſcopis, viſitatione diœceſanâ, tractatus de ſacro Regis, Reginæ, ceteráque lucubrationum monumenta poſteritati reliquit, quæ teſtantur cum primis nulli ætate ſuâ in regimine Archiepiſcopatus ceſſiſſe. Vitam cum meliore commutauit anno 1390. ante principem aram chori 1390.

C Metropolitanæ, à latere epiſtolæ depoſitus eſt ſub tumbâ marmoreâ, vbi talis inſcriptio viſitur:

HIC EST SEPVLTVS

Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus IOANNES DE CARDALHACO, *Dei gratiâ Patriarcha Alexandrinus, Adminiſtrator perpetuus* ECCLESIÆ ET ARCHIEPISCOPATVS TOLOSANI, *qui obiit die ſeptimâ menſis Octobris anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Nonageſimo, cuius anima in pace requieſcat. Amen.*

D Huius Elogium Catellus in ſuâ Hiſtoriâ euulgauit, pluribúſque memoratur in tabulis domus de Cardaliaco, quæ aliis etiam nobilitatur Pontificibus, videlicet Franciſco Cadurcenſi Antiſtite ſanctimoniâ conſpicuo, Patriarchæ noſtri fratre, item Guillelmo & Bertrando eiuſdem Sedis Epiſcopis, Ioanne & Bertrando Rutenenſibus, alio cognomine, & Guillelmo Montiſalbani; deniq; altero eiuſdem nominis ſancti Papuli Præſulibus, qui omnes magnâ prudentiæ laude, ſuas Eccleſias gubernarunt, vti in ſæculari militiâ ſtrenuæ nobilitatis equites protulit, de quibus mentio eſt in genealogiâ huiuſce familiæ.

Conzie'. D'azur au chef d'or, chargé d'vn lion iſſant de gueulles.

55. Franciscvs de Conzie' i. A Romanæ Eccleſiæ Cameratius, patriâ Gebennenſis, perperam de Sernaio, de Saconeio, aut de Cornuto vocitatur, ex Gratianopolis Antiſtite factus Arelatenſis, poſt Toloſanus, vbi parùm
1391. moratus ſedebat 1391. Aprilis 21. ex documento xenodochij. vltimò tranſiit ad Narbonenſem, ac fatis conceſſit 1432. vltimâ Decembris, iacet in æde Celeſtinorum Auenione, vbi ſpectatur epitaphium; vide Arelatenſes Archiepiſcopos.

de Saint Martial.

56. Petrvs de Saint Martial iii. naſcitur in parochiâ S. Tho- B mæ de Capellâ de Planis, vbi & luſtralibus vndis tinctus eſt; Riuenſeni Eccleſiam primò regendam ſuſcepit, tum Carcaſſonenſis Antiſtes, tandémque Toloſanus euaſit ſub annum
1392. 1392. quo tabulæ publicæ ciuitatis docent Petrum magnâ celebritate adſtantibus nouem Præſulibus, Sudarium Chriſti ex Cadunienſi monaſterio in Petracoriis Toloſam delatum, ob Anglorum excurſiones populo demonſtraſſe, & in Eccleſiâ de Tauro fuiſſe depoſitum; dotauit quoque in ſuâ Metropoli quatuor præbendas, ceu C capellanias de Sancto Martiali, ſuiſq; ſumptibus capſam Beati Exuperij in æde Saturnianâ fabricandam curauit; cuius beneficij memor Abbas conſti-
1399. tutione capitulari x. Septembr. 1399. annuam commemorationem quotannis pro eo conſtituit. Vſus eſt porrò Officiali Ioanne Corſerio collectore Deciſionum Capellæ Toloſanæ; ac poſtquam teſtamentum condidiſſet an. 1397. Sept 17. cuius autographũ in archiuio metropolitano continetur, executore nominato fratre Cardinale de S. Martiali, eo ſicuti cauerat humari voluit, ad ſummum altare Sancti Stephani, prope cenotaphium Ioannis D de Cardaillaco, vbi inciſa hæc inſcriptio: quamquam mortuus recenſeatur an. 1400. in obituario Metropolis.

Anno *Domini* mcccci. *die pri-*
1401. *má Decembris, obiit Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, Dominus* Petrvs de Sancto Martiali *Archiepiſcopus* Tolosanvs, *Legum egregius Doctor, cuius anima in pace requieſcat cum .... Dei in perpetuum. Amen, Pater noſter & Aue Maria dicant omnes deuotè: Amen.*

An. Ch.

de Castelmavr.

57. Vitalis de Castelmavr Toloſanus, literis apprimè imbutus ad Iuris ſcientiam animum applicuit, & laureâ Profeſſoris Decretorum in Academiâ donatus, hæc ſtudia diligenter excoluit; quapropter Capituli ſuffragiis Petro ſuffectus an. 1401. 1401.
Toloſæ conſecratur, electione firmatâ ab Aymerico Archiepiſcopo Bituricenſi & Primate, quam obſeruant acta capitularia ſub an. 1402. Maij 5. con- 1402.
feſtimque Pontificatus iniit poſſeſſionem. Verumtamen non caruit contentione hæc promotio, licet enim canonicè electus fuiſſet, Benedictus xiii. Pſeudopontifex reiectâ eius nominatione, Petrum S Pontij Tometiarum Præſulem ad hanc Cathedram traduxit; quin & nuncios apud Toloſam deſtinauit, vt dominium temporale adipiſceretur; grauiſſima igitur diſcordia oritur in eâ prouinciâ, duobus Archiepiſcopij regimen ſibi aſſerentibus; quapropter Carolus Rex Francorum epiſtolâ ad Seneſcallum Toloſanum ſcriptâ 1405. temporalem 1405.
adminiſtrationem ſibi attribuit. Paulò poſt Archiepiſcopatu cedere coactus Vitalis ad Alexandrum v. ſe recepit, ac Synodo Piſanæ cum adfuiſſet 1409. 1409.
ab eo Pontifice aduerſus eundem S. Pontij Antiſtitem in Archiepiſcopatum intruſum, prouiſus eſt hoc reſcripto, quod ad vberiorem rei notitiam publicandum videtur:

Alexander *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Exhibita nobis pro parte Venerabilis Fratris noſtri* Vitalis *Archiepiſcopi* Tolosani *petitio continebat, quod olim Eccleſia Toloſana tunc per obitum bonæ memoriæ Petri Archiepiſcopi Toloſani Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filij Capitulum Toloſanum, tunc etiam Apoſtolicâ Sede vacante, eundem Vitalem tunc Præpoſitum Eccleſiæ præfatæ in eorum, & ipſius Eccleſiæ Archiepiſcopum elegerunt concorditer, ipſéque Vitalis Archiepiſcopus electioni huiuſmodi illius ſibi præſentato decreto conſenſit: ſed iniquitatis filius Petrus de Lunâ qui olim Benedictus decimuſtertius in ſuâ obedientiâ nominabatur, & tempore quo in Regno Franciæ fuerat ſibi facta obedientiæ reſtitutio, Prælatis tamen & aliis beneficiatis promotis tempore ſubſtractionis per eorum ſuperiores, aut Ordinarios in eorum prælaturis & beneficiis & poſſeſſionibus remanentibus Venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum S. Pontij Thomeriarum à vinculo quo Eccleſia San-*

cti Pontij Thomeriarum, cui tunc præerat, tenebatur abſoluens, ipſum ad eandem Eccleſiam Toloſanam tranſtulit, ipſúmque illi præfecit in Archiepiſcopum & Paſtorem, licet de facto. Cúmque etiam poſtea prædictus Vitalis Archiepiſcopus electioni præfatæ inhærendo, de regimine, & adminiſtratione bonorum Eccleſiæ Toloſanæ prædictæ, necnon & Archiepiſcopalis menſæ Toloſanæ ſe in ſpiritualibus, & temporalibus ingeſſiſſet, præfatus Petrus de Luna, ceu quidam ſui delegati in hac parte ad inſtantiam prædicti Epiſcopi contra eundẽ Vitalem Archiepiſcopum, & nonnullos ſibi adhærentes, & fauentes tam Clericos, quam laicos & perſonas vtriuſque ſexus quoſdam proceſſus, diuerſas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias continentes in diuerſis locis prouinciæ Toloſanæ publicari fecerunt, etiam de facto monentes inter cætera dictum Vitalem, in proceſſibus ipſis, vt ab adminiſtratione prædictâ omnino ceſſaret, ac eundem Epiſcopum ad poſſeſſionem eiuſdem adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ Toloſanæ prædictæ liberè ac expeditè admitteret, alioquin in ipſum Vitalem Archiepiſcopum, necnon in adhærentes & fauentes prædictos, ac omnes alios, & ſingulos qui ſibi præſtarent auxilium, conſilium, & fauorem, excommunicationis, necnon in Capitula Eccleſiarum, & in ipſas Eccleſias atque loca diuerſa interdicti ſententias promulgarunt, & alias Vitalem Archiepiſcopum ſibique adhærentes & fauentes huiuſmodi quia ipſe Vitalis Archiepiſcopus eiſdem proceſſibus non paruit, multipliciter vexauerunt, ſimiliter de facto. Quare pro parte dicti Vitalis Archiepiſcopi, de cuius perſonâ nos poſtea diuinâ fauente clementiâ ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti Eccleſiæ Toloſanæ prædictæ authoritate Apoſtolicâ duximus prouidendum, præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem, ratificantes & approbantes etiam omnia & ſingula quæ per ipſum circa adminiſtrationem prædictam altàs ritè geſta erant, fuit nobis humiliter ſupplicatum vt ſuo ſtatui, & altàs in præmiſſis opportunè prouidere de ſpeciali gratiâ dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictos & quoſcunque alios proceſſus ac excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias per Petrum de Luna, ſiue delegatos huiuſmodi, aut quoſcunque alios in Vitalem Archiepiſcopum ſibique adhærentes & fauentes, necnon Capitula & Eccleſias huiuſmodi, ac res vniuerſitatis quorumlibet oppidorum, caſtrorum, terrarum, & villarum occaſione præmiſſorum latas, quatenus de facto proceſſe- A *runt, authoritate prædictâ caſſamus & annullamus, ac decernimus nullius exiſtere firmitatis, & nihilominus eaſdem ſuſpenſionum, & interdictorum ſententias, ſiue cenſuras huiuſmodi tollimus, ac eoſdem Vitalem Archiepiſcopum, omnéſque alios & ſingulos quos ſibi proceſſus concernere videbantur, ab eiſdem ſententiis & cenſuris ad cautelam abſoluimus per præſentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ caſſationis, annullationis, conſtitutionis, amationis, & abſolutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli* B *Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Piſis decimo quarto Cal. Septembr. Pontificatus noſtri anno primo.*

Interim Pontifex Max.ˢ ad Regem, pro eius patrocinio literas ſcripſit, & ſummâ celebritate ab Amedeo Cardinali Salutiarum pallio cohoneſtatur 3. Aug. 1409. denique plurimis legationibus, apud Sedem Apoſtolicam, Regémque Francorum magnâ laude geſtis, debitum naturæ perſoluit an. 1410. tumulus in choro Metropolitanæ ante maius altare ſpectatur hac inſcriptione marmori ſubiectâ: 1410.

C *Hic iacet ſepultus recolendæ memoriæ Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus* VITALIS DE CASTRO MAVRONO, *Decretorum eximius Profeſſor, diuinâ gratiâ Archiepiſcopus* TOLOSANVS, *qui prius fuerat Præpoſitus iſtius Eccleſiæ, qui obiit 1. die menſis Auguſti anno Domini* MCCCCX.

58. DOMINICVS DE FLORENCE Prouincialis ordinis Prædicatorum, Clementis 7. Pſeudo-Pontificis à Confeſſionibus, Epiſcopus S. Pontij Tomerienſis, ex Albienſi Præſulatu ad Toloſanum tranſiit, quam Sedem obtinebat an. 1412. iuſſu Martini v. D dedit operam reformandis moribus Canonicorum, necnon collegij Magalonenſis an. 1418. Mirapicenſis item gymnaſij fundationem probat, 1420. legitur & in archiuis S. Stephani ad eumdem & Epiſcopum Vaurenſem Ioannem, memorati Pont. Max. Bulla, pro inſtauratione templi Metropolitani ac ſtatutorum ordinatione. Teſtamento legauit ſummam pecuniæ & varios codices conuentui ſuæ religionis apud Sanctum Maximinum in Prouinciâ, tandémque ad alteram vitam migrauit 1421. ex necrologio, 17. Maij 1412.

DE FLORENCE. D'argent à une faſce de ſable chargée de trois molettes d'argent.

vt refertur in actu electionis Antiſtitis A
Dionyſij ſequentis, vel 31. Decembris 1422. prout continetur in epitaphio.

DV MOVLIN. D'argent à vne croix ancrée de ſable, chargée en cœur d'vne coquille d'or.

59. DIONYSIVS DV MOVLIN, Patriarcha Alexandrinus, patriâ Meldenſis, Doctor Iuris Ciuilis & Canonici peritiſſimus, variis Cathedralium regni præbendis ornatur; fuit enim Cantor Viennenſis, Canonicus Eccleſiarum Carnotenſis, Remenſis, Turonum, Albienſis, & Ebreduni, ad hunc denique Pontificatum Toloſanum aſcendit, Henrico d'Auaugour
Bituricenſi Archiepiſcopo & Primate B
1422. confirmante, priuilegio anni 1422.
Nouembris XIII. ſub Rege Carolo VII. libellis ſupplicibus præpoſitus, mittitur apud Delphinates 1423. pro
1423. tractatu pacis ſanciendo, & ad Amedeum Sabaudiæ Ducem, eiúſque matrem Bonnam Bituricenſem. Præfuit vſque ad an. 1439. quo ad Pariſienſem ſe contulit Cathedram decreto Eugenij Papæ, 4. Id. Iunij, cuius exemplar in cartulario Toloſano; animam reddidit 1447. vti ſupra in Pariſienſibus obſeruatum eſt, conditúſque in B. Virginis Cathedrali.

DV MOVLIN. Comme cy-deſſus.

60. PETRVS DV MOVLIN IV. C
Dionyſij frater, ex Senatore Toloſano ſucceſſit, quam nominationem ratam habuit Eugenius Pont. & à Bernardo de Roſergio Præpoſito in poſſeſſio-
1439. nem ſedis inductus eſt 1439. XII. Septembris. Ille ergo Iuris Ciuilis & Canonici Licentiatus, libellorum ſupplicum Magiſter, poſtquam in Senatu diu claruiſſet ad infulas vocatur. Conſtruxit magnum Cathedralis veſtibulum, & Bertrandus in hiſtor. Toloſanâ auctor eſt, palarij Archiepiſcopalis ædes ex parte reſtauraſſe, cum ampliſſimâ aulâ caſtri Viridisfolij, ſed peſte
correptus apud Balmam prope Tolo- D
1451. ſam expirauit 3. Octob. 1451. cui epitaphium ex marmore in choro iuxta epiſtolam poſitum eſt, vbi obſeruandum in eo Poëtarum Principem appellari; eſt autem huiuſmodi:

Hoc quieſcit tumulo vrbis TOLOSÆ *digniſſimus Archipræſul* DE MOLENDINO PETRVS, *nobilis genere, Artium Magiſter, vtroque Iure Licentiatus, ... ac Lingua Occitana Regius Vicecancellarius, & Poëtarum Monarcha, qui anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, dormiens in Chriſto tertiâ Octobris beato fine quieuit.*

DV ROSIER. De gueulles à vne bande d'or, chargée de trois roſes de gueulles à la bordure d'or, auſſi chargée de 8. roſes de gueulles.

61. BERNARDVS DV ROSIER III. Toloſanus, inter Canonicos adoleſcens cooptatus Archidiaconi, Infirmarij, & Præpoſiti munera exercuit; triginta autem annis in Academiâ Profeſſor publicè docuerat Iuris & ſacrarum literarum ſcientiâ, vbi & officio Cancellarij honoratè functus eſt. Cum igitur omni liberalium diſciplinarum genere floreret, Romam tendit, vbi aliquandiu Referendarius, & Eugenio IV. ac Nicolao V. Pont. acceptus, coram ſacro Purpuratorum Collegio non mediocri eruditionis famâ, in primis eloquentiâ excelluit: tum in patriam regreſſus, ex Præpoſito nominatur Vaſatenſis Epiſcopus, poſtea Montalbanenſis, demum ad hanc Sedem Archiepiſcopalem eligi-
tur an. 1452. 3. Nonas Ianuarij, pro- 1452.
ut docent acta Conſiſtorialia Vaticani, & Bertrandus contemporaneus ſcriptor in hiſtoriâ Toloſanâ. à Nicolao V. Pont. bullis Apoſtolicis ſubinde confirmatur, nec interim præſtantiſſimis artibus exercitatus, publicam Eccleſiæ curam depoſuit: etenim Cathedralem organis pneumaticis, pretioſo reliquiarum gazophilacio, cruce lapillis decoratâ, ſedilibus chori, aliíſque donariis locupletauit; & ſacris Muſis addictus, ſcripſit quamplurimâ opera de cultu Virginis & B. Stephani, Sermonum collectionem, Commentaria in Decretales iuris, quâ ſcientiâ præcipuè inſignis, denique differtationes de auctoritate Pontificiâ Legatorum & Cardinalium: lucubrationes iſtæ in bibliothecâ Metropolitanâ ſeruantur, quarum etiam elenchum apud Bertrandum legere licet. Publicauit & accuratiſſimè acta Legationis Petri Cardinalis Fuxenſis in Hiſpaniam, eiúſque mandato de antiquitatibus Toloſanis libellum Stephanus de Ganno Minorita ei dicar. Tandem multis commendatur à Guillelmo Benedicti in caput Rainutius repet. 3. num. 45. vbi quicquid ſcibile fuit, non ignoraſſe, tradit. Sub Bernardi Pontificatu Ludouicus XI. cum Caſtellæ, Arragoniæ, & Nauarræ Regibus Toloſam ingreſſus, priuilegia & conſuetudines ci-
uitatis regio diplomate approbauit 1463.
26. Maij 1463. Transfertur ad meliorem vitam an. 1474. vel ſequenti, die
Martij 15. vt habet necrologium To- 1474.

losanum, ibíque coruſcare miraculis prædicatur. Alia verò epocha viſitur eius tumulo adſcripta, ante primarium altare Metropolis prope Epiſtolam:

Hic iacet Reuerendiſſimus in Christo Pater, Dominus BERNARDVS DE ROSERGIO, *Archiepiſcopus* TOLOSANVS, *vtriuſque Iuris Doctor, & in Sacrâ Paginâ Magiſter, qui obiit Toloſæ decimâ octauâ Martij anno Domini* MCCCCLXIV. *cuius anima in pace requieſcat. Amen.*

DV LION. D'or au liō armé & lāpaſsé d'azur.

62. PETRVS DV LION, v. nobilis Aquitanus, Gaſtonis domini de Malauſe Seneſcalli Toloſæ frater, diplomate Sixti IV. creatus 1475. in
1475. poſſeſſionem inducitur. Stephanus autem Aufrerius Senatus Toloſani Præſes, ſcribit in limine Deciſionum Ca-
1483. pellæ Toloſanæ an. 1483. Iulij 10. die, ex Doctore vtriúſque iuris per eumdem Petrum de Leone Archipræſulem, ad Officialis Toloſani partes ſe fuiſſe deputatum in Conſilio Curiæ Archiepiſcopalis; morte ſublatus eſt
1491. 21. Februarij an. ſalutis 1491.

BOVRBON. D'azur à trois fleurs de lis d'or, à vne barre d'argent.

63. HECTOR DE BOVRBON regali Borboniorum ſtirpe progenitus, Ioannis II. Borbonij Ducis filius naturalis, frater Mathæi cognomine Magni, Borbonij Nothi, maris Aquitanici & prouinciæ Præfecti; itémque Caroli dynaſtæ de Lauedan à quo Marchionum de Malauſe propago emerſit: ex Canonico Epiſcopus Vaurenſis, ad hanc Toloſanam Eccleſiam
1491. traducitur à Papâ circa an. 1491. nihilominus Canonici Metropolitanæ Petrum de Roſergio Præpoſitum in Antiſtitem deſignarunt, qui probante Bituricenſi Primate poſſeſſionem
1493. ſedis accepit 1493. Septemb. 22. Hector verò nominatione pontificiâ, poſt multas altercationes litis in Parlamento Burdegalenſi, fiduciam tandem obtinuit. Inde autem Cancellarius & Præſes Conſiſtorij Petri Ducis Borbonij declaratur codicillis datis Molinij Boiorum anno 1500. Auguſti 2. bienniòque poſt deceſſit, & tumulo conditur in æde Sancti Stephani an-
1502. no 1502. vide librum 23. hiſtoriæ Genealogicæ Franciæ Sanmarthanorum fratrum.

ORLEANS LONGVEVILLE. D'azur à 3. fleurs de Lis d'or, 2. en chef & vne en pointe, au lambel d'argent à 3. pendans poſé en chef, à vne cotrice d'argēt miſe en bande.

64. IOANNES D'ORLEANS Cardinalis DE LONGVEVILLE, tituli Sancti Martini in Montibus, nepos Herois illius Ioannis, Dunenſis & Longæuillæ Comitis, bellicis facinoribus nominatiſſimi: Franciſco patre Dunenſi, Longæuillæ, & Tancaruillæ Comite, Normanniæ Prorege, ex Agnete Sabaudâ, Carlotæ Lud. XI. Regis ſorore, lucem aſpexit Partheniaci in Pictonibus 1484. cum in iuuentute ſpecimina bonæ indolis elucerent, Ludouicus Aurelianenſium Dux, poſtea Rex huius nominis Duodecimus, erudiendæ adoleſcentiæ Principis ſollicitus, eum in bonis ſtudiis educandum curauit, vt iis imbutus ſupremam Cardinalatus dignitatem adipiſceretur: Abbatiæ igitur Beccenſis opulentiſſimæ præfecturâ donatur, & de Archiepiſcopatu Toloſano prouiſus eſt duodeuiginti annos natus mortuo Hectore an. 1502. quem & hoc encomio Ber- 1502.
trandus in hiſt. Toloſanâ commendauit: « Habemus Archiepiſcopum ad « præſens viuentem in iuuenili ætate, « ſed prudentiâ & honeſtate prouectum, ex altiſſimo ſanguine genus trahentem; is verò Eccleſiaſticæ rei promouendæ ſtudio, Cathedrali adornandæ animum adjiciens; eam inſigni opere amplificare decreuit, vt apparet ex lapideâ columnâ quæ ad ſummum altare erigitur. Sacriſtiam quoque Beati Stephani cum multis capellarum altaribus choro adiacentibus conſtrui ordinauit; Inſuper Canonici Metropolitanæ ædis regulares, ſæculari togâ induuntur bullâ Iulij 2. an. 1510. cui 1510.
aſſenſum præbuit diplomate anni 1514. Porrò cum Archiepiſcopatu, Aurelianenſem item Eccleſiam adminiſtrauit diſpenſante Pontifice, ac beneficio Franciſci I. an. 1521. ſolemni apparatu 1521.
Toloſam ingreſſus an. 1529. Dominicâ Lætare, comitantibus Philippo de Leuis Mirapicenſi, Ioanne de Pratis Montalbanenſi, Simone Vaurenſi, & Bernardo Appamienſi Præſulibus; adſtitit coronationi Reginæ Eleonoræ Auſtriacæ 1530. & deinde Purpurâ con- 1530.
decoratur à Clemente 7. Papâ 1533. eiuſdem Franciſci conſanguinei ſui perhonorificâ commendatione, quâ vix anno ſuperſtes præfulſit: nam ſummo Pontifici obuiam procedens, Maſſiliam aduentanti ad celebritatem nuptiarum Catharinæ Medicææ cum Henrico Aurelianenſi Duce, Taraſcone in Prouinciâ fato conceſſit menſe 1533.
Octobri 1533.

Gramont. D'or au lion de gueulles.

65. Gabriel de Gramont Cardinalis tit. S. Cæciliæ, Rogerio Acrimontani dynaſtâ Seneſcallo Aquitaniæ & Leonorâ de Benearno genitus, Abbas S. Seueri, puer exactè ſtudia excoluit, quibus in omni genere feliciter inſtructus ad aulam accedens, & Franciſco I. inter alios Reges litteratorum æquo æſtimatore probatus, facilè infulis Epiſcopalibus dignus iudicatur, primò enim Eccleſiæ Conſoranenſi præpoſitus, rum Tarbienſi, mox Burdegalenſi Metropoli, Pictauienſi Cathedræ, vltimò randem ad Toloſanam aſſumptus, apud Taraſconem in comitatu regio degens, cuius nomine Iacobus du Faur Abbas Caſæ-Dei poſſeſſionem nanciſcitur 27. Octobris
1533. 1533. hoc eodem anno more maiorum ſolemniter 15. Martij vrbem ſuam ingreditur. Franciſcus autem, qui eum beneuolentiâ proſequebatur, ipſius inſuper dignitates paulò ante cum eſſet Romæ Orator, galero purpureo cumulari ambiuerat à Clemente VII. Pont. in quintâ creatione anni 1530. XIV. Cal. Ianuarij, qui honos meritò tot exantlatis laboribus pro Republicâ & Eccleſiâ Gallicanâ ipſi debebatur; nam & diuerſas Legationes obiuit ad ſummum Pontif. Carolum V. Imp. & Henricum VIII. Angliæ Regem, ad quem miſſus pro fœdere Britannico: ad Carolum verò pro libertate Franciſci & liberorum qui in Hiſpaniâ obſides detinebantur, ac comes aſcitus eſt Margaretæ Reginæ Nauarræ, vbi & memorabile illud pactum Madriti confecit; exinde Franciſci iuſſu in Italiam grauiſſimis de rebus profectus, cum egregiam in colloquio Pontificis Maſſiliæ operam impendiſſet, hoc munere ad propoſitum perducto, Româ reuerſus, collectâque ex viâ & mole grauiſſimorum negotiorum ægritudine, vt aſſerit Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ, in domo Archiepiſcopali de Balmâ primo ab vrbe lapide animam reddidit an. 1534.
1534. Martij 15. apud necrologium Toloſanum, aliis verò 26. Maij, iacet in Eccleſiâ caſtri de Bidache apud Bearnenſes auorum ſepulchrali ſacrario.

Coligny Chastillon. De gueulles à vn aigle d'argent, membré, becqué & couronné d'azur, armé & langué d'or.

66. Odetus de Coligny Cardinalis de Caſtellione, tituli ſanctorum Sergij & Bacchi, Toloſanæ Eccleſiæ ac Bellouacenſis perpetuus Adminiſtrator, Abbas S. Benigni Diuionenſis, Floriaci, Ferrarienſis, & Vallium-Cernaij, Gaſparis domini de Caſtellione Equitum Tribuni filius, ex Lodoicâ de Montmorency, Annæ magni Equitum Magiſtri ſorore, frater verò Gaſparis Coligniaci, maris Præfecti. Hic generoſæ indolis adoleſcens, cum ſanguinis claritati bonarum artium & Muſarum ſtudia quæ diligenter excoluit, adieciſſet, petente Franciſco Rege creatur Cardinalis 1533. à Clemente 7. & Toloſano Pontificatu inſignitur 1534. Poiſſiacenſi Colloquio interfuit in cauſâ religionis, à quâ paulò mox Odetus ſeceſſit communione fratris. Itaque citatus à Pio IV. Pontifice, vt cum aliis Præſulibus crimen hæreſeos elueret, vel tandem reſipiſceret ad fidem, in ſecreto Conſiſtorio, Purpurâ, Romano Archidiaconatu, & Eccleſiâ Bellouacenſi priuatur; iis intellectis Odetus, qui antea clericali habitu abiecto, ſe Comitem Bellouacenſem nuncupauerat, eo reſumpto, coniugem duxit Iſabellam de Hauteuille dominam de Loré, vt auctor eſt Spondanus tomo 3. Annal. deinde in Angliam ſe recepit ad Eliſabetham Reginam, plurimùm in hac aulâ auctoritate & gratiâ potens, Cantuariæ veneno, vt ferunt, exſtinctus eſt an. 1571. vbi & ſepelitur. Cardinalis ſanè meliore fato dignus, ſi non pro temporis & rerum perturbatione ad aliam fidem defeciſſet; de illo multa Petramellarius, Ciaconius, Thuanus, Spondanus, ceterique alij. at nobiliſſimæ huius familiæ de Coligniaco, ſtemma luculentè deſcriptum expectatur à v. c. domino du Bouchet.

Sanguin Meudon. D'argent à la croix endentee, & cantonnée de quatre merlettes de ſable.

67. Antonius Sanguin Cardinalis de Meudon, magnus Franciæ Eleemoſynarius, Abbas Floriacenſis, Antonij domini de Meudon in agro Pariſienſi, aquarum & ſyluarum Franciæ Magiſtri filius; propter cognationem Duciſſæ Stampenſis, tum ingenij præſtantiam, quâ in ſummis muneribus tractandis exercitatus erat, Regis beneficio ad Epiſcopatum Aurelianenſem promouetur; à Paulo autem III. in Purpuratorũ collegium cooptatur 1539. 14. Cal. Ianuarij, titulo 1539.
primùm S. Mariæ in Porticu, mox S. Chryſogoni ornatus, inde Archiepiſcopatus Toloſani procurationem accepit; in Republicâ verò munus ſuum præclarè obiens, miſſus à Franciſco I. operam

operam dedit, vt tandem pax & tranquillitas inirentur inter ipſum, ac Carolum V. Imperatorem. Denique rebus humanis Lutetiæ exemptus eſt
1559. an. 1559. Decembris 22. feſto S. Catharinæ, ibidem iacet in templi Vallis-Scholarium ſacello Beatæ Mariæ.

LENONCOVRT. D'azur à la croix engreſlée de gueulles.

68. ROBERTVS DE LENONCOVRT Cardinalis Sabinenſis ex Epiſcopo Catalaunenſi, ſacro Collegio adſcribitur an. 1538. XIII. Cal. Ianuarij, titulo S. Anaſtaſiæ, poſt S. Apollinaris: inſuper cum Sabinenſi Epiſcopatu Metenſem, Arelatenſem, & Toloſanam Cathedras adminiſtrauit. Vide plura de eo ſupra in Arelatenſibus Archiepiſcopis.

ARMAGNAC Écartelé au 1. & 4. d'argent au lion de gueulles, qui eſt ARMAGNAC. Au 2. & 3. de gueulles au leopard lyonné d'or, qui eſt RODEZ.

69. GEORGIVS D'ARMAGNAC Cardinalis tit. S. Nicolai in carcere, naſcitur anno ſalutis 1500. parentibus Petro, Caroli huius nominis ſeptimi Comitis Armaniaci filio naturali, ex antiquiſſimâ, nobiliſſimâque ſtirpe in Aquitaniâ, Inſulæiordanis Comite, Gimoëſij Vicecomite, & Cauſſadæ Regulo; matre Iolandâ de la Haye, ortâ ex dominis de Paſſauant in Andibus; quâ cognatione Ioannis Cardinalis de Longueuille, in Eccleſiâ Toloſanâ ſui anteceſſoris, ex Mariâ Aurelianenſi auiâ conſobrinus erat. Sed cum propter patrimonij tenuitatem, maioribus titulis Armaniacæ familiæ reſpondentem fortunam minimè ſperaret, ſacræ militiæ nomen dedit; ac quidem ſub diſciplinâ Ludouici de Ambaſiâ Cardinalis Albienſis, bonis moribus ac literis egregiè educatus, Carolo Alençonij Duci, ac Margaretæ Valeſiæ Nauarræ Reginæ plurimùm acceptus, fit Epiſcopus Ruthenenſis, Vabrenſis, Laſcurrenſis, ad hanc ſedem Toloſanam, deniq; ad Auenionenſem traducitur. ampliſſimis ſacerdotiis donatus à Franciſco I. vt qui ad Venetos ab eodem, primùm Orator miſſus, quo loco rerum agendarum peritiâ & dexteritate vſus eſt, dum Carolum 5. Imp. Aquaſſextias Prouinciæ Metropolim obſidentem, præſidiis militaribus Italorum procerum Rangonij, Gonzagæ, Fregoſij, aliorúmne obſidionem ſoluere, & è Galliis abſcedere coëgit. Romæ poſtea Legati Regij munere perfunctus, totam negotiorum molem, maximóſque in vtráque aulâ Pontificiâ & Regiâ honores geſſit. Principis ergo munificentiſſimi commendatione in Cardinalium Collegium allectus
1544. eſt à Paulo 3. XIV. Kal. Ianuarij 1544. & titulo S. Ioannis, dein à Paulo IV. Beati Laurentij in Luciná, móxque à Pio IV. ſancti Nicolai in carcere exornatur. Mortuo Rege Henrico in Galliam remeauit, arcani Conſilij particeps factus, & in expeditione Germanicâ Gubernator totius Occitaniæ ſummo cum imperio præfectus eſt. Interim Carolo Cardinali Borbonio Legationi Auenionenſi præpoſito, Collegæ hoc in munere participauit Armaniacus, illóque abſente Pontificiam ditionem aduerſus Proteſtantes toto hoc bellorum ciuilium æſtu armis ſtrenuè tutatus eſt; & militum à Pio V. Papâ ſubmiſſorum præſidio fretus, nonnulla ipſorum caſtra animi robore expugnauit. Ac cum eſſet vir comitate, & humanitate præditus, licet non adeò excellenti eruditione ipſe præſtans, tamen litteratorum fautor eximius fuit, cuius rei fidem faciunt tot viri docti, in eius familiâ educati ac ſubleuati, Petrus Gillius Romæ, Guillelmus Philander Toloſæ in ædibus magnificentiſſimi patroni mortuus, cui commentarios in Vitruuiom dedicauit; Arnaldus Sorbinus poſtea Niuernenſis Epiſcopus, ac Guilelmus Blancus Albienſis, qui Xiphilini Epitomen hiſtoriæ Auguſtæ à Dione Latinam de Græcâ factam, eius auſpiciis publicauit, præfarúrque vt domeſticus teſtis: Studiis, inquit, doctrinæ « non ſolùm à pueritiâ deditus fuiſti, ſed « etiam ad ea diligenter exercenda ita « reliquos omnes inflammaſti, vt apud « Ruthenos, cum factus eſſes eius gentis Epiſcopus, multos tuo exemplo, « maximiſque beneficiis ad hæc ſtudia litterarum, atque humanitatis ex- « citares. Quæ cum ſtatuiſſes nunquam « intermittere in maximis occupationibus tuis, eſſéſque poſtea à Franciſco « Rege Gallorum optimo ac tui amantiſſimo miſſus ad Venetos Legatus, at- « que inde hùc Romam ad Paulum III. « Pont. Max. nactus occaſionem, ma- « gnam operam poſuiſti in reſtituendis « optimis auctoribus, & ab obliuione « vindicandis. Quorum magnum nu- « merum non ſolùm vndique perquiri « ac deſcribi iuſſiſti tuis ſumptibus, ſed « etiam Regi, omnium bonarum artium « ſtudioſiſſimo, vt idem faceret, miſſis in « omnes partes Europæ doctiſsimis ho- « minibus, facilè perſuaſiſti. Deinde «

„ cum eſſes propter has Legationes obi- A
„ tas liberè cooptatus in ordinem Car-
„ dinalium, ad illuſtrandam nobilitatem
„ tuam, & ad memoriam laudum dome-
„ ſticarum, nempe, vt tu vnus memo-
„ riam maiorum tuorũm Armeniacorum
„ Principum, quos viros clariſsimos fuiſ-
„ ſe conſtat & potentiſsimos in Aquita-
„ niâ, dignitate ſimul & virtute reno-
„ uares Eum Cardinalem pluribus celebrant Thuanus Hiſt. lib. 82. Petramellarius, Antonius Sanderus in elogiis, Ianus Vitalis, & alij. Ceterùm cum eſſet longæuus, ac proximâ Paulo Foxio conſanguinitate iunctus, opulentiſsima beneficia eius gratiâ eierare in animo habens, Toloſanam Eccleſiam ipſi dimiſit, aſſumptâ adminiſtratione Auenionenſis Metropolis an.
1577. 1577. ibi enim ob aëris ſalubritatem ſenectutis ſuæ domicilium fixit: dúmque optimi Antiſtitis functionibus ſeriò incumbit, ætatis anno 85. quinto Non. Iunij ſupremum diem expleuit, an. 1585. in Diuæ Mariæ de Donis ſacello Archiepiſcoporum, vbi ſibi viuens monumentum condiderat, tamen abſq; epitaphio ſepultus: eo defuncto maſcula ſoboles Armaniacæ familiæ extincta.

DE FOIX. Ecartelé au 1. & 4. d'or à trois pals de gueulles qui eſt Foix Au 2. & 3. d'or à deux vaches paſſantes de gueulles poſées l'vne ſur l'autre, accornées, accolées & clarinées d'azur, qui eſt BEARN.

70. PAVLVS DE FOIX Ioannis Fuxij Carmanij Comitis, & Magdalenæ de Caupene, filius ex pernobili gente Fuxenſi prognatus, quæ in plures ſtirpes ſciſſa, Comitũ Fuxo, Vicecomitum Benearnenſium & Lautreci, aliorúmue toparcharum à multis annis Regias omnes totius Europæ familias affinitate ſibi iunxit: ac Paulus ipſe à puero in modicis pro tantâ proſapiâ opibus, iiſque controuerſis relictus, ſacris deſtinatur; poſt humaniores literas mirâ ingenij felicitate perceptas, Græcè, Latinéque eleganter ſcribens, Iuris ſcientiæ operam nauauit, Iacobum Cuiacium, inter omnes Interpretes ſecutus, deinde Philoſophiæ ſe totum mancipauit, & Ariſtotelis doctrinæ quaſi nomen dedit, ac in eâ prælegendâ non tam præceptores, quàm amicos monitores habuit Iacobum Carpentarium virum magni nominis in Academiâ Pariſienſi, & Auguſtinum Niphum Sinueſſani illius famoſi Philoſophi nepotem, quem vti & pleróſque philologos inter domeſticos habuit. Is verò in Pariſienſi Curiâ Senator quamuis iuuenis ob merita & natales aſſumptus, cum per aliquot annos fuiſſet, bonarum artium lumine & longo rerum vſu illuſtratus, ex quo Senatu exceſſit, viam ſibi ad Regum amicitias patefecit, quibus & in Legationibus obeundis operam ſuam addixit; ſummas togæ dignitates, ac Toloſanum inſuper Archiepiſcopatum promeritus à Carolo IX. Francorum Rege. Et primùm quidem anno
1573. in Italiam mittitur, vt Reipublicæ Venetæ, Pontifici, ac cæteris 1573.
Italiæ Principibus, qui gratulatum nouo Regi Sarmatiæ Henrico Principatum Oratores miſerant, Regis
B fratris Caroli nomine gratias ageret, & inde in Germaniam eodem officio defuncturus, vt pertranſiret in mandatis habuit: ex Italiæ Principibus Philibertum Emanuelem Sabaudiæ Ducem adiuit, Guillemum Mantuæ, Mirandulanum Comitem, Franciſcum Mediceum Florentiæ Principem, denique Romanum Pontificem. in arcanum id temporis Conſilium promotus, muneribus ſuis ſummâ cum prudentiæ laude feliciſſimè defunctus eſt; ex eóque accidit, vt ſæpè abſens ab Eccleſiâ Metropolitanâ fuerit: Iacobus Cuiacius Toloſanus clarum Iuriſ-
C prudentiæ lumen, paratitla Codicis Foxio noſtro inſcripſit, eúmque vocat nobiliſſimum, longéque omnium Iuriſperitiſſimorum præſtantiſſimum, ac Conſiliarium ſanctioris, intimíque conſeſſus Chriſtianiſſimi Regis: inter alia addit: Gentili etiam proprium „
adiungo, clariſſimum ingenio acerri- „
mo quod contuliſti ad ſummam iuris „
ciuilis, & perfectam cum ſanctæ & pri- „
uatæ, tum etiam publicæ & domeſti- „
cæ diſciplinæ, & antiquitatis alienæ, „
noſtræque & terrarum deſcriptionis, „
& omnium bonarum artium ſcien- „
tiam; illuſtriſſimum animi virtute, vi- „
tâque incorruptiſſimâ, illuſtriſſimum „
D multis Legationibus, veluti Roma- „
nâ, Anglicâ, Scoticâ, Venetâ, pro „
Rege, Regnóque ſæpius iteratis, mul- „
tis honoribus, plurimíſque munéri- „
bus, miniſteriiſque publicis maximè „
tuendæ pacis, cuius ſemper auctor „
fuiſti, doctorum patronus. Ei quoque „
Iacobus Carpentarius librorum Ariſtotelis de Sapientiâ Ægyptiorum Latinam interpretationem dedicauit. At Paulus Epiſtolas ſcripſit Romæ editas, dum Regius eſſet Legatus, longè poſt eius obitum typis Lutetiæ excuſas; nam & grauiſſimis de rebus,

cum Henrici 3. apud Gregorium XIII. Pontificem, Oratorem ageret, inter ſacra morbo repentino correptus, optimè meritam de patriâ & Rege animam exeuntis Maij XXIX. die reddidit Romæ anno 1584. ætatis anno 56. intempeſtiuo planè obitu, qui debitum illi ſacræ purpuræ honorem inuidit, vt reſtatur in eius elogio Scæuola Sanmarthanus: defuncto ad B. Ludouici vbi & ſepultus, magnâ pompâ parentatum fuit, & Marcus Antonius Muretus, non ſolùm Galliæ, ſed ipſius Romæ lumen, qui viuum coluerat, mortuum habitâ publicè oratione celebrauit. Pauli encomium habes etiam in libris vitæ Iac. Auguſti Præſidis Thuani, qui honorificâ præfatione eum appellat paſſim nobilitate, eruditione, ac rarâ morum probitate æuo ſuo cum paucis comparandum. Addit & ipſum incredibili virtutis amore & caritate patriæ, magnitudine animi, ſollicitâ publicæ rei curâ, candore, fide cunctos in eius admirationem rapuiſſe; accedebat oris & totius habitus veneranda ſpecies, & verè imperio digna.

(margin: 1584.)

IOYEVSE. Ecartelé au 1. & 4. pallé d'or & d'azur de ſix pieces au chef de gueulles, chargé de trois hidres d'or, qui eſt IOYEVSE. Au 2. & 3. d'azur au lion d'argẽt à la bordure de gueulles, chargée de hoict fleurs de Lis d'or, qui eſt S. DIDIER.

71. FRANCISCVS DE IOYEVSE, II. Cardinalis Oſtienſis, Decanus ſacri Collegij, Galliarũ Protector, primò Narbonenſis Archiepiſc. nominatur 1582. vnde ad Toloſanam transfertur Metropolim. Celebrat Concilium prouinciæ ſuæ menſe Maio 1590. cum Suffraganeis, in quo præclaræ conſtitutiones, pro œconomiâ Eccleſiæ ordinaræ ſunt, iuxta decreta Synodi Tridentinæ, Cathedralis chorus flammis exuſtus ipſius ope reſtitutus eſt 1612. floruêre etiam ſub eius Pontificatu Stephanus Duranti, Petrus Faber Saniorius, Philippus Berterius Toloſani Senatus Præſides, Franciſcus Roaldeſius, & Petrus Gregorius Iuriſconſulti clariſſimi. Denique ſublectus eſt Franciſcus ad Eccleſiam Rotomagenſem vbi de ipſo plura egimus.

NOGARET. Ecartelé au 1. & 4. party & coupé en chef, le premier party d'argent à l'arbre de ſinople, qui eſt NOGARET; le ſecond party de gueulles à la croix vuidée & pommetée d'or, qui eſt TOLOSE. Le chef de gueulles à la croix potẽcée d'argẽt. Au 2. & 3. cartier écartelé, le premier & quatrieſme de FOIX, cõme cy-deſſus, le 2 & 3. de BEARN, comme cy-deuant.

72. LVDOVICVS DE NOGARET, II. Cardinalis DE LA VALLETTE, tituli ſancti Adriani, Abbas Beati Saturnini, S. Victoris Maſſilienſis, S. Melanij Redonenſis, Grandiſſiluæ, S. Vincentij Metenſis, de Gardo, Graſſenſis, & S. Martini de Campis Luteriæ Archimandrita, Andegauenſis prouinciæ ac Mediomatricum Gubernator, natus eſt Engoliſmæ 1593. die 8 Februarij, patre Ioanne Ludouico Nogareto Eſpernonij Duce, Franciæ Pari, Peditatus Gallici Præfecto, variiſque temporibus Normanniæ, Prouinciæ, & Aquitaniæ Prorege, matre verò Margaretâ Fuxenſi Candalæ Comitiſsâ, cuius Archiepiſcopi fratres fuêre, Henricus de Fuxo à Vallerâ Dux Candalæ, ac Bernardus Eſpernonij Dux, Princeps Buchij, Fuxenſis, Montisfortis, & Aſtaracenſis Comitis, Aquitaniæ, tum Burgundiæ Proregis. Ludouicus autem generoſi ſpiritus adoleſcens, grandior factus, bellicam diſciplinam amplecti voluit, ſed parentis voluntati obſequens, ad Eccleſiæ munera ſe applicuit; humanioribus ergo literis cùm Philoſophiâ tum Theologiâ apprimè inſtitutus, adhæc opulentiſſimarum Abbatiarum titulo donatus, cedente Cardinali de Ioyosâ fit Toloſanus Archipræſul, & purpuratos inter Eccleſiæ Patres adſcribitur à Paulo V. Pont. an. 1621. XI. Ianuarij. Intereſt Comitiis Pariſienſibus regni 1614. Cœtui Clerici Gallicani Burdegalenſi 1621. & alteri Lutetiæ habito 1625. Romam proficiſcitur 1623. in negotiis politicis Regi fideliſſimus, in Theologicis ſubtiliſſimus ac ſolidiſſimus habetur. Anno verò 1633. militiæ S. Spiritus cum aliis Eccleſiaſticis Præceptoribus annumeratur apud Fontembellaquam. Bernardus de la Rocheflauin in Senatu Toloſano Præſes, ei Antiſtiti dicat opus Gallicũ de Parlamentis Franciæ, veluti in grauiſſimo Senatu ob ſuam Archiepiſcopalem dignitatem primo nato Senatori. Paratirla quoque in quadraginta libros Digeſtorum ei conſecrat Iacobus Maran Anteceſſor Vniuerſitatis Toloſanæ. Huius tempore Guilelmus Catel ſcriptis clarus, qui Toloſanorum Comitum ac Septimaniæ Hiſtorias luci dedit 5. Octobris an. 1626. obiit, & Petrus Mathæus auctor Hiſtoriæ Gallicæ quarto Idus Octob. an. 1621. deceſsit, ambóq; ſepulti in clauſtro S. Stephani. Eodem Præſule fundantur in vrbe, Carmelinæ anno 1616. Tertiariæ 1620. Benedictini reformati Congregationis ſancti Mauri 1622. Fulienſes 1623. Ceterùm Adminiſtratore Archiepiſcopatus & diœceſeos in ſpiritualibus Philippo Coſpeano Nannetenſi, tum Lexouiorum Antiſtite vſus eſt, ac poſt plures tandem poſſeſſionis annos Toloſanæ Eccleſiæ, nuncium

(margin: 1621. 1623. 1626.)

remiſit in gratiam Caroli Monchalij
1623. Igitur non conſecratus ab Eccle-
ſiaſticâ militiâ tranſiit ad ſæcularem,
Regiis exercitibus in Germaniâ, Bel-
gio, Italiâ, ipſique Metenſi vrbi & pro-
uinciæ præficitur: cum Bernardo Vei-
1635. marienſi Duce an. 1635. expeditionem
in Germaniam ſuſcepit, inde 1637. Du-
ci Candalæ fratri iunctus Landrecium
oppidum munitiſsimum, & alia loca
expugnauit, denique in Italiam miſ-
ſus, ditionem Caroli-Emanuelis II. Sa-
baudiæ Ducis pupilli, contra Hiſpa-
norum conatus fortiter tutatus, non-
nullas vrbes recepit, tandémque ex
morbo deceſsit Riuolæ ad ſecundum
1639. ab vrbe Taurinenſi lapidem 1639. die
28. Septembris, corpus in Galliam de-
latum ad D. Saturnini deponitur, tum
Eſpernonij patris iuſſu, Cadiliaci ſe-
pulturæ traditur. Elogiis funebribus
ei parentarunt Vitalis Theronus, Ioan-
nes Samblancatus, Vincentius Rotho-
magenſis tertij Ordinis B. Franciſci re-
ligioſus, Henricus Auberi, Antonius
Chanut, Petrus Poſsinus, multique
alij poëtæ, quorum opera iuſſu Caroli
de Montchal eius ſucceſſoris collecta
ſunt.

Mont-chal. De gueulles au chef d'or, chargé de trois mollettes d'azur.

73. Carolvs de Montchal
nobilis familiæ Petri & Annæ de Guil-
lon filius, ex Abbate ſancti Amantij
de Buxiâ diœceſis Engoliſmenſis, &
ſancti Saluatoris Vicecomitis diœce-
ſis Conſtantienſis in Neuſtriâ, per ceſ-
ſionem Ludouici Cardinalis de la Va-
lette conſecratur Lutetiæ apud San-
ctam Genouefam à Ioanne Franciſ-
co Cardinale à Balneo, aſsiſtentibus
Claudio de Gelas Agennenſi, & Clau-
dio de Rueil Andegauenſi Epiſcopis,
Dominicâ primâ poſt Epiphaniam,
1628. die nonâ Ianuarij an. 1628. præſenti-
bus Eminentiſsimis Cardinalibus de
Rupefulcaudo & de Valletâ. Vrbem
ingreſſus eſt cum inſigni pompâ ma-
gnóque populi concurſu, XIV. Maij
eiuſdem anni; eius exemplo & concio-
nibus, eloquentiâ ac doctrinâ ad po-
pulum efficaciſsimis, cæteriſque vi-
gilantiſsimi Præſulis virtutibus quibus
præditus fuit, vetus Toloſatum pietas
maiora in dies ſumpſit incrementa. In-
tereſt Cœtui Cleri Gallicani Lutetiæ
1635. habito an. 1635. vbi pro ſacro Ordine
coram Rege Ludouico XIII. perorauit
die 18. Nouembris; alteri Meduntæ
apud Velocaſſes 1641. demum tertio
Lutetiæ 1645. in quibus omnibus Ec-

A eleſiaſticæ libertatis acerrimum ſe præ-
ſtitit defenſorem, & in duobus poſtre-
mis omnium votis in Præſidem ele-
ctus eſt. Die 13. Nouemb. anni 1644. 1644.
cum Clero ſuo in Eccleſiâ S. Satur-
nini in vrbe, aſſiſtentibus tum Epiſ-
copis Montalbanenſi, Riuenſi, Va-
lentino, S. Pontij, Caſtrenſi, Lom-
barienſi, & S. Papuli, cum Senatu To-
loſano, Octouiris Capitolinis eiuſ-
dem ciuitatis, & incredibili non vi-
cinarum modò, ſed longe etiam re-
motarum prouinciarum concurſu,
Reliquias ſanctorum Edmundi Regis
Angliæ, Symphoriani, Claudij, Ni-
B coſtrati, Caſtoris, & Sympliciani
Martyrum, ſecundùm votum ab ipſis
Octouiris tempore peſtis emiſſum, quâ
dimidia ferè pars ciuium perierat, ex
ſepulturis marmoreis in capſas argen-
teas repoſuit, quas ſolemni apparatu
ſublatas, & publicè ſuper altare Beati
Saturnini expoſitas, magnâ populi
frequentiâ per octo dies veneratur.
Sub eius pontificatu an. 1647. menſe 1647.
Decembri ab ipſo verificata & tranſ-
lata ſunt corpora Raymundi Scripto-
ris Archidiaconi Villæ-Longæ, Ca-
nonici Toloſani, & Bernardi eius Cle-
C rici, qui pro fide Catholicâ ab here-
ticis Albigenſibus trucidati ſunt apud
Auinionetum diœceſis tunc Toloſa-
næ, nunc S. Papuli, in caſtro Raymun-
di Comitis an. 1242. 29 Maij, quæ ia-
cebant in clauſtro prædictæ Eccleſiæ,
eiúſque iuſſu & auctoritate adſtante
Capitulo repoſita ſunt in capsâ plum-
beâ in penetrali parietis ad cornu
Euangelij capellæ S. Alexij in eadem
æde, ſub hac inſcriptione marmori
inſculptâ: Hæc ſunt oſſa Raymundi «
ſcriptoris Archidiaconi Villæ-Longæ, «
& Bernardi eius Clerici, qui apud A- «
uionetum cum Inquiſitoribus fidei ab «
hereticis interfecti fuerunt. Carolo «
item ſedente inſtitutum eſt ſemina-
D rium Clericorum in Eccleſiâ parochia-
li S. Petri de Coquinis, Carmelitæ re-
ligioſi ad ſtrictiorem vitam redacti, xe-
nodochium validorum pauperum S.
Ioſephi de la Graue nuncupatum;
Erecta ſunt & monaſteria Monialium
congregationis B. Mariæ, & aliud Vi-
ſitar. S. Virg. Religioſæ in xenodochio
D. Iacobi, S. Vrſulæ in vrbe Granatâ,
& Fratres tertij Ordinis S. Franciſci
in oppido Inſulæ Iordanis; conſtituta
eſt quoque in capellâ Beatæ Mariæ
de Roqueuille congregatio presbyte-

A rorum ad inſtructionem populorum eiuſdem diœceſis. Omni genere doctrinæ ornatiſſimus fuit, linguæ Hebraicæ non ignarus, Græcæ peritiſſimus, antiquitatibus ſacris plurimam operam dedit & Græcis, præſertim hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, ad quorum elucidationem & emendationem multa obſeruauit, quæ in publicum promere à Comitiis Generalibus Cleri Gallicani enixè rogatus eſt: has lucubrationes Eccleſiæ ornamento perutiles futuras, eum typis edentur, breui ſperatur. Ad hæc perfectiſſimâ Conciliorum omnium intel-
B ligentiâ, hiſtoriæ prophanæ & iuris cùm Canonici tum Ciuilis lectione inſtructus, Præſulis ex omni parte abſoluti ſpecimen dici poterat. Has omnes notiones vaſtiſſimâ mentis capacitate, ſolidiſſimóque ingenij acumine acquiſierat, quod etiam non parùm contulerat exquiſitiſſima bibliotheca, quâ refertam habebat, tum rarioribus in ſingulis facultatibus libris iam editis, cùm manuſcriptis quamplurimis, quorum maximam partem Hebraicis, Arabicis, Græciſque caracteribus exaratam, nec typis adhuc mandatam ex omnibus Europæ regionibus ſtudioſè
C collegerat: illorum copiam viris doctis liberaliſſimè faciebat, quibus præſidium in eo tutiſſimum, ac fautor benigniſſimus per eius mortem ereptus eſt, quod teſtantur plerique in epiſtolis operum quæ ipſi dicarunt, inter quos Stephanus Moliniet Toloſanus, conciones Eccleſiaſticas Gallicâ pietate & elegantiâ habitas, & ſcripto redactas. Innocentius Cironius paratitla in libros Decretalium, Franciſcus Combefis Andreæ Cretenſis ex Græco verſionem, Frizonus opus Stephani Durandi de ritibus Eccleſiæ, Caſanoua hiſtoriam S. Edmundi Gallicè, Pater Odo Soc. Ieſu vitam ſancti Satur-
D nini, Rauelius doctrinæ Chriſtianæ Religioſus librum de virtutibus & donis Spiritus Sancti, multique alij quos referre longum eſſet, Antiſtiti noſtro meritis laudibus ſua opera conſecrarunt. Plerique etiam ex eius bibliothecâ manuſcripti codices in lucem prodierunt, Pſelli ſynopſis legum ex Græco in Latinum ab Anthouio Boſqueto verſa, oratio Leonis Imperatoris de ſancto Nicolao, Nili Archimandritæ opera quædam; duæque exactiſſimæ Græcorum Patrum Catenæ in Diuos Mathæum & Marcum Euangeliſtas, cum Petri Poſſini verſione latinâ & annotationibus. Ex latinis quoque edidit Facundum Iacobus Sirmondus, eiuſdem Societ. Preſbyter. Multi viri docti huius Archipræſulis meminerunt, quorum elogia cum præ multitudine hic adducere non poſſumus, ſatis erit dicere Rigaltium, Sirmondum, Aubertum, Holſtenium, Allatium, Caſamnouam, illuſtrioréſque ferè omnes ætatis noſtræ auctores, in ſuis operibus de illo feciſſe mentionem. Inter quos Ioannes Samblancatus Toloſas, præſtantiſsimi illius ingenij ac animi dotes, in epiſtolâ nuncupatoriâ Indicis Comitum Ruſcinonenſium his verbis delineare conatur: Quæcúnque deſiderantur in numeraro habes, & ex tempore deptomis, quod diuitis ingenij argumentum eſt: ſed quamuis leui contactu veternum ignorantiæ excutias, atque ipſo coniectu oculorum ſcientiam inſpites, tamen pro tuâ ſanctimoniâ nihil exire finis, fontéſque rerum vberrimos obſtruis, niſi ad Dei cultum, ſalutémque populorum deriuentur. Illuſtria illa tua ſtudia in omni ratione doctrinæ ſcriptis elegantiſſimis publicare potes, mauis tamen comprobare vitæ inſtituto, & monimenta ſanctitare morum, quàm nitore ſermonis euulgare: hactenus Samblancatus. Multa porrò dominia à prædeceſſoribus vrgentibus tēpus alienata, menſæ Pontificali vniuit, & palatium Archiepiſcopale reſtauratum vetuſtate collabens, ad formam elegantiſsimam redactum adornauit, cuius ſuperliminari portæ affixus hic titulus: Benedic domui ſerui tui Domine, vt ſit in ſempiternum coram te. Demum ad Comitia prouinciæ Occitaniæ apud Carcaſſonam profectus, vltimo morbo afficitur, perceptiſque ritè ſacramentis Eccleſiæ, & ſanctâ Synaxi, miniſtrante Archiepiſcopo Narbonenſi, pio erga Deum animo, die XXII. Auguſti anni 1651. in hæc verba Paſtore vigilantiſſimo planè digna animam emiſit: *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, & Sponſam meam*; corpus deinde à Canonicis elatum, Toloſæ humandum defertur: & 5. Septembris ſequentis Comitia funebri pompâ in æde S. Vincentij Carcaſſonenſis illi parentarunt, mortuum oratione laudauit Petrus Berterius Coadjutor Vticenſis, poſtea Montalbanenſis Præſul. 1651.

Sepultus eſt in Eccleſiâ Metropolitanâ ad cornu Euangelij altaris maioris, ſub extremis gradibus throni Archiepiſcopalis, iuxta tumulum Petri de Molendino; epitaphium nullum adhuc poſitum fuit, ſed ipſe ſibi dum viueret compoſuit, iuſsitque hæc tantummodo verba pro elogio adſcribi: CAROLVS DE MONTCHAL *Archiepiſcopus* TOLOSANVS, *hic expectat Reſurrectionem mortuorum.* Eius exequias in Metropolitanâ celebrauit Ioannes-Ludouicus Betthier Riuenſis Antiſtes, aſsiſtentibus honorificè Ioanne d'Affis Lombarienſi, Ioanne de Foſſé Caſtrenſi, Petro de Marca Conſoranenſi, poſtea ſucceſſore dignisſimo, & Franciſco-Stephano de Caulet Appamienſi, qui in choro S. Stephani præſente inſigni omnium Ordinum ciuitatis coronâ mortuum commendauit.

DE MARCA. Ecartelé au 1. & 4. de gueulles au cheual d'or, qui eſt MARCA. Au 2. & 3. d'argent à trois hermines, deux en chef & vne en pointe, qui eſt TRESCENS.

74. PETRVS DE MARCA VI. ortus eſt ex clariſſimâ familiâ in Benearni Principatu. Eius auctor Garſias Marca, qui præfectus turmis equitum Gaſtonis Principis Benearnenſis, egregiè munus ſuum obiuit, in obſidione Cæſarauguſtanâ aduerſus Saracenos anno MCXVIII. Captæ ciuitatis pars maxima in Gaſtonis ditionem ceſſerat; qui vetuſtiſſimam orbe toto Eccleſiam B. Mariæ de Columnâ nuncupatam priuilegio auxit: quod ſuo, ac procerum aliquot, & inter reliquos Garſiæ ſigillis muniuit. Iſtius verò ſigillum parte ex vnâ, verba iſta præfert, Garſias Marca Præf. equ. D. Gaſtonis, parte ex alterâ impreſſum habet equum: ad oſtendendam ſcilicet equitatus præfecturam; non abludente quoque nominis familiaris appellatione. Marca enim linguâ Gallorum antiquiſſimâ equum ſignificat apud Pauſaniam, & in legibus Alamannorum. Vnde ſtemma huic familiæ hereditarium manſit, equi ſcilicet aurei in areâ rubrâ. Militiam eius poſteri, prout tabulæ domeſticæ docent, cum laude Principibus ſuis obſequentes exercuerunt ad annum MCCCCXL. Tunc Petrus Marca iuris eximiam peritiam adeptus, negotiorum procurationi Generali in vniuerſis ditionibus Principis ſui admotus eſt, & ad Præſidentiam eius Conſiliorum tandem euectus. Quæ duo munera laudabiliter ab eo geſta in filium eius Ioannem per gradus tranſcripſêre Comites Fuxi, ſupremi Principatus Benearnenſis Domini. Brunetus Ioannis filius ad militarem functionem rediit; aulico officio ornatus à Ioanne Albretio Rege Nauarræ; ſed literis ſe iterum addixit Ioannes alter, Bruneti filius: qui iuris vtriúſque & politicæ ſcientiæ periti ſſimus, ad Conſilia omnia ab Henrico II. Rege allectus eſt, codicillis datis an. 1522. hic Ioannâ de Treſcens, quæ ſola ſupererat ex proceribus eius nominis, vxore ductâ, ſtemma ſuum auxit gentilicio Trecenſiorum ſtemmate, tribus nempe erminiis: proximâ affinitate iunctus Ioannæ auunculo Petro de Biaxio, ſiue Biaſsio Regum Nauarræ Ioannis & Catharinæ Cancellario. Prognatus eſt ex eo matrimonio Hieronymus, qui promotus ad gradum Præſidis in vtróque Conſilio, ordinario ſcilicet & ſecretiore Ioannæ Reginæ Nauarræ, Catholicas partes ſecus conſilio & armis iuuit, quando exercitu conflato ſub Regis Galliæ patrocinio, excidium Eccleſiæ ac fidei à Reginâ intentatum amoliri conabantur. Sed diuino numine auerſo, populi ſui peccata vlciſcente, ſuccubuit armis Reginæ Catholicorum exercitus anno 1569. & Hieronymus proſcriptus Pariſios ſe contulit, vbi regiâ munificentiâ bonorum ſpoliationem ſolatus eſt, donec illi conceſſa eſt in patriam redeundi libertas. Iacobus patris Hieronymi monitis firmatus Catholicam fidem conſtanter retinuit, licet Regis Henrici Borbonij Domini ſui caſtra ſequeretur. Ex eius coniugio & nobilis piæque matronæ Catharinæ de Lattet Petrus de quo agimus naſcitur anno 1594. in domo paternâ, quatuor millibus paſſuom ab vrbe Palo in diœceſi Laſcurrenſi. Illâ tempeſtate Caluiniana hæreſis vigebat in Bearnio, depulſo per vim Catholicæ religionis exercitio ab anno 1569. quâ calamitate coacti Catholici liberos ſuos Miniſtris tingendos offerebant. Attamen pij parentes ne communione hæreticorum polluerentur, extra patriæ fines in monaſterio S. Petri Generenſis in diœceſi Tarbienſi baptiſandum detulerunt filium: cui monachus S. Benedicti officio parochi in ſuâ Eccleſiâ fungens, Petri nomen ex eorum voto impoſuit, his verbis ſuperadditis de ſuo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo

» Eccleſiam meam. Quæ ſacri ominis
vice accepta ſunt à parentibus, & ab
vniuerſo cœtu: ſæpeque adoleſcenti
inculcata, vt ſtudia, conatúſque ſuos
ad reſtituendam Catholicam religio-
nem in patriâ, maiorum ſuorum exem-
plo dirigeret. Itaque diligenter in eâ
educatus fuit à patre, qui ſtudioſiſſi-
mè cauebat, ne in tenerâ ætate, vllo
ne leui quidem ſpiritu hæreſeos affla-
retur. Quare licet in Benearno eru-
ditis viris, ſed Caluinianis Academia
amplis ſtipendiis dotata floreret, ma-
luit eius iuuentutem ſtudiis literarum
Auſciis primùm, dein Toloſæ exco-
lendam curare. Exinde humanioribus
literis, philoſophiâ, & vtriúſque iuris
cognitione apprimè inſtructus, ante
annum ætatis vigeſimum ſecundum,
ſupremi Benearnenſis Conſilij Sena-
1615. tor deſignatur anno 1615. ſolus inter
reliquos magiſtratus Catholicæ fidei
profeſſor. Eo in munere ſucceſſerat
patruo ſuo Ioanni, viro grauitate mo-
rum inſigni, iuris vtriúſque & politicæ
peritiſſimo: qui ob egregia merita cùm
dignitate illâ ornatus fuiſſet à Rege,
nec reſcriptis vllis, nec delegatorum
operâ auctoritas regia obtinere potuit
à Senatoribus Caluinianæ factionis, vt
in corpus Senatus admitteretur, eò
quod non ſolùm eſſet Canonicus &
Vicarius Generalis Epiſcopi Laſcur-
renſis, quibus dignitatibus renunciari
poterat; ſed præcipuè quod eſſet preſ-
byter: cuius contentionis meminit
Ioannes Bordenaue vir eruditus in
Tractatu de Curiis Eccleſiaſticis, cum
Petri noſtri laude ſingulari. Incidit
in ea tempora grauis in regno contro-
uerſia, ob edictum à Rege Ludouico
1617. XIII. conditum an. 1617. de reſtauran-
do generaliter in Benearno, quod de-
finitis in locis iam inſtitutum erat, Ca-
tholicæ religionis exercitio, & bonis
Eccleſiaſticis reſtituendis: cuius exe-
cutionem Conſilium Benearnenſe vnà
cum Protege, variis artibus, minis quo-
que, Caluinianæ factionis per vniuer-
ſum regnum ſparſæ præſidio, per quin-
quennium diſtulerat, ſed induſtriâ ſuâ
atque conſtantiâ Petrus, adiunctâ quo-
que Iacobi patris à nobilitate Catho-
licâ quater ad Regem delegati gnauâ
& ſolerti operâ, factionis conſilia ſæ-
piùs detexit & eluſit, licet non ſine vi-
tæ præſentis periculo; tandémque re-
lationis ſuæ auctoritate Regem ad ag-
grediendum iter Benearnenſe impu-
lit. quo facto religio quidem reſtau-
rata eſt in prouinciâ: ſed bellum à
Caluinianis, per vniuerſas ferè pro-
uincias eam ob cauſſam excitatum,
quod Ludouici armis compoſitum eſt.
Cęterùm Princeps, Conſilij nomine in
Parlamentũ commutato, Petri merita
rependit Præſidis officio, abſque pecu-
niæ ſuffragatione, & cum prolixâ æta-
tis veniâ illi collato anno 1621. Hic 1621.
verò auctoritate magiſtratus ſui in iu-
diciis; & frequenti cum hæreticis col-
latione, vtpote in antiquitate Eccle-
ſiaſticâ, & in controuerſis fidei quæ-
ſtionibus, ex aſſiduâ ſcripturæ ſacræ,
& omnium Patrum, pluriúmque ſcho-
læ Doctorum lectione, eruditus, Mi-
niſtris quatuor, præter cæteros, ad Ec-
cleſiam reductis, religionem Catholi-
cam amplificauit. Hiſtoriam patriæ
ſuæ, & adiunctarum prouinciarum, an-
tea ipſis quoque indigenis incogni-
tam, ſummâ curâ & diligentiâ, ex ve-
terum actorum fide, adhibitis paſſim
eruditiſſimis obſeruationibus deſcri-
pſit an. 1640. Cum celebrior in dies
euaderet eius fama, ad ſacrum Conſi-
ſtorium paucis tunc apertum, licet ferè
inuitus ob patriæ amorem, à quâ di-
uelli ſe ægrè patiebatur, à Rege ipſo
perhonorificè adſcitus eſt anno 1639. 1639.
in quo præclara eius opera ſtatim
enituit, & vis ingenij ſolertiáque
præſens patefacta eſt ad diſtringen-
da grauiora quæque negotia, cum
ſingulari ciuilium rerum & Eccleſiaſti-
carum peritiâ. Tunc iuſſus eſt de Iu-
riſdictionis ſpiritualis & regiæ finibus
diſſertationes inſtituere, quas iuxta
propoſitum ſibi finem de Concordiâ
Sacerdotij & Imperij inſcripſit, eru-
ditione multiplici & ad rerum vſum
accuratè inflexâ refertas. Deſinente
autem anno 1642. Rex illum nomina- 1642.
uit ad Epiſcopatum Conſeranenſem.
Incipiente autem anno 1644. Ludoui- 1644.
cus XIV. auctore Reginâ Matre tranſ-
miſit illum in Cataloniæ Principatum,
Viſitatoris regij munere functurum;
conceſsâ ſcilicet ei cenſurâ in omnes
magiſtratus prouinciæ regios: & ciui-
lis regiminis adminiſtratione, præci-
puè in Proregum abſentiâ, quæ fuit
frequentiſsima; non omiſsâ quæ In-
tendentibus mandari ſolet in milites
& copiarum ductores poteſtate, atque
ærarij curâ. Sed hanc pecuniarum
muneris partem cùm abſtinentiſsimè
exercuiſſet anno integro, à ſe amoueri

enixè poſtulauit : quod vix à Rege A obtinuit, paſſus ferè repulſam eâ ex cauſsâ, quam petitioni ſuæ prętendebat ; nempe nolle ſe ex pecuniis regiis aliquid in rem ſuam vertere, nec eius criminis ſuſpicioni patere apud inuidos. Reliquas Viſitatoris partes ſic obiuit vt Gotholenſium animos, licet prefractos & exterorum contemptores, ad ſui venerationem compulerit; vſus humanitate illâ ſuâ, & mixtâ cum ingenuâ ſinceritate, prudentiâ ſingu-
1645. lari ex aſsiduo rêrum vſu partâ. Duas annis 1645. & 1649. factioſorum aliquot coniurationes aduerſus Barcinonem cum in limite exercitus regius B conſiſteret, copiis validis Hiſpanorum terrâ marique fultas, indigenarum ope, conſilio conſtantiâque ſuâ diſsipauit. Neque verò iuuandæ rei literariæ curam licet negotiorum mole ferè obrutus, omnino depoſuit. Quippe Catalonıæ illuſtratæ volumen concinnauit in quatuor libros tributum : in quibus Hiſpaniæ integræ, ſed præcipuè Taraconenſis prouinciæ veteris, mediæ, & recentioris Geographica veterum teſtimonia vix à quoquam intellecta, & Inſcriptiones antiquæ accuratè expli- C cantur. Tum ciuilis & Eccleſiaſticæ adminiſtrationis ratio diſputatione vberrimâ expenditur, vſque ad Gothorum tempora. Diſcutiuntur deinde mutationes ab iſtis inuectæ in vtroque regimine, tàm ex Conciliis Toletanis, quàm ex integrâ lege Gothicâ, iuxta codicem Riuipullenſem ſcriptum anno decimo Roberti Regis. Excidium à Mauris illatum oſtenditur, & reſtauratio Francorum armis facta, qui pulſis Mauris fidem Catholicam in Cataloniâ firmarunt. De Comitibus in eâ conſtitutis diſſetitur: déque dotatis & reſtitutis Epiſcopa- D tibus, atque excitatis Abbatiis à Regibus Francorum : prolatis actis donationum quæ paſſim explicantur. Claudit opus hereditariorum Comitum noua & enucleata explicatio : & iuris illius quod in eâ prouinciâ Coronæ Gallicæ competit. Pſalmorum ſenſum literalem, & perpetuum, iuxta mentem ſeptuaginta interpretum, & vulgatæ editionis ad vſum Cleri ſui expoſuit : additis ſcholiis in locos difficiliores, notatis quoque præcipuis differentiis cum Hebraïco textu. De Lugdunenſi Primatu & cæteris Primatibus diſſertationem edidit, cum notis ad Concilium Claromontanum. Publica tabularia tùm Regia, tùm Eccleſiarum Cathedralium, & monaſteriorum inſpexit : vnde acta quamplurima tranſcribi fecit. Inter cætera genuinam Collectionem Canonum & Decretorum Iſidori Hiſpalenſis, commentis Mercatoris carentem, ex archiuo Cathedralis Eccleſiæ Vrgellenſis deſcriptam ; aliámque ex Riuipullenſi monaſterio antiquiorem Dionyſio Exiguo plurimi facit. Vtrámque publicare decreuit ; additis quinquaginta Diſſertationibus quas magnâ ex parte affectas habet, de præcipuis Canonicæ diſciplinæ articulis. In quo conſilio confirmatus fuit, poſtquam ex locupletiſſimâ bibliothecâ ſuperilluſtris Domini Petri Seguierij Franciæ Cancellarij atque illius beneficio nactus eſt edendam Collectionem Græcam Ioannis Scholaſtici in quinquaginta titulos digeſtam, cuius compendia tantùm extant in Bibliothecâ Regiâ & Vaticanâ. Cæterùm cùm eius induſtria Regi maximè probata eſſet in ordinandâ prouinciâ, vix impetrare potuit reditum in patriam, licet ſæpiùs à ſe flagitatum ; præcipuè 1647.
poſtquam anno 1647. literis Apoſtolicis præfectus eſt Eccleſiæ Conſeranenſi : quæ tamdiu dilatæ fuerant inter cętera, artibus quoque Legati Hiſpani in Curiâ Romanâ, verentis ne dignitate ex illâ augeretur eius auctoritas apud Catalanos nominis Epiſcopalis deuotos cultores. Receſſit tandem ex illâ prouincia menſe Iulio anni 1651. & poſt aditam diſpoſitám- 1651.
que Eccleſiam Conſeranenſem, in comitatum regium ſe contulit, fidei ſacramentum ratione Epiſcopatus ex officio Regi prętiturus. Demum Principis obſequiorum in Cataloniâ impenſorum memoris liberalitate poſtulationem omnem anteuertente, ad Eccleſiam Toloſanam nominatus eſt die 1652.
27. Maij anni 1652. factâ illi vt ſolet fructuum ab œconomo percipiendorum donatione. Vnde occaſionem ſumpſit literis à ſe ad Innocentium x. datis inferendi verba ſequentia : Non « me latet quantopere huic oneri ferendo vires meæ ſint impares : quarum « tenuitatis apprimè conſcius ne dignitatem illam exambirem, planè ſum « deterritus. Attamen tanti Principis de « me iudicium fecit, ne illam nec pe- « tenti

« tenti oblatam detrectarem : ex mero
« debiti obſequij officio diuinæ opitu-
« lationis certiſsima præſidia expectans,
« ſi Sanctitatis veſtræ quæ Chriſti Do-
« mini vices gerit in terris conſenſus ac-
« cedat, & auctoritas quæ à priori Ec-
« cleſiâ exſoluere, & alteri præponere
» Sedis Apoſtolicæ priuilegio ſola po-
« teſt. Ego ſanè polliceri nolim immen-
« ſis & inſolitis Eccleſiam Toloſanam
» vtilitatibus ex meâ translatione au-
« ctam iri : ſed induſtriæ qualiſcunque
« meæ probandæ latiorem campum in
» eius regimine apertum iri, quàm in Ec-
« cleſiæ Conſeranenſis anguſtis finibus
« inficiari non debeo. O me felicem,
» quandò veteris illius atque ſanctiſſimi
« ſacerdotis Exuperij exemplo, (qui ex
» Præſidatu in Hiſpaniis acto Cathe-
» dram illam ſuſcipiens, eam deinde
» rexit iuxta pium atque prudens Inno-
» centij primi ad eius conſulta reſpon-
« ſum,) licebit per Innocentij x. decre-
« tum, poſt geſtos magiſtratus Regios
« in Galliâ & Hiſpaniâ, Epiſcopatus
» quoque curis functo mihi, Toloſanæ
« Sedis adminiſtrationem capeſſere. Ex-
pectantur proximâ quaque die literæ Apoſtolicæ de eius translatione, poſt-quam controuerſiæ quædam leues ob negotia publica exortæ in Curiâ Romanâ compoſitæ fuerint : quæ prouiſionum omnium Apoſtolicarum ab aliquo tempore expeditiones retardarunt. Interim cum iuxta morem receptum in Galliâ, in conuentibus Epiſcoporum & alibi locum & dignitatem Archiepiſcopi ex vi nominationis Regiæ obtineat, eum illi nos quoque in hoc catalogo tribuere par erat.

PRÆPOSITI ECCLESIÆ TOLOSANÆ.

Omnia Præpoſitorum hæc tantùm à nobis obſeruata ex variis chartis Eccleſiæ Sancti Stephani, quorum ſeries digeſta nunc primùm in lucem prodit.

Guairaldus ſedente Iſlone Epiſcopo officio Præpoſituræ ornatus, vt dicet breuis indiculus donationis cuius talis eſt tenor in Commentariis Septima-

A nia. Islus Epiſcopus & Guairaldus Præpositus Gameuil-
læ dederunt ad feuum, Benedicto
Clerico, & fratri ſuo Petro Clerico
guardam toto decimo B. Stephani To-
loſæ. Inſuper ſupradictus Præpoſitus
dedit eis ex toto ſuo honore Præpo-
ſiturale, quam habebat in terminio
ciuitatis Toloſæ de ſancto Stephano
totam guardam & totum ſeruenrage,
& pro hoc feuo dederunt illorum Do-
mino Præpoſito v. ſol. acaptationis, &
in vno quoque anno vnum prandium
optimum cum ſex Militibus, & in
B hoc feuo dedit illis totam ſiglicem,
& totum milium & balagium, & de-
cimum de ſextaraiis bouerium, & re-
trodecimum, & retrocole, toróque
ſolagge, & ſeneſcalciam, atque piſtri-
num Eccleſiæ S. Stephani, & cella-
rium atque coquinam, & de eâ ha-
bebant totas pelles ſcorticatas, &
diem S. Stephani, tot ſolagge de fru-
mento qui ibi erit oblatus, & per ſe-
neſcalciam habebunt feuum de reſta-
cane; & ſi de hoc feuo Præpoſitus po-
terit eos inculpare, faciant ei viſtum
& habeat quinque ſolidos iuſtitiam.
ſignum Iſlus Epiſcopus, S. Gairaldus
C Præpoſitus qui hoc feuum dederunt
& manibus firmauerunt, S. Boniſillus
Sacriſtanus de Brantalone, S. Ste-
phanus Hugo Paraphoniſta, S. Ste-
phanus de Montelubello, S. Bertrandus Iordanus, & filij eius Gauſbertus, Bernardus, Oalricus, Dodo, Aigra, & alij Clerici, tam laici, qui ibi aderant. Gauſbertus Capellanus ſcripſit.

Samuel Præpoſitus ſiue Primicerius, vt antiquæ tabulæ vocant, donauit S. Stephano, Hugoni, Aufredo Decano, & Luponi Archidiacono poſſeſſiones quas habebat apud S. Melaniam re-
D gnante Ludouico anno decimoquarto.

Lupo Præpoſitus & Archidiaconus, maior, bonis, fundiſque opulentiſſimis in territorio Toloſano iuxta fluuium Aurigetam monaſterium Coxani in valle Confluentis locupletauit, quod patet ex originali Metropolitanæ an. 970. 970. conceſſit quoque allodium Eccleſiæ Diuæ Gauellę, ſancto Stephano.

Geraldus Primicerius, Mirone Decano hac dignitate functus vt videtur poſt Luponem, quemadmodum liquet ex codicillis Hugonis Epiſcopi.

Raimundus I. Præpoſitus & Epiſcopus Lactotenſis anno 1077. in chartâ reſtaurationis S. Mariæ Deauratæ. 1077.

1119. *Aycardus* ex Archidiacono electus 1119. querimoniam mouet de Eccleſiâ S. Mariæ Deauratæ Beato Stephano ablatâ, & in Synodo Claromontenſi 1130. de eâ repetendâ, conſilio Guilelmi Archiepiſcopi Auxitani prohibitus eſt, cuius interuentu Petrus Abbas Cluniacenſis ad Moiſſiacenſem ſcripſit, pro iure Canonicis reſtituendo, vti fusè in archiuis S. Stephani enuntiatur. 1130.

BONVS-HOMO. *Bernardus Bonus-Homo* I. Præpoſitus in actis anni circiter 1136. ſic enim vetus membrana affirmat:

„ Ego ILDEFONSVS per Dei gratiam Comes Toloſanus, Dux Narbonæ, & Marchio Prouinciæ, amore Dei & Virginis Mariæ, & amore glorioſiſſimi Stephani, & omnium Sanctorum Dei, & pro redemptione omnium peccatorum meorum, & omnium parentum meorum, conſilio multorum virorum qui ibi mecum erant, derelinquo & abſoluo coram populo Toloſano, illam peſſimam conſuetudinem quam anteceſſores mei, in rebus Toloſani Epiſcopi defuncti eodem Epiſcopo per violentiam exigebant, illam ſupradictam conſuetudinem derelinquo Domino Deo, & precioſiſſimo martyri Stephano & Toloſano Epiſcopo eiúſque ſucceſſoribus, & Præpoſito & Canonicis in Eccleſiâ S. Stephani modò manentibus & futuris: Hoc donum factum fuit in Eccleſiâ S. Stephani, die Dominicâ ad miſſam matutinalem in præſentiâ Bernardi Conuenarum Comitis, Sicardi de Lauraco, & Raimundi Attonis de Altaripâ; & in præſentiâ Rogerij Fuxenſis Comitis, Galterij Vicecomitis de Terridâ, & Bernardi de Monte-alto: anno ab Incarnat.

1138. „ 1138. ſignum BERNARDVS ſancti Stephani Præpoſitus, Maurinus Archidiaconus, Magiſter Ricardus, & Bernardus de Iuſtigniaco Archidiaconus. Eam porrò dignitatem Epiſcopus retinuit, vt probatur ex cartâ

1163. an. 1163 quâ ſe Præſulem & Præpoſitum inſcribit.

Maurinus ex Archidiacono ſuffectus vt patet in tabulis Geraldi Antiſtitis

1164. poſt an. 1164. fortaſſis idem eſt, qui cum Narbonenſi, & Albienſi Præpoſitis, aliiſque Epiſcopis obſeruatur à Rogerio Houedeno in actis Concilij Albienſis 1176. 1176.

Maſcaron Cancellarius, poſtea Præpoſitus Cathedralis ſub Pontificatu Raimundi de Rabaſtens 1201. memoratur in cap. per Inquiſitionem quod eſt Innocentij 3. in collectione Decretalium, ex quo apparet aſſenſum præbuiſſe electioni Raimundi, inde ſancti Stephani Præpoſitum electum, & decreto Sedis Apoſtolicæ eâ dignitate poſthæc priuatum fuiſſe. 1201.

Raimundus II. cuius mentio eſt in ſequenti cartulâ: Ego Bernardus Comes Conuenarum, recognoſco vobis R. Comiti Toloſano, me tenere à vobis in feudum caſtrum de Murello & de Samathano. actum 1241. Teſtes Epiſcopus Conuenarum, R. Præpoſitus Toloſanus, Rogerius Comes Fuxenſis, Iordanus de Inſulâ, Sicardus & Gilabertus de Montealto fratres, Bertrandus Iordanus de Inſulâ, Sicardus de Miromonte, Lupus de Fuxo. Delegatur ab Antiſtite Toloſano pro pace inter Comitem & Regem Francorum reformandâ apud Loriacum in Gaſtineſio 1242. auctore Guilelmo de Podio-Laurentij cap. 45. cuius quoque mentio extat in cartâ anni 1244. datâ in caſtro Narbonenſi cum Bernardo Comite Conuenarum & an. 1246. 1241. 1242. 1246.

Bernardus de l'Iſle-Iourdain III. ex Præpoſito deſignatur Epiſcopus ſub annum 1270. L'ISLE-IOVRDAIN.

Arnaldus-Rogerius de Cominges, ex Canonico Præpoſitus, indéque ad Epiſcoparum ſubuectus 1297. COMINGES. 1297.

Hiſpanus nominatur in tabulis anni 1297. & 1298. ſupellectilem deffuncti Arnaldi ſibi arrogare adnitens, Pontius Blancardus hâc de re apud Apoſtolicam Sedem conqueſtus eſt. 1298.

Guillelmus de Mandagot Archiepiſcopus Ebredunenſis, Præpoſiti officio functus eſt ante annum 1300. MANDAGOT. 1300.

Centullus in tranſactione cum Abbate Leſatenſi & Priore ſancti Antonij de Leſato memoratur anno 1357. Ianuarij 12. 1357.

Ioannes de Cazilaco I. habetur concordia inter ipſum & Conuentum CAZILAC.

1374. vndecim Millium Virginum anno ſa- A
luris 1374.

LESTRANGIS. *Gilbertus de Leſtrangis* Præpoſituræ
Adminiſtrator vixir 1383.

DE SADO. *Audebertus de Sado* nobilis Prouin-
cialis an. 1388.

CASTELMAVR. *Vitalis de Caſtelmaur* ex Prępoſito Ar-
chiepiſcopus an. 1401. vt de illo di-
ctum eſt.

GAILHAC. *Stephanus de Gailhac* in actis electio-
nis Dionyſij de Molendino recenſe-
1421. tur annis 1421. & 1433. iacer in Metro-
poli circa chorum ſub eâ inſcriptione:
1433. *Anno Domini* MCCCC. .... *die menſis*
...... *obiit Reuerendus in Chriſto Pater*
Dominus STEPHANVS DE GALHA-
CO, *Decretorum Doctor, Dei gratiâ Præ-*
poſitus iſtius Eccleſiæ Toloſanæ, cuius ani-
ma requieſcat in pace, amen.

ROSERGIO. *Bernardus de Roſergio* II. ex Canonico
Archidiaconus, Cancellarius & Prę-
1439. poſitus euaſit, præfuítque an. 1439. ex
regiſtris Capirularibus, poſtea Toloſæ
Metropoliranus 1451.

DE CASTRO. *Ioannes de Caſtro* II. qui poſtea fuit
aſſumptus ad Epiſcopatum Carcaſſo-
nenſem.

COETIVY. *Alanus de Coëtiuy*, Cardinalis Aue- C
nionenſis & Epiſcopus, Legatus à La-
tere.

ROSERGIO. *Petrus de Roſergio* I. an. 1491. defun-
cto Petro Leone poſtulatur Antiſtes,
de quâ Eccleſiâ poſſeſsionem accepit
1493. 1493. Septembris 22. ſed tandem He-
ctor Borbonius fiduciam Archiepiſco-
patus impetrauit, vti ſuperius refer-
tur.

DE BVXI. *Petrus de Buxi*, II. tranſlatus inde ad
Eccleſiam Vaurenſem.

TOVRNON. *Franciſcus de Tournon* Cardinalis, Prę-
poſituras Toloſanam & Viuarienſem
adminiſtrauit ex archiuis familiæ Tur- D
noniæ.

CASTELNAV CLERMONT. *Iacobus de Caſtelnau*, aliàs *de Cler-*
mont Epiſcopus ſancti Pontij Tomeria-
1560. rum & Præpoſitus an. 1560.

DV TOVRNOER. *Ioannes du Tournoer* III. Prępoſitus &
Inquiſitionum Pręſes in Senatu Tolo-
ſano 1563. eius liberalitate quatuor co-
1563. lumnæ ex ære ſummum altare adornant.

D'AFFIS. *Petrus d'Affis* III. Præpoſituræ mu-
nera obiit an. 1587.

BRVYERES. *Antonius de Bruyeres* dominus de
Chelabte, Abbas Villælupæ, de Fon-
ranis-albis, & ſancti Saturnini, viuis ex- 1607.
ceſsit an. 1607.

D'AFFIS. *Ioannes d'Affis* IV. Epiſcopus Lom-
barienſis & Prępoſitus 1609. cuius ſtu-
dio & diligentiâ chori S. Stephani te-
ſtudo inſtauratur, obiit 1. Februatij 1614.
1614.

BERTIER. *Bertrandus Bertier* IV. Abbas Leſati;
mortuus Toloſæ 1628. Octobr. 17.

BERTIER. *Ioannes-Ludouicus Bertier* Epiſcopus
Riuenſis, Eccleſiæ Toloſanæ Prępoſi-
tus, in Parlamento Conſiliarius, Ab-
bas Capellæ & Leſari, ceſsione patrui
B poſſeſsionem accepit iam ab anno 1654.
1623. & nunc ſupereſt an. 1654.

TREVIRENSES ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPES, SACRI ROMANI IMPERII ELECTORES.

AVGVSTA Treuirorum Belgicæ primæ Metropolis, vetuſtate, nobilitate, rerum geſtarum claritudine, ſed maximè Archiepiſcopali Sede, & Electoratu Imperij commendanda, ad Moſellam ſita eſt, quam interluit: cum antiquiſſimis Europæ vrbibus annumeratur, naturâ loci amœna, agro fœcundo gaudet; olim verò potentiâ, opibus, aliíſque ornamentis florentiſſima, ædificiorum, mœnium, ac monumenrorum amplitudine emicuit: antiquitatem eius nunc etiam teſtantur palatij ſpectandæ mo- D
lis rudera, adinſtar molis Babylonicæ è muris coctilibus. Celebratur à grauiſſimis ſcriptoribus, opulẽtiſſima enim « ciuitas dicitur Melæ lib. 3. cap. 2. Ci- « ſalpinarum vrbium maior Zoſimo lib. « 3. Gallorum opulentiſſima Saluiano « Maſſilienſi lib. 6. de Prouidentiâ, & « excellentiſſima, cum ait: Non agitur « jam in Magonciacenſium ciuitate, « ſed quia delera & exciſa eſt, non agi- « rur de Agrippinâ, quia hoſtibus ple- « na, non agitur de Treuerorum vrbe « excellentiſſimâ, ſed quia quadruplici « eſt euerſione proſtrata: videlicet Hun- « norum, Vuandalorum, Gorhorum, «

TREVES sur la Moſelle, d'argent à la croix de guculles.

» & Francorum direptionibus. Et alio » loco dicit : Nam quia te ter excidia » non correxerunt, quarto perire me» ruiſti. Ruinis ergo quas toties pertulit, notiſſima fuit, & mœnibus celſis teſte Auſonio, ac Fortunati ætate caput attollebat; clariſſima quoque appellatur lib. 13. tit. 3. & 11. c. Theod. de Medicis, & Profeſſoribus, lege Gratiani Imp. ad Antonium Præfectum Prætorio Galliarum; eam S. Athanaſius epiſtolâ ad Solitarios Metropolim vocitat Galliarum: à Diuo Hieronymo veteris Galliæ ſuo tempore nobiliſſima, vbi ſe Hilarij libros de Synodis deſcripſiſſe teſtatur: à Fortunato lib. » 10. carm. XII. nobilis vrbs, nobilium » & caput. Florente Imperio Romanorum, vt obſeruat Notitiâ dignitatum Imperij Occidentis per Gallias, in eâ ſtabat Præpoſitus Theſaurorum, procurator Gynecij Belgicæ primæ, ac monetæ fabrica ſcutaria & baliſtaria; quæ quidem tot auctorum elogia, variis ſæculis florentiſſimam ſemper extitiſſe probant. Notandum autem eſt Auguſtæ ſedem Regiam conſtituiſſe Imperatores dum morabantur in Galliâ ab anno 313. ad annum circiter 390. vnde à S. Ambroſio ibi notatur palatium epiſt. 56. & Ammian. Marcell. lib. 15. clarum » Principum domicilium, ſolium & Au» guſtam vrbem : Armipotentem, Im» perij vires quæ alit, veſtit, & ornat » Auſonius in Clar. vrbibus prædicat; Hinc etiam Gregorius, Maximum, » quod ibi plerúmque morabatur, Im» peratorem Treuiricum vocat. Bello quoque illuſtrem fuiſſe arguitur ex teſtimonio Cæſaris l. 2. cap. 7. & Treuirorum equitum inter Gallos virtutis opinionem eſſe ſingularem, idcirco tanquam capitales cenſet eſſe vitandos Cicero lib. 7. ep. 13. imò hæc vrbs ſpoliis exercituum, & Ducum ouans celebratur. Primæ Belgicæ caput quondam extitit hæc Metropolis, tum circulo ſexto Imperij adſcripta, & dignitate Electoratus illuſtrior euaſit: Cancellariatu per regnum Arelatenſe donata cum aliis Electoribus anno MCCCLIV. bullâ aureâ Caroli IV. Hic Archiepiſcopus, qui magnæ fuit olim auctoritatis, Epiſcopalis aulæ Pontifex, & in palatio Cæſarum aſſiduus, ceteris Alemaniæ Eccleſiis præcellere dicitur antiquitate, multis opibus, dominiis Comitatuum, to-

A parchiarum, ac territoriorum; inter alias vrbes ſuæ ditionis continet Confluentiam, in Rheni & Moſellæ confluente, iuxta quam arx munitiſſima de Hermanſtein, necnon viginti aliæ non leuis notæ ciuitates ipſi parent: præterea iure cudendæ monetæ, tùm aureæ tùm argenteæ potitur, Scabinorum Præfectum creat Treueris, cuius eſt dominus temporalis, quamuis eam nunc Imperator ſibi vendicet, cum tamen ipſo iudicante Carolo 4. Imp. Archiepiſcopali ditioni addicta fuerit, cum omnimodâ poteſtate vitæ, necíſque in ſubditos; qui ipſum bello B iuuare tenentur, quòd à conſequentibus Imperatoribus ratum habitum eſt. Nobilibus non paucis eius aula frequentatur, Cancellario gaudet vt cæteri Electores ac aulæ Magiſtro, Mareſcallo, aliíſque officiis equeſtribus. Cæterùm Belgicæ primæ Metropolitanę in Notitiâ Galliarum, titulum habet Treuerorum ciuitas, cuius Epiſcopus Primatis nomen antiquitus obtinuiſſe videtur, eámque ob rem cum Arelatenſi clariſſimâ Metropoli fuit crebrò certamen dignitatis, quò alludit Siluester Pontifex hiſce verſiculis :

C

Accipe Primatū poſt Alpes TREVIR *vbiq;*
Quem tibi Roma nouá, lege das & veteri.

Fortaſsis hanc dignitatem ambiuit prærogatiuâ vrbis, quæ cum in ordine ciuili conſtituto olim eſſet Sedes Imperij, cuius Epiſcopus & Treuericus, & Galliarũ nonnunquam appellabatur, planè conſentaneum erat, vt in iure Eccleſiaſtico primas teneret. Stante Imperio Romano, Treuirorum Antiſtitem pro certo affirmat Patriarcham, & Belgicæ Primatem Brouuerus in eruditis ſcholiis ad Fortunatum lib 3. vnde Iuo epiſtolâ 212. Brunoni Dei gratiâ primæ Sedis Belgicorum ſoli Archiepiſcopo epiſtolam inſcri- D bit. Hinc quoque factum, vt de hoc priuilegio cum Remorum Pontifice fuerit contentio; nam vt docet egregiè doctiſsimus Præſes Philippus Berterius Diat. 2. cap. 5. Remigij ſanctimonia, Chriſtianiſsimi regni primordia, Romanæ legationis honos, Remorum Pontifici eam auctoritatem potuerunt conciliare, vt Treuerenſi, Primatus iura in ſecundâ Belgicâ retinere vix licuerit: quapropter fortè Treuerorum Eccleſia Remenſis ſoror, non mater, in ſancti Remigij teſta-

mento nuncupatur, quo nomine Hincmarus Remenſis apud Aimoinum l. 5. c. 21. eam indigitat. Huic porrò Metropoli, Colonienſem & Moguntinam ſedes ſubiectas fuiſſe aſſerit B. Rhenanus l. 3. rerum Germanicarum; ei nunc parent tres Epiſcopatus imperio Regis Chriſtianiſsimi obſequentes Metensis, Tvllensis, & Virdvnensis: in vrbe ſunt quinque Eccleſiæ parochiales, quatuor Collegiatæ, quarum prima S. Petro dicatur, plures item Conuentus religioſorum & monialium; Abbatiæ verò in ciuitate & diœceſi reperiuntur:

Svfragans de l'Archeueſché de Treves.
Mets.
Tovl.
Verdvn

S. Martini *S. Martin de Treues*, O.B.

S. Maximini, O.B. *S. Maximin de Treues.*

S. Mathiæ; *S. Mathieu*, O.B.

S. Mariæ *ad Martyres*, O.B.

Epternacvm, *Epternac*, O.B.

S. Florini, *aliàs Sconengia*, O.B.

S. Mariæ de lacv, O.B.

S. Salvatoris, *S. Sauueur*, O.B.

Theologiensis, O.B.

Beatæ Mariæ de clvsa, O.A.

Avreævallis, *Orual*, O.C.

Bonæ-viæ, *fem. Bonnevoie* O.C.

Clarifontis, *Clairfontaine*, O.C.

De Auguſtæ Treuerorum origine ac ſtatu ſcripſit Guilelmus Kyriander Iuliacenſis, Syndicus Treuerenſis, vbi operis parte vndecimâ multa de Præſulibus commemorat, quorum geſta manuſcripta vſque ad Balduinum de Luxemburgo in manuſcriptis membranis habentur: antiquitatum præſertim Eccleſiaſticarum commentarios elucubrauit Chriſtophorus Brouuerus Soc. Ieſu Preſbyter; Archipræſulum denique ſeriem publicauit Petrus Cratepolius Minorita: ex quibus auctoribus, aliiſue notis ſubiectum catalogum confecimus.

1. S. Evcharivs, memoratur à Beato Gregorio Turonenſi libro de vitis Patrum cap. 17. in narratione geſtorum S. Nicetij: videtur porrò obſcura admodum primis ſæculis vſque ad Agricium, vel parua omnino in Eccleſiaſticis diptychis mentio Epiſcoporum Treuirenſium, quâ ſucceſſio legitima comprobetur.

2. S. Valerivs.

3. S. Maternvs.

4. S. Avspicivs 8. Iulij, de quo conſulendus Baronius & Molanus.

5. S. Celsvs, Februarij 23.

6. Felix, alij tamen putant Felicem ſecundum deſignari.

7. Mansvetvs.

8. Clemens.

9. Moyses.

10. S. Martinvs 1. Iulij 19.

11. S. Anastasivs.

12. Andreas.

13. Rvsticvs 1.

14. Avctor, 20. Auguſti.

15. Fabricivs.

16. Cassianvs.

17. Marcvs.

18. S. Navitvs, de illo Breuiarium Treuirenſe 7. Iulij.

19. S. Marcellvs, 4. Septembris; vt notat Martyrologium.

20. Metropolvs, conſule Breuiar. die viii. Octobris.

21. Severinvs, 21. Decembris.

22. Florentinvs, 16. Octobris.

23. Martinvs ii. Haſbanorum Apoſtolus, de quo chronicon Tungrenſe.

24. Maximinvs, 20. Iunij.

25. Valentinvs, cuius memoria extat Iulij 16. vide Martyrolog. & Breuiarium.

26. Agroecivs, ſiue Agricivs Concilio Arelatenſi 1. ſubſcriptus legitur an. 314. cum Felice Exorciſtâ; traditur & domum Beatæ Helenæ ſub inuocatione S. Petri dedicaſſe; obiit Idib. Ianuarij, depoſitus iuxta S. Eucharium. 314.

27. S. Maximinvs, Pictauis ſanguine Senatorio natus, fratrem habuit Beatum Maxentium Præſulem

Pictauienſem, cum quo linguarum ſacrarum ſcientiâ eruditus, Maxentio ad Epiſcopatus culmen promoto, Maximinus, Treuiros abiit, & ſub Agroëcij Antiſtitis diſciplinâ inſtitutus, ab eo Preſbyter ordinatur, ſubinde in eius Epiſcopatum ſuffectus eſt, quem eximiâ laudis præſtantiâ adminiſtrauit: maximè verò præclarum orthodoxæ religionis ſpecimen edidit, dum fidem Nicænam contra Arianos Conſtantij patrocinio tumentes viriliter tutatus eſt: eius præclarè geſta aduerſus eoſdem hæreticos prædicat ſanctus Athanaſius, qui à Conſtantio Imperatore proſcriptus, & in exilium amandatus, benignè ſuſceptus eſt Treueris à Maximino, & clam in contubernio ſuo per biennium & menſes aliquot amicè fouit ipſum & ſubleuauit, vt referunt Sanctus Hieronymus, Lupus in vitâ Maximini apud Surium, Theodoritus & alij. Ipſum quoque vice verſâ à Magnentio ad Conſtantium Imper. delegatum Maximinum, Alexandriæ Athanaſius grati animi memor honorificè excepit, cum ipſi tum in Galliis, cùm in Sardicenſi Concilio cui interfuit Maximinus an.

347\. 347. pridem cognitus eſſet; ſuperiore anno Agrippinenſi item adfuerat, in quo præbuit aſſenſum damnationi Euphratæ Colonienſis Epiſcopi. Haud diu poſt in Aquitaniam ad ſuos diuertens ibi mortalitatem expleuit, corpus delatum eſt apud celebre monaſterium ſuburbij Treuerenſis nominis ſui, de quo B. Auguſtinus meminit, vbi & miraculis præfulſit, quemadmodum auctor eſt Greg. Turon. cap. 93. de Gloriâ Confeſſorum, & l. 1. Hiſt. c. 35. anno nono decimo Conſtantis iunioris, potens in omni ſanctitate prędicatur. Vide Hieronymum in chronico, Socratem, Sozomenum, & Martyrol. die 29. Maij.

28\. S. PAVLINVS patriâ etiam Aquitanus, clariſſimi nominis Epiſcopus, Maximini ſucceſſor & diſcipulus, Pontificatus curam ſuſcepit circiter an. 353. qui profectus in Aqui-

353\. taniæ partes vt magiſtri ſui corpus repeteret cùm lectâ manu, & illud Treuiros aſportare moliretur, Aquitani ſacrum depoſitum ſeruare conati ſunt, armis eum repellendo, ſed fulgurum & tonitruum fragore exterriti à violentiâ abſtinuerunt. ſicuti obſeruat Lupus Maximini vitæ ſcriptor. Mi-

A rificè memoriam eius illuſtrat exilium quod ſub Conſtantio Conſtantini filio, pro Catholicæ fidei defenſione pertulit, nam cum edicto ſancitum eſſet, vt qui Arianis non conſentirent Præſules, ipſiúſque Athanaſij ſanctiſſimi Pontificis damnationi ſubſcribere detrectarent, in exilium pellerentur, Conuentu Arelate habito anno 353. Paulinus in hac Synodo Arianorum communioni non aſſentiens, ſolúſque conſtanter obnitens, damnatus iniquâ factione ab Imperatore relegatur in Phrygiam cum Hilario Pictauienſi, & Rodanio Tolo-

B ſano: quampluribus id teſtantur Seuerus Sulpitius, Socrates, Sozomenus & alij, ipſéque Hilarius in fragmentis ſcribit his verbis: Incipiam ab his quæ proximè geſta ſunt, id eſt eo tempore quo primùm in Arelatenſi oppido frater & comminiſter meus Paulinus, Eccleſiæ Treuirorum Epiſcopus, eorum ſe perditioni, ſimulationique non miſcuit; & qualis fuit illa ſententia exponam, à quâ referens voluntatem indignus Eccleſiâ ab Epiſcopis, dignus exilio à Rege eſt iudicatus. In eo ſeceſſu grauiſſimis Aria-

C norum pœnis exagitatus Paulinus palmam martyrij adipiſcitur anno 356. 356.
huius præclara mentio eſt paſſim apud S. Hieronymum in chronico, vbi tradit anno vigeſimo tertio Conſtantij obiiſſe, & 361. Tripartitæ Hiſtoriæ lib. 361.
5\. cap. 15. & 16. S. Athanaſio epiſtolâ ad Solitarios, & Apologiâ de fugâ, Seuero lib. 2. ſacræ Hiſtoriæ, Socrate lib. 2. cap. 29. Sozomeno lib. 4. cap. 8. Baronio & Spondano in Annalibus, Miræo in Faſtis Belgicis, & Martyrologio pridie Calendas Septembris.

29\. BONOSVS.

D 30. BRICTO, ſubſcribit cum aliis Epiſcopis Concilio Valentino 1. anno 374. 374.

31\. FELIX II. ordinatur Epiſcopus ab Ithacianis præſente Diuo Martino in Synodo Treuirenſi anno 386. 386.
tem narrat Seuerus lib. 3. cap. 15. de vitâ eiuſdem Martini. Poſtridie Felicis Epiſcopi ordinatio parabatur, ſanctiſſimi ſanè viri, & planè digni, qui meliori tempore ſacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus iniit, ſatius exiſtimans ad horam cedere, quàm his non conſulere, quorum cer-

„ uicibus gladius imminebat. Verumtamen ſummâ vi Epiſcopis nitentibus „ vt communionem illam ſubſcriptione firmaret, extorqueri non potuit. Quod autem Ithacianis communicauerit cũ eodem Martino, poſtea pœnitens ad priſtinam reuocatus eſt communionem, ideóque dignus, qui ſanctimoniæ laude in diptychis Eccleſiaſticis adſcriberetur, vnde ſexto canone Con-
397. cilij Taurinenſis an. 397. indictum eſt à Patribus, vt qui à Felicis Epiſcopi communione ſe ſubducere voluerint, recipiantur ad Eccleſiam. Templum S. Paulini & Beatæ Mariæ ad Martyres in campo Martio ædificaſſe traditur, vbi & ſepulturæ locatur; de quo legendi Baronius & Spondanus in Annal.

32. MAVRICIVS.

33. LEGVNTIVS, quieſcit in ſanctâ Mariâ ad Martyres.

34. AVCTOR.

35. S. SEVERVS, Lupi Trecaſſini Epiſcopi diſcipulus, inde ordinatus Pontifex Treuirorum, gentibus primæ Germaniæ qui Burgundiones vocantur, in eâ prouinciâ manentibus, verbum Domini annunciauit; inter quos tria armatorum millia ſacro latice tinxit: quem poſtea Conſtantius lib. 2. de vitâ Germani obſeruat, in Britanniam cum eodem Germano nauigaſſe, ad rediuiuam hæreſim Pelagianam extinguendam, & contra inceſtuoſas Regis Vortigerni nuptias cum filiâ celebratas auctore Bedâ lib. 1. hiſt. Angl. cap. 1. Duas expeditiones è Gallus in Britanniam S. Germanus Autiſſiodorenſis ſuſcepit, primam cum S. Lupo Epiſcopo Tricaſſino an.
429. 429. ſecundam verò cum hoc Seuero Treuirenſi Lupi diſcipulo, paulò antequam mortalitatem ipſe Germanus exueret, vt recitat Conſtantius in eius vitâ lib. 2 cap. 1. & 2. moritur autem S. Germanus anno 450. teſte Sigeberto in chronico: ex hac obſeruatione perſpicuè redarguitur vulgaris epocha tranſitus Seueri Treuerenſis an. 420. quomodo enim obiiſſe dicendus eſt, hoc anno, cum conſtet fuiſſe contemporaneum S. Germani in ſecundâ expeditione aduerſus Pelagianos, quæ, vt notat Sigebertus an. 449. ſuſcepta eſt: certè ſecundam ante primam initam fuiſſe nemo dixerit. Porrò ipſa prima profectio nonniſi an. 429. contigit; cum igitur longè poſtea Seuerus iſte fuerit ſuperſtes, falſum quod aiunt eundem deceſſiſſe an. 420.

36. S. CYRILLVS cellam Beati Eucharij reparauit, & monaſterio ædificato corpora ſanctorum ibidem tranſtulit.

37. IAMMERVS, qui veriſimiliter Emerius in aliquibus catalogis vocitatur.

38. MARCVS.

39. VOLVSIANVS è viuis exceſſit anno 468. vt vulgati affirmant elenchi. 468.

40. HILDOLFVS I. cuius nomen hic reſtituitur ex antiquo codice Treuirenſium Epiſcoporum.

41. SEVERINVS ſucceſſor ei datus, teſte eodem manuſcripto.

42. MILETVS ad alteram vitam migrauit an. 472. 472.

43. MODESTVS.

44. MAXIMIANVS.

45. FIBICIVS, ſiue SIBICIVS, cuius commemoratio agitur die 5. Nouembris.

46. S. APRVNCVLVS, ad ſuperos tranſiit an. 515. memoria illius habetur 22. Aprilis, in æde S. Paulini depoſitus, poſtea transfertur ad monaſterium Springenburgenſe. 515.

47. S. RVSTICVS, ab aliis poſtpoſitus Beato Nicetio ſequenti, reprehenſus à D. Goare, in Eccleſiâ S. Mariæ quæ vocatur littus ad Martyres, ſeptem annorum ſpatio recluſus, pœnitentiam egit, vt prodit citatum manuſcriptum Treuerenſe.

48. S. NICETIVS, miraculis, pietate, zelóque fidei inter alios Treuerenſes Epiſcopos conſpicuus, apud Lemouices natalibus ingenui ſanguinis ortus, quem celeberrimi illius Nicetij tantoperè à Sidonio Apollinari laudati, cognatione proximum fuiſſe aliqui conjiciunt. Hic autem Antiſtes ex Aruerniâ à Theodorico Mediomatricum Rege apud Treuiros miſſus, & S. Gallo qui à Clero expoſcebatur, ob ſtirpis nobilitatem, & ſanctimoniæ laudem prælatus, ex Abbatis officio Treuerenſem Pontificatum Regis decreto conſecutus eſt. Qui ob id etiam

Theodorico venerationi fuit, quòd A ipſum peccantem liberè & Theodebertum filium admonere, ac emendare conſueuerat, vt paſſim ex Gregorij hiſt. & eiuſdem Nicetij in vitis Patrum cap. 17. colligitur his verbis: Venerabatur eum Rex Theodoricus magno honore, eò quod ſæpius vitia eius nudaret ac crimina, caſtigatus emendatior redderetur: & ob hanc gratiam decedente Treuericæ vrbis Sacerdote, eum ad Epiſcopatum iuſſit accerſiri. Illud in eo mirandum recenſet Gregorius eodem capite, quod ad Clericatus ordinem non modò inſtitutus, B ſed natus videretur, ſiquidem cum coronâ quam clerici tunc temporis geſtare ſolebant, rareſcentibus in orbem pilis, infans inſtar attonſi ex matris vtero prodiit; vir ſanè Apoſtolicus quem his elogiis commendat Gregorius lib. 10. Hiſt. cap. 29. Erat apud vrbem Treuericam vir eximiæ ſanctitatis Nicetius Epiſcopus, non ſolùm in prædicatione admirabilis facundiæ, verùm etiam in operibus bonis ac mirabilibus celeberrimus habebatur in plebe: & c. 94. de Gl. Confeſſorum, Nicetius, eleemoſynæ, charitatis, ſanctitatiſque totius refulſit me- C rito. Quod autem ſæpius, pro iniuſtis facinoribus ob inceſtas nuptias ab ipſo Clotharius Rex acertimè increpatus & excommunicatus fuiſſet, in exilium amandatur, à quo poſthæc reuocatus, ſedi ſuæ reſtituitur à Rege Sigiberto filio, vt fuſiùs deſcripſit idem Gregorius in vitâ Nicetij, quam præclarè ex Beati Aredij Abbatis Lemouicini narratione contexuiſſe teſta-

535. tur. Interim ſubſcripſit Conciliis Aruernenſi an. 535. Aurelianenſi v. 549. & alteri Aruernenſi eodem anno. Ex-

549. tat quoque in actis Conciliorum, epiſtola excuſatoria Mappinij Remenſis D ad eundem Præſulem quem Beatiſſi-

550. mum Papam indigetat, cur ad Synodum Tullenſem non venerit anno 550. vbi etiam habentur quædam Nicetij epiſtolæ & tomo 1. Hiſtoror. Francorum Scriptorum, alia in primis ad Iuſtinianum Imperatorem, quem in hæreſim lapſum reuocat ab errore, vbi & ſcribit ad Chlodoſuindam Reginam Langobardorum quâ hortatur, vt Alboinum ſponſum ad fidem Catholi-

564. cam adducat. Tranſiit ad Chriſtum Nicetius circa annum 564. Nonis Decembris, quâ die natalitia eius Eccleſia celebrat, quamquam & alij velint obitum adſcribi Calendis Octobr. inſigni encomio laudatus à Fortunato lib. 3. carmine IX. quod vice epitaphij poteſt referri:

Splēdor, apex fidei venerādâ mēte NICETI
Totius orbis amor, Pontificumq; caput.
Summus Apoſtolico præcellens Paſtor ouili,
Auxiſti meritis quidquid honoris habes.
Diuino inſiſtens operi terrena relinquis,
Cui moritur mundus, nō moriture manes.
Vita breuis cūctis, ſed non breuis illa Beatis,
Cum bona non pereant, iure perennis erit.
Dū tibi reſtrictus maneas & largus egenis,
Quod facis in minimis, te dare credo Deo.
Captiuus quicunq; redit ſua limina cernens
Ille lares patrios, tu capis inde polos,
Hic habet exul opem, ieiunans inuenit eſcas
Qui venit eſuriens, hinc ſatiatus abit.
Triſtibus imponis curas purgando querelas,
Et ſanat cunctos vna medela viros.
Pauperis hinc lacrymas deficeas gaudia præſtans,
Qui prius ingemuit, vota ſalutis habet.
Te paſcente greges, nunquam lupus abripit agnos,
Sunt benè ſecuri quos tua caula tegit.
Tēpla vetuſta Dei reuocaſti in culmine priſco,
Et floret ſenior te reparante domus.
Hinc populis longos tribuas pia vota per annos,
Et maneas Paſtor, ne lacerentur oues.

Corpus ſepelitur in baſilicâ S. Maximini Treuerenſis, quo loco memoria eius in cultu erat ætate Gregorij Turon. vt ipſe inſinuat libro de Gloriâ Confeſſorum cap. 93. vbi & hodie religioſè clareſcit: fuit enim ſanctitate, virtutum excellentiâ, & miraculorum ſignis admodum ſpectabilis; de vitâ illius plura Gregorius in citaris libris de Gloriâ Confeſſorum, vitis Patrum, & Hiſtoriâ Francorum, Fortunatus, Surius, Baronius, & Spondanus in Annal. Miræus in Faſtis Belgicis, Brouuerus in notis ad Fortunatum, & Hadrianus Valeſius in libris rerum Francicarum, cæterique alij.

49. S. MAGNERICVS, Nicetij diſcipulus ei ſucceſſit, quem ex nobiliſſimi Senatoris Tetradij proſapiâ editum tradunt veteres faſti Eccleſiæ: Gregorij Turonenſis perquam familiaris fuit vt ipſe docet lib. 8. cap. 12. qui apud Childebertum Regem gratioſus, eius filium Theodobertum ſacro latice baptiſmi ſuſcepiſſe legitur cap. 37.

cap. 37. eiuſdem libri, memoratúrque A lib. 9. cap. 10. beatiſſimus Sacerdos & magno Regum honore pollens: ſed multis quoque commendatur à Fortunato lib. 3. cap. 11. Huius tempore floruerunt in monte Pauli, vitæ heremiticæ ſectatores viri pietate illuſtres, Ingobertus, Diſigothus, & Vandelinus. Quieſcit in monaſterio Sancti Martini, quod reparauerat. Sed inſignis eſt locus Fortunati carmine XI. lib. 3. vbi diſertè de illius elogio ſic cecinit:

Culmen honorificum, Patrum Pater, Archiſacerdos,
Pontificale decus, proficiente gradu.
Quem fidei titulus meritis erexit in altum,
Eccleſiaque caput, diſtribuente Deo.
Diſcipule egregij bone MAGNERICE *Niceti,* B
Nominis auſpicio magne canende tui.
Clare ſacro merito, tāto informate magiſtro,
Quem reparas operum fructificante loco.
Cuius opime ſequax, sācta & veſtigia ſeruās,
Rite miniſter agens, ecce magiſter ades.
Auctoriſque pij ſucceſſor dignus haberis,
Hæredíſque ſui fruges paréńſque manet.
Creuit poſt obitum pater, & te creſcere fecit,
Dum capit ille polum, tu capis arce locum.
Grex alitur pro te, vice præceſſoris alumne, C
Nec ſua damna doles, dū ſua lucra tenet.
Fratrib⁹ optādus, iucūdus honore miniſtris,
Carius & populis, paſtor amore places.
Te panem eſuriens tectum hoſpes, nudus amictum,
Te feſſus requiem ſpem peregrinus habet.
Hæc faciens intende magis venerande Sacerdos,
Vt commiſſa tibi dupla talenta feras.
Pro Fortunato exorans quoq; dulcis amator,
Spē mihi dans venia ſit tibi palma pater.

Quod verò in notis ad Martyrologium Romanum ad XXV. Iulij vixiſſe refertur anno 505. mendum videtur referente Brouuero in notis ad eundem Fortunatum. Claruit námq; hoc ſæculo in primis deſinente. D

50. S. GAVGERICVS, quem Epiſcopatum Cameraceníem aliqui adminiſtraſſe ſcribunt.

51. SABAVDVS, præter nomen nihil certi huius Epiſcopi in Eccleſiaſticis tabulis.

52. SEVERINVS II.

53. S. MODOALDVS, Beatæ Gertrudis auunculus apud Molanum & Surium XII. Maij, tempore Dagoberti Regis interfuit Concilio Remenſi an. 630. & in palatio eiuſdem 630
Principis quod Horreum appellarut, Eccleſiam conſtruxit ſub inuocatione Beatæ Mariæ, vbi domicilium Virginum collocauit: baſilicam item S. Symphoriani ad littus Moſellæ, & congregationem ſanctimonialium, cui præpoſuit ſororem Seueram, ad cuius latus in eadem Eccleſiâ ſepulturæ traditur, ſicuti deſignat perantiquum manuſcriptum Treuerenſe; euerſo poſthęc monaſterio transfertur in B. Paulini Eccleſiam: expungitur hic rectè ex albo catalogi Præſulum Treuerenſium ſanctus Clodulphus, fuit enim Metenſis Epiſcopus.

54. S. NVMERIANVS ſucceſſor Modoaldi ex præfato codice.

55. S. BASINVS, antea Diui Maximini Abbas, de quo Martyrologium Monaſticum 4. Martij.

56. S. LVITVVINVS Baſini ex ſorore nepos, omnia vrbis cœnobia ampliſſimis locupletauit donationibus: obiit Remis die 29. Septembris, humatúſque in monaſterio Mediolacenſi, quod ipſe condiderat; de quo Trithemius lib. 4. cap. 72.

57. MILO, Luitunini filius, ſacerdotali officio functus apud Treueros. primò quidem paternæ diſciplinæ inſiſtens, mox Carolum Martellum ſequutus in bellicâ expeditione, Treuericam ditionem & Epiſcopatum deprædationi expoſuit; quo ſedente Zacharias Pontif. D. Bonifacium magni nominis Antiſtitem Treuerenſis Eccleſiæ viſitatorem, & rerum ſpiritualium prouiſorem conſtituit. Milo autem venationis ſummoperè cupidus, ab apro ſauciatus, expirauit in villâ, quæ nuncupatur Irane, primo à ciuitate milliario vbi & ſepultus, poſt quadraginta annos moderaminis tyrannici, vt prolixius refertur in præfato Treuerenſi cartulario.

58. S. HILDOLPHVS II. ex claro Neruicorum ſanguine genitus, fratérque Echardi Epiſcopi Ratiſponenſis, ædificauit Eccleſiam in honorem S. Ioannis Euangeliſtæ apud campum Martium, vbi reliquias D. Maximini tranſtulit, cum trecentis aliis Martyrum corporibus, è cellâ S. Eucharij

quæ olim centum monachorum in A fundo S. Petri conſtructa, iuri Archiepiſcoporum Treuerenſium multo tempore paruit; tandem curâ paſtorali ſe abdicans in ſaltu Voſagenſi ſepulturæ mandatur; huius ſancti vita extat apud Surium, & Ekkerardus iunior cap. 1. de caſibus monaſterij S. Galli, meminit magnâ cum laude, Lamdaloi viri ſancti Treuerenſis Epiſcopi.

59. Vviemadvs, ex Abbate S.
753. Maximini an. 753. præceptum Pipini Regis pro cellâ Diui Maximini, & aliis rebus Treuerenſis Eccleſiæ impetrauit,
776. ac mortuus eſt an. 776.

B

60. Richbodvs, ſiue Rigboto, ex Abbate Mediolacenſi, cui ſcribit Alcuinus epiſt. 34. & 40. vbi eum cognominat Macharium; defunctus
804. an. 804. Calend. Octobris in Annalibus Francorum Fuldenſibus.

61. Vvizo, ſiue Vvatzo, ex Abbate Mediolacenſi ad Pontificatum promouetur, de quo Trithemius lib. 4. cap. 79.

62. Amalarivs Fortvnatvs ex monacho Luxouienſi, Flacci C Alcuini cognomine Albini olim diſcipulus, doctrinâ inter alios ætatis ſuæ Antiſtites, claruit; Treuerenſis Eccle-
813. ſiæ regimini admotus erat an. 813. quo miſſus eſt Legatus à Carolo Magno Conſtantinopolim cum Petro Abbate monaſterij Nonantulæ, Ordinis Benedictini, Mutinenſis diœceſis, pro pace cum Imperatore Michaele ſanciendâ, vti vitæ Caroli ſcriptor, Eginhartus, Theganus, monachus Engoliſmenſis, & Annales Fuldenſes recitant. Huic Amalario vulgò adſcribebatur liber officiorum, quidam enim freti auctoritate Ademari Engoliſmenſis, tribuunt hoc opus Amalario Diacono Metenſi, Archiepiſcopi ætate ſuppari: D cuius ſedis Metenſis Epiſcopum facit Honorius Auguſtodunenſis, & Bellarminus illum vocat ſui temporis diſertiſſimum; conſule Sigebertum cap. 87. Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & viris illuſtribus Germaniæ, ac Ordinis Benedictini, & in chronico Hirſaugienſi, Baronium an. 813. & 830. Bernardum à Mallinckroot Decanum Monaſterienſem, in tractatu de Cardinalibus Rom. Eccl. Germanis. deceſ-
822. ſit an. 822. aliis ſequenti, iacétque in æde S. Pauli. Cæterùm quia Amalario publicis legationibus, aliiſque palatinis obſequiis, non facilè fuit aſſiduo Eccleſiæ Treuerenſis regimini animum intendere, oneris Epiſcopalis conſortes ſibi allegit Adalmatum, & Herilandum, necnon inſignem virum Theganum Chorepiſcopum Treuirenſem, natione Francum, nobili ſanguine prognatum, qui, vt teſtatur Brouuerus l. 8. Annalium, flagrantis ſapientiæ ſtudio, acres ad virtutem ſtimulos, per hoc tempus huic Eccleſiæ ſubiecit, & præclara vtique eruditionis ſuæ decora Treuirenſi populo pro concione impertiit. Magno is honore habitus apud Augienſis monaſterij religioſos, quorum prædicatione & ingeniorum monumentis, ab obliuione certè vindicatus eſt: Valafridi Strabi familiaris in Augiâ maiore, quem virum multâ lectione inſtructum, ſed prædicationis & correctionis ſtudiis occupatum memorat: vixit ſub Ludouico Pio Imperatore, cuius res geſtas opuſculo contexuit, quod editum eſt tomo 11. Hiſtoricorum Francorum Scriptorum.

63. Hetto, vel Hethi, qui & Hetingvs appellatur, ex Abbate S. Vilibrordi Epternacenſis, Kyriander ait Mediolacenſi, nominatur Miſſus Dominicus apud Treueros cum Adalberto Comite 823. & in capitulari 2. 823.
Ludouici Pij; interfuitque Concilio Moguntino ſub an. 828. Theodoniſuillæ 835. ac reſtitutioni Ebonis in Sede Remenſi chirographum appoſuit circiter an. 840. quo etiam tempore 840.
adſtitit Ludouico Pio morienti cum Otgario Moguntino, & Drogone Metenſi: fundauit Monaſterium Canonicorum Regularium Confluentiæ in loco qui vocatur Cardena, & 2. Idus Decem. conſecratur Eccleſiâ vbi corpus B. Caſtoris recondidit: Hincmarus Remenſis epiſt. 472. ei ſcribit: de quo videndus Flodoardus lib. 3. ſublatus è viuis an. 851. vt refert manuſcripta hiſtoria Treuerenſis, quieſcitque 851.
in monaſterio S. Eucharij, ante altare Beati Ioannis Baptiſtæ, parte dexterâ.

64. Tevtgavdvs, ex Abbate Epternacenſi Pontificatus honorem aſſumpſit an. 851. adfuit Concilio apud 851.
Saponarias anno 859. Aquiſgranenſi & Tuſiacenſi ſequenti anno: alteri Aquiſgranenſi 862. legatione quoque 862.
Synodi Metenſis ad Nicolaum Ponti-

ſicem functus eſt 863. pro cauſâ diuot- A
863. tij inter Lotharium Regem & Teut-
bergam, de quo plura apud hiſtoricos;
Teugaudus enim à Lothario & Gun-
thero Colonienſi corruptus, conſenſit
in deiectione Teutbergæ vxoris eiuſ-
dem Lotharij falsò accuſatæ, quam
denunciauit in Synodo fratris ince-
ſtuoſo pollutam concubitu; addit
chronicon Treuirenſe ab eodem Ni-
colao Romam euocatos Antiſtites à
Sede Apoſtolicâ, dignitate priuatos
fuiſſe; cúmque iterum & tertiò reſtitu-
tionis gratiâ Papam adiiſſent, & nil
profeciſſent, Nicolao fatis cedente,
Adriani ſucceſſoris liberalitate in mo- B
naſterio S. Gregorij domicilium fixit
Teutgaudus, poſteáque apud Sabinos
concedens, cum Gunthero & ſuis vitâ
priuatus eſt, vti narratur in actis Con-
cil. Gallicanorum tomo 3. & in epi-
ſtolâ 74. Nicolai Papæ, quæ hiſto-
riam Teutgaudi, & Guntheri plenius
exponit; de quo Archiepiſcopo legere
eſt Hincmarum Remenſem, Anaſta-
ſium Bibliothecarium in Nicolao pri-
mo, Reginonem, Sigebertum, Annales
Francorum, Concilia, Baronium, cete-
róſque.

65. BERTVLFVS Abbas Medio- C
lacenſis, conſanguineus Aduentitij
867. Metenſis Epiſcopi, electus 867. præ-
ſens fuit Synodo Colonienſi 6. Kalen.
Octob. an. 870. in Annal. Francorum
Fuldenſibus, & cum aliis Præſulibus
Germaniæ dedicationi Metropolis Co-
873. lonienſis anno 873. inuitatur ad Sy-
nodum Trecenſem epiſt. Ioannis 8.
Pontificis anno 878. graui autem diſ-
cordiâ diſceptauit cum Valone Me-
tenſi Antiſtite qui pallio fuerat con-
decoratus à Ioanne Papâ, abſque con-
firmatione Treuerenſis, ſed Hincmaro
Remenſi interueniente, controuerſia
dirimitur, & obedientia Metropolita- D
880. no exhibetur. Anno 880. Nonis Apri-
lis die ſacro cœnæ Dominicæ, vrbs
Treuetica occupatur à Normannis, &
direpta crematur, fugâ ſe ſurripiente
Bertulfo, qui paulò poſt prælio cum
iis Normanis congreſſus eſt, in eo Va-
lo perimitur. ſtrenuus hic iurium Ec-
cleſiæ propugnator mortalitatis debi-
884. tum ſoluit an. 884. legendus Baldri-
cus lib. 1. capite 50. chronici Came-
racenſis, Regino, Sigebertus, &
Ioannes Trithemius Abbas Spanhe-
menſis lib. 4 cap. 90. de viris illuſtri-
bus Ordinis Benedictini.

66. RATBODVS ex Abbate Me-
diolacenſi, aliis Epternacenſi ſuffectus,
Robertum Metenſem Præſulem con-
ſecrauit an. 884. & Synodo in baſilicâ
S. Arnulfi præſidet ſub an. 888. Cal. 888.
Maij 1 memorat Hermannus Contra-
ctus in chron. circa annum 900. hunc
Ratbodum, quem Ratpotonem legit,
à Zueudiboldo Rege ob quaſdam
contentiones percuſſum, in cuius di-
plomate ſcribitur an. 896. extat quo- 896.
que eius Formata an. 905. ad eundem
Robertum Metenſem Antiſtitem, &
altera Dodonis Epiſcopi Virdunenſis
ad Ratbodum an. 906. apud Iuonem 906.
parte 6. cap. 434. & 435. acquiſiuit Ab-
batiam S. Seruatij quæ dicitur Maſe-
rich ab Arnulpho Imp. vt prodit chro-
nicon Vltraiectinum; eſque dicat Re-
gino Prumienſis Abbas, duos libros
Decretorum, ſeu de diſciplinâ Eccle-
ſiaſticâ apud Trithemium.

67. ROTGERTVS, ſiue ROTGA-
RIVS, Flodoardo anno 913. ſummus 913.
Cancellarius in diplomatibus Ludo-
uici Imp. & Caroli Simplicis datis
Heriſtallij annis 920. & 923. intereſt
pactioni Bonnenſi Regum Caroli &
Henrici 926. ex Capitulis Regum: & 926.
legitur in priuilegio Henrici Aucu-
pis Imp. 932. quo firmatur fundatio
Abbatiæ Bronij; eidem Henrico ad-
uerſus Normannos bellum gerenti
auxilio fuit Rotgerius, qui ad alte-
ram vitam transfertur 934. Reginoni 934.
928.

68. ROBERTVS I. Archicapella-
nus Ottonis Imperatoris, ex Comi-
tum Rheingelheimenſium familiâ, fra-
ter ſanctæ Mathildis Reginæ Alema-
niæ, quæ Henrico Aucupi nupſit, pa-
tre natus Theodorico Saxoniæ Duce
Aldemburgico, ſicuti tradunt Albe-
ricus, & auctor magni chronici Bel-
gici. Concilium habet Virduni 947. 947.
de quo Flodoar. lib. 4. chron cap 33.
& Moſomi, 948 eodem anno inte-
reſt Synodo Engelenheimenſi, dicát-
que Eccleſiam S. Maximini ab Ogo-
ne Abbate inſtauratam; peſte interiit
an. 956. legendus Trithemius in chro- 956.
nico Spanheimenſi.

69. HENRICVS I. frater Poponis
Virtzburgenſis Epiſcopi, ex Præſule
Ratiſponenſi ſedem adipiſcitur tem-
pore Othonis Imperatoris in vitâ ſan-
cti Volfgangi cap. 5 & 7 cuius pro-
motionem deſignat Flodoardus in

« chronico his verbis: anno 956. peſtl-
« lentia ſuper Germaniam, omnémque
« Galliam effuſa, interiêre nonnulli,
« Rotbertus Treuerenſis Epiſcopus, Ra-
« gnarius, & Baldricus, ac duo alij Epiſ-
« copi ex eà peſte ſine morâ defuncti
« ſunt. Epiſcopatus Treuerenſis cuidam
« Henrico Regis Othonis propinquo
964. « datur. fato conceſſit in Italiâ an. 964.
corpus Treuerim defertur ſepeliendum in cœmeterio maioris Eccleſiæ, funeratúſque à Theodorico ſucceſſore.

70. THEODORICVS I. ex Præ-
966. poſito Moguntinenſi 966. Eccleſiæ ſuæ priuilegia renonanda curat. Romæ item cellam quatuor Martyrum Coronatorum, ſibi, ſucceſſoribúſque acquiſiuit, auctore Alberico. ſub cuius regimine Canonici Regulares in Eccleſiâ S. Petri eſſe deſierunt. vitam edidit ſanctæ Lutridis, ac mortuus eſt
970. an. 970. humatus ad ſanctum Eucharium.

Hollande.

71. S. ECBERTVS Theoderici Comitis Holandiæ, ceu Britanniæ filius, teſte Alberico, qui virtute inſignis, Eccleſiam ditiſſimâ rerum ſacrarum ſupellectile adornauit, ac poſſeſſionibus auxit. Abbatiam D. Seruatij dono Imperatoris Ottonis recipit, & corpus B. Celſi Confeſſoris è tumulo Euchatij eleuat; Romam quoque proficiſcitur cum Theodorico Metenſi Antiſtite, pluréſque Sanctorum reliquias ſecum retulit; ad eum extant epiſtolæ Gerberti; vltimum diem clau-
989. ſit an. 989. tumulatus in fano S. Andreæ quod ædificauerat; ex chronico Treuerenſi.

72. LVIDVLPHVS, ſiue LVITOLFVS, Saxonici generis, ex Goſlarienſi Eccleſiâ ad hanc traducitur an. 989. templum Diui Symphoriani, quod Abbatibus S. Martini ſubiacebat, Adalberone promouente Epiſco-
1005. patui aſſeruit. fato functus anno 1005.
in chronico Dithmari Epiſcopi Merſeburgenſis, Hermannus Contractus ait anno 1007. vbi vir doctus nuncupatur.

Luxembovrg.

73. ADALBERO DE LVXEMBOVRG I. Sigfridi Luxemburgenſis filius, frater Frederici Comitis, Theoderici Metenſis Epiſcopi, ac Reginæ Cunegundis Henrici Imperatoris coniugis: Præpoſitus S. Paulini Treuerenſis, & dominus toparchiarum Saroburgi, Berencaſtelli, & Rutias, magni nominis Epiſcopus, generis claritudine, diuitiis opulentus, fauore Cæſaris Cathedram Pontificiam obtinuit, quod enuntiatur in chronico Ditmari ſub an. 1005. Mortuo poſt «
Paſcha Treuirenſis Eccleſiæ Archi- «
epiſcopo Luidulfo, Capellanus eiuſ- «
dem ATHELBERO frater Reginæ, « 1005.
& immaturus iuuenis, plus timore Re- «
gis, quam amore religionis eligitur. «
Rex autem vt hoc audiuit, prioris «
non immemor in germano eiuſdem «
Thiedrico non præmeditatæ conſtitu- «
tionis, vxorem dilectam, cæteróſque «
ſuimet familiares, de Epiſcopatu eo- «
dem impetrando ſollicitos ſpreuit, & «
Meingardo Vuilligiſi Archipræſulis «
Camerario, nobili ſecundum carnem «
vito, eundem dedit. Propter hoc ſub- «
dolæ generationis furor accenditur, «
Palas à Treuirenſibus contra Regem «
firmatur, ac terra hæc hactenus paci- «
fica crebris concternationibus quati- «
tur, & quidquid hi immites in domi- «
num lenem prius peccauerunt, æqua- «
li lance receperunt. Tali præſumptio- «
ne Rex commotus, illò cum exerci- «
tu properat, Archiantiſtitem inthro- «
niſatum ibidem conſecrari, Athelbe- «
ronémque excommunicari præcipiens. «
Obſidione etiam continuâ eos, qui Pa- «
las turbarant, in tantùm conſtrinxit, vt «
fame & aſſiduâ impugnatione defati- «
gati, aut interiùs perire, aut in pote- «
ſtatem Regis inuiti deberent exteriùs «
venire. Poſtquam verò aduerſus Prin- «
cipem rebellaſſet, Pontificatum cede-
re cogitur an. 1015. Megingaudo, qui 1015.
anteà poſtulatus fuerat ad hanc Cathedram; rem plenius exponit antiquus hiſtoriæ Treuerenſium Archiepiſcoporum ſcriptor his verbis: Lui- «
dolfo Pontificante. præfuit in mona- «
ſterio S. Paulini Præpoſitus nomine «
Adalbero de Lucelenburg ortus, vir «
potens & diues, habens caſtella hæc «
Sarburch, Berencaſtel, & Rutiche. Qui «
inito cum Epiſcopo Luitolpho prauo «
conſilio, Eccleſiam S. Symphoriani «
quæ Abbatibus ſubiacebat, partim «
vi, partim dolo ſibi vendicauit, Epiſ- «
copo, proh dolor! ſibi conſentiente, «
& deinceps eam S. Paulino retinuit. «
Luidolpho autem defuncto, eâ fidu- «
ciâ, quod ſoror ſua Henrico Claudo «
Imperatori nupta fuerat, Epiſcopa- «
tum inuaſit, milites in ſacramenta iu- «
rare coëgit, palatium quod ſitum eſt «
in eadem vrbe occupauit, pontem «

» quoque Moſellæ turribus muniuit. A
» Henricus autem Imperator Epiſcopa-
» tum Megingaudo Præpoſito Eccleſiæ
» Maguntinæ dedit. Qui cùm pararet
» potentiæ Adalberonis reſiſtere LXX.
» manſos, de rebus S. Martini Rauen-
» gerodo Madelberg, & Vdelberto de
» Stale in beneficium dedit, nec tamen
» præualuit. Tunc Imperator Henricus
» cum exercitu Treuerim venit, & pa-
» latium obſedit à Dominicâ poſt Al-
» bas, vſque ad Kalendas Septembris.
» Quâ obſidione non ſolùm regio in cir-
» cuitu vrbis vndique vaſtata eſt, ſed
» ipſa quoque ciuitas in ſolitudinem
» propè eſt redacta, &c. Cæſar ergo cùm B
» nequaquam proficeret in eius expu-
» gnatione, ad Cal. Septemb. profectus,
» pontem deijci iuſſit, quem cuſtodiæ
» Adelberonis obtinuerant, & Mein-
» gaudo Epiſcopatum confirmauit, qui
» vſque ad finem vitæ ſuæ in caſtello
» Confluentiâ Epiſcopatum adminiſtra-
» uit, Adelberone ſupradicto inuaſore
» maximam Epiſcopij familiam retinen-
» te. Tandem circa finem grauî infir-
» mitate depreſſus omnia Megingau-
» do reddidit, ſed Palatium ſibi reti-
» nuit.

74. MEGINGAVDVS ſiue MEIN- C
GAVDVS, Præpoſitus Moguntinen-
ſis, contra Adalberonem electus, qui
ideo ſucceſſiſſe dicitur Luidulfo apud
Hermannum Contractum, fauente
Henrico conſtitutus, ſed refragante
Adalberone, Eccleſia Treuerenſis eo
ſchiſmate aliquandiu turbatur; inte-
rim Confluentiæ viuendi finem fecit;
chronicon Treuerenſe de eo hæc ſub-
iungit: *Obeunte Megingaudo Henricus Imp. Popponem, in Babenberg educatum ad offenſam Adelberonis Præſulem conſtituit, ita dicens: Talem virum debeo dirigere, qui tuæ vaſaniæ ſufficiat reſiſtere: igitur Adelbero ſerâ pænitentiâ tactus nec valens vires Popponis ſufferre, ſupplex eidem factus, palatium & ſua caſtella &* D
omnia ſua contradidit, & deinde in monaſterio S. Paulini vſque in finem vitæ ſuæ permanſit.

AVSTRIACVS. 75. POPPO, Leopoldi Marchionis
Auſtriæ filius, de cuius promotione
1015. hæc fatur Albericus ſub annum 1015.
» Henricus Imp. fecit Poponem Archi-
» epiſcopum Treuirenſem contra Albe-
» ronem: mortuo Maingaudo, cui Pop-
» poni Albero ſe reddidit, & ita in mo-
» naſterio S. Paulini permanſit; qui Pop-
» po adhuc Clericus Danos ad fidem

Chriſti conuertit: vnde in actis vitæ
S. Meinwerci Epiſcopi Paderburnien-
ſis, hæc de illo habentur: Anno In- «
carnat. MXVII. Meingoz Treuiren- « 1017.
ſis Archiepiſcopus obiit, & Athelbe- «
ro Præpoſitus Monaſterij S. Paulini «
Treueris eâ ſpe & fiduciâ, quia ſoror «
eius Cunigunda Regi nupta fuit, Epiſ- «
copalis cathedræ dignitatem affecta- «
uit & vſurpauit. Imperator autem ſpre- «
tâ illius affinitate, auſibus temerariis «
nullâ ratione acquieuit, & variis mo- «
dis per Epiſcopatum debacchantem «
compeſcere non valens, Epiſcopatum «
Popponi viro venerabili, ſecundùm «
carnem nobili contulit; Poppo autem «
Epiſcopatum adeptus, Berenſcaſdel «
caſtellum à prædonibus Athelberonis «
defenſum deſtruxit. Laudatur à Vip-
pone in vitâ Conradi Salici Impera-
toris tanquam vir pius & humilis; Di-
ui Petri collapſam Eccleſiam reſtau-
rauit, & in honore S. Martini eam di-
uino cultui conſecrauit. Idem intereſt
dedicationi Eccleſiæ Baſileenſis 1019. 1019.
& Epternacenſis 1031. In Terram ſan-
ctam piæ peregrinationis cauſâ profe-
ctus eſt, teſtis Albericus ſub an. 1028. 1028.
Archiepiſcopus Treuerenſis Poppo "
Hieroſolymam abiit, & S. Simeonem "
Sanctæ Catharinæ de monte Sinai mo-
nachum, qui miſſus per obedientiam "
ab Abbate ſuo venerat, pro recipien- "
dâ pecuniâ, quæ de terrâ Ducis Nor- "
manniæ Richardi debebatur mona- "
ſterio ſuo, & nihil profecerat, quia "
Ducem mortuum inuenerat: hunc in- "
quam virum ſanctum Archiepiſcopus "
inuentum ſecum Hieroſolymam duxit "
& reduxit: qui S. Simeon cum eodem "
Archiepiſcopo de viâ tranſmarinâ re- "
uerſus, dehinc poſt ſeptem annos Tre- "
ueris obiit; cuius vita multis miracu- "
lis claruit. Meminit Popponis Viber-
tus Archidiaconus Tullenſis lib. I. cap.
12. vitæ Leonis IX. Pontificis, ac Sige-
bertus, & vetuſtum chronicon Treue-
renſe, cui etiam apud Surium vita S.
Seuerini monachi inſcribitur. Deceſ-
ſit pietate & ſanctimoniâ illuſtris XVI.
Kalen. Iulij 1047. humatúſque eſt ad 1047.
pedes Diui Simeonis in baſilicâ quam
eius memoriæ deuotus cultor ædifica-
uerat.

76. EBERHARDVS, Heſelini Co-
mitis Palatini filius, præficitur huic
Metropoli 1047. prout obſeruat ve- 1047.
tus codex Archiepiſcoporum Treue-
renſium: Poponi, inquit, defuncto «

» ſucceſſit in ſacerdotali miniſterio cum
» Cleri plebiſque conſenſu Euerhardus
» Epiſcopus : Hic Romam ad Apoſto-
» lorum limina viſitanda frequenter
» adiit, vnde cum honore magno re-
» uerſus, Leonem Papam qui & Bru-
» no in ſede ſuſcepit : Dum quadam
» die diœceſes circuiret, à Cunrado Co-
» mite de Luzclenburg captus eſt, ve-
» ſtimenta ſacerdotalia à militibus di-
» repta, pallium diſciſſum, corpus Do-
» minicum violatum, & in terram pro-
» iectum, chriſma vnctionis effuſum,
» magnúmque nefas à peruerſis homi-
» nibus patratum eſt, & Epiſcopus in
» Luzclenburch ad cuſtodiā deductus.
» Quo nuncio Treberi perlato, omnia
» diuini myſterij iura celebrari inter-
» miſſa ſunt, donec Romanus Papa quid
» de his finiret, interrogaretur. Qui
» eundem Cunradum, omnéſque eius
» complices facto generali Concilio ex-
» communicauit, ſed eius abſolutio-
» nem penitus Epiſcopo commiſit, pal-
» liúmque illi pro eo quod hoſtes con-
» ciderant miſit. Interim verò Epiſco-
» pus à captiuitate datis obſidibus re-
» diit, nec multò poſt Comitem pœ-
» nitentem ſuſcepit, cui pro pœnitentiā
» peregrinationem Hieroſolymitanam
» iniunxit, in quā & obiit. Hûc vſque
Hiſtoricus. Concilio Remenſi interfuerat Eherardus, ac Moguntino ſub Leone IX. Pontifice 1049. in cuius vitā memoratur à Viberto Archidiacono Tullenſi lib. 2. cap. 2. & Lamberto Schafnaburgenſi an. 1065. ſubſcriptus quoque reperitur in chartā Ducatus Luxemburgenſis anni 1052. cum Rurico & Arnulfo Chorepiſco-
1066. pis. Extinctus eſt anno 1066. Aprilis 18. pridie Paſchæ in ſacrario Eccleſiæ & gremio Archidiaconi, cum à cerei benedictione rediſſet, in monaſterio Sancti Paulini Treuirenſis depoſitus quieſcit.

77. Cvno, ſiue Conradvs Sueuus, Primicerius Colonienſis, ordinatur à ſancto Annone Archiepiſcopo abſque conſenſu ciuium; id grauiſſimæ contentioni occaſionem præbuit, pugnatum enim in campo Bedonico, & certamini cum infeliciter Cuno adfuiſſet, crudeli nece poſtea
1066. interemtus eſt ab impiis 1066. Iunij 1. idque expreſſit chronicon Hildeshei-
» menſe ſub an. 1059. Sanctus Cuno
» Treuirorum Epiſcopus martyriſatur,
» in deſerto loco, à ſcopuloſo monte
ter præcipitatus eſt à Theodorico «
Comite, eo quòd abſque electione «
conſtituturus eſt, ſepultus eſt Doleia, «
ibi per illum Dominus multa ſigna «
tunc temporis fecit; aliis dicitur ia- «
cere in Eccleſiā Theologienſi, à Theoderico Virdunenſi Epiſcopo terræ mandatur. De cuius Præſulis cruentā cæde Marianus Scotus, & chronicon Treuerenſe; vbi obitum aſſignat 3. Cal. Iunij.

Nellembvrg.

78. Vdo de Nellembvrg, patriā Sueuus, nobili Alamannorum ſtirpe editus, Euerardo patre Comite Lantgrauio Nellemburgenſi, matre Idā monaſterij Schafhuſenſis fundatoribus; Archiepiſcopatum ſuſcepit regendum 1067. referente Alberico, 1067.
quem Ordericus Vitalis Balduini Inſulani Flandriæ Comitis & Adelæ filium fuiſſe vult: ei ſcribit Gregorius 7. Papa epiſt. 81. lib. 7. pro Virdunenſi Epiſcopo; recenſetúrque binis epiſtolis quas deſcripſit Paulus Bernredienſis in quibus agitur de Henrico Rege. Cæterùm opera anteceſſorum incœpta perficere aggreſſus, Diui Petri baſilicam auxit, & in comitatu regio dum obſideretur caſtrum Alamannorum Tuingia, morte ſublatus eſt an. 1078. tumulatúſque in cœnobio B. 1078.
Petri; laudatur ab oris venuſtate & facundiā in chronicis magno Belgico, & Treuerenſi. Hoc autem loco amouendus ex Archiepiſcoporum elencho vulgari apud Cratepolium cereróſque, Ado, quem deſignatum volunt 1077. & proculdubio idem eſt ac ille, de quo ſuperius egimus.

79. Engilbertvs, Bauarus, Præpoſitus maioris Eccleſiæ, & Scholaſticus in ciuitate Bataniā creatur an. 1078. Id. Ianuarij 7. in cuius electio- 1078.
ne grauis altercatio Herimanni Metenſis, cum Pibone Tullenſi Epiſcopo ſuborta eſt, qui Henrici Imperatoris decreto obſiſtebant; quapropter tribus annis cum abſque conſecratione remanſiſſet Engilbertus, cuius ordinationi auerſo erat animo ſummus Pontifex, Henrico ab Italiā reuertente, literas direxit ad Theodoricum Virdunenſem Antiſtitem Imperatoris perquam familiarem, vt Metropolitanum Treuerenſem conſecraret; epiſtolæ autem hic eſt tenor, è manuſcripto Treuerenſium Pontificum deſumptus:

Rex Henricus *Dei gratiâ Romanorum Imp rator Auguſtus. Theodorico Epiſcopo, dilectionem nulli maiorem. Imprimis te ſcire volumus, quia nulli melius quàm tibi confidimus; nec Epiſcopum Traiectenſem fidei monitorem, ſed ad honorem regni tractandum, tibi miſiſſe cooperatorem. Deinde ad ſingula quæ mandaſti negotia, ſingula damus reſponſa, ſed breuiſſima, quia infinitate reſeruamus ore ad os dicenda. Siquidem hoc quod in margine epiſtolæ tuæ, de Romano negotio mandaſti, imprimis dicimus tibi; Romam in die Sancti Benedicti intrauimus, qualiter autem à Romanis recepti ſumus, qualiter cum Romanis ſteterimus; qualiter à Romanis receſſerimus, ab aliis multis te audiſſe credimus. Tum etiam literis noſtris tibi mandauimus, quas te nondum vidiſſe credimus, ſed & mallemus alio quàm noſtro ore te reſciſſe quæ nobis fecit Dominus. Incredibile enim videtur, quod veriſſimum probatur, quàd factum eſt Romæ, vt ita dicam cum decem hominibus in nobis operatus eſt Dominus, quod anteceſſores noſtri ſi feciſſent, cum decem millibus, miraculum eſſet omnibus; nam cum in Theutonicas partes de acquirendâ Româ deſperantes redire vellemus: Ecce Romani miſſis Legatis Romam intraremus rogauerunt: ſe quoque in omnibus, nobis obedituros promiſerunt, quod & fecerunt; ſummo námque gaudio nos intrantes ſuſceperunt; ſummo ſtudio ſecum manentes adiuuerunt, ſummo triumpho & fide ab eis recedentes proſecuti ſunt, in tantum, vt in Domino fiducialiter dicamus, quòd tota Roma in manu noſtrâ eſt, excepto illo caſtello in quo recluſus habitat Hildebrant, ſcilicet in domo Creſcentÿ. Quem Hildebrandum legali omnium Cardinalium ac totius populi Romani iudicio ſcias abiectum, & electum noſtrum Papam Clementem in Sede Apoſtolicâ ſublimatum, omnium Romanorum acclamatione, nóſque à Papâ Clemente ordinatum, & conſenſu omnium Romanorum conſecratum, in die ſancto Paſcha in Imperatorem, totius populi Rom. exultatione. His ita factis, benedictione Dei & Sancti Petri, cum gaudio à Româ receſſimus, & quantò citius poſſumus ad has partes properamus, & in viâ reditus inuenit nos tuus nuntius. Gaudeant qui velint, doleant qui velint, nos Domino propitio aſſumus, Dominus ille quid agat ſcire non curamus, ſi quod tu monuiſti libenter, ne nobis damnum faciat peruidebimus. De Saxonibus verò, de Saltzburgenſe Archiepiſcopo, de Comite Adalberto, & de aliis ad nos redire volentibus, id tibi reſpondemus, quia conſiliis tuis libenter acquieſcimus; non tantummodo pax fiat in noſtris temporibus, videlicet vt fideles ſint cum ad nos redierint. Tu autem ſi non grauaris facere quod volumus, Auguſtam ad nos venire poſt feſtum Apoſtol. Petri & Pauli te rogamus, quia Deo fauente in feſto eorum Ratiſponæ erimus: ſtudeas ergo ad nos venire; vt tuo nos aduentu poſſis lætificare. Inſuper tibi mandat Apoſtolicus Clemens & Henricus Imp. vt ſicut nos diligis, ita Archiepiſcopum Treuerenſem velociter conſecrare feſtines. Vale.* Has literas cum Virdunenſis Epiſcopus legiſſet, noluit adimplere conſecrationem Engelberti inconſulto Papâ; & recordatus quod à populo Treuerenſi id ſibi Apoſtolicâ auctoritate interdictum fuiſſet, ne aduerſus eum exinde accuſationes exurgerent; literas miſit Romano Pontifici, in quibus meminit depulſionis ab Epiſcopatu Herimanni Metenſis, ac ſibi iniunctæ reconciliationis, vt videlicet ipſius interuentione Herimannus reſtitueretur, in quo, licèt ſatis laborauerit, non tamen tunc, ſed poſtea obtinuit. Epiſtolam igitur ſcripſit, vt ei permitteretur inaugurare Engelbertum, in hæc verba:

Gregorio ſummo Pontifici, cariſſimo Domino Reuerentiſſimo Patri, Theodoricus Virdunenſis Epiſcopus qualiſcúmque tamen ſuus, dilectionem. Quoniam pater filius, ſubiectionem quam Prælato ſubditus, ſeruitutem quam Domino ſeruus, poſſe tibi obedire maxima mihi eſt iucunditas, poſſe ſeruire, non parua hilaritas. In quo enim venerabor te, in B. Petrum, in quo obediendo, ſeruiendo, te mihi, conciliabo in eo B. Apoſtolum, monitus à te ſuſcepi confratrem meum Metenſem vt teipſum, attendens illud Dominicum, Qui vos recipit, me recipit. Cauſam enim meam feci, negotium eius meum exiſtimari; eadem nobis proſperitas, eadem fuit aduerſitas; ad hoc me inuitauit mutua fraternitas, debita charitas, ſed præcipuè iuſſio tua, beneuolentia tua, & habita in me fiducia. Præterea Treuerenſis Eccleſia, cum graui dolore, pedibus tuis prouoluitur, filia Dominum pulſat in conſolatione ſui, detrimentum his temporibus, me mediante deplorat. Vidua ferè biennio, quanta paſſa eſt & patitur, quantúm afflicta eſt & affligitur; foris pugnæ, intus timores. Elegit virum de plebe, dignum Sacer-

» dotem, idoneum patrem communi A
» aſſenſu, teſte conſcientiâ meâ; coram
» Deo & coram te, quod nihil ſimonia-
» cum etiam petitione remotâ interue-
» nerit. Conſecrationem eius miramur
» differri, dilationem tamen grauem mi-
» ramur potuiſſe tibi inculcari, illud
» maximè quod pateris hac deſolatione
» nos adeo grauari. Grauiſſimum onus
» eſt mihi ſolum eſſe in medio nationis
» prauæ atque peruerſæ. Solum patre
» & fratre illo expulſo, alio non conſe-
» crato: Si Eccleſiam, ſi ſtatum Chri-
» ſtianitatis cures, locum noſtrum reſpi-
» cias, & curâ patris in omnibus ſpecta-
» tâ, ordinationem mereatur: Metenſe B
» & me tuo exaudito, nullius detractio-
» ne vlterius remoretur, perſoluit, tibi
» quod pater filius, quod Plato ſubdi-
» tus &c. Conſecratur itaque Engelber-
tus ab eodem Theoderico Virdunenſi, Herimanno Metenſi, & Pibone Tullenſi Præſulibus: quo ſedente monaſterium Lacenſe prope Andernacum fundatur per Henricũ Comitem Rhe-
1093. ni 1093. memoratúrque in cartâ Godefridi Ducis, quâ inter alias donationes ibi recenſetur Godefridi aui & Beatricis vxoris, apud Sathanacum villam ſui iuris in Eccleſiâ S. Martyris Dagoberti, datum priuilegium Bullionij monachis S. Gorgonij de baſilicâ Moſaci an. 1093 indict. 5. Pontificatus Engelberti decimo. Tranſiit è vitâ anno
1101. 1101. Non. Sept. ſepultus in Cathedrali: fuit interpontificium circiter annorum quatuor.

Britheim. 80. Bruno de Britheim, Arnoldi Comitis & Adelaidis filius, maioris Eccleſiæ Treuerenſis, Spirenſis, & Diui Florentij in Confluentiâ Præpoſitus: Henrico 3. Imp. feſtum Natalis Domini apud Moguntiam celebrante, Treuerenſes ad eum legationem deſtinarunt, petentes Brunonem ipſis in Antiſtitem eligi, quorum illicò precibus annuit, ibidémque or-
1101. dinatur an. 1101. Idibus Ianuarij, ab Adalberone Metenſi Epiſcopo, ſacro operantibus Ioanne Spirenſi, & Richero Virdunenſi Præſulibus, Ruthardo Moguntinenſi & Friderico Colonienſi adſtantibus, magno populi concurſu Treuerim inuectus eſt die Purificationis B. Virginis. Anno verò ſui pontificatus tertio, Romam profectus eſt, vt Paſchalem Pont. inuiſeret, ab eo honorificè tunc congregatâ Synodo excipitur. Quoniam verò annulum & baculum paſtoralem è manu laicâ ſuſcepiſſet, Eccleſias item dedicaſſet, Clericos promouiſſet nondum pallio condecoratus, ab Epiſcopis acriter correptus, Pontificatu deponitur; at poſtea trium annorum pœnitentiâ priuationis vtendi dalmaticâ, Concilij benedictione ſuſceptâ, & pallij honore donatus ad Sedem ſuam remeauit. Mortuo Imperatore, decreto Principum curiæ Regiæ Vicedominus efficitur, & Regi Henrico puero, ſapientiâ & virtute potiſſimùm ab ipſo informando, regnique moderamini præficitur; donec ab Adalberto Cancellario, poſtea Moguntino Archiepiſcopo exaſperatus, Principatus procuratione omnino ſe abdicauit. Monaſterium autem dotauit in diœceſis Spirenſis loco de Odenhein, apud Confluentiam B. Florini baſilicam vetuſtate conſumptam reſtituit, vti & Treueris ædem Paulini; dedicat quoque Cathedralem Vormacienſem an. 1111. 1111.
quo intereſt Comitis Argentorati. Iuo Carnotenſis ei ſcribit epiſt. 216. & Thiofridus Epternacenſis Abbas illi dicat Flores Epitaphij Sanctorum. Animam reddidit an. 1123. 7. Calen. 1123.
C Maij feriâ 5. cuius exequiis interfuêre Henricus Virdunenſis, & Conradus Tullenſis Epiſcopi, iuxta Engelbertum deceſſorem tumulatur: vacauit Epiſcopatus menſibus duobus, diebus octo ex ms. Treuerenſi.

81. Godefridus de Lvttich Lvttich. maioris Eccleſiæ Decanus, è parochiâ Leodienſi oriundus, mediante Frederico Tullenſi Comite hanc Cathedram adipiſcitur anno 1124. ſicuti 1124.
tradit Albericus. Is primùm adoleuit in contubernio Arnoldi conſanguinei Præpoſiti S. Petri apud Treueros, tum
D ab Eberardo Antiſtite inter Clericos cooptatus, multis inde Eccleſiaſticis officiis ab Engelberto & Brunone cohoneſtatur, denique in Antiſtitem ſublectus Epiſcopatui ceſſit poſt duos annos regiminis, menſes decem, dies vndecim: interiit die 18. Cal. Decemb. iacétque in baſilicâ B. Petri ante aram Sanctorum Coſmæ & Damiani, à Meginhero terræ conditus, vt obſeruat prædictum Treuerenſe ms.

82. Meginhervs, Metenſis Primicerius, nobili ſtirpe ſatus ex territorio Leodienſi, ſufficitur Godefrido menſe Iulio; Romam profectus ab

ab Honorio Pontifice pallij dignita-
te ornatur; redeunti autem in manda-
tis dedit, vt Conradum in Regem ſu-
blimatum Eccleſiaſtico anathemate
percuteret; eapropter ab eodem Prin-
cipe per immiſſos exploratores prodi-
toriè interceptus, apud Parmam in
Italiâ cuſtodiæ mancipatur, vbi lumi-
ne orbatus, mœrore animi expirauit
Kal. Octob. ab Epiſcopo Parmenſi in
1130. ſuâ Cathedrali funeratus anno 1130.
indéque ad hanc Metropolim defer-
tur. Poſt eius exceſſum poſtulatur
Bruno Treuerenſis Eccleſiæ Canoni-
cus, Brunonis Archiepiſcopi nepos,
deſignatus 7. Idus Octobr. ſed obla-
tum Cathedram is reſpuit, ambiens
maiorem Pontificatum gratiâ Inno-
centij Papæ, vti expreſſum habetur in
eodem manuſcripto.

83. Adelbero II. Metenſis Ec-
cleſiæ Primicerius è diœceſi Tullenſi
1132. oriundus, electus eſt anno 1132. die
feſto Paſchatis, Cleri votis expetitus
contradicente populo, quæ conten-
tio anni circiter ſpatio perdurauit,
tandémque mandato Pontificis com-
poſita, regio inſuper decreto iubente
ſedem adipiſcitur: chirographo ſignat
1132. præceptum Lotharij Imper. 1132. quo
anno firmat priuilegia Eccleſiæ S. Ser-
uatij Traiectenſis: huius Adelbero-
nis epiſtola extat ad Sugerium Abba-
1148. tem an. 1148. & ad Innocentium II.
apud S. Bernardum epiſt. 176. quem
Adelbertus excepit comitantem Eu-
genium III. Papam vt eſt in vitâ B.
Hildegardis cap. 4. Baron. 1130. ſub-
ſcriptus quoque reperitur diplomati
Conradi III. an. 1138. & 1146. in exem-
plari Abbatiæ Diui Maximini hâc
verborum formulâ:

In nomine *Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego Conradus diuinâ fauente clementiâ Romanorum Rex ſecundus, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Omnipotens Dei gratia quæ nos ad regiæ poteſtatis ſublimauit officium, ex debito compellit ſubditarum nationum & Eccleſiarum Dei iura tueri & ſeruare, quæ aut abolitione temporis ſunt ſublata memoria, aut ſæculari potentiâ ſunt ablata iniurioſè. Eapropter querelam dilecti noſtri Alberonis venerabilis Treuirorum Archiepiſcopi, quam in præſentiâ noſtrâ, & in conſpectu Principum ſæpe & multùm depoſuit, inclinati eius iuſtis precibus, ex conſilio recepimus, ſcilicet de Abbatiâ S. Maximini, quæ olim de bonis Treuirenſis Ec-* A *cleſiæ à B. Hildolpho regiâ poteſtate, vt erat querimonia Archiepiſcopi, à prædictâ Eccleſiâ eſt ſubtracta. Timens itaque extremi examen iudicij, ne propter hoc apparerem reus in conſpectu Domini, cum totum eſſet in manu noſtrâ, Abbatia ſcilicet & Aduocatia, propter animæ meæ & prædeceſſorum meorum ſalutem, Treuirenſi Eccleſiæ & Archiepiſcopo reſignaui, & reddidi Abbatiam. Poſtea verò ſucceſſu temporis Aduocatiam quæſiuit & obtinuit à nobis Henricus Comes Namurcenſis, qui non contentus Aduocatiâ longo tempore certauit cum Archiepiſcopo de Abbatiâ.* B *Cùm verò hinc inde totus Epiſcopatus rapinis, homicidiis, incendiis deſtrueretur, & Comes & tota terra ſua à Romanâ & Treuirenſi Eccleſiâ anathematis ſententiâ teneretur, & beneficia ſua prædicto Comiti à nobis, & ab Archiepiſcopo eſſent legitimè abiudicata, vt tanta ceſſaret malitia, ad præſentiam noſtram ex conſilio Principum pars vtráque Spiram eſt aduocata. Illinc itaque diuinâ operante clementiâ, per nos, & per Principes noſtros, & per Abbatem Clareuallenſem, inter eos hoc modo pax eſt reformata. Comes per omnia ſatisfaciens Archiepiſcopo reiurauit ei fidelitatem, & vuerpiuit in præſentiâ omnium qui af-* C *fuerunt Abbatiam, & omnem abſtipulauit de eâ calumniam, & ſic de Archiepiſcopo abſolutionem recepit, & beneficium ſuum, excepto caſtro de Manderſcheidt, & pertinentia ad illud. Iurauit etiam Comes, quòd nunquam Roulmunt firmaret, nec alium refirmare iuuaret, nec Archiepiſcopi diebus nec ſuorum temporibus: & ſi in aliquo contra eum faceret, quod infra decem & octo ſeptimanas emendare non vellet, ſuam terram in manu Archiepiſcopi reddidit, ita vt beneficiati de illâ terrâ de manu Archiepiſcopi liberè deinceps reciperent beneficia ſua. Vt autem* D *hæc pactio irrefragabiliter ſeruetur, & rata permaneat, hanc cartam indè conſcriptam, & manu noſtrâ roboratam impreſſione ſigilli noſtri iuſſimus ſignari, necnon & teſtes ſub quorum præſentiâ hæc acta ſunt, fecimus annotari, quorum nomina hæc ſunt. Hermannus Conſtantienſis Epiſcopus, Ordicius Baſilienſis Epiſcopus, Vvalterus Lauſſonenſis Epiſcopus, Burckardus Argentinenſis Epiſcopus, Bocco Vuormatienſis Epiſcopus, Guntherus Spirenſis Epiſcopus, Anſelmus Hauelbergenſis Epiſcopus, dominus Bernardus Clareuallenſis Abbas, Fridelingus Aegienſis Abbas, Benedictus Abbas Vuitembergenſis, Abbas Morbacenſis. Magiſter Otto Præpoſitus Cuſ-*

penbergenſis, Gerlandus Floreffienſis, Godefridus major ſancti Petri præpoſitus, Conradus ſancti Paulini præpoſitus, Arnoldus Moguntinus Camerarius, Ludouicus præpoſitus ſancti Petri. Duces, Fridericus Sueuorum, Conrardus Burgundiæ, Hermannus Palatinus Comes de Rheno, Henricus Comes de Arlo, Vldaricus Comes de Lenceburg, & Vvarnerus frater eius, Eckleberius Comes de Spirâ, Conradus Comes de Kirberg, Gerlacus Comes de Veldentza, Ludouicus Comes de Moguntiâ, Einicho Comes de Leiningen, Robertus Comes de Lucemburg, Simon Comes de Sarbruck, Reimboldus de Iſembourg, Cuno de Malberg, de Lucelemburg Adelinus, Anſelmus, Vvilhelmus, Iacobus, Corardus de Dalchem. S. Conradi Romanorum Regis ſs. ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi Archicancellarij recognoui. Data pridie Nonas Ianuarij, anno Domini-
1146. *ca Incarnationis* MCXLVI. *Regnante Conrado Roman. Rege ſs. anno regni eius ſx. Actum Spiræ in Chriſto feliciter. Amen.* Memoratur Albero in vitâ S. Norberti c 31. enunciatúrque in Chro-
„ nico ſancti Vincentij Metenſis ſignifer
„ orthodoxorum contra ſchiſmaticos. Denique huius obitum deſignat Al-
1152. bericus in chronico ſub an. 1152. Confluentiæ extinctus.

84. Hillinvs Sedis Apoſtolicæ Legatus, ex Decano ſucceſſit 1152. vir literatus & prudens Othoni Friſingenſi lib. 2. cap. 4. in vitâ S. Bernardi lib. 5. cap. 1. Legitur etiam in diplomate Friderici Imperatoris pro monaſterio Diui Remigij Remenſis Aquiſgrani indict. v. 1152. extant ipſius
1164. literæ Calend. Maij 1164. quibus confirmat priuilegium Henrici Tullenſis Epiſcopi: in maiori Eccleſiâ humatus
1170. cum obiiſſet 1170. Quanquam Albericus referat ſub annum 1168. Treueris duos extitiſſe Archipræſules, nimirum Rodulphum de Vedâ maiorem Præpoſitum, fauore Imperatoris, & Folmarum Pontificis gratiâ Cathedram ambiiſſe, quem idem ſcriptor obſeruat profugum ſub patrocinio Regis Franciæ diu latuiſſe, & ibi poſtmodum à ſæculo migraſſe.

85. Arnoldvs I. Præpoſitus Diui Andreæ ex Bauariâ oriundus, recenſetur in. actis oppignerationis Heriſtallij à Godefrido Duce Lotharingiæ factæ Eccleſiæ Leodienſi ex originali
1171. teſtíſque in diplomate Friderici Imp. pro inueſtiturâ Ducatus Vueſt- 1171.
phaliæ & Angariæ Philippo Colonienſi Archiepiſcopo 1180. quod aſſeruatur in archiuis huius Metropolis: cœnobium puellarum Bopardiæ fun-
datum ordinauit; defunctus an. 1188. 1188.
Treueris ante altare S. Trinitatis ſepelitur.

86. Ioannes I. ex Cancellario Henrici Regis Germaniæ creatur An-
tiſtes 1190. poſt ſeptem annos ſchiſma- 1190.
tis inter Folmarum & Radulphum electos: Epiſcopatum vndequaque adornauit, in æde primariâ chorum ampliando, effecitq; vt Treuerenſis Præſul eſſet Paſtor Andernacenſis; denique poſtquam gubernaſſet diœceſim annis 23. ad alteram vitam transfer-
tur an. 1213. cum Aquiſgranum progre- 1213.
diens ad vnctionem Reginæ, ex equo prolapſus fuiſſet: humatur 13. Calend. Nouembris in monaſterio Himelrot Ciſtercienſis Ordinis.

87. Theodoricvs de Vveda II. Comitis Vuedani frater, ex Archidiacono Treuerenſi, & Præpoſito S. Paulini ſedem obtinuit an. 1213. ſubſcriptúſque habetur in bullâ Fri- Vveda
derici pro Arelâtenſibus 1214. apud 1214.
quem Imperatorem gratiâ plurimùm valuit. caſtellum in monte Thabor, & Kellenbergium ædificauit; Confluen-
tiæ rebus humanis exemptus an. 1242. 1242.
5. Cal. Aprilis, deponitur Treueris in Cathedrali ante altare S. Martini.

88. Arnoldvs d'Isembovrg II. Treuerenſis Præpoſitus ſucceſſit Isembovrg
auunculo Theoderico, declaratus à Capitulo poſt vacationem duorum annorum, cum paucis ſuffragiis Rodulphus de Ponte natus, Diui Paulini item Præpoſitus, Pontificatus honorem Ducis Lotharingiæ, Luxemburgi & Senæ Comitum auxiliis fultus, expoſceret; at initâ pacificatione Rodulphus viuis exceſſit, poſteáque Innocentio Papâ IV. electionem Arnoldi probante, pallio condecoratur. Hic muris cinxit Confluentiam, & Eccleſiâ
plurimùm locupletatâ obiit an. 1259. 1259.
vel ſuperiori, auctore Mathæo Paris, qui eum Ducis Brabantiæ fœderatum Regíque Alemaniæ aduerſarium fuiſſe ſcribit; iacet ante altare Sanctiſſimæ Trinitatis in Metropoli, prout affirmant chronicon magnum Belgicum, & geſta Pontificum Treuerenſium.

FENESTRANGE.
Vne faſce de....

89. HENRICVS DE FENESTRANGE II. Metenſis Eccleſiæ Decanus, clarâ ſtirpe apud Lotharenos genitus, qui perperam in vulgatis catalogis cognominatur de Vuinſtigen: cum de ſubſtituendo Antiſtite diſceptaret Canonicorum Collegium, Vrbanus IV. Pont. cum Romæ deſigna-
1260. uit an. 1260. vel paulò poſt, reiectâ electione Arnoldi de Schelandiâ, irritâ Capituli electione Henrici de Hollandiâ & Arnoldi de Aleydâ, quemadmodum prodit chronicon Belgicum. Confeſtim Treuerim ſolemni inaugurationis pompâ inuehitur, omnia diœ- B cesis caſtra, vel de nouo fecit, vel renouauit, duas quoque Canonicorum Eccleſias, & monaſterium Metenſis diœceſis conſtruxit; Confluentiæ populos eius dominium detrectantes ad legitimam obedientiam redegit, vbi & arcem iuxta pontem ædificauit: paralyſi correptus ad B. Virginem emiſsâ peregrinatione, ſpiritum reddidit Boloniæ anno 1286. humatus Treueris in æde Sancti Petri ante aram Beati Eraſmi.

VVANSBERCH.

· 90. BOEMVNDVS VANSBERCH II. eligitur 1286. confirmatúrque authoritate Nicolai IV. Papæ, quam-
1286. quam Gerardus de Epenſtein aliquo- C rum ſuffragiis fuiſſet poſtulatus, inauguratur verò 1288. ab ipſomet Pontifice. Baſilicam ſuam magnificentiſſimè exornauit, & Numagium cum toparchiis condidit, diem claudens an.
1299. 1299. tumulatur in monaſterio Heimelrot quod Noui-clauſtrum nuncupatur.

NASSAV.
D'azur ſemé de billettes d'or, au lion de meſme lampaſsé & armé de gueulles brochant ſur le tout.

91. DIETHERVS DE NASSAV, Adolphi Naſſouij Romanorum Imperatoris frater, Valrano Comite Naſſouiæ, & Weiſbadæ, ex Adelheide Theodori Comitis Cattimeliboci filiâ natus. Moguntiæ in Prædicatorum ſocietate cum præclarè per aliquot an- D nos ſe geſſiſſet, à Bonifacio 8. Pontifice conſecratur Archiepiſcopus, non interueniente Canonicorum ordinatione, quod diſſidium magnas in diœceſi turbas excitauit; námque Treue-
1300. rim deſtinatus an. 1300. bellum geſſit cum Confluentinis repugnante Collegij Capitularis voluntate, inſupérque Canonici hoc bello accenſi, & priſtino odio laborantes, eum coram Clemente V. Papâ citarunt, vt dignitate Pontificiâ exueretur; hic ab obiectis vt ſeſe purgaret, in procinctu itineris A migrauit à ſæculo 1307. ſepultus ma- 1307.
gnâ pompâ iuxta aram maiorem templi Dominicanorum.

LVXEMBOVRG.
D'argent au lyon de gueulles, à la queue doublée, paſsée en ſautoir, couronné & armé d'or, lampaſsé d'azur.

92. BALDVINVS DE LVXEMBOVRG, Henrici 7. Imperatoris frater, ætatis diſpenſatione aſſumptus eſt an. 1307. vnctus in Pontificem Treuerenſem à Clemente V. tum pallio donatus 1308. vrbem ſuam ſolemniter ingreditur die Pentecoſtes: ætatis pubertatem innatâ morum grauitate & prudentiâ adæquauit, nam iuſtitiæ obſeruantiſſimus, in fratrem qui propriam
vxorem occiderat ſpe alterius ducen- 1308.
B dæ animaduertit; ſpecimina quoque Antiſtitis optimi protulit, cum aliquando Moguntinam, Spirenſem, Vormacienſem, hanc denique Treuerenſem Eccleſiam ſummâ laude adminiſtrauit: Ludouicum Bauatum Aquiſ-
grani Imperatorem inaugurauit 1315. 1315.
& ſequenti anno fidem clientelæ, fœderiſque Regi Philippo iurauit anno 1341. Septembris 17. vt memoratur in actis Regij chartophilacij Pariſienſis: pontem quoque lapideum ſuper Moſellam prope Confluentiam; duo item cœnobia Carthuſianorum, vnum iuxta Treuerim, alterum in monte S. Beati C conſtruxit, & amplis prouentibus locupletauit; denique Eccleſiaſticis ſtudiis Cathedralem ſuam de quâ optimè prometitus erat, ſuper omnes deceſſores ſplendidè decorauit; diem obiit
an. 1353. 28. Ianuarij ætatis an. 68. cu- 1353.
ius exequias Carolus Imperator ſuâ præſentiâ honeſtauit, funeratus in æde maiori 14. Martij. huius meminit Quercetanus in ſtemmate genealogico Luxemburgenſis familiæ.

SARBRVCK.

93. BOEMVNDVS DE SARBRVCK II. ſuperioris cognominis conſanguineus, ex Archidiacono ſuffectus aſſenſu Canonicorum Collegij ca- D pitularis 1354. tum munere Legati fun-
gitur pro Carolo Romanorum Rege 1354.
Metenſibus populis ad eius obedientiam redactis; dignis Antiſtite virtutibus præditus, paulò poſt ob ſenij moleſtias, adiutorem ſibi in functionibus Epiſcopalibus allegit Cunonem, & apud Sarburgium caſtrum vitæ reli-
quum tranquilliter exegit, mortuus 1368.
anno 1368. in Eccleſiâ Metropolitanâ requieſcit.

FALCKENSTEIN.
D'or au chef de pourpre.

94. CVNO DE FALCKENSTEIN, nobilis Germanus, dominus de Mitſenberg, ex Canonico Mogun-

tinenſi ſuperioris Coadiutor deſigna- A tur à deceſſore, ſolâ meritorum prærogatiuâ ab Vrbano v. Papâ conſecratus pallio donatur; qui Colonienſis etiam Adminiſtrator, & Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus conſtitutus à Sede Apoſtolicâ, eam Eccleſiam nepoti Friderico Saruerdenſi reſignauit; vir fuit ſtrenuus, in functione Epiſcopali aſſiduus, qui à naturâ quo dammodo ad regimen Eccleſiaſticum natus videretur: Bopardiam & Veſaliam ſuperiorem cum medietate Sternenbergij ditioni Treuericæ adiecit: Trithemius autem refert ei dicatum eſſe librum de illuſionibus dæmonum, à Bertranno Epiſcopi Metenſis Vicario. Poſt regiminis annos viginti Con-
1388. fluentiç obiit anno 1388. & ad Sanctum Caſtorem magnificè ſepultus eſt; vide Bruſchium in catalogo Colonienſium & Treuerenſium Archiepiſcoporum.

Koningstein. 95. Vernervs de Koningstein, mortuo Cunoni auunculo ſucceſſit Capituli ſuffragiis 1388. triginta ferè annis præfuit, ac mortali-
1418. tatis debitum ſoluens an. 1418. Confluentiæ iacet prope Cunonem.

Zigenheim. 96. Otho de Zigenheim Præpoſitus maioris Eccleſiæ, ex Comitum Zigenheimenſium progenie ortus, Cathedræ Treuerenſi imponitur ſub an. 1418. Præſul literatorum fautor, hæreticorum acerrimus inſectator, ad hæc in reformandis Cleri moribus & diſciplinâ Eccleſiaſticâ ſollicitus, ſummæ erga Deum pietatis
1421. laude claruit, an. 1421. peregrinationis causâ Hieroſolymam petiit; de quo Bzouuius, & Ioannes Nider in Formicario lib. 2. c. 2. Moritur Con-
1430. fluentiæ an. 1430. depoſitus in maiori baſilicâ à dextro latere chori.

Helmstad. 97. Rabanvs de Helmstad ex Spirenſi Epiſcopo huic Metropoli præponitur, poſteaq; abdicato Eccleſiaſtico Magiſtratu Spiræ in Cathedra-
1439. li humatur anno 1439.

Sirck. 98. Iacobvs de Sirck, i. ex Baronum familiâ huius nominis, multæ eruditionis Epiſcopus, reſignatione deceſſoris Cathedram ſuſcepit regendam, confirmatúſque eſt ab Eugenio
1436. iv. Pont. animam reddidit 1436. ſepulturæ traditur in baſilicâ Beatæ Virginis iuxta templum primarium.

99. Ioannes de Bade ii. Iacobi Marchionis Badenſis, & Catharinæ Lotharenæ filius, conſtituitur Archiepiſcopus 1449. ætatis anno viceſimo-ſecundo: factus grandior Eccleſiaſticis & politicis rebus ſe longè præſtantiſſimum exhibuit, etenim ob multiplicem iudicij ac prudentiæ peritiam, apud Imperij Principes ſummâ æſtimatione excelluit: de illo meminit Æneas Silvius in Apologiâ ad Meyerum; octogenarius ferè in caſtro Erenbreſtein viuis exceſſit 1505. Pontificatus anno 53 ætatis 79. ſepul- B tus in maioris Eccleſiæ choro D. Nicolai. — de Bade. D'or à la bande de gueulles. 1449. 1505.

100. Iacobvs de Bade, ii. ſuperioris nepos, Chriſtophoro Marchione Badenſi & Otiliâ Catzenelbogenſi genitus, ex Coadiutore Ioannis, ſcrutinio Canonicorum legitimè ordinatur; ingenio, facundiâ & multiplici ſcientiâ laudatiſſimus, qui bonis literis à Philippo Beroaldo inſtitutus fuerat; eum Maximilianus Imperator plurimi fecit, ac Thomæ Diui Maximini Abbati viro prudentiſſimo regimen diœceſeos tranſmiſit, dum Coloniæ ageret extremum ſpiritum C emiſit an. 1511. corpus Confluentiæ in S. Florino terræ mandatur. — de Bade. 1511.

101. Richardvs Greiffenchlav ex proſapiâ dominorum de Greiffenclau de Volratz, maioris templi Canonicus, omnium vocibus expoſcitur ad regimen huius Metropolis, probante inſuper Maximiliano Imperatore. Hic ergo, vt Cratepolus ſcribit, talem ſe geſſit, qualem vix Germania multis retro ſæculis habuit, qui cum aliis virtutibus excelleret, tum prudentiâ, eruditione, ac pietate enituit, diœceſim ſuam à Lu- D theranâ hæreſi purgando; Carthuſiam Treuerenſem inſtaurat, huiúſque tempore Comitia Imperialia Treueris celebrantur, aſſiſtentibus Germaniæ Principibus & proceribus viris anno 1512. intereſt electioni Caroli v. Cæſaris 1519. in quo conuentu ſuffragiis Regem Galliarum Franciſcum i. iuuare in animo habuit; item Aquiſgrani, Ferdinandi coronationi adfuit, 1531. xi. Ianuarij: cúmque remearet non ſine veneni ſuſpicione extinctus eſt, poſtquam ſummâ laude huic Eccleſiæ præfuiſſet; laudatus in funere à Bartolomæo Latomo, quieſcit in — Greiffenchlau. 1512. 1531.

maiori templo Treuerensi ante aram A Sanctæ Crucis, cum ingenti totius populi luctu, qui ipſum patriæ parentem nuncupauit; Epitaphij verò titulus hic eſt:

Aſpice RICHARDI *monumentum Præſulis, hoſpes*
Hic gelida cuius membra quiete cubant.
Quem meritò fleuit ſublatum TREVER, *& alto*
Vindicis ingemuit pectore fata ſui.
Ille ſed inſanos motus terráſque relinquens
Induit æthereas quas tenet auctus opes:
Luſtra nouē totidémq; biennia duxit: & illi
Tredecimo clauſit Martius orbe diem.

METZENHAVSEN. 102. IOANNES DE METZENHAVSEN, III. poſt Richardi obitum pro more ſubſtitutus eſt 6. Cal. Aprilis. ſedit annis circiter nouem, & in Conuentu Principum Imperij Haganoæ repentè morbo animam efflauit in arce Daenſtein Vaſgoæ die 22.
1540. Iulij anno 1540. ætatis 48. ſepultus in Metropolitanâ.

HAGEN. 103. IOANNES-LVDOVICVS AB HAGEN, difficillimis Lutheranæ hæreſeos temporibus ad eam Eccleſiam ſublectus Pontific. 7. ætatis verò
1547. 53. lucis vſurâ priuatur an. 1547. corpúſque Treueris in æde maiori tumulatut.

ISEMBOVRG. D'argent à la faſce de ſable, de deux pieces. 104. IOANNES D'ISEMBOVRG IV. ex Comitibus Iſemburgicis ortus, Abbas quoque Diui Maximini, poſt Ioannem, Antiſtes ſubrogatur 1547. Concilium habuit prouinciale 1549. & cum aliis Præſulibus Synodo Tri-
1552. dentinæ interfuit 1552. Patribus Soc. Ieſu Collegium ædificandum curauit apud Confluentiam; interiit an. 1556. in caſtto Montaburenſi, & apud Confluentiam in templo S. Florini ſepulchro tecondirur.

DE PETRA. 105. IOANNES DE PETRA, V. nobilis generis, à puero ſtudiis operam dedit, quibus feliciter inſtructus, inter Treuerenſis Collegij canonicos cooptatur; itaque Ioanne vltimum diem claudente, ipſe Capituli Archidiaconus omnium vocibus poſtu-
1556. latur & ſummo eiuſdem Eccleſiæ Pontificatu dignus eligitur 1556. Aprilis 25. cui inſuper acceſſit vitæ integritas, cum ſingulari animi prudentiâ, quibus ad patriæ ſalutem in Comitiis Imperij generalibus ſummoperè intendit. Maximiliani 2. inaugurationi Francofurti cum aliis Electoribus interfuit, & promouendæ diſciplinæ, literarúmque ſtudioſus, Academiam Treuerenſem inſtaurare aggreſſus eſt; cum verò vndecim annis huic ſedi præfuiſſet, Confluentiæ fato eripitur 5. Idus Februarij 1567. ibique ad S. 1567.
Florinum iacet; viſcera autem in monaſterio Lacenſi gentilitio auorum conditorio depoſita ſunt.

106. IACOBVS DE ELTZ III. Metropolitani templi Decanus aſſumitur in Pontificem 1567. menſe Aprili, & 1570. Maximiliani 2. Imp. iuſ- 1570.
B ſu, filiam Eliſabetham Auſtriacam deduxit in Galliam, Caroli IX. Regis Chriſtianiſſimi futuram vxorem; adfuit & creationi Rudolphi 2. Imp. cum aliis Electoribus, ſub cuius regimine obiit Georgius de Virnenburg Suffraganeus Treuerorum. Viuis exemptus eſt 1581. 14. Iunij, ſepultus in prima 1581.
riâ baſilicâ. DE ELTZ.

107. IOANNES DE SCOVEMBERG, VI. Electus vltimâ Iulij 1581. SCOVEMBERG.
anno ſequenti in Comitiis Auguſtanis à Pontificis legato conſecratur; vltimum diem clauſit an. 1599. Calendis Maij. 1599.

C 108. LOTHARIVS DE METTERNICH, Archiepiſcopalem Sedem adeptus 1599. eam adminiſtrauit vſque ad annum 1623. quo vitâ defunctus Septembris 7. METTERNICH. 1599.

109. PHILIPPVS-CHRISTOPHORVS DE SOETEREN ſenior, Canonicus Moguntinenſis recipitur 26. Februarij 1594. dein Scholaſticus Electoralis Eccleſiæ 1605. Præpoſitus Treuerenſis & Bruſſalienſis, Canonicus Spirenſis, necnon S. Albani Moguntinenſis, ac Diui Maximini propè Treuiros Archimandrita: fit pri-
D mò Coadiutor Spirenſis 30. Maij an. 1609. poſt eligitur Epiſcopus 1610. tandémque Archipræſul poſt obitum Lutharij ſucceſſit an. 1623. Septembris 27. Interim cum an. 1632. Guſtauus Adolphus Rex Sueciæ, Germaniam victricibus atmis ferè in poteſtatem ſuam redegiſſet, Principes Catholici & Electores Imperij, vt ſaluti conſulerent, ad ſocietatem cum eo contrahendam recurrere coacti ſunt; quapropter Philippus-Chriſtophorus dominio Treuerenſi timens, cum vidiſſet Moguntinam & Herbipolenſem ditiones vaſtatas, patrue-

SOETEREN. Ecartelé au 1 & 4 d'argent à la croix pleine de gueules, qui eſt TREVES. Au 2. & 3 de SOETEREN. Sur le tout à l'Agneau de Dieu paſſant, tenant vne croix & bandetolle chargé d'vne croix de ... au portail flanqué de deux tours & couronné de ...

nio Regis Ludouici XIII. ſeſe ſubie- A
cit, nequicquam indignante Cæſareâ Maieſtate & Hiſpano Rege, tradito inſuper Hermenſteinio loco munitiſſimo; ad maiorem porrò fœderis firmitatem, voluit ciuitatem Treuericam etiam conſignare, ni præuertiſſet Capitulum, quod Hiſpanâ factione tentatum maluit præſidia militaria eius nationis recipere; quin & eò proſiliit Canonicorum aduerſus Archiepiſcopum inobedientiâ, vt eum iniuſtè de-
1632. ponere aggreſſi fuerint anno 1632. eam ob rem regiis copiis Treueris in gratiam Archiepiſcopi obſeſſa eſt, & ad deditionem Gallorum compulſa, B
quam ſub Antiſtitis auctoritate cum militaribus copiis tenuit Luduuicus, quoad ſubdolâ inuaſione 26. Martij
1635. 1635. vrbs capitur cum Archiepiſcopo, qui continuò Luxemburgum, inde Namurcum, tandémque apud arcem Treuorenſem iuxta Bruxellas deducitur. Rex ad eius libertatem procurandam cum teneri iure videretur, eius reſtitutionem poſtulauit, quæ cum denegaretur, bellum indixit, quod etiamnum inter potentiſſimos Reges hactenus durat; Interim conuentus Electorum exeunte Maio Pragæ indictus eſt, eóque ex Belgio Archiepiſ- C
copus deducitur, qui electionem Ferdin. 3. probaret: deniq; in cuſtodiâ detentus eſt, quoad Ludouici XIV auſpiciis ductore Henrico de Turre, Vicecomite Turenæ, fortiſſimo Equitum Franciæ Tribuno, vrbe receptâ, Archiepiſcopus in ditionem ſuam reſtitutus eſt: ſed iam prouectâ ætate paucis annis ſuperuixit, etenim mor-
1652. tuus eſt 1652 menſe Februario.

de Leyen 110. Carolvs Gasparvs de Leyen Archiepiſcopus Treuirenſis, ſacri Romani Imperij Princeps Elector & Archicancellarius per regnum Arelatenſe, Adminiſtrator perpetuus D
Prumenſis, Præpoſitus Vueiſſenburgenſis & Odenheimenſis, Coadiutor Philippi-Chriſtophori renunciatur an.
1650. 1650 14. Iulij ab Innocentio x. Pontifice bullis prouiſus quas XII. Octob. ſequentis Capitulo & Canonicis exhibens, coram Clero & magno populi concurſu ſacramentum profeſſus eſt: tum mortuo deceſſore Metropolis adminiſtrationem ſuſcepit, interéſtque
1653. an. 1653. electioni Ferdinandi Regis Romanorum, Ferdinandi 3. Imperatoris filij.

TVRONENSES ARCHIEPISCOPI.

CÆSARODVNVM Turonum Ptolemæo, tertiæ Lugdunenſis Metropolis, cuius incolæ Turones à Tacito & Cæſare appellati, Sidonius Apollinaris, Frodoardus & Goffridus Vindocinenſis vrbem nominant Turonum, Gregorius Turonicam, Gerbertus epiſt. 61. Turonium, Turonim geſta Conſulum Andegauenſium, & Martinopolim vocant à S. Martino Epiſcopo, Mathæus Vindocinenſis præfatione in librum Tobiæ, Ioannes Monachus Maioris monaſterij, & Bernardus Silueſtris in Megacoſmo ad Hetricum: vrbs antiquiſſima Gallos conditores ſibi vindicat, quemadmodum & principatum iure vetuſtatis ſupra viciniores prouincias; de his præcipuè lib. 2. Comment. Cæſar; ex quo patet ipſi adhæſiſſe; apud Gregorium Turonenſem, ciues & Senatores Romani dicuntur, nempe quia iure ciuitatis fruebantur ob ſocietatem & amicitiam initam cum Romanis. Turonici è regno Clodomeris, poſtea Sigeberti Regis in ſortem venêre, quorum ciuitas à Chilperico peruaſa vt prodit Gregorius; Gothis autem Gallias inuadentibus, ab eis in ſeruitutem redacta eſt, Gallis tamen eam obſidentibus recedere coacti ſunt, religione ducti ſacri corporis Martini, quod in vrbe ſeruabatur; cum verò tandem in eorum veniſſet poteſtatem, Normãnis Gallias deprędantibus, eam Comiti Andegauenſi Ingelgerio Rex conceſſit, vt barbarorum impetum reprimeret; ad cuius commendationem opportunum videtur inſerere huic loco verſus Guillelmi Aremorici in Philippide:

Tovrs en Touraine ſur la Loire; de gueulles à 3. Tours d'arget couuertes de ſable, 2 & 1. au chef de France.

Inde iter accelerat Turonis feſtinus in vrbẽ
Quam geminum nitidâ flumen circumfluit vndâ
Hinc Liger, hinc Carus medio ſedet inter vtramque
Clara ſitu, ſpecioſa ſolo, iucunda fluentis,
Fertilis arboribus, vberrima fruge, ſuperba
Ciue, potens Clero, populo numeroſa, referta
Diuitiis, lucis, & vitibus vndique lucens,

Quam ſacroſancti præſentia corporis ornat Præſulis eximy Martini, gloria cuius Omnibus Eccleſiis ſummum decus accumulauit.

» Rectè itaque Turonenſis Eccleſia di-
» citur pupilla oculi Regis Franciæ à
» Stephano Tornacenſi epiſt. 49. nobi-
» lis & magna Petro Venerabili Clunia-
» cenſi Abbati lib. 4. epiſt. 10. Metropo-
» lis ex antiquo & meritis glorioſiſſimi
» Confeſſoris Chriſti Martini honorabi-
» lis, ſempérque venerabilis, & inter
» Gallicanas ſactatior Adriano 2. epiſt.
» 27. vbi eam Pontifex petit à Carolo
» Imperatore ita exornari, vt iam non
» Cæſarodunum, ſed Carlodunum ap- B
» pelletur. Baſilicas habet inſignes, Metropolitanam, cuius olim patronus S. Mauritius & nunc paſſim Diui Gatiani templum nuncupatur, inſigne ædificium, cuius Capitulo præeſt Decanus eíque ſubſunt aliæ dignitates, & Canonicatus 52. Nec minoris eſt prærogatiuæ Eccleſia Collegiata regni Francorum opulentiſſima quæ S. Martino dicatur, vetuſtate venerabilis, ampliſſimis dignitatibus, iuribus, & latifundiis potitur, cuius Rex Abbatis titulum gerit: ſunt & cœnobia Maioris-monaſterij, Sancti Iuliani, Bellimon- C tis, templum quoque Sanctorum Coſmæ & Damiani, in quo tumulus Ronſardi Principis Poëtarum viſitur; fabricâ monetæ ab antiquo pollet, adeo vt numi Turonenſes S. Martini nomine inſcripti reperiantur à tempore Ludouici Pij. Ceterùm vrbs gratiſſima ſitu ad Ligerim iacet, cui vicinus eſt Carus fluuius, temperatiſſimo aëre, felici glebâ, ſuauiſſimis fructibus abundans, vt iure ab Ortelio totius orbis gratiſſima ciuitas commendetur, ab omnibus Galliæ hortus. longiori figurâ protenditur, proſpectúmque præbet elegantiſſimum, ſuburbiis amplis eíſque venuſtis ornatur, & abundat multitudine opificum maximè ſericorum, D vnde apud omnem Galliam nominatiſſima eſt, imò apud exteras nationes. Ad huius quoque Metropoleos ornamentum accedit, quod omnes Britanniæ habeat Suffraganeos, in omnibus Notitiis prouinciarum Galliæ; Epiſcopus quamquam Dolenſis in Aremoricâ, ab eius ſe tentarit olim iuriſdictione ſubtrahere, conſtitutâ Dolis Archiepiſcopali Sede Regum Britanniæ fauore, vti mentio eſt in Conciliis, Pontificali tamen ſententiâ ei Me-

A tropoli nunc ſubiecta eſt, quæ numerat Epiſcopatus Suffraganeos CENOMANENSEM, ANDEGAVENSEM, NANNETENSEM, REDONENSEM, VENNETENSEM, CORISOPITENSEM, LEONENSEM, TRECORENSEM, BRIOCENSEM, MACLOVIENSEM, ET DOLENSEM: Abbatiæ autem hæ reperiuntur in diœceſi:

SVFRAGANS de l'Archeueſché DE TOVRS. MANS. ANGERS. NANTES. RENNES. VANNES. CORNOVAILLE. LEON. TREGVIER. S. BRIEVX. S. MALO. DOL.

S. IVLIANI *S. Iulien de Tours*, O.S.B.

MAIORIS-MONASTERII, O.B. *Mairmonſtier lez Tours.*

B BELLIMONTIS *feminarum*, O.B. *Beaumont lez Tours.*

CORMERIACI, *Cormery*, O.B.

BELLILOCI, *de Beaulieu*, O.B.

S. SALVATORIS DE VILLALVPE, *S. Sauueur de Villeloin*, O.B.

DE NVCARIIS, *de Noyers*, O.B.

DE SVLLEYO, *Seuilley*, O.B.

DE TVRPINIACO, *Turpenay*, O.B.

C S. MICHAELIS DE BOISAVBRY, O.B.

DE PRVLIACO, *de Pruilly*, O.B.

DE AQVAVIVA, *Aigueuiue*, O.A.

DE GASTINETA, *de Gaſtine*, O.A.

DE FONTANIS-ALBIS, O.A. *De Fontaine-les-Blanches.*

CLARITATIS-DEI, *la Clarté*, O.C.

DE MONCEIO, *Moncey, fem.* O.C.

DE BAVGESEIO, *Baugerais*, O.C.

Porrò hæc Metropolis habet inter cætera, quòd primi Epiſcopi accuratiùs omnibus aliis Galliarum memo- D riæ conſcripti ſunt, à Diuo Gregorio Turonenſi Antiſtite, primo Francorum Hiſtoriographo, cuius operibus nos multa in hoc labore illuſtraſſe fatemur; quod autem ſpectat ad poſteriorem ætatem, in eo concinnando Catalogo magnoperè ſelectis chartis & membranis ſuis manuſcriptis nos adiuuit, nobilitate & eruditione inſignis Michael de Marolles, Abbas de Villalupe.

1. S. GRATIANVS primus Turonenſium Epiſcopus, de cuius miſſio-

nis tempore ex profeſſo agens Gre- A
gorius id profert libro 10. cap. 31.
» Hiſtoriæ Francorum. De Epiſcopis
» Turonicis, ait, licet in ſuperioribus
» libris quædam ſcripſiſſe viſus ſim, ta-
» men propter ordinationem eorum &
» ſupputationem, quo tempore primùm
» prædicator ad Turonicam acceſſit
» vrbem reciprocare placuit. Primus
» GRATIANVS Epiſcopus anno Im-
» perij Decij primo, à Romanæ Sedis
» Papâ tranſmiſſus eſt. In quâ vrbe mul-
» titudo paganorum idololatriis dedita
» commorabatur: de quibus nonnullos
» prædicatione ſuâ conuerti fecit ad
» Dominum. Sed interdum occulebat B
» ſe ob impugnationem potentum, eò
» quod ſæpius cum iniuriis & contume-
» liis, cùm repererant, adfeciſſent: ac
» per cryptas & latibula cum paucis
» Chriſtianis, vt diximus, per eundem
» conuerſis, myſterium ſolemnitatis diei
» Dominici clanculò celebrabat. Erat
» autem valde religioſus, & timens
» Deum: vt niſi fuiſſet talis, non vtiquo
» domos, parentes, & patriam ob Do-
» minici amoris diligentiam reliquiſſet.
» In hac vrbe ſub tali conditione, vt
» ferunt, annos 50 commoratus, obiit
» in pace, & ſepultus eſt in ipſius vici C
» cœmeterio, quod erat Chriſtianorum.
» Et ceſſauit Epiſcopatus 37. annis. Ex
his verbis Gregorij apparet, eum con-
tradicere vulgari epochæ aſſerentium
Gratianum Turonenſem à Clemente
250. miſſum, cum liquidò ad an. Chriſti 250.
à Romano Pontifice deſtinatū doceat.

2. S. LIDORIVS ordinatus eſt an-
338. no ſal. 338. ita enim proſequitur idem
Gregorius: An. Imperij Conſtantis pri-
mo LIDORIVS ordinatur Epiſco-
» pus. fuit autem de ciuibus Turonicis,
» & hic valde religioſus. Hic ædifica-
» uit Eccleſiam primam infra vrbem D
» Turonicam, cum iam multi Chriſtia-
» ni eſſent: primáque ab eo ex domo
» cuiuſdam Senatoris baſilica facta eſt.
» Huius tempore S. Martinus in Gal-
» liis prædicare exorſus eſt. Sedit au-
» tem annos 33. & obiit in pace, ſepul-
» túſque eſt in ſupraſcriptâ baſilicâ, quæ
» hodiéque eius nomine vocitatur.

3. S. MARTINVS Sabariæ in Pan-
noniâ natus, Conſtantini Magni Im-
peratoris an. XI. baptiſatur, ætatis de-
cimo ſexto, & Chriſtianus factus mi-
353. litiam abiecit circiter an. 353. ſub Hi-
larij Pictauorum Epiſcopi diſciplinâ
ſe tradens, à quo Exorciſtæ ordine
initiatur; præterea Gregorius auctor
eſt monaſterium Locociagenſe haud
procul Pictauis ædificaſſe, vbi con-
gregationem monachorum colloca-
uit; ſed ablegato in exilium Hilario,
primùm in Illyrico, inde Mediolani,
vbi monaſterium exſtruxit, pro fide
orthodoxâ exilium ac verbera paſſus
ab Arianis, vt Seuerus & Sozome-
nus produnt, ex Gallinariâ inſulâ ma-
ris Tirreni in quam ſeceſſerat vitæ ſo-
litariæ vacaturus, reuertenti Hilario
obuiam progreſſus eſt; ſed cum Ro-
mâ abſceſſiſſe comperiſſet, eum ſequu-
tus in Galliam ſub annum 360. præ-
dicare exorſus, è monaſterio euoca-
tur ad Epiſcopatum Turonenſem an-
no 375. qui ſanctitatis merito poſterio- 375.
ribus ſæculis admirandus enituit, ab
Imperatoribus impensè veneratus;
námque ad Valentinianum ſeniorem
cum ſe contuliſſet, de nonnullis actu-
rus, inſtigante Iuſtinâ Auguſtâ labe
Arianâ infectâ, eiectus è palatio, ad
diuinas preces recurrens, Angelico
monitu Imperatorem inuiſit, & in eius
colloquium ſæpius ac conuiuium ad-
ſcitus poſtulationem impetrauit; quod
pluribus narrant Seuerus & Fortuna-
tus; quin & Maximus eum ad ſe an-
no 386. venientem perhumaniter ex- 386.
cepit. Ithacianis autem aliquatenus
in ordinatione Felicis Treuerenſis
communicauit Martinus, ſed conſilij
poſtea pertæſus, ab eorum conſortio
ſemper abſtinuit. Quantùm pro Chri-
ſti cultu, & abolendâ idololatriâ la-
borauerit, planè inſigni zelo declara-
tur, quo reliquias ethnicorum deſtru-
xit in Galliâ, Deorum templa ac dæ-
monum idola proſtrauit: eximij quo-
que Paſtoris operibus intendens, diœ-
ceſim perluſtrando apud Candatenſem
vicum ad Dominum migrauit anno
397. Nouembris XI. qui tranſitus non 397.
nullis ſcriptorum veterum tricis im-
plicatus eſt: nam Greg. Turon Hiſt.
lib. 1. cap. 43. Cæſario & Attico Coſſ.
deſiiſſe ſcribit, mediâ nocte quæ Do-
minica habebatur. Sigebertus quem
Baronius ſequitur annum 402. deſi-
gnat, Sulpitius Seuerus ait an. 401. 401.
dum Dialog. 3. docet Martinum ſex-
decim annis vixiſſe poſt Conſulatum
Euodij qui contigit an. 386. à quo
ſextus-decimus annus eſt Chriſti 401.
de quibus opinionibus plura in Anna-
libus Eccleſiaſticis Baronij, Spondani
&

& lib. 7. Rationarij temporum Dionyſij Petauij. Defuncto Martino, grauis contentio orta inter Turonenſes & Pictones, vtriſque ſacrum corpus repetentibus: cum enim nocte intempeſtiuâ lis in craſtinum diem ſuſpenderetur, interim noctu Pictonibus ſomno ſopitis, corpus à Turonibus Vigennæ fluuio impoſitum, indéque per Ligerim Turones deuehitur, vt narrant Seuerus & Gregorius qui elogium ipſius his verbis texuit lib. x. cap. 31. *Sanctus Martinus anno viii. Valentis & Valentiniani Epiſcopus ordinatur: fuit autem de regione Pannoniæ, ciuitate Sabariæ, qui ob amorem Dei apud vrbem Mediolanenſem Italiæ, primò monaſterium conſtituit; ſed ab hæreticis, eò quod Sanctam Trinitatem intrepidus prædicaret, virgis caſus, atque expulſus de Italiâ, in Gallias acceſſit. Multos paganorum conuerti fecit, templa eorum atque ſtatuas confregit, fecítque multa ſigna in populos; ita vt ante Epiſcopatum duos ſuſcitaret mortuos. Poſt Epiſcopatum autem, vnum tantummodo ſuſcitauit. Hic tranſtulit corpus B. Gratiani, ſepeliuítque ipſum iuxta ſepulchrum S. Lidorij, in illâ nominis ſui præfatâ baſilicâ. Hic prohibuit ne Maximus gladium in Hiſpaniam ad interficiendos deſtinaret hæreticos; quibus ſufficere ſtatuit quòd à Catholicorum Eccleſiis eſſent vel communione remoti. Conſummato ergo præſentis vitæ curſu, obiit apud Condatenſem vicum vrbis ſuæ, anno 81. ætatis. De quo vico nauigio ſublatus, Turonis eſt ſepultus, in loco quo nunc adoratur ſepulchrum eius. De cuius vitâ tres à Seuero Sulpitio libros conſcriptos legimus. Sed & præſenti tempore multis ſe virtutibus declarat. In monaſterio verò quod nunc Maius dicitur, Baſilicam in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ædificauit. In vicis quoque id eſt Alingauienſi, Solonacenſi, Ambacienſi, Ciſomagenſi, Condatenſi, Tornemagenſi, deſtructis delubris, baptiſatíſque gentilibus, Eccleſias ædificauit: Sedit autem annos 26. menſes 4. dies 27. & ceſſauit Epiſcopatus dies 20.* Alio etiam loco, cap. 43. lib. 1. Hiſt. de obitu hæc narrat: Arcadij & Honorij ſecundo Imperij anno, S. Martinus Turonorum Epiſcopus, plenus virtutibus & ſanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogeſimo & primo ætatis ſuæ anno, Epiſcopatus autem 26. apud Condatenſem diœceſis ſuæ vicum excedens à ſæculo, feliciter migrauit ad Chriſtum, Tranſiit autem mediâ nocte, quæ Dominicâ habebatur, Attico Cæſareóque Conſulibus. Inter cæteros laudatores egregios habuit Martinus quatuor, nempe Sulpitium Seuerum, qui S. Martini amicus dum vixit, res geſtas literis conſignauit, Gregorium Turonenſem, Paulinum, & Fortunatum, poſteriores verſu, priores proſâ: de illius quoque vitâ habentur plura apud Baronium & Spondanum in Annalibus Eccleſiaſticis.

4. S. BRICCIVS ſubrogatur Martino, teſtis Gregorius hiſtoriæ lib. x. cap. 31. Briccius ordinatur Epiſcopus, anno Arcadij & Honorij ſecundo cùm pariter regnarent. Fuit autem ciuis Turonicus, cui 33. Epiſcopatus anno, crimen adulterij eſt impactum à ciuibus Turonicis. Expulſóque eo, Iuſtinianum Epiſcopum ordinauerunt. Briccius verò ſe ad Papã Vrbis dirigit. Iuſtinianus autem poſt eum abiens apud vrbem Vercellenſem obiit. Turonici iterum malignantes, Armentium ſtatuerunt. Briccius verò ſeptem apud Papam Vrbis annis degens, idoneus inuentys à crimine, ad vrbem ſuam redire iuſſus eſt. Hic ædificauit Baſilicam paruulam ſuper corpus Beati Martini, in quâ & ipſe ſepultus eſt. Cúmque portam ingrederetur, Armentius per aliam portam mortuus efferebatur. Quo ſepulto, Cathedram ſuam recepit Hunc ferunt inſtituiſſe Eccleſias per vicos, id eſt Calatonnum, Briccam, Rotomagum, Briotreidem, Cainonem. Fuerúntque omnes anni Epiſcopatus eius 47. obiítque & ſepultus eſt in baſilicâ quam ſuper S. Martinum ædificauit: Hiſtoriam Briccij plenius lege apud eundem Greg. l. 2. c. 1.

5. EVSTOCHIVS mortuo Briccio in eius locum ſuffectus, teſte Greg. lib. 10. cap. 31. Euſtochius ordinatur Epiſcopus, vir ſanctus & timens Deum, ex genere Senatorio. Hunc ferunt inſtituiſſe Eccleſias per vicos Brixis, Iciodorum, Luccas, Dolus. Ædificauit etiam Eccleſiam infra muros ciuitatis, in quâ reliquias Sanctorum Geruaſij & Prochaſij martyris condidit, quæ à S. Martino de Italiâ ſunt delatæ, ſicut S. Paulinus in epiſtolâ ſuâ meminit. Sedit autem annos 17. & ſepultus eſt in baſilicâ quam Briccius Epiſcopus ſuper ſanctum Martiqum ſtruxerat.

6. S. Perpetvvs, Eccleſiæ regimini admotus poſt obitum Euſtochij auctore Gregorio lib. 10. cap. 31. Perpetvvs de genere & ipſe, vt aiunt, Senatorio, & propinquus deceſſoris ſui: diues valde, & per multas ciuitates habens poſſeſſiones. Hic ſubmotâ baſilicâ, quam prius Briccius Epiſcopus ædificauerat ſuper S. Martinum, ædificauit aliam ampliorem miro opere. In cuius abſidâ beatum corpus ipſius venerabilis ſancti tranſtulit. Hic inſtituit ieiunia vigiliáſque qualiter per circulum anni obſeruarentur. Hic ædificauit baſilicam S. Petri: Sancti Laurentij monte Laudiaco. Huius tempore ædificatæ ſunt Eccleſiæ in vicis id eſt Euenâ, Mediconno, Berrao, Balatedinç, Vernado. Condiditque teſtamentum, & deputauit per ſingulas ciuitates quod poſſidebat, in eis ipſis ſcilicet Eccleſiis non modicam, & Turonicæ tribuens facultatem. Sedit autem annos 30. & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini. Hactenus Gregorius. Idem Perpetuus Concilio Turonico 1. ſubſcripſit primus
461. Epiſcoporum an. 461. & Venetico in Aremoricâ 465. ad quem etiam epi-
465. ſtolam ſcribit Sidonius Apollinaris lib. 7. epiſt. 9. vt ipſius rogatu tranſmitteret orationem quam habuerat in ordinatione Simplicij Bituticenſis Epiſcopi: lib. 4. epiſt. 18. patet ampliorem reddidiſſe Eccleſiam Diui Martini, cum inquit: Baſilicam ſancti Pontificis Confeſſoriſq; Martini Perpetvvs Epiſcopus, digniſſimus tanto prædeceſſore ſucceſſor, multum priori, quæ fuit hactenus capaciorem nouauit: Magnum eſt, vt ferunt, opus nominandúmque, quod in honorem talis viri factum, talis vir feciſſe debuerit. Carmen porrò elegans in eius præconium ſubnectens, operæpretium duximus eo in loco recitare:

Martini corpus totis venerabile terris:
In quo poſt vitæ tempora viuit honor,
Texerat hic primùm plebeio machina cultu,
Quæ Confeſſori non erat æqua ſuo:
Nec deſiſtebat ciues onerare pudore
Gloria magna viri, gratia parua loci.
Antiſtes ſed qui numeratur ſextus ab ipſo
Longam Perpetvvs *ſuſtulit inuidiam:*
Internum remouens modici penetrale ſacelli,
Ampláque tecta leuans exteriore domo.
Creuerúntq; ſimul valido tribuente patrono,
In ſpatiis ædes, conditor in meritis:
Quæ Salomoniaco potiùs eſt confligere templo,
Septima quæ mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis, auro, argẽto ſi ſplenduit illud,
Iſtud tranſgreditur cuncta metalla fide.
Liuor abit mordax, abſoluantúrque priores
Nil mouet, aut addat garrula poſteritas.
Dúmque venit Chriſtus, populos qui ſuſcitet omnes,
Perpetuò durent culmina Perpetvi.

Eidem dicat librum de miraculis S. Martini Benedictus Paulinus, alius à Nolano Epiſcopo, quod poëma edidit & illuſtrauit Franciſcus Iuretus; tranſtulit & corpus B. Martini, vt legete eſt capite 6. libri 1. de miraculis apud Gregorium & lib. 2. cap. 14. Hiſt.

7. S. Volvsianvs, Senatoriâ ſtirpe prognatus, teſtis Gregorius cum ait lib. x. Voluſianus ordinatur Epiſcopus, ex genere Senatorio, vir ſanctus, & valdè diues, propinquus & ipſe Perpetui Epiſcopi deceſſoris ſui. Huius tempore iam Clodoueus regnabat in aliquibus vrbibus in Galliis. Et ob hanc cauſam hic Pontifex ſuſpectus habitus à Gothis, quod ſe Francorum ditionibus ſubdere vellet, apud vrbem Toloſam exilio condemnatus, in eo obiit. Sedit autem annos 7. menſes duos: Notandum eſt verò de exilij loco, ſecum non conuenire Gregorium, qui lib. 2. cap. 26. in Hiſpaniam amandatum prodit, vbi & diem clauſit, in alio, Toloſam: ſi qua etiam fides habenda traditioni ſcriptorum, palmam martyrij retulit in pago Fuxenſi, inter Appamias & Vatilles; quin & vetus chronicon teſtatur, ipſius corpus in Eccleſiâ B. Nazarij prope caſtrum Fuxenſe depoſitum fuiſſe. Ceterùm habet inſignem nominis ſui Abbatiam Fuxenſem Canonicorum Regularium S. Auguſtini, à Carcaſſonenſibus Comitibus conſtructam, vbi ſacra corporis pignora quæ in capellâ præfati caſtri quingentis & eò amplius annis iacebant, in monaſterium Diui Voluſiani elata ſunt, prout affirmant antiqua monimenta cœnobij. Ad eum ſcribit Ruricius Lemouicenſis epiſt. vltimâ lib. 2. & Sidonius lib. 7. epiſt. 17.

8. Vervs à Gregorio octauus deſignatur Epiſcopus, cum inquit: Verus & ipſe pro memoratæ cauſæ zelo ſuſpectus, à Gothis in exilium deductus, vitam finiuit. Facultates ſuas Eccleſiis & benemeritis dereliquit. Sedit

autem annos XI. dies VIII. huius loco
506. ſubſcripſit an. 506. Leo Diaconus Synodo Agathenſi.

9. Licinivs, de quo hæc narrat idem Gregorius: Ciuis Andegauus, ob amorem Dei in Orientem abiit, ſanctáque loca reuiſit. Exinde digreſſus, in poſſeſſione ſuâ Monaſterium collocauit, infra terminum Andegauum, & poſtea Abbatis officio in monaſterio, vbi S. Venantius Abbas ſepultus eſt, functus, ad Epiſcopatum eligitur. Huius tempore Clodoueus Rex victor de cæde Gothorum Turonis rediit. Sedit autem annos XII. menſes duos, dies 25. & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini: memoratur interfuiſſe Aurelianenſi Concilio 1. an 511.
511. & lib. 2. cap. 39. hiſt. Francorum.

10. Theodorvs & Procvlvs, iubente beatâ Chrodielde Reginâ, ſubrogantur, eo quod de Burgundiâ iam Epiſcopi ordinati, ipſam ſequuti fuiſſent, & ab hoſtilitate de vrbibus ſuis expulſi fuerant. Erant autem ambo ſenes valde. Rexerúntque Eccleſiam Turonicam ſimul annis duobus, & ſepulti ſunt in baſilicâ S. Martini, vt tradunt Gregor. lib. 10. cap. vltimo, & vetus chronicon Turonenſe.

11. Dinifivs, patriâ Burgundus, ſicuti eodem libro ſignificat Gregorius; Dinifius Epiſcopus, & ipſe ex Burgundiâ veniens: qui per electionem præfati Regis ad Epiſcopatum acceſſit. Cui aliquid de fiſci largitionibus eſt largitus, deditque ei poteſtatem faciendi de his rebus quæ voluiſſet. Qui maximè Eccleſiæ ſuæ quod fuit melius dereliquit, largitus eſt etiam quiddam benè meritis. Sedit autem menſes decem, & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini.

12 Ommativs Senator Aruernenſis, decreto Chlodomeris Regis ordinatus, teſtis Greg. lib. 3. cap. 17. & lib 10. cap. vltimo: De Senatoribus ciuibúſque Aruernis, valde diues in prædiis, qui condito teſtamento per Eccleſias vrbium, in quibus poſſidebat facultates ſuas, diſtribuit. Ipſe exaltauit Eccleſiam infra muros vrbis Turonicæ, Sanctorum Geruaſij atque Protaſij reliquiis conſecratam, quæ muro coniuncta eſt. Hic cœpit ædificare baſilicam S. Mariæ infra muros vrbis, quam imperfectam reliquit. Sedit annos quatuor, menſes quinque: & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini.

13. Leo ex Abbate ſancti Martini eligitur, prius faber lignarius ex Gregorio: ita enim memorat libro 3. cap. 17. Ommatio migrante, Leo ſeptem menſibus miniſtrauit. hic fuit vir ſtrenuus; & vltimo cap. Hiſt. ſubiungit; fuit faber lignarius, faciens turres holocbryſo tectas: ex quibus quædam apud nos retinentur. In aliis etiam operibus elegans fuit. Sedit autem menſes ſex, & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini. Hæc autem Eccleſia iam à tempore Caroli Magni Imp. ſæculari togâ donata, habet 52 Canonicos cum Decano & Theſaurario, qui numerus Canonicorum par eſt in Cathedrali.

14. Francilio, ex Senatorum proſapiâ genitus, ad Cathedram Turonenſem ſubuectus eſt, de quo hæc apud Gregorium: *Francilio ex Senatoribus ordinatur Epiſcopus, ciuis Pictauus, habens coniugem Claram nomine, ſed filios non habens. Fuerúntque ambo diuites valde in agris, quos maximè S. Martini baſilicæ contulerunt, reliquerúntque quædam & proximis ſuis. Sedit autem annos duos, menſes ſex, & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini.* Idem quoque lib. 3. hiſt. cap. 17. eius obitum aliàs explanauit: Anno tertio, inquit, Epiſcopatus ſui, cum Dominici Natalis vox alma populis effulſiſſet, idem Pontifex priuſquam ad vigilias deſcenderet, iuſſit ſibi poculum miniſtrari. Adueniens autem puer ſine morâ porrexit. Quo hauſto, mox ſpiritum fudit: vnde indubitatum eſt veneno eum fuiſſe necatum.

15. Inivriosvs, ciuis Turonicus, de inferioribus quidem populi, inquit, Gregorius, ingenuus tamen. Huius tempore Chrodieldis Regina tranſiit. Hic perædificauit Eccleſiam S. Mariæ infra muros vrbis Turonicæ. Huius tempore & baſilica S. Germani ædificata eſt, vici etiam Nouiliacus, & Luciliacus, fundati ſunt. Hic inſtituit Tertiam & Sextam in Eccleſiâ dici, quod modò in Dei nomine perſeuerat. Sedit autem annos XVI. menſes XI. dies XXVI. & ſepultus eſt in baſilicâ S. Martini. Concilio Aurelianenſi 2. ſubſcripſit an. 533. tertio 533.

538. per Campanum preſbyterum, denique Aurelianenſi IV. an. 541. ſub
541. eius Pontificatu Clotarius Francorum Rex cum decreto edixiſſet, vt regni ſui Eccleſiæ tertiam partem prouentuum fiſco regio perſoluerent, Gallicanis autem Antiſtitibus in Conuentu Sueſſionico aſſenſum non ſpontè præbentibus, ſolus contradixit Iniurioſus Epiſcopus, & ſcripto id confirmare, ac ſe tantam Eccleſiæ iniuriam inferri paſſurum denegauit; quapropter pro tuendâ Cleri libertate, & in redarguendo Rege conſtantiâ iratus Iniurioſus, inſalutato Principe Turones ſe recepit; ex textu l. 4. c. 2. Gregorij, res obſeruatione digniſſima melius intelligitur: *Chlotarius Rex indixerat, vt omnes Eccleſiæ regni ſui tertiam partem fructuum fiſco diſſoluerent. Quod licet inuiti, cum omnes Epiſcopi conſenſiſſent, atque ſubſcripſiſſent, viriliter hoc beatus* INIVRIOSVS *reſpuens, ſubſcribere dedignatus eſt, dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet: quia iniquum eſt vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum ſtipe tua horrea repleantur. Et iratus contra Regem, nec vale dicens, abſceſſit. Tunc commotus Rex, timens etiam virtutem B. Martini, miſit poſt eum cum muneribus veniam precans, & hoc quod fecerat damnans, ſimúlque rogans, vt pro ſe virtutem B. Martini Antiſtitis exoraret.* Hæc Gregorius, qui de erectâ ab ipſo Eccleſiâ Diuæ Mariæ, déque aliis piè inſtitutis plura ſcribit cap. vltimo lib. 10. Hiſtoriæ.

16. BAVDINVS, ex domeſtico Clothatij Regis, vel vt alibi obſeruat Gregorius, Referendario, ſedem
» adeptus: Ordinatur, inquit, Epiſco-
» pus habens filium. Multis eleemoſy-
» nis præditus. Aurum etiam quod de-
» ceſſor eius reliquerat, amplius quàm
» viginti millia ſolidorum, pauperibus
» erogauit. Huius tempore alter vicus
» Nouiliacus ædificatus eſt. Hic inſti-
» tuit menſam Canonicorum. Sedit au-
» tem annos quinque, menſes 10. & ſe-
» pultus eſt in baſilicâ S. Martini.

17. GVNTHARIVS ex Abbate S. Venantij, valde prudens dum Abba-
» tis fungeretur officio, inquit, idem
» Greg. & ſæpius Legationes inter Re-
» ges Francorum faciens. Poſtquam
» autem Epiſcopus ordinatus eſt, vino
» deditus, penè ſtolidus apparuit. Quæ
res eum in tantum amentem faciebat, «
vt conuiuas quos benè cognouerat «
nequiret agnoſcere: Sedit autem an- «
nos duos, menſes decem, dies vigin- «
ti duos: ſepultus eſt in baſilicâ S. Mar- «
tini; ceſſauítque Epiſcopatus anno «
vno. Poſt tranſitum Gunrharij apud Turones, deſignatus fuit Regis fauore Caro Preſbyter ad regimen huius Metropolis, ad quem confeſtim dirigitur legatio Cleri, vt Pontificatum acceptaret; ſed eum reſpuens, Chramni amicus, Aruernenſem potius ambiuit, aduerſus Cautinum Epiſcopum: quare vt de ipſo teſtatur Greg. lib.
4. cap. 11. qui Cathedram beati Mar- «
tini contemptui habuit, quam vo- «
luit non acceptauit: erat enim vani- «
tatis cothurno elatus, nullum ſibi pu- «
tans in ſanctitate haberi præſtantio- «
rem.

18. S. EVFRONIVS Senatoriâ dignitate & ortu inclytus, à puero in Clerum allectus, Epiſcopatus culmen adipiſcitur Clotarij Regis iuſſu, vt diſertè notat Greg. lib. 4. cap. 15. *Turonici audientes regreſſum fuiſſe Regem de cæde Saxonum, facto conſenſu in Eufronium Presbyterum, ad eum pergunt, datâque ſuggeſtione reſpondit Rex: Præceperam enim vt Cato presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta iuſſio mea? Reſponderunt ei: Petiuimus enim eum, ſed noluit venire: Hæc illis dicentibus, aduenit ſubitò Cato presbyter, deprecans Regem vt eiecto Cautino, ipſum Aruerno iuberet inſtitui. Quod Rege irridente, petiit iterum vt Turonis ordinaretur, quòd ante deſpexerat. Cui Rex ait: Ego primùm præcepi, vt Turonis te ad Epiſcopatum conſecrarent: ſed quantùm audio, deſpectui habuiſti Eccleſiam illam, ideóque elongaberis à dominatione eius: & ſic confuſus abſceſſit. De ſancto verò Eufronio, interrogans, dixerunt, eum nepotem eſſe Beati Gregorij, cuius ſuprà meminimus. Reſpondit Rex; prima hæc eſt & magna generatio. Fiat voluntas Dei, & beati Martini electio compleatur. Et datâ præceptione* XVII. *poſt beatum Martinum ſanctus Eufronius ordinatur Epiſcopus.* Interfuit Conciliis Pariſienſi 3. anno 557. Turonenſi 2. 557.
an. 567. huiúſque mentio extat in Synodo Santonenſi de quâ Greg. l. 4. 567.
c. 26. Hiſt. Fortunati porrò cum eo Præſule ſumma amicitiæ neceſſitudo interceſſit, quem non vt amicum modò, ſed vt patronum coluit; meminit enim cum laude lib. 3. poëmatum

carm. 4. ad Felicem Epiſcopum Nan- A
netenſem, agens de dedicatione Ec-
cleſiæ ſuæ, præſentibus Epiſcopis Do-
mitiano, Victorio, Domnulo, & Ma-
rachario his verſibus:

Inter quos medios, Martini Sede Sacerdos
EVPHRONIVS *fulget*, METRO-
POLITA *ſacer:*
Plaudens in ſanctâ Fratrum coeunte coronâ
Et ſua membra videns, fortior extat apex.

Ei, cæteriſque Epiſcopis prouinciæ
Turonicæ beata Radegundis ſcribit,
cui etiam ſuſceptâ ſanctæ epiſtolâ, reſ-
cripsêre Antiſtites Franciæ, quarum
exemplaria apud Gregorium reperies, B
qui lib. 10. Hiſt. cap. vltimo hoc elo-
» gium pertexuit: EVFRONIVS ex
» genere Senatorum, vir egregiæ ſan-
» ctitatis, ab ineunte ætate Clericus.
» Huius tempore ciuitas Turonica cum
» omnibus Eccleſiis magno incendio
» concremata eſt, de quibus ipſe poſtea
» duas reparauit, tertiam vetuſtiſſimam
» relinquens deſertam. Poſtea verò ba-
» ſilica S. Martini, & ipſa incendio eſt
» aduſta per Vuiliacharium, cùm ibi
» confugium pro Chramni quondam
» circonuentione feciſſet. Quam po-
» ſtea idem Pontifex texit ſtanno, opi- C
» tulante Rege Chlotario. Huius tem-
» pore baſilica S. Vincentij ædificata
» eſt. Sedit autem annos ſeptemdecim,
» obiítque ætate ſeptuagenariâ, & ſepul-
» tus in baſilicâ S. Martini; ceſſauítque
» Epiſcopatus dies 19. annum obitus Eu-
572. fronij aſſignant an 572. Aug. 4. Baro-
nius an. 574.

19. S. GREGORIVS Eccleſiæ
Gallicanæ lumen, virtutis, ſapientiæ,
eximiæque ſanctitatis gloriâ illuſtris,
de Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, rebúſque
Francicis optimè promeritus, patriâ
erat Aruernus, genitore Florentio,
matre Armentariâ. Nicetius Lug-
dunenſis Epiſcopus in Aruernenſem D
pagum diuertens, neſcio quid excelſæ
indolis in puero conſpiciens, ei bene-
dixit, ac fauſta precatus, ad ſuos pa-
rentes remiſit Gregorium, bonis diſci-
plinis apprimè erudiendum, quas ſub
Gallo patruo Aruernorum Antiſtite
edoctus eſt; eóq; vitâ functo, à ſancto
Auito pari diligentiâ eruditus, ad om-
nes artes mirabili celeritate percipien-
das idoneo ingenio prædıtus, hæc ſtu-
dia ſingulari felicitate excoluit, vſus
ſocietate quorumdam religioſorum ac
piorum virorum, qui apud Aruernos

A doctrinæ laude clarebant. Igitur Diui
Iuliani alumnus, ac Diaconus factus,
Epiſcopali ſolio omnium votis & im-
pensâ Cleri poſtulatione dignus iudi-
catur, legatione ad Regem miſsâ, vt
qui meritis, & nobilitate pollens, ſa- «
pientiâ præcipuus, Principibus notus, «
omnibúſque Eccleſiaſticis officiis ha- «
bilis planè cenſeretur. Sed cum ali- «
quandiu infulas detrectaſſet, Sigeberti
ac Brunichildis Reginæ voluntati ob-
ſequens, Epiſcopatus curam accepit,
quemadmodum ipſe de ſe teſtatur Mi-
racul. S. Martini lib. 2. cap. 1. *Anno*
B *centeſimo ſeptuageſimo ſecundo poſt tranſi-*
tum S. Martini Antiſtitis, Sigeberto glorio-
ſiſsimo Rege duodecimo anno regnante, poſt
exceſſum S. Euphronij Epiſcopi &c. onus
Pontificale indignus accepi. Ne autem
ordinationem ſuam procraſtinaret, il-
licò ab Ægidio Remenſi Archiepiſ-
copo conſecratur, teſte Fortunato lib.
v. carm. 2. quod eſt gratulatorium ad
ciues Turonenſes de primordiis Pon-
tificatus Gregorij:

Spes gregis ecce venit, plebis Pater, vrbis
amator,
Munere Paſtoris lætificentur oues.
C *Iura Sacerdotis meritò reuerenter adeptus*
Nomine GREGORIVS *Paſtor in vrbe*
gregis.
Quem patris Ægidij Domino manus alma
ſacrauit,
Vt populum recreet quē Radegundis amet.
Huic Sigebertus ouans fauet, & Brunichil-
dis honori,
Iudicio Regis nobile culmen adeſt.

Præſulatum adeptus, omnibus Epiſco-
pi muneribus ſe præbuit commenda-
bilem, quin & ſecundo menſe ab or-
dinatione, cum inualetudine mortem
oppeteret deſperatâ ſalute, ad D. Mar-
tini ſepulchrum progreſſus, hauſtu pul-
ueris ſanitatem recuperauit. Quæ au-
D tem in Pontificatu geſſerit, pluribus
narratur, tum in breuiario vitæ operi-
bus eius præfixo, tum lib. 10. c. 31. vbi
nomina réſq; geſtas deceſſorum Epiſ-
coporum per ſeriem exponens, Hiſto-
riam ſic concludit: Nonus-decimus «
GREGORIVS ego indignus, hanc «
Eccleſiam vrbis Turonicæ, in quâ bea- «
tus Martinus & ceteri Sacerdotes Do- «
mini ad Pontificatus officium conſe- «
crati ſunt, ab incendio diſſolutam di- «
ruptámque nactus ſum. Quam reædi- «
ficatam in ampliori altiorique faſtigio «
ſeptimodecimo ordinationis meæ an- «

» no dedicaui. In quâ ſicut à longæ- A
» uis Preſbyteris comperi, beatorum ibi-
» dem reliquiæ Agaunenſium ab anti-
» quis fuerant collocatæ. Ipſam etiam
» capſulam in theſauro baſilicæ S. Mar-
» tini reperi, in quâ valde putredine erat
» diſſolutum, quod pro eorum religio-
» nis eſt virtute delatum. Ac dum vigi-
» liæ in eorum honore celebrarentur,
» libuit animo hæc iterum prælucеſcen-
» te cereo viſitare, &c. Quem delatum
» reſeraui, fateor, & inueni in hoc capſu-
» lam argenteam, in quâ non modò bea-
» tæ Legionis reſtium, verùm etiam
» multorum Sanctorum, tam Martyrum
» quàm Confeſſorum reliquiæ teneban- B
» tur. Nacti etiam ſumus & alios lapi-
» des, ita vt hic erat, concauos, in qui-
» bus Sanctorum Apoſtolorum cum re-
» liquorum Martyrum, pignera contine-
» bantur. Quod munus ego diuinitùs
» indultum admirans, & gratias agens,
» celebratis vigiliis, dictis etiam Miſſis,
» hæc in Eccleſiâ collocaui. In cellulâ
» S. Martini Eccleſiæ ipſi contiguâ, San-
» ctorum Coſmæ & Damiani Martyris
» reliquias poſui. Baſilicas S. Perpetui
» incendio aduſtas reperi, quas in illo
» nitore vel pingi, vel exornari, vt prius
» fuerant, artificum noſtrorum opere
» imperaui. Baptiſterium ad ipſam ba C
» ſilicam ædificari præcepi, in quo San-
» cti Ioannis cum Sergij martyris, reli-
» quias poſui: & in illo priore baptiſte-
» rio S. Benigni Martyris pignera collo-
» caui. In multis verò locis infra Turo-
» nicum terminum, & Eccleſias, & ora-
» toria dedicaui, Sanctorúmq; reliquiis
» inluſtraui, quæ memorare ex ordine
» prolixum cenſui. Refert idem vitæ
breuiarium, Sancto Gregorio Papæ a-
micitiâ deuinctum fuiſſe, quem &
ſacra Apoſtolorum limina expeten-
tem, ſummâ animi reuerentiâ ſaluta-
uerit, meritò vt Fortunatus, Turo-
nenſem, Gregorio Nazianzeno aſ- D
ſimilet, tanquam ille Orienti datus
ſit, Romanus Meridiei, & hic noſter
Occidenti. Ceterùm Hiſt. lib. 5. c. 19.
obſeruat interfuiſſe Synodo Pariſien-
577. ſi anno 577. in quâ diſcuſſa eſt Præ-
textati Rotomagenſis cauſſa; idem
à Leudaſte Comite accuſatur apud
Chilpericum, falsò de quibuſdam di-
ctis contra Fredegundam Reginam,
de quâ obtrectatione in Brennacenſi
580. Concilio ſeſe purgauit an. 580. prout
deſignat cap. 49. eiuſdem libri; ce-
lebrem quoque habuit diſputationem
pro fide aduerſus Legatum Arianum
Hiſpaniæ Regis ad Chilpericum,
quem Gregorius ad inſectandam hæ-
reſim, & in rectâ fide confirmauit, vt
ipſe in ſcriptis ſuis ſignificat. Tandem
magnus ille Turonorum Antiſtes, ſan-
ctitate, doctrinâ, orbique vniuerſo fa-
mâ notus exceſſit xv. Cal. Decembris
an. 595. in baſilicâ Diui Martini tu- 595.
mulatus ad læuam ſepulchri deceſſo-
ris Martini. Immortalem memoriam
apud poſteros peperit inſigni de re-
bus geſtis Francorum Hiſtoriâ, quam
ad ſua vſque tempora perduxit, & fi-
nem impoſuit anno 594. circa men-
ſem Martium, ordinationis ſuæ vige-
ſimo primo, S. Gregorij Papæ anno
quinto. etenim vltimo cap. lib. x. com-
memorat Gregorius literarum moni-
menta quæ exarauit, ſic ſcribens:
*Decem Libros Hiſtoriarum, Septem Mi-
raculorum, vnum de Vitis Patrum ſcripſi:
in Pſaltery tractatum Librum vnum com-
mentatus ſum: de Curſibus etiam Eccle-
ſiaſticis vnum Librum condidi.* Subiicit
deinde nonnulla, quibus lectores con-
teſtatur, ne quid libris tametſi ſtylo ru-
ſtico elaboratis demant, vel in iis im-
mutent, & ita definit: Hos autem Li- «
bros in anno viceſimo primo ordina- «
tionis noſtræ perſcripſimus: ſcilicet «
in ſuperioribus de Epiſcopis Turoni- «
cis ſcripſimus, annotantes annos eo- «
rum: Non tamen ſequitur ac ſuppu- «
tatur numerus chronicalis, quia inter- «
ualla ordinationum integrè non po- «
tuimus reperire. Octo etiam alios li- «
bros compoſuit, quorum argumentum
ſubdit præfatione libri de Gloriâ Con-
feſſorum: In primo libello inſeruimus «
aliqua de miraculis Domini, ac San- «
ctorum Apoſtolorum, reliquorúmque «
Martyrum, quæ hactenus latuerunt, «
quæ Deus ad corroborandam fidem «
quotidie dignatur augere. In ſecun- «
do poſuimus de virtutibus S. Iuliani. «
Quatuor verò libellos de virtutibus «
S. Martini. Septimum de quorumdam «
felicioſorum vitâ. Octauum huncſcri- «
bimus de Miraculis Confeſſorum; de «
virtutibus Senoch Abbatis. S. Nico-
lai vitâ, Illidij Præſulis Aruernorum,
Abrahæ Abbatis, mirabilibus Me-
dardi, virtutibus Quintiani, & alia
opera elucubrauit, quorum paſſim
mentio extat variis locis Gregorij.
apud Sigebertum quoque obſeruatur
epitomen condidiſſe de rebus Fran-
corum, & chronicon Hiſtoriæ Eccle-

ſiaſticæ, vt accuratè digeſſit Gerardus A Ioannes Voſſius de Hiſtoricis Latinis lib. 2. Celebrant Gregorium in primis Venantius Fortunatus illi æqualis & amicus, Hincmarus, Baronius, Spondanus & alij; cuius vitæ ſeries à Cletico Turonenſi exarata apud Surium legitur: Feſtum autem in Molani Additionibus ad Vſuardum, & Martyrologio Romano habetur quod idem Baronius notis illuſtrauit.

596. 20. PELAGIVS an. 596. ei ſcribit Gregorius Pont. lib. 5. epiſt. 52. commendans Auguſtinum in Angliam euntem cum ſocijs, & Candidum presbyterum rectorem patrimonij.

21. LEVPARIVS, vel LEOPACHARIVS, de quo vitâ S. Columbani Abbatis cap 21. egreſſus, inquit, » ad ſepulchrum beati Martini accedit, » totâ ibi nocte in oratione excubat; il- » luceſcente verò die, à LEVPARIO » vrbis illius Epiſcopo inuitatus ad eſum » ite non abnuit, præſertim ob priorem » requiem frarrum, moratúſque eo die » cum ſupradicto Pontifice: Et infra » ſubiungit: Poſtea verò præbens ne- » ceſſaria Leuparius viro Dei, vale di- » cit. huius mentio eſt in Eccleſiaſticis 610. tabulis anno 610.

22. ACRICVS, ſiue AVGARICVS, quem diptycha Turonenſia ſediſſe memorant annis tribus.

23. GINALDVS, aliàs GIVALDVS, ſedit vno anno cum tribus menſibus in vetuſto cartophilacio.

24. VALARIVS, ſeu GAVALARIVS in manuſcripto codice nuncupatur.

25. SIGELAICVS, vel SIGILLAICVS, cuius filio Sigitanno dat locum ad extruendam Abbatiam Molibecci Rex Dagobertus, de quo Renatus Chopinus libto 2. Monaſticon tit. 11. numero XIX. & vetus legenda S. Sigiranni in ſcriniis Abbatiæ huius nominis in territorio Turonico Brenenſi.

26. LEOBALDVS, ſeu LETHBALDVS, ex veteri chronico.

27. MODEGISILVS Concilio Re- 630. menſi adfuit an. 630. apud Flodoardum lib. 2. cap. 5. Hiſtor. ac præfuiſſe dicitur annis vndecim.

28. LATINVS Synodo Cabilonenſi A ſubſcripſit an. 650. per delegatum Bettonem Abbatem. 650.

29. CARICISILVS, vel CARICISVS, in Eccleſiæ tabulariis eius Pontificatus duo anni ſtatuuntur.

30. RIGOBERTVS.

31. PAPOLENVS, ex eodem catalogo ſedit annis quinque.

32. CHROTBERTVS, Eccleſiam S. Martini libertate primus exemit, vt enuntiatur in antiquiſſimo exemplari huiuſce immunitatis Epiſcopalis ab Adeodato Papâ conceſſo an. 670. ſup- 670. B plicante Crorberto, & conſenſu Antiſtitum Gallicanorum, quod è regeſto Pancartæ nigræ S. Martini, titulo priuilegiorum imperialium & regalium profertur in hæc verba:

DILECTISSIMIS *Fratribus vniuerſis Epiſcopis in Galliæ partibus, Adeodatus. Æquitatis nos admonet norma &c. dum Ægiricus religioſus Presbyter & Abbas monaſterij S. Martini, in quo & venerabile corpus eius eſt ſitum, viſendas ex deſiderio veniens Apoſtolicas confeſſiones & atria, noſtris ſe repræſentaret obtutibus, commendationémque fratris noſtri* CROT- C BERTI TVRONICÆ *Eccleſiæ Præſulis obtinuiſſet; ſupplici voce precatus eſt, vt priuilegium Apoſtolicâ auctoritate ſubnixum, ob munitionem venerabilis monaſterij. quod beatæ recordationis Confeſſor Chriſti Martinus, Turonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, in Gallicanis partibus ad conuerſorum ſalutem ſui ſacratiſſimi corporis conſecratione decorauit, cui nunc præeſſe ſe perhibens ſcriptis oſtenderat, ei concedere deberemus. Parumper autem ambigimus, idcirco quòd mos atque traditio ſancta noſtræ Eccleſiæ plus non ſuppetat, à regimine Epiſcopalis prouidentiæ religioſa loca ſecernere. Verùm vbi & prædicti fratris noſtri Crotberti Tu-* D *ronenſis Eccleſiæ Præſulis monachicam libertatem, hoc eſt liberam diſpenſandi licentiam ſcripto conceſſam, religioſitate eius exemplaria proferente, comperimus; in cuius volumine & aliorum per Gallicanam videlicet prouinciam conſtitutorum Antiſtitum, ad id conſenſum præbentium ſubſcriptiones ſubter annexas inſpeximus: nullatenus iam exortem rationis ac canonicæ regulæ tantorum Epiſcoporum conſonam ſententiam fore perpendimus. Propterea & nos erga quos ijdem fratres noſtri reuerentiſſimi præſentes conferre prouiderunt, ſimili cenſurâ ex auctoritate profectò Apoſtolorum Principis, cui claues ligandi atque*

ſoluendi conditor ac redemptor omnium A *tribuit, identidem firmari conceßimus: vt Apoſtolicâ fulti auctoritate, per priuilegij ſeriem, nullas grauedines à quolibet Epiſcoporum ſub prætextu diſcußionis religioſus Abbas vel monachi ibidem degentes ſuſtineant: neque rurſus hoſpitandi apud eos licentiam vendicantes, diſpendia his atque inſolentias angariarum imponant: neque per occaſionem, regularis diſciplinæ rimandæ atque ſeruandæ, quaſlibet importent iniurias: ſed liberam licentiam habere ſtatuimus, ſaluâ profectò monachicarum regularum cuſtodiâ religioſô Abbate; quicumque pro tempore præerit præfato venerabili monaſterio, id procurante, vt erga quod priſca traditionis eius articulus continet, & ipſe conſeruare nitatur, & qui ſub eius reguntur diſpenſatione ſollerter cuſtodire commoueat, diſtrictéque compellat. Reuerentißimo verò Epiſcopo, in cuius parœciâ memoratum venerabile monaſterium, vel res eius ac poſſeßiones conſtiterint, faciendæ tantum ordinationis ac promotionis ſacerdotum atque leuitarum, vel conficiendi chriſmatis ſit tantùm conceſſa licentia. Diſpoſitionem autem venerabilis loci gerere ac conuerſationem monachicam exquirere, religioſo Abbati eiúſque Præpoſito, vel qui probatißimi in eodem monaſterio fuerint, quod etiam præfati Præſules conſonâ ſententiâ definierunt, decernimus. Quiſquis igitur quolibet tempore, quod nullatenus credimus, huius decretum priuilegij, quod auctoritate Apoſtolicâ ſubnixi conſentiendo firmauimus, in totum vel in partem temerare tentauerit, ſuaque præſumptionis audaciam dignâ minùs emendatione correxerit, in perpetuum percellendum, vel anathematizandum ſe nouerit, non ſolùm tantorum ſententiâ Sacerdotum, ſed etiam æquißimo Apoſtolicæ condemnationis aculeo: quoniam violare pertinaciter viſus eſt, quod ſalubriter conſeruare debuerat. Et ita quoque huius priuilegij ſanctio firma & rata indiminutè perſiſtat atque permaneat, erga quod & præcellentißimi totius Galliæ Reges, vt ſcripto comperimus, ad reprimendas laicorum infeſtationes, edicto præmunire idem venerabile monaſterium regali pietate dignati ſunt, bene valete, dilectißimi fratres.* Altero diplomate Eccleſiam D. Martini conſenſu Gallicanorum Præſulum libertate donat: eius quoque Chrotberti nomine in ſchedis Pitheanis circumfertur epiſtola de iudicio mulieris, quæ conſecrata & profeſſa caſtitatem Deo conſeruare, adulterium perpetrarat.

33. BERTVS, ſeu RVOTBERTVS, & VINDIBERTVS, memoratur in vitâ S. Leodegarij Auguſtodunenſis Epiſcopi & Maioris Domus, cap. 18. de eius tranſlatione: Cùm in territorio Turonicæ ciuitatis peruenissent, in viculo vocabulo Solnaco erat mulier à dæmonio vexata: quæ cum tetigiſſet paululùm huius feretri veſtimentum mundata eſt protinus à dæmonio. His ita geſtis peruentum eſt ad Turonis vrbem. Quod audiens Pontifex huius ciuitatis, qui tunc aderat, vir Dei BERTVS, proceſſit obuiam cum choris pſallentium, cum
B lampadibus, vel cum omni Clero, & accepto cum ſuis feretro cum per medium tranſiret ciuitatis, quædam mulier accuſata pro morte viri ſui, collo ac manibus teneretur catenâ, cum traheretur à cuſtodibus, exclamauit dicens: ſubueni mihi beate Leodegari, quia innocens pereo falſis accuſatoribus alligata. Cùm verò idem Pontifex cum magnis laudibus per ſuam parochiam hoc ſanctum corpus deduxiſſet, & introiſſet intra Pictauenſe ſolum, ad quod erat deſtinatum, requieuit paululùm in quodam viculo
C vocato Igorande.

34. PELADIVS II. anno 710. ex 710.
vereri chronico vbi dicitur ſediſſe annis quatuor.

35. EBARCIVS an. 713. recenſe- 713.
tur in eodem chronico Turonenſi.

36. ILBO ſiue IBBO, enunciatur in tabulario S. Martini pancartæ nigræ, vbi exemptionem B. Martini confirmat: & Guntrannus Abbas meminit Crotberti & Adeodati Papæ, in præcepto vbi monachi ſecundùm regu- 721.
lam Benedictinam conuerſari viden-
D tur. huius mentio ad an. 721.

37. GVNTRANNVS an. 728. ex 728.
variis elenchis Turonenſibus, & præfato chronico, in quibus fertur adminiſtraſſe annis vndecim, menſibus duobus.

38 DIDO Sedem rexit ad annum
Chriſti 738. 738.

39. RAGIMBERTVS ſeu RA-
GAMBERTVS an. 744. memoratur 744.
in chronico Turonenſi & monaſterij Kemperlegienſis.

40. AVBARTVS anno 752. 752.

41. OSTALDVS an. 767. 767.

42. GA-

42. GAVIENVS adfuit Concilio
Romano in baſilicâ Lateranenſi an.
769. 769 ſub Stephano 3. ſummo Pontifi-
ce, ex ſchedis Pauuinianis.

778. 43. EVSEBIVS an. 778. ex eodem
chronico.

793. 44. HERLINGVS præfuit an. 793.
& Canonici in Eccleſiâ ſancti Mar-
tini ſub eius Pontificatu conſtituun-
tur.

45. IOSEPH, I. habetur Concilium
813. Turonis anno 813. vir bonus & Deo
amabilis hic commendatur in vitâ Al-
cuini.

46. LANDRANNVS, I. Miſſus
Dominicus Ludouici Pij Imperatoris
per Epiſcopatus & Comitatus Regni
818. ſui, delegatur in prouinciâ Turonicâ
cum Rotberto Comite lib. 2. Capitul.
Caroli Magni cap. 25. an. 818. Con-
cilio Pariſienſi interfuit anno 828. &
Theodoniſuillæ 835. memoratúrque
835. in membranis Abbatiæ Ferrarienſis
cum Aldrico Senonenſi.

47. VRSMARVS nominatur in
cartulario Cormariceno tempore Au-
844. dacri Abbatis 844. indict. 7. anno
regni Caroli 4. item in priuilegio con-
ſtructionis monaſterij S. Maximini in
pago Aurelianenſi. Sparnacenſis vil-
læ ſynodo adſtitit cum Epiſcopis Suf-
846. fraganeis an. 846. cuius excerpta re-
cenſentur in Capitularibus Regis Ca-
roli Calui tit. 6. illum Malleacenſe
chronicon & Lupus Ferrarienſis Orſ-
marum vocitant; & ep. 16. precatur, vt
commentarios Boetij in topicâ Cice-
ronis in armario S. Martini aſſeruatos
ad ſe dirigat. Dedicauit Eccleſiam
Glannafolij ad Ligerim à Gauſlino
Abbate inſtauratam, vt eſt in libro
miraculorum S. Mauri cap. 6. & al-
tare D. Saluatoris in eadem Abbatiâ
conſecrat, ex fragmento Scriptorum
de geſtis Caroli Calui. Extat item in
pancartâ nigrâ priuilegium huiuſce
Vrſmari Turonenſis matris Eccleſiæ
Antiſtitis, menſe Iunio anno 6. re-
gnante Carolo Caluo Rege: cuius
Archiepiſcopi vltimæ voluntatis tabu-
læ ex eodem cartophilacio fol. 38.
nunc primùm luci donantur.

SANCTORVM *Dei memoriis, eo-
rúmque miniſtris, res proprias conferre ſpes
certiſſima quibuſcúmque, Domino teſtante
eſſe in eorum æternis tabernaculis recepta-
cula, ſibi preparare. Igitur ego* VRSMA-
RVS TVRONICÆ *matris Eccleſiæ Ar-*
A *chiepiſcopus dono, trado atque confirmo, con-
firmatúmque in perpetuum eſſe volo Eccle-
ſiæ glorioſiſſimi Patris Sancti Martini, eiuſ-
démque Fratribus, propriè diſponendi res
proprietatis meæ ſitas in pago Turonico, in
vicariâ Aguliacinſe, in loco nuncupato
Villa-Martini, quas de Rotgario præmia
donationis atque traditionis acquiſiui; hoc
eſt manſellos duos, cum ſuâ integritate, do-
mibus videlicet, vineis, virgultis, omnibúſ-
que ſuis adiacentiis, deſignatis conlimita-
tionibus, ſicuti continetur in conſcriptione,
per quam mihi manent in proprietate; eo
verò tenore, vt quandiu ipſe aduixero ma-*
B *neant in arbitrij mei diſpoſitione; poſt verò
meum deceſſum, in Rotgarij & ſuæ procrea-
tionis dominatione, eâ ſcilicet ratione, vt
annis ſingulis tempore obitus mei, recorda-
tionis in refectionem fratrum perſoluant
modios octo frumenti, totidémque vini;
poſt verò deceſſum perpetualiter maneant
Fratrum Sancti Martini propriæ diſpoſitio-
ne, nullo contradicente abſque vlla exſpe-
ctatâ traditione, atque conſignatione. Si
verò per hanc diem fuerit qualibet emiſſa
perſona, quæ circa hanc donationem meâ
ſponte calumniam generare tentauerit, quod
repetit non vindicet, & inſuper cui litem
intulerit ſolidorum DD. multam coactus*
C *exoluat. Et hæc donatio atque traditio
meis vel bonorum hominum manibus ro-
borata, firma, & ſtabilis omni tempore va-
leas permanere, in Chriſti nomine Vrſma-
rus Turonenſis Archiepiſcopus hanc dona-
tionem à me factam S.* At vixiſſe eo-
dem tempore duos Archiepiſcopos
Turonenſes colligitur ex ſchedulâ ta-
bularij S. Albini Andegauenſis, con-
tinente præceptum Lamberti Comi-
tis & congregationis S. Albini Recto-
ris, quo teſtatur ſe à Carolo Rege ob-
tinuiſſe confirmationem tum rerum S.
Albini, tum numeri quadraginta quin-
que religioſorum à Ludouico in eo
D monaſterio præfixi, vbi & ſubſcriptio-
nes eiuſmodi ſunt: S. Lambertus Co-
mes à me factum in Chriſti nomine.
S. VRSMARVS indignus TVRONI-
CÆ matris Eccleſiæ Archiepiſcopus.
S. LANTHRANNVS Dei gratiâ TV-
RONENSIS Eccleſiæ Archiepiſcopus
huic decreto ſubſcripſi. S. Actardus
Epiſcopus Dei ſeruus Sedis Nanneti-
cæ indignus Epiſcopus huic decreto
ſubſcripſi. S. Dodo Andegauenſium
Præſul huic decreto aſſenſum præbui.
S. Frotmundus Santonicæ Sedis Epiſ-
copus in Dei nomine. S. Erimannus
Epiſcopus Niuernenſis Eccleſiæ huic

testamento aſſenſum præbui. Sicmundus presbyter, Guarinus, Rannulfus, Ebroinus.

48. LANDRANNVS II. Concilio
847. Pariſienſi intereſt 847. & Turonenſi 4. præſidet an. 849. Epiſtolam autem quâ ſe Turonum Metropolitanum vocat ad Nomenoium Priorem gentis Britannicæ inſcribit, quæ eſt 84. Lupi Abbatis Ferrarienſis, vbi de multis exceſſibus aduerſus Eccleſiam arguitur: Vaſtata eſt, inquit, terra Chriſtianorum, templa Dei partim destructa, partim incenſa, cum ſanctorum oſſibus, cæteriſque reliquiis, poſſeſſiones Eccleſiarum quæ fuerunt vota fidelium, patrimonia pauperum illicitè in tuos vſus redacta. Epiſcopi legitimi Sedibus propriis expulſi, & vt mitiùs loquamur, quia dicere nolumus, fures & latrones mercenarij introducti. Patroni noſtri B. Martini quondam diœceſis, ex quâ vos eſſe negare non poteſtis violata. Omnes poſtremò Eccleſiaſtici ordines perturbati, quod nimis dolendo & compatiendo dicimus.

49. AMALRICVS Concilio Sueſſionenſi 2. cum Hincmaro Remenſi & Venilone Senonenſi præſidet an.
853. 853. in quo Eccleſia Cenomanenſis ei commendatur à Patribus, canone 4. Cenomanicæ vrbis Aldricus Epiſcopus paralyſi diſſolutus epiſtolam direxit, cauſam ſuæ abſentiæ inſinuans, petenſque, vt maximè ſibi adhuc viuenti, & quandocúmque defuncto, ſacris precibus opitularentur. Quod exuberantes caritate ſe facturos promiſerunt, & Metropolitano illius, Turonicæ vrbis venerabili Epiſcopo Amalrico, vt ad eandem vrbem accederet, iniunxerunt; & quæcúmque eſſent eidem Eccleſiæ proficua, vt ſtrenuè exequeretur vnanimiter præceperunt. Hic autem eligitur vnus ex iudicibus in causâ Hincmari & Clericorum Remenſium; interfuitque ſynodo II Vermerienſi eodem anno in Capitulis Caroli Calui huius mentio extat in libro tranſlationis S. Regnoberti Epiſcopi Baiocenſis: à Flodoardo religioſus Archiepiſcopus dicitur lib. 3. hiſt. cap. 21. porrò baſilica
854. S. Martini incendio deſtructa eſt à Normannis an. 854.

50. HERARDVS deſignatur Ar-
855. chiepiſcopus ſub anno 855. vti aſſeri-
A tur in breuiario Capitulorum quæ in Synodo ab omnibus ipſius parœciæ ſacerdotibus & Clericis tenenda ordinauit, & ſic incipiunt ex veteri codice Rhedonenſi. IN NOMINE Dei ſolius ego HERARDVS immeritò TVRONENSIVM Pontifex anno Incarnat. Dominicæ 858. ordinationis 858.
quoque noſtræ III. indict. VI. cernens Eccleſiam mihi commiſſam partim negligentiâ, tempore, vel deſidiâ, partim præſidentium incuriâ Sacerdotum, atque ignauiâ, variis & innumeris cladibus affici, excidiis concuti,
B & quod dictu actúque grauius fore comperimus, diuerſis animarum laqueis, ac quotidianis erroribus deperire, inſtinctu vt credimus miſerationis ſupernæ, perpaucula, eáque admodum neceſſaria, ſacrarum admonitionum collecta Capitula, Sacerdotum totius nobis creditæ parœciæ generali in vrbe Sedis noſtræ coadunatâ 17. Cal. Iunij Synodo, publicè recitari, & vt ad omnium præſentium notitiam & intelligentiam peruenire valerent, coram cunctis perlegi fecimus & reuolui. Et quoniam auctoritas ſacra Canonum nulli Sacerdo-
C tum Canones ignorare permittit, ne quemquam in reliquo nobis commiſſorum huius ordinis expertem nouerimus Canonum, decreuimus, pariterque iniunximus, excerpta per noſtri laboris ſtudium hæc modica ſuccinctáque Capitula vnumquémque habere in poſterum. De his mentio habetur in chronicis Vindocinenſi & Malleacenſi, quod ſeriùs ordinationem Herardi aſſignat ſub an. 858. conſtituitur Concilio apud Saponarias iudex in libello proclamationis Caroli Regis aduerſus Venilonem Senonenſem Archiepiſcopum 859. cui commonitorium dirigit, ſubſcriptúſque
D habetur in Tuciacenſi 862. & Sueſ 862.
ſionenſi 3. 866. quo loco in Epiſtolâ ſynodicâ Epiſcoporum ad Nicolaum ſummum Pontif. memorantur Britto- 866.
num in prouinciâ Turonicâ excurſiones: Veſtram, ſiquidem non latere beatitudinis excellentiam nouimus, diœceſim Turonicam auſteritate Britonum, diutino à ſuâ Metropoli diuulſam penitúſque diſciſſam: ita vt, ſicut idem Turonicus Metropolitanus Herardus, paritérque Namneticus Actardus frequenti indagine, necnon etiam in præmiſsâ Sueſſionicâ Synodo

„ euidenti atque multiplici ſtylo, pari-
„ ter & ſermone nobis intimauére, iam
„ vicenus & eo licet paululum adſit an-
„ nus, quo tyrannicâ feritate reſumptâ,
„ nec comprouincialia cum Turonico
„ Metropolitano celebrent Concilia,
„ nec in Epiſcoporum conſecrationibus,
„ ad eumdem quicquam reſpiciant, illi
„ quoque Sedi nullo pacto ſe ſubdant.
Interfuit Trecaſſino Concilio 867.
& conuentui Præſulum Remenſis pro-
uinciæ Hincmaro Metropolitano, pro
examine Vuiliberti Turonici pagi in-
digenæ, ordinandi Epiſcopi Catalau-
nenſis: ad eum verò dirigitur epiſto-
la Nicolai Papæ, & cap. 10. Notum
ſit, quæſt. 1. litera Hincmari apud
Flodoardum lib. 3. cap. 20. & epiſt.
118. Lupi Ferrarienſis. Nominatur &
in tabulis fundationis Abbatiæ S. Sal-
uatoris de Villalupe; ratámque habet
donationem factam an 862. fratribus
Eccleſiæ S. Martini Turonenſis per
Carolum piiſſimum Regem de villâ
Lirado, ad quam declinationis con-
fugium facerent, ſi eorum fraternita-
tem paganorum incurſus peruaderent,
vt habet tabularium S. Martini. In-
terim cum Nomenoius Dux Britan-
norum, qui è quatuor Epiſcopatibus
Britanniæ ſeptem fecit, tribus nouis
conſtitutis, in præiudicium Turonen-
ſis Archiepiſcopi, ſedem Dolis eſſe
iuſſiſſet, & Epiſcopi prouinciæ Are-
moricæ, à Turonenſis Metropolitani
ſui iuriſdictione ſe ſubduxiſſent, ob-
ſtitêre Franci ac Pontifices, Nicolaus
in primis, qui ad Salomonem Regem
ſcribens circa an. 866. ep. 56. nullam
ad hæc tempora extitiſſe memoriam
obſeruat, Brittones in ſuâ regione vl-
lam habuiſſe Metropolim; ſed diſci-
dium ſub Innocentij III. Pontificatu
dirimitur, vt obſeruat Sirmundus no-
tis ad Caroli Calui Capitula. Exem-
plar autem vetus pancartæ Turonen-
ſis ex ſchedis viri Cl. Abbatis Ville-
lupenſis in hunc modum de Herar-
do adnotatur:

Arcanvm *diuina diſpenſationis
miniſterium ſollicitudini Pontificum einſ-
dem pietatis gratiâ miſericorditer ſatagen-
dum prauidit, dum curam fidelium popu-
lorum ſollicitudinúmque regimen idem Pa-
ſtor Paſtorum, Paſtoribus à ſe deſtinatis
committere diſpoſuit, ita dicendo Petro Apo-*
„ *ſtolorum Principi: ſi diligis me, paſce oues*
„ *meas, itémque ecce dicit Satanas: expeti-*
„ *uit vos, vt cribraret vos ſicut triticum, ego*
A *autem rogaui pro te vt non deficiat fides* „
tua, & tu aliquando conuerſus confirma fra- „
tres tuos; vnde conuenit ne grex domini- „
*cus ſæuiſſimis luporum dilanietur morſibus,
néue fluctuoſo improuidè naufragetur pro-
cellarum turbine, Paſtorali tueatur mucro-
ne, ſuſtentetur baculo, ſubleuetúrque iuua-
mine. Proinde Eccleſiæ ſanctæ fraternis
prouidè conſulens vtilitatibus, Sancta ma-
ter Romana Eccleſia per Nicolaum eiuſdem
Sedis Apoſtolicæ Pontificem, ad multorum
fidelium producere ſtatuit cognitionem,
qualiter per* Erardvm Sanctæ
Metropolis Tvronicæ *Epiſ-
copum, monaſterium Beatiſſimi Confeſſoris*
B *Martini lugubre deſolationis compererit de-
trimentum, ſcilicet quomodo prædictus lo-
cus deſtructionis triſte malum à Norman-
norum perfidâ gente pertulerit, & qualiter
eiuſdem claſſici exercitus, diſcurſus peſſimè
periculoſa damna perpeſſus ſit, ſed ob reſtau-
rationem eiuſdem loci Clerique ibidem con-
ſiſtentis, ſubſidia conſulens, fidelium ſuorum
pietatis ſuæ munere Princeps huiuſdem re-
gni Carolus, auctoritatis ſuæ præceptum ex
rebus ipſi loco ac fratribus eiuſdem congre-
gationis ſpecialiter pertinentibus, & in
priuilegiis prædeceſſorum noſtrorum Apoſto-
licorum, ac præceptum orthodoxorum Regum
nominibus propriis aſſignatis retinent, ac*
C *facere ſtudent, vt remoti à ſecularibus cu-
ris & ſequeſtrati mundialibus laqueis cæle-
ſti intenti militiæ, diuinæ ſeruituti libero
corde poſſent vacare. Paſtorali igitur reſpe-
ctu Præſul antedictus cum Collegio Sacer-
dotum fideliúmque plurimorum, paternita-
tis noſtræ manſuetudini præſignatum diri-
gere præceptum huius S. Sedis Romanæ cui
Deo auctore deſeruimus, corroborationis pri-
uilegium pro maiori & veriori firmitatis
tenore humili ſupplicatione ſtatuit expeten-
dum: vt ſacerdotali pariter & regio com-
miſſa ſibi omnes munitæ tutamine, inoffen-
ſo pede diuinis mandatis poſſent intendere,
& in his exequendis operam dare. Per-*
D *ſpecto igitur regalis munificentiæ edicto,
ſimúlque votis & vocibus tot fidelium an-
nuendo ſtatuimus, & huius ſanctæ Sedis
Apoſtolicæ decreto firmamus, vt ſicut eiuſ-
dem præcepti ſeries continet, inſtitutáque
ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum Apoſto-
licorum, videlicet Gregory, Leonis, Adeo-
dati, & Adriani, præceptáque Imperatorum
& Regum Caroli videlicet Auguſti, & Lu-
douici etiam Auguſti, atque alterius Caroli
diſertiſſimè Auguſti, euidenter oſtendunt,
quæ apud Cleros S. Martini Normannorum
incendio ſpiritualia remanſere, ſcilicet vt
nullus ſuperioris aut inferioris ordinis rei-*

publica procurator, in eorum Eccleſiis,villis, manſionibus, & territoriis,in quibuſcúnque habeantur prouinciis, ſiue pagis, ingredi ad cauſas audiendas, nec homines illorum ingenuos vel ſeruos diſtringere, aut fideiuſſores tollere præſumat, nec teloneum aut naulaticum exigat, & vt decimæ & nouæ ex eorum omnibus rebus propriis, abſque aliquâ Præſulum, Principúmque, contradictione hoſpitali eorum nobilium atque pauperum integerrimè reddantur; quidquid inſuper vtilitatis illorum alia priuilegia Apoſtolicorum & Præſulum, præceptáque retinent Imperatorum & Regum, ſemper inuiolata permaneant. Ego igitur in Dei nomine Sergius Papa omnibus ſucceſſoribus noſtris notum fore cupimus, quoniam idem grex per legatos ſuos venerabiles ſacerdotes Rainaldum atque Teſolenem hactenus à prædeceſſore noſtro Nicolao retulere fideliter, expetentes vt ea quæ poſtmodum illis collata fuerint, noſtrâ auctoritate ſimul cum ipſis reconfirmaremus, præbendas ſcilicet quas venerabilis eorum Abbas Robertus conceſſit, & à Carolo nunc Rege Francorum ex ipſis præceptum acquiſiuit; ita in reliquum eiuſdem loci Decanus, Sacerdotes & Clerus ipſius monaſterij, ſub præfato tali iure res omnes ſibi Regum munere aliorumque Chriſti fidelium mercede conceſſas, & in reliquum concedendas, cum vniuerſitate ſuorum appendicum, perpetuò poſſideant integerrimè; ita vt ſupra ſignatum eſt, nullius poteſtatis vir quicquam de eorum dominio vel poſſeſſione præſumat auferre, in quo miſericordiarum ſuarum Regum dignitas, beneficia fratribus in eodem cœnobio B. Martini morantibus largiri diſpoſuit. Qui autem huius conſtitutionis inſtitutum irrumpere, aut qualibet præſumptione vel occaſione tentauerit euertere, perpetuæ damnationis cumulum cum ſanctæ legis præuaricatoribus ſe nouerit perferre, niſi dignâ ſatisfactione correxerit, quod temerariâ cupiditate aggredi tentauerit. Poteſtate igitur in B. Petro Apoſtolorum Principe nobis conceſſa à Domino ligandi & ſoluendi, ita eo dicente: Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Virtutis eius confidentiâ nitentes, cœli aditum cupiditatis ſuæ malitiâ obico claudimus, ſub anathematis vinculo, qui huic pernéceſſario in ſubſtractione collatarum rerum & honorum conſentiens, aut cooperator aſſuerit, niſi vt præmiſimus diuino fretus auxilio, correctionis munere reſipuerit, inuaſa reſtituerit, ac neglecta ſatisfecerit. Huius autem definitionis & Apoſtolicæ determinationis ſententiam inuiolabiliter cunctis fidelibus quæſiuimus obſeruandam, quam vt certius credatur & irrefragabiliter obſeruetur, manus propriæ ſubſcriptione adnotare curauimus, perpetuóque manendam ſtatuimus. Scriptum per manum Leonis. Archiſcrinij S. R. E. in menſe Maio indictione XI. bene valete. vice S. Petri Apoſtolorum Principis Sergius Papa.

51. ACTARDVS ex Epiſcopo Nannetenſi, poſt Heratdum Archiepiſcopus conſtituitur anno 871. ex vetuſto 871. chronico Turonenſi; id etiam Flodoardus teſtatur Hiſt. lib. 3. cap. 21. Miſſi Turonenſis Eccleſiæ poſt obitum huius Archiepiſcopi ad domnum Hincmarum venerunt. Cleri quoque ac plebis petitionem ad ipſum deferentes, vt regiam celſitudinem pro eis deprecaretur, quatenus electionem Canonicam Rex ipſis concederet. Quod & idem Pontifex promptiſſimè peregit. Intimans etiam Regi de quodam Clerico, qui ſe ingerebat, non recipiendo, ſignificat quòd Epiſcopi eiuſdem prouinciæ, Clerus quoque & plebs ipſius Eccleſiæ, inuitati auctoritate Apoſtolicæ Sedis, ACTARDVM ſibi velint donari Epiſcopum, qui in eadem Eccleſiâ baptiſatus, nutritus & ordinatus fuerat, licet aliæ ciuitati datus Epiſcopus, ſed paganorum infeſtatione depulſus, & pallio fuerat à Sede Apoſtolicâ honoratus. Et in Epiſtolâ 56. Nicolai Papæ ad Salomonem Regem Brittonum dicitur: Sanctiſſimus Leo Papa Nomenoio ſcribens, inter cætera præcipuum virum Actardum appellat, & hunc ſanum ſapere, & ſanum docere, viuere, ac permanere denuntiat: Synodo Sueſſionenſi 3. adfuit an. 866. cuius acta Nicolao Pontif. Romæ detulit cum epiſtolâ commendatitiâ, quæ ipſum à Brittonibus ſede ſuâ eiectum denotat, his verbis: A præſenti Synodo fratrem & conſacerdotem noſtrum Actardum veſtræ paternitatis aſpectibus pertractauimus deſtinandum, qui viuâ voce, veróque ſibi notiſſimo ſermone ad liquidum hæc, quæ ſuccinctè proſequimur poterit reſerare. Cui petimus, humilitérque depoſcimus, vt ſanctæ benignitatis veſtræ ſublimitas aurem pietatis clementer accommodet, eique ſolitæ manum manſuetudinis porrigat. Videlicet vt rebus omnibus, id eſt Sede, in quâ ſpes nulla recuperandi ſibi eſt, cum parrochiâ

exſpoliatus pietatis veſtræ adminiculo adiuuetur: & ſicut expulſus penitus à propriâ Sede, vtriuſque gentis Nortmannorum & Brittonum feritate & continuâ perſecutione, cenſurâ veſtri moderaminis releuetur: Poſthæc reuerſus Trecaſſinæ Synodo item adſtitit 867. à Patribus, ipſóque Rege ad Pontificem Hadrianum 2. delegatur, qui epiſt. xii. apud Carolum Caluum Regem poſtulat, vt Actardo faueat ad vacantem Eccleſiam adipiſcendam: Innumeras, inquit, pietati veſtræ gratias rependimus, quoniam tanta compaſſionis viſceta, circa prædictum fratrem noſtrum & Coepiſcopum Actardum, ſicut ex relatione ipſius, & ex epiſtolæ veſtræ pio affectu datur intelligi, exhibere contendit, vt dolorum & ærumnarum ipſius maximam partem vos geſtare luce clariùs innoteſcat. Verùm nos votis excellentiæ veſtræ conſonantes, non ducimus tantum virum, & Eccleſiæ Chriſti pernecesſarium debere tantis inuolui miſeriis, vel tantis grauari, cùm ſit etiam ætatis maturitate maceratus, incommodis; præſertim cum & ſcientiâ non contemnendâ polleat, & hunc veſtri regni Eccleſiarum Præſulum relatio non parui pendenda commendet. Tandem conſolationis causâ ſummus Pontifex epiſt. 6. pallij vſum ei concedit: Tibi, frater Actarde, qui dirâ fatigatus & diuturnâ captiuitatis miſeriâ quaſſatus, nec inter cuneos barbarorum, nec inter enſes infidelium defeciſti, quin etiam Dei prouidentiâ mirabiliter erutus & liberatus, circumquaque peregrinando, procul à propriâ Eccleſiâ, procul à notis & proximis, propter eorumdem rabiem barbarorum, & continuam Brittonum oppreſſionem, quibus heu nimium vicinus eſſe noſceris, & penè peius ab eis, quam à piratis inſecutionem pateris, curriculis iam multis incedis, decus pallij pro Dei ſolius amore, quem inter furentium paganorum manus & gladios confeſſus es, præuidimus concedendum: imperante Domino piiſſimo Auguſto Hludouico magno Imperatore an. xix. narrat Hincmarus epiſtolâ apud Flodoardum lib. 3. cap. 21. electum fuiſſe iudicem ab Hincmaro Laudunenſi Epiſcopo circiter
870. an. 870. denique ad Eccleſiam Turonenſem traducitur retento iure ad Sedem Nanneticam, vt tabulæ D. Remigij Remenſis oſtendunt, tomo III. Conciliorum prolatæ:

Hadrianvs *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, reuerentiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris, Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui apud Duziacenſem Remenſis prouincia ſynodum conuenerunt. Charitatis veſtræ litteras per Actardum venerabilem coepiſcopum, & glorioſi Regis Karoli Legatum, ſuſcepimus, & quid de eo ad ſuggeſtionem & deprecationem noſtram egeritis, non ſolum in eis, verùm & peripſum cognouimus. Egiſtis enim vt decebat, oſtendentes in ipſo vera fraternitatis feruorem, & in nobis Eccleſia, cui licet indigni, vicarij tamen digniſſimi principis Apoſtolorum præſidemus, debitum cum reuerentiâ honorem. De quo prout ſignificaſtis peregimus. Nam ſicut Synodus expoſtulauit, plebs & Turonicus Clerus eum concorditer elegit, per noſtra Apoſtolica auctoritatis decretum conſtituimus, Cardinalem Metropolitanum, & Archiepiſcopum Turonica Eccleſia, atque prouincia, quoniam dicente Anthero Papâ in epiſtolâ ſuâ, quibuſdam eum de mutatione Epiſcoporum, de ciuitate in ciuitatem conſulentibus: Scitote eam communi vtilitate atque neceſſitate fieri licere, ſed non libitu cuinſquam, aut dominatione, Petrus námque Sanctus magiſter noſter & Princeps Apoſtolorum, de Antiochiâ, vtilitatis causâ tranſlatus eſt Romam, vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoque de quâdam paruâ ciuitate Apoſtolicâ auctoritate mutatus eſt Alexandriam, ſimiliter & Felix de ciuitate, quâ ordinatus erat electione ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum, ac populorum conſilio, tranſlatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate in ciuitatem, qui non ſuo libitu hoc facit, aut ambitu, ſed vtilitate quâdam, aut neceſſitate, aliorum hortatu & conſilio potiorum transfertur: nec transfertur de minore ciuitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, non propriâ voluntate facit, ſed aut vi, à propriâ Sede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non ſuperbè, ſed humiliter ab aliis tranſlatus & inthronizatus eſt, quia homo videt in facie, Deus autem in corde, & alios nonnullos, ſicut tripertita Hiſtoriæ ſeries prodit, legimus pro temporis neceſſitate de vnâ Eccleſiâ fuiſſe mutatos in aliam: quia aliter tractanda eſt neceſſitatis ratio, aliter voluntatis. Vnde Sancti Patres Nicani capitulo ſecundo dicunt, quoniam plura aut per neceſſitatem, aut alias cogen-*

Tomus I.

tibus hominibus aduerſus Eccleſiaſticam ſacta ſunt regulam. Et S. Leo Papa cap. 44. Decretalium ſuorum dicit, omittendum eſſe, & inculpabile iudicandum, quod neceſſitas intulit. Ita tamen hoc permittentes, vt Namneticæ Eccleſiæ, cui fuerat ordinatus, in eo quod remanſit, quod deſtructa habetur, iura poteſtatémue nullo modo ſubtrahamus. Interponentes Paſtoralis vigoris cenſuram, vt ſi quandocúmque, vel quicumque alium, ipſo ſuperſtite, in præfatâ Metropoli, & in iſtâ, vel in earum pertinentiis, locare tentauerit, aut ordinare præſumpſerit, Eccleſiaſtica duntaxat communionis conſortio careat. Sanè poſt eius deceſſum, electio canonica, & ordinatio, à Suffraganeis Epiſcopis eiuſdem Metropoleos Turonicæ, canonice celebretur ex more. Quod ſi Namnetica contigerit Eccleſia ad priorem Chriſto auxiliante ſtatum redire, nihil officiat ei hac neceſſitatis vnitio, quam videlicet exigit paganorum vaſtatio, quominus proprium valeat habere Pontificem. Sed vidimus eum valdè triſtiſſimum propter perſecutionem paganorum. Et cum omnes ſint penè res ipſius Eccleſiæ depopulatæ, veſtræ dirigimus fraternitati, vt fraternâ cum caritate commoti viribus totis adiunare, apud excellentiſſimum Regem veſtrum humiliter intercedendo, viriliter ſatagatis: Quatinus veſtro ingenti certamine Chriſti Eccleſia quieta, & ſecura, & propriis rebus ditata glorioſáque conſiſtat. Legatione iterum functus eſt anno 872.

872. pro Synodo Duziacenſi ad eundem Adrianum, & epiſt. 29. ad Carolum Caluum, Actardus dicitur conſtitutus iam Cardinalis Metropolitanus & Archiepiſcopus Turonicæ prouinciæ per ferulam, pitacium, & annulum. ſuperiori epiſt. 28. de eadem Eccleſiâ Turonenſi loquens: Non patiamini tantum locum peſſum ire, & in deſolationem, præſertim cum fuerit ex antiquo Metropolis, & meritis glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Martini honorabilis, ſempérque venerabilis, & inter Gallicanas eadem vel ſecunda vel tertia prouincia Turonenſis, & multis quæ ab ea diſtractæ ſunt dirata villis, poſſeſſionibus, & Abbatiis. Et cum aliæ, quæ ſub eâ ſunt, ciuitates iam ſint penè deſtructæ, hanc matrem tantam & Metropolim ne patiamini deſtrui, deſolari, & dehonorari veſtro in tempore. Tum infra: Noſtis enim quia omne monaſterium in poteſtate Epiſcopi conſiſtere debet iuxta canonicam authoritatem: &

A quia hoc eſt tranſgreſſum, ideo plurima monaſteria habentur deſtructa, ſicuti monaſterium S. Medardi Turonis, in quo iacent Epiſcoporum primi Turonenſium Lidorius & Gatianus, ſicut & Monaſterium Maius, ſicut etiam alia in eâdem ciuitate monaſteria, quæ forſitan per Epiſcopale miniſterium & veſtrum ſapientiſſimum conſilium, & largiſſimum donum poterunt redire ad priorem ſtatum: denique ſic definit de vrbe Turonenſi ſcribens ad Carolum Regem: precamur & vobis in æternum propriam facere, vt non vocetur, vt antiquitus,

B Cæſarodunum vlterius, ſed Karolidonum in perpetuum. Viuis exceſſit 874.

Actardus an. 874.

52. Ragenelmus interfuit Concilio Pontigonenſi an. 876. 876.

53. Adalardus, vel Adalaudus, frater Raimonis Aurelianenſis Epiſcopi de quo geſta Conſulum ſeu Comitū Andegauenſium hæc habent; Turonenſium nobiles atque Pontifices Adalaudus & Raimo ambo germani fratres, ex Aurelianenſi vrbe nobiliter nati ciues, neptem ſuam Adelendim nomine ei (Ingelgerio) in coniugium

C copularunt. Tradentes ei cum puellâ, per auctoritatem Regis & optimatum, patrimonia ſua quæ eis in Aurelianenſi pago & Turonico hæreditate legitimâ proueniebant. Nam alodium cognationis eorum erat Ambazium, villa tunc tantummodo, & in colle habens ruinas caſtelli antiqui à verſutis Normannis deleti. Buſeneiacum etiam & Caſtellionem, quod ſanè prædictorum Præſulum rogatu huic Ingelgerio Ludouicus refecit & muniuit: datus eſt etiam ei, eiſdem interuenientibus, dimidius Comitatus Andegauis ciuitatis. Sedem autem adminiſtrabat anno

D 877. ex pancartâ Turonenſi, in quâ di- 877.
citur Miſſus Dominicus Ludouici Regis, ad cauſas diffiniendas & rectè iudicia terminanda, 4. Cal. Iulias anno primo, regnante Hludouico Rege Bleſo. Ioannes VIII. Summus Pontif. Adalardo ſcribit epiſt. 99. ſub annum 878. quo intereſt Synodo Tricaſſinæ. & 878.
epiſt. 113. eiuſdem Papæ confirmantur priuilegia Turonenſi Metropolitanæ collata, decernitque vt inuaſores bonorum Eccleſiæ Turonenſis quæ ſancti Mauricij cognominatur, reſtituere cogant; ſed & epiſt. 124. arguit Pont.

Max. Britanniæ Epiſcopos, qui à Turonenſis iuriſdictione ſe indebitè ſubſtraxerant: Suggeſtione, inquit, Adalardi Archiepiſcopi conſacerdotis noſtri audiuimus, quod vos matrem veſtram Turonenſem Eccleſiam deſpicientes, ſecundum antiquam conſuetudinem illi obedire diſfertis; audiuimus vt vos non antiquo more à veſtro Metropolitano conſecrati fuiſſetis, ſed expulſis legitimis Epiſcopis de ſedibus, ſolâ potentiâ Ducis veſtri alter ab altero conſecratus ſit. Porrò anathemate perculſus legitur Adalardus; nam Ioannes Papa epiſt. 305. ad Hugo-
882. nem Abbatem an. 882. hortatur, vt ab ipſius & quorumdam aliorum communione ſe abſtineat. Hic autem repetit
887. corpus Sancti Martini an. 887. ab Autiſſiodorenſibus, vnde feſtum exceptionis reliquiarum D. Martini primo Id. Decembris celebratur, quam reuerſionem ſiue depoſitionem denotant Odo Cluniacenſis, & Hebernus in præfatione libri Miraculorum eiuſdem Sancti, qui ſcribit relatum corpus ab Ingelgerio Conſule, pagíque Turonici Baronibus, Adalaudo, Raimone, Lupo & Mainoldo Epiſcopis, ſicuti obſeruat Quercetanus in analectis ad Bibliothecam Cluniacenſem. Huius Præſulis obitum deſignat codex manuſcriptus de geſtis Comitum Andegauenſium his verbis: Contigit eodem menſe dum eſſet Conſul Ingelgerius Turonis, Adalaudum confectum ſenio viam vniuerſæ carnis intrare. Ingelgerius verò Conſul auxiliante Deo, & intercedenre B. Martino, opitulantibus etiam Clericis, necnon & conſentientibus ciuibus Turonicæ vrbis, inthronizauit, & in Sede Epiſcopali ſublimauit Herbernum ſenem ſanctum B. Martini Maioris Monaſterij Abbatem & miniſtrum. Aliquantiſper hic quandiu vixit, graſſantium rabiem retorſit, quietem pacis in Andegau. præter Tranſmeduanenſes pagos reddidit.

54. Herbernvs ex Abbate Maioris Monaſterij fit Archiepiſcopus, vel ipſo teſte chronico Turonenſi dum ait: Per idem tempus obiit Adalardus Turonenſis Archiepiſcopus, quo defuncto Ingelgerius Comes Andegau. & Fulco Rufus filius eius, necnon Turoniæ & Andegaui proceres vniuerſi Turonis veniunt, Cleróque & populo de ſubſtituendo ſibi Pontifice diligenter tractanti humiliter ſupplicant & deuotè, vt ſanctum ſenem Herbernvm Abbatem Maioris Monaſterij, in patrem & patronum reciperent, qui pretioſum Turoniæ theſaurum per triginta annos exul ſeruauerat, eúmque propriis humeris à tam longinquis partibus pedeſter reuexerat, necnon itinere fatigatum & ſenio, in Turonenſi Cathedrâ collocarent. Qui protinus annuentes eum in Archiepiſcopum conſecrarunt. Huius mentio extat in pancartâ B. Martini, quâ Sanctæ Turonicæ ſedis humilem ſe Archiepiſcopum nuncupat, vnáque Adalardus germanus & ipſe donant S. Martino villam Spinoſam in pagi Dunenſis vicariâ Voiziacenſi cum Eccleſiâ, Turonis ſcripto diplomate 3. Idus Nouemb. regnanre Odone Rege ſub an. 896. ſubſcribit & alteri priuilegio 896.
huiuſce tabularij, quo hoſpitalitatem generalem ac pauperum receptionem, quæ ſub Odone primùm exciderat, Robertus Abbas S. Martini reſtituit, data eſt membrana Idibus Septembr. in ciuitate Turonicâ an. 3. poſt obitum Odonis Regis, regnante Carolo, cui ſubſcripsêre cũ Erberno Turonenſi noſtro, Rayno Andegauenſis, Fulcherius Nannetenſis, Berno Aurelianenſis, Aſchericus Pariſienſis, & Otgerius Ambianenſium Epiſcopi. Reperitur & in eodem Sancti Martini chartario, folio lxiii. tabula donationis ſub hac verborum formulâ:

Ego in nomine *ſummi Saluatoris Dei, Robertus miſericordiâ Dei Comes & Abbas inclyta congregationis B. Martini, notum fieri volumus ſancta Dei Eccleſia fidelibus, quàm operæpretium nobis extitit, vt diuerſas calumnias huius ſaculi, qualiter Deo & Sancto Martino ſeruientes, leuius ferrent ſecundùm noſtra poſſibilitatis motum tractaremus, & rationabiliter procurare ſtuderemus: quatenus exinde Dominum propitium habere ſtudeamus, Sanctúmque Martinum patronum noſtrum, in noſtris neceſſitatibus pium ſuffragatorem. Igitur pro amore Dei omnipotentis & eximy Confeſſoris ſui Martini reuerentiâ, reddimus Domino S. Martino ſuíſque Canonicis, quoddam pradium in pago Pictauenſi Deciacum cum omnibus appendentiis ſimúlque cum omnibus rebus, quácunque lege ad eandem villam delegauerat olim glorioſiſſimus Rex ſenior noſter Dominus Karolus Canonicis S. Martini, per præceptum, vt ſicut alia villa ad*

ipſos fratres pertinentes illis ad eorum vſus A deſeruiebant, ita & hoc omni tempore vſibus eorum deſeruiret. Sed quia paganorum ſanitia occiduas occupauit partes, eam iidem fratres cupiditate malorum hominum amiſerunt, & Domini ſeruitium ex ipſâ perdiderunt. Nos verò rei veritatem cognoſcentes, & ſæpiſſimâ eorumdem Clericorum deprecatione tacti, iuſſimus præceptum ſæpius ante eos recitari, & prædictæ villæ nomen in eodem præcepto reperientes, qualiter eadem villa ad proprium rediret ſeruitium noſtrâ mercede ſtuduimus tractare. Tunc conſilio noſtrorum fidelium admonitus, & Clericorum ibidem ſeruientium deprecatione commotus, limina B. B Martini expetij, vt præclaram ſolemnitatem Paſcha more ſancto in B. Martini Eccleſiâ exſoluerem, & ſummâ deuotione ad eius ſepulchrum veniens, vt idem piiſſimus Confeſſor, meorum peccatorum molem ſuâ miſeratione minueret, per quantùm noſtrum ad eius glebam, vbi ipſe eximius Confeſſor requieſcit in vrbe Turonicâ, eam reddimus, quatenus ſub integritate deinceps abſque vllius Abbatis ſubtractione poſſidere poſſit, fructibúſque illius frui, velut proprij poſſeſſores, & domini valeant, & promptiores in Dei ſeruitio in dies apparere, frequentiúſque aurem Do- C mini pro immerentibus...... pulſare. In quâ mercede glorioſum & à Deo electum Regem Domnum ac ſeniorem, ac germanum noſtrum Odonem participem volumus adeſſe, quatenus pro his & pro aliis beneficiis, quæ quotidie à ſuis Regni fidelibus adminiſtrantur, præſentem vitam glorioſius, futurámque facilius obtinere mereatur. Deinde nos, qui huius beneficij fideles executores, & Imp. adſumus Domini miſericordiâ, interceſſionéque S. Martini, ac Domini noſtri Martini, in omnibus ſæculi incommoditatibus præueniri mereamur, futuríque commoda, eorumdem Canonicorum fidelibus precibus D adiuti, adipiſci mereamur, nihilominus poſſimus, illorúmque continuis annumerari orationibus, quæ tam in Miſſarum ſolemniis, quàm in melodiis pſalmorum fiunt, vnúſque ex ipſis in medio apparere. Inſuper etiam eiuſdem muneris beneficio, ſimul conſortem volumus eſſe Domnum & genitorem noſtrum Robertum glorioſum, dum vixit in terris Comitem & eiuſdem loci Abbatem, quatenus pietate prædicti Patroni ſubuentus, perfrui mereatur ſempiternâ gloriâ. Volumus ergo & ſtatuimus, vt in ipſo die quo eam reddimus, iidem fratres plenam exinde habeant refectionem, ſcilicet VI. Kal. Apr. & pro omnium noſtrorum exceſſibus, in commune Domini miſericordiam implorare, & plenum peragere officium ſtudeant, quatenus memoria noſtri ſemper in illo maneat loco, & recitatio nominis noſtri, continuò eorum orationibus vigeat. Si verò fuerit aliqua intromiſſa perſona, Abbatum, vel aliorum procerum, quæ cupiditate temporalium rerum ſeducta, contra hanc noſtram ſpontaneam oblationem venire, aut calumniam inferre tentauerit, iram Dei omnipotentis incurrat, & offenſam S. Martini ſentiat, niſi citiſſimè à ſuâ peſſimâ voluntate retraxerit, & dignam ſatisfactionem Deo & S. Martino, eiuſdémque loci Canonicis ex ſuâ perſoluerit temerariâ præſumptione: obſecramus iam tandem omnes ſucceſſores noſtros, vt ſicut ſua vota ſtabilire voluerint; fore ita hanc noſtram auctoritatem ſinant permanere inuiolabilem. Et vt hæc auctoritas & deuotiſſima oblatio, pleniorem in Dei nomine obtineat effectum, manu propriâ eam ſubſcripſimus, & nobiles laïcos ſubſcribere rogauimus. Robertus Comes & inclyta Congregationis S. Martini Abbas per hoc ſignum ſubterfirmauimus. S. Erbernus Archiepiscopus, S. Adraldi Vicecomitis, S. Fulchradi vaſſalli, S. Gundacher vaſſalli & Auditoris, S. Eirici vaſſalli & eiuſdem Roberti conſiliatoris, S. Adalmari, S. Gundalberti, Fulchradi, Gualterij, Tancradi, Attonis, Ebulonis Vicarij & auditoris, Benedicti ſimiliter & legis portatoris, S. Albonis &c. Data eſt hæc contulitionis ceu potius reſtaurationis auctoritas VI. Kal. April. in die ſanctiſſimo Paſcha, Turonis coram corpore beatiſſimi Sancti Martini, anno VII. regnante Domino Odone Rege. Ego Archenaldus Leuita Schola S. Martini ſecundarias rogatus ſcripſi.
Nominatur denique Herbernus an. 912. 3. Idus No- 912.
uemb. ac ſcripſit librum de Miraculis S. Martini poſt eius reuerſionem è Burgundiâ tempore Ingelgerij Comitis Andegauorum.

55. Robertus I. Pontificatum
adeptus anno 917. vt liquet ex pan- 917.
cartâ nigrâ Turonenſi, Rodulfi Regis tertio, Epiſcopatus nono. chronicon Turon. refert corpus B. Martini ab ipſo, in loco vbi nunc religioſo cultu veneratur, repoſitum anno 919. tertio Idus Maij, & baſilicam dedicatam fuiſſe: trucidatur à latronibus Alpinis
an. 931. teſte Flodoardo in chronico; 931.
Robertus Epiſcopus Turonenſis Ec- «
cleſiæ Româ remeans, ſub Alpibus «
noctu infra tentoria cum comitanti- «
bus ſecum interimitur à latronibus: «
poſt

poſt huius necem, interpontificium A
fuit aliquot menſium.

56. Tetolo, ſiue Theotolo, qui & Thevdolvs dictus eſt, ex Canonico & Decano S. Martini, poſt monachus Cluniaci, iubente Odone Abbate inuitus eligitur Archiepiſcopus vt ſcribit chronicon Malleacenſe, eúmque Odonem religionis collegam illuſtriſſimos Canonicos vocitat. Interfuit Synodo celebratæ dum obſideretur Caſtellum-Theodorici
933. cum Artaldo Remenſi Antiſtite 933. apud Flodoardum: quo eodem anno priuilegium conceſſit Abbatiæ S. Iuliani, cuius tenor nunc primùm ex ar- B chetypis tabulis ſic prodit.

» Ego Teotolo Dei gratiâ Tv-
» ronorvm Metropolitanvs
» curam maximam gerens monaſterio
» S. Iuliani, rebúſque & antiquitatibus
» ab optimis viris, & nuperrimè à me
» ipſo collatis: metuénſque cupidas
» mentes improborum, manúſque diri-
» pientium, tam præſentium quàm fu-
» turorum, ipſas res ad poſterorum no-
» titiam literis prout potui mandate cu-
» raui: De valentioribus igitur, ac po-
» tioribus rebus ſigillis Regum inſigni-
» ta teſtamenta feci: De quibuſdam
» verò meæ ditioni ſubactis chartas edi- C
» di, atque firmaui, & Marotimo ipſius
» Eccleſiæ ſeruanda tradidi. Quæ dum
» nuper reuoluerem, inueni deeſſe ali-
» qua, quæ ſi ignorarentur poſſent ge-
» nerare ſcandala; de parrochiâ ſcili-
» cet ipſius Eccleſiæ ſeu monaſterij, de
» redditibúſque eius, hoc eſt cenſu,
» baptiſterio, ſepulturâ, quæ ſicut an-
» tiqui homines & veraces aſſeruerunt,
» & in polegio noſtræ matris Eccleſiæ
» reperi, ita hic inſerui. Ab Orientali
» parte verſus ciuitatem determinatur
» parrochia S. Iuliani, ſanctique Satur-
» nini cum ſepulturâ & aliis redditibus, D
» cum Eccleſiâ S. Petri. A Meridianâ
» parte cum Eccleſiâ S. Hilarij, ſancti-
» que Vincentij. Ab Occidentali parte
» ab Eccleſiâ S Albini ſunt vineæ de
» Eccleſiâ S. Saturnini, atque de Ec-
» cleſiâ S. Albini, & de meo proprio
» Alodo, meâque ſorore pertingentes,
» vſque ad burgum S. Petri Puellaris,
» cum terrâ arenoſâ & ripâ fluminis,
» medietatéque Ligeris fluminis. Hæc
» omnia in dominio S. Iuliani mona-
» chorúmque eius habentur, abſque
» vllâ conſuetudine alterius ſancti, vel
» cuiuſlibet hominum: habitatores ve-

rò domorum in circuitu harum vinea- «
rum poſitarum ſeu magnarum ſeu par- «
uarum domorum, ſeu de parte Lige- «
ris, ſiue de parte viarum, aut ex parte «
burgi S. Petri Puellaris, vel intra vi- «
neas ſitorum: parrochi ſunt S. Iuliani, «
Sanctique Saturnini, baptiſterium at- «
que ſepultura perſoluuntur: Alodum «
S. Iuliani & burgum S. Petri diſcri- «
minat vna Areta via mittens euntes «
ad Ligerim...... Acta eſt determina- «
tio hæc Turonis in præſentiâ domini «
Neſingi ſancti Martini Decani, atque «
Gualterij eiuſdem S. Theſaurarij, Or- «
berti S. Mauricij Decani, Arberti S. «
Martini Præcentoris, Guilelmi, In- «
gelberti atque aliorum multorum tam «
Clericorum quàm laicorum nobilium. «
Precamur interea omnes Dei fideles, «
vt quod nos facimus pro Dei amore, «
animæque ſuæ redemptione annuant. «
Et ſi quis huic chartæ contradixerit, «
contradicat ei Deus ſuum regnum, & «
excommunicatus perpetualiter ſit, ni- «
ſi reſipuerit, Otgerij S. Mauricij Præ- «
centoris per ſignum Theotolonis «
Archiepiſcopi, Boſinenſis Archidia- «
coni. Signum Neſingi S Martini De- «
cani. S. Orberti ſancti Mauricij Deca- «
ni. S. Gualtherij S. Martini Theſau- «
rarij. S. Arberti S Martini Præcento- «
ris, S. Guilelmi, Ingelberti, Odonis, «
Dodator, Acardi, Archerij. Acta ſunt «
hæc Turonis anno ab Incarnat. Do- «
mini 933. Indict. v. regnante Ludo- « 933.
uico Rege, anno xii. Ingelbertus. «

Monaſterium ſancti Cypriani Pictauenſis loco Frotherij Antiſtitis conditoris dedicauit, vt ſubiecta huius cœnobij membrana declarat:

Anno Domini 936. Indict. x. « 936.
ego Tetolo Epiſcopus vice domi- «
ni Frotherij Epiſcopi dicaui hanc Ec- «
cleſiam, & dicamus cum dote ſicut «
mos eſt, & conſuetudo Eccleſiaſtica «
docet, in Pictauorum pago, in vicariâ «
Raciacinſe, in villâ quæ nuncupatur «
S. Maxentij, Maſnilis curtiferis, vir- «
degariis, vineis, pratis, farinariis in flu- «
uium Saleroni, terris cultum, incultum «
quæſitum vel ad inquirendum, & de «
mancipiis meis his nominibus Ioanne «
cum vxore ſuâ, & infantibus ſuis; Do- «
minico Landriaco, iterum verò Do- «
minico, & tertium Dominico, & quar- «
tum cúmque ad illum alodem reſpi- «
cit, vel aſpicere videtur, & eſt ibi fun- «
data Eccleſia in honore S. Maxentij. «
Item dono in ipſo pago in prædictâ «

» vicariâ in villâ quæ vocatur Landri- A
» cus, & in villâ quæ ad illam pertinet
» & vocatur Forcax, Maſnilis curtiferis
» viridigariis, vineis, pratis, farinariis ſu-
» per fluuium Croſa, terris cultum, in-
» cultum, quæſitum, vel ad inquirendum
» & eſt ibi Eccleſia fundata in honore
» S. Fercinctæ, & de mancipiis meis his
» nominibus, Adam cum vxore ſuâ & in-
» fantibus ſuis, Kainone cum vxore ſuâ,
» & infaotibus ſuis: & quæ ad illum alo-
» dum aſpicit vel aſpicere videtur, etiam
» dono in ipſo pago in vicariâ Paulinia-
» cenſe in villâ quæ dicitur Proliacus,
» Maſnilis curriferis viridigariis, vineis,
» pratis, terris, & dono in ipſo pago in B
» ſupradictâ vicariâ in villâ quæ voca-
» tur Alinaris, quantum viſus ſum habere
» in ipſo pago, in ipsâ vicariâ, in villâ
» quæ dicitur Villena, quantum viſus
» ſum habere; & dono in ipſo pago in
» villâ Sauiniaco quantum viſus ſum ha-
» bere, quæ de pretio meo comparaui,
» & dono in ipſo pago in vicaria Toar-
» cenſe in villâ quæ vocatur Allilias cum
» capellâ S. Seuerini, & quantum viſus
» ſum habere & de mancipiis meis his
» nominibus, Dominico cum vxore ſuâ
» & infantibus ſuis, & Lauduino cum
» nepotibus ſuis, Vuarnerio cæteriſque C
» omnibus aliis, & dono in ipsâ vicariâ
» in villâ quæ vocatur Taſiacus quantum
» viſus ſum habere vel poſſidere, & de
» mancipiis meis his nominibus, Amadi-
» cena cum vxore ſua, & infantibus ſuis
» & cæteris aliis. TETOLONIS TV-
» RONENSIS Epiſcopi, Ricardi Archi-
» diaconi, Petroni, Sigoini, Euualtarij,
» Boſoni, Hecfridi, Launoni, Odoni,
» Frodoni, Adelelmi, Froterij, Annoni,
» Ingelelmi, Trictuini, Alboini almi
» Hilarij Clauigeri, Archimbaldi, Agim-
» berti, Rainaldi, Vuilelmi Pictauorum
» Comitis, Cadelonis, Sauarici Viceco-
» mitis, Arbardi, Hecfredi, regnante D
» Radulfo Rege. Subſcribit Hugonis
Abbatis donationi collatæ B. Martino
anno v. Lotharij Regis, quam pariter
chirographo firmauêre Pariſiis Hugo
Abbas, Gualterius Pariſienſis, Guido
Sueſſionenſis, & Hugo Remenſis Præ-
ſules VII. Id. Januarij. Scriptor Turo-
nenſis chronici docet Tetolonem Ar-
chiepiſcopum monaſterij S. Iuliani in-
938. ſtauratorem, vbi ſic narrat poſt an 938.
» Tunc dederunt Canonici S. Martini
» fructum vnius præbendæ Eccleſiæ S.
» Iuliani Turonenſis, ad preces Teoto-
» lonis Archiepiſcopi, qui eam de nouo

A ædificauerat; Abbatia námque S. Iu- «
liani fundata fuit ante S. Gregorium «
in honore S. Mauritij dedicata, quam «
vt fertur, viri de Aruerno geniti fun- «
dauerunt, ſed incertum eſt per quem «
ordinem vel regulam, ibi primitus te- «
nuerant, quoniam regula S. Benedicti «
adhuc iguora erat, quæ poſtea fuit à «
S. Gregorio Papâ declarata. Deinde «
Abbatia hæc à Danis deſtruitur, mo- «
nachi diſperguntur. Sed poſt in tem- «
pore Ludouici Tranſmarini Regis, à «
Theotolone Turon. Archiepiſcopo re- «
paratur, & in honore B. Mariæ & S. «
Iuliani dedicatur, & à Gerſende ſoro- «
B re eiuſdem Archiepiſcopi redditibus «
ampliatur. Turonis autem in tranſitu «
S. Odonis Cluniacenſis adfuit, ſuper
quo contriſtatus, ab eodem Odone ſo-
latur, vti declarant verba eiuſdem
chron. quæ citat Querceтanus in notis
ad Bibliothecam Cluniacenſem; Et in
Floriacenſi extat bulla Leonis 7. Pont.
directa Archiepiſcopis & eorum Suf-
fraganeis, Guidoni Eccleſiæ Lugdu-
nenſis, Theutoloni, aliiſq; Galliarum.
Reperitur quoque in antiquis tabulis
litera huius Præſulis, quâ ſignificat,
Dodaldi Archidiaconi precatu, aſſen-
C ſum præbuiſſe piæ donationi à Berne-
rio & vxore factæ, Abbatiæ monialium
S. Lupi in ſuburbiis Turonicis, quam
poſthæc Pontificio diplomate iterum
confirmat Hildegardi huius loci Ab-
batiſſæ menſe Auguſto, regnante Lu-
douico anno XII. Mortuus eſt Tetolo
an. 945. conditúſque in Sancti Iuliani 945.
monaſterio quod reparauerat, ab ipſo
in honorem Beatæ Mariæ dicato; iux-
ta Odonem ſepulturam accepit, teſtis
Flodoardus in chronico: Domnus
THEOTILO venerandus vrbis Turo- «
nicæ Præſul obiit, qui dum de pace «
inter Regem & Principes componen- «
D dâ ſtuderet, iiſque ſtudiis occupatus à «
Lauduno rediret, ægritudine corporis «
in ipſo deprimitur itinere. Cúmque «
vltimum iam exhalaret ſpiritum, ap- «
paruit ſignum quoddam luminis per «
aëra diſcurrens, cubitum longitudinis «
habere viſum. Cuius lumine ad de- «
pellendas noctis tenebras ſufficienter «
perfuncti ſunt qui funus eius deduce- «
bant. Talique potiti ſolamine per mil- «
lia ferè, ſeu fertur, ducenta, Turoni- «
cam vſque corpus eius perferunt vr- «
bem. Quódque in monaſterio S Iu «
liani, quod idem vir ſanctus ſummâ «
inſtituerat religione, iuxta ſepulchrum «

„ Domni Odonis reuerenter humatur,
„ & exinde ipſum templum diuinis illu-
„ ſtrari miraculis declaratur.

57. IOSEPH II. ſucceſſor Theoto-
lonis in eodem chronico Turon. re-
952. fertur ſediſſe ad an. 952. ex alio An-
tiſtitum catalogo annis vndecim, men-
ſibus duobus, & octo diebus Cathedrã
rexit. cartam inſtaurationis monaſterij
S. Petri Carnotenſis approbat, vti af-
firmatur in libro Aganonis veteri, &
alteri tabulæ Ragemfredi Carnotenſis
Epiſcopi ſubſcribit, cum Hildemanno
Senonenſi, & Conſtantio Pariſiorum
Pontifice.

58. FROTERIVS Abbas S. Iulia-
ni anno 960. Pontificium Turonenſe
965. obtinebat 965. ex citato chronico;
viſitur quoque in pancartâ nigrâ hu-
ius Frotharij membrana ſcripta menſe
Maio, regnante Carolo Rege anno
6. in Italiâ, & in Franciâ 4. vetuſtus
autem codex Eccleſiam adminiſtraſſe
docet annis tribus.

59. HARDVINVS ſiue ARDOI-
NVS, Rainaldi frater, nominatur in
cartâ disiunctionis Monaſteriorum
Cormariceni ac Villelupenſis per
Vuidonem Abbatem, Gaufridi Co-
mitis Andegauenſis fratrem; intereſt
tralationi Canonicorum è Sancto Al-
bino in ædem B. Mauricij Andega-
966. uenſis 966. & memoratur in priuile-
gio S. Florentij Salmurienſis 968. à
Rege Lothario conceſſo. Ioannes
XIII. Summus Pontifex ad Epiſcopos
citerioris Britanniæ epiſtolam ſcribens
970. circiter an. 970. præcipit vt Hardui-
no qui ad Apoſtolorum limina Ro-
mam venerat pro tuendis Archiepiſ-
copatus ſui iuribus, debitam reueren-
tiam exhiberent, ſub pœnâ anathema-
tis, quâ excommunicandos denunciat
regni Britannici nobiliores, Berenga-
rium & filium Conanum. Sedente eo-
dem Harduino vt notat tabularium
973. Salmurienſe an. 973. Theobaldus Co-
mes dedit S. Florentio domicilium in
ſuburbio Cainonis caſtri ſitum, vbi S.
Lupauſius requieſcit, quod eſt ex ra-
tione matris Eccleſiæ Turonicæ Sedis
tam parenti eius quàm ipſimet Theo-
baldo Præſules eiuſdem Eccleſiæ con-
tulerant, ad inſtituendum monaſte-
rium. De ſimili re etiam legitur Har-
duini reſcriptum pro manſo pendente
ab Abbatiâ S. Petri Pruliacenſis in vi-
cariâ Mergauenſi, dato menſe Maio

A in ciuitate Turonicâ XIII. an. regnan-
te Lothario. Vandelberto item nepo-
ti aſſenſum dedit, pro ceſſione qua-
rumdam terrarum iuxta Cainonem in
villâ Dunſiaco Abbatiæ S. Florentij
974. menſe Nouembri; quo eodem 974.
anno Rainaldum Epiſcopum Ande-
gauenſem ordinauit, ac ſubſcribit do-
nationi Adelæ Comitiſſæ pro S. Albi-
no, menſe Martio, Andegaui an. 23.
Lotharij; denique alteri diplomati
Odonis Comitis Bleſenſis pro caſtro
Salmurienſi an. 24. regni eiuſdem Lo-
tharij, menſe Februario, Turonis. At
oportunum fore duximus hîc exhibe-
B re integrum exemplar fundationis Ec-
cleſiæ Collegiatæ Diuæ Mariæ de Lo-
chis in ſuâ diœceſi, quod ex cartophi-
lacio huiuſmodi eſt:

IN NOMINE *ſummæ Trinitatis &
indiuiduæ, ego Goffridus ob meorum ante-
ceſſorum ſtrenuitatem, meique ſimiliter lau-
dibus nonnullis, extollendam, Andega-
norum militum generoſitati potenter Comes
appoſitus: quoniam rerum memoria geſta-
rum quotidie declinantium ſenſum homi-
num ritè labitur, quatinus meis ſucceſſori-
bus omnibúſque Sanctæ Dei Eccleſiæ fu-
turis manifeſtum ſit fidelibus, cartula hu-
C ius inſcriptione patefacio, quali ordine
quantâue reuerentiâ in Dei eiuſque nomi-
ne genitricis intemeratæ dictam Eccle-
ſiam readifico, quæ primum in Dei, San-
ctæque Mariæ Magdalenæ honore conſe-
crata fuerat præcipuè. Ego ſi quidem quam-
plurimis optimatum meorum comitantibus,
multorúmque conſentiendo & operando ſe-
ceram criminum alligatus nexibus veniam
petiturus, Romam petij, ibidémque poſt-
quam adueni, magnificandi Iohannis Pa-
pæ præſentiâ honorificè ſuſceptus extiti:
Qui diebus quinque prius alios alloqui
conſueuerat, méque ſociósque meos diuinæ
paginæ ſententiis obſeruandis, vt paſtor
allocutus, die ſextâ & ſeptimâ ieiuniis,
D orationibus & vigiliis, pauperúmque lar-
gis adminiſtrationibus, vt criminum al-
leuari mereremur depreſſionibus, deuotio-
nibus ſummis intentos nos eſſe præcepit:
dicens nobis intra cætera, hæc quæ ſequun-
tur verba Dominica: Eadem menſurâ quâ „
menſi fueritis, remetietur vobis: & iterum: „
Qui parcè ſeminat, parcè & metet; & qui ſe- „
minat in benedictionibus de benedictionibus „
& metet. His & aliis roborati ſententiis, „
quæ nobis præceperat Deo ſubminiſtrante,
eodem pro nobis inceſſanter intercedente, &
pro poſſe noſtro expleuimus; in die autem
octauâ in ſancti Petri baſilicâ, ſingulorum*

quiſque quorum meminiſſe potui ſæpedicto-rum criminum, relationem audiuit, ineffabiliter ab eius noſtríſque oculis prorumpentibus lacrimis; Ille nimirum inſtinctu diuino admonitus, vt ſpero mihi præcepit, vt Deus animæ patris mei & Falconis miſereretur, pro quo idem ter ſacrificium obtulerat, atque meorum maculas criminum abſtergeret, & offenſione immunem criminali cuſtodiret, meíſque pœnitendi ſucceſſoribus ſpatium præberet. Quatenus in Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuaque nomine Genitricis Eccleſiam conſtruerem, & tantum ibi rerum mearum liberaliter attribuerem, vt omni tempore ſecundum Apoſtolorum numerum XII. Canonici deſeruirent: præcepit quoque mihi, quod ſi virorum meorum aliqui nobilis vel ignobilis, de rebus ſiue fiſco meo pertinentibus, vt orationum particeps efficiatur, locum ditare voluerit, liberè concederem; & vt hoc compleretur, patenter præciperem. Ipſis quoque Canonicis ex ſui parte imperarem, quod quotidie (præterquam Dominicis diebus feſtiuis) pro ſupradictorum animabus, patris mei ſcilicet, facta cuius aſpera formidabilia quæque ſibi dixeram, aliorúmque miſſam ac vigiliam decantarent. Hanc autem iuſſionem gaudente me ſuſcepiſſe, vt comperit, cum octoginta & duobus aſtantibus, & rei huic applaudentibus Epiſcopis, ab auctoritate Dei & ſanctorum Canonum, Sanctíque Petri Apoſtoli, & ſui eorumdem Epiſcoporum circumſtantium omnes anathematizauit, & ab omni ordine Chriſtianitatis ſequeſtrauit, qui huic perficiendæ obedientiæ mihi contradictores exſiſterent, & Eccleſiæ res futuras deuaſtare, & de ſtabilitate priori, inæquales reddere præſumpſerit. Sic igitur patris & præoptatæ benedictionis ſumpto munere, turpitudinis immenſa faſce leuigatus redij, & vt planius hac rectiorique ordine perficerem, glorioſiſſimo Regi Lothario Ludouici Tranſmarini filio & ARDVINO TVRONORVM ARCHIEPISCOPO *ex ſui parte literas deprecatorias attuli, quas Arduinus rebus vt fuerunt iteratis inſpiciens, non tantummodo Iohannis Papæ iuſſioni authenticæ voluntatíque ſpontaneus fautor extitit. Verumtamen hac de cauſâ venerabilem Regis præſentiam adire me compulit. Qui Laudunum Galliæ 18. Cal. Septembris, inuento Rege venerabili, Alberone Remenſium, & Hugone famoſiſſimo Marchiſio, atque Alberto Comite prò me apud eum intercedentibus, pro quâ veneram, Regiam voluntatem conſtruendíque locum, libertatem accepi, & vt locus*

A *ab habitatoribus firmiùs poſſideatur, liberaliſtérque obtineretur, ſupradictis viris quamplurimíſque aliis cernentibus, ſuum mihi ſigillum dedit, quod pro magno ſuſcipiens detuli mecum. Verùm quia tunc pro illecebris inſæcularibus, patrare non potui, nec adhuc congruentem locum inſpexeram huic operi, conſilio nunc ingenuorum Lucenſium Militum, in hoc Caſtro Luchas ſcilicet hanc reedifico Eccleſiam, non vt ſanctæ Magdalena Mariæ primùm habita orationes neglectui habeantur, ſed vt Dei genitricis, quoniam digniſſima longè admodúmque manet, & ex eâ, in loco*
B *pro certo hoc multùm retinetur ſuffragia præcipuè expectantur; & redeunte anni curriculo, modò hoſpite ſanctæ Mariæ deuotione ſumma feſtiuitas celebretur, & vt locus inde venerabilis habeatur, ſanctum ac venerabilem Hermellandum Confeſſorem eidem loco concedo, quem cum rebus ſibi ab Hildeberto Rege datis, aliíſque ſæculi nobilibus & ignobilibus, eo concedente liberaliter attributis, tempore perpetuo omnium remotâ dominatione poſſideant Canonici, videlicet poteſtatem, Eccleſias, decimas, ſepulturam, ac cætera Eccleſiis congruentia, terram planam ita determinatam, à parte ciuitatis vſque ad riuulum, qui*
C *proximè inuenitur à parte Orientis, vſque ad alium riuulum Spinacium diuidentem, & Groletum à parte Ligeris, vſque ad Alcyonem; Et iſdem fluuius, ſiluáque, quæ inter prata fluuiúmque ſita eſt, eidem poteſtati pertinet, de inſula quoque pratis quantum eis ruſticíſque neceſſe fuerit: ex quartâ autem parte ſylua Tuccheria terræ de Sarnbniaco, in medio Saciaco; in latere autem alio dono Caſtenarium montem porrigitur Spinacij ſiluam, terram de Nouello, montem Polsorum, & eiuſdem terræ ſyluam, Lychimachum, & ſyluam, Gyſoia terram, ſyluas, riuulos & prata, & vtriúſque ſexus maſculos & fœminas, huic & ſupradictæ curiæ*
D *pertinentes. Quoniam autem habitatorum paruus eſt numerus, in canonicale officium, finito Canonico nemo ſuſcipiatur, niſi viginti quinque annos habuerit, vt Diaconus effectus, legere doctè, & cantare ſciat, & Canonicus à Ioanne Papâ iniunctam obedientiam deuotè complere valeat. Poſtquam autem 35. annos attigerit, ni pacentis ægritudine prohibeatur, promoueatur ad ſacerdotij gradum. Mortuo verò Canonico, prout ſapientius poterunt fratres cuius poſſeſſio vt loci res adhuc modicè augeantur, loco remaneat, niſi quandiu vixerit de ſuis rebus dando fratribus ſatiſfecerit: qui oblatus Comiti xx. ſolidoſ os tribuat, hæc ſiquidem*

dona (quoniam eſſet ſimoniacum) non emptionis cauſâ attribuentur. Sed quia loci res tenues ſunt, eadem dona ſibi proficienti, eligo vt ſic augeantur, aut vt eorum proprium locíque communitas, à Comite defendatur xx. ſol. ſibi præbeantur. Si verò cogente Comite ſuo, ſeu pretio prophanus aliquis illatus fuerit, Archiepiſcopo Turonenſi Canonici dicant, & niſi infra 40. dies expulſus fuerit, Papæ præceptum hoc oſtendentes, & nuntient, & debitum quoquo anno perſoluentes aliquod, ſub eo ſucceſſoribúſque eius ab .... tuti permaneant. Si autem ab aliquibus Canonicorum terreno ſumpto commodo, ſeu alicuius gratiâ indignus, aliquis furtim impoſitus fuerit, ex vno quoque reorum Comes furto comperto 60. ſol. accipiat, & admodum fratrum iniquitator prohibentiũ, ſeptem dies puniti maneant, ſicque reconciliati Canonicam non amittant. Hoc nimirum ſucceſſoribus meis præcipio, & ex Dei genitricíſque eiuſdem, necnon S. Petri & Papæ Iohannis authoritate authenticâ execrando prohibeo: vt quæ locus iam poſſidet atque poſſeſſurus eſt, eiuſdémque habitatores, nec ipſi eis aliquomodo eis auferant, nec ab aliquo deuaſtari patiantur. Signum Goffridi, S. Fulconis, S. Mauricij. S. ARDVINI Archiepiſcopi, Sig. Accardi, Sig. Gosberti, S. Algerij, S. Gedeonis, S. Gaudeberti, S. Adalardi, S. Valerij, S. Vuidonis, S. Algerij, S. Martoardi, Vlgerij, Beringarij, S. Fuculfi terram ſuam de Moleltono poſt mortem ſuam loco dantis, Leonis terram & rupem dantis.

60. ARCHEMBALDVS DE SVLLY, Herchenaldi Soliacenſis domini filius, ſicuti auctor eſt Aimoinus Floriacenſis lib. 2. de miraculis S. Benedicti cap. 7. Soliacenſis caſtri, inquit, quod à vico Floriaco tribus diſtat millibus, poſſeſſor quidam Herbertus dictus eſt: Herchenaldo genitus patre, fratrem habens nomine Archembaldum, Turonicæ Eccleſiæ nunc Archipræſulem. Huic præfuit Metropoli an. 986. ex chronico Turonenſi; cartámque fundationis collegiatæ S. Petri de Dorato in Marchiâ anno 987. chirographo firmauit cum Hugone Capeto Rege Francorum; probat quoque donum Eccleſiæ Burgulienſi factum à nobiliſſimo milite Corbone de Rupibus vaſſallo Archiepiſcopi, regnante Roberto an. 999. ex tabulis Burgulienſibus. Gerbertus autem epiſt. 48. ei ſic ſcribit: Querelam veſtram non ſine fraternâ compaſſione ſuſcepimus. vnde conſilium & auxilium, quantum noſtra intereſt, non differimus. Quia enim Clerus, vt dicitis, B. Martini benedictionem veſtram renuit, fiat vt ſcriptum eſt: Noluit benedictionem & elongabitur ab eo: pro acceptâ verò iniuriâ repulſionis, puluerem calciamenti excutiendum eſſe contra illos Dominus docet. Vnde & epiſt. 50. ad Canonicos D. Martini Gerbertus iterum ſubiungit: Omnes Epiſcopi qui ad Concilium venerunt in Eccleſiâ S. Pauli, omnibus Clericis de monaſterio S. Martini. Auditâ famâ veſtræ rebellionis contra fratrem noſtrum Turonicæ ciuitatis Epiſcopum, has literas direximus, in commune decernentes, quatenus aut cum veſtro Epiſcopo redeatis in gratiam, aut ad placitum Chelæ habendum veniatis, pro diſcordiâ diu retentâ rationem reddituri 7. Id. Maij. Quod ſi non feceritis, ſciatis vos percelli cenſurâ canonicæ diſtrictionis.

DE SVLLY.

986.

999.

61. HVGO DE CHASTEAVDVN I. Hugonis Vicecomitis Caſtriduni & Hildegardis filius, vt liquet ex cartâ S. Petri Carnotenſis, quâ mater donat annuente Hugone filio allodium ſuum de Bellomonte: dicitúrque in obituario S. Mariæ Carnotenſis dediſſe etiam pro ſalute animæ genitricis ſuæ dominium de Niuernis. Recuſauit conſecrare Abbatiam S. Trinitatis de Belloloco à Fulcone Comite Andegauorum fundatam, qui reuerſus ab Hieroſolymitanâ expeditione vt voto ſe exſolueret, monaſterium exſtruxit in proſpectu caſtri Lucaenſis; Hugo verò Metropolitanus Turonenſis inuitatus ad dedicationem, renuit eam peragere, quo vſque ablatas Eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones Fulco reſtituiſſet; verba auctoris Geſtorum Comitum Andegauenſium, & Rodulphi Glabri Hiſt. lib. 2. cap. 4. rem pluribus illuſtrant, quæ huc referenda videntur: Expleto, inquit, quantocius baſilicæ opere, protinus miſit ad Hugonem Turonorum Archipræſulem, in cuius ſcilicet conſtituta erat diœceſi, vt illam ſacraturus, quemadmodum decreuerat, adueniret. Qui venire diſtulit, dicens, ſe minimè poſſe illius votum dicando Domino committere, qui videlicet matri Eccleſiæ Sedis ſibi commiſſæ prædia & mancipia ſurripuerat non pauca. Cúmque igitur iſta Fulconi à ſuis perlata fuiſ

CHASTEAVDVN. Vn écuſſon de.... à vn chef....

» ſent, diutinâ feritate reſumptâ, ni- A
» miùm indignè ferens Epiſcopi reſpon-
» ſa: inſuper comminatus illum valdè
» ac ſublimius inde quod valuit ade-
» git conſilium. Mox denique copioſâ
» argenti & auri aſſumptâ pecuniâ, Ro-
» mam pergens, ac Ioanni Papæ cau-
» ſam ſuæ profectionis expoſuit. Ac
» deinde poſcens quod ab illo optaue-
» rat, plurima ei munerum dona obtu-
» lit. Qui protinus miſit eum eodem
» Fulcone ad prædictam baſilicam ſa-
» crandam, vnum ex illis, quos in bea-
» ri Petri Apoſtolorum Principis Eccle-
» ſiâ Cardinales vocant, nomine Pe-
» trum, cui etiam præcepit veluti Ro- B
» mani Pontificis auctoritate aſſumptâ,
» quidquid agendum Fulconi videba-
» tur, intrepidus expleret. Quod vti-
» que audientes Galliarum quique Præ-
» ſules, præſumptionem ſacrilegam co-
» gnouerunt ex cæcâ cupiditate proceſ-
» ſiſſe, dum videlicet vnus rapiens, alter
» raptum ſuſcipiens, recens in Romanâ
» Eccleſiâ ſchiſma ereauiſſent. Quam-
obrem cum Ioannes Papa monaſte-
rium Bellilocenſe ſub patrocinio Se-
dis Apoſtolicæ ſuſcepiſſet, omnibus
Præſulibus vetitum eſt, ne vllam ibi
iuriſdictionem exercerent; ſed priui-
legij nouâ immunitate permotus Hu- C
go, Romam ſe contulit, & à Sergio
IV. Ioannis ſucceſſore poſtulauit, vt
cœnobij conſecrationem iuxta Cano-
nes peragere ſibi liceret. Repulſam
porrò paſſus eſt hac exceptione, eò
quod Fulconi liberum fuerit in fun-
do hæreditatis Abbatiam ædificanti,
cœnobij conſecrandi munera Roma-
næ Eccleſiæ attribuere. Quapropter
Hugo receptâ è manibus Gregorij Sil-
uæ Candidæ Epiſcopi virgulâ, ius
omne quod ſibi competebat, Roma-
næ Eccleſiæ tranſmiſit; & Sergius
Pontifex Petrum Vipernenſem An-
tiſtitem in Gallias delegauit, qui mo- D
naſterium illud vice ſuâ conſecraret.
Totam controuerſiam ſpeciatim ex-
plicat reſcriptum Sergij Papæ, quod
licet prolixius, dignum tamen eſt vt
propter inſtitutum operis, integrum è
tabulario Bellilocenſi, & ſchedis dom.
Abbatis Villelupenſis deſumptum hîc
ſubiiciamus; ſi tamen prius monueri-
mus cum ill. Petro de Marcâ cap. 8.
lib. 4. de Concordiâ Sacerdotij & Im-
perij, ex tabulis huiuſce monaſterij
conſtare, hanc narrationem de quâ
Eminentiſſimus Card. Annalium con-
ditor meminit ſub an. 996. ad eum
Ioannem referri non debere, qui fa-
ctione ſchiſmaticâ Creſcentij aduer-
ſus Gregorium V. in Sedem Apoſto-
licam ſe intruſit, ſed agi de Ioanne
XVIII. qui ſucceſſorem habuit Ser-
gium Quartum, ambo enim Pontifi-
ces hanc Abbatiam libertate dona-
runt: Literæ autem ſunt huiuſmodi:

In nomine Domini Saluatoris «
noſtri Ieſu Chriſti. Anno .... propi- «
tio, Pontificatus domini noſtri Sergij «
ſummi Pontificis vniuerſalis Quarti «
Papæ, in ſacratiſſimâ Sede beati Petri «
Apoſtoli, tertio, indictione x. menſe «
Aprilis die XIV. Quia mens humana «
ſemper in cogitatione poſita eſſe di- «
gnoſcitur, & animi vniuſcuiúſque pro «
diuerſis cauſis & ſolicitudinis, huc il- «
luc vagando diſcurrit, nec valet om- «
nia explere ſermone, nec futura te- «
nere memoriâ quæ geritur; idcirco «
notum prudentiſſimis viris ingenuis «
literarum repertum eſt, vt quæ mente «
inquirimus, literis exaremus. Et ideò «
ego Sergius diuinâ gratiâ Quartus San- «
ctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ſer- «
uus ſeruorum Dei, vniuerſæ Eccleſiæ «
populo notum eſſe volumus, præcipuè «
ſucceſſoréſque noſtri, & cohabitato- «
ribus ſacris Lateranenſis Palatij, qua- «
liter ad noſtram Apoſtolicam Sedem «
lamentando venit quendam Hugo «
venerabili Archiepiſcopo Sanctæ Tu- «
ronensis Eccleſiæ, & de Monaſte- «
rium quem Fulco à nouiter conſtru- «
xit, & pro animæ ſuæ remedium beati «
Petri Apoſtoli ac nobis obtulit, pro- «
clamauit & querelam ſuam circa nos, «
ita diſponere cœpit dicens. *O Domine* «
Papa cur conſecratione Monaſterij quem
Fulco vobis obtulit, quod infra noſtri Ar-
chiepiſcopatus parrochiam fundatum eſſe di-
gnoſcitur nobis auferri vultis? Cum ego «
ab eodem Hugone Archiepiſcopo «
talia audiſſem, ſtatim ad noſtram præ- «
ſentiam acceſſire fecimus, Epiſcopis «
Cardin. Preſbyteris, Diaconibus, Sub- «
diaconibus, & non paucis de Clero, «
Iudicibus quoque Romuleis, multiſ- «
que etiam viris nobilibus, ibi coram «
adſiſtentibus, quorum nomina ſuis ma- «
nibus inferius aſcripta tenentur, & «
nunc ſeriatim intimare ſtudemus; vi- «
delicet Archiepiſcopo Leudunenſis «
Eccleſiæ, Petrus Epiſcopus Preneſtinæ, «
Benedictus Epiſcop. Portuenſis. Ioan- «
nes qui & nomine vocatur Lauicanen- «
ſis Eccleſiæ Epiſc. Gregorius Epiſcop. «

Syluæ Candidæ. Petrus Epiſc. Vipernenſis Eccleſiæ, Amico preſbyter Cardinalis. Stephanus preſb. Card. Ioannes preſbyter Cardinalis, Creſcentius preſb. Card. Ioannes Archidiaconus S. Rom. Eccl. Abbo Diaconus, Ioannes Diac. qui cognominatur de Beno opifex. Petrus Diac. à Chanâ pariâ. Creſcentius Arpodiaconus Oblacionario. Gregorius defenſorum Primicerius. Petrus ex alio Petro de pulchro datiuorum iudicibus. Stephanus qui vocatur de Bernardo, Petrus de Breperato, Berardo filius Creſcenrio ad puteum proba. Franco Camarlingo, & alio Franco de Deodaro, ceteríſque plurimis. Anre his omnibus preſentiam erexit ſe Benedictus Epiſcopus Portuenſis, & coram dicto Archiepiſcopo hiterpelauit, & dicere cæpit: *Domine Sanctiſſime Papa & ſenior, cui Deus commiſit ſummam poteſtatem & regimen totius ſanctiſſimæ Eccleſiæ, qui huic Archiepiſcopo veſtram Sanctitatem . . . amentat, & interpellat Eccleſiam, & legem & iuſtitiam poſtulat, venerabili Monaſterióque Fulco infra ſuam conſtruxit patrochiam, & vobis optulit. Si vobis placet ipſe Archiepiſcopus conſecrare velit, ac nullatenus ſecundum ſtatuta Canonum & Iuſtinianæ legis, conſecrationem ad dominium Archiepiſcopi auferri potuit.* Tunc Petrus Dei nutu vnus ex noſtris datum iudici pro nos, & ad noſtra vicem habere reſpondit: *Certè Monaſterium ipſum quæ Fulco ædificauit ſua propria hæreditas fuit, & Beati Apoſtoli Petri Eccleſiam, & noſtri ſeniori poteſtati & dominy, Monaſterium & conſecrationem perpetualiter, pro ſua obtulit animæ qualiter perdere à ſuo dominio debeat, oſtendite? & nobis innoteſcite? vnum ſcio tantùm, quia cuius eſt hæreditas, ipſius & conſectatio.* Igitur Hvgo Archiepiſcopus cernens ſe nullum verum, aut tectum habere, & qualiter nos eum perdere deberemus, minimè poſſe oſtendere, mox profiteri & dicere cœpit, ſe peccaſſe, erraſſe, & coram omnipotentem Dominum & noſtram Sanctam Romanam Eccleſiam, nimis deliquiſſe, eò quod iniuſtè, & abſque aliquá ratione nobis exinde litigaſſe. Inde verò ex manu Gregorij Epiſcopi Syluæ Candidæ recepit virgula, & per eandem virgulam quam manu tenebat, conſonâ voce, deuotâ mente, cernentibus cunctis qui aderant, ipſum Monaſterium cum conſecratione, & omnibus ſibi pertinentibus ſicuti Fulco B. Petri Apoſtoli & nobis, noſtræque Apoſtolicæ Sedis pro ſuæ obtulit animæ, nobis ita refutauit, atque in perpetuum traditum eſſe affirmauit; his ita expletis publicè conſtituit, atque in perpetuum permanendo firmiter ſtabiliuit . . . in tempore à modo in antea in qualiſcúmque perſona hominum, tam ſacerdotalis quàm laïcalis, qualibet ſcriprura vel priuilegia ex prædicto Monaſterio, & ſua conſecratio, vel pertinentia à me, vel à meis ſucceſſoribus facta apparuerit, ſciant omnes, quia partim & metu eſſe facta. Et ſi quod abſit, ipſam vt dixi ſcripturam à nobis factam apparuerit, irritam eſſe volo atque damnatam: Et hanc notitiam refutationis breuis omni tempore firmam & ſtabilem aſtipulo permanere; dehinc ante vnum noſtrum Coëpiſcopum videlicet Petrum Vipernenſis Eccleſiæ illic tranſmiſimus, & noſtrâ vice illud Monaſterium conſecrari iuſſimus, contra quod conſtitutionis noſtræ edictum, quæcúnque moliri temerariè præſumpſerit, anathematis maledictione teneatur, donec reſipiſcens, & ad ſatisfaciendum prædictæ noſtræ Eccleſiæ, noſtræque præceptionis redeat. Qui verò pio hortatu obſeruator in omnibus extiterit, cuſtodiens huius noſtræ notitiæ atque refutationis breuis, benedictionis gratiam, à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æternæ particeps effici mereatur; quam chartula breuis refutationis Benedicto Notario & Scriniario Sedis noſtræ Apoſtolicæ pro futurâ memoriâ futuróque teſtimonio, & chartulâ ſcribendam præcepimus, ac ſigillo noſtro ſigillari iuſſimus, in menſe & indictione ſuperſcriptâ decimâ. Signum ego Sergius Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Præſul. Petrus Epiſcopus Sanctæ Præneſtinæ Eccleſiæ & Bibliothecarius ſacri Palatij. Benedictus Epiſcopus Portuenſis Gregorius Epiſcopus Syluæ Candidæ. Homo Epiſcopus Lauicanæ Eccleſiæ. Petrus Epiſcopus Sanctæ Vipernenſis Eccleſiæ. Petrus defenſor datiuus iudex. Petrus iudex datiuus. Petrus alius iudex datiuus. Richardus nobilis vir. Stephanus de Bernardo, Franco Deodato cubiculario dominico, Berardo filio Creſcentio ad puteum proba. Ioannes Archidiaconus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ. Abbo Diaconus Sanctæ

Romanæ Eccleſiæ. Ioannes Diaco- A
nus S. R. E. Petrus Diac. Creſcentius
Subdiac. Benedictus Diacon. Amico
Cardinalis. Stephanus, Ioannes, Creſ-
centius Cardinales S. Rom. Eccl. Ioan-
nes Prior Subdiaconorum. Ramerius
Diac. Ego Benedictus Scriniario S.
R. E. ſcriptor huius notitiæ refutatio-
nis breuis poſt omnium ſupradictorum
ſubſcriptiones factas, compleui & ab-
ſolui. Confirmauit porrò diploma Ro-
998. berti Regis an. 998. 8. Calend. Feb.
pro Viuiano Abbate contra Burchar-
dum de Montemorenciaco; baſilica
item S. Martini cremata an. 1000. per B
Heruæum Theſaurarium reſtituta ab
Hugone dedicatur an. 1014. qui diem
1023. extremum obiit an. 1023. 12. Maij in
chronico Malleacenſi, aut in Vindoci-
nenſi 4. Idus Iunij.

62. Arnvlfvs Hugonis nepos,
ex ſtemmate Comitum Beliſmenſium
lineâ maternâ prognatus erat, auiâ
Godehelide filiâ Iuonis Comitis, ac
ſororę Guilelmi Beliſmenſis, in quo
pago Albertus parens Abbas, priuſ-
que monachus Gemmericenſis funda-
uit Prioratum Domnæ-Mariæ, quem
eidem cœnobio addixit, vt tabulæ in- C
ſtitutionis docent. Succeſſit Arnul-
1023. fus auunculo 7. Cal. Decemb. 1023.
teſte chronico Vindocinenſi. Reci-
tat Helgaudus Floriacenſis in epito-
me vitæ Roberti Regis dedicationi
S. Aniani Aurelianenſis adſtitiſſe an.
1029. tum S. Leonardi de Beliſmo, ac
1041. Diui Florentij Salmurienſis an. 1041.
Enunciatur quoque in plurimis car-
tis Abbatiæ Vindocinenſis, nimirum
actu fundationis de Riuarenes in Tu-
ronibus 1040. & priuilegio Theodo-
rici Carnotenſis Epiſcopi eiuſdem an-
ni, pro memorato monaſterio; ac in
ſchedâ apud Vitriacum palatium da-
1052. tâ 1052. præſente Roberto Burgun- D
dionum Duce; vti & in alterâ Aude-
rici Abbatis S. Trinitatis, quâ emit
ab Arnulfo aliquot libras redditus,
pro vicariâ S. Mariæ de Ripariâ: Pro-
bat denique inſtitutionem Prioratus
S. Martini de Lauarzino, dotatam à
Salomone & Adelâ vxore, ex iiſdem
tabulis Vindocinenſibus.

63. Bartholomevs I. Ioan-
nis domini de Cainone caſtro
frater, quam progeniem declarat li-
bri Aganonis Sancti Petri Carnoten-
ſis membrana, his verbis: Ego
A Landricvs cœnobij S. Petri Car-
notenſis Abbas notum eſſe volo, quia
adij præſentiam Gaufridi Andegauo-
rum Comitis cognomine Martelli
apud eum querimoniam faciens, de
eius nepote Gaufrido territorij ſcili-
cet Guaſtinenſis Comite, qui terram
quæ Villula dicitur, quondam à Te-
duino milite S. Petro datam, ſuo cui-
dam militi iniuſtè dederat, & S. Pe-
tro vſurpando tulerat, quod audiens
Comes egrè tulit: Et has litteras no-
mine proprio, nominibúſque prima-
tum ſuorum corroborari iuſſit. Gauf-
B fridus Andegauorum Comes, Bar-
tolomevs Archiepiſcopus Tv-
ronorvm, Ioannes de Cainone
caſtro frater Archiepiſcopi, Iuo Ma-
lacorona, Teodericus filius Vnbergæ.
Rainaldus de Caſtello-Gunterij. Ri-
chardus de Caſtello-Landonis. Guid-
bertus, Godefridus filius Auſgardis.
Radulphus de Malliuillâ. Verùm for-
tè oriundus erat ex domo Inſulæ;
nam coniecturam facit tabula Vin-
docinenſis monaſterij, quâ hic Bar-
tholomæus adhuc Clericus, cum fra-
tre Guilelmo donant monachis. Se-
dem verò iniit an. 1052. mentio huius 1052.
C habetur quoque in chronico Turo-
nenſi, & cartis S. Dionyſij de No-
gento 1054. quo anno ſicuti reſtaura- 1054.
tionis Cormariceni cœnobij antiquus
codex notat, templum ſub inuoca-
tione S. Pauli ſolemniter dedicatur
Idib. Octob. à nobili, inquit, Turo-
nicæ ciuitatis Archiepiſcopo Barto-
lomęo, Euſebio Andegauenſi, & Mar-
tino Britannorum Præſulibus. An-
no inſequenti Concilium Turonenſe
per Hildebrandum Sedis Apoſtolicæ
Legatum celebratur, quo Berenga-
rius abiuratâ hæreſi fidem Catholi- 1055.
cam profeſſus eſt, de quâ Synodo me-
minêre Guitmundus Auerſanus Ar-
D chipræſul, & Lanfrancus. Ceterùm
toparcha Mirabelli caſtri beneficio
Gaufridi Andegauorum Comitis, etiã
fundator fuit Prioratus S. Andreæ in
eodem oppido, quem Burgulienſi Ab-
batiæ ſubdidit, vt conſtat ex ſchedâ
huiúſce monaſterij quæ ita ſe habet:
Ratio Eccleſiæ Mirebelli caſtri
quæ appendet cœnobio Burgulienſi,
cum rebus ſuis, eo tempore quo præ-
pôſitus erat Bartholomæus Archiep.
Turonenſis ſuper rebus Eccleſiæ S.
Petri Pictau. Sedis, cuius Bartholo-
mei caſtrum erat Mirebellum; qui

Archiep.

» Archiep. vt diutius fieret ſeruitium **A**
» Dei in Eccleſiâ Mirebellenſi, pro
» redemptione animæ ſuæ attribuit præ-
» fatæ emptioni quidquid habebat in
» ceteris Eccleſiis caſtri; videlicet om-
» nem medietatem vtilitatum earum,
» & magnum forum, quod feria inte-
» grum dicitur in feſto S. Bartolomei,
» & medietatem alterius fori in feſto
» S. Andreæ, quæ de feudo Comitis An-
» degauenſis nomine Mattelli Goſfri-
» di tenebat. Honorare etiam volens
» monachos ibi degentes adiecit, vt
» Capellani Eccleſiarum earumdẽ ſem-
» per in ramis palmarum cum proceſſio- **B**
» ne ſuâ venientes ad monachorum Ec-
» cleſiam, capſam eorum deferant, pro-
» ceſſionem cum eis facientes. Simili-
» ter in Rogationibus; à Paſcha autem
» vſque ad Sancti Michaelis feſtiuita-
» tem omni die Dominico ſimiliter pro-
» ceſſionem ſuam adducentes, proceſ-
» ſioni monachorum inrerſint. Hoc
» Comes Guilelmus Pictauorum & fra-
» ter eius Guido firmauerunt, Goſfre-
» dus Andeg. Comes, cuius beneficio
» Bartolomeus illud caſtrum habebat,
» impreſſit manu ſuâ ſignum firmatio-
» nis, ſuperſcriptum in modum crucis;
» regnante Henrico Rege Francorum.

Adfuit Bartholomeus ſacro Philippi **C**
1059. primi Regis anno 1059. die Penteco-
ſtes, circa quod tempus Andegauorum Comes hoc priuilegium condidit, cuius exemplar è cartario Maioris-Monaſterij inregrum profertur eo tenore:

EGO GAVFREDVS *Comitatus Andegauenſis natalis heres, ſed preter eum, per vrbes plures & caſtra huiuſmodi poteſtatis ſub Dei ordinatione Miniſter, putaui mihi obtemperandum tam ſalutifero monitori, obediendum preceptori tam vtili: Et quia breui hoc tempore indeficienter ſeminantem operi bonæ mercedis, indefectiua meſſio per ſacula eternitatis ex-* **D** *pectat, licet bona operari multa non valeo, pauca ſaltem ſi approbet Deus, quæ mihi eo miſerante cepta ſunt, turpi deſerere defectione non debeo. Inſederat itaque meo cordi iam inde ab adoleſcentiâ, ſi quos agnoueram religioſitatis ſacræ purâ deuotione cultores, ſedulitate multâ colere, tueri fortiter, liberaliter iuuare. Interea ſuggeritur mihi ab huiuſmodi quibuſdam, quos vel maximè verebar offendere, monachos dico Maioris-Monaſterij S. Martini, retinere me, vel ex meo beneficio Milites meos, ac ſi quibus aliis ipſe donaueram, ſui iuris*

terram quandam in pago Vindocinenſi de latere meridiano Gaſtinenſis ſiluæ ſitam, amplitudinis non paruæ, cuius quidẽ longitudo Orientem verſus ab Occidente porrecta, initium ſumit in valle quadam ſibi contiguâ, quæ & ipſa à Meridie tendens, ad Aquilonem fontem habet, quem ſolent vocitare Ventalem: alterum habens non longè à ſuimet principio, qui nuncupatur etiam ipſe fons de Fago. Non hic tamen eſt ille qui ab eodem longius ad Orientem diſparatur, ſimile ſolet habere vocabulum, & Glaudeſſe fluuiolo donare videtur, ab Oriente verò terræ illius longitudo fluuio finitur, qui Bredana vocatur. Porrò latitudo illius tanta habetur, quanta eſt inter fluuiolos Glsudeſſem & Guberneſſam nuncupatos, intérque riuulos qui per hyemales pluuias ab ipſis fluuiolis ad vſque fontes ſuperius nominatos, ex mediâ ſui parte verſus fluuiolos ex mediâ fluunt, verſus fontes illos, vnde & ille qui à parte conſiſtit Aquilonali, ex eâ medietate quæ Guberneſſam fluuiolum profluens petit, Guberniculi nomen accepit. Verùm quod terram hanc monachos illos obtinere ego videram nunquam, aliquamdiu fateor, ſuggeſtionem dicentium ſibi eam debere reſtitui, diſſimulanter nedum tum illi ſui meam iuris antiquitatem relationibus non improbandis exponere violentias ante dictorum caſtri Vindocinenſis Comitum conquerendo memorare, ſuaque repeticionis iuſtitiam probali ſatis ratione monſtrare, agere hoc & in meâ Curiâ placiti publici conſtituto iudicio, & in Concilio generali cui preſidebat Hildebrannus Vicarius Papæ Romani, clamore ſuper his facto, tandem ſanioris ego ſententiæ aſſumpto conſilio; in tantum putaui obliuionis nunc offenſionis inquietudinem præteritæ, mihi circa Dei famulos deuotionis apud Deum vacuare mercedem. Ergo qui ad reformandum illis ius vt aſſerebant; ipſe antiquorum iuſtitia, quantùm mihi videbatur, non poteram cogi vel ad reformandum de huic futurum, ita me ipſe beneuolentiâ coegi; vt etiamſi iuris illorum predicta terra nunquam antea fuerit, ex hoc & in perpetuum me donante iam ſit. Pateat igitur vniuerſorum notioni mortalium, donaſſe me S. Martino, cuius excellentia nominis nulla eget adiectione cognominis, atque in ſuo Maiori-Monaſterio do, ſibíque famulantibus monachis, integritate totâ ſepedictam terram à vicariâ Bannariâ, atque ab huiuſmodi conſuetudinibus vniuerſis, vti habetur antiquitùs omnimodis liberrimam, vnà cum duabus Eccleſiis earúmque om-

nibus omnino reddiſibus, quæ ibidem ab antiquis ſunt conſtructa temporibus; Licet harum vnam nouiter nunc extra eandem remouerint terram, monachi Vindocinenſes, quibus illam cum quadam terra ipſius parte donaueram vniuerſa. Hac ergo Martino nunc beatiſſimo, ſuiſque famulis, totâ vt dictum eſt integritate conceſſi, eâ ratione dumtaxat, vt partem ex his quam Vindocinonſibus monachis vt prætaxatum eſt antea dederam, habeant ex hâc iſti de prædictis Maioris videlicet monaſterÿ monachis; cenſum inde viginti ſolid. Octauis Pentecoſtes eiſdem reddituri quotannis. Tam verò partem quæ à plurimis hominibus, non ex meo ſpecialiter, ſed ex meorum obtinetur beneficio Militum, auctoramento freti meo, totóque fideli, propter dandas obtinentibus commutationes, auxilio ſuis precibus redimant illi, at eam quam Gaufredus Ermearici filius primò de Archembaldo Vindocinenſi Præpoſito habuerat, méque eam commutatione alterius, ab eodem Archembaldo redimente de me ſolo nunc habebam. Datâ huic nihilominus aliâ poſſeſſione ac pretio competenti, ſæpe nominato ſancto, ſuiſque, abſque vllâ mox refragatione contradidi; cum eo etiam conſuetudinis cuiuſdam priuilegio, quod in eâ precedentes obtinuerant poſſeſſores; hoc eſt, vt de porcis ruſticorum eandem incolentium, dimidium habeant paſtionatici in ſyluâ Gaſtinenſi, de ſuis verò propriis, quos in eadem terrâ habuerunt, nullum in illa ſyluâ cuiquam paſtionaticum reddant. Eſt autem & alia non huius tantùm partis, ſed terræ totius deſcripta ſuperius antiqua conſuetudo, quam ſimili modo ego quoque conceſſi, id eſt vt eam inhabitantes omnes tam dominantes videlicet quàm ſubditi, ad vniuerſos proprios vſus ædificationis ſcilicet, conſtructionis, ne cuinſcúmque vel feri ex ſæpe dictâ ſyluâ ſumere non vetentur. Archembaldo igitur vt ſupra taxaui, permutatione partis illius honorem dedi, vel quæque poſſederat, quidam caſtri quorundam Lucatenſis honoratus nomine Archaldus, atque filiam ipſius in coniugem. Ac verò Gauffredo Ermearici ſcilicet filio, ſolidos Pictauenſis monetæ quingentos, duáſque manſuras ſyluæ Gaſtinenſis, eoſdem denique viros Archembaldum ſcilicet atque Goffredum, in eorúmdem Monachorum feci venire capitulum, & quicquid vnquam iuris nullam terram viſi ſunt habuiſſe, vſque in æternum à ſe, ſuâue progenie non repetendum ſpontaneâ voluntate guerpire. quorum guerpitionis ſingulorum inferius annotabuntur teſtes. Veni poſtea illûc, & ego vnà cum Archiepiſcopo

A TVRONENSI BARTHOLOMÆO *nomine, atque Euſebio Andegauenſi Pontifice, Clericorum quoque præter hos ac laicorum frequentiâ grandi, donúmque totius terræ illius cum reliquis quæ memoraui, quod alibi apud caſtrum ſcilicet Salmurenſe iam feceram, cernentibus qui aderant omnibus in eodem Capitulo Monachis feci, atque ipſi ſancto Martino donum ſuper altare illius Eccleſiæ poſui, fauentibus atque auctoriſantibus nepotibus meis ita nuncupatis, Fulcone Vindocinenſium Comite naturali, Gaufredo & altero Fulcone; Atque vt firmius res roboraretur, auctoramento Domini mei*
B *Francorum Regis Henrici quod feceram firmari ſategi. Non eſt etiam omittendum, quod ÿdem monachi ob cauſam de quâ hucúſque dictum eſt, ſolidos mihi tria millia dederunt: Quod ego propiciens rei firmitati profuturum, dum non ſolùm meâ donatione ius acquirere nouum, ſed etiam ſuâ redemptione recuperare viderent antiquum, pretium illud acceptandum mihi eſſe putaui, quod multis quoque modis poſſum eiſdem recompenſare ſi velim: orationum autem ſuffragia ab eis petiui ipſe, & impetraui, inter quæ etiam illud obtinui, vt & anniuerſaria mei poſt obitum memoria ita imperpetuum agatur, tam ob ipſis tunc præ-*
C *ſentialibus viuentibus ſi ita contigerit, quàm ab omnibus futuris ſucceſſoribus ſuis, vt ſibi agere mos eſt, defuncti alicuius illius loci Abbatis. Vt verò noſtra petitionis aſſertio intemeratum obtineat mundo perſeuerante vigorem, cartam iſtam primus ego de huic ſupretaxatus nepos meus Comes Vindocinenſis Fulco, qui poſt me ſpecialius competebat, ſacratiſſimo Crucis in eodem effigiato vexillo, quo aduerſus omnem poſſit eſſe tuta calumniam muniuimus, atque ſuâ teſtificatione muniendam ſtipulatoribus tradidimus, ſubter aſſumptis. Aduerſus hæc quiſquis infauſtus ille huius nunquam noſtræ liberalitatis calumniator emerſerit, fru-*
D *ſtratâ ſuâ, & in irritum penitus deductâ calumniâ, tanti inſuper ſceleris apud ſui temporis Iudices reus nefarius audax, ad propry corporis, pondus auri ſpeciem puriſſimi, atque propurgati decuplum exoluere cogatur agenti. Signum Gauffredi Comitis. Signum Fulconis Comitis. Signum Henrici Regis. Signum* BARTHOLOMEI *Archiepiſcopi, S. Euſebÿ Epiſcopi Andegauenſis, S. Teodirici Abbatis, Sig. Vulgrini Abbatis, Gaufredi Decani Sancti Martini, Roberti Cantoris Sancti Martini, Gaufredi Decani S. Martini, Rainaldi nepotis eius, Landrici Archidiac. Andegauenſis, Gaufredi Rotundini, Liſon de Ambaziaco,*

Alberiti fratris eius, Rainaldi de Haiâ,
Rainaldi de Caſtellio, Iohannis de Cainone,
Bernardi de Sancto Aniano, Hugonis de
Condatello, Gaufredi filij Ottonis, Archem-
baldi Borelli, Gaufredi de Inſulâ, Gaufredi
Cartonis, Haimonis de Vitraniis, Gaufredi
Papaboucm, Fulcardi de Saluinsaco, Gauſ-
celini Rotini, Otgerij fratris Maurity Co-
mitis, Rotberti de Campaniâ, Guillelmi filij
Aſtronis Vicarij. De familiâ S. Martini.
Signum Ebrulfi Cellarij, Durandi Foreſta-
rij, Rotberti Sartoris, Arnulfi, Hilduini,
Fugelrici, Iohannis conuerſi, Gualterij pi-
ſtoris, Rainaldi, Durandi riſelli, Frotgerij
mariſcalci, Rainaldi coci, Tetbaldi piſcio-
narij, Michaelis Rufelli, Erodonis medici.
Teſtes de guerpicione, Gaufridus filij Er-
mearici, Matheus de Monteaureo, Drogo
frater eius, Bernardus, Guillelmus blouis,
Hildebertus totus, Etbertus & Thetbaldus
maiores, Iohannes de Parciaco, Girardus
Sutor, Rainaldus filius Ramerij, Gualterius
filius Amalgiſi, Herbertus Milanus. De
guerpicione Archembaldi Præpoſiti Vindo-
cinenſis. Landricus homo eius, Matheus
de Monteaureo, Durandus Riſellus, Rotber-
tus, & Hilduinus Sartores, Gualterius Eſ-
quares, Ebrulfus Cellarius, Rainaldus co-
cus, Frodo medicus, Iohannes Conuerſus.
Tetbaldus Comes, Rodulphus Comes, Iuo de
Curbauillâ, Curgius filius eius, Gaurlinus
de Lengis, Hugo Vicedominus, Fulgerius
Archidiaconus Sanctæ Mariæ, Iuo frater
Odonis Camerarij, Gauſcelinus de Fraeuuil-
lâ, Robertus de Villamotulo, Niellis Vice-
comes, Guiſcelinus Capellanus Regis, Droco
Clericus eius, Dominus Abba Albertus, Gual-
terius monachus, Gualo, Tauginnus, Herue-
ius quondam Vicecomes. De familiâ Sancti
Martini, Herueius maior fontiſcari, Anſe-
giſus maior, Heruëus Sartor. Hæc omnia
vt firmius roborarentur, ſuo poſtea auctora-
mento Francorum Rex Henricus vt præ-
miſſum eſt firmauit, eo videlicet anno quo
filium ſuum fecit Regem ordinari Philip-
pum, paucis ante illam ordinationem die-
bus, tunc ſcilicet quando obſidebat caſtrum
Theodemerenſe nuncupatum in pago Car-
notenſi à quodam Gaſzaue conſtructum, car-
támque iſtam proprio vt cernitur ſigillo mu-
niuit, teſtibus ſe & huic adhibendis ſunt,
iſtis quorum hæc ſunt nomina. Rotbertus,
Gaulterius Mariſcalis, Andreas de Ponte.
Legitur & in tabulario Salmurienſi
priuilegium reſtitutionis Fulconis Co-
mitis. pro animâ Goffridi auunculi,
1067. ſubſcriptis an. 1067. Varcco Epiſco-
po Nannetenſi, Abbatibus Dolenſi,
Belliloci, & S. Gildaſij. Viuis exem-

A ptus eſt Bartolomeus 3. Idus Apri-
lis.

64. RADVLFVS I. dictus Vene-
rabilis, Fulcredi filius an. 1074. mul- 1074.
tæ extant ad eum Gregorij VII. Pont.
literæ, epiſt. 13. lib. 4. an. 1076. de-
nuntiat ipſum non debere conqueri
pro pallio conceſſo Epiſcopo Dolen-
ſi, cum id à ſe factum ſit, ſaluo iure
Eccleſiæ Turonenſis, de quâ re con-
ſtituta eſt definitio Synodalis inter
Archiepiſcopum Turonorum & Præ-
ſulem Dolenſem circiter 1079. lib. 7. 1079.
epiſt 15. Memoratur item circiter an.
B 1074. cum Euſebio Andegauenſi, in
cartulâ controuerſiæ monachorum B.
Sergij & S. Albini, vt habet codex
eiuſdem Abbatiæ, in quo tabula re-
peritur ad confirmandum ipſi à reli-
gioſis oblata, de dono ſiluæ per Re-
gem conceſſo, quod vnà cum Epiſ-
copis Suffraganeis collaudat; defini-
tioni verò interfuêre Rainaldus An-
degauenſis, ac Hildebertus Cenoma-
nenſis. Præſens fuit 1080. conuentui 1080.
Antiſtitum Santonenſi, diſſidente Rai-
mundo Vaſatenſi Præſule cum cœno-
bio Regulæ; Amati verò Oloronenſis
C & Hugonis Dienſis Epiſcoporum col-
lega fuit legationis in partibus Aqui-
taniæ, qui cum prædicti Amati fau-
tor, à Clero Diui Martini expetiiſſet,
vt ſolemni ſupplicatione exciperetur,
conſtanter recuſauit id exhibere Ca-
pitulum, etenim hunc honorem vel
ſoli Romano Pontifici, aut Franco-
rum Regibus ex debito perſolui tan-
tùm fas erat ex diptychis Eccleſiæ;
Radulfus autem apud Sedem Apo-
ſtolicam Diui Martini Congregatio-
nem accuſauit, vt anathemate dam-
naretur: ſed diſcuſſis allegationibus
& priuilegiis Papa declarauit, hanc
D Eccleſiam pari libertate gaudere, ac
S. Dionyſij Monaſterium, quæ tunc,
inquit, ſola erat in Galliâ inter ma-
trices Eccleſias à iuriſdictione Epiſ-
coporum libera; Eam igitur grauem
controuerſiam notat chronicon Tu-
ronenſe, ſed hiſtoria fuſius quoque in
antiquis membranis cartularij S. Mar-
tini tractatur ab anonymo, cuius am-
pliorem narrationem non ocioſum
erit addere, quia nunc primùm pro-
dit, ſi tamen obiter obſeruetur, ſcri-
ptorem illum, ex cuius collectaneis
excerpta proferemus, plus æquò in
Archiepiſcopum contumelioſis verbis
inuehi;

Anno ab Incarn. 1081. eiectus fuit

1081. Radulfus Fulcardi filius, ab Archiepiſcopatu Turonenſis Eccleſiæ, expellente eum Philippo Rege Francorum, cuius erat periurus, quia fauebat Amato & Hugoni Dienſi Epiſcopo, legatis Romanæ Eccleſiæ, qui regionis ſuæ Epiſcopatus auferre ſibi ſubdolè moliebantur. Quapropter prædictus Radulfus ad Curiam Regis ab ipſo Rege fide & iuramento coniuratus, vt de hac re iuſtitiam ſibi faceret, ire non auſus eſt. Vnde Rex contra eum irâ commotus, Fulconem Andeg. & Turonenſium Comitem fide & iuramento monuit, vt omnia ad Turonenſem Epiſcopatum pertinentia inuaderet propter iniurias quas Regi, maximè autem Eccleſiæ Canonicisque S. Martini Radulfus Dei inimicus intulerat: poſtquam verò expulſus eſt à Sede Epiſcopatus ſui, ille execrabilis homo, fax furoris, fomentum facinoris, aduerſarius iuſtitiæ, filius ſuperbiæ, virus ſuæ inuidiæ in nos effudit, per Amatum, ſuum dico, non noſtrum nos accuſauit, quin etiam ad noſtræ ſummum dedecus Eccleſiæ, ipſe Deus inuidiæ, puteus perfidiæ, Eccleſiæ noſtræ aduerſarius, veritatis inimicum, pecuniæ ſeruum, arrogantiæ filium Amatum Turonum conduxit: Et poſtea miſit Romam ad Papam Gregorium ſeptimum qui prius vocatus erat Hildebrannus, quendam Clericum ſuum, qui ei aliis omnibus diſcedentibus ſolus adhæſerat, cui nomen Raginaldus de Cancellis: hic loquutus eſt cum Papâ in die 3. Cal. Iulij feſto Petri & Pauli, monuitque eum ex parte Epiſcopi ſui, vt excommunicaret Clerum B. Martini & Comitem Fulconem Andeg. cum Turonico pago & Andegauino, pro eo quod eum expulerat de Archiepiſcopatu ſuo, in quem non legitimè nec canonicè intronizatus fuerat. Quod in ipſo die ordinationis eius Dominus Ieſus manifeſto reuelauit ſigno, in eadem enim horâ dum ſtaret ante ſuam quam deſtructurus erat Eccleſiam, clauſâ portâ Archidiaconus interrogaret intus poſitus; Eſt ne pax? cecidit ſaxum magnum de muro ſuper vnum eorum qui ſtabat prope eum, qui ſtatim mortuus eſt, neque in eo legaliter ſe egerat. Aderat autem ei ibi quidam Gratianus Palatinus laicus, qui propter optimum ingenij ani-

A

mum Apoſtolico carus, & acceptus multa & familiariter agebat cum eo, qui reſpiciens ad Papam; Ego, inquit domine, ſemel in illâ Eccleſiâ B. Martini fui, cuius vt verè loquar, honeſtiores Clericos nunquam decentius per officia Clerica, perſoluentes Canonicos vidi: hoc Papa ſuſcipiens, multi, inquit, prædeceſſores mei Gregorius, Sergius, Stephanus, Adeodatus, Leo, cum ſibi ſubditis Eccleſiarum paſtoribus, ab omni conſuetudine, & ab omni ſubiectione, liberam & quietam fecerunt, & vt in

B

perpetuum nullius dominationi Pontificis ſubdita foret Eccleſia illa ſanxerunt, propter dignitatem tanti Confeſſoris, & vt illa ſola foret Eccleſia Confeſſoris in totâ Galliâ quæ nihil conſuetudinis perſolueret Pontifici, neque quidquam deberet illi, & ſola Martyris S. Dyoniſij decreuerunt. Et cum tales tantique viri Catholici eam in tantâ ſublimitate firmauerint, quâ auctoritate derogare quicquam auſus fuero ei, vel eam mouere à ſtatu tantæ dignitatis? & reſpiciens Clericum quem miſerat Epiſcopus: vt mihi ait, relatum eſt, & per te ego cognoui,

C

ruus ille qui te hic frater miſit Epiſcopus nimium eſt indiſcretus, & vt planius dicam permaximè furibundus, nihilque pati præfiniuit, niſi quod mens eius inſana ei dictauerit, & propter hoc ab omnis conditionis hominibus odio mereretur haberi. Neque enim quia non conſentit ei Clerus B. Martini excommunicandus eſt, neque quia ab eis pompâ ſolemni non eſt receptus Amatus Romanæ Sedis Miſſaticus. Quem enim honorem mihi Eccleſiæ tantæ dignitatis Romano Pontifici vlterius reſeruare, ſi Legato noſtro proceſſionis gloriam exhiberet? Ego autem memini aliquando, tem-

D

pore Victoris Papæ Turoni moras feciſſe in diebus Bartholomæi ipſius vrbis Archiepiſcopi, ad diſcutiendam cauſam fratris noſtri B. & me honeſtè à Clericis S. Martini eſſe ſuſceptum quoties volui, & communionibus illorum frequenter vſum fuiſſe, non tamen proceſſionem ab eis expetij, neque expetendam ſenſi, ſed neque oblata eſt mihi. Cætera omnia eorum non ex debito, ſed ex caritate communia habui. Præterea Stephanus in diebus Nicolai ii. Romanæ Sedis Pontificis ad eaſdem partes miſ-

» ſus eſt, vices acturus Apoſtolicas, vir
» maximæ auctoritatis. Qui neque pro-
» ceſſionem Canonicorum B. Martini
» fieri ſibi poſtulauit, neque poſtulan-
» dam eam cenſuit, quæ ſcilicet ſi adeo
» improbus eſſet, iure potuiſſet negari.
» Quippe quæ à Regibus Franciæ &
» Apoſtolicis, ab ipſis Canonicis nun-
» quam fit. Quem etiam quandiu ibi
» fuit honeſtè habuerunt, & ſuâ maxi-
» mâ caritatis exhibitione largiri ſunt.
» Idem Geraldo Epiſcopo Oſtienſi, qui
» à nobis miſſus eſt in Gallias fecerunt.
» Reduco ad memoriam ſanctæ recor-
» dationis, & beatæ memoriæ virum
» Dominum Leonem IX. Papam præ-
» deceſſorem noſtrum, cuidam Cano-
» nico Præpoſito Carnotenſi, in Syno-
» do Romanâ ſuper Clerum B. Martini
» proclamanti, quia cum ceſſaret vici-
» næ Eccleſiæ pro Geruaſio Cenoma-
» nenſi Epiſcopo, & Gaufrido Martel-
» lo capto, ipſe Clerus S. Martini ſer-
» uatâ ſuæ Eccleſiæ conſuetudine ceſſa-
» re voluerit: & idcirco ex omni caret
» obnixè poſtulanti, ſe qui ſibi conſi-
» lium daret facturum vſque in tertiam
» diem promiſiſſe. Die igitur 3. coadu-
» nato conſilio, ſe ab ipſo B. Martino
» quia petitioni huic conſentire animum
» induxerit, in ſomnis grauiter increpa-
» tum fuiſſe palam omnibus retulit. Ipſi-
» que Carnotenſi Clerico in his verbis
» reſpondit, Frater nolo inquietare B.
» Martinum. Huic reſponſioni Syno-
» dus tota aſſenſum præbuit. Ego verò
» Amato Ellorenſi Epiſcopo Legato no-
» ſtro in partibus Aquitaniæ, ne Eccle-
» ſiam S. Confeſſoris aliquâ de cauſâ
» ſollicitare præſumeret, admonitus
» exemplo prædeceſſoris noſtri Papæ
» Leonis, recolens etiam caritatem &
» obedientiam quam mihi ipſi S. Rom.
» Eccl. in partes illas Legato cum piâ
» deuotione & caritatiuâ largitione ex-
» hibuerunt, hæc verba interdixi. Frater
» Amate, ſic tranſeamus iuxta illam B.
» Martini Eccleſiam, quaſi non videa-
» mus eam. Hæc & his ſimilia accuſa-
» tori illi Papam Gregorium ſanctæ diſ-
» cretionis virũ reſpondiſſe audiuit qui-
» dam Clericus nomine Normannus, &
» multi laici peregrini, qui cum eo præ-
» ſentes aderant. Hoc autem contigit
» temporibus iſtorum qui erant priores
» in Eccleſiâ B. Martini. Gauffridi De-
» cani eiuſdem Eccleſiæ: Fratris Hame-
» lini de Langiaco cognati germani Ar-
» chiepiſcopi: Reginaldi Theſaurarij

filij Graciæ, qui eo tempore in hoc «
negotio tantùm ſubuenit Eccleſiæ, «
quantùm vmbra molendini, molenti- «
bus in eo, qui poſt Remenſis Archie- «
piſcopus fuit: Gauffridi Cantoris auun- «
culi Reginaldi Theſaurarij, qui poſtea «
Epiſcopus Andegauenſis permanſit: «
Beringarij Scholæ Magiſtri: Roberti «
de Archiaco, qui multum valuit & cor- «
poris viribus & ingenio animi in hâc «
tantâ perturbatione: Fulchetij Sub- «
decani: Petri Titionis, qui vigilanter «
& non tepidè repugnauit, & totus & «
re & conſulto, in protectione Eccleſiæ, «
Hotronis Capicerij, Letardi Secreta- «
rij, Vuillelmi Corcerelli, Gauffridi de «
Aluia. Erat verò eo tempore Gauffri- «
dus Cantor B. Martini Decanus S. «
Mauricij: Burcardus Cantor & Ma- «
giſter Scholæ & Archidiaconus & præ- «
poſitus S Mauricij, erat præpoſitus & «
Capicerius S. Martini: Hugo The- «
ſaurarius S. Mauricij erat præpoſitus «
S. Martini: Rannulfus maior Archi- «
diaconus erat præpoſitus S. Martini: «
hic inutiliter vobis ſe ſemper agebat. «
Hoc tempore conſilio filiorum ſa- «
cerdotum qui erant Canonici in Ec- «
cleſiâ S. Mauricij, diſſipata eſt & de- «
ſtructa concordia omnis inter Epiſco- «
pum ciuitatis & Clerum S. Martini. «
Et vt omnia ſimul concludam, inter «
nobiles ipſas duas Eccleſias hæc à diſ- «
cordiâ orta eſt & inuidia ipſorum ci- «
uitatis, ita vt neque illi ad nos in pro- «
ceſſionem veniant, neque nos ad il- «
los ſicut antiqua conſuetudo ſtatuerat. «
Ipſo anno excommunicauit Radulfus «
Archiepiſcopus, & Amatus legatus «
populum Turonorum & Andegau. ab «
omni officio Chriſtianorum. Et nos «
Canonici Sancti Martini celebraui- «
mus miſſam primo die rogationis ad «
S. Iulianum contra voluntatem eius, «
& altero die ad S. Mariam de Bello- «
monte, & omnes ſtationes ſicut lex an- «
tiqua præceperat. Vuillelmus etiam «
Baſſus Capellanus S. Martini excom- «
municauit Radulfum Dei inimicum. «
Huius Antiſtis tempore dedicatur Ec-
cleſia Maioris-Monaſterij, ac deceſſit 1095.
an. 1095.

65. Radvlfvs Avrelianensis II. à patriâ ſic cognominatur in tabulis Maioris-Monaſterij, frater Ioannis Epiſcopi Aurelianenſis, eiuſdémque Eccleſiæ Præpoſitus & Archidiaconus, ſuperiori exauthorato ſuffectus ad annum 1081. probat Fulco- 1081.

nis Comitis Andeg. ptiuilegium cœ- A
nobio S. Mauri ad Ligerim indultum
1090. 1090. 8. Cal. Maij, præſentibus Gof-
frido filio & Bertradâ vxore, Sigibran-
do Conſtabulario, Vulferio Foſſaten-
ſi Abbate, cetetiſque proceribus viris.
Intereſt autem Concilio Santonenſi
præſide Amato Legato, & Claromon-
1095. tenſi 1095. quo anno extat ad eum
Formata Durandi Aruernorum Pon-
tificis, ac ſubſcriptus idem habetut in
præcepto notitiæ Comitis Andegauo-
rum, quod his verbis teferendum eſt
è tabulario Abbatiæ S. Sergij:

In nomine *ſanctæ & incommutabi-*
lis Trinitatis ego Fulco ex hereditario iure B
Andegauorum Comes, Gaufridi egregij Co-
mitis auunculi mei, & procerum ſuorum &
meorum memoriam faciens, quorum aliqua
pars in cimiterio beatorum Martyrum Ser-
gij & Bachi condita, reſurrectionem bea-
tam expectat, per filij mei Gauffridi, & ma-
gnatum meorum conſilium, monachis me-
meratorum Martyrum, dedi de foreſtâ meâ
Verreria partem non magnam, nec mihi
damnoſam, ſed vt credidi quia infra ter-
ras eorum erat, eis ſufficienter congruam:
Placuítque mihi & filio meo, quod Do-
mino offerebam, vndique circumeundo co-
ram multis teſtibus, per noſmetipſos oſten- C
dere, ne poſt deceſſum noſtrum nobis ſuc-
ceſſuri, conarentur eleemoſynæ noſtræ me-
tas reſtringere; foreſtam igitur, id eſt boſ-
cum & totam terram quam venientes An-
decauem de Duroſtallo ad dexteram relin-
quunt, dedimus eis totam ſicut tunc erat.
Fecimúſque metam quæ non deficiet, cal-
lem calcatum à poncello Priſciniaci, vſque
ad crucem quæ ſupereminet terræ ſupradi-
ctorum monachorum de Boſchito; & in cir-
cuitu vſque ad terram Anſaldi, & ad ter-
ram perfecta de Boſono, & ad terram Se-
reniorum, & vſque ad pontem memoratum,
quo metiri incepimus. Hanc autem fore-
ſtam dedimus ſolidam, quietam & ab om-
ni conſuetudine, præter medietatem deci- D
marum earum ſegetum tantum, quas terra
protulerit, quas Canonicis S. Laudi reti-
nuimus. Primitias verò & offerendas, &
cæteras Eccleſiæ exhibitiones, S. Sergio
cum terrâ donauimus. Ne autem otioſa &
ſine fructu poſteris noſtris videatur hæc do-
natio, ſciant ſupradictos monachos nobis
obtuliſſe, & cum gratiarum actione pro
mercede recepiſſe, propter commune benefi-
cium coci ſui, vt quandiu Monaſterium S.
Sergij durauerit, quendam pauperem in
eleemoſynâ ſuâ paſcant ſufficienter, & miſ-
ſam vnam in vnâ quaque hebdomadâ Do-

A *mino Deo offerant, pro abſolutione peccato-*
rum noſtrorum, & Gauffridi egregij Co-
mitis, & Fulconis, & aliorum parentum
noſtrorum viuorum & deffunctorum, & eo-
rum omnium qui huic eleemoſynæ aſſenſum
& auxilium præbuerunt: contradicentes
verò huius beneficij participes eſſe non con-
cedimus, & ad hereditatem parentum no-
ſtrorum tenendam degeneres, & infames
pronuntiamus. Ex hac igitur occaſione ve-
nimus ante Gauffridum tunc temporis Ele-
ctum, & coram eo & Clero eius, & plu-
rimâ virorum noſtrorum militum & bur-
genſium atteſtatione, cum fauore omnium,
B *donum ſupraſcriptum in manu Domini Ber-*
nardi Abbatis fecimus. Deinde in Capi-
tulum Sanctorum Martyrum Sergij veni-
mus, & in conuentu de paupere & miſſa-
rum oblatione conuentionem noſtram firma-
uimus, ac propter hoc cum hilaritate pro
magnis parua retribuentes, donum de ſu-
prà dictâ terrâ ſuper altare portauimus, &
ſic cum gaudio diſceſſimus. Facta eſt au-
tem hæc donatio anno ab Incarnatione Do-
mini MXCV. *Indictione* III. *die Sab-* 1095.
bati, lunâ viceſſimâ quintâ, Vrbano Apo-
ſtolico, Franciâ ex adulterio Philippi in-
digni Regis fœdatâ, Radvlfo Tv-
ronensivm Metropolita-
C no, *Gaufrido Andecauorum Epiſcopo.*
Deo gratias. Amen. Teſtes Gaufridus Mar-
tinus, Marbodus Archidiaconus, Gau-
fridus Girbaudus, Gaufridus, Carphas, Be-
nedictus de S. Laudo, Gausbertus de S.
Maurilio, Fulco Comes, Gaufridus filius
eius, Gaufridus, Fulcredus, Abbonus de
Brioledo, Archardus Sconenſis, Petrus Ru-
biſcallus, Perolius frater Clarenbaldi, Ra-
dulphus Toaret, Mauricius de Eſcharbot,
Haimericus Auallum, Rainaldus de Vul-
nent, Vvilelmus Conerius, Girardus filius
Andefredi, Rainaldus Burgeuinus, Gau-
fridus filius eius, Fulco Cellararius, An-
defredus filius Vuidonis, Radulphus por-
penſatus. Gaufridus Burgoinus, Stephanus
D *Telonearius, Raifredus Prepoſitus, Hai-*
mericus Oſtellarius, Malus Miſchinus.
Rainerius ſartor, Rotbertus graudus, Rai-
nardus Vrſellus. Signum Fulconis Comi-
tis. Eodem Præſule Vrbanus 2. Papa
Concilium indixit Tutonis, pro ex-
peditione Hieroſolymitanâ 1096, cu- 1096.
ius acta deſctibit Bertoldus; dum au-
tem viſitaret B. Martini tumulum ſa-
cra celebrauit ſacrificia 12. Cal. Apti-
lis: ac epiſt. XI. ſcribens ad Clerum
Turonenſem eius Eccleſiæ priuilegia
firmat, literâ datâ Turonis in caſtel-
lo S. Martini 2. Idus Martij indict. 4.

Recenſetur & in ſchedâ tabularij Bur-
gulienſis teſtis concordiæ Pagani de
Clariſuallibus, cum Guitberto Bur-
1112. gulij Abbate an. 1112. porrò alteri Sy-
nodo Turonenſi præſens fuit 1104. &
1117. exequiis Roberti Arbreſellenſis
apud Fontebraldum à Leodegario
Bituricenſi Metropolitano celebratis;
1118. memoratúrque in pancartâ nigrâ 1118.
pro vicariâ perſonali ſeptem Eccleſia-
rum. Radulfo ſcribit Goffridus Vin-
docinenſis lib. 1. epiſt. 30. conqueſtus
de Harduino de Malliaco ex nobili-
bus Turonicis progenito, qui Abba-
tiæ ſuæ quædam grauamina inferebat.
Multis autem locis ab Iuone Carno-
tenſi Præſule inſimulatur, ſed in pri-
mis epiſt. 54. ad Hugonem Lugdu-
nenſem loquens de intruſo Ioanne ad
Epiſcopatum Aurelianenſem, epiſt.
59. eumdem Archipræſulem à verſu-
tiâ Turonenſis diligenter cauendum
monet, ne plus noceat amicus, quam
nocere poterit inimicus, item 66. ad
Hugonem, & 67. ad Vrbanum Papam
taxatur, de infami contubernio eiuſ-
dem Ioannis Pontificis; denique Goſ-
fridus Vindocinenſis epiſt. 17. ad Ri-
cardum Legatum querimoniam mo-
uet, quod multa de ſe inhoneſta &
peruerſa patrari rumore iactaretur.
Ceterùm acerba & diuturna fuit Ma-
ioris monaſterij cœnobitarum cum
vtróque Radulfo Metropolitanis con-
tentio, de quâ fuſè anonymus eiuſdem
Abbatiæ monachus ſcribit, cuius diſ-
ſidij prolixam ſeriem ex veteri codice
Franciſcus Iuretus in notis ad Iuonis
epiſtolas protulit. Fato functus eſt Ra-
1119. dulfus an. 1119. cuius annua comme-
moratio agitur in necrologio Pontiſ-
leuienſi 6. Cal. Maij. At calendarium
S. Mauricij Andegauenſis meminit
Adelani Turonenſis Archiepiſcopi, qui
obiit 14. Cal. Iunij, abſque anni epo-
châ, de quo melioris notæ catalogi
prorſus ſilent.

66. GISLEBERTVS Radulfi ne-
pos, aduerſus quem deſignatus fuerat
Galterius S. Martini Turonenſis Ar-
chidiaconus, vt ſignificat epiſtola 3.
lib. 5. Goffridi Abbatis Vindocinen-
ſis ad eum ſcripta; ſed poſſeſſionem
non accepit, cedere coactus Gilleber-
to, quem Cleri pars altera diuiſis ſuf-
fragiis elegerat. Huius rei notitia de-
betur veteri hiſtoriæ rerum Amba-
ſienſium, quæ totam contentionem
de cathedrâ Turonenſi, cladéſque lo-

A corum refert inde ſecutas, fauente Gal-
terij partibus Hugone domino Am-
baſiæ, Gilleberti autem Archembal-
do de Breſis, qui eius duxerat ſoro-
rem: denique exitum controuerſiæ ex-
plicat his verbis: *Poſt obitum Radulfi,
pars Clericorum* GILLEBERTVM *fra-
trem Gillæ in Paſtorem & procuratorem
Turonenſis Eccleſiæ elegit: alia pars Galte-
rium B. Martini Theſaurarium, virum ge-
nere nobilem, bonis moribus adprimè im-
butum, ſanctæ matri Eccleſiæ Turonenſi
Epiſcopum deſtinauit. Galterio Epiſcopo to-
tius diœceſis proceres, Turonorum omnes
excepto Archembaldo de Breſis fauebant.*
B *Hugo tunc Archembaldo ex amico factus
inimicus Bliriacum munit, milites & fa-
mulos ibidem poſuit, quicquid circa Bleſim
inuenit vaſtando deleuit: Larchaiacum, &
Vernonum vicos Archiepiſcopales cremauit:
è contra Gillebertus milites & clientes mul-
tos Breſis poſuit, qui campaniam ferè totam
vſque ad Carum fluuium excepto Bliriaco
vaſtauerunt. Quadam die Archembaldus
Breſis & ſui, Caro flumine euadato, terram
Hugonis intrauerunt. Quod Hugo compe-
riens eadem nocte copiis ſuis congregatis,
ſummo mane illos terram ſuam depradan-
tes reperit, quos inuadens fuſos fugatóſque*
C *Carum tranſire coëgit; multiſque captis re-
liquos vſque ad Andreſium fluuium fuga-
uit. Archembaldus verò vſque Lochas fu-
giens euaſit. Non longo tempore poſt Hugo
Breſim iterum excepto domicilio totum ſuc-
cendit & cremauit, Gillebertus habens ſe-
cum Alueredum Archidiaconum, virum
prudentiâ inter Clericos illius vrbis penè
ſingularem, perſonâ inſignem, bonitate mo-
rum per omnia pollentem, humilitate præ-
ditum, patientiâ perluſtratum, diuinâ &
humanâ ſapientiâ diuinitùs ſolertem, in-
dulgentiâ Domni Ludouici Regis, delibe-
rante & fauente omni populo, ſuffraganeis
Epiſcopis iuſſu Domini Papæ manum præ-*
D *bentibus, omnipotentis Dei auxilio cathe-
dram Epiſcopalem in pace poſſedit. Gille-
bertus tunc Hugoni ex inimico amiciſſi-
mus effectus eſt, & cum Archembaldo Breſis
firmiter concordatus eſt.* Itaque ad Pon-
tificatus culmen euehitur 1119. vti de- 1119.
clarat chronicon Turonenſe: eodem
etiam anno Turonenſi Synodo cum
Hildeberto Cenomanenſi, aliiſue Præ-
ſulibus adfuit, teſte Orderico Vitali
l. XII. hiſt. & Fulcone Comite Ande-
gauorum, ac Clero Turonenſi conſen-
tiente, capellæ B. Saluatoris quam
idem Fulco fundauerat in caſtro de
Langeais; dotationem approbat, ex

chartis S. Nicolai Andegauenſis. Huius nomine extat epiſtola ad Conanum Comitem Britanniæ, pro negotio Bellæinſulæ: enuntiatúrque in chronico Kemperlegienſi, ac donationem firmat
1124. 1124. 7. Cal. Ianuarij, de Eccleſiâ S. Macloulj apud caſtrum Dinani ſitam Eccleſiæ Maioris-Monaſterij. Illius & memoria haberur in tabulis Fontebraldenſibus an. 1125. quo eius obitum deſignat Ordericus dum inquit lib. 12.
» Eadem ſeptimanâ, quâ Calixtus Papa
» hominem exceſſit, Giſlebertus Turo-
» nenſis Archiepiſcopus qui pro Eccle-
» ſiaſticis negotiis Romam perrexerat,
» illic obiit, quod audientes Turonici, B
» Hildeberrum Cenomanenſem proba-
» tum Præſulem ſibi aſciuerunt, & Ho-
» norij Papæ permiſſu gaudentes, in Tu-
» ronicæ Metropolis cathedram tranſtulerunt.

LAVARDIN. 67. B. HILDEBERTVS DE LAVARDIN, in Cenomanis è Lauardinenſi vico, humili ortus genere, ſed doctrinæ famâ ſatis nobilis, Berengarij Turonenſis primò diſcipulus, ſanctique Hugonis, ac monachus Cluniacenſis, poſtea Scholarũ magiſter & Archidiaconus ab Hoelo lectus fuit: inde verò meritis exigentibus eo defuncto ad cathedram Cenomanenſem ſublatus, tandem Archiepiſcopatus Tu- C
1125. ronenſis inſignia ſuſcepit anno 1125. promotionis ſuæ lib. x. Ordericus ita
» meminit: Hildebertus poſt mortem
» Giſleberti Turonenſis Archiepiſcopi,
» à Clero & populo electus eſt, nutúque
» Dei de Cenomanico culmine Metro-
» politanam ſedem adeptus eſt; hic man-
» ſuetus fuit ac religioſus, & tam diui-
» narum, quàm ſæcularium eruditioni
» literarum ſtudioſus, temporibus no-
» ſtris incomparabilis verſificator flo-
» ruit, & multa carmina priſcis poema-
» tibus æqualia, vel eminentia condi-
» dit: eleganter & ſapienter loquitur
» de Chriſto & Eccleſiâ, de corpore & D
» animâ, de geſtis Sanctorum & virtu-
» tibus eorum, de laude virtutum & vi-
» tuperatione vitiorum. Hic ſacer He-
» ros ferè 35. annis Præſulatus officium
» exercuit, ſtudiíſque bonis in docen-
» do & faciendo ſpecialiter inſtitit. Præſens fuit Hildebertus tralationi S.
1128. Albini 1128. ab eodem Antiſtite vexillum ſacræ Crucis pro more peregrinationis ſanctæ excepit Turonis die Pentecoſtes circiter 1133. Fulco Andegauorum Comes & Turonorum, ac

A coniugem Balduini Hieroſolymorum Regis quæ in Franciâ morabatur deduxit, vt referunt geſta Comitum Andegauenſium, Ademarus, & Ioannes monachus Maioris-monaſterij. Diem ſupremum obiit Hildebertus 1136. 18. 1136.
Decembris, ætatis anno 80. ſepultúſque in Metropolitanâ S. Mauritij. cultiſſimi Præſul ingenij ac eruditionis celebritate claruit vt ex ſcriptis compertum eſt; ſiquidem literis condidit vitam præceptoris ſui S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, & alteram vitam Mariæ Ægyptiacæ verſu elucubrauit: apud Guillelmum Malmeſburienſem lib. 3. de geſtis Anglorum etiam habetur carmen in Berengarium ab eodem auctore, pro ætate quâ vixit poetices nitore luculentum, vt ſcribit Albericus in chronico: idem Guiliel. eum appellat prædicabilem Epiſcopum, cuius doctrinam dicit poſtetis eſſe exemplo. Goffridus Abbas Vindocinenſis virum religioſum, & poſt Metropolitanum in prouinciâ primum nuncupat, ad quem etiam multas epiſtolas miſit; quin & à B Bernardo Claræuallenſi Abbate epiſt. 123. dicitur vir totius teuerentiæ, Sacerdos magnus & excelſus, in titulo epiſtolæ 124. & in contextu eiuſdem Columna magna Eccleſiæ. Meminit quoque Petrus Bleſenſis epiſt. 101. commendans ipſius Hildeberti epiſtolas, quæ extant in bibliothecâ Patrum, tomo tertio, & chronicon Altiſſiodorenſe de eo loquens: Florebat Hildebertus «
prius Cenomanenſis Epiſcopus, deinde «
Turonis Archiepiſcopus, vir ſcientiâ «
perſpicuus, & tam in verſificando quàm «
in dictando gratiam peculiarem ade- «
ptus. Indicant hoc diuerſa eius opuſ- «
cula quæ metricè edidit, & epiſtolæ «
quas ad diuerſos direxit. Quæ omnia «
miro modo commendat & elegantiâ «
ſenſuum, & lepos breuitáſque verbo- «
rum, vnde quidam de eo ſic ait: «

Inclytus & proſâ verſúq; per omnia primus
HILDEBERTVS *olet prorſus vbiq; roſâ.*

Mentio huius quoque apud Guillelmum Gemmeticenſem lib. 5. cap 9. Ordericus lib. 12. & Nicolaus de Clemangiis eum vocant eloquentiſſimum Galliæ virum: at inter poſterioris ſæculi ſcriptores, Trithemius, Henricus Gaudauenſis cap. 8. Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & Ioannes Picardus

dus ad epiſt. 52. lib. 3. Sancti Anſel-
mi. denique vita ipſius extat fuſius
exarata in codice Pontificali Ceno-
manenſium Epiſcoporum. Cæterùm
Baronius tomo 12. Annal. ex verbis
epiſtolæ 27. Iuonis Carnotenſis mo-
res Hildeberti reprehendens, impu-
dicitiæ eum coarguit, in quâ ſenten-
tiâ conuenit Sirmondus in notis ad
Goffridum, contra quod aliter ſentit
vir etiam ipſe doctus Franciſcus Iu-
retus, qui in obſeruationibus ad hanc
Iuonis epiſtolam ex codice Victorino
prolatam, vt in melioris notæ mem-
branis legitur, non Hildeberto, ſed
cuidam Aldeberto debere adſcribi
indicat, vt ſuus honos memoriæ ce-
lebris Epiſcopi tribuatur.

De Stampis.

68. HVGO DE STAMPIS II.
ſiue Carnotenſis cognominatus, ſuc-
ceſſor Hildeberti 1136. ex cartâ Fonte-
1136. braldenſis monaſterij, quæ continet
concordiam inter Abbatiſſam Petro-
nillam, & Mathæum S. Florentij Sal-
murienſis cœnobiarcham. Teſtis enun-
ciatur in teſtamento Sugerij Abbatis
1137. S. Dionyſij 1137. & in cartulario Tiro-
nenſis Abbatiæ vetus ſcheda de illo
» ſic ſcribit: HVGO TVRONENSIS
» Archiepiſcopus, cariſſimo fratri Vui-
» lelmo venerabili Tironenſi Abbati,
» & ſanctiſſimo Conuentui eiuſdem cœ-
» nobij, eorúmque ſucceſſoribus in ea-
» dem religione regulariter ſubſtituen-
» dis in perpetuum. Charitati veſtræ
» gratias agimus, ſuper hoc quod amo-
» nitioni & petitioni veſtræ conſentien-
» do, in loco qui Lucezium vocatur,
» Abbatiam fundare ad honorem Dei
» & noſtri Ordinis amplificationem,
» prò religionis affectu conſenſiſtis. Nos
» verò Eccleſiam veſtram & omnia lo-
» ca ad eam pertinentia paterno affectu
» amplectentes, habitatoribus eiuſdem
» loci conſilium & auxilium noſtrum
» permittimus. Inſuper conſuetudines
» quas in veſtris aliis Abbatiis habetis,
» ſaluo iure Turonenſis Eccleſiæ vobis
» in præfatâ Eccleſiâ concedimus. Hu-
ius autem cœnobij fundationem de-
notat tabula ſequens:

» NOTIFICETVR omnibus, quod
» monaſterium Lucizenſe in Turonenſi
» Archiepiſcopatu, in honore S. Michae-
» lis fundatum, quondam cella extitit
» monachorum S. Trinitatis de Tiron,
» plurimis ibidem fratribus ſub Priore
» degentibus, ſed quia Bricius de Chi-
lo magnæ diſcretionis & generoſita- «
tis vir, eodem ſpiritu inſpirante quo «
prius monaſterium fundauerat, pro- «
pter honorem & exaltationem ſanctæ «
Crucis, in ſupradicto loco Abbatem «
conſtitui à Domino Abbate Vuilel- «
mo & omni Tironenſi conuentu po- «
poſcit, Deo prouidente conceſſa eſt. «
Ipſe etiam Bricius & frater eius Ade- «
lelmus, eandem Abbatiam ita liberam «
omnibus temporibus conceſſerunt, vt «
nihil in eâ poſſet conſtitui, ab aliquâ «
poteſtate ſeculari, ſcilicet nec ab ipſis «
vel eorum filiis ſucceſſoribus. Con- «
ceſſit etiam iſdem Bricius, & Abbas «
tunc primum in ſupradicto loco ele- «
ctus, & eius monachi, vt omnis Ab- «
batum eiuſdem loci Lucizenſis futu- «
ra electio, in prouidentiâ & poteſta- «
te Tiron. Abbatis ſui conuentus iure «
perpetuo maneat. Quando etiam Ti- «
ron. Abbas ad ſæpedictum locum S. «
Michaelis quem Lucizenſem vocari «
conſtituimus, vel ad quemlibet loco- «
rum ei ſubiectorum aduenerit, hono- «
rificè vt decet recipietur. Et ipſe Ab- «
bas loci propriam ſedem ſuæ dignita- «
tis ei præparabit. Hæc autem acta ſunt «
anno Domini 1138. regnantibus Lu- « 1138.
douico in Galliâ, Stephano in An- «
gliâ. Interim probat idem Hugo mo-
nachorum Pontiſleuienſium tranſa-
ctionem, cum Clericis S. Florentini
Ambaſiæ, vt exſcripta è tabulis hu-
ius Abbatiæ membrana ad verbum ſe
habet:

QVOD MAIORIBVS *noſtris placuit actiones inter homines habitas ſcriptura commendari debere, & rationabiliter & vtiliter conſuluiſſe dignoſcuntur; vnde præſentis pagina ſcripto memoriæ poſteritatis inſinuare conſilium fuit, qualiter per Dei gratiam inter Clericos Beati Florentij Ambaziacenſis & Pontileuienſis capituli monachos, & inter eos præcipuè qui apud Ambaziam in Eccleſiâ Beati Thomæ morantur, concordia bonum & pacis tranquillitas reuocata eſt, & totius contentionis moleſtia: Monachi itaque ibidem degentes, ſicut inter prædictos Clericos Ambaſienſes, & prænominatos monachos Pontileuienſes laude & conſilio honeſtarum perſonarum adſtipulatum eſt, huius conuenientiæ tenorem, &c. promiſerunt: ea eſt huiuſmodi, ſi quidem aquam Canonicorum de quâ diu inter eos extiterat, vſque ad ſtagnum ſuum, exceptâ illâ quæ horto Canonicorum adiacet, ipſúmque ſtagnum vſque ad rupem Ricardi, & piſ-*

ces ipſius aquæ monachi habebant, nouas etiam ſilicum arbores quæ ſalſiceæ vulgò nuncupantur in terrâ Canonicorum factas, vel natas, quæ ſub culturâ Fulcoy ſunt, & terram quæ eſt iuxta hortum Canonicorum; Monachi verò decimam vinearum Radulphi Archipresbyteri, Briccij & Pagani veteli, & dimidium arpennum prati in ripâ fluuij qui Siſia vocabatur. Et vt huius pacis integritas indiſſolubilis perſiſteret, hoc totum quod dictum eſt, & conuenientia de quâ agitur firmitas confirmata eſt, per Abbatem Fulcherium reſidente pleno ipſius Capituli Pontileuenſis conceſſit, Arnulpho ſcilicet Priore, Guarino Priore S. Thomæ, Fulberto qui fuit Abbas, Vulgrino Eleemoſinario: præſentibus etiam quibuſdam Eccleſiæ Ambaſienſis Canonicis qui pro Capitulo interfuerunt. Herueo ſcilicet Turonenſis Eccleſiæ Theſaurario & B. Florentini Canonico, Radulpho Archipresbytero. Huius concordiæ pactum cum his Canonicis Fulcherius mutuo conceſſionis oſculo, vnus pro omnibus, vt pote Abbas perſonis ſui Capituli confirmauit, & ad huius rei confirmationem illorum trium quos diximus, & in loco totius Capituli Ambaſienſis oſculum recepit. Porrò Sulpitius de cuius beneficio, vtriúſque Eccleſiæ fundamentum conſiſtit, conuenientiam quæ dicta eſt, voluit, approbauit, conceſſit. Hvgo *quoque* Carnotensis, *tunc temporis* Tvronensis *Eccleſiæ Archiepiſcopus id ipſum conceſſit, & vt firmiter haberetur ſigilli ſui authoritate roborauit, & eandem cartulam ſigilli ſui impreſſione ſæpedictus Abbas Fulcherius, & ad omnem contentionis moleſtiam repellendam muniri præcepit. Actum eſt hoc in natiui-*
1141. *tate B. Mariæ anno à Paſſione D.* MCXLI. *regnante Ludouico Rege in Galliâ, ipſóque Ducatum Aquitaniæ obtinente Gaufrido Andegauorum Conſule.*

Sententiam tulit eodem anno contra religioſos Diui Iuliani, diſſidentes cum monachis Villelupenſibus pro iure patronatus S. Mariæ Diuitis in ſuburbio Turonenſi: ſubſcribit & pancartæ ru-
1144. beæ ac diplomati 1144. quo Rex Ludouicus probat parentis ſui præceptum donationis Eccleſiæ S. Petri Puellaris conceſſum, quæ erat de iure S. Martini, aſſenſum inſuper præbentibus Burdegalenſi, Pictauenſi, Santonenſi, aliíſque Præſulibus. Ceterùm dedicauit baſilicam Beatæ Mariæ de Rotâ, teſtíſque habetur cum Vlgerio Andegauenſi Antiſtite, in iudicio controuerſiæ monachorum Cormaricenſium

A & Abbatiſſæ Fontebraldenſis, pro quâ ſanctimonialium nobili Abbatiâ bullam dirigit Innocentius 2. ad Hugonem Turonenſem, eiúſque Suffraganeos, vt protectionem omnibus modis ipſi monaſterio procurent, quarum chartarum exemplaria extant in tabulario Fontebraldenſi. Hugonis autem mentio habetur in hiſtoriâ Dominorum Ambaſienſium, quæ teſtatur illum pacis fœdera compoſuiſſe inter Gaufridum Conſulem Andegauenſem, & Sulpicium Ambaſiæ toparcham. Fuit & Cluniacenſium amicus, quorum Ordinem profeſſus eſt, ſicuti ex verbis
B epiſt. 10. lib. 4. Petri cognomento Venerabilis ad Innocentium Pontificem palam eſt, dum inquit: *Dominus* Hvgo *Turonenſis Archiepiſcopus feſtinans adire maieſtatis veſtræ præſentiam, in ipſo deuotionis ſuæ itinere apud Charitatem morbo correptus eſt. Quo ingraueſcente, cum iam de vitâ deſperare cogeretur, monachicum ibidem indumentum ſuſcepit: & per manum Prioris noſtri de Charitate, religionis habitu ſuſcepto, Cluniacenſis monachus effectus eſt. Quod Turonenſis Eccleſia audiens, & ne hâc occaſione paſtoralem curam relinquere vellet, formidans, dominum*
C *P. Archidiaconum, dominúmque Hugonem Nucerienſem Abbatem cum aliis ad eum direxit: & vt ad ouile ſuum paſtor rediret, omni ſtudio, totâ diligentiâ, ſummis precibus rogare curauit. Noluit ille, nec multorum & magnorum virorum precibus reditum perſuadentibus, adquieuit: Inſtantibus illis, nec à cœptis precibus vllo modo deſiſtere volentibus, & hoc tantum reſpondit; nihil ſe horum prius facturum, quam res vobis innoteſceret, & à paternitate veſtrâ quod ſibi faciendum eſſet, audiret: Supplicat ergo quantum poteſt nobilis illa & magna Turonenſis Eccleſia;*
D *ſupplicamus & nos, rogat, quod longè præſtantius eſt, ipſa, vt nobis videtur, iuſtitia: quatinus Patrem ad filios, Paſtorem ad oues, Prælatum ad ſubditos, ſublimitas veſtra, cui omnium Eccleſiarum ſollicitudo, à Deo commiſſa eſt, redire perſuadeat, & ſi ſponte noluerit, etiam inuitum compellat, &c. Si ego vos vnquam agnoui, ſi dulcem affectum veſtrum erga religionis profeſſores & maximè conſeruatores aduerti: qui de bono melior, de Clerico monachus, qui de communis chemate Cleri ad Martini ſui nigrum habitum conuerſus eſt, non indignus eius, & maximè prius adeptâ Pontificali ſede iudicabitur. Rediſſet quidem, ſi magnos & ſapientes viros audire*

voluiſſet, non deterior, ſed iam melior fa-
ctus ad ſedem propriam: ſed ſapienti humi-
litate expectare inde maluit ſententiam
Apoſtolicam. Non obſit ergo ei vel Eccleſiæ
ſuæ quod tamen ſuperfluè loquor, quod ſe
totum diſpoſitioni Apoſtolicæ proprio conſi-
lio, non alieno ſubmiſit: quod Martini, vt
dictum eſt, habitum induit: quod tandem
veſter, & vt ſic dicam magis propriè veſter
Cluniacenſis monachus factus eſt. Præ-
terea de Hugone agunt chronicon
Cluniacenſe, & Nicolaus Claræual-
1149. lenſis epiſt. 23. Ad alteram vitam mi-
grauit an. 1149.

69. ENGELBAVDVS Bartholo-
B mei frater, de quo hiſtoria Domino-
rum Ambaſienſium hæc obſeruat: Cum
„ ſeneſceret, (Hugo) Auelinam filiam
„ ſuam cuidam nobili viro Sehebrando
„ de Meduanâ, cum Lauardino in matri-
„ monium copulauit, Liſoio autem Ba-
„ ſogerium, & terram ſanctæ Chriſtinæ
„ quæ matris ſuæ fuerat, iure hæredita-
„ rio poſſidendam tribuit. Ex prædictâ
„ Auelinâ Salomon ortus eſt, ex Salo-
„ mone Guenmardus, qui cum iam ſe-
„ nex eſſet, duxit vxorem Mariam ſoro-
„ rem ENGELBAVDI Archiepiſcopi,
„ & Bartholomei de Vindocino, qui fi-
C „ liam peperit quam Neuolus de Fracta-
„ ualle duxit vxorem: hæredes Lauardi-
„ dini qui modo ſunt, extant. Subroga-
1149. tur Hugoni Engelbaldus anno 1149.
auctore Turonenſi chronico, quam-
quam in cartis Abbatiæ de Aquauiuâ
eius nomen adſcriptum reperiatur an.
1147. monaſterium Sulliacenſe ſubie-
cit Abbatiæ Malleacenſi in Pictoni-
bus, quemadmodum prodit ſequens
membrana: EGO ANGERBAVDVS
Dei gratiâ TVRONENSIS *Archiepiſ-*
copus, venerabili fratri Gaudino Malliacenſi
Abbati, & eiuſdem cœnobij fratribus, ſuiſ-
D *que ſucceſſoribus in perpetuum. Quia igi-*
tur tum ſcriptorum auctoritate, cum rela-
tione veridicorum didicimus, Sulliacenſe
monaſterium ad ius & ſubiectionem Mal-
liacenſis Eccleſiæ pertinere debere, nos vt
noſtra nobis volumus reſtitui, alienis iura
ſua reſtituere debemus: Hoc quippe perfe-
ctior docet iuſtitia. Eapropter ego Anger-
baudus Pontificalium curam gerens ſollici-
tudinum, religionis petitionibus aſſentiens,
cognito quod Sulliacenſe Monaſterium eſt
de iure Malliacenſis Eccleſiæ, ſaluo iure Tu-
ron. Archiepiſcopi & miniſtrorum eius, Sul-
liacenſe Monaſterium Malliacenſi Eccleſiæ
quietum & in perpetuum poſſidendum, &
integram illius monaſterij ordinationem
A *deinceps habendam perpetuò reddimus, &*
concedimus. Interfuerunt autem huic fa-
cto ſubſcripti teſtes, videlicet Gano Decanus
illius loci Archidiaconus, Gano Archipreſ-
byter, Teduinus Archidiaconus: Ex parte
verò Abbatis communis, Abbas Gaudinus
Vuillelmus tunc ordinatus à nobis primus
Abbas Sulliacenſis, Girardus, Goffridus,
Aymericus Malliacenſes Monachi, Arnal-
dus Pictauenſis Archidiaconus, Vuilelmus
Reylleri: per prædictum etiam Abbatem
prædictus Gano Decanus & Archidiaconus,
Malliacenſe Monaſterium præcepto noſtro de
Sulliaco Monaſterio inueſtiuit. Data per
B *manum Charnerij Notarij noſtri an. ab In-*
carn. Domini MCL. Memoratur & eo-
dem anno in cartâ Mathildis Abba- 1150.
tiſſæ Fontebraldenſis cum Roberto
Vindocinenſi, & in alterâ quâ decla-
ratur teſtis concordiæ inter prædictam
Eccleſiam, & S. Mariæ de Buceriâ, ad-
ſtantibus Andegauenſi, Nannetenſi,
aliiſque Epiſcopis; tum in aliâ defini-
tiono Pictauenſis Eccleſiæ cum Fon-
tebraldenſi, quæ pacificata eſt præ-
ſente Gaufredo Sedis Apoſtolicæ Le-
gato. Engebaldus idem adſtante Ioſ-
cio Brioceníi Antiſtite 1151. connu- 1151.
C bio copulauit Mathildem filiam Ioan-
nis Comitis Vindocinenſis, cum Hen-
rico Penteuriæ. Probat quoque fun-
dationem Abbatiæ de Baugeſeio, cu-
ius nomine decretum extat pro Ec-
cleſiis patronatus cœnobij Villelupen-
ſis. Componit verò diſcordiam Cano-
nicorum S. Martini cum Hugone de
S. Maurâ 1155. pro conſuetudinum li- 1155.
bertate quas vindicabat apud S. Epau-
num; & querelæ arbiter ſeligitur Fon-
tebraldenſis Eccleſiæ cum pontona-
riis de portu Candatenſi; de quâ di-
ploma contentum in ſcriniis huius mo-
naſterij. Obiit an. 1157. apud Rober-
D tum de Monte in ſupplemento Sige-
berti.

70. IOSCIVS patriâ Brito, ex Brio-
cenſi Epiſcopo, quem alij Gothonem
vocant, ad eam Metropolim traduci-
tur 1157. teſtibus chronico Turonen- 1157.
ſi, & eodem Sigeberti continuatore.
Huius tempore 1163. in octauis Pen-
tecoſtes Concilium Turonis celebra-
tur ab Alexandro 3. ſummo Pontif.
quo Victor Antipapa, eiúſque fauto-
res ſchiſmatici, iudicio Cardinalium
& Epiſcoporum excommunicati fuê-
re, de quo auctuarium Sigeberti, Vi-
lelmus Neubrigenſis lib. 2. cap. 5. &
Mathæus Paris. De eodem Ioſcio ſub

1166. an. 1166. hæc etiam ſcribunt chroni-
» ca Normanniæ : De collectione pe-
» cuniæ defetendæ Hieruſalem , quæ
» adunata fuerat Turonis , quam Rex
» Anglorum volebar mittere per ſuos
» nuncios , vtpore ſumpram in ſuo Co-
» mitatu , Rex autem Francorum per
» ſuos, quia Eccleſia Turonenſis ſua eſt,
» ſuggeſtione Gocij Archiepiſcopi Tu-
» ron. magna diſcordia inter Henricum
» Regem Anglorum, & Ludouicum Re-
» gem Francorum mota eſt : combuſta
» eſt ciuitas Turonorum cum principa-
» li Eccleſia : infra autem ex verbis au-
ctoris liquet cum rege Anglorum con-
cordiam iniuiſſe. Poncius quoq; Cla-
romonranus Præſul Alexandri Papæ
delegatus, querelam dirimit inter Ioſ-
cium Archiepiſcopum & ſancti Mat-
tini Eccleſiam , pro baſilicâ Armeria-
ci , prout continetur in pancartâ ru-
beâ. Eleuationi corporis S. Florentij
1159. in capſam nouam præſens adfuit 1159.
nominatúrque in variis tabulis Abba-
tiarum Cormaricenæ de eleemoſynâ
Bartholomæi de Hayâ 1165. Aquæui-
uæ 1168. Baugeſeij 1173. & de Fonta-
nis. Ei verò ſcribit Petrus Bleſenſis
epiſt 32. interéſtque Synodo Abrin-
1172. cenſi 1172. ac mortalitatis debitum ex-
pleuit an. 1175 de quo non omittenda
quæ de illo habet anonymus ſcriptor
chronici Turonenſis : *Obijt Turonis
Ioſcius Archiepiſcopus, in tantâ paupertate,
quod de rebus ſuis vix potuit inueniri de
quo poſſet mortuus ſepeliri. Fuit autem ma-
gnanimus : nam in tantum Eccleſiam B.
Martini Turonenſis , necnon & Henricum
Regem Angliæ moleſtauit , quod in iſtis
naufragio, quidquid habere poterat diſſipa-
uit. Cui ſucceſſit Bartolomeus genere cla-
rus , ſermone facundus , conſilio prouidens,
diuitiis repletus. Hic Epiſcopum Dolen-
ſem qui per longa tempora rebellis fuerat
Eccleſiæ Turonenſi , poſt longa certami-
na auctoritate Apoſtolicâ ſuæ ſubdit di-
tioni.*

VENDOSME. 71. BARTHOLOMEVS DE
VENDOSME II. Apoſtolicæ Sedis
Legatus in partibus Aquitaniæ, En-
gelbaldi Archiepiſcopi ex ſorore ne-
1175. pos, ordinatur 1175. ex ſchedâ Ville-
lupenſis Abbatiæ, & veteri documen-
to tranſactionis Roberti Maioris-mo-
naſterij Abbatis, cum Guilelmo preſ-
bytero de S. Maurâ, pro iure oblatio-
num & decimarum Eccleſiæ ; adfuit
ſacro Philippi Francorum Regis, &
Concilio Remenſi , tatámque habuit

A ſubiectionem & donationem mona-
ſterio Tironenſi factam de Abbatiâ B.
Mariæ de Pelliciâ. Tranſegit inſuper
pro conſuetudinibus Turoniæ ex re-
giſtro cartularum Regiarum , cuius
hæc ſumma eſt : EGO RICHARDVS
*Rex Angliæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ,
Comes Andegauenſis, & ego* BARTHO-
LOMÆVS TVRONENSIS *Eccleſiæ
Miniſter humilis, notum facimus quòd cum
contentio diu habita fuerit inter anteceſſo-
res noſtros Comites Andegauenſes, & Turo-
nenſes Archiepiſcopos , ſuper quibuſdam
conſuetudinibus & redditibus de Turoniâ,
de Cainone &c. tandem ad tempora noſtra
B terminata fuit contentio in hunc modum.
Apud Cainonem recipiet omnes conſuetu-
dines æqualiter Epiſcopus & Comes : adie-
cerunt & honores ſe vidiſſe , cum nulla ga-
rena erat in terrâ Archiepiſcopi , iuxta ca-
ſtrum Cainonem , ſed facta fuit à Galtero
fratre Henrici Regis Angliæ contra prohi-
bitionem Engilbaudi Archiepiſcopi Turo-
nenſis, & ſtatuin poſtmodum tempore Ioſcij
Archiepiſcopi , de voluntate dicti Regis,
quod tota garena eſſet communis ; Et vide-
runt quod bonæ memoriæ Ioſcius Archie-
piſcopus , & Rex Angl. ſuos ſeruientes po-
ſuerunt in eas, Archiepiſcopus Raabaſtrium,
C & Rex Ernandum de Panleio, qui æquali-
ter dimiſerunt emendas. Teſtibus Galthero
Rotomagenſi Archiepiſcopo, Guilelmo Epiſ-
copo Helienſi Regis Cancellario, anno Regni
primo.* Præterea legitur teſtis cum A.
Reginâ Angliæ, Dunelmenſi, Conue-
trenſi, & Sagienſi Epiſcopis in mem-
branâ confirmationis priuilegiorum
factâ Abbatiæ B. Mariæ de Gouffero
à Richardo Normanniæ Duce, regni
primo , Ioanne de Alençonio Luxo-
uienſi Archidiacono Vicecancellario.
Huius quoque memoria habetur in
tabulis cœnobij de Aquauiuâ 1183. Et 1183.
in Burgulienſi chartophilacio conti-
netur tabula eiuſdem Bartholomæi
D Hilario Abbati & monaſterio Burgu-
lienſi tradita, quæ eſt confirmatio Ec-
cleſiarum exiſtentium in prædicto Ar-
chiepiſcopatu, ſpectantium monachis
Burgulij ; beneficium videlicet præ-
bendæ Candatenſis , capellam beati
Mauricij iuxta maiorem Eccleſiam in
Candatenſi vico, vineas & prata vltra
Vigennam & Sagennam in portu Can-
datenſi, ab omni conſuetudine libera.
Eccleſias S. Michaelis ſuper Ligerim,
de Ingrandiâ, ſanctæ Crucis in caſtro
Turonenſi ; vnde ad firmitatem præ-
ceptum ſigillo munitum confecit, ad-

ſtantibus Hugone Decano Turonenſi A fratre ſuo, Garnero Præcentore, Petro Cancellario, Frodone Cellerario, Alberico Capicerio: datum Turonis per
1188. manum Petri Cancellarij 1188. enunciatur & Bartolomeus in tabulis fratrum inſtituti Grandimontenſis ſub eo tenore:

» HENRICVS Dei gratiâ Rex An-
» gliæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ,
» & Comes Andegauenſis, Archiepiſ-
» copis, Epiſcopis, Abbatibus, Comiti-
» bus, Baronibus, Iuſticus, Seneſeallis,
» præpoſitis & omnibus Bailliuis & fi-
» delibus ſuis ſalutem. Sciatis me pro
» Dei amore, & pro ſalute animæ meæ, B
» & animarum anteceſſorum & ſucceſ-
» ſorum meorum, dediſſe & conceſſiſ-
» ſe in perpetuam & piam eleemoſynam
» Deo, Priori, & fratribus de Grandi-
» monte locum du Hayâ Andeg. & to-
» tum nemus liberum & quietum, ad
» omnes voluntates ſuas faciendum, ſi-
» cut muris clauditur, & per totas fo-
» reſtas meas, omnia neceſſaria ad ædi-
» ficationem & vſus eiuſdem domus, &
» aliarum domorum eiuſdem Ordinis,
» de totâ terrâ meâ. Dedi & conceſſi
» prædictis fratribus duos ſolidos ſingu-
» lis diebus in vinagiis Andeg. in feſto
» S. Michaelis annuatim percipiendos, C
» & totum vinagium meum, de omni-
» bus vineis quas habent, vel habebunt:
» dedi etiam ad ſeruiendum eiſdem fra-
» tribus, tàm ſanis quàm leproſis, qua-
» tuor homines apud Andeg. & vnum
» in Valiâ apud locum qui dicitur Le-
» mou, liberos & quietos cum rebus ſuis,
» & rebus fratrum in terrâ & aquâ ab
» omni ſeruitio, & tailliagio, pontagio,
» teloneo, paſſagio, foſſagio, exercitu,
» & omni conſuetudine, & de omnibus
» rebus, & occaſionibus ad me pertinen-
» tibus: quare volo, & firmiter præcipio,
» quod prædicti Boni Homines omnes, D
» prædictas eleemoſynas meas habeant
» benè, & in pace, liberè, & integrè,
» ſicut eas illis dedi & præſenti cartâ
» confirmaui. Teſtibus his BARTHO-
» LOMEO TVRONENSI Archiepiſ-
» copo, Re. Andegauenſi Epiſcopo,
» Gautero de Conſtan. meo Cancella-
» rio. Vuill. Com. Mundauill. Re. Vi-
» cecomite de Sanctâ Suſannâ, S. Se-
» neſcallo Andegauenſi, Re. de Veo,
» Dauid de Caſtellabriâ, apud Ande-
gauum. Præterea in hoc codice re-
peritur eiuſdem ferè argumenti priui-
legium quod ita orditur:

A *RICHARDVS Dei gratiâ Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegauenſis, Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſtabilitate noſtri regni, dediſſe, conceßiſſe & præſenti cartâ confirmaſſe Deo, Priori & Bonis Hominibus Grandimontenſis Ordinis locum de Rohom cum nemore, pratis, & omnibus pertinentiis ſuis, locum de la Hayâ Andeg. & totum nemus liberum & quietum cum pratis, vineis, & pertinentiis ſuis; locum Lemou & totum nemus liberum & quietum pro voluntate ſuâ vtendum, ſicut* B *foſſatis exterioribus clauditur, & cum omnibus pertinentiis ſuis; locum de Pomiraceij, ſicut diſtinguit via vetata quæ incipit à viâ Turonenſi, & venit in viam Epiſcopalem, & foſſata clauduntur de verſus Chinonem, & omnibus pertinentiis ſuis; locum de Vllars cum omnibus pertinentiis ſuis; locum de Boſco Raberij, & totum nemus; cum alio nemore diſplante & berrâ & pratis quæ ſuper pontem Venſay, & cum omnibus pertinentiis ſuis; locum de Burreyó ſicut foſſatis exterioribus clauditur, & per totam foreſtam aliam & vniuerſas foreſtas noſtras, & omnia neceſſaria ad ædificationem & vſus eiuſdem domus, & aliarum do-* C *morum eiuſdem ordinis; de totâ terrâ noſtrâ, quæ à piißimo patre noſtro Rege Henrico fundata ſunt, liberè, & quietè: Ita quod nullus aliquam conſuetudinem omnino in illis locis quærere vel extorquere, vel violentiam inferre præſumat. Concedimus igitur Bonis Hominibus in eiſdem locis Deo ſeruientibus, damus & confirmamus omnes redditus, quos pater noſter Rex Henricus ſingulis domibus aßignauit, trecentas videlicet libras domui de Boſco Raberij ad opus leproſorum, & ſanorum fratrum, & minagium Chinonenſi domui de Burceyo, duos ſolidos ſingulis diebus, & foagium de Mau-* D *mine, & vnam ſauinam mellis, cum vaſis quæ dicuntur Coſtarez, domui de Villars duos ſol. ſingulis diebus, domui de Pomiracij, duos ſol. ſingulis diebus, domui de Moſuez, duos ſol. ſingulis diebus, domui de la Haiâ duos ſol. in vinagiis Andegauenſib: in feſto S. Michaelis reddendos. Concedimus etiam, damus & confirmamus intuitu Dei, & pro amore fratris Hel. domui de là Haiâ alios duos ſol. in puram & perpetuam eleemoſynam in pixide Andeg. percipiendos. Concedimus inſuper domui de la Haiâ, & confirmamus molendina, calciatam, excluſam, prata, nemus, & terram de Moſtaiol, grangiam de bonâ punâ cum omnibus*

pertinentiis, medietariam domum Ande-
gauenſ. & vinagium de omnibus vineis
quas habent vel habebunt: Dedimus etiam
ſingulis prædictis domibus & confirmaui-
mus, & quæcúmque dictæ domui de la Hayâ
dederant S. Andegauenſis Seneſcallus, &
Re. de Veo frater eius. Concedimus inſu-
per eidem domui de la Hayâ, quatuor ho-
mines apud Andegan. & vnum apud lo-
cum qui dicitur le Mou in Valleyâ, & aliis
præfatis ſingulis domibus Grandimontis
Ordinis, damus ſimiliter & confirmamus
duos homines in ſingulis ciuitatibus, &
vnum in caſtris & villis, iuxta quæ domus
ſunt poſitæ, liberos & quietos de omni tail-
liagio, pontagio, &c. Has omnes eleemoſy-
nas & poſſeſſiones, quæ prædictis domibus
ex dono anteceſſorum noſtrorum, vel ex do-
no quorumlibet hominum data ſunt, & con-
ceſſæ, liberè & quietè, plenariè, & pacificè
in perpetuum habendas, & poſſidendas con-
cedimus, & confirmamus, & in manu, cu-
ſtodiâ, & protectione noſtrâ ponimus, &
cuſtodiri & deffendi ſicut noſtras res domi-
nicas firmiter præcipimus. Teſtibus his
BARTHOLOMEO *Turonenſi Archie-*
piſcopo, Re. Andegauenſi Epiſcopo, Magiſtro
Amaldo Canonico, Magiſtro Philippo. G. de
Cellâ Pictauenſis Seneſcallus. Datum per
manum Magiſtri Euſtachy apud Chinon.
xv. die Decemb. anno Regni noſtri ſeptimo.
Interim verò pax conſtituitur inter
Archiepiſcopum & Capitulum S. Mar-
tini, pro medietate decimarum paro-
chiæ de Charantillè, Ioſbertum de ſan-
ctâ Maurâ B. Martini Cancellarium,
1192. & Gaufredum de Archeriis an. 1192.
vt legitur in pancartâ nigrâ. Stepha-
nus Tornacenſis ei ſcribit epiſt. 47.
& Innocentius 3. lib. 2. epiſt. licet pri-
mum, vbi adiudicat Bartholomæo
Dolenſem Antiſtitem vt Suffraga-
neum anno ſecundo Pontificatus 1199.
cui, & ſcribit c. Quod ſedem 10. de
Offic. Iudicis Ordinarij. Sed cum con-
trouerſia Turonenſis Eccleſiæ & Do-
lenſis de iure Metropolitani Britan-
niæ, non ſolùm ad notitiam Archie-
piſcoporum huius Sedis ſpectet, ſed
etiam memorabilis rei notitiam con-
tineat; præterire omnino nefas eſſet
verba Mathæi Paris in Hiſt. Angl. ſub
1199. Ioanne Rege ad an. 1199. quæ dirèm-
ptam penitus contentionem ſignifi-
cant. Hoc anno, ait, deciſa eſt cauſa
vetuſtiſſima inter Eccleſias Turonen-
ſem & Dolenſem Romæ à Papâ In-
nocentio: per ſententiam diffiniti-
uam, Archiepiſcopo Turonenſi ab

A Epiſcopo Dolenſi ſubiectionem exi-
gente; & Epiſcopo Dolenſi contra-
dicente. Eſt autem Dolenſis Eccle-
ſia minoris Britanniæ Metropolis; cu-
ius Pontifices temporibus S. Martini,
& ante, & multo poſt tempore; ſicut
alij omnes minoris Britanniæ Præſu-
les, Turonenſis Eccleſiæ Suffraganei
fuerunt. Sed qualiter poſtmodum ab
illius Eccleſiæ ſubiectione deſciue-
rint, hæc cauſa eſt. Tempore quo
gens Anglorum in maiorem venit Bri-
tanniam, vt eam ſubiugaret; & Rex
Britonum Interprendragon apud Ve-
B rolamium infirmitate grauiſſimâ deten-
tus, lecto decumberet, ita vt nec ſibi,
nec regno ſuo contra barbarorum ra-
biem ſubuenire potuiſſet: fertur An-
glorum ſuperſtitio in tantum præua-
luiſſe, quod vaſtatâ ferè à mari vſque
ad mare Inſulâ: Eccleſiæ ſacræ ad ſo-
lum vſque complanarentur. Pontifi-
ces verò & Eccleſiarum Prælati, cer-
nentes patriæ deſolationem, ſimul &
Eccleſiæ ſanctæ ſubuerſionem, receſ-
ſerunt ad loca tutiora, decernentes
communiter ſanius eſſe barbarorum
rabiem ad tempus declinare, quam in-
ter fidei Chriſtianæ rebelles ſine fru-
C ctu reſidere. Inter quos ſanctus Sam-
pſon Eboracenſis Archiepiſcopus exi-
miæ vir ſanctitatis, ad ſuos conciues
in minorem aufugiens Britanniam,
qui ex eodem genere erant & gente,
pallium quod à Romano ſuſceperat
Pontifice, ſecum portauit. Quò cum
perueniſſet, & à ſuis conciuibus ho-
norificè ſuſceptus fuiſſet, ad Dolenſis
Eccleſiæ Præſulatum, quæ nuper fue-
rat paſtore viduata, communi omnium
deliberatione Epiſcopus electus eſt, &
Rege concedente, licèt multùm reni-
tens inthroniſatus. In illâ autem Ec-
cleſiâ quoad vixit, pallio quod ab Ebo-
D racenſi monaſterio detulerat, vſus eſt,
& ſucceſſorum eius multi poſt illum.
Deinde verò Reges illius prouinciæ
cum in regno proprio Archiepiſcopum
habuerunt, non permiſerunt Epiſco-
pos ſuos, qui antea ſemper ſuffraganei
fuerant Eccleſiæ Turonenſis, præfato
Archiepiſcopo Turonenſi debitam im-
pendere obedientiam: Statuentes, vt
de cæterò minoris Britanniæ Præſules,
alium Metropolitanum quam Dolen-
ſem Archiepiſcopum non haberent.
Poſt modum autem elapſis trecentis,
vel eo amplius annis, Papa Nicolaus
ad inſtantiam Turonenſis Archiepiſ-

« copi, hunc volentes reuocare errorem: A
« Salomoni Britonum Regi ſcripſit epi-
« ſtolam, quæ in decretis Gratiani con-
« tinetur Cauſa 3. q. 6. Tali itaque Re-
« gi præfato factâ admonitione, non
« ideo deſtitit ab inceptis, ſed ſemper
« deinceps, tam ipſe quàm eius ſucceſ-
« ſores perſtiterunt rebelles: atque inter
« Epiſcopos Turonenſem & Dolenſem
« lis continua & contentio perdurauit:
« donec anno præſenti, vt prædictum
« eſt à Papâ præfato ſententialiter diffi-
« nitum eſt, vt tam Dolenſis quàm cæ-
« teri Britanniæ Epiſcopi, Archiepiſco-
« po Turonenſi ſubiaceant: & in perpe- B
« tuum præceptis eius Canonicis ac-
« quieſcant. Vnde Papa memoratus in
« pronunciatione ſententiæ diffinitiuæ
« (vt qui in ſcientiâ erat magnus, audax
« ſimul Iuriſperitus,) ita exorſus ait: Do-
« leat Dolenſis, & gaudeat Turonenſis.

Vitam cum morte commutauit Barto-
1206. lomeus an. 1206. teſtibus Alberico & Guilelmo Britone in geſtis Philippi Auguſti Regis: fratrem is habuit Hugonem Cathedralis Decanum, neptem verò Mathildem vxorem Gaufridi de Paludello Montiſtheſauri toparcham. Eidem Antiſtiti dicat Mathæus Vindocinenſis Paraphraſim ſacram hiſto- C riæ Tobiæ, quam Thebaidem verſibus conſcripſit, à Ioanne Heroldo natione Germano luci donatam 1563. quem libellum verè aureum nominat; hic porrò Mathæus Abbas S. Dionyſij Turonenſem Pontificatum recuſauit vt patet his epitaphij verſiculis:

Archiepiſcopij renuit Turonenſis honorem,
Regum Francorum per tempora longa duorũ,
Regni geſſit onus celeberrimus iſte patronus.

At Bartholomeum noſtrum in præfatione his carminibus alloquitur:

Eccleſiæ TVRONENSIS *Apex, ouium ſpeculator,*
Vt ſpeculum Præſul BARTOLOMÆE D *fane.*
Nobilis trabeatus auis, decus, orbis honeſti
Forma, Sacerdotũ gemma, lucerna gregis.
Cleri præſidium, via pacis, cuius honore,
Cuius luce dies ingeminata ſtupet,
Sol cuius radios vrbs MARTINOPOLIS *orbi*
Commodat, & totum partis honoras honore
Es ſolis radius in quo conteſſit honeſto,
Forma pudicitiæ rara, ſed apta comes.
Es ſolis radius, quo feſtinatur alumno,
VINDOCINAM *Taronis Præſule ſine potus.*
Es ſolis radius, cui Præſul auunculus agnus
In Paſtore fuit, in dominante minor,
Hunc vta mors rapuit, cuius digniſſimus hæres,
Tractas emeritâ ſceptra paterna manu.
Te Deus elegit vt vnica dogmate paſcas,
Exemplum fouens, commoditate iuues.
Te Deus elegit vt diſpenſare talenta
Tradita, multiplici ſedulitate velis.
Te Deus elegit vas nobile, vas in honore,
Vas ſpeciale ſibi, vas generale ſuis.
Viue, vale decus Eccleſiæ, diſpone precanti
Portum, naufragium pelle, medere rati:
Suſcipe Tobiæ titulos cum fratre Decano,
B *Vt timidum duplex, ſtella ſerenet iter.*
Gaudeo luce nouâ, vos prælucescere, quippè,
Sol nitet in geminis, cætera ſigna vacant.
Sol nitet in geminis, quia veri gratia ſolis,
Lampade virtutum, vos beat, auget, alit,
Viuite felices fratres, quos corpore ſolo,
Eſſe duos, eadem mens probat, vnus amor.

DV LVDE.

72. GAVFRIDVS DV LVDE I. Pariſienſis Archidiaconus, cuius electionem recitat his verbis chronographus Turon.
« Anno MCCVI. Bartho- 1206.
« lomeus Archiepiſcopus longo tempo-
« re quartanis febribus fatigatus obiit
« anno Epiſcopatus XXXI. cui GAV-
« FRIDVS DE LAVDA Pariſienſis Ar- C
« chidiaconus ſucceſſit. Vir vitæ lau-
« dabilis & mirificæ ſanctitatis; ſed ſta-
« tim iniquorum conſilio toxicatus; Ec-
« cleſiæ B. Martini Turonis in quâ à
« puerilibus annis Beneficiatus fuerat,
« & nutritus, ſuper iuriſdictione Abba-
« tiæ Bellimontis aggreditur. Hicque
« *beatus vir qui abiit in conſilio impiorum,*
« *& in viâ peccatorum non ſtetit*, non diu
« in illâ Cathedrâ peſtilentiæ ſedit.

Memoratur idem in actis Villelupenſibus 1206. & pancartâ nigrâ 1207. obdor- 1207.
miuit in Domino, tertio Calend. Maij 1208. de quo ſupplementum Sigeberti, Altiſſiodorenſis chronologia, S. Stephani Lemouicenſis chronicon, Guil- D lelmus Brito, & Albericus, qui ſanctiſſimum virum prædicat; humatus fuit ſub altari S. Mauricij.

DE FAYE.

73. IOANNES DE FAYE I. nepos Bartholomæi, & conſanguineus Alienoræ Aquitanicæ Francorum reginæ, vt indicant tabulæ Turonenſes & Fontiſebraldi, ex Decano Turonenſi Pontifex creatur, vti quoddam citati chronici fragmentum docet:
« ANNO Domini, inquit, MCCVIII. 1208.
« obiit 3. Cal. Maij Gaufridus de Lau-
« do Turon. Archiepiſcopus. Quo mor-

» tuo ſuper electione ſchiſma inter Tu- A
» ron. Clericos inſurrexit. Nam quidam
» eorum IOANNEM DE FAYA De-
» canum Eccleſiæ elegerunt; alij Ro-
» bertum de Vitreio Cantorem Pariſien-
» ſem nominauerunt; alij nominare ali-
» quem noluerunt: ſicque omnes ab om-
» ni parte appellantes Romam celeriter
» perrexerunt. Tunc Innocentius Papa
» auditis ab vtrâque parte rationibus
» Turon. Clericorum ſuper diſſenſione
» electionis, illos qui nominare aliquem
» voluerunt, neutrales in electione iu-
» dicauit, & electionem Roberti de Vi-
» treio, qui ægrotans in villâ Romæ iam
» quaſi mortuus erat, quaſſauit, & Ioan- B
» nem de Fayâ Decanum Eccleſiæ qui
» abſens erat in Turon. Archiepiſco-
» pum confirmauit. Qui in Franciam
» rediens, ab Hamelino Cenomanenſi
» Epiſcopo apud Turonis in Archiepiſ-
» copum conſecratur. Statim ſuper iu-
» riſdictione Abbatiæ Belli montis, Ec-
» cleſiæ S. Coſmi, Eccleſiæ S. Venantij,
» & Eccleſiæ S. Petri de Cardinero, Ec-
» cleſiam beati Martini Turonis aggre-
» ditur. Et hinc inde cum expenſis ma-
» gnis primò coram iudicibus Aurelia-
» nenſibus, deinde coram Bituricenſi- C
» bus, & poſtea coram Carnorenſibus
» litigatur. Interea Galo ſanctæ Mariæ
» in Porticu Diaconus Cardinalis Lega-
» tus in Franciam veniens, eidem Tu-
» ronenſi Archiepiſcopo pallium ap-
» portauit, multáque in Franciâ inſti-
» tuit, multáque inſtituta anctoritate
» Apoſtolicâ renouanit. Huc vſque co-
dex Turonicus. Ordinationem ſuam
ad annum 1208. exprimit tabula anni
1218. Pontificatus decimo, loquens de
donatione Iſchardi de Cheriniaco Mi-
litis domini de Logiis, Fontebral-
denſi Ordini factâ, quam ſcripto cor-
robotauit; anno inſequenti ratam ha-
buit fundationem monialium cœno-
bij Montiſceleſtis prope Ambaſiam, à D
Sulpitio Ambaſiæ dynaſtâ, cariſſimo
inquit conſanguineo inſtitutam ex ori-
1210. ginali; quem etiam in cartâ an. 1210.
Robertus dominus Buzenciaci auun-
culum appellat, & in aliâ S. Laudi An-
degauenſis 1212. declarar ſe non viſita-
turum metropolitico iute Priotatum
de Iuigné diœceſis Andeg. Memora-
tur & in plurimis aliis ſchedis pancar-
tæ B. Martini pro decimâ de ſancto
Paterno, & donatione Gaufridi de
Lauduno militis Abbatiæ Villelupenſi
1217. 1217. ac in Baugeſienſis monaſterij ti-
tulo teſtatur Sulpitium olim Ambaſiæ
toparcham, religioſis Montiſceleſtis
vſuarium in ſyluâ Caluimontis tradi-
diſſe. Sepulturæ mandauit Michae-
lem Salmurienſem Abbatem 1220. & 1220.
corpus S. Melanij Redonenſis Epiſ-
copi Pruliaci caſtro aduocatis Epiſco-
pis vicinis Dominicâ ante Aſcenſio-
nem à tumulo leuat an. 1224. referente
chron. Turonenſi; quo eodem pariter
anno Conuentus Minorum in vrbe
ſtabilitur; chirographo denique fir-
mat menſe Iunio 1225. Richardi Re- 1225.
gis Angliæ donationem olim conceſ-
ſam de bonis Abbatiæ Fontebralden-
ſis.

74. FRANCISCVS CASSARDI,
ſ. patriâ Delphinas, Cardinalis tituli
Sancti Martini, Iuris Pontificij ac Cæ-
ſarei Doctor, Archiepiſcopatu Turo-
nenſi inſignitus poſt Ioannem de Fayâ;
is verò in omnibus hactenus catalogis
omiſſus, huc reſtituendus videtur,
quemadmodum patet ex epitaphio,
quod viſitur Lugduni in Eccleſiâ Bea-
tæ Mariæ de Confort Fratrum Do-
minicanorum, quibus nonnullos red-
ditus legauit: epigraphe autem Sacri-
ſtiæ appoſita ſequens eſt:

CASSARDI. D'azur à vne Licorne d'argent.

HIC IACET

*Reuerendus in Chriſto Pater, & Domi-
nus* FRANCISCVS CASSARDI,
*vtriúſque iuris Doctor, diuinâ miſeratio-
ne Archiepiſcopus* TVRONENSIS, *San-
cta Romana Eccleſia Cardinalis ſub titu-
lo beati Martini, oriundus de Fayeto diœ-
ceſis Gratianopolis, qui multa bona dimi-
ſit in præſenti religione, pro quibus fun-
dauit vnam miſſam quotidianam dicen-
dam per dictos fratres in dictâ capellâ, &
duo anniuerſaria, vnum in feſto Vndecim
millium Virginũ, & aliud in feſto S. Fran-
ciſci, qui obiit anno Domini milleſimo du-* 1237.
*centeſimo triceſimo ſeptimo viii. Idus Au-
guſti.* Huius Archiepiſcopi meminê-
re, pius ordinis Minimorum religio-
ſus Hilarion de Coſte, in elencho
Proregum Delphinatus, ac Petrus
Frizon in Appendice ſuæ Galliæ Pur-
puratæ.

75. IVHELLVS DE MAYENNE
nobili ſanguine natus ex gente Me-
duanâ, Archiepiſcopus erat iam ab
an. 1229. ex cartis cœnobij Montiſ-
celeſtis; eo ſedente Synodus prouin-
cialis celebratur apud caſtrum-Gun-
therij 1231. & Turonis 1239. ex actis 1239.
manuſcriptis Conciliorum; huius &

MAYENNE.

mentio in tabulis S. Martini 1235. di- A
cat verò Eccleſ. Franciſcanorũ de Lo-
chis 1237. enunciatur quoque in mem-
branis Abbatiarum Villelupæ, Aqua-
uiuæ, Cormaricenæ, & Maioriſmo-
1242. naſterij 1242. menſe Martio ſicuti col-
ligitur ex veteri tranſactione inter Ar-
chidiaconum Turonenſem & hoc mo-
naſterium: ſuperiori anno ſententiam
pronuntiauerat Candate inter Abba-
tes diœceſis Andegauenſis de prærо-
gatiuâ ſeſſionis in celebrandis officiis
diuinis. transfertur denique ad Archi-
epiſcopatum Remenſem vt ſupra di-
ximus.

B 76. GAVFRIDVS II. ſub cuius
1243. Pontificatu 1243. Synodus celebrata
apud Vallem-Guidonis pro ſeruandâ
Eccleſiæ diſciplinâ; nomen ipſius re-
peritur etiam in cartulario Abbatiæ
1245. ſanctæ Mariæ de Baugeſeio 1245. com-
promiſſo tranſegit per arbitros de con-
trouerſiis inter ipſum & Drogonem
de Melloto dominum Lochiarum
1247. vt habent regeſta theſauri Re-
gij.

77. MARTELLVS vel Marcellus,
1248. Eccleſiaſticis diptychis inſcriptus an-
no 1248.

DE LAMBALE. 78. PETRVS DE LAMBALE I.
C anno 1250. cui remittuntur Regalia
beneficio Blanchæ Reginæ, vti vetus
1250. ſcheda expreſſit in hæc verba: Om-
» nibus præſentes litteras inſpecturis,
» I. Ebroicenſis, G. Aurelianenſis, A.
» Siluanectenſis, & R. Pariſienſis Dei
» gratiâ Epiſcopi, ſalutem in Domino.
» Cum vir venerabilis magiſter PETRVS
» DE LAMBALE electus in Turonen-
» ſem Archiepiſcopum petiiſſet coram
» nobis, ab excellentiſſimâ Dominâ no-
» ſtrâ Blancâ Dei gratiâ Reginâ Fran-
» ciæ illuſtriſſimâ, ſibi reddi Regalia
» Eccleſiæ, dicta Domina Regina di-
» xit, quod libenter eidem Magiſtro
» faceret gratiam, & ei redderet de gra- D
» tiâ regalia ſupradicta: Dictus verò Ma-
» giſter reſpondit eidem Dominæ Re-
» ginæ: Domina de iſto beneficio, &
» aliis beneficiis quæ expectamus à vo-
» bis, vobis referimus multas grates.
» In cuius rei memoriam & teſtimonium
» præſentibus litteris ſigilla noſtra du-
» ximus apponenda. Actum apud Ab-
» batiam beatæ Mariæ Regalis iuxta
» Ponriſaram. anno Dom. MCCLI. men-
ſe Martio. Concilium prouinciale Sal-
1253. murij congregatur 1253. in cœnobio
S. Florentij die Martis poſt feſtum B.

A Andreæ, quo anno menſe Februario,
priuilegia Eccleſiaſtica largitur mo-
nialibus Montiſceleſtis; in regio ta-
bulario etiam de ipſo literæ continen-
tur ſub hac formulâ: PETRVS miſe- »
ratione diuinâ TVRONENSIS Ar- »
chiepiſcopus, Decanus & vniuerſitas »
Capituli Turonenſis, ſalutem in ſa- »
lutis auctore. Ad vniuerſorum volui- »
mus peruenire notitiam, quod nos re- »
cognoſcimus nos Archiepiſcopum, & »
ſucceſſores noſtros Archiep. Turonen- »
ſes excellentiſſimo Domino noſtro Re- »
gi Franciæ, & eius ſucceſſoribus Re- »
gib. Francorum, debere procuratio- »
B nem vnam, ceu giſtum in vitâ cuiuſ- »
liber Archiepiſcopi Turonenſis ſemel. »
Idémque Rex recognouit, quod ipſe »
aut ſucceſſores ſui, procurationem aut »
giſtum in vitâ cuiuſlibet Archiepiſco- »
pi niſi ſemel à nobis, vel noſtris ſuc- »
ceſſoribus Archiepiſcopis exigere, vel »
habere non poterunt in futurum: In- »
ſuper idem Rex ad petitionem no- »
ſtram, nobis Archiepiſcopo & ſuc- »
ceſſoribus regiâ liberalitate conceſſit, »
quod dicta procuratio ſummam cen- »
tum lib. Pariſienſium non excedat. »
Sanè nuper dominus Rex Ludouicus »
apud Turon. conſtitutus Dominicâ »
C ſcilicet imminente Paſſione domini, »
debitam ſibi à nobis P. Turonenſi Ar- »
chiepiſcopo procurationem ſumpſit, »
& de ipsâ ſe tenuit pro pagato. In »
cuius rei teſtimonium: Actum anno 1255.
MCCLV. menſe Aprili.

79. PHILIPPVS I. notitia eius
eruitur ex antiquo originali Abbatiæ 1257.
Baugeſienſis anni 1257.

80. VINCENTIVS DE PILENIS DE PILENIS.
confirmat Gaufridum electum Ceno-
manenſem Epiſc. 1258. quo anno menſe 1258.
Aprili probat concordiã olim factam
inter Comitem Andegauenſem, & Mi-
D chaelem eiuſdem Eccleſię Epiſcopum,
pro poſſeſſione decimæ de veteri & no-
uo Baugeio. Sequenti anno item paci-
ficatur ab ipſo altera controuerſiâ, in-
ter Abbatiſſam Fontiſebraldi & Gau-
fridum dominum d'Ancenis; nomina-
tur & in cartulariis Bituricenſi, Montiſ-
celeſtis, & Cormaricenſi 1264. Syno- 1264.
dum indixit Nannetis die Martis poſt
feſtum ſanctorum Apoſtolorum Petri
& Pauli. Item aliud Concilium apud
Caſtrum-Gontherij 1263. Nanneren-
ſe aliud, & Andegauenſe 1269. mor-
talitatem exuit an. 1270. reſte chro- 1270.

nico Lemouicenſi Abbatiæ S. Martia-
lis.

Montſoreav.
81. Ioannes de Montſo-
reav II. antiquâ ſtirpe Domino-
rum de Monreſorello ad Ligerim in
Andibus ortus erat, ex Decano ad
1270. cathedram Turonenſem vocatur 1270.
vti patet literis Capituli ad Mathæum
Abbatem S. Dionyſij Franciæ Regen-
„ tem, quarum is tenor: Viro religio-
„ ſo, venerabili & honeſto M. Dei gra-
„ tiâ Abbati S. Dionyſij, Pariſienſis diœ-
„ ceſis, locum Domini Regis Franciæ
„ tenenti in Franciâ, Capitulum Turo-
„ nenſe ſalutem & ſinceram in Domino
„ charitatem. Cum nos vacante Eccle- B
„ ſiâ noſtrâ Turonenſi per mortem Vin-
„ centij bonæ memoriæ quondam Ar-
„ chiepiſcopi noſtri, virum venerabilem
„ Magiſtrum Ioannem Decanum no-
„ ſtrum concorditer elegimus in Ar-
„ chiepiſcopum Eccleſiæ noſtræ & Pa-
„ ſtorem: vos in quantum poſſumus at-
„ tentius exoramus, quatinus eidem
„ electo noſtro Regalia ad Archiepiſ-
„ copatum noſtræ Eccleſiæ pertinentia,
„ quæ tenetis in manu veſtrâ ſeſita, red-
„ di & deliberari faciatis liberaliter &
„ benignè, tantum ſuper hoc veſtri gra-
„ tiâ facientes, quod à Deo, & à nobis
„ poſſitis ſuper iis non immeritò com- C
1270. „ mendari. Datum anno Domini 1270.
„ die Iouis poſt feſtum beati Hilarij.
Concilium prouinciale indixit Sal-
murij apud monaſterium S. Florentij
1276. necnon an. 1277. in oppidulo
de Langeais pagi Turonici circiter
1278. alteri Synodo intereſt cum Suf-
1282. fraganeis: denique Turonenſi an. 1282.
poſt feſtum beati Petri ad vincula, in
quâ canones à deceſſoribus Archi-
epiſcopis ſanciti renouantur, de qui-
bus ſynodis conſtat ex originalibus
manuſcriptis. Deceſſit Ioannes circi-
1284. ter an. 1284. eodem enim anno aper- D
ta erat regalia à die Veneris ante fe-
ſtum Purificationis S. Mariæ, vſque
ad Dominicam poſt Octauas Trinita-
tis 1285. quod expreſſum eſt in veteri
cartulario. Ceterùm defuncto Ioan-
ne, Canonici apud Regem poſtulant
licentiam Pontificis eligendi, hac
„ perbreui epiſtolâ: Excellentiſ-
„ ſimo Principi Domino Philippo Dei
„ gratiâ Regi Francorum illuſtri, ſui hu-
„ miles & deuoti Reginaldus Decanus,
„ & Capitulum Turonenſe, ſalutem in
„ eo qui eſt omnium vera ſalus, & ad
„ debellandum rebelles accingi robo-
A re fortitudinis & virtutis. Acuti do- „
loris ſuffoſſi aculeo, ſuper obitu præ- „
claræ memoriæ pij Paſtoris ac reue- „
rendi patris Dom. Ioannis olim Ar- „
chiepiſcopi Turon. ad Regiæ veſtræ „
celſitudinis notitiam volumus perue- „
nire, quod nos venerabiles viros dile- „
ctos Canonicos noſtros mag. Gaufri- „
dum de Fontebraudi Archidiacon. „
Tranſliger. & Ioannem Archipreſby- „
terum in Eccleſia Turon. procurato- „
res noſtros facimus, conſtituimus, ac „
etiam ordinamus, & quemlibet eo- „
rum in ſolidum, ita quod non ſit me- „
lior conditio occupantis, ad denun- „
tiándum veſtræ Maieſtati regiæ obi- „
tum memorati Domini Ioannis olim „
Archiepiſcopi Turon. necnon & ad „
petendum à vobis licentiam eligendi: „
& hæc regiæ Maieſtati veſtræ ſigni- „
ficamus per præſentes literas noſtro „
ſigillo ſigillatas. Datum die Mercu- „
rij ante feſtum Purificationis B. Ma- „
riæ Virginis, anno Domini 1284. „

82. Olivarivs de Craon De Craon.
electus per viam compromiſſi 1285.
ex chartis regiis, moritur feſto S. Bar- 1285.
tholomæi, quo die aperta eſt regalia,
quæ perdurauit vſque ad Dominicam
in octauis Epiphaniæ ſequentis, hoc
enim tempore Epiſcopus recepit ſuum
temporale à Rege. Synodus autem
prouincialis habetur Andegaui anno 1289.
1289.

83. Philippvs de Canda De Canda.
Diaconus de Loches, aliàs de Cau-
dâ nuncupatus, ante conſecrationem
obiit; poſt cuius tranſitum regalia fuit
in diœceſi Turonenſi 1290 à vigiliâ 1290.
S. Valentini menſe Februario, ad Do-
minicam poſt tranſlationem ſancti Ni-
colai; hoc eodem anno Decanus &
Capitulum Regi Francorum Philip-
po nuper electi Turonenſis Antiſtitis
mortem denuntiant; & licentiam al-
terius nominationis petunt, delegatis
Richardo de Nealfâ, & Ioanne Ra-
herij Canonicis, epiſtolâ datâ die Ve-
neris ante feſtum Cathedræ S. Petri
1290. Electus itaque poſt Philippum
Girardus Cancellarius Turonenſis, vt
patet ex diplomate Nicolai 4. Pon-
tif. ſcripto apud ſanctam Mariam Ma-
iorem 2. Idus Martij.

84. Bovchardvs de Ayo De Ayo.
qui vulgò in catalogis Burchardus
Dain vocitatur, reddidit animam
1290. quo anno liquet ex citato co- 1290.

dice regaliam extitiſſe, à die mercu-
rij in feſto S. Lucæ, ad Dominicam
ante conuerſionem Diui Pauli.

De Mont-baſon. 85. Reginaldvs de Mont-
baſon, apud Salmurium die Domi-
1294. nicâ poſt feſtum S. Michaelis 1294. eo
ſedente habetur Concilium prouin-
ciale, vti & Caſtrogontherij 1295.
Belloforti 1296. in cauſâ iuriſdictio-
nis viſitationum ab Archiepiſcopo; &
inde Synodus alia Salmurienſis cele-
1300. brata pro eodem negotio anno 1300.
Vocatur in chartis Abbatiæ Villelu-
penſis Raginaudus 1297. ac Theſauri
regij 1301. mendosè autem in aliqui-
bus Ragus appellatur. Hic priuile-
gium obtinuit à Philippo Rege 1304.
vt Clerus ſuæ diœceſis ſubſidij Flan-
drenſis exercitus immunitate gaude-
ret; eius quoque mentio extat in Ec-
1310. cleſiaſticis tabulis, & bullis Pontifi-
cum an. 1310.

De la Haye. 86. Gavfridvs de la Haye
iii. confirmatur eius electio à Cle-
mente v. anno octauo Pontificatus,
qui eamobrem Regi reſcripſit pro iu-
re regaliæ. Recipitur ſolemniter à Ca-
nonicis collegiatæ Eccleſiæ Lochia-
1314. rum 1314. congregat quoq; ſynodum
apud Salmurium 1315. ac de illo ſche-
da Cormaricenſis Abbatiæ meminit
1323. 1320. Interiit circiter an. 1323. nam in
regeſto de regaliâ Turonenſi, legitur
compotus Petri de Bonaualle pro ea-
dem, vacante obitu huius Gaufridi, à
die ſextâ Aprilis 1327. ad ix Septem-
bris 1329. vt recitant libri Cameræ Ra-
tionum Pariſienſium.

Bourgueil. De... à la croix patée. 87. Stephanvs de Bovr-
gveil i. legum Profeſſor, Archidia-
conus Transligerienſis, Officialis An-
degauenſis, cui collata fuit præbenda
in eadem Eccleſiâ die Lunæ ante ra-
mos Palmarum 1291. electionem ſuam
1323. confirmat 1323. Ioannes xxii. anno
7. Pontificatus, bullâ quæ aſſeruatur
in regio Franciæ tabulario: ſub an-
1324. num quoque 1324. die 12. Maij refe-
rente Ioanne Tilio, Rex Carolus Pul-
cher noluit probare donum eidem Præ-
ſuli deſignato factum, pro bonis tem-
poralium ſui Archiepiſcopatus; eo-
dem tempore conſtitutus fuit colle-
ctor decimæ per biennium pro ſubuen-
tione Regi conceſſâ in ſuâ Metropoli.
Fundator Collegij Turonenſis in Aca-
demiâ Pariſienſi extitit, vt patet ex
1333. originali inſtrumento dato 1333. ſepe-

A litur in Eccleſiâ Abbatiali B. Mariæ
de Gaſtinâ in Turonibus.

88. Petrvs Frerot vel Fre- Frerot.
tot ii. commendatur à ſummo Pon-
tifice Benedicto xii. apud Regem
Philippum vi. Valeſium, cuius An-
tiſtitis electionem probat diplomate
anni primi Pontificatus. Tranſegit cum
Guidone de Paludello Abbate Pon-
tiſleuienſi pro Charentonio 1343. quam 1343.
pactionem ratam habet Clemens vi.
Papa 1345. hoc anno delegatur Iu-
dex & conſeruator iurium Eccleſiæ
Fontebraldenſis: receſſit autem Petrus
B in monaſterium de Gaſtinâ vbi viuen-
di finem fecit an. 1357. humatus in 1357.
Capitulo, de quo agit martyrolo-
gium.

89. Philippvs Blanche ii. Blanche.
nominatur inter executores codicillo-
rum teſtamenti Petri Cardinalis de la
Foreſt Archiepiſcopi Rotomagenſis
anni 1361. cum Michaele Epiſcopo 1361.
Cenomanenſi, Comite Vindocinenſi,
multiſque Cardinalibus.

89. Simon Renvlphi i. ſuc- Renulphe.
ceſſit Philippo, ex Ordine religioſo
aſſumptus ad infulas an. 1363. ex libro 1363.
obligationum Vaticani; eo præſiden-
C te 1365. die Iouis 12. Martij in Eccle-
ſiâ Andegauenſi, Metropolitico iu-
re congregatis fratribus Coepiſcopis
Gauffrido Dolenſi, Michaele Ceno- 1365.
manenſi, Rodulpho Redonenſi, Guil-
lelmo Andegauenſi, Guillelmo Ma-
clouienſi, Guillelmo Leonenſi, &
Eueno Trecorenſi Suffraganeis, ſede
Nannetenſi vacante, Brioceſi, Ven-
netenſi, & Coriſopitenſi abſentibus,
indicta eſt Synodus pro reformatio-
ne diſciplinæ Eccleſiaſticæ, triginta
quatuor Canonibus comprehenſa in
actis manuſcriptis: huius adhuc men-
tio fit in ſchedis Villelupenſibus anno 1372.
D 1372.

90. Segvinvs d'Avthon Pa- d'Authon.
triarcha Antiochenus, & Adminiſtra-
tor perpetuus Eccleſiæ Turonenſis, ex
nobilibus dynaſtis d'Authon in San-
tonibus, Ioannis & Philippæ de Tor-
ſai filius, regnante Carolo vi. varijs
Eccleſiæ dignitatibus decoratur; ab
eodem Principe in Italiam miſſus an.
1376. pro matrimonio Ludouici Au-
relianenſis Ducis cum Catharinâ Lu-
douici Hungariæ Regis primogenitâ.
Sedi Turonenſi præfuit an. 1380. 26. 1380.
Ianuarij, ex præfato libro obligatio-

num. Teſtamenti porrò tabulas quas A
ex MSS. codice Senatus Pariſienſis pro
ſuâ humanitâte exhibuit dom. de Vyon
d'Herouual, ſubijcere huic loco con-
uenit; ſic igitur habent membranæ:

IN NOMINE *Domini per hoc præſens
publicum inſtrumentum cunctis pateat eui-*
1394. *denter, quod an.* MCCCXCIV. *Indict.* II.
*Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris
ac Domini noſtri Domini Clementis diuinâ
prouidentiâ Papæ* VII. *anno* XVI. *die 27.
menſis Aprilis, in mei Notary publici &
teſtium infraſcriptorum præſentiâ, perſona-
liter conſtitutus Reuerendiſſimus in Chriſto
Pater ac Dominus Seguinus miſeratione di-* B
*uinâ Patriarcha Antiochenus, adminiſtra-
tor perpetuus Eccleſiæ Turonenſis, ordinauit
teſtamentum ſuum modo & formâ contentis
in cedulâ, cuius tenor de verbo ad verbum
ſequitur. In nomine Patris & Fily &
Spiritus Sancti, Amen. Nos* SEGVINVS
*miſeratione diuinâ Patriarcha Antiochenus,
adminiſtrator perpetuus* ECCLESIÆ
TVRONENSIS, *ſani mente & corpore,
attendentes quod nihil eſt certius morte, &
nihil incertius horâ eius, volentes horam
ipſam præuenire, ne inteſtati decedamus,
cupientes ſaluti animæ noſtræ prouidere, te-
ſtamentum noſtrum nuncupatiuum faci-
mus in hunc modum: In primis commen-* C
*damus animam noſtram altiſſimo Creatori
Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Beatiſſimæ
Virgini glorioſæ eius matri totíque collegio
cæleſtium ciuium ſupernorum. Item volu-
mus quod debita noſtra legitimè approbata
integrè perſoluantur, &c. Item volumus
quod corpus noſtrum dum animâ ad Chri-
ſtum migrauerit, portetur ad Eccleſiam Xan-
ctonenſem, & quod obſequia noſtra in eâ-
dem Eccleſiâ fiant, benè & condecenter ſe-
cundum ſtatum noſtrum; & quod in die ſe-
pulturæ noſtræ celebrentur in dictâ Eccle-
ſiâ centum quinquaginta miſſæ, & in die
ſeptimi noſtri totidem; & quod dictâ die
ſepulturæ noſtræ dentur cuilibet pauperi ad
eleemoſynam noſtram confluenti, quinque* D
*denary monetæ currentis. Item volumus
quod intra quadraginta dies poſt ſeptimum
noſtrum, celebrentur in dictâ Eccleſiâ Xan-
ctonenſi & alibi, in locis deuotis, per Capel-
lanos idoneos, per executores noſtros vel
alios de ipſorum mandato eligendos, pro
ſalute animæ noſtræ & parentum mille
quingenta miſſæ. Item eligimus ſepultu-
ram noſtram in ipsâ Eccleſiâ Xanctonenſi
in medio chori eiuſdem Eccleſiæ, nobis per
Capitulum dictæ Eccleſiæ conceſſo, & aſſi-
gnato, & volumus quod conſtruatur ibidem
per eos quos dicti executores noſtri ad hoc*

A *duxerint eligendos, ſepulchrum eleuatum
de marmore ad imagine noſtrâ de alaba-
ſtro deſuper appoſitâ, & inferius ad latus
circumcirca ad imaginibus parentum no-
ſtrorum; cuius ſepulturæ contemplatione, &
vt Canonici, Capellani, vicary, chorales
dictæ Eccleſiæ teneantur pro ſalute animæ
noſtræ perpetuò Deum exorare, necnon &
perpetuò quolibet anno quater anniuerſa-
rium noſtrum ſolemne ad vigilias mortuo-
rum & miſſâ cum notâ in dictâ Eccleſiâ
celebrare, campanis ſolemniter pulſantibus,
primum videlicet infra tres menſes poſt obi-
tum noſtrum ſimili die quâ ſepeliemur, &*
B *deinde proportionaliter & conſecutiuè ter
infra alios nouem menſes, etiam ſimili die
vſque ad annum reuolutum, ſimiliter per-
petuò damus ipſis Capitulo & Capellanis,
ac vicario 30. libras monetæ committendas
per Capitulũ & Capellanos prædictos, in 30.
lib. monetæ currentis redditus ſemel ſoluen-
das per manus executorum noſtrorum, per-
ſonis illis à quibus redditus huiuſmodi ac-
quirentur, quarum triginta libr. redditus
ſeptem cum dimidiâ diſtribuentur quolibet
dictorum quatuor anniuerſariorum inter
Canonicos, Capellanos, ac vicarios prædictos
qui anniuerſariis intererunt, prout in ſimi-
libus hactenus in dictâ Eccleſiâ fieri con-*
C *ſuetum. Item vlterius contemplatione dictæ
ſepulturæ noſtræ legamus ad opus fabricæ
Eccleſiæ prædictæ Xanctonenſis centum lib.
monetæ ſemel ſoluendas. Item pro ſalute
animæ parentum noſtrorum fundamus in
Eccleſiâ prædictâ Xanctonenſi vnam Ca-
pellaniam perpetuam de vnâ miſſâ quoti-
die celebrandâ, ad magnum altare eiuſdem
Eccleſiæ; & volumus quod Capellania ho-
mini per Capitulum dictæ Eccleſiæ confe-
ratur, duobus Capellanis idoneis de choro
Eccleſiæ prædictæ quos duxerint eligendos,
qui dictam miſſam quotidianam teneantur
proportionaliter celebrare; ita quod ſi Ca-
pellani huiuſmodi in celebratione defece-
rint, ſint eadem Capellaniâ ipſo iure priua-*
D *ti, & per Capitulum prædictum aliis Ca-
pellanis miſſam celebrare volentibus & va-
lentibus conferatur: ad cuius dotationem,
aſſignamus 400. lib. per executores noſtros in
redditibus committendas. Item quia viſce-
ra noſtra non poſſent commodè portari ad
Eccleſiam Xanctonenſem, volumus quod eo
caſu, quo nos contigerit decedere Turonis,
portentur ad monaſterium Cartuſienſe diœ-
ceſis noſtræ Turonenſis, & in eodem mona-
ſterio in medio chori honorificè ſepeliantur,
cuius contemplatione & vt fratres eiuſdem
monaſtery teneantur perpetuò pro nobis
Deum exorare, legamus ipſis 200. lib. ſemel*

ſoluendas, in redditibus committendas per executores noſtros; Item volumus quod Collegia quatuor ordinum mendicantium Turonis interſint, ad conducendum corpus noſtrum quando portabitur ad dictam Eccleſiam Xanctonenſem, de domo noſtrâ Archiepiſcopali, vſque ad dimidiam leucam extra ciuitatem Turonenſem; & etiam quod quatuor cuiuſlibet ordinum prædictorum teneantur conducere viſcera noſtra de Turonis, vſque ad dictum monaſterium Cartuſienſe; & pro præmiſſis necnon prouno anniuerſario per quodlibet dictorum Collegiorum in ſuâ Eccleſiâ pro nobis ſemel celebrando, & etiam vt quilibet presbyterorum ipſorum Collegiorum teneantur dicere pro ſalute animæ tres miſſas ſemel videlicet vnam de S. Spiritu, aliam de B. Virgine Mariâ, & aliam de mortuis, damus & legamus cuilibet dictorum Collegiorum 10. lib. monetæ. Item erogari volumus pauperibus in hoſpitalibus, viduis, orphanis, puellis maritandis, & aliis perſonis egentibus diœceſis Turon. 150. lib. Auenionenſis, Nemauſenſis, & Xanctonenſis totidem diſtribuendas. Item legamus Eccleſiæ noſtræ Turonenſi 100. lib. per Capitulum dictæ Eccleſiæ in redditibus committendas, ſemel ſoluendas, pro anniuerſario noſtro perpetuò quolibet anno in dictâ Eccleſiâ faciendo, quos redditus diſtribui volumus, inter Canonicos, & Capellanos, ac alios chorales dictæ Eccleſiæ, prout in ſimilibus eſt in eadem Eccleſiâ fieri conſuetum. Item legamus ad opus fabricæ dictæ Eccleſiæ noſtræ Turonenſis, 50. lib. Item damus Eccl. noſtræ Turonenſi ad vſum Archiepiſcopi vltra, ſupradictam crucem noſtram Patriarchalem, in recompenſatione quarumdam croſſæ & mitræ, ac nonnullorum aliorum paruorum iocalium dictæ Eccl. quæ in domo noſtrâ Archiepiſcopali Turonenſi exiſtentia in cuſtodiâ noſtrâ fuerunt nobis exiſtentibus Pariſiis pro negotiis noſtræ Eccleſiæ proſequendis, clam & furtiuè ſubſtracta, capta, & alienata, nobis inſciis & inuitis, licet ad præmiſſa reſtituenda minimè teneamur, cum ſine culpâ noſtrâ deperdita fuerint, & in conſcientiâ noſtrâ diligentiam quam potuimus, de eis recuperandis & inueniendis adhibuerimus; nec credimus quod dictæ croſſa & mitra valerent vltra ducentos francos. Item licet cameræ Apoſtolicæ in aliquo minimè teneamur, dictáque camera nobis in plurimis pecuniarum ſummis cauſa mutui teneatur, tamen vt ſanctiſſimus in Chriſto Pater noſter Clemens Papa modernus dignetur animam noſtram commendatam habere, quam in humanis viuentem ſuâ be-

A nignitate dilexit, & nobis quamplurima bona fecit, damus prædictæ Apoſtolicæ cameræ vltra ea in quibus nobis eadem tenetur 50. lib. Item cum olim nobiles Ioannes de Anthone, & Ludouicus de Anthone germani noſtri, pro tunc ducentes vitam in humanis, videlicet Ioannes quandam Capellaniam in ſuâ vltimâ voluntate in loco de Ioneto Xantonenſis diœceſis, & præfatus Ludouicus etiam in ſuâ vltimâ voluntate aliam Capelloniam in Capellâ S. Eligij, in magno cimiterio de Mauzsaco eiuſdem diœceſis, de vnâ miſſâ quotidie celebrandâ fundauerint deſeruiendas per Priorem, ſeu aliquos de religioſis Prioratus S. Petri dicti B loci de Mauſiaco, ad hoc deputandos, & ipſas Capellanias dotauerint de nonnullis bonis & rebus ſuis immobilibus, prout in eorum teſtamentis continetur, quia res & bona ipſæ fuerunt, & ſunt per guerras quæ diu in illis partibus viguerunt, quamplurimùm diminuta, & quia dictus Ioannes de Anthone in Capellaniâ per eum fundatâ certum diuinum officium fieri non ordinauerat, erátque, & eſt graue præfatis Priori & religioſis accedere ad dictum locum de Ioneto pro diuinis ibidem celebrandis, quódque etiam quia dotatio facta per dictum Ludouicum erat aliqualiter incerta, videli- C cet de tertiâ parte bonorum ſuorum immobilium pro indiuiſo; Idcirco nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum germanorum noſtrorum, necnon aliorum parentum, dictarum Capellaniarum dotationes augmentare, & incerta ad certitudinem reducere cupientes, ne diuinus cultus depereat, ſed potius augmentetur, & vt participes efficiamur, miſſarum, & orationum quæ per præfatos Priorem & religioſos de Manſiaco fient in futurum, volumus quòd præfatus Prior de Mauſiaco qui pro nunc eſt, & pro tempore erit, teneatur à modò per ſe, vel religioſos ſuos celebrare pro dictis duabus Capellaniis duas miſſas quâlibet die perpetuò, vi- D delicet in Capellâ S. Eligij, quarum duarum miſſarum qualibet die Lunæ altera celebrabitur de mortuis alta voce; & quater in anno tenebitur idem Prior facere ſeu fieri facere per religioſos ſuos prædictos commemorationem ſolemnem ſeu anniuerſarium noſtri & parentum: & pro præmiſſis adimplendis, percipiet idem Prior omnes res & bona, quæ præfatus Ioannes de Anthone pro dotatione Capellaniæ per eum fundatæ in ſuo teſtamento reliquit, & pro dotatione factâ per præfatum Ludouicum de Anthone, quæ erat quodammodo incerta, percipiet idem Prior perpetuò omnes res immobiles, rurales & quæ ruraliter tenentur, quæ quon-

dam fuerunt dicti Ludouici germani no-
ſtri, ſitas in territorio dicti loci de Mauzia-
co, & circa, per duas leucas circumquaque;
& in augmentotionem Capellaniarum hu-
iuſmodi per nos faciendam, legamus præfa-
tis Priori & religioſis Prioratus prædicti,
30. lib. ſemel ſoluendas per Priorem moder-
num dicti loci, ſeu eius ſucceſſorum, in red-
ditibus perpetuis Prioratus prædicti conuer-
tendas. Item quia in noſtrâ iuuenili ætate
domina Margarita de Anthone domina
d'Aumaigne ſoror noſtra, necnon quondam
pater Ioannis Domini de Anthoue, & pa-
ter Ioannis Domini d'Auſſcurre conſangui-
nei noſtri nos in ſtudio exiſtentes iuuarunt,
& ſuſtinuerunt, & pro nobis in ſuis & aliis
negotiis noſtris, de bonis ſuis quamplури-
mum expoſuerunt, dictique Ioannes de An-
thone & Ioannes d'Auſſcurre nobis per lon-
ga tempora ſeruierunt, de quibus adhuc eis
nullam, ſeu modicam remunerationem feci-
mus: Idcirco in remunerationem dictorum
bonorum, & beneficiorum, ac ſeruitiorum
nobis, per prænominatos impenſorum, à quo-
rum probatione ipſos & eorum quemlibet
relenamus, legamus primò videlicet di-
ctæ dominæ d'Aumaigne ſorori noſtræ, 300.
lib. ſemel ſoluendas. Item intuitu præmiſ-
ſorum damus Iſabellæ d'Aumaigne nepti
noſtræ, filiæ dictæ ſororis noſtræ 200. libr.
ſemel ſoluendas. Item dicto Ioanni domino
de Anthone 500. libr. dom. Ioanni d'Auſ-
ſeurre 200. lib. dictæ monetæ, ſemel ſoluen-
das. Item pro mille quingentis libris quas
aliàs recepimus, per manus executorum bo-
næ memoriæ quondam Simonis Archiepiſ-
copi Turonenſis prædeceſſoris noſtri, conuer-
tendis in reparationibus locorum & ædifi-
ciorum eiuſdem Archiepiſcopatus, quarum
mille quingentas libras, partem in repara-
tiones prædictas committi fecimus, & etiam
pro his, in quibus teneri poſſemus ratione
reparationum huiuſmodi, de & pro tempore
quo præfuimus dictæ Eccleſiæ Turon. dari
volumus & ſolui mille libras ſucceſſori no-
ſtro, quam ſummam attentis reparationi-
bus quas fieri fecimus, litigiiſque & aliis
omnibus quæ ratione dictæ Eccleſiæ no-
ſtræ notoriè ſupportare habuimus tempore
noſtro, pro præmiſſis ſufficere, imò longè
plus excedere declaramus, & etiam in con-
ſcientiâ affirmamus. Item cum dilecti &
fideles familiares noſtri Dominus Iacobus
Mazoery Archipresbyter de Leſigniaco
Pictauenſis diœceſis, nobilis vir Petrus
Tronbati, nec non Vuilardinus Fliſſardi,
Ioannes Salnery, & Nicolaus Gorron preſ-
byteri, pro nobis & nomine noſtro, ſingu-
lariter eorum quilibet plura & diuerſa ne-

A gotia noſtra rexerint, & geſſerint, ac de
bonis & rebus ad nos ſpectantibus, plura
& diuerſimodè receperint, recognoſcimus
quod ipſi nobis fideliter ſeruierunt, & no-
bis de receptis, & adminiſtratis per eos,
& per eorum quemlibet, fidele computum
& legitimom rationem reddiderunt; id-
circo eos & eorum quemlibet, de omnibus &
ſingulis adminiſtratis per eos, communiter
vel diuiſim nomine noſtro quittamus, ſolui-
mus, & perpetuò liberamus. Quia autem,
vt intelleximus, à quamplurimis ventila-
tur, nos plures pecunias habere, cupientes
contentionibus & ſcandalis, quæ poſt de-
ceſſum noſtrum occaſione huiuſmodi contin-
B gere poſſent, obuiare, declaramus & in con-
ſcientiâ affirmamus, nos ſolùm habere in
pecuniis numeratis 830. lib. Item in vaſ-
ſellâ argenteâ, tam albâ quàm deauratâ,
in vniuerſo 200. marcas argenti vel circa:
habemus autem magnam quantitatem bla-
dorum & vinorum, tàm Turonis, Cainonis,
quàm etiam apud Candam per nos à longo
tempore reſeruatorum, in quibus bladis &
vinis vltra ſupradictas pecunias, & vaſſel-
lam, ferè tota noſtra ſubſtantia conſiſtit:
habemus etiam libros noſtros, paramenta,
& plura domus vtenſilia, tam in Auinione
C quàm hîc Turon. Quæ quidem bona credi-
mus ſufficere, & vltra ad executionem te-
ſtamenti noſtri huiuſmodi adimplendam;
in quorum bonorum noſtrorum mobilium
reſiduo, completâ prius executione noſtræ vl-
timæ voluntatis, hæredes noſtros vniuerſa-
les Chriſti pauperes ordinamus, in aliis au-
tem bonis paternis & maternis, immobili-
bus quibuſcúmque, conſtituimus, hæredes
vniuerſales dominam d'Aumaigne ſororem,
& Yſabellam eius filiam neptem noſtram;
ita quod ſi ipſa ſoror & neptis ſeu earum al-
tera, non ſint hæredes, volumus quod Ioan-
nes de Anthone conſanguinieus noſter ſit hæ-
res noſter vniuerſalis: caſu verò quo dictæ
D ſoror & neptis erunt hæredes noſtræ, volu-
mus quod ſuperuiuens ipſarum, & præcipuè
dicta neptis noſtra, ſi ſine liberis dece-
dat, teneatur reſtituere hæreditatem præfato
Ioanni domino de Anthone. Si autem di-
cta neptis ſuperuiuens ſorori tempore ſui
deceſſus liberos haberet, volumus quod te-
neatur reſtituere Ioanni de Anthone loca
noſtra des Bernardieres, & de Migron, cum
ſuis pertinentiis vniuerſis. Executores au-
tem, & protectores executionis noſtri præ-
ſentis teſtamenti, ac conſeruatores bonorum
noſtrorum ad executionem huiuſmodi ad-
implendam conſtituimus, illuſtriſſimum
Principem & dominum noſtrum, Ducem
Bituriæ, necnon Neapolitanum, Pamplo-

nenſem, & ſancti Angeli ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales; Guillelmum de Senonis & Petrum Boſcheti Preſidentes in Parlamento & eorum quemlibet inſolidum; de quibus dominis & eorum quolibet ſpecialem gerimus fiduciam; quia tamen dubitamus, quod præfati domini non poſſent exercitium executionis huiuſmodi, circa ſingulares clauſulas gerere, idcirco executores actuales huiuſmodi teſtamenti noſtri ſub protectione prænominatorum dominorum facimus, & ordinamus, dilectos & fideles noſtros præfatos nobiles Ioannem de Anthone, & Ioannem d'Auſſeurre conſanguineos noſtros, necnon Iacobum Mazæry Archipresbyterum de Leſigniaco, Guillelmum Soyer Baillivum noſtrum Turonenſem, nobilem virum Petrum Tronbati & Nicolaum Bonandi Clericum familiares noſtros, &c. pro executione huiuſmodi adimplendâ, ſupponentes eadem bona noſtra, protectioni & ſaluagardiæ Curiæ Parlamenti; voluműſque quod teſtamentum noſtrum huiuſmodi valeat iure teſtamenti nuncupatiui, &c. Acta fuerunt hæc Turonis in camerâ dicti Domini, in ſuo manerio Archiepiſcopali, anno, indictione, Pontificatu, menſe & die prædictis, præſentibus Ioanne de Rochâ, Nicolao Gorron, Vuillardino Fliſſardi presbyteris, Ioanne de Fontenioux, Petro de Tilſo Domicellis, Ioanne Præpoſiti, Ioanne Eurardi Clerico Notario Curiæ Turonenſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter & rogatis. Ceterùm alios codicillos condidit, quorum exemplar in iiſdem membranis repertum, quia viram huius Archiepiſcopi quodammodo illuſtrat, ſeparatim ſubijciendum quoque puravimus:

« In NOMINE Domini Amen. an-
1395. « no Incarn. MCCCXCV. XXIII. Maij.
« Indictione III. Ponrificatus Benedi-
« cti Papæ XIII. anno primo. Reueren-
« dus in Chriſto Parer SEGVINVS mi-
« ſeratione diuinâ Patriarcha Anthio-
« chenus, Adminiſtrator perperuus Ec-
« cleſiæ Turonenſis, in camerâ altâ do-
« morum Archiepiſcopalium de Candâ
« Turonenſis diœceſis, iacens in lecto,
« vocauit ad ſe Norarium & in præſen-
« tiâ Ioannis Præpoſiti, & Ioanneri Sa-
« batherij Clericorum, ſuperuenienri-
« bus nobilibus Guillermo de Bour-
« gonio, & Ioanne de la Broſſe expo-
« ſuit mihi, quod licer aliàs teſtamen-
« tum condidiſſet, verumtamen expoſt
« aliqua ſuperuenientia, codicillum fa-
« cere volebat, prædicto teſtamento
« confirmarum cuius tenor talis eſt: In

nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti. Nos SEGVINVS miſerarione diuinâ Patriarcha Anrhiochenus, Adminiſtraror perperuus Eccleſiæ TVRONENSIS, volenres aliqua addere in teſtamenro, & ordinare per modum codicilli ea quæ ſequuntur. Et primò clauſulam in quâ fit menrio quod corpus meum porrerur ad Eccleſiam Xanronenſem, &c. mutamus, videlicer, ſi conringar nos decedere in loco noſtro de Candâ, vbi de preſenti ſumus, corpus noſtrum deponatur ac ſepeliarur in Eccleſiâ Beatiſſimi Martini dicti loci, anre altare B. Virginis, & poſt rempus comperens transferatur ad Eccleſiam Xanronenſem, in quâ ſepulruram noſtram perpetuam elegimus in medio chori: ſumma verò legati quam ordinauimus in reſtamenro, pro memoriâ in Eccleſiâ Cartuſienſi de nobis perpetuò faciendâ ipſi Eccleſiæ & religioſis perſolui volumus, & occaſione dictæ depoſitionis faciendæ in Eccl. S. Martini damus ſemel Eccleſiæ prædictæ 50. lib. pro redditibus emendis, ad opus Eccleſ. Et vr Capirulum & Chorales reneantur ſemel anniuerſarium noſtrum in eadem Eccleſiâ celebrare, ordinamus quod in eadem celebretur vna miſſa de B. Virgine. Irem legamus Eccleſ. noſtræ Xantonenſi potentiam noſtram Parriarchalem reponendam in theſauro dictæ Eccl. Item cum inrer nos & Theſaurarium Eccleſiæ noſtræ vertatur controuerſia in Curiâ Parlamenti, ſuper bonis mobilibus quæ quondam fuerunr Roberti Mauricij, quæ aſcendunt ad mille quingenros francos, nos ipſam cauſam in Capirulum dictæ Eccleſiæ transferimus. Item in reſiduo bonorum noſtrorum mobilium, complerâ primitus executione noſtrâ, ordinamus hæredes vniuerſales Capirulum Xanronenſe. Irem chariratis intuitu omnes & ſingulas iniurias, nobis quouiſmodo per Capirulum noſtrum Turonenſe & eorum complices illatas, & omnem rancorem quem occaſione huiuſmodi habere potuimus, contra eos remittimus. Item legamus nobili dominæ d'Aumagne nepti noſtræ 500. lib. fratri Helyæ de Bourgonio monacho conſanguineo omnes libros noſtros: Acta fuerunt hæc modo quo ſupra, anno, diebus, menſe, loco, indictione, &c.

Boistel.

91. Alealmvs Boistel libellorum ſupplicum in Regiâ prius Magiſter, ex cartis Theſauri, Auenionem delegatur ad Pſeudopontificem 1371. à Rege Carolo v. in tractatu fœderis cum Genuenſibus, pro itinere maritimo. Vulgatis autem catalogis Antiſtitum Turonenſium eo loco inſeritur is Alealmus ſucceſſor Seguini. A

Roye. De gueulles à la bande d'argent.

92. Gvido de Roye Matthæi domini de Royâ, & Ioannæ de Cheriſy filius, variis temporibus Virdunenſis, Senonenſis, Dolenſis, ac Turonorum Archipræſul an. 1382. vti affirmant Acta Conſiſtorialia Vaticani; eo ſedente Carmelitæ in vrbe fundantur
1386. 1386. Plura vide in Remenſibus, ad quam Metropolim vltimò transfertur.

Maille'. D'or a trois faſces antées de gueulles.

93. Amelivs de Maille' Harduini Baronis de Maillio ad Ligerim & Ioannæ de Bauçay filius, cuius proauos Turonici pagi proceres, expeditioni Fulconis v. aduerſus Henricum Regem interfuiſſe narrant geſta Comitum Andegauenſium: Hic pro Archiepiſcopatu Turonenſi fidem
1394. clientelæ iurauit 1394. xx. Ianuarij,
cuius regaliæ regimen commiſſum fuerat Petro le Berruier. Regem Carolum vi. ſolemniter Turonis aduentantem excipit 1395. prout exſcriptum è veteri regeſto. Idem Benedicto Pſeudopontifici addictus, Conuentu Præſulum ac Doctorum celebri congregato coram Rege ac principibus viris, dum ageretur de ſubſtractione ab obedien-
1406. tiâ Benedicti an. 1406. eius partes cum
Petro de Alliaco Cameracenſi Antiſtite valdè propugnauit Amelius, qui rerum gerendarum prudentiâ præſtans
1407. mittitur an. 1407. à Rege & Eccleſiâ
Gallicanâ, comite Simone de Cramaudo Patriarchâ Alexandrino, vt ab Antipapâ ceſſionis concordatum quod promiſerat, obtineret; narrant id Ioannes Iuuenalis Vrſinus, commendatione laudandum Antiſtitem prædicans, Monſtreletus, & Spondanus tomo 2. Annal. ſed ij minus verè Amelium de Brolio, nuncupant pro Maillio, quod legitimum eſt familiæ cognomen. Declaratur quoque executor codicillorum teſtamenti Guidonis Cardin. de Maleſicco 1407. ac Concilio Piſano
1409. intereſt an. 1409. vt annotauit Vghellus in hiſt. Archiepiſcoporum huius Eccleſiæ.

Gelv.

94. Iacobvs Gelv, patriâ Luxemburgenſis, Ludonico Aurelianenſium Duci à ſupplicibus libellis, Præſes Gratianopolitanus, inde Archiepiſcopatus Turonenſis præfecturâ ornatus, ſacramentum fidelitatis Regi pro-
fitetur 4. Decembris anni 1414. quo 1414.
tempore ſusceptâ nomine Caroli vi. ad ſummum Pontificem legatione, Ludouico Comite Palatino Bauariæ oratore, fideiuſſorem ſe conſtituit, cum aliis regni Epiſcopis, pro ſummâ decem millium lib. ex actis regiæ Cameræ Computorum. Fuit verò Iacobus vnus ex nunciis Concilij Conſtan-
tienſis an. 1415. ipſiúſque nomine ha- 1415.
betur prolixa epiſtola ad vniuerſos Chriſti fideles ſcripta de rebus geſtis Petri de Lunâ dicti Benedicti xiii. quâ omnes eius reſponſiones actáque diſertè recenſet: ac memoratur Seſſione 20. & 41. præfatæ ſynodi inter electores Martini v. Denique ad Ebredunenſem Sedem tranſiit, vt ſupra retulimus. B

Coetqvis.

95. Philippvs de Coetqvis ii. Cancellarius Andegauenſis, Iolandâ Reginâ Siciliæ, cœnobiarcha Prioratus de Cunaut in Andibus, ex Leonenſi Epiſcopo, vnde ortum habuit, ad Pontificatum Turonenſem ſubuectus, Regi fidem hominij pro tempo-
rali dominio profitetur an. 1427. vlti- 1427.
mâ Nouembris. Is Præſul omnium diſciplinarum genere ac eruditione inſtructus, & ſuâ ætate aſſiduis in reipublicæ functionibus occupatus, ad hæc potiſſimùm dignitatis faſtigia ſublatus eſt, ſolertis iudicij ac doctrinæ ſtudiis, quibus imbutus, Caroli vii. Francorum Regis multoties Oratoris munera exercuit apud ſummum Pontificem, Germanos, aliáſve exteras nationes. Vt verò Philippi auctoritas celſiori loco eniteret, cum illi apud Regem gratiæ locus pateret, negotiorum adminiſter præficitur, eóque officio laudatiſſimè obito, Legatus ad Concilium Baſileenſe in eo purpurâ
condecoratur an. 1440. pridie Idus 1440.
Nouemb. à Felice v. Antipapâ. Cum porrò celebris diſceptatio ſuborta eſſet inter Oratores Ducum Britanniæ & Burgundiæ, ex regiâ Franciæ proſapiâ Principum, de prærogatiuâ ſeſſionis, poſt Reges, Burgundo priorem locum adiudicante Synodo, deffenſione Britanni ſusceptâ adeo vehementi oratione in celebratiſſimo illo Præſulum C D

ſulum conſeſſu perorauit, vt reuocatâ priori ſententiâ, Synodus ſecundùm Brittonem iudicauerit; quo beneficio ſummam gratiam à Principe obtinuit, qui aſſertum ſibi, & ſeruatum honorem non obſcurè teſtatus eſt, dum benè meritis honoribus eum coluit; inſuper ob ſpectatam apud Italos ingenij præſtantiam, Galli Gallorum cognomentum facilè tulit. In Franciam reuerſus, definitioni Facultatis Pariſienſis in Pontificum controuerſiis adfuit, eâque doctrinæ validiſſima argumenta explicauit, vt omnium ſententias ad ſuam pertrahere non admodū laborauerit vir ſummæ eruditionis. Verùm Baſileenſe Concilium multis propugnare aduerſus Eugenium adniſus eſt, à quâ opinione, quamuis ad Regem ipſemet Papa literam ſcripſiſſet, amoueri nunquam potuit: ab Æneâ Syluio de multiplici facundiâ, & doctrinâ præclarè laudatus. Interim à publicis muneribus ad ſuam Eccleſiam Turonenſem diſponendam animum conuertit, celebratâ Synodo prouinciali 1431. poſt verò ſe abdicauit munere Cancellarij Andegauenſis in fauorem Epiſcopi eiuſdem vrbis, codicillis Renati Siciliæ Regis, ſcriptis in caſtro Andegauenſi menſe Mar-
1450. tio 1450. eò quod propter aſſidua politicæ rei munia hoc officium exercere, & in Archiepiſcopatu reſidere vix ei licitum erat. Huius elogium vide apud Bertrandum Argentræum in hiſtoriâ Britanniæ libro vndecimo capite 43.

Bernard. 97. Ioannes Bernard III. Turonenſis, ex Profeſſore legum, Archidiacono & Decano Andegauenſi, libellorum ſupplicum in Regiâ Magiſtro, promotus ad Archiepiſcopa-
1445. tum an. 1445. cedente vt coniectura eſt Philippo Cardinali; transſegit cum Guilelmo Iuuenale Vrſino Franciæ Cancellario 1446. VIII. Februarij. Celebrat quoque Synodum prouincialem in refectorio Eccleſiæ Andega-
1448. uenſis 16. Iulij 1448. aſſidentibus ſecundum ordinem conſecrationis, Petro Macloujenſi, Ioanne Cenomanenſi, Guillelmo Nannetenſi, & Roberto Andegauenſi Suffraganeis. Concordiam fecit cum Radulpho de iure Metropolitico, probante Nicolao Pa-
1452. pâ an. 1452. 16. Februarij, de cuius Concilij Canonibus meminit Spondanus tomo 2. Annal. Intereſt idem colloquio Regum Galliæ & Hiſpaniæ 1463. cum quadriennio antea fuiſſet 1463.
Orator Regius in Synodo Mantuanâ. Moritur die Lunæ 24. Aprilis 1466. anno Pontificatus 25. ætatis autem octogeſimo.

98. Gerardvs de Crvssol. Crvssol. Faſcé d'or & de ſinople.
Gerardi Baronis de Cruſſolio & de Beaudiſnè, ex Aleide de Laſtic filius, Ludouici de Cruſſolio magni Franciæ Panetarij, Pictonum Seneſcalli frater, Ducum Vceticenſium ex eâ genere propagatoris: conſecratur Archiepiſcopus in æde ſanctæ Crucis Aurelianenſis 1466. die 13. Octob. à Petro 1466.
Berland Burdigalenſi Antiſtite, aſſiſtentibus Martino Pinardo Abrincenſi, & altero Præſule; quo eodem anno Regi fidem hominij profitetur; deinde fit Epiſcopus Valentinus & Dienſis, ac Patriarcha Antiochenus, dimiſsâ Turonenſi Cathedrâ, migrauit ad 1472.
alteram vitam 28. Aug. anni 1472.

98. Helias de Bordeille Bordeille. D'or à deux pattes de Griffon de gueulles, onglées d'azur, posées en contrebande.
Cardinalis tituli S. Luciæ in Silice, vetuſtæ & nobilis familiæ Burdeliæ ſingulare decus, Arnaldo Seneſcallo & Prorege Petracoricenſium, ex Ioannâ de Chambrillac genitus; ipſo pueritiæ exordio Minorum Ordinem ingreſſus, Philoſophis ac Theologicis diſciplinis operam nauauit, eâque breui euaſit eruditione conſpicuus, vt verbo diuino è ſuggeſtu ad populum explicando apud Mirapicium incumbens, cum ingenij pietatiſque ornamentis clareſceret, à Papâ celebetrimæ famæ merito ad Petracoricenſem Epiſcopatum poſtulatur, annos tantùm natus viginti-quatuor; ſed defectu ætatis conſecratione illi carendum erat, ni Pontifex perſpectâ inſigni morum ſanctimoniâ cum aliis animi dotibus in primis temperatâ, diſpenſando, inaugurationis ſuæ munera Cardinali ſanctæ Crucis demandaſſet, à quo vnctus in Epiſcopum huius Eccleſiæ, cui ſingulari laude præfulſit, quoad Archiepiſcopatu Turonenſi condecoratur, pro cuius temporali ſacramentum clientelæ profitetur 23. Decemb. 1468. Regi Ludo- 1468.
uico XI. cui gratus erat. vti & Archiepiſcopus noſter Sedis Apoſtolicæ auctoritatis ſtudioſiſſimus, cuius merita rependit galero Sixtus 4. Pont. à quo creatus Cardinalis Romæ 7. Cal. Ianuarij an. 1483. ſed modeſtiæ ſpecimen 1483.
planè laudandum teſtatus eſt, cum

accepto purpuratorum oſtro, nullum edidit ſignum lætitiæ, vt notat Rodulphus Toſſiniaeenſis lib. 2. hiſtoriæ Seraphicæ. Interim tractatum ſcripſit pro abrogatione Pragmaticæ Sanctionis, quo multis argumentis probat, quanto dedecori ea non ſolùm Romano Pontifici eſſet, verùm etiam Chriſtianiſſimo Regi; edidit quoque librum de concordato circa beneficia Galliarum, & alia nonnulla opuſcula. Ceterùm hic Epiſcopali zelo cum pro causâ detentionis Cardinalis Audegauenſis, & Virdunenſis Præſulis, apud Regem conqueſtus fuiſſet Ambaſiæ, vbi ipſum conuenerat, ſubſecutis quibuſdam Eccleſiaſticis cenſuris, Senatus temporale dominium ſub regiâ manu tradidit, ſed Rex eum ab huiuſmodi decreto liberum eſſe voluit. Moritur apud caſtrum Artaniæ Baroniam ditio-
1484. nis Pontificiæ in Turonibus an. 1484.
die 5. menſis Iulij, ſepultúſque in Eccleſiâ Turonenſi, etiam miraculis inſignis: in tantum, vt auctoritate Ioannis de Planis Epiſcopi Petracoricenſis, publica inquiſitio habita fuerit anno 1526. de eius vitâ, virtutibus, miraculis quoque, vt Sanctorum faſtis adſcriberetur.

Lenoncovrt. D'argent à la Croix engreſlée de gueulles.

99. Robertvs de Lenoncovrt Abbas S. Remigij Remenſis, illuſtriſſimâ familiâ Lenoncuriâ ortus, nominatur Archiepiſcopus 1484. 21. Iul. ex actis Conſiſtorialibus Vaticani; deinde hominij fidem profeſſus eſt pro
1484. temporali, Carolo 8. apud Montcargiſium 24. Octob. ſequentis. ab eodem Rege Conuentus Minimorum ad arcem Pleſſiacam fundatur 1489. Roberto ſedente, qui poſtea tranſlatus ad Archiepiſcopatum Remenſem.

Caretto. D'or à la cottice de gueulles de ſix pieces.

100. Carolvs-Dominicvs de Caretto, Cardinalis Finarij tit. Sanctorum Viti, Nicolai, ac B. Ceciliæ, Abbas S. Crucis Burdegalenſis Archiepiſcopus Thebanus, Præſul Cadurcenſis, ex Remenſi autem Metropoli permutatione factâ cum Roberto, ad hanc Turonenſem tranſijt, pro quâ ſacramentum fidelitatis exhibuit
1509. Ludouico 12. an. 1509. 4. Maij. Legatus fuit Pontificis in fœdere habito Bleſis inter Regem, & Iulium 2. Papam; defunctúſque eſt Romæ anno 1514.

Brillac. D'azur à 3. fleurs de Lis d'argent.

101. Christophorvs de Brillac Petro domino d'Argy in A Turonibus, ex Annâ de Tranchelyon ortus erat, Abbas beatæ Crucis Burdegalenſis, Pontiſleuij, & S. Petri Carnotenſis, Epiſcopus Aurelianenſis, poſt Aquenſis in Prouinciâ Archipræſul an. 1500. denique Turonenſis Metro-
politanus 1514. interfuit ſacro Reginæ Claudiæ à Franciâ apud S. Dionyſium 1514.
1517. è vitâ ſublatus menſe Octobri an. 1520.

De Beavne. De gueulles au cheuron d'argent, accompagné de trois beſans d'or, 2. en chef 1. en pointe.

102. Martinvs de Beavne Iacobi Baronis de Samblancay, Vicecomitis, Balliui & Proregis Turonenſis, ærario Franciæ Præfecti, ex Ioannâ Ruzæâ filius, Iacobi Epiſcopi Venne- B tenſis, ac Guilelmi Baronis de Samblancay frater fuit, patruúſque Martini Podienſis Antiſtitis, & Reginaldi Belnenſis Archiepiſcopi Patriarchæ Bituricenſis. Hic ad Turonenſem Ec-
cleſiam aſſumitur 1520. pro quâ Fran- 1520.
ciſco 1. fidem hominij præſtitit 24. Decembris eiuſdem anni. Cæſaroduni interiit an. 1527. menſe Iunio.

La Barre.

103. Antonivs de la Barre Decanus S. Martini an. 1518. Abbas S. Trinitatis ſeu B. Catharinæ de Monte Rotomagenſi, & Canonicus eiuſdem Eccl. nominatur Archiepiſcopus C à Franciſco 1. cui ſacramentum fideli-
tatis iurauit an. 1528. 24. Aprilis, ad- 1528.
miſſus in Eccleſiam die quintâ Iunij eiuſdem anni; Memoratur in actis Abbatiæ Cormaricenſis ad an. 1536. & 1540.

Armagnac. Ecartelé au 1 & 4. d'Armagnac, comme cy-deſſus. Au 2. & 3 de Rodez.

104. Georgivs d'Armagnac Cardinalis S. Nicolai in Carcere, recipitur 27. Februarij 1547. exhibito per procuratorem Carolum de Caretto Epiſcopum Cadurcenſem hominio temporalis Regi Henrico 11. an. 1548. poſthæc aſſumptus eſt ad Toloſanam
Sedem, vbi fuſius de ipſo egimus, tan- 1548.
démque ad Auenionenſem.

Poncher. D'or au cheuron de gueulles briſé en pointe d'vne teſte de negre de ſable, bandée d'argent & accompagnée de 3. coquilles de ſable 2. en chef 1. en pointe.

105. Stephanvs Poncher D 11. Turonenſis, dominus d'Eſclimont, du Tremblay le Vicomte, la Houſſaye, Villeneufue, Ardelles, & Champigny, Abbas S. Petri Viui Senonenſis, libellorum ſupplicum in Regiâ Magiſter, parentes habuit Iohannem Poncher ærarij Franciæ Generalem, & Catharinam Hurault; ex Baiocenſi autem Epiſcopatu ad Turonenſem tranſlatus, hominium iurat Henrico 11. Regi 9. Maij 1550. ac poſſeſſionem adipiſcitur per procuratorem Ioannem de Seluâ
Abbatem Turpiniaci. Fundator mu- 1550.

nificus monaſterij Cœleſtinorum d'Eſ- A climont, ſeptimo ab vrbe Carnotenſi lapide 1548. vbi & ſepultus eſt, cor in Cathedrali Pariſienſi humatum; cuius tumulo hæc adiecta inſcriptio:

Stephani Poncherii

Archiepiscopi Tvronensis v.c. *opt. de ſe merit. Philippus Hurault libellorum ſupplicum Reg. præfect. mem. ater. poſ. Adſta viator, eſt quod hic adſtans legas; lectiſſimus vir & legi digniſſimus, Stephanus ſepulchro Poncherius in hoc iacet, & ipſe clarus, & genere claro editus, domóque, ſed quam dignitatem in* B *priſtinam reſtituit ipſe, oppreſſa cum eſſet ab inuidis: is multa obiuit munia, & ciuilia & ſacra, non minore laude, quàm fide, ob idque multis Principum virûm intimus vixit, quibus placere laus non vltima eſt, ab eiſque magnis auctus, & maioribus augendus in dies laborum præmiis, ſe morte raptum ſenſit is, non hæc ſibi. Sed facilis eſt iactura rerum vilium, meliora certè mortuo manent bona, ſua facta iuſtè, ſobriè fideliter manet auctor harum, duxque pietas omnium virtutum in illo, quàm fuiſſe inſigniter inſignem, apertè oſtendit hæc ædes ſacra, hic quàm piè ſacris piorum cœtibus & condidit, & ornauit ipſe conditam.* C *At ei viator pro tot his factis benè, benè ſit, precari te ſat eſt, faciet Deus. Vixit an.* 1552. *XLIV. menſ. II. dies XV. obiit Idibus Martij, anno Domini MDLII.*

Farnese. D'or à ſix fleurs de Lis d'azur 3.2.1. 106. Alexander Farnese Cardinalis Oſtienſis, Petri Aloyſij Parmæ Ducis, & Hieronymæ Vrſinæ filius, ampliſſimis ſuâ ætate dignitatibus condecoratus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius, Archiepiſcopus Auenionenſis, Montiſregalis, ad Turonenſem autem nominatus à Rege 1553. Henrico 2. 1553. Patriarcha Hieroſolymitanus, baſilicatum S. Petri, & Mariæ Maioris Archipreſbyter, multorum E- D piſcopatuum item Adminiſtrator, Legatus à Latere ad Cæſarem, Auenionenſis & patrimonij Eccleſiaſtici Legatus, Siciliæ, Arragoniæ, Luſitaniæ, Poloniæ, Imperiique Romani Protector: tandem ſacri Collegij Princeps, opulentiſſimis ſacerdotiis auctus, Curiæ Rom. ſplendor, purpuræ ornamentum, quâ donatus 1534. ab auo ſuo Paulo III. Pontifice, Romæ defunctus an. 1589. in templo Patrum Societatis Ieſu in vrbe, hac breui epigraphe ſepulcro clauditur: *Alexandri Farneſij Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellary Epiſcopi Oſtienſis, huius Eccleſiæ fundatoris.*

Maillé Brezé. Comme cy-deuant. 107. Simon de Maillé II. Guidonis de Maillé domini de Brezé, Andegauenſium Proregis, & Annæ de Louan filius, Amelij Præſulis conſanguineus, eiuſdem ſtirpis ſecundus Turonorum Archipræſul; ex monacho Ciſtercienſi & Abbate Oratorij, docti viri laude præſtantiſſimus ab Epiſcopatu Viuarienſi, ad patriæ Cathedram euehitur, pro quâ hominij fidem iurauit Regi Henrico 2. anno 1554. 3. Ianuarij. Synodum prouincialem celebrat menſe Maio Turonis inchoatam, & Septembri abſolutam Andegaui an. 1583. cui interfuêre octo Epiſcopi, & aliarum Sedium delegati. Vnde occaſionem accepit epiſtolæ ad Chriſtianiſſ. Henricum III. Galliæ Regem ſcriptæ verba iſta inſerendi: Hæc eſt, Auguſtiſſime Rex, « vera & genuina impenſæ per nos hac in « re operæ hiſtoria: hi ſunt, qui dum id « egimus, nos exercuere labores; quos « quidem gratiſſimos habere profitebimur, « ſi non eos ſeuiſſe, ſed vt Deo « acceptos eſſe, à ſuo ſpiritu profectos, « non dubitamus, ita & tibi Regi clementiſſimo « & prudentiſſimo probari « ſenſerimus, id autem tum ſentiemus, « cùm, quæ à noſtrâ Synodo decreta « ſunt, tuæ majeſtatis auctoritate fulciri, « atque in his exequendis, contra « omnes noſtræ prouinciæ rebelles, lege « ageli licere, te permittente, cognouerimus « &c. Hunc igitur Chriſtianiſſ. « Rex, à Turonenſis prouinciæ Patribus « exaratum libellum, tuæ excellentiſſimæ « Majeſtati ſupplices offerimus, gratûmque « habere humillter deprecamur. « Offerimus, inquam, tibi libellum « exemplo Patrum Concilij Cabilonenſis « II. qui Imperatori Carolo Magno « ſua decreta duxerunt offerenda, vt ſacratiſſimo « ipſius iudicio, quæ ab ipſis « rectè erant ſancita, confirmarentur: « & ſicubi forſan eſſet omiſſum quidpiam, « eius prudentiâ ſuppleretur. « Quod quidem ita feciſſe Concilij Turonenſis « III. Patres, ex ipſius fine haud « dubiè colligitur. Neque enim dum « offerimus, ignoramus, quantum Eccleſiæ « miniſtris tribuas, quàm religioſus « ſis in tractandis Eccleſiæ decretis, « quàm diligenter in mentem tuam introſpicias, « & perconteris reipſum antequam « de miniſtrorum Dei ſtatutis «

1554.

1583.

» aliquid exiſtimes immutandum. Gra-
» to igitur animo accipe, optime Prin-
» ceps, tuorum humilium Canones, eóſ-
» que obſeruari per totam prouinciam
» iubeto. Scripſit pariter ad Gregorium
XIII. Pont. Max. qui hæc decreta Ec-
cleſiaſticæ diſciplinæ ſaluberrima con-
firmauit, quæ poſtea edita ſunt. Por-
rò in comitatu Caroli Cardinalis Lo-
tharingi profectus Tridentinæ Syno-
do adfuit, cui homilias viginti qua-
tuor S. Baſilij è Græco Latinè reddi-
tas, patrono optimo dicauit, vti Gui-
lel. Morelius S. Gregorij Turonenſis
opera. Eo ſedente, Petrus Ronſardus
nobili in Vindocinis ortus genere,
poetarum princeps, ad S. Coſmi fa-
num non longè ab vrbe Turonenſi
1585. ſpiritum emiſit 1585. ætatis ſexageſi-
mo, ibidémque ſepultus. Simon au-
tem in fundationem celebritatis B. Si-
meonis in Cathedrali ſuâ 1200. au-
reos largitus eſt, ac tandem ætatis 82.
1597. XI. Ianuarij 1597. animam exhalauit,
depoſitus in capellâ S. Blaſij. Iure me-
rito inter illuſtres eruditione viros
laudatur à Scæuolâ Sanmarthano lib.
4. vnde elogium eius appoſitè hîc re-
ferri poſſe videtur, quod huiuſmodi eſt:

SIMONEM MALLIVM *Andi-
no ex agro ſpecioſis ortum natalibus &
ſplendidis opibus affluentem, ornabat etiam
incomparabilis morum candor, veréque
Chriſtiana pietas, & qui ab eiúſmodi for-
tunâ plerúmque abhorret, literarum amor
flagrantiſſimus. His ille meritis & Archi-
epiſcopus Turonum à Rege dictus eſt, &
cum ſe Carolo Cardinali Lotharingo in
clientelam dediſſet, hoc duce profectus in
Italiam, inter cæteros Europæ Præſules
Tridentinâ Synodo clarus & illuſtris emi-
cuit. Sed maturè ceſſet aulâ vir quietioris
vitæ cupidus, ac in Brezæo, ſuæ gentis a-
mœno prædio, ſedem ſtudiis & commen-
tationibus opportunam delegit. Quo in re-
ceſſu cum alia conſcripſit opera, tum ſele-
ctas vigintiquatuor ex D. Baſilio concio-
nes puriſſimè fecit Latinas, & Cardinali
ſuo dedicauit. Habitabat in eâ domus par-
te, quam ſuis ipſe ſumptibus ædificauerat,
opere quidem egregio & eleganti, ſed in-
firmiore poſitam ſolo, quæ cùm à funda-
mentis conuulſa de nocte repentè concidiſ-
ſet, fatalíque & improuiſâ ruinâ dome-
ſticos propè omnes oppreſſiſſet, ſolus inter
effoſſa ſuorum cadauera illæſus & incolumis
repertus eſt. Vt optimum Præſulem atque
diuini cultûs obſeruantiſſimum, certâ Nu-
minis prouidentiâ, in rem Chriſtianam
A ſeruatum fuiſſe pij omnes facilè crederent:
nec ſine maximo ſtupore lætarentur. Vixit
inde ad octogeſimum annum & alterum,
quamuis articulari morbo diſtortus; nec an-
te periit, quàm confecto Hiſpanicæ coniura-
tionis inteſtino bello, iucundiſſima tandem
Galliæ pax arrideret. Hoc etiam felix,
quòd idoneum ei ſucceſſorem ſuperi delegê-
re Franciſcum Guellæum nobiliſſimum vi-
rum, qui Themidis quoque pius Antiſtes
in Senatoriâ dignitate iam antea præcla-
rum ſui ſpecimen edidiſſet.* Simon verò
inter alios fratres habuit Arturum do-
minum Brezæi, Stipatorum regiæ cu-
B ſtodiæ Præfectum, Claudij domini dè
Milly patrem, auum autem Vrbani
Marchionis Brezæi, Andegauenſium
& Cataloniæ Proregis, Equitum Fran-
ciæ Tribuni, parentis Armandi Du-
cis Fronſaci, Rupellæ, Broagij, & Al-
nienſis tractus ad Oceanum Guberna-
toris, maris Præfecti, qui ad Orbitel-
lum in Tuſciâ copiarum maritimarum
Dux anno 1646. glande tormentariâ
ictus occubuit, ſuperſtite vnicâ ſorore
& hærede Clarâ Clementiâ Malliâ
Brezæâ, Ludouico Borbonio Princi-
pi Condæo collocatâ, quo ex coniu-
gio illuſtris hæc familia multùm no-
C bilitatur.

108. FRANCISCVS DE LA GVES-
LE II. Ioannis domini de la Gueſle
Præſidis in Senatu Pariſienſi & Mariæ
Poiret filius; ex Conſiliario eiuſdem
Parlamenti, ac B. Mariæ Canonico
ſacríque Conſiſtorij Aſſeſſore ad hanc
Eccleſiam promotus, Henrico Magno
Regi fidem clientelarem iurauit 1597.
die 28. Aprilis, exceptus ſolemniter
in vrbem eodem anno; ſequenti verò 1597.
an. 1598. Comitiis Cleri Gallicani cum
interfuiſſet, ad eundem Henricum 4.
miſſus eſt, vt nomine Cleri oratio-
ne ipſum ſalutaret in regio caſtro de
D Monteaux 28. Septemb. quod munus
magnâ eruditionis opinione præſtitit.
eo ſedente Carmelinæ, Recolleti, &
Fulienſes in vrbe ſtabiliuntur; tandem
in conuentibus regni generalibus Lu-
tetiæ Franciſcus ſupremum diem obiit
30. Octobris 1614. Fratres hic habuit 1614.
Iacobum dominum de la Gueſle ge-
neralem Regis Cognitorem, ampliſſi-
mæ procurationis auctoritate nobilem,
itémque Alexandrum Marchionem
d'O, Ioannem & Carolum bellicâ
laude præſtantes viros.

LA GVESLE. D'or au cheuron de gueulles accompagné de trois cors de ſable, virolez d'argent, enguiché de gueulles.

109. SEBASTIANVS GALIGAÏ
Abbas Maiorismonaſterij, Florenti-

GALIGAÏ. D'or à vne chaiſne d'azur en ſautoir.

nus, Franciſco ſuffectus eſt nomina- A tione regiâ Ludouici XIII. cui fidem hominij profitetur pro temporali 9.
1617. Martij 1617. admiſſus in Eccleſiam 20. Aprilis. Sororem habuit Leonoram, vxorem Concinij illius Marchionis Equitum Franciæ Tribuni, qui ſub Mariâ Medicæâ infelici fato trucidatus eſt: quâ cæde abdicans anno 1617. in patriam ſe recepit Sebaſtianus vbi vltimum diem clauſit.

D'Eschavx. D'azur à trois faſces d'or.

110. Bertrandvs d'Eschavx filius Vicecomitis de Baigorry, aliàs de Eſchaux in ſaltu Pyrenæo citerioris Nauarræ, Abbas Diui Maxentij B in Pictonibus, Regij Ordinis Præceptor, primus Ludouici XIII. Eleemoſynarius, ac ſacri Conſiſtorij Conſiliarius, Baionenſis Antiſtes conſecratur an. 1598. intereſt Comitiis Pariſienſibus 1614. vnde ad hanc Metro-
1618. polim tranſlatus 1618. 14. Octobris. eodem anno Conuentui Notabilium Rotomagenſi adſtitit, & ſequenti 31. Decemb. inter Præceptores S. Spiritus ab eodem Rege aſcitus eſt. Sub eius Pontificatu Patres Oratorij Ieſu Turonis fundantur, fatóque functus anno 1641. humatur in Cathedralis C capellâ, vbi viuens ſibi monumentum ex ære & marmore condiderat, cui appoſita hæc inſcriptio:

Hic iacet Bertrandvs de Eschavx, *virtute clarus, doctrinâ inſignis, proſapiâ illuſtris, qui Regum Henrici Magni felicis memoriæ, & Ludouici* XIII. *regnantis, per totos* XXXV. *annos Primus ſacrarum largitionum Comes fuit. Per annos* XXV. *Baionenſis Antiſtes, & per annos* XXIII. Archiepiscopvs Tvronensis, *necnon Torquati Regij Spiritus Præfectus; tandém-*
1641. *que plenus gloriâ & diebus obiit anno ætatis ſuæ* LXXXV. 21. *May anno* MDCXLI. D

Bovthillier. D'azur à 3. faſces d'or accoſtées.

111. Victor Bovthillier Abbas Aquæuiuæ, Celſitudinis Regiæ Gaſtonis-Ioannis-Baptiſtæ Aurelianenſium Ducis primus Eleemoſynarius, Capellæ & Oratorij Magnus Magiſter, Claudij Quatuoruiri Regiis Epiſtolis ac diplomatibus ſcribendis, ærarij Franciæ Præfecti, & Torquatorum Equitum Theſaurarij frater, necnon Sebaſtiani Epiſcopi Adurenſis; ex Canonico Metropolitanæ Pariſienſis à Ludouico XIII. ad Bolonienſem Epiſcopatum nominatur Kal. Decembris an. 1626. tum à Ioanne-Franciſco Gondio Archiepiſcopo Pariſienſi conſecratur 1628. 9. Aprilis in Eccleſiâ Carmelitarum ſuburbij S. Iacobi, aſſiſtentibus Claudio Gelas Agennenſi, & Nicolao Sanguin Siluanectenſi Epiſcopis. Eo ſedente cum iniuriâ bellorum templa paſſim diruta iacerent, in diœceſis ſuæ Attrebatum & Flandriæ finibus, rurſum excitari plurimâ curauit, tum Oratorij Sacerdotes apud S. Vlimari Abbatiam cuius erat Commendatarius aduocauit, annuóſque prouentus ordinauit inſtituendæ litteris iuuentuti. Franciſcanas etiam Boloniæ, regulâ ſtrictiore Annuntiatarum Bituricenſium, & Ardearum moniales Dominicanas habitu S. Benedicti ad meliora reuocauit. Circa idem tempus B. Virginis imago miraculis illuſtris, graſſante bello hæreticorum deperdita, iterum reperta, ſuo loco reſtituitur à Victore, & paulòpoſt diuina virtus prodigiis factis enituit. Bertrando d'Eſchaux Turonenſi Archiepiſcopo nominatur Coadiutor 12. Decembris 1630. & ipſo fatis cedente 21. Maij 1641. Eccleſiæ realem adipiſcitur poſſeſſionem: interfuerat an- 1641.
tea Cleri Comitiis generalibus Pictauij 1628. Pariſiis 1635 & 1645. quibus 1645.
vltimis duobus præfuit. Ludouico autem XIII. regnante, non ſemel prudens & induſtrius Antiſtes, ab eo varias in regni partes, maximè in Picardiam, delegatus eſt, vt diſſidia inter ciuitatum gubernatores exorta componeret, & bono publico conſuleret. Interim cum Monſtrolij ciues grauius in Epiſcopum Ambianenſem diœceſanum peccaſſent, proptereà vrbe interdicto excommunicatâ, reſipiſcentibus illis, mittitur à Rege & Clero Gallicano 1635. accipiendæ Eccleſiæ nomine expiationis noxæ Monſtrolienſium, quibus veniam petentibus, & graui alloquio commonitis, ſatiſfactione prius exhibitâ Epiſcopo & Eccleſiæ Ambianenſi, abſolutionem reis impertitur 28. Septembris eiuſdem anni. Præterea regij diplomatis virtute 1640. adhuc Coadiutor, cum Chinoni moniales & puellæ dæmonum maleficiis, vt ferebant, turbarentur, tum Iuliodini, vbi quoque malum graſſabatur, curauit eas ab hac infeſtatione purgari; denique Paſtorem Nouatorum Montorii in Vindocinis hæreſi laborantem, fidei noſtræ my-

ſteriis & colloquiis pluribus imbutum A
1649. 1649. in Metropolitanâ Turonenſi, eiuratâ hæreſi, Eccleſiaſticæ communionis participem fecit, concurrentibus vndique multis millibus populorum. Inſtituit paſſim in diœceſi Curatorum congregationes menſtruas, vt de rebus quæ ad pietatem, & ſcientiam Eccleſiaſticam pertinent, inter ſe conuenirent. Admiſit etiam ſanctæ Vrſulæ moniales Montiſrichardi ac Inſulæburchardi, Auguſtinianas Belliloci, & Annunciatas Turonis, vbi tum collabentia Pontificij palatij ædificia reſtituit, tum noua quoque addidit, hortis, aliiſque ornamentis eleganter decorauit.

DECANI TVRONENSES.

DECANORVM indicem qui nunc primùm in lucem prodit, beneficio præfati dom. Abbatis Villelupenſis, ex ſuâ manuſcriptorum codicum bibliothecâ nacti ſumus hac ſerie.

Orbertus Sancti Mauricij Decanus C
933. ſubſcripſit priuilegio Therolonis Archiepiſcopi monaſterio Beati Iuliani an 933.

Neſingus an. 940. rogatu Theotolo-
940. nis ab ipſo data eſt præbenda S. Iuliano.

Badilo teſtis recenſetur in præcepto eiuſdem Theotolonis, quo probat donationem Dodaldi Archidiaconi Abbatiæ monialium S. Lupi in ſuburbiis Turonicis, firmantibus quoque vnà cum Theotolone, Dodaldo, Badilone Decano, aliiſue Eccleſiaſticis viris, regnante Ludouico.

Rogerius enuntiatur in decreto Arduini Antiſtitis, de quodam manſo pendente ab Abbatiâ Pruliacenſi, quod ſigillo ſuo corroborant iidem
968. Archipræſul, & Decanus, Bernardus Archiclauis, Boſo Archidiaconus, Augerius Præcentor, menſe Maio, in ciuitate Turonicâ, anno 13. imperante Lothario Rege, ex tabulario Salmurienſi.

996. *Hugo* I. officio Decanatus fungebatur 996.

Lauctor confirmationi Hugonis primi Archipræſulis præſens fuit, cum Auito Cantore, Airedo & Gautero Archidiaconis, factæ Eccleſiæ Belleualenſi, in honore Virginis fundatæ, vt fratres huius loci libertate gaudeant, homines familiæ ſuæ in cimiterio humandi, quod priuilegium confirmauit poſtea Ioſcius Archipræſul, ex tabulis cœnobij Aquæuiuæ.

Bono præſens dedicationi monaſterij Vindocinenſis an. 1040. cum Ar- 1040.
nulfo Turonenſi Præſule, Vuenilone Archidiacono & Theſaurario, qui pariter diplomati Theodorici Carnotenſis Epiſcopi ſubſcripsêre.

B
Gaufridus de Langeais I. ex toparchis LANGEAIS.
huius cognominis ad Ligerim in pago Turonico, Decani officium exercuit, vt conſtat ex inſtrumento Gaufredi Andegauorum Comitis pro Abbatiâ Maioriſmonaſterii 1059. & alio Bur- 1059.
gulienſis cœnobii, quâ Hugo de Langeais conſenſu fratrum ſuorum Amelini videlicet, Gaufredi Decani, & auctoritate domini Gaufredi de Meduanâ, donum fecit in Baldrici Burgulienſis Abbatis manu, pro eleemoſynâ medietatis curtis de Carlonâ S. Petro datâ, in conſpectu Andegauorum Conſulis, ait, victorioſiſſimi; ſubſcriptis Radulfo Turonenſi Præſule, Fulcone & Amelinâ Comitiſſâ.

Goffridus Maior II. Decanus S. Mau- MAIOR.
ricii, & Cantor B. Martini in veteri cartulario an. 1081. ordinatur Epiſco- 1081.
pus Andegauorum 1082. ex chronico breui Eccleſiæ S. Albini.

Radulfus præfuit Capitulo an. 1127. 1127.
vt produnt antiqua documenta.

Hugo II. cuius memoria extat in ſchedis Abbatiæ de Aquauiuâ, & titulo Radulphi preſbyteri de Fauerolles an.
D 1140. qui cum ceteris Eccleſiarum Sa- 1140.
cerdotibus libertari huius monaſterii moleſtiam inferre conabatur, preſentibus Eccleſiaſticis viris baſilicæ Sancti Mauricii, annuente eodem Hugone Decano & aliis.

Gano, ſiue *Ganilo* Decanus & Archidiaconus 1150. in membranâ Abbatiæ 1150.
Sulliacenſis.

Bartholomeus de Vendoſme anno 1174. VENDOSME.
ex Decano electus Archiepiſcopus, de quo ſuperius actum eſt.

Hugo de Vendoſme III. ſuperioris fra- VENDOSME.

ter anno 1177. cum quo & Stephano A
1177. Decano Andegauenſi nominatur 1180.
tum etiam ſubſcriptus reperitur tabulæ confirmationis Bartholomæi Archiepiſcopi frarris pro Eccleſiis Burgulienſis cœnobij 1188. & eodem anno cum Hilario Abbate in inſtrumen-
1190. to de tractu Sagenæ, ac tabulis anni 1190.

Theobaldus præſens definitioni Gaufridi Comitis Perticenſis, annuentibus Thomâ filio & Guilelmo Præpoſito Carnotenſi, pro fundatione Eccleſiæ
1202. Collegiatæ caſtri de Mauritaniâ anno 1202.

DE FAYE

Ioannes de Faye I. an. 1206. ex Decano in Pontificem aſſumptus anno
1208. 1208. vti ſcribitur in chronico Turonenſi.

SAINTE MAVRE. D'argent à vne faſce de gueulles.

Iosbertus de Sainte-Maure ex vetuſtâ ſtirpe Turonicâ oriundus, dynaſtarum de Sanctâ Maurâ, Decanatus curam geſſit 1216. vt habent tabulæ cœnobij Montiſceleſtis.

Gaufridus III. memoratur in actis an-
1226. ni 1226. & 1231.

1232. *E....* Decanus erat an. 1232.

A.... an. 1233. vt obſeruant chartæ
1233. Theſauri regij.

Galeranus ex Decano creatur Nan-
1240. netenſis Præſul circa an. 1240.

1241. *Raherius* 1241. menſe Iulio vnà cum Capitulo dedit in opus Eccleſiæ Turonenſis, quoddam vſuarium in ſyluâ de Tuleyo communi inter Regem &
1248. Archiepiſcopum; recenſetúrque in ſchedis eiuſdem Theſauri anno 1248.

GVERRANDE.

Iacobus de Guerrande Canonicus Pariſienſis & Decanus Turonenſis 1257.
1259. & 1259. menſe Aprili in chartophilacio Montiſceleſtis; tranſiit ad Epiſcopatum Nannetenſem ſub an. 1260.

MONTSOREAV.

Ioannes de Montſoreau II. ex Decano eligitur Archiepiſcopus 1270. vti habent litteræ quas retulimus.

1284. *Reginaldus* 1284. ſcribit cum Capitulo Philippo Regi Francorum pro licentiâ eligendi Archiepiſcopi.

G.... cum Capitulo Turonenſi poſt
1290. mortem Philippi Metropolitani huius Eccleſiæ, item epiſtolam ſcripſit an. 1290.

SAINTE-MAVRE. Comme cy-deuant.

Guilelmus de Sainte-Mauré Decanus ſub Pontificatu Stephani de Burgolio Archiepiſcopi qui ſedit au. 1324. 1324.

LE MAINGRE.

Gaufredus le Meingre, IV. Ioannis le Meingre dicti Boucicaut Franciæ Mareſcalli frater, ex Decano Epiſcopus Laudunenſis an. 1363. 1363.

ORGEMONT. D'azur a 3. eſpis d'or en pal.

Nicolaus d'Orgemont Petri domini de Chanrilly Franciæ Cancellarij, & Mariæ de Voiſines filius, Amalrici Chantilliaci toparchæ, Petri Epiſcopi Pariſienſis, & Gulielmi domini de Mery frater, Pariſienſis Canonicus, & Magiſter Cameræ Computorum, Decanus autem huius Eccleſiæ 1406. Burgundæ factioni addictus fuit, de cuius infelici caſu meminêre Nicolaus Gillius ſub an. 1416. in hiſtoriâ Caroli VI. 1416.
& Ioannes Iuuenalis Vrſinus; moritur in cuſtodiâ detentus Magduni ad Ligerim, Clericorum ſuæ ætatis ditiſſimus.

BOHIER. D'or au lion d'azur au chef de gueulles.

Thomas Bohier Abbas Bernaü, dominus de Nazelles & de Panchian, Franciſci Maclouienſis & Ægidii Agathenſis Epiſcoporum frater.

BALSAC.

Carolus de Balſac.

BENARD.

N.... de Benard Rezé in Senatu Pariſienſi Conſiliarius, Decanus anno 1654.

VIENNENSES ARCHIEPISCOPI ET COMITES.

VIENNE en Dauphiné ſur le Rhoſne & la Gere.

VIENNA Allobrogum iuxta Cæſarem, Liuium, Pomponium & Strabonem, Viennenſis nobiliſſimæ in Galliis prouinciæ Metropolis, & celebris Archiepiſcopatus Sedes, ad Rhodanum poſita eſt; quinque leucis hodiè, hoc eſt vt Seneca tradit in ludo Claudij Cæſaris, decimoſexto lapide à Lugduno diſtans, vnde Tacitus hiſtoriarum lib. I. vno amne tantùm diſcretis Lugdunenſibus, & Viennenſibus, odium quoque connexum dixit; de hac Cæſar lib. 7. cap. 2. Ptolemæus lib. 2. cap. 10. Mela lib. 2. cap. 5. Suetonius in Auguſto cap. 9. & 19. Plinius lib. 3. cap. 4. Vetus colonia fuit iuris Italici olim in Narbonenſi Prouinciâ, vt patet ex l. vltimo de Cenſibus, de quâ ſic Clau-

dius Imperator ſermone habito in Senatu : Ornatiſſima Colonia valentiſſimâque Viennenſium, quàm longo tempore Senatores huic Curiæ confert. Ado vult Senatoriam dici quod in eâ Senatus eſſet ad modum Romani qui Gallias diſponeret, quod nomen refellit Ph. Berterius Diat. 2. ſed fortè quod ex eâ multi ciues ad Senatorium ordinem conſcendiſſent, & propterea antiquam & Romano Senatui claram præcipuè teſtatur Stephanus III. Papa. Apud Martialem libro 14. epig. 106. vitiſera quod optimis vinis abundet, pulchra ab eodem & Fortunato, vrbs Alpina & opulenta Auſonio epiſt. 23. ſaxosâ conſtructa in valle apud Theodulfum Aurelianenſem in pareneſi ad iudices. Ceterùm antiquitas & excellentia Viennæ ſupra Lugdunum, earúmque ſocietas deducitur ex Euſebio lib. 5. cap. 2. ibi námq; refertur celeberrima illa epiſtola Viennenſis & Lugdunenſis Eccleſiarum ad Phrygianam, ex quâ liquet Viennenſem ad Romanam prouinciam pertinuiſſe, Lugdunum verò ad Galliam armis Imperio ſubiectam. Vnde Præſules Viennenſes tunc à Pontificibus Romanis multo in honore habebantur, imò & primi Galliarum. Secundo enim ſæculo quamuis Lugduni permaneret Præfectus Galliarum, verumtamen Viennenſis Epiſcopus ante Lugdunenſem primas tenebat, veriſimiliter ob eius venerabilem vetuſtatem. Euſebius porrò vtrique Eccleſiæ titulum concedit Metropoleos inſignis; quæ quidem Vienna ſub iugo Romani Imperij permanſit. Cum verò litem haberet cum Arelatenſi, cuius æmula antiquitùs fuit, multùm ſibi conſulere viſa eſt, ſi partem Viennenſis Prouinciæ retineret. Nec minus clara extitit ſub Francorum & Burgundionum regno, nam Vienna Sedes nobilis regni dicitur in vitâ Adelaidis Imperatricis ab Odilone, ſcriptâ; eiúſque Archiepiſcopus Comes & Cancellarius Burgundionum fuit; Metropolis quoque Galliarum nuncupatur in Concilio Viennenſi, quod Formoſus ſummus Pontifex an. 892. conuocauit apud S. Saluatoris baſilicam : & Fredericus II. Imperator eius Eccleſiæ Antiſtitem Principem ſuum appellat; Petrus dictus Venerabilis Patriarcham & Primatem Galliæ. In veteri autem numiſmatis

A inſcriptione legitur. *Sancta Metropolis Vienna maxima Galliarum*, ſacra & ſacerdotalis Adoni in chronico, totiúſque orbis Gallici honor in veteri poëmate prædicatur. Regni item ſede gaudebat Vienna, propterea quod à temporibus Gondebadi & fratrum id eſt an. 473. ipſorum ditionis caput extitit. Ex eo etiam coniiciunt nonnulli Lugduno ſuperiorem fuiſſe, quod Auitus Viennæ Epiſcopus, cum Epaonenſem ſynodum conuocaſſet, Viuentiolum Lugdunenſem præceſſit, & videtur, aliquatenus has duas ſedes ſub Francorum imperio inter ſe ſaltem pa-
B ri gradu honoris habitas fuiſſe. Poſtmodum Vienna reſciſſa fuit an. 865. à regno Prouinciæ, quod Imperator Lotharius erexerat in gratiam Caroli tertij filij ſui, cum Lothario Caroli fratri ceſſit, deinde Carolo Caluo vt vult Regino, ſaltem poſt obitum Ludouici Balbi. Anno verò 869. in Synodo Mantalæ prope Viennam, Boſo ſponſus Ermengardis vnicæ filiæ Imperatoris Ludouici 2. titulo Regis donatus. Vienna caruit hâc prærogatiuâ poſt mortem Ludouici dicti Cæ-
C ci Boſonis Regis filij; nam Hugo Theobaldi Comitis Arelatenſis natus, cum maximam partem regni Caroli Conſtantini, filij Ludouici Cæci expugnaſſet, principatum Viennenſem ſeruauit, & hominio ſe ſubiecit Rodulphi & Ludouici Regis Tranſmarini, cum reliqua pars Rodulpho II. Regi Burgundiæ, & Comiti Arelatenſi, tranſlata eſſet. Defuncto autem abſque liberis Carolo Conſtantino, Conradus & Rudolphus 3. Burgundionum Rex, Comes Arelatenſis, Viennam rurſus Sedem regni conſtituunt, & eius Pontifici Cancellarij Burgun-
D diæ dignitatem ablatam reſtituunt, quâ Agilmatus etiam tempore Lotharij potiebatur. Rudolphus III. apud Orbam ciuitatem Comitatum Viennenſem Burchardo Archiepiſcopo dedit 14. Sept. anno 1023. quod à Frederico Barbaroſſâ confirmatum eſt Hugoni 1153. eiſdémque Præſulibus conceſſit 1157. vt eſſent in regno Burgundiæ ſacri Palatij Archicancellarij. Vnde factum, vt qui Viennenſem principatum poſthac obtinuerunt, ſicuti Delphini Viennenſes, iis hominium iurauerint, ſicuti patet ex fide clientelari Andreæ à Burgundiâ Principis regu ſanguinis Francorum, Humberto Archiep.

Archiep. Viennenſi exhibitâ an. 1217. idem præſtitêre Guigo 5. an. 1223. Ioanni Archiep. & Humbertus 1. Delphinus Guilelmo 1283. Non ſatis liquet, an alii participes Viennenſis dominii, ſicuti Comites Matiſconenſes, pro tertiâ parte eidem ſubiectioni addicti fuerint, quàm Delphini, quia ab an. 1255. Ioannes Archipræſul dominia acquiſiuit Hugonis Viennenſis domini de Pagny, ex iiſdem Comitibus oriundi; anno igitur 1337. Delphinus Humbertus 11. pacto inito cum Guilelmo Viennenſi ſancti Georgii dynaſtâ, ex hac familiâ prognato, iura eius ſibi vendicauit, mixta cum iis, quæ ad Delphinatus Principes ſpectabant hâc acquiſitione, quemadmodum alia topareharum de Pagny vnita fuerant ĭis quæ ad Archiepiſcopos attinebant. Certum eſt nihilominus, quâ ratione Delphini Viennenſibus Præſulibus hominium profitebantur, ſic hi Regibus Arelatenſibus: conſtat enim quod Guilelmus Antiſtes Frederico Barbaroſſæ Biſontii præbuit clientelarem fidem 1176. regnum antem Arelatenſe ad an. 1214. perdurauit; quæ quidem ſuperius relata, huius Metropolis, tum vetuſtatem, tum honoris titulos luculenter demonſtrant. Primaria Eccleſia ſancto Mauricio ſacra eſt, Thebeæ legionis ſummo Duci: Canonicos habet viginti, Decanum, Præcentorem, Archidiaconum, Cantorem, aliáſve Dignitates, cuius Capituli olim primam poſt Archiepiſcopalem obtinebat dignitatem Præpoſitus. Porrò inſigni priuilegio eius Sedis Antiſtites cohoneſtauit Calliſtus 2. Papa an. 1120. qui ex regiâ familiâ Comitum Burgundiæ ortus, prouinciæ, ſicuti & Eccleſiæ Viennenſis cuius Archiepiſcopatum habuerat, illuſtrandæ gratiâ, Primatum in ſeptem prouincias, Viennenſem, Bituricenſem, Burdegalenſem, Auſcitanam, Narbonenſem, Aquenſem, & Ebredunenſem conceſſit; ne verò contentiones, in Lugdunenſi causâ ſimiles ſuborirentur, Primatus honori Vices Apoſtolicas attribuit; & ne recens videretur prærogatiua, à Silueſtro 1. aliiſve Romanis Pontificibus, huius inſtitutionis primordia deſumpſit; quorum exemplaria ſuppoſititia, vt aiunt, continentur in Antiquitatibus Viennenſibus: quâ quidem ex Calliſti ordinatione initium habuit aliquorum aſſertione, hæc diuiſio, quæ in Notitiis Galliarum præfixa eſt in octo Viennenſes prôuincias, cum eruditorũ virorum auctoritate, veterúmq; monumentorum fide liquidò id refellatur, & Marcellinus, Rufus, Index prouinciarum, ipsáque Imperij vetus Notitia, vnam tantùm Viennenſem agnoſcant. Cum autẽ Calliſti decreto Bituricenſis ſedes quæ Primatus iura in Aquitaniâ ſibi arrogabat, tum Narbonenſis, quæ Vrbani 2. conſtitutione Aquenſis prouinciæ, ſeu Narbonenſis ſecundæ Primatum quoque obtinebat, ſubditæ eſſent Viennenſi, ex hoc nouo priuilegio, *Primatis Primatum* nomen & inſigniâ ſibi aſcripſit, & moneræ quam cudi curabat Viennæ; *Maximæ Sedis Galliarum* titulum appoſuit. Sed nullâ, vel modicâ auctoritate huius decreti, quod per ſubreptionem indultum fuerat, & antiquorum Primatum iura reſcindebat, Archiepiſcopus Viennenſis poſterioribus ſæculis potitus eſt. De quibus priuilegiis Viennenſibus multa ſcripsére Petrus de Marcâ in tractatu de Lugdunenſi & ceteris Primatibus, ac Ph. Berterius diatribæ 11. Hos habet Suffraganeos Viennenſis, VALENTINENSEM & DIENSEM, GRATIANOPOLITANVM, VIVARIENSEM, MAVRIANENSEM, & GENEVENSEM: In cuius diœceſi circiter trecentæ & triginta quinque Eccleſiæ parrochiales reperiuntur, cum Abbatiis ſequentibus, quarum duæ collegiatæ S. Bernardi & Theuderij, vnitæ ſunt menſæ Archiepiſcopali:

Suffragans de l'Archeueſché de Vienne. Valence & Die. Grenoble. Viuiers. Morienne. Geneve.

S. PETRI, *S. Pierre de Vienne*, O.B.

S. ANDREÆ, O.B.
S. André le bas de Vienne.

S. BERNARDI DE ROMANO, O.B.
S. Bernard de Romans.

S. THEVDERII, *S. Chef*, O.B.

S. ANTONII VIENNENSIS, O.A.
S. Antoine de Viennois.

BONÆVALLIS, *Bonneuaux*, O.C.

Viennenſium Antiſtitum hiſtoriam in antiquitatibus ſuis edidit Ioannes de Boſco Celeſtinus Lugdunenſis, eaſdem alio opere publici iuris fecit Ioannes le Lieure ipſe Canonicus Viennenſis; nos verò antiquiſſimæ huius Metropoleos Archiepiſcoporum

catalogum ita conſcripſimus.

1. S. Crescens à Paulo epiſtolâ 2. ad Timotheum cap. 4. in Galatiam profectus dicitur ad prædicationem Euangelij, quam traditionem ac talem habuiſſe primum Pontificem admittit Eccleſia Viennenſis; ſed cum nomine Galatiæ plurimi Galliam interpretentur, & ſub Nerone paſſum Euſebius, Sofronius, ac chronicon Alexandrinum prodant; Dorotheus autem, Galeſinius, & Baronius eius martyrium ſub Traiano collocent, idcirco remittimus hanc quæſtionem diſcutiendam, ad locum Sulpitij Seueri de primâ Galliæ martyrum epochâ vindicatum, vbi copiosè hac de re diſputatum eſt; & tamen Viennenſis Creſcens Potino, vel Irenæo Lugdunenſi antiquior non aſſeritur, aut certè eius æqualis, vel ſuppar; rectè autem ibi adnotatur primorum Viennenſium Epiſcoporum ordinem valdè perturbatum eſſe in chronico Adonis.

2. S. Zacharias, cuius paſſionem ſub Traiano conſignat Ado, & de martyrij tempore pluribus etiam diſputatur parag. 15. ſuperioris diſſertationis.

3. S Martinus Calend. Iulij, de quo idem Ado in chronico & Martyrologio, ipſúmque Romanum.

4. S. Verus Calendis Aug. Martyrolog. Roman.

5. S. Iustus 4. Nonas Maij.

6. S. Dionysius cui ſcribit Victor ſummus Pontifex de Paſchatis celebratione.

7. Paraconas ſedit in Epiſcopatu vſque ad Maximini tempora teſtimonio Adonis.

8. Lupicinus ad quem etiam extat epiſtola Cornelij Papæ tomo tertio Bibliothecæ Patrum.

9. Simplides, vel Simplidius, die tertiâ Februarii.

10. Paschasius 22. Februarii, Martyrologium Romanum.

11. Claudius, quem Ado & Beda in chronico tradunt interfuiſſe Concilio Arelatenſi primo, quod negat Baronius. At hic Claudius alius eſt à Claudiano cognomento Mamerto, presbytero Viennenſi, ac librorum

A de Statu Animæ auctore, quem aliqui perperam Claudij nomine Epiſcopum Viennenſem faciunt. Quâ de re legendus ipſe Ado in chron. Trithem. & Bellarmin. de Scriptor. Eccleſiaſtic. poſt Gennadium cap. 83. Honorius Auguſtodunenſis, Poſſeuin. in Appatatu, Galeſinius, Sigonius, Giſſelinus, qui eius opuſcula ediderunt.

12. Verus, hùc reſtituendus videtur, qui cum Bedâ Exorciſtâ ad Arelatenſe Concilium 1. conuenit ſub annum 314. ex actis Conciliorum Sir- 314.
mondi.

B

13. Nicetas, vel Nicetius.

14. Nectarius Vaſionenſi Synodo interfuiſſe deſignatur ab Adone; ſed de eodem Epiſcopo nihil certi affirmari cenſent nonnulli.

15. Florentius Concilio primo 374.
Valentinenſi præfuit an. 374.

16. Simplicius an. 417. ex epi- 417.
ſtolâ 7. Zoſimi Papæ ad Epiſcopos prouinciæ Viennenſis & Narbonenſis 2. inter claros ſui ſæculi Antiſtites annumeratus à Greg. Turon. lib. 2. hiſt. C cap. 13. cum Exuperio Toloſano, Amando Burdegalenſi, ceteriſque alits, « quos digniſſimos fidei religioniſque « cuſtodes prædicat. «

17. S. Mamertus frater Claudiani auctoris librorum de Statu Animæ, Eccleſiam Viennenſem adminiſtrauit an. 462. vti ſignificat Hilarii Papæ epi- 462.
ſtola ad Leontium Arelatenſem, pro eius causâ examinandâ in Synodo, quia extra ſuos fines Dienſibus Epiſcopum ordinauerat. Hic vſum Rogationum, & ſacrarum litaniarum, cultu remiſſiore neglectum in Galliis, feliciter reſtituit, apud ſuam Eccleſiam inducens, cum Viennenſis vrbs terræ D motibus, aliiſve prodigiis turbaretur, quas diſertè exponit Alcimi Auiti Epiſcopi Viennenſis Homilia condita, à quo vſu conſuetudo Rogationum proceſſerit: pro quâ triduanâ celebritate ante Aſcenſionem Domini, Mamertus circiter an. 474. Synodum con- 474.
gregauit, non 452. quemadmodum Ado ſcribit. Has igitur, non à Mamerto primùm fuiſſe inſtitutas, ſed tantùm collapsâ diſciplinâ reformatas poſt Adonem teſtatur Sidonius lib. 5. epiſt. 14. ad Aprum: *Quarum*, inquit, *nobis ſolemnitatem primus* Mamercus

pater & Pontifex reuerentiſſimo exemplo, utiliſſimo experimento, inuenit, inſtituit, inuexit. Erant quidem priùs (quod ſaluâ fidei pace ſit dictum) vaga, tepentes, infrequentéſque, útque ſic dixerim oſcitabunda ſupplicationes, quæ ſæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maximè aut imbres aut ſerenitatem deprecatura. In his autem quas ſuprafatus ſummus Sacerdos nobis & protulit, pariter & contulit, ieiunatur, oratur, pſallitur, fletur. Confeſtim huiuſmodi vſum, non Gallos ſolùm, ſed vniuerſam quoque Eccleſiam, in primis Aruernenſem recepiſſe docent S. Auitus Epiſcopus in homiliâ, & Sidonius ep. 1. lib. 7. ad Mamettum ipſum Rogationum inſtitutorem: totâ porrò Galliâ indictæ & obſeruatæ ſunt decreto Concilii Aurelianenſis 1. can. 27. Hac de re agunt lib. 2. hiſt. cap. 34. Greg. Turon. Ado, Baronius in Martyrologio & Annalibus Eccleſ. Spondanus, Sirmondus, Sauaro in Sidonium, & alii qui de Rogationibus ſcripsêre. Memoratur Mamertus à Roricone lib. 1. c. 3. de geſtis Francorum; qualíſve fuerit indicat Sidonius lib. 7. epiſt. 1. qui eius familiaritate vſus eſt, & Auitus item poſt eum Viennenſis Epiſcopus, in homiliâ; cuius anniuerſariam feſtiuitatem colunt Viennenſes XI. Maij.

18. HESYCHIVS, ſiue ISICIVS I. ex genere Senatorio ſucceſſor Mametti, quem Ado in chronico perperam tradit vſque ad tempora Zenonis Imperatoris perueniſſe: huius epitaphium ex veteribus membranis euulgatur tomo 1. Hiſt. Franciæ Scriptorum Andreæ Quercetani:

Præſulis iunctum, tumulóque AVITI
Funus HESICHI *tegitur ſepulchro,*
Qui cluens olim micuit honore
Pontificali.
Quíque mundanis titulis peractis,
Quæſtor & Regum, habilis, benignus,
Ambiit demum habitare ſacris
Incola tectis.
Cultibus Chriſti ſapienter hærens,
Fautor & pacis ſtuduit furentes
Reddere ciues ſpeciali voto
Mentis amica.
Temporum menſor numeros modóſue
Calculo cernens, ſtrenuúſque doctor,
Vnde fraterna docuit libenter
Agmina templi.
Septenum necdum peragendo luſtrum
Corpus huic Sedi poſuit beata
Mente cum iuſtis habitans refulget,
Luce perenni.
Quem ſoror Marcella gemens obiiſſe,
Vltimum præbens lacrymis leuamen,
Nomen hîc ſcalpſit, titulúmque fixit
Carmine paruo.

19. ALCIMVS AVITVS, Apollinatis Valentiæ Epiſcopi, & Fuſcinæ Deo ſacratæ Virginis frater, Heſychij Senatoris clariſſimi, inde Viennenſis Epiſcopi filius & Sedis ſucceſſor, vt ipſe ſignificat homiliâ de Rogationibus. Prædeceſſor námque meus, inquit, & ſpiritalis mihi baptiſmo pater, Mamertus Sacerdos, cui ante non paucos annos pater carnis meæ accepto, ſicut Deo viſum eſt, Sacerdotij tempore ſucceſſit, totas in eâ quam ſupradiximus vigiliarum nocte ſancto Paſchæ concepit animo Rogationes. Senatorem autem Romanum ſe appellat in epiſt. 31. ad Fauſtum & Symmachum vrbis Senatores & Conſulares. Iiſque natalibus inſignis, ac inter ſuos præcipuus, ad Epiſcopatum Viennenſem ſubuectus eſt, cui cathedræ præſidebat, dum epiſtolâ 41. Clodoueum Regem Francorum de ſuſcepto baptiſmo gratulatur. Huius labore & ſtudio, Sigiſmundus Rex Burgundionum Catholicam religionem amplexus eſt; cum enim fruſtra laboraſſet, vt Gundobadus parens eam publicè profiteretur, eius filio perſuaſit, vt Arrianam hæreſim damnaret, & Catholicam confiteretur; quo tempore Auitus coram populo orationem habuit, quâ Burgundiones eiuratâ hæreſi ad veram fidem, vt Regis ſui exemplum imitarentur inuitauit. Princeps idem religionis ſuæ ſpecimina exhibens Concilium Epaonenſe celebrari voluit, cui Auitus præfuit 517. inſuper Gundo- 517.
badi Regis hortatu, contra Eutichyanum dogma ſcripſit, item de Synodo Romanâ in causâ Symmachi, & de legatione Orientali Hormiſdæ, vt opera eius & acta Conciliorum teſtantur. Multa extant veterum ſcriptorum de ipſo teſtimonia, cuius elogium ſcribens Ado Viennenſis in chronico ætate ſextâ his verbis famam extulit: AVITVS VIENNENSIS Epiſcopus eloquentiâ & ſanctitate præcipuus, cuius frater Apollinaris Valentiæ Epiſcopus miraculis inſignis, Iſicij Senatorij primùm viri, poſtea Viennenſis Epiſcopi, duo lumina, clariſſimi filij. Hic beatus Auitus aduerſus hæreſim

Arrianam, quæ tunc non ſolùm Africam, ſed & Galliam, Italiámque magnâ ex parte occupauerat, magno ſudore decertauit, quod clariſſima eius opera teſtantur. Scribit enim Dialogum, hæreſim illam opugnans, fideliſſimo & doctiſſimo immortalique ingenio, ad Gundebadum Burgundionum Regem filium Gundouei. Item alios libellos duos contra Neſtorium & Eutychem, auctores erroris, luculentiſſimo & caſtigato ſatis ſermone. Fuerunt & alia illius plura eximia opera in Chriſti Eccleſiâ probatiſſima. Hic Sigiſmundum Regem in fide pietatis erudiuit, qui agente illo poſtmodum Monaſterium Sanctorum Martyrum Agaunenſium, Mauricij ſociorúmque eius, conſtruxit. Quem poſtmodum captum & à Francis occiſum vehementer doluit. Quantus autem in Eccleſiâ Chriſti vixerit, quiſquis ſcire ad plenum vult, poſt eius innumera in diuinis laboribus opera, Epitaphium eius legat. Hactenus Ado. Inſcriptio autem illa in vetuſto codice exarata, habetur tomo 1. Hiſtoriæ Francorum Scriptorum:

Quiſquis mæſtificum tumuli dum cernis honorem,
Ceſpite concludi totum deflebis Avitvm,
Exue ſollicitas triſti de pectore curas.
Nam quem plena fides, celſa quem gloria mentis,
Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat,
Nil ſocium cum morte tenet. Quin proſpice Sancti
Geſta viri. primùm floreſcens indole quantâ
Spreuerit antiquo demiſſos ſtemmate faſces,
Maturum teneris animum dum præſtat in annis,
Et licitum mundi voti virtute relegat.
Nec mora, Pōtificis ſic digna inſignia ſumis,
Augeat vt ſoliti felicia cœpta laboris,
Nec tamē ob ſūmi culmē tumefactus honoris
Erigitur, ſéque ipſe aliis plus æſtimat; immo
Subiicitur magnus, ſeruat mediocria ſūmus.
Diſtribuit parcus, paſcit ieiunus, amando
Terret, & auſteris indulgentiſſima miſcet.
Cunctantes ſuaſu iuuit, ſolamine mæſtos,
Iurgia diſſoluit, certantes fœdere iunxit.
Diſſona veridicâ inficiūt quæ dogmata legē,
Hortatu, ingenio, monitu, meritiſq; ſubegit.
Vnus in arce fuit, cui quolibet ordine fandi
Orator nullus ſimilis, nulluſque poëta.
Clamant quod ſparſi per crebra volumina libri.
Qui vixit, viuit, pérq; omnia ſæcula viuet.

A Ennodius Epiſcopus Ticinenſis in vitâ B. Epiphanij, præſtantiſſimum inter Gallos Epiſcopum prædicat. Huius quoque honorifica mentio eſt apud Greg. Turon. lib. 2. Hiſt. Franc. cap. 34. cum ait: Magnæ facundiæ erat tunc temporis beatus Avitvs Epiſcopus Viennenſis. Nāmque inſurgente hæreſi apud vrbem Conſtantinopolitanam, nihil diuinitatis habuiſſe Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, rogante Gundobado Rege, ipſe contra eam ſcripſit. Extant exinde apud nos Epiſtolæ admirabiles: quæ ſicut tunc hæ-
B reſim oppreſſerunt, ita nunc Eccleſiam Dei ædificant. Scripſit enim homiliarum librum vnum, de mundi principio, & de diuerſis aliis conditionibus, libros ſex verſu compaginatos, epiſtolarum libros nouem, inter quas ſupradictæ continentur epiſtolæ. Fortunatus Pictauienſis Epiſcopus lib. 1. de vitâ S. Martini, Genealogum Alcimum egregio carmine Præſulem nuncupat; & Iſidorus Hiſpalenſis cap. 23. de illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus, lucubrationes ita enumerat: Auitus Epiſcopus, ſcientiâ ſæcularium litterarum doctiſſimus, edidit quinque
C libellos heroico metro compoſitos, quorum primus eſt de origine mundi, ſecundus de originali peccato, tertius de ſententiâ Dei, quartus de diluuio mundi, quintus de tranſitu maris rubri. Scripſit & ad Fuſcinam ſororem de laude virginitatis librum vnum, pulcherrimo compoſitum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum. Denique illuſtris eſt locus Agobardi Lugdunenſis Epiſcopi aduerſus legem Gundobadi, qui huc referendus videtur his verbis: *Temporibus Gundobadi Regis Burgundionum fuit in vrbe Viennâ Epiſcopus, Auitus nomine, fide Ca-*
D *tholicus, eloquentiâ facundiſſimus, ingenio acerrimus, ſacrarum litterarum expoſitor ſuauiſſimus, literarum etiam ſæcularium doctiſſimus, & in metris facillimus, ſicut & eius opera teſtantur. Qui cum eodem Gundobado frequenter de fide altercans, & dialogos in præſenti conſiciens, & epiſtolis abſenti reſpondens, plura & clara ingenij ſui & virtutis opera reliquit. Qui ipſo Gundobado in ſuâ perfidiâ perdito, ſucceſſorem eius Sigiſmundum Regem ad fidem Catholicam conuertit. in cuius conuerſione recitauit Homiliam in populo, ſenſuum ſuanitate pleniſſimam, & verborum compoſitione dulciſſimam.* Et in libro aduerſus

» dogma Felicis: Beatus, inquit, Aui- A
» tus Photinianorum hæreticorum va-
» lidiſſimus expugnator. Item de Iudai-
» cis ſuperſtitionibus ; Alcimus Aui-
» tus Eccl. Viennenſis Epiſcopus, quàm
» eximius doctor orthodoxus & facun-
» dus extiterit, penè tota nouit Eccleſia
Chriſti. Hæc elogia recenſet Iac. Sirmondus in præfatione operum Auiti, quæ notis illuſtrata edidit anno 1643.
» vbi obſeruat duo ferè eius vſurpari ſo-
» lere nomina, Alcimi Auiti, & tertium
» Ecdicij deprehendiſſe refert, in titu-
» lo epiſtolæ quam de poëmatum ſuo-
» rum editione ſcripſit ad Apollinarem B
» fratrem: Tripléxque fuiſſe inſinuat
» Auiti nomen, ſed verum ac proprium
» Auitus, quod ideo poſtremum locum
» tenet, de veteri more Romanorum, &
» aliorum qui eos æmulabantur, apud
» quos inualuit, vt è multis nominibus
» id quod cuíque proprium erat, vltimo
» loco ſtatuerent. De Auito plura Baronius in Martyrologio 5. Februarij, & in Annalibus Eccleſiaſticis, Honorius Auguſtodunenſis, Sigeberrus, Trithemius, Bellarminus & Poſſeuinus in Apparatu ſacro, Spondanus, & Hadrianus Valeſius lib. 7. rerum Francicarum. Alius autem eſt ab eo, de C quo Sidonius lib. 8. ep. 1. & à ſancto Auito Abbate Diui Maximini Miciacenſis, diœceſis Aurelianenſis.

20. IVLIANVS ſubſcripſit Con-
533. cilio Aurelianenſi II. an. 533.

21. DOMNINVS, quem Ado in
» chron. dicit, tam in diuinis, quàm in
» ſæcularibus artibus clarum, amato-
» rem pauperum, redemptorem capti-
» uorum, vitâque probatiſſimum.

22. PANTAGATHVS, in Synodo Aurelianenſi III. eius nomen adſcri- D
538. ptum legitur an. 538. Ado ætate ſex-
» râ de illo ſcribens: Panthagatus, in-
» quit, Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus,
» conſularibus primùm faſcibus ſubli-
» mis, ſed Chriſti humilitate primus,
» poſtmodum quinque annis Epiſcopa-
» lem Sedem fideliſſimè rexit: ſub Con-
» ſulatu Paulini Iunioris & Baſilii vitâ
» functus eſt. Cui ſucceſſit in Epiſco-
» patu Iſicius. Epitaphium eiuſdem ad-
» dendum eſt, quod his verſibus refer-
» tur tomo 1. Hiſtor. Francor. Scripto-
» rum.

Sanctorum vitam tranſactis curſibus æui,
Scriptis poſteritas cernere magna cupit.
A *Vt valeat ſimilis certis conſiſtere veris,*
Atque procul tendat viuere poſt obitum.
Hæc igitur ſancti condūtur mēbra ſepulchro
PANTAGATI *Patris Pontificíſq; pij.*
Cuius vita fuit gemino ſublimis honore,
Faſcibus inſignis, Religione potens.
Arbitrio Regum Quæſtura ſingula ſumpſit
Stēmate præcipuus, plus probitate cluens;
Dans epulas primis, & largo munere gazas,
Pauperibúſque dedit cælica regna petens.
Ingenio ſollers ingenti dogmate fulſit,
Orator magnus, vates & ipſe fuit.
His igitur ſtudiis primæuo flore iuuentæ
Inter ſummatos eſſe prior ſtuduit.
B *In ſobolem felix diuino munere vidit,*
Pars ſacrata Deo, pars genitura manet.
Poſt matura verò quàm ceſſit tempora vitæ,
Culmen Apoſtolicum contulit alma fides.
Sic linquens mundum cæleſtem poſſidet arcē,
Qui ſit præſidium celſa Vienna tibi.
Bis ſenum vitæ compleuit tramite luſtrum,
Annis quinq; ſuper ſæcula noſtra videns.
In quibus æterna contemplans præmia vitæ
Lucem perpetuam promeruítque ſuæ.

23. ISICIVS, vel ESYCHIVS II. alter ab Heſychio Auiti parente, in ca- 549.
thedrâ Viennenſi ſedit poſt Pantagatum; ſubſcribit enim Concilio Aure-
C lianenſi 5. an. 549. & in Pariſienſi 3. 555.
an. 555.

24. NAMATIVS, priuſquam Viennenſis Eccleſiæ regimini admotus fuiſſet, vxorem ſortitus erat Euphraſiam Viennenſem nobilem matronam claro loco natam: de quo his verſibus Fortunatus lib. 4. car. 27.

Vir cui NAMATIVS, *datus inde* VIENNA
Sacerdos,
Coniuge defuncto conſociata Deo.

Meminit ipſius Ado in chronico, vbi
legitur corruptè Mamatius; quem »
ſtemmate nobilem, ſed virâ & eloquio »
D inſigniorem commendat. Eius epita- »
phium ex iiſdem membranis depromptum inſeritur tomo 1. hiſtor. Franc. Quercetani.

25. PHILIPPVS Concilio Lugdu-
nenſi 2. præſedit an. 567. & Pariſienſi 567.
4. an. 573.

26. EVANTIVS, quem ſanctimoniâ decorum, & Philippi ſucceſſorem aſſerit Ado ætate ſextâ, obſeruárque cum Priſco Lugdunenſi, Artemio Senonenſi, aliiſque Epiſcopis adfuiſſe Matiſconenſi 1. ſynodo an. 581. Lug-
dunenſi 3. 583. Valentinenſi 3. 584. de- 583.
nique Matiſconenſi 2. 585. de quibus

Baronius & Sirmondus. Fato conceſ- A
ſit 586. anno XI. regni Childeberti Au-
ſtraſiorum, teſte Greg. Turon. lib. 8.
c. 39.
27. VERVS Euantio ſuffectus, an-
tea Presbyter ſtirpis Senatoriæ, quem
Ado Verum in chron. Gregorius Vi-
586. rum eodem lib. hiſt. vocitanr, Rege
eligente ſedem adipiſcitur an. 586.

28. S. DESIDERIVS Auguſto-
duni natus, ordinatur Diaconus à Vero
deceſſore, Archiepiſcopus erat iam ab
596. an. 596. quo illi & Syagrio Antiſtiti
Æduenſi ſcribit Gregorius Papa com-
mendans Auguſtinum. Hic zelo Epiſ- B
copali, teſte Adone in chron. cum Bru-
nichildis impiæ deprauatos mores li-
berius reprehenderet, ſanctum Præſu-
lem exinde odio capitali inſectata, pri-
mùm in exilium ablegandum, & poſt
aliquot annos randem interficiendum,
ſed prius ipſum Epiſcopali gradu in
Concilio Cabilonenſi priuandum cu-
603. rauit an. 603. præſidente Aridio Lug-
dunenſi Reginæ conſiliorum partici-
pe. Vnde Fredegarius Scholaſticus in
Appendice ad Greg. Turon. hæc ſcri-
» bit: Anno 8. regni Theuderici, ſy-
« nodus Cabillono colligitur. Deſide- C
« rium Viennenſem Epiſcopum deii-
» ciunt, inſtigante Aridio Lugdunenſi
« Epiſcopo, & Brunechilde; & ſubro-
» garus eſt loco ipſius in ſacerdotali of-
» ficio Domnolus. Deſiderius verò in
« inſulam quamdam exilio retruditur.
» Poſt alia ſubdit: Anno XII. Theode-
» ricus conſilio Aridij Epiſcopi Lugdu-
» nenſis, & perſuaſu auiæ ſuæ Brunechil-
» dæ, ſanctum Deſiderium de exilio re-
« greſſum lapidare præcepit. Ad cuius
« ſepulchrum miræ virtures à die tran-
» ſitus ſui Dominus integrâ aſſiduita-
« te oſtendere dignatur. Locum porrò
martyrij deſignat Ado in territorio
Lugdunenſi ſuper fluuium Calaro- D
nam. Hæc item narrantur in chroni-
co Beſuenſi, in vitâ S. Columbani,
apud Sigebertum, & Baronium in
Martyrologio; tranſlatus eſt Viennam
XI. Februarij, quâ die commemoratio
eius celebrarur.

29. S. DOMNOLVS Deſiderio
ſubrogatur è Cathedrâ deiecto, au-
» ctore Fredegario; virum ſtrenuum &
» in redimendis captiuis piiſſimum cele-
« brat Ado; ac ſcriptor vitæ S. Ruſti-
culæ Abbatiſſæ monaſterij ſancti Cæ-
ſarij Arelatenſis, loquens de falsâ eius
accuſatione dum ad Regem Clota-
rium duceretur, ait: Dominus reue- «
lauit cuidam Apoſtolico viro Epiſco- «
po ciuitatis Viennenſis nomine meri- «
tiſque DOMNVLO, vt protinus ad «
Regem gradiretur, & renunciaret ipſi «
grauem ſe offenſionem Dei habere, «
quod iniuſto iudicio condemnaſſet «
famulam Chriſti. «

30. AETHERIVS catalogo Ado-
nis ætate ſextâ inſeritur, ab eóque «
multis virtutibus præſtans commen- «
datur.

31. CLARENTIVS memoratur ab
eodem Hiſtorico.

32. SINDVLFVS, Concilio Re-
menſi ipſum interfuiſſe docet an. 630. 630.
Flodoardus lib. 2. hiſt. cap. 5.

33. HECDICVS ſucceſſor ex hoc
Adonis loco: Sindulpho Epiſcopo de- «
functo, Hecdicus Viennenſis Eccleſiæ «
Præſulatum ſuſcepit, magnæ religio- «
nis vir. claruit autem vſque ad vlti- «
mum tempus Iuſtiniani Imperatoris, «
cuius & tempore obiit. «

34. CALDEOLDVS, ſiue CLO-
DOALDVS, ex eodem Adone in chro-
nico.

35. LANDALENVS, qui Adoni
Dodolenus, dictus, reperitur ſubſcri-
ptus in actis Synodi Cabilonenſis an. 650.
650.

36. BOBOLINVS de quo mox hæc
addidit in chron. præfatus Ado: Bo- «
bolinus Viennenſis claruit: poſt quem «
Georgius magnæ virrutis Epiſcopus, «
in eadem vrbe conſtituitur.

37. GEORGIVS, præfuit ſub an.
699. referenre Adone in ætate ſex- 699.
tâ.

38. DEODATVS magnæ parſimo- «
niæ vir, vt ipſum eâ laude commen- «
dat Ado in ſuo chronico. «

39. BLIDRAMNVS.

40. EOLDVS naralibus illuſtris,
quem obſeruat Ado ſub an. 718. ad 718.
eam ſedem promotum fuiſſe his ver-
bis. Tunc Sanctus Epiſcopus EOL- «
DVS VIENNENSEM Eccleſiam re- «
bus auxit. Erat enim affinis Franco- «
rum Regibus, quíque etiam intra ci- «
uitatem in honore beatorum marty- «
rum Thebæorum, Mauricij & ſocio- «
rum eius, domunculam cryptatim «
conſtruxit, ibique non mediocrem «
partem reliquiarum, ſiue ex his mar- «

" tyribus, ſiue ex aliis poſuit. Atque ex A
" eo tempore res Eccleſiæ nomine beati
" Mauricij atticulantur, quando ex anti-
" quo & maior domus in honore ſeptem
" martyrum Machabæorum, & faculta-
" tes eiuſdem Eccleſiæ ſub nomine eo-
" rum à fidelibus afferrentur, & conſe-
" cratæ manerent. In bibliothecâ Floriacenſi Agratus ponitur ante Eoldum, ſed de hoc nihil eſt quod affirmemus ex Eccleſiaſticis diptychis, cum Ado in chronico de illo ſileat.

41. BOBOLINVS II. deſignatur Antiſtes poſt Eoldum ex Adone.

42. AVSTREBERTVS, cui Gregorius 2. litteras ſcripſit pridie Calen. Septembris an. 719. mortuus Nonis
742. Ianuarij circiter 742.

43. VVILICARIVS Abbas ſanctorum Martyrum Agaunenſium, hanc Metropolim adminiſtrandam ſuſcepit, Sarracenorum funeſtis temporibus, cuius vitæ ſummarium, & Eccleſiæ Viennenſis per hæc tempora ſtatum clariſſimè expreſſit Ado ætate ſextâ hæc
" ſcribens: VVILICARIVS Auſtre-
" berto Epiſcopo Viennæ ſuccedit. Qui
" ob cladem Sarracenorum, cum eſſet C
" domus præclariſſima martyrum citra
" Rhodanum, ab eis iam incenſa, oſſa
" beati Ferreoli cum capite Iuliani mar-
" tyris intra vrbem tranſtulit, eiſque ac-
" celerato opere, non magno precio Ec-
" cleſiam conſtruxit: vbi & eorumdem
" martyrum reliquias reuerenter com-
" poſuit: idem Vuilicarius, cùm furioſo
" & inſano ſatis conſilio, Franci res ſa-
" cras Eccleſiarum ad vſus ſuos retor-
" querent, videns Viennenſem Eccle-
" ſiam ſuam indecenter humiliari, reli-
" cto Epiſcopatu in monaſterium ſan-
" ctorum Martyrum Agaunenſium in-
" greſſus, vitam venerabilem duxit. Va-
" ſtata & diſſipata Viennenſis & Lugdu- D
" nenſis prouincia, aliquot annis ſine E-
" piſcopis vtráque Eccleſia fuit, laicis
" ſacrilegè & barbarè res ſacras Eccle-
" ſiarum obtinentibus. Infra paulò poſt ſubiungit: Relictâ Viennenſi Sede Ro-
" mam primùm abiit, ibique Papæ Ste-
" phano notus efficitur: interiecto non
" multo tempore Agauni monaſterium
" Martyrum in curam ſuſcepit.

44. BETERICVS cuius nomine tenus nihil compertum eſt in tabulatiis Viennenſibus.

45. PROCVLVS, de illo & ſuperiori meminit Ado.

46. VRSIO, diſceptauit an. 794. 794.
in Concilio Francofordienſi cum Eliſanto Arelatenſi de prouinciarum præeminentiâ, vti colligitur ex can. 3. actorum huius Synodi.

47. VVLFERIVS, quem patrio nomine Vultreiam appellarunt, annis vndecim hac Sede potitus eſt, teſerente Adone.

48. S. BERNARDVS patriâ Lugdunenſis, nobilibus auis progenitus, ac non mediocris ſubſtantiæ hæres,
B apud Ambroniacum, monaſterium inſtituit, quo in loco vitam cœnobiticam profeſſus, fit Abbas, inde Viennenſis Archiepiſcopus obeunte Vulferio; conditor item cœnobij de Romanis ad Iſaram fluuium in honore S. Petri, quod cum ſuis Suffraganeis dedicauit 6. Nonas Octobris, ſub tutelâ ſanctorum Seuerini, Exuperij, & Feliciani. Nominatur in Concilio
Lugdunenſi 828. & in Capitularibus 828.
Ludouici Pij Imp. aduerſus quem Agobardi Lugdunenſis familiaris, in causâ Lotharianæ factionis præcipuè fauit: exauctorato eodem Ludouico & Eccleſiaſticæ poſthæc communioni reſtituto, an. 834. vocatur Bernar- 834.
dus, vt purgationem ſuam exhiberet in conuentu Stramiaci Lugdunenſis pagi, vbi Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis vacantium cauſa ventilatur an. 836. Synodo quidem Bernar- 836.
dus adfuit, ſed poſtmodum in Italiam ad Lotharium ſe recipiens, vti declarat Ado in chronico, ipſo imperante poſtea deceſſit, quemadmodum docet vetus fragmentum hiſtoriæ Franciæ; humatur autem in monaſterio de Romanis ab ipſo ædificato; vide plura in libro vitæ patrum Occidentis Benedicti Gononi.

49. AGILMARVS ex Abbate Iurenſi ſubrogatur Bernardo: Synodi Valentinenſis canonibus chirographum
appoſuit an. 853. Defunctus 859. 6. Iu- 853.
lij, ſepelitur in Eccleſiâ S. Petri pridie Nonas Iulias.

50. S. ADO ſcientiâ & ſanctitate cum primis clarus, Archiepiſcopatum
iniit an. 859. ac Tuſiacenſi Concilio 859.
ſubſcribit anno 860. ad quem etiam Nicolaus Papa epiſtolam direxit ad eius conſulta de diuortio Lothariano

862. cum Theutbergâ an. 862. vbi ſancti-
moniæ ſuæ pro Eccleſiæ tutamine in-
uigilantem conſtantiam, prædicat,
hortatus vt mala quæ in regno Galliæ
fiunt, zelo pietatis ſuæ corrigantur;
idem Pontifex de illo meminit quo-
que diſt.32.& 22. quæſt.2. c. de Rebus.
874. Animam Deo reddidit an. 874. Vien-
næ in baſilicâ Apoſtolorum tumula-
tus. Magnum is nomen conſecutus
eſt chronico ab origine mundi ad ſua
vſque tempora ſcripto: diſtribuit hoc
opus in ſex ætates, prima ab orbe con-
dito vſque ad diluuium perducta; al-
tera verò à diluuio ad Abrahami nati-
uitatem; tertia ab Abrahamo ad Da-
uidem; quarta à Dauide vſq; ad tranſ-
migrationem Babylonicam; quinta vſ-
que ad Chriſtum natum; ſexta deni-
que ea continet, quæ deinceps com-
plexus, vſque ad tranſitum ſuum exara-
uit; in eo porrò res ſuæ Eccleſiæ ac
deceſſorum nomina plerúmque inte-
xuit. Inter Adonis pariter lucubra-
tiones Martyrologij inſigne eſt opus,
quo res geſtas Martyrum edidit; Aloy-
ſius Lipomanus & cum eo plerique alij
perperam auctorem Martyrologij il-
lius produnt Adonem Treuirenſem
Archipræſulem, qui nullus fuit.

51. Ottramnus, ſubſcripſit
876. Concilio Pontigonenſi 876. & capi-
tulis in palatio Ticinenſi ordinatis
menſe Februario eiuſdem anni, in Tre-
caſſino 2. an. 878. denique Manta-
lenſi 879. Ioannis 8. Papa illi plures
epiſtolas ſcripſit; Romam enim voca-
881. tur ab ipſo ſub an. 881. vt purgaret ſe
quod Boſoni faueret epiſt. 288. cum
292. & 295. quia Epiſcopum Gene-
uæ Optandi loco conſecrauerat: de
quibus paſſim acta Conciliorum.

52. Bernoinus Synodo Cabi-
887. lonenſi interfuit an. 887. apud ædem
S. Marcelli, de quâ mentio extat in
chronico Beſuenſi, ſubſcriptúſque ha-
betur priuilegio confirmationis Inge-
lario Abbati Carilocenſi ab eadem Sy-
nodo conceſſo; itémque alteri S. Ste-
phani Diuionenſis. ad ſanctum Geor-
gium conditus.

53. Rigofredus deceſſit 13.
Cal. Maij.

54. Rostagnus.

918. 55. Alexander I. an. 918. Ar-
chicancellarius in diplomate Ludo-
douici Auguſti filij Regis Boſonis
nominatur, dato Viennæ Cal. Februa-
rij. Sepelitur in S. Petro XVII. Cal.
Ianuarij.

56. Sebo, ordinatus 12. Ianuarij
an. 946. humatus ad B. Petrum in ora- 946.
torio Deiparæ Virginis 4. Kal. Mar-
tij.

57. Theutbaldus iacet in Ec-
cleſiâ Diui Mauricij.

58. Beatus Burchardus, cui
Rodulphus tertius Rex Burgundiæ
contulit Comitatum Viennenſem an.
1023. vt refert donationis exemplar, 1023.
quod ex archetypis tabulis charto-
philacij Eccleſiæ Metropolitanæ de-
promptum eſt his verbis: In nomi-
ne ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Ro-
dulfus diuinâ fauente clementiâ Rex,
&c. Sciant vniuerſi, qualiter ego læ-
tante dilectiſſimâ coniuge meâ Irmen-
gardâ Reginâ, dono ob recordatio-
nem animæ meæ, & eius, & ob re-
medium peccatorum noſtrorum, ſan-
cto Mauricio Eccleſiæ Viennenſis pa-
trono, & Epiſcopis eidem Eccleſiæ
prætitulatis, atque deinceps in curri-
cula ſæculorum prærordinandis, Vien-
nenſem Comitatum cum omnibus ap-
pendiciis ſuis, infra ipſam ciuitatem
Viennenſem, & extra dictam ciuita-
tem: Cum caſtello quod ſupereminet
ipſi ciuitati, quod dicunt proprio no-
mine Pupet: & quicquid noſtro vſui,
legis cenſura per manus miniſtrorum
noſtrorum nunc vſque ſoluebat. Hoc
idem, vt diximus eidem Eccleſiæ &
Epiſcopis ibidem ad Deo ſeruiendum
dicatis eâ lege donamus, vt ſi quis
Regum, per tyrannidem, aut aliquis
Eccleſiæ Dei inimicus, iſta voluerit
ab Eccleſiâ Dei & Sancti Mauricij
diuellere, & violenter abſtrahere,
æternas & nunquam extinguendas
flammas cum Iudâ traditore ſe do-
leat intemediabiliter luere. Et vt
hæc à nobis facta credantur, & à po-
ſteris non refringantur, manu no-
ſtrâ roborauimus & ſigillari iuſſimus.
Acta ſunt hæc 18. Cal. Octob. Anno
ab Incarn. Dom. MCXXIII. regnante 1123.
Rodulpho Rege pio, anno regni ſui
XXX. Datum in vico Vrbâ, quem
alio vocabulo dicunt Tabernis. Cum
eximiâ ſanctitatis opinione Buchar-
dus obiit 19. Aug. an. 1026. ad cuius 1206.
ſepulchrum multa & crebra facta ſunt
miracula: quamobrem promouendæ
ipſius

ipſius beatitudinis curâ, Hieronymus A de Villars Archiepiſcopus deceſſor, ſcripſit ad Paulum v. Pontificem Maximum. Epitaphij autem inſcriptio ſequens legebatur in templo Diui Petti:

Vrbs ſemper victrix, & noſtro tempore felix,
Pulſans athereum laude VIENNA *polum.*
Tu præclarorum nutrix fortiſſima Regum,
Faſtu compta manes Regia ſceptra tenens:
Tuq; roſas rubras ſanctorũ ſanguine tinctas,
Pro fidei merito reddere ſcis Domino.
Tu Confeſſores albos pro munere flores,
More tui ſolito ferre mones Domino.
Tu vetulos, viduas, iuuenes, teneráſque puellas,
Ordine diſtincto, ſiſtis opima Deo.
Tu quoque BVRCHARDVM *virtutum lumine clarum,*
Eductum tenebris aſſocias ſuperis.
Paſtorem tutus qui paſtor, & ipſe ſecutus,
Dux ſibi commiſſo, fidus erat populo.
Agnos defenſans, & fortiter hoſtibus inſtãs,
Proſternens nocuos, belligerans cuneos
Victricem palmã Domini perduxit in aulã,
Cum quo perpetuâ pace viget placidâ.
Vſu pſallendi, dum tempus erat moriendi,
Laude Dei plena lingua ſilere nequit.
Rex iuſto vita tribuiſti dona petita,
Hac dicens, Sanctus Spiritus aſtra petit.
Quarto Septembris decimo BVRCHARDE *Calendas.*
Curribus ignicomis ad ſuperos gereris.

De Burchardo poteſt addi excerptum necrologij Viennenſis vbi hæc habet:
» Decimo tertio Kal. Sepr. obiit D.
» BVRCHARDVS Archiepiſcopus, cu-
» ius labore & induſtriâ Rex Rodul-
» fus III. & vxor eius reginâ Ermin-
» garda, dederunt Sancto Mauricio vil-
» lam Commeniacum cum ſeruis & an-
» cillis, & omnibus appendiciis, & in
» ciuitate montes duos, vnus dicitur
» Suſpulus, & alter Pompeiacus, vnde
» debent fratres habere refectionem per
» totam Quadrageſimam: acquiſiuit
» etiam caſtellum in ciuitate Eumedium,
» quod alio nomine dicitur Pupet, &
» domus in ciuitate, quæ dicuntur ad
» Canales, & Comitatum Viennenſem
» cum omnibus quæ erant de fiſco tam
» in ciuitate quàm per totum Epiſco-
» patum. Reſtautauit etiam Capellam
» S. Mauritij à fundamentis quæ dici-
» tur in Paradiſo, & alia multa ordina-
» uit, quæ culpâ iniuriæ deciderant.

59. LEODEGARIVS recenſetur in diplomate Ermengardis Rodulphi Burgundiæ Regis coniugis an. 1037. 1037.
cum Pontio Valentino, Arraldo Gratianopolitano, & aliis Epiſcopis. Vitam, mores, ortus & actus anteceſſorum Archiepiſcoporum opere exarauit, vt legitur in chronico MS. ſubſcribit teſtamenro Hugonis Archiepiſcopi Biſonticenſis
1044. 8. Cal. Aprilis; 1044.
ad quem etiam Leo IX. Papa epiſtolam miſit, defunctúſque pridie Id. Iunij. Ex quo apparet mendum eorum, qui alrerum cognominem Leodegatium ſuperinducunt.

60. GVARMVNDVS, ſiue VAR-
B MVNDVS, Abbas Dolenſis in Bituri-
gibus, ordinatur Archipræſul an. 1077. 1077.
ex chronico Dolenſi, dicátque Eccleſiam S. Stephani Diuionenſis pridie Cal. Iun. Indict. 5. eiuſdem anni. Gregorius VII. Punt. lib. 4. epiſt. 6. ad Clericos Romanenſes denunciat vt Prælato ſuo Guarmundo obedirent, eíque monachos Dolenſes committit lib. 6.
epiſt. 27. & 28. an. 1078. in causâ Ab- 1078.
batis Gualteri contra excommunicationem electi, quíque in Concilio depoſitus fuerat, præcipiens religioſis vt Archiepiſcopum Viennenſem renuntiarent. Arguitur tamen ſimoniæ labe
C contaminatus in vitâ S. Hugonis Gratianopolitani apud Surium, quem eamobrem Baronius Herimanum vocans, fuiſſe depoſitum rradit, quod periuriis & ſacrilegiis excommunicatus, Viennenſem Eccleſiam infeſtare non deſiſtebar. Memoratur etiam in vitâ S. Hugonis Abbatis Cluniaci, & ex cartophilacio nigro monaſterij Regulatenſis interfuiſſe dicitur ſolemni conuentui Epiſcoporum Galliæ ſub Amato apud Sanronas
1080. animam ex- 1080.
halauit an. 1083. expungendus igitur Guntardus, in meliotis notæ catalogis prætermiſſus.

D 61. GVIDO DE BOVRGOGNE I. Guillelmi II. Burgundiæ Comitis ex Gertrude Matiſconenſi quintus natu filius, frater Rainaldi & Stephani Comitum Burgundiæ, Hugonis Biſonticenſis Archiepiſcopi, Raimundi Comitis Burgundiæ & Galliciæ, mariti Vrracæ filiæ Alphonſi VI. vnde Hiſpaniæ Reges ſtirpe maternâ propagati ſunt; inter alias ſorores habuit Giſlam Humberti Comitis Maurienæ vxotem, è quâ Sabaudiæ Comites & Duces, ipſaque Adelais Francorum Regina Ludouici VI. Groſſi vxor, prodiêre. Eum

BOVRGONGNE COMTE'. D'azur au lion d'or ſemé de billettes de meſme.

Sugerius Abbas S. Dionyſij in vitâ
» Ludouici Regis, vocat imperialis & re
» giæ celſitudinis deriuatiuâ conſangui-
» nitate generoſum, multò generoſio-
» rem moribus; ſtrenuum virum ac in-
» comparabiliter genere nobilem chro-
» nicon Mauriniacenſe. Petrus Venera-
» bilis lib. 2. Miraculorum cap. 12. regij
» ſanguinis nobilitate inſignem, ſed mo-
» ribus, probitate ac liberalis animi ma-
» gnificentiâ longè inſigniorem, eundem
» Petrus libro 4. cap. 66. hiſtoriæ Caſ-
» ſinenſis dicit, in rebus ſæculi ſtrenuum,
» & in Eccleſiaſticis apprimè eruditum.
ob eas dotes cum generis claritudine,
Principum gratiâ, & virtute emineret,
Archiepiſcopus Viennenſis creatur cir-
1083. citer an. 1083. Pontium Abbatem Clu-
niacenſem ordinauit 7. Id. Maij 1108.
& capellam S. Mariæ ibidem quæ vul-
gò Abbatis nuncupatur, dicauit 1118.
17. Cal. Septembris; anno ſuperiori
in actis fundationis Bonæuallis ſe vo-
car Legatum Pontificis, quo nomine
Concilium ab eo indictum fuit Vien-
1112. næ an. 1112. 17. Cal. Octob. vbi Hen-
ricus Imper. ob extortas inueſtituras
anathemate damnatur. Legatione igi-
tur Apoſtolicâ aduerſus ſchiſmaticos
per Gallias à Paſchali ſibi demandatâ
cum egregiè functus fuiſſet, ad hæc
proximâ affinitate Reges Francorum,
Angliæ, ipſúmque Imperatorem attin-
gens, in rebus quoque gerendis ſum-
mâ prudentiâ pollens, Gelaſio II. apud
Cluniacum decedente, in eodem mo-
naſterio omnium Cardinalium ſuffra-
giis acclamatus, ad ſummum Pontifica-
1119. tum vocatur an. 1119. Cal. Februarij,
inuitus quidem eam electionem ſuſci-
piens, quòd Cardinalibus qui Romæ
morabantur inſciis facta eſſet; mox
autem ab vniuerſo Clero populóque
Romano approbatam obſeruant Pan-
dulfus, & chronicon Beneuentanum;
comperto itaq; Cardinalium conſen-
ſu, Pontifex à Lamberto Oſtienſi pri-
die Id. Octob. eiuſdem anni inaugu-
ratus, dici voluit Calliſtus II. quod
ſancti Calliſti Pontificis die, eius co-
ronatio celebrata fuiſſet. Quare diſ-
poſitis quæ ad ſtatum Eccleſiaſticum
pertinebant, initio Pontificatus cele-
bratâ Synodo Remenſi, antequam è
Galliis abſcederet, in ſponſam ſuam
dilectam Eccleſiam Viennenſem ani-
mi propenſâ voluntate, nouo ſed inſi-
gni priuilegio, hanc Metropolim con-
decorauit 1120. concedens inter alia,

A vt Primatum ſuper ſeptem prouincias obtineret, in quibus Archiepiſcopus Viennenſis vices Apoſtolicas obiret, cum facultate ſynodales conuentus celebrandi, & negotia Eccleſiaſtica canonicè definiendi; reſcriptum illud ex fide chartophilacij Eccleſiæ Viennenſis in bibliothecâ Floriacenſi relatum huiuſmodi eſt:

CALIXTUS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Petro Decano, & Canonicis ſiue Clericis Viennenſis Eccleſiæ, tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Etſi Eccleſiarum omnium cura nobis ex Apoſtolica Sedis adminiſtratione immineat,*
B *Viennenſi tamen ſpecialius conuenit charitatis ſtudio prouidere. Ipſa enim primùm diſponente Deo, ſolicitudini noſtræ commiſſa eſt: & ad eius regimen, nos Epiſcopalis gratiam conſecrationis accepimus. Et communis igitur, & ſingularis dilectionis debito incitati, matrem veſtram, filij in Chriſto chariſſimi,* SANCTAM VIENNENSEM *Eccleſiam diligere, honorare, & B. Petri patrocinio decreuimus confouere. Omnem itaque dignitatem, & omnem munitionem, ac liberalitatem, quam vel per authentica prædeceſſorum noſtrorum Silueſtri, Nicolai, Leonis, Gregorij, & ceterorum Romanorum Pontificum priuile-*
C *gia, vel per Imperatorum, Regum, Principum, & ceterorum fidelium largitionem conceſſam obtinet: Nos quoque auctore Deo concedimus, & præſentis priuilegij paginâ confirmamus: vt videlicet ſuper ſeptem prouincias Primatum obtineat. Super ipſam Viennenſem, ſuper Bituricam, Burdegalam, Auxitanam, quæ Nouempopulana dicitur, ſuper Narbonam, Aquenſem, & Ebredunenſem, & in eis Viennenſis Archiepiſcopus, Romani Pontificis Vices agat, Synodales conuentus indicat, & negotia Eccleſiaſtica iuſtè, canonicéque definiat. Porrò illa ſex oppida vel ciuitates, Gratia-*
D *nopolis videlicet, Valentia, Dia, Alba Viuarium, Geneua, Maurienna, in eius tanquam in proprij Metropolitani obedientiâ & ſubiectione permaneant: Tarentaſienſis autem Archiepiſcopus, licet aliquibus habeatur ex Apoſtolica ſedis liberalitate prælatus, Viennenſi Archiepiſcopo tanquam Primati ſuo ſubiectus obediat. Sanè in Salmoracenſi Archidiaconiâ, conſecrationes vel ordinationes, & quicquid ad Pontificale officium pertinet, Viennenſis Eccleſia præter alicuius inquietationem, ſeu diminutionem habeat, Abbatia quoque ſancti Petri foris portam Viennæ ſita, & infra eandem vrbem, Abbatia S. Andreæ, vna monachorum,*

altera ſanctimonialium: Abbatia S. Theuderij, & Abbatia S. Mariæ de Bonaualle, quæ præſtante Deo noſtris ſumptibus & noſtris eſt fundata laboribus, in iam ſæpedictæ Viennenſis Eccleſiæ iure ac ſubiectione perſiſtant. In ipsâ etiam Romanenſi Eccleſiâ, quamuis Romanæ ſe faciat libertatis, viſis tamen prædeceſſorum noſtrorum priuilegiis, & Imperatorum præceptis, tam in ſecularibus quàm & in regularibus Clericis & Canonicis inibi ordinatis vel ordinandis, Pontifices Viennenſes, omnem habere decernimus poteſtatem. Similiter in Eccleſiâ B. Donati, & B. Valerij: & in Eccleſiâ B. Petri de Campaniâ: & Beatæ Mariæ de Annoniaco. Caſtra præterea quæ per nos recuperata ſunt, vel acquiſita, ſcilicet Pompeiacum, Saſſerlum, & caſtrum de Malaualle, Viennenſi Eccleſiæ in perpetuum confirmamus. Cœmeterium verò quod Dominus prædeceſſor noſter, ſanctæ memoriæ Paſchalis Papa, circa beati Mauricij Eccleſiam conſecrauit, liberum eſſe ſancimus, vt eorum qui illic ſepeliri deliberauerint deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſaluo. nimirum propriæ iure parochiæ. Ad hæc pro ampliori Viennenſis Eccleſiæ dilectione, ante Viennenſem Archiepiſcopum per prouinciam ſuam crucem deferri concedimus; & Viennenſem Eccleſiam, alicui ſubiacere Legato niſi Cardinali, vel alij de Romanâ prouinciâ, qui à Romani Pontificis latere dirigitur, prohibemus. Porrò in Eccleſiis quas in Viennenſi Epiſcopatu, poſt aſſumptum Apoſtolicæ Sedis miniſterium conſecrauimus, Viennenſis Archiepiſcopus eamdem quam habuerat ante, interdicendi, ac ordinandi habeat poteſtatem. Sanè infra clauſtri ambitum, vbi Clericorum manſiones continentur, nullus omnino laicorum deinceps habeat manſionem, aut aſſultum, vel rapinam facere, ſeu corporalem cuilibet audeat iniuriam irrogare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularíſue perſona, hanc noſtræ confirmationis vel conceſſionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundo tertióue commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendauerit, poteſtatis honoríſque dignitate careat, reámque ſe diuino iudicio exiſtere, de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſsimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatenus & hîc fructum bonæ actionis ſentiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ

A *pacis inueniant, Amen. Egò Caliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum Valentiæ
v. Cal. Martij, indict. 13. Incarnationis
Dominicæ anno* MCXX. *Pontificatus au- 1120.
tem Domini Caliſti* 11. *Papæ anno* 2. Italiam petens Pontifex, gratulantibus
omnibus, miro applauſu Romæ excipitur, tum Burdinum Antipapam collecto Romanorum exercitu obſeſſum
ad deditionem compulit, & in Campaniâ perpetuo carceri mancipauit; legatiſque pro pace ineundâ cum Cæſare ad concordiam reuocatis, eum
priſtinæ communioni reſtituit, factâ
B prius renunciatione de inueſtituris Eccleſiarum. Poſt hæc verò Conciliũ Lateranenſe celebrauit pro componendâ
pace, ac benè ordinatâ Eccleſiâ vrbem
quoq; decorare aggreſſus eſt, mœnibus
inſtauratis ac baſilicis, quas plurimis
donariis locupletauit. Tandem Idibus Decembris Romæ apud Lateranum anno v. menſibus 10. diebus 13.
ſui Pontificatus mortuus eſt an. 1124. 1124.
corpus humatur in baſilicâ S. Saluatoris, quæ Conſtantiniana dicitur. De
illo Ciacconius plura in vitis Pontificum, Pandulphus, Vrſpergenſis, Sugerius, Petrus Diaconus, Vuilelmus
C Malmeſburienſis, Rogerus & alij antiquiores Hiſtorici, Baronius & Spondanus in Annal. iiſque annumerandus
merito Andreas Quercetanus in Hiſtoriâ Pontificum vbi vita eius pluribus exaratur: librum de miraculis S.
Iacobi Apoſtoli edidit Calliſtus, qui
prope integer extat in Vincentio Belloacenſi, Speculi Hiſtorici lib. 26. à
cap. 30. vſque ad 42. de quo Ioannes
Mariana cap. 2. de aduentu S. Iacobi
in Hiſpaniam: denique hoc breui elogio decoratur.

Ecce Calistvs *honor patriæ, decus Imperiale*
D *Nequam Burdinum damnat, pacémque reformat.*

62. Hvmbertvs I. ei Conradus Rex priuilegium contulit anno
1146. qui Conradus iacet in monaſte- 1146.
rio S. Andreæ monachorum. Fuit is
ſucceſſor Guidonis Burgundi, vt augurati ſumus: etenim de Petro quem
nonnulli ex Canonico Podienſi, ad
Viennenſem Metropolim ſublectum
referunt, nulla in diptychis mentio
habetur.

63. Hvgo ex Gratianopolitano Antiſtite, donationem à Frederico Imp.
Romanorum anno 1153. pro Eccleſiâ 1153.

Viennenſi impetrauit, vti expreſſum in Bibliothecâ Floriacenſi. Eugenij Pont. ad eum extat epiſt. 8. lib. 6. Petri Venerabilis, quæ ita incipit: „ Quantò perſona tua ampliori religio- „ ne cognoſcitur decorari, tantò gra- „ uius ferimus, cum per te religioſi „ Deúmque timentes viri contra iuſti- „ tiam infeſtantur, & tu ſuper hoc tam „ à vicinis quàm longè poſitis infama- „ tis. Cum enim tui habitus conſidera- „ tio te ad religionem diligendam debe- „ ret accendere, & ad ipſam propagan- „ dam ſtudioſius inuitare; tu Ciſtercien- „ ſes & Cluniacenſes fratres, ſicut fre- „ quentes querimoniæ indicant, nequa- „ quam proregis ſed impugnas. Epiſtolâ IX. ad eundem Petrum ſe purgat ab obiectis, qui Abbas Cluniacenſis Pontifici de hac re ſcribens ep. XI. „ ſubdit: Manus domini Viennenſis, in „ quantum recolere poſſum, mundæ „ ſunt à ſanguine omnium Cluniacen- „ ſium: & iuxta quod ſentio, niſi fortè „ quod non puto, fallor, innocens eſt „ ab omni Cluniacenſi noxâ, ex quo „ Viennenſis Patriarcha factus eſt, non „ ſolùm opere, ſed etiam verbo.

64. Stephanus, Archicancellarius regni Burgundiæ dicitur in præ-
1157. cepto Frederici Veſuntione dato 1157. quo ei omnia priuilegia confirmantur, teſtibus Humberto Biſonticenſi, Petro Tarantaſienſi, & aliis Præſulibus. Ad eundem annum mentio ipſius reperitur apud Radeuicum Friſingenſem lib. 1. cap. 11.

65. Guillelmus I. ex Decano, hominium præſtat pro Regalibus Fre-
1176. derico, Veſuntione 16. Cal. Aug. 1176. memoratútque in altero diplomate eiuſdem Imperatoris 1177.

66. Robertus I. interfuit Concilio Lateranenſi an. 1179. habetur verò ipſius nomen adſcriptum tabulis
1181. cœnobij Altæcombæ 1181. & 1184. enuntiatúrque cum Hugone Bonæuallis Abbate ac Guillelmo Comite Ge-
1195. bennenſi. Deceſſit 15. Calend. Iulias an. 1195. hac inſcriptione funeratus in baſilicæ Metropolitanæ Capellâ S. Stephani:

Si quid iuris erat gladio defenſor vtroque,
Gratia ſi linguæ, ſi littera, religióque,
Si genus, aut mores poſſunt auertere fata,
Te Paſtore fuit Roberte Vienna *beata.*

A *Felix quòd fruitur ſaltē domus iſta ſepulto,*
Quo viuente, frui gauderet tempore multo.
Sed quia te dignus vir non fuit inclytæ mundus,
Deſeris hunc, in quo remanet tibi nemo ſecundus.
Et iam decurſi dignum mercede laboris,
Iunius æthereis menſis te reddidit horis.
Quē tibi ſola dedit ſuccedere gratia Chriſti,
Te tuus Aynardus gemit hoc epigrammate triſti.

67. Aynardus reſcriptum immunitatis priuilegiorum ab Henrico Imp. accepit 1196. Taurini v. Calend. 1196.
B Aug. præſentibus Annone Tarantaſienſi, & Angelo Tarentino Archiepiſcopis.

68. Humbertus II. religionem profeſſus in Cartuſiâ Cellionis prope Burgum, ad apicem Pontificatus Viennenſis euehitur, cuius mentio eſt in hiſtoriâ Antonianorum ſub an. 1208. & 1214. in diplomate Fre- 1208.
derici quod eâ verborum formulâ depromptum eſt, ex originalibus tabulis cartophilacij Viennenſis:

In nomine ſanctæ & indiuiduæ „ Trinitatis, Fridericus II. diuinâ fa- „ uente clementiâ Romanorum Rex „
C ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, Vi- „ carius Eccleſiæ. Sicut inter cæteras „ Eccleſias & Metropolitanas Sedes re- „ gni Burgundiæ generalis & honore „ qui clariori ſydere refulget, ita pecu- „ liaris gratiæ prerogatiuam apud Impe- „ rialem celſitudinem meruit obtinere, „ vt Metropolitanus eius inter cæteros „ Archiflamines principalem locum & „ dignitatem obtineat; Et quia Prin- „ ceps conſilij noſtri eſt, & Archican- „ cellarius in Burgundiâ, & primus in „ aulâ Regali & in adminiſtratione Rei- „ publicæ cæteris excellentiori dignita- „
D te præpollet; Quapropter notum fa- „ cimus vniuerſis Imperij noſtri fideli- „ bus præſentibus & futuris, quod nos „ mutatione ſereniſſimi patris noſtri Ro- „ manorum Imperatoris diui Auguſti, „ & Regis Siciliæ, pro fideli deuotione „ atque conſtantiâ quam nobis & Ro- „ mano Imperio Viennenſis Eccleſia ha- „ ctenus ſtuduit exhibere, tibi Vmberte „ venerab. Archiepiſcope, & per te ſuc- „ ceſſoribus tuis, & fideli etiam prerataæ Eccleſiæ Canonicorum conuen- „ tui Viennâ cum omni integritate com- „ mittimus in perpetuum, Popetum videlicet canales & palatia, portus, & ſi qua „ ſunt alia infra & extra ad eius digni- „

» tatem pertinentia, quem tenoris mo-
» dum tibi & Eccleſiæ tuæ recognoſ-
» centes, omnem laicalem perſonam
» nullâ obſtante temporis preſcriptione
» à dominio ſupradictæ vrbis exclndi-
» mus in perpetuum: prefata quippe ci-
» uitas Imperialis Sedis eminencia nul-
» lum propter nos nec ſimiliter debet
» habere poſſeſſorem, ſed qnandiu ab-
» ſumus, ipſam per eiuſdem loci Ar-
» chiepiſcopum & per Cathedrales Ca-
» nonicos cuſtodiri oportet; nullâ enim
» ratione volumus Eccleſiam ſuo iure
» fraudari, & tyrannicam poteſtatem in
» Clericorum & ſuorum ſeruitutibus do-
» minari. Preterea caſtrum S. Tbeude-
» rij cum pertinentiis ſuis, vniuerſa quo-
» que prædia, omnes quoque res & poſ-
» ſeſſiones quaſcúnque, vel in quibuſ-
» cúnque locis, vel Regnis ſiue Comita-
» tibus predeceſſores noſtri Reges, vel
» Imperatores à primitiuâ Eccleſiâ eidem
» matri Eccl. Sancti Mauricij Viennenſis
» Metropoli ad noſtra vſque tempora
» ſpontaneè contulerunt, vel alij Prin-
» cipes ſeu quilibet Deo fideles pro re-
» medio animæ ſuæ, vel qualibet aliâ piâ
» deuotione, vel aliâ iuſtâ causâ ad eandẽ
» Eccleſiam tranſtulcrũt, vel in futurum
» tranſtulerint, per noſtram Regiam au-
» ctoritatem eidem Eccleſiæ, eiúſque re-
» ctoribus omnis confirmationis muni-
» mine confirmamus. Itaque præcipien-
» do ſancimus, paritérque iubemus, vt
» nullus iudex publicus, vel quilibet ex
» iudiciariâ poteſtate, ſiue aliquis ex fi-
» delibus noſtris, in Eccleſiis aut locis,
» vel agris, ſiue reliquis poſſeſſionibus
» memoratæ Eccleſiæ Sanctorum Mar-
» tyrum, quas moderno tempore iuſtè &
» rationabiliter in quibuſdam pagis, aut
» quibuſcúnque territoriis poſſidere vi-
» detur, vel quibus eam diuinâ maieſtas
» augere voluit, ad cauſas iudiciario mo-
» re audiendas, vel freda aut manſiones,
» vel paratas faciendas, vel fideiuſſores
» tollendos eſſe iudicet, ſeu tollere pre-
» ſumat, bomines ſcilicet Eccleſiæ tam
» ſetuos quàm ingenuos, neque diſtrin-
» guat, neque vllas redibitiones vel illi-
» citas occaſiones ininſtè reqnirat, aut
» occaſione gardæ violentiam inferat,
» non teloneum, ſiue pedaginm in aquis,
» vel terris, vel redibitionem de paſturis,
» non ſyluaticum, non ſummaticum, non
» pulueraticum exigere audeat, ſed quic-
» quid de rebus prefatæ Eccleſiæ pote-
» rat fiſcus exigere, totum nos pro æter-
» nâ remuneratione predictæ Eccleſiæ

A remiſſione perpetuâ concedimus, vt «
iugiter Chriſti famulos in iam dictâ «
Eccleſiâ perſiſtentes; Dei miſericor- «
diam pro nobis exorare delectet; ſu- «
per hæc omnia quicquid per negli- «
gentiam Rectorum à prauis bominibus «
ablatum, arque auulſum, vel direptum «
eſt, ſub omni integritate vſque in ex- «
quiſitum reddimus. Tibi verò Hvm- «
berto dilectiſſimo noſtro venera- «
bili Viennenſi Archiepiſcopo dignita- «
tem ab anteceſſoribus noſtris collatam «
indiuiſam conſeruantes, recognoſci- «
mus videlicet vt in regno Burgundiæ «
ſacri palatij noſtri Archicancellarius, «
B ac ſummus Notarius noſtrorum ſem- «
per exiſtas, & poſt te ſucceſſores, cui «
Regalia quoque in diœceſi tuâ, com- «
mune etiam forum agentium & ſuſti- «
nentium cauſas, tam ciuiles quàm cri- «
minaliter noſtrâ conceſſione in regno «
teneas, & poſſideas, ſaluo in omnibus «
& per omnia iure Imperiali. Ad hæc «
decernimus, vt in aduentu noſtro vel «
quotieſcúnque ad curiam noſtram vo- «
catus fueris, vel expeditionem nobiſ- «
cum facere debueris, ciues Viennen- «
ſes omni excuſatione remotâ, congrua «
tibi ſubſidia conferant. Priuilegia «
C quoq; Imper. & Regum anteceſſorum «
noſtrorum quorum ſcripta Viennen- «
ſis habet Eccleſia, tibi & eidem Eccle- «
ſiæ in perpetuum confirmamus. Si quis «
verò, quod abſit, banc noſtram conceſ- «
ſionem tibi & Eccleſiæ tuæ factam ali- «
quomodo inquietare preſumpſerit, «
banno Imperiali ſubiaceat, & centum «
libras auri puriſſimi pro pœnâ compo- «
nat; quarum medietatem Cameræ no- «
ſtræ, reliquam verò partem tibi & Ec- «
cleſiæ tuæ perſoluat. Ad cuius rei cer- «
tam in perpetuum euidentiam, præ- «
ſentem paginam inde conſcribi iuſſi- «
mus, & maieſtatis noſtræ ſigillo aureo «
D communiri; manúque propriâ corro- «
borantes, idoneos reſtes ſubternotari «
fecimus, quorum nomina ſunt hæc; «
Teodericus Treuerenſis Archiepiſco- «
pus, Amedeus Biſontinus Archiepiſco- «
pus, Deſiderins Dienſis Epiſcopus, «
Conradus Conſtancienſis Epiſcopus, «
Henricus Argentinus Epiſcopus, Vual- «
terius Baſilienſis Electus, Gaufridus «
Tricaſtinus Epiſcopus, Odo Dux Me- «
raniæ, Comes Rudolphus de Habs- «
burg, Comes Fredericus de Ferreto, «
Henricus de Niphenem, Anſelmus de «
Niſtingen: ſignum Friderici II. Ro- «
manorum Regis ſemper Auguſti, in- «

» uictiſſimi & Siciliæ Regis : Ego Con-
» radus Spitenſis & Metenſis Epiſcopus
» Imperialis Aulæ Cancellarius, vice
» Humberti Viennensis Ar-
» chiepiſcopi, & totius Regni Burgun-
» diæ Archicancellarij recognoui. Acta
» ſunt anno Dom. MCCXIV. regnante
1214. » Friderico II. Rom. Rege & Siciliæ
» glorioſo, anno regni 2. datum apud
» Baſileam IX. Cal. Decemb. Indict. 3.
Sepultus in ſancto Mauricio ſub tum-
ba marmorea, vbi tale habet epita-
phium:

Hîc corpus petrâ tegitur, ſed ſpiritus æthra
Præſulis Vmberti *petiit, qui munere certi,*
Pro quo certauit viuens dum ſe macerauit,
Carthuſiæ morem ſectans, cellæque rigorem
Ad nos tranſlatus, ſic curam Pontificatus
Geſſit, Paſtoris ſtimulum, votíque prioris
Formā vt ſeruaret, nec in alterutro titubaret,
Mundū ſuppeditans, mundi contagia vitās,
Eccleſiam rebus ditans, opibúſque, diebus
Per quos hîc degit patriā ſub pace redegit.
Milleno bis centeno, quintóque ter anno,
Luce duodenâ nos deſerit ante Decembrem.

70. Bvrno, ad quem extat diplo-
ma Odonis Burgundiæ Ducis datum
1216. Viennæ 1216. menſe Iunio; nomina-
tur aliàs Bruno, fidémque clientelæ
præſtitit Guigoni Principi Delphino
1223. 1223. ratione feudorum quæ poſſidebat
ab Eccleſiâ Viennenſi cuius inſtrumen-
ti tabulæ extant in archiuo Cathedra-
lis. Habitum poſtea Cartuſienſis or-
dinis induit in cœnobio Vallis S. Ma-
riæ diœceſis Dienſis, vbi exemptus eſt
è viuis.

Bvrnino. 71. Ioannes de Bvrnino I.
Sedis Apoſtolicæ Legatus in Inquiſi-
tione Albigenſium pro negotio hæ-
reſeos, ac præclarè geſtis inter Vien-
nenſes Archipræſules commendabilis
1231. memoratur 1231. & in litteris Fride-
rici II. vbi Ioannes Princeps appella-
tur, quo diplomate Eccleſiæ Viennen-
ſis priuilegia confirmat, adſtantibus
Aymaro Ebredunenſi, Vapincenſi,
Gratianopolitano, aliiſue Epiſcopis
1238. apud Taurinum 1238. April. 10. Ste-
phanum 2. Abbatem Cluniacenſem
ordinauit; cœmeterium Antonianis an.
1246. 13. Calend. Decemb. ac eorum-
dem ſacellum in hoſpitali conſecra-
1247. uit an. 1247. conuentu item Franciſ-
canorum commodiore loco inſtauia-
to; eodem anno conſtituitur Legatus
Apoſtolicus in locum Epiſcopi Tor-
nacenſis referente chronico Guil. de

A Podiolaurentij capite 43. Dedicauit
etiam tempore Innocentij IV. Papæ
baſilicam Metropolitanam feriâ 5. in
Albis 1251. acquiſiuit & Eccleſiæ ca- 1251.
ſtrum Mantalæ vbi olim coronatus
fuerat Rex Boſo. Prætetea ædificauit
Domum Dei ad pontem Rhodani,
Palatium quoque cum iure Comita-
tus acquiſiuit ab Hugone de Vien-
nâ domino de Pagniaco. Sed gratis
ab aliquibus dicitur Purpurâ inſigni-
tus, cum eius nomen in elenchis Rom.
Eccl. Cardinalium non compareat.
Romæ fatis conceſſit Ioannes, ſepul-
túſque Romanis in Eccleſiâ Franciſ-
B canorum quam condiderat 1266. 15. 1266.
Calend. Maij. Eius epitaphium in ar-
chiuis Viennenſibus repetitur, quod
vitam ipſius accuratè expreſſit, & ope-
ræpretium eſt ſubiicere:

Anno ab Incarnatione

Domini MCCLXVI. XV. *Cal. Maij depoſitio Domini* Ioannis Archiepiscopi *noſtri, qui tres Capellas, vnam in honore B. Mariæ, alteram in honore S. Ioannis, & aliam in honore S. Mauricij & ſanctorum Machabæorum à*
C *parte auſtrali infra ſepta Eccleſiæ maioris B. Mauricij conſtruxit. Qui caſtrum Baſtide baſtiuit, & multas poſſeſſiones circa illud acquiſiuit. Qui caſtrum Mantaliæ cum redditibus & poſſeſſionibus pluribus eidem adiacentibus acquiſiuit. Qui domum Dei Viennæ ad pedem pontis Rhodani ædificauit, & vnde ſex opera miſericordiæ fiant ibidem, perpetuò ad honorem Dei & ſuſtentationem pauperum poſſeſſiones, terras, & redditus aſſignauit. Qui Comitatum & palatium Viennenſe ſuperius, ab Hugone de Pagni domino de Viennâ, pretio ſeptem millium librarum Viennæ acquiſiuit. Qui Eccleſiam iſtam ſanctam Vien-*
D *nenſem ſponſam ſuam ædificiis mirabilibus, honoribus, muneribus, & iuribus quampluri mis dotauit. Et Eccleſiam Romanenſem ſimiliter, in quâ quieſcit corporaliter, ditauit & etiam ſublimauit. Qui domum ſuam Archiepiſcopalem Viennenſem, cum capellâ quam ibi ſpecioſam conſtruxit, in honore Beatæ Virginis, ædificiis nobilibus & conquerementis aliis ampliauit. Qui domum Archiepiſcopalem Romanenſem acquiſiuit, & Capellam ibidem in honore B. Catharinæ Virginis ſumptuosè conſtruxit: Et vnde in dictis Capellis celebretur perpetuò pro animabus prædeceſſorum ſucceſſorúmque ſuorum Archiepiſcoporum, ſeruitoribus redditus aſſignauit. Qui baſilicas B.*

Mariæ de Vltra Geriam & B. Mariæ veteris Viennenſis, ſumptuoſis decorauit ædificiis. Qui domum de Fayſins conſtruxit, & iura multa redditúſque ibidem acquiſiuit. Qui corpus glorioſi martyris Mauricij patroni ſui perſonaliter reuelauit, in loco vbi idem Martyr corporaliter requieſcit, vnde mentum eiuſdem, dictæ Eccleſiæ apportauit: Et ipſum cum vaſe pretioſo in quo eſt, & ornamenta pontificalia, veſtes ſcilicet duplices, virides & rubeas, cappas & tapeta ſeruitio prædictæ Eccleſiæ perpetuò deputauit. Qui feſtum reuelationis dictorum Martyrum Mauricij & ſociorum eius in dictâ præſenti Eccleſiâ ſolemniter fieri decreuit. Et refectionem generalem ob reuerentiam dicti feſti, ipsâ die ſuper Prioratu de Bogiis ſeruitoribus dictæ Eccl. perpetuò aſſignauit, cum tribus anniuerſariis quæ in fine ſuo reliquit. Qui domos fratrum Minorum Viennæ & Romanis, ac capellam S. Dominici, cuius cœmeterium ad ſepulturam pauperum decedentium in dictâ domo Dei Vienn. decreuit. Et pontem Rhodani, & pontem S. Martini Viennenſis, & pontem Lanſoniæ, & pontem Romanum ſupra Iſeram pro maiori parte conſtrui procurauit. Qui prædictum templum ſeu domum maiorem in honorem SS. Martyrum Mauricij ſociorúmque eius, à bona memoria D. Innocentio Papâ IV. feriâ quintâ in albis Paſchalibus an. Domini 1251. perſonaliter obtinuit celebriter dedicari, necnon perpetuis firmiſque indulgentiis Papalibus honorari. Fuit autem doctrinæ veritatis prædicator eximius, religioſorum hoſpes præcipuus, humilitate quippe ſublimis, manſuetudine placidus, patientiâ fortis, benignitate affabilis, pietate condolens, miſericordiâ innocens, & multiplici eleemoſynarum irriguo in ſubuentione affluens ægrorum. Fœlix temporalium gubernator, collapſorum ſpiritualium reparator: & vt geſtorum illius fœlicium multitudinem, ſuccinctâ relatione texamus, ſic Ieſum Chriſtum firmâ credulitate cognouit, & cognitum ſincero corde dilexit, ac dilectum totis votis concupiuit, ſic & in fine ſuo amauit, quod mundo & eis quæ in mundo ſunt penitus vilipenſis, ad cœleſtia cunctis ſtudiis animum vibrauit. Quæ autem de ipſo vidimus, hæc teſtamur, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium. Oretis Deum pro eo.

AVVERGNE. D'or au gonfanon de gueulles frangé de ſinople.

72. GVIDO D'AVVERGNE cognomento de Clermont, Guillelmi 8. Comitis Aruerniæ & Adelheidis Brabantiæ filius, Roberti VI. Comitis Aruerniæ & Boloniæ, item Guilelmi electi Leodienſium Epiſcopi frater, ac
A Guidonis Cameracenſis Epiſcopi patruus; antea Præpoſitus Inſulenſis in Flandriâ 1260. tum Archidiaconus Teroanenſis & Abbas ſecularis S. Germani diœceſis Claromontenſis. Promotus fuit ad hanc Sedem ſuffragiis Capitulorum Viennenſis & Roman. Eccleſiarum ad quas pertinet huius Antiſtitis electio; id aſſerunt duæ epiſtolæ Clementis Papæ IV. ex MSS. codice inter probationes libri 2. hiſtoriæ Domus Aruerniæ Chriſtophori Iuſtelli quæ ſic incipiunt.

Dilecto filio GVIDONI DE AL-
B VERNIA, *Præpoſito Eccleſiæ Inſulenſis. vacante nuper Eccleſiâ Viennenſi, & dilectis filiis eiuſdē Eccleſiæ & Rom. & Capitulis, ad quas pertinet Archiepiſcopi Viennenſis electio, ad prouidendum viduatæ de Paſtore pluries congregatis, tandem votis omnium qui legitimè vocati voluerunt, & valuerunt commodè intereſſe, in dilectum filium* PHILIPPVM *Lugdunenſem Electum, eiuſdem Eccleſiæ Viennenſis Decanum, vnanimi voluntate transfuſis, conceſſo ab omnibus & promiſſo, quod illum reciperent in Paſtorem, quem ipſe duceret eligendum, vel etiam poſtulandum: Idem electus in te oculos ſuos dirigens, te adhuc*
C *in minoribus Ordinibus conſtitutum vice ſuâ, & vtriúſque Capituli nominans, in eiuſdem Eccleſiæ Paſtorem poſtulauit: Et poſtulationem huius coram dictis Capitulis primò, & poſtmodum coram Clero & populo publicauit. Sanè dilecti filij P. de Marianis, & G. de Limon, Viennenſis diœceſis, & Mallecius de Veinceno Roman. Canonici dictorum Capitulorum, & procuratores ſolemnes ad noſtram deſtinati præſentiam, poſtulationem huius à nobis admitti, & te eiſdem in Paſtorem concedi humiliter & ſuppliciter petierunt. Verùm quia notum erat apud nos, & in partibus tuis notorium, quod tu plura Eccleſiaſtica beneficia obtine-*
D *bas, inter quæ præter præbendas, quas in diuerſis habebas Eccleſiis erat Præpoſitura Eccleſiæ Inſulenſis Morinenſis diœceſis, & Archidiaconatus Eccleſiæ Morinenſis, ac ſæcularis Abbatia S. Germani Claromontenſis diœceſis; ſed & Scholaſtriam Colonicen. olim tibi collatam acceptaſſe, & quamdam Præpoſituram eidem annexam diceba ris aliquo tempore poſſediſſe, quæ ſine Sedis Apoſtolicæ indulgentiâ canonicè obtinere non poteras, inquiſiuimus an tecum ſuper his fuiſſet per Sedem diſpenſatum eandem: Et exhibito nobis ſub ſigillo dilecti filij Officialis quodam exemplo indulgentiæ tibi à ſanctæ recordationis Innocentio Papâ*

prædeceſſore noſtro conceſſæ, patuit euidenter, quòd indulgentiæ dictæ vires ad tot beneficia, perſonatus, & dignitates nullâ poterant porrigi ratione. Propter quod poſtulationem de te factam admittere non voluimus nec volumus, cùm in defectibus non reatibus iſta ſubueniant poſtulatis. Eam tamen non reprobauimus, nec reſponſum dare voluimus, ſed ex causâ teneri placuit totum negotium in ſuſpenſo. Cæterùm tuæ ſaluti conſulere, & à te hoc impedimentum amouere volentes, vt beneficia quæ nunc poſſides cum dignitatibus, ſeu perſonatibus ante dictis licitè valeas retinere, necnon & quod fructus, quos ex eis hactenus percepiſti, ob defectum diſpenſationis prædictæ reſtituere minimè tenearis non obſtante conſtit. Lateran. Concilij, vel quauis aliâ, tenore tibi præſentium indulgemus, dum tamen ea canonicè obtinueris, quæ obſequiis conſuetis & debitis volumus non fraudari. Vt autem ad noſtram gratiam pro loco & tempore reddaris humilior, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus in ordinibus proximis in Subdiaconum te facias promoueri. Quod vbi canonico impedimento ceſſante diſtuleris, præſentem indulgentiam carere volumus & decernimus robore firmitatis. Datum Viterbij 5. Idus Octob. anno II.

DILECTO filio titulo ſanctæ Ceciliæ Preſbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato. Vacante nuper Eccleſiâ Viennenſi per mortem bonæ memoriæ I. Archiepiſcopi eiuſdem, & Capitulum Vien. dilectum filium GVIDONEM DE ALVERNIA Præpoſitum Inſulenſem, tunc ad ſacros Ordines non promotum, in ſuum Archiepiſcopum & Paſtorem à nobis concorditer poſtularunt, prout nobis per litteras patuit eorumdem, & aſſertionem procurationis ipſorum, quam ad promotorem poſtulationis eiuſdem, ad noſtram præſentiam deſtinarunt. Sanè licet prædicta poſtulatio ex formâ & tenore decreti nobis & noſtris fratribus videatur fauore digna, ſi canonicum aliud non obſiſtere videretur; quia tamen idem poſtulatus plura beneficia videtur habere, quæ ſine Apoſtolicæ ſedis gratiâ ſpeciali tenuiſſe non poterat, nec tenere, poſtulationem eandem non ſubitò duximus admittendam. Et quanquam de hoc poſtea ſit nobis ab eo ſatisfactum, vt ei nec obiici valeat, nec obeſſe: quia tamen in aliis tu melius ſcire potes quid expediat Eccleſiæ memoratæ, quæ tali perſonâ propter circunſtantiam Principum & magnatum, qui eidem Eccleſiæ oppidò ſunt infeſti, malitiam, multùm dicitur indigere; diſcretioni tuæ, de ipſorum fratrum conſilio, committimus, vt ipſius Eccleſiæ vtilitate & neceſſitate penſatis, auctoritate noſtrâ, ſi videris expedire, poſtulationem admittens eandem, de prædicto Præpoſito Inſulenſi Eccleſiæ memoratæ prouideas, & promotum per ſingula ordinationum tempora ſuccedere in Epiſcopum per illos ex Suffraganeis Viennenſis Eccleſiæ, quibus hoc duxeris committendum, & quæ te ad iſtud nouerint nobis ſtatim reſcribere non obmittas: prouiſionem huius Eccleſiæ nobis hac vice reſeruans, & eidem Capitulo interdicens ne procedant ad electionem, poſtulationémue quamcumque, noſtrâ nihilominus auctoritate decernens irritum & inane ſi quid ſecus fuerit attentatum. Adminiſtrationem & iurium Archiepiſcopalium peritis & idoneis de eodem Capitulo in hoc caſu committas, donec ſuper his aliud duxerimus ordinandum. Datum Viterbij, III. Idus Martij, anno III. Conceſſit religioſis D. Antonij xenodochium S. Bartholomæi in vrbe Viennenſi, vt teſtatur Aymarus Falco in compendio hiſtoriæ Antonianæ, direxit quoque ſtatuta Eccleſiæ ſuæ in meliorem formam 1268. de 1268.
quibus mentio in veteribus documentis: poſthæc fidem clientelæ recipit 1270. à Beatrice Comitiſsâ Viennenſi & Albonij, pro feodis S. Quintini & de Maluals intereſt item ordinationi Capitulari creationis Canonicorum Cathedralis anni 1272. Ad alteram vitam tranſiit Guido circiter 1279. 1279.
ſub idem tempus electus fertur Raymundus Cantor Viennenſis, de quo nulla mentio in catalogis Viennenſibus, nam acta capitularia Metropolis obſeruant ab obitu Guidonis vſque ad electionem Guillelmi, Capitulum pleno iure adminiſtrationem Eccleſiaſticam ſuſcepiſſe.

73. GVILLELMVS DE VALENCE II. Valence. an. 1285. poſtridie feſti S. Mauricij ordinatur in conuentu Canoni- 1285.
corum diuiſio temporalis dominij; & biennio poſt contulit religioni Antonianæ Prioratum de Maruenco. Concilium habuit prouinciale, cui interfuerunt

1289. fuerunt die feſto S. Lucæ 1289. Ioan-
nes Valentinenſis, Hugo Viuarienſis;
Gratianopolitanus, & Aymo Mauria-
nenſis Epiſcopi, cuius ſtatuta videre
eſt in Antiquitatibus Viennæ c. 48.
Humbertus Delphinus nomine ſuo,
& Annæ Comitiſſæ vxoris, hominium
ligium Guillelmo iurauit in baſilicâ S.
Mauricij, de Comitatu Viennenſi, &
Albonij; ac pro aliis toparchiis; qua-
rum ratione feudatarius erat Viennen-
ſis Eccleſiæ. Eodem anno antedicti
Præſulis auctoritate, ipſo pro tribu-
nali ſedente, Humbertus idem Del-
phinus Viennenſis, Ioannem filium
à patriâ poteſtate liberum fecit, ca-
ſtrum de Tutte, aliáque concedendo;
vt habent regia diplomata. Recenſe-
tur & aliud ſacramentum clientelare
menſe Maio 1294. ab Amedeo Co-
mite Sabaudiæ dicto Guillelmo red-
ditum, necnon aliud Ioannis Comi-
tis Foreſij, pro omnimodâ ſubiectio-
ne dynaſtiarum quæ ab eâ Eccleſiâ
1296. vaſallus profitebatur an. 1296. pridie
Cal. Iunij; recognitionum autem in-
ſtrumenta in tabulario Viennenſi aſſer-
uantur.

Lagnieu. 74. Briandus de l'Agnieu;
concordiam fecit cùm Clero ac ciui-
bus Viennenſibus, pro Eccleſiaſticâ
& ciuili politiâ. Huius tempore Con-
cilium vniuerſale indictum eſt Vien-
1311. næ, ad quod acceſſit an. 1311. Cle-
mens v. Pont. cùm Cardinalibus, Pa-
triarchis, aliíſque trecentis Antiſtiti-
bus, & magno cæterorum Prælato-
rum, Abbatum, Legatorúmque Prin-
cipum numero, quos inter fuit Brian-
dus Metropolitanus, non Simon de
Archiaco, vt alij volunt: Philippus
Rex cùm fratribus Carolo Valeſio,
& Ludouico Ebroicenſi, ac filiis Lu-
douico Rege Nauarræ, Philippo Co-
mite Pictauenſi, Carolo Marchiæ, &
variis Principibus ad hanc celebra-
tiſſimam Synodum acceſſit, Inchoatâ
ſecundâ Seſſione, in quâ res plures
tractatæ de recuperatione Terræ San-
ctæ, celebratione ſolemnitatis Cor-
poris Chriſti, conſtitutionum Cle-
mentis promulgatione, & quibuſdam
ſtatutis Concilij. Prætereà Templa-
riorum Militum Ordo, qui anteà in
priuato Conſiſtorio fuerat antiquatus,
denuò approbantibus Synodi Patri-
bus in eâ abolitus & extinctus fuit,
bonis eorum militibus Hoſpitalariis
addictis decreto promulgato 6. No-
nas Maij; vt pro recuperatione Ter-
ræ Sanctæ fidei inimicos impugnaret.
De quibus conſtitutionibus cùm ab
Hiſtoricis quædam narrentur, ſed
confuſè ſatis, diſtinctiùs de damna-
tione Templariorum inprimis hiſto-
riam accuratiſſimam exarauit vir illuſt.
de re Francicâ, omnibúſque littera-
tis optimè promeritus, Petrus Putea-
nus, Claudij filius, Regi Chriſtia-
niſſimo à Conſiliis, & Bibliothecis,
quam Iacobus frater Comes Conſi-
ſtorianus, Regiæ item Bibliothecæ
Præfectus, ac Diui Saluatoris Prior,
ſummâ item eruditione inſignis in lu-
cem edidit anno 1654.

75. Simon d'Archiac Car- Archiac.
dinalis tituli S. Priſcæ, patre Ayma- De gueul-
to domino de Archiaco, è nobiliſſi- les au pal
mâ ſtirpe, genitus erat matre filiâ Ay- vairé de
merici Vicecomitis Rupiſcauardi: deux pie-
fratres habuit Ademarum, Fulcau- ces, au chef
dum, Guillelmum, & Aymericum; d'or.
is verò Canonicus Santonenſis, inde
fit Decanus; quâ fungens Eccleſiaſti-
câ dignitate, Rex Philippus Longus
cùm Henrico Soliaci toparchâ, &
Ioanne de Cherchemont Pictauienſi
Decano, ad Ioannem xxii. Pontifi-
cem Max. ipſum delegauit an. 1318.
creatus Viennenſis Archipræſul 1319. 1319.
12. Septemb. ex lib. Obligationum
Vaticani. Purpurâ donatur beneficio
eiuſdem Ioannis, ſub titulo Cardina-
lis S. Priſcæ an. 1320. feriâ ſextâ qua-
tuor Temporum Aduentus, vt tra-
dunt Amalricus Biterrenſis, & Ber-
nardus Guido.

76. Guillelmus de Lau- Laudun.
dun iii. ex Doctore Theologo Pa-
riſienſi electus an. 1321. xi. Aprilis, 1321.
in remotis partibus tum agens, ſacto
Collegio obedientiam pollicetur per
procuratorem, ex citato regiſtro Va-
ticani. Nominatur in quodam decre-
to Stephani Epiſcopi Pariſienſis de
approbatione doctrinæ S. Thomæ,
cùm Guillelmo Pariſienſi an. 1324.
transfertur poſt ad Toloſanam Eccle-
ſiam, vt dictum eſt.

77. Bertrandus de la La Cha-
Chapelle ſucceſſit anno 1328. i. pelle.
Aprilis, qui ſummâ laude rexit Eccle-
ſiam. Eo ſedente Goffridus de Cla-
romonte hominium clientelaris iura-
menti pro Claromonte, & aliis man-
damentis profitetur eodem anno po-
ſtridie feſti omnium Sanctorum; ſi-

milem illi recognitionem Aynardus A
1333. filius exhibuit an. 1333. ſacellum in Ca-
thedrali dicatum B. Ioanni extruxit
de emendâ quam arbitrio Sedis Apo-
ſtolicæ coactus eſt penſitare nobilis
toparcha S. Valerij Guillelmus Pi-
ctauenſis, cùm Bertrandum Archi-
epiſcopum iniurioſè captum detinuiſ-
ſet. Porrò admiſit Humbertum 2.
Delphinum in feudatarium pro Co-
mitatu Viennenſi die 29. Aug. 1338.
ac coram eodem Viennenſi Archi-
præſule, Epiſcopis & Baronibus pro-
1343. mulgatur an. 1343. ceſſio prouinciæ
Delphinatus Regi Philippo, per Hum-
bertum Delphinum.

DE GRATIA. 78. PETRVS DE GRATIA I.
Sedem Viennenſem obtinuit ex regi-
ſtris Vaticani 1355. die 23. Maij.

79. BERNARDVS.

MONTCHENV. 80. HVMBERTVS DE MONT-
CHENV III. vetuſtâ familiâ de Mon-
tecanuto prognatus, quem fratrem
Humbertum appellant Acta Conſi-
ſtorialia Vaticani, dignitate Metro-
1376. politani nobilitatus erat 1376. die
23. Decemb.

ROVGEMONT. 81. THEOBALDVS DE ROV-
GEMONT ex Matiſconenſi 1390. in-
de Biſontinenſis Metropolitanus, quo
1394. ſedente 1394. fundatur Eccleſia Car-
melitarum: vniuit Prioratum de Ser-
re Abbatiæ S. Petri Viennenſis. Hu-
ius Theobaldi extat mentio in mem-
branis, vbi Archiepiſcopum & Co-
mitem Viennenſem ſeſe nuncupat,
Abbatémque S. Theuderij, & de Ro-
manis, in Viennenſi, & ſeptem aliis
prouinciis Primatem.

NANT. D'or a vne crois de guculle. 82. IOANNES DE NANT II. ex
Canonico & Archidiacono Maioris
Caleri in Eccleſiâ Rotomagenſi, qui
ad Eccleſiam Pariſienſem poſteà
tranſlatus.

NORRY De gueulle à vne faſce d'argent. 83. IOANNES DE NORRY III.
Petro domino de Norry & Ioannâ de
Montboiſſier claro loco in Aruernis
fœminâ natus, anno 1396. in Eccle-
ſiâ D. Pauli Pariſiis tinxit ſacro lati-
ce Ludouicum Caroli 6. Regis filium:
interfuitq; Concilio Piſano an. 1409.
& memoratur in Synodo Conſtan-
1417. tienſi 1417. ſeſſ. 39. Fundauit duo-
decim anniuerſaria in Eccleſiâ Vien-
nenſi, quæ in Capellâ S. Ioannis ce-
lebrantur. Inde factus Archiepiſco-
pus Biſontinenſis ante ſolemnem in-
greſſum in Metropolim, mortuus eſt
Giaci in eadem diœceſi 1438. ſepul-
túſque in Giacenſi templo ante altare
S. Symphoriani. Quercetanus Fami-
liæ Caſtellioneæ lib. 8. in ſtemmate
gentis Montboiſſeriæ, mentionem fa-
cit *Petri de Montboiſſier* Archiepiſcopi
huius Sedis, quem ait filium Ludoui-
ci 2. Baronis de Montboiſſier, ex A-
leyde de Vendac; ſed de hoc nullum
monumentum, in diptychis Viennen-
ſibus reperitur.

84. GVILLELMVS DE LAV- LAVDVN.
B DVN IV. adminiſtrauit hunc Archi-
epiſcopatum an. 1442. 1442.

85. GOFFRIDVS VASSAL, VASSAL.
ex Senatore ac Præſide Parlamenti
Pariſienſis, legauit Eccleſiæ ſuæ ſex-
centos florenos pro anniuerſario: ſta-
tuta, & immunitates ciuitatis Vien-
nenſis anno 1440. renouauit; hunc
tranſlatum fuiſſe ad Lugdunenſem
Metropolim 1444. 12. Calend. Maij
produnt Acta Conſiſtorialia Vatica-
ni: habet verò ſequens epitaphium:
Reuerendiſſimus in Chriſto Pater dominus
GALFRIDVS VASSALI *olim hu-*
C *ius ſanctæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, dedit*
Eccleſiæ ſex florenos monetæ per dominos
& Collegium receptos pro quibus tenentur
in perpetuum qualibet octanâ die cuiuſli-
bet menſis celebrare in altari Sanctæ Cru-
cis Miſſam de mortuis in notâ, in quâ
omnes intereſſentes debent habere libram
integram, & Capellanus qui celebrabit di-
ctam Miſſam faciet ſtationem, vt moris
eſt, dicendo Deprofundis, & orationem
Deus qui inter Apoſtolicos, qui obiit 18.
Octobris anno Domini 1446. anima eius 1446.
requieſcat in pace. Amen.

86. IOANNES GERARD IV. ex GERARD.
toparchis de Orreis, ex Archiepiſco-
D patu Ebredunenſi tranſlatus ad hanc
ſedem 1444. reſignauit an. 1452. de 1444.
quo Acta Conſiſtorialia.

87. IOANNES DE CASTRO V. CASTRO.
ſucceſſit Ioanni an. 1452. die 5. Cal.
Febru. ad Eccleſiam Nemauſenſem
traducitur 1453. 11. Cal. Decembris 1453.
ex actis Conſiſtorialibus; de his duo-
bus nulla extat mentio in tabulariis
Viennenſium Præſulum.

88. ANTONIVS DE POISIEVX POISIEVX.
Abbas S. Petri Viennenſis, ex vetu- De gueulle
ſtâ familiâ, cuius cognominis domini à deux che-
du Paſſage, eligitur an. 1453. 11. Cal. urons d'argent ſur-

montez d'vne faſce en deuiſe de meſme. Febru. in Actis Conſiſt. Vaticani: dotauit Miſſam quotidianam, imaginem Sacræ Virginis ex argento largitus Eccleſiæ, vnà cùm ornamentis Epiſcopalibus, & aulæo, cui depictâ
1474. D. Petri hiſtoria; mortuus an. 1474. iacet in ſacello Deiparæ.

Poisievx. 89. GVIDO DE POISIEVX III. Abbas S. Petri Viennæ, breui Pontificium tenuit, námque fundatis in ſuâ Eccleſiâ duodecim obituariis pro remedio animæ, exceſſit è viuis, tumulatúſque in ſacello Noſtræ Dominæ clauſtri S. Mauricij, vbi proſtat talis inſcriptio: *Hic iacet beatæ memoriæ Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & D. dominus* GVIDO DE POISIACO *Archiepiſcopus, Comes, & Primas Eccleſiæ Viennenſis, Conſiliariúſque Chriſtianiſſimi Francorum, Regis domini noſtri Delphini, eiúſque in Delphinatu Cancellarius, qui ſuis præclaris facundiâ & probitate, multas ad vtilitatem dicæ Coronæ Franciæ & Reipublicæ, innumerabilibúſque beneficentiis, fæliciter conſummauit Legationes, & die viceſimâ ſepti-*
1480. *mâ menſis Octobris anno Domini 1480. in ſanctâ Viennenſi ciuitate, poſt multa pia opera, vitam finiuit humanam. Eius anima in pace requieſcat.*

Aymaric. 90. ASTORGIVS AYMARICVS ex Epiſcopo Tricaſtino huc tranſlatus anno 1480. 11. Decemb.
1489. vt habent Acta Conſiſtorialia, in quibus notatur defunctus anno 1482.

Cattho. Ecartelé au 1. & 4. de ſinople à vn liure d'Egliſe d'or, la couuerture chargée de cinq cloux de ſable poſés en ſaultoir, les ſinois pendans d'or: le liure accompagné de 8. eſtoilles d'argẽt miſes en orle. Au 2. & 3. contre-cartelé au 1. & 4 de gueulle à la fleur de lis d'argẽt au 2. & 3. de ſable à trois faſces viurées d'or.

91. ANGELVS CATTHO, de Sopino Beneuentanæ diœceſis, non Tarentinus patriâ, vt quidam ſcripſere, vir ſingularis prudentiæ, & probitatis, atqui in Mathematicis ſtudiis præcipuè excultus; patuit illi primò ad aulã Ducum Andegauenſium aditus, mox ſub Ioanne & Nicolao Calabriæ Principibus eius commendatio tanta fuit, vt potiſſimùm eligeretur, qui matrimonium Mariæ Burgundæ Caroli natæ, cùm illis Ducibus conciliaret: ſed iis fato ſublatis, Carolus Burgundus Angeli Catthi induſtriam exploratus, ad ſuas partes allectum, & in contubernium admiſſum, honorificâ penſione donauit. Tunc verò Philippo Comminio nobili Equiti Belgæ, è Caroli nobilibus domeſticis, quo in negotiis magni momenti vtebatur, arctâ amicitiâ iunctus eſt: quamdiu autem in Ducis familiâ vixit, (erat enim augurandi peritiſſimus) ei variás clades, pugnáſque Granſonij, & Morati prænunciauit; ſed cùm Princeps ferocis plus arrogantiæ, & militari fortunæ plus æquò fidens, Angeli monita paruipenderet, ab eius aulâ abſceſſit, & confeſtim Ludouicus XI. qui Comminium ad ſe pertraxerat, etiam Catthum ſibi ſollerter aſſeruit, apud eum quippe Medici, & Eleemoſynarij functus dignitate, ob ſcientiam aſtrologiæ, tui eamobrem Regi percarus erat, Pontificatu Viennenſi honeſtatur, electus anno 1482. 1482.
24. Iulij ex Actis Conſiſtorialibus Vaticani; die 3. Octob ſequentis nanciſcitur poſſeſſionem Eccleſiæ, præſtitâ fide apud caſtrum de Commenayo. Memorant autem ſacris miniſtrantem Angelum Catthum Turonis in baſilicâ D. Martini, coram eodem Ludouico, in vigiliâ Epiphaniæ, ipſi renunciaſſe exercitum pro tunc Burgundici Ducis congredientis fuſum à Francis, ipſúmque Carolum occubuiſſe; quod certiſſimis ſignis ſibi comprobatum affirmabat; hoc nuncio Rex adeò lætatus eſt, vt ſponderet Deo ac Diuo Martino, ob hanc victoriam donaria collaturum; cancellos enim ferreos, quibus exterius feretrum D. Martini Turonenſis cingebatur; è ſolido argento fabricari iuſſit, expenſis in id centum mille libris, quæ & alia narrantur in indiculo vitæ huius Archiepiſcopi, quam analectis ſuis ad Philippi Comminij Gallicos Commentarios de Hiſtoriâ Francicâ præfixit v. c. Dionyſius Gothofredus Regis Hiſtoriographus, quos è prælo Typographiæ Regiæ typis euulgauit anno 1649. Porrò luculentam hanc hiſtoriam Philippus Comminius hortatu & impulſu Angeli Catthi deſcribere aggreſſus eſt, magnâ quidem, inquit Scæuola Sanmarthanus, ſtyli ſimplicitate, ſed nec minori puritate, & quod in rerum Scriptore ſummum eſt, ſingulari apud omnes fidei ac veritatis opinione inſignem poſteritati tranſmiſit: adeò quidem fauſtis initiis, vt vix vllum hactenus Gallia tulerit in eo genere nobiliorem. Refert Supplementum ad Hiſt. Ludouici XI. Angelum in Archiepiſcopatu nunquam ſediſſe, multiplici moleſtiâ vexatum per Delphinates, adeò vt Romam ſe recipere coactus fuerit; attamen conſtat ex tabulariis Eccleſiam ſibi creditam ad-

miniſtraſſe, Capellam in caſtro Baſti-
dæ Viennenſis erexiſſe, palatium Ar-
chiepiſcopale variis locis ruinâ fatiſ-
cens munificè reſtauraſſe, vbi etiam-
num proſtant ſtemmata illius gentili-
» tia; ſymbolo enim vtebatur, inge-
» nium ſuperat vires. Tandem æternâ
ſui ad poſteros famâ relictâ deceſſit
Angelus, & humatus eſt in ſuâ Me-
tropoli: huius meminit Simon de Pha-
tes in opere MS. Bibliothecæ Regiæ
Pariſienſis.

Clermont. De gueulle à deux clefs d'argent poſées en ſaultoir.

92. Antonivs de Clermont,
Antonij Vicecomitis de Claromonte, B
ex clariſſimâ, vetuſtiſſimâque Claro-
montanorum apud Delphinates fami-
liâ, & Franciſcæ de Saſſenage Vice-
comitiſſæ Talardi filius, eligitur à Ca-
1507. pitulo Viennenſi 1507. eodem anno
immunitates & ſtatuta Eccleſiæ ſuæ
probat; laudabiliter gregi ſuo præfuit,
eique in Pontificatu ſuffectus.

S. Saverin. D'argent à la faſce de gueulle, à vne bordure d'azur.

93. Fridericvs de Saint
Severin, Cardinalis S. Theodo-
ti, è gente Sanſeuerinâ apud Neapo-
litanos perilluſtri ſatus erat, patre
Roberto Comite Gaiacenſi, matre
Ioannâ de Correggio; Epiſcopus &
Malleacenſis, de quo fuſiùs apud
Ciacconium. Fatis functus Romæ an. C
1517. 1517. Idibus Aug. conditur ſepultu-
tæ in æde Capitolinâ.

S. Saverin.

94. Alexander de Saint
Severin conſobrinus Friderici,
cuius gentis Galeatius Franciæ Hip-
patchus extitit, eámque dignitatem
nullus alius Italorum in Galliâ obti-
nuit, vt notat Sanſouinus opere de
familiis illuſtribus Italiæ. Vir doctus,
magnæque æſtimationis, Concilio
Lateranenſi interfuit an. 1514. mori-
1522. tur Caſalij S. Euaſij Montisferrati an.
1522. ferè abſens ab Eccleſiâ ſuâ.

Palmier. D'azur à trois palmes d'or accoſtées.

95. Petrvs Palmier, it. o-
rigine Neapolitanus, ex Canonico &
Decano Viennenſi, cùm eſſet vir præ-
ſtanti ingenio & laude probitatis lon-
gè clariſſimus, vltimus electorum à
Capitulo ad hanc ſedem euehitur an.
1527. commendatione Regis ſufful-
tus, in gratiam patris, qui bello In-
ſubrico dux militauerat. Nec verò
Eccleſiaſtici cœtus vota fefellit, vt-
pote qui optimè de Cathedrali ſuâ
meritus, Eccleſiaſticas libertates ſtre-
nuè tutando pauperum patronus, cle-
ri norma ſingularis, ac diuini cultus
A ſtudioſus. Germanos autem habuit
Guillelmum Decanum S. Mauricij, &
Ioannem Palmarium Viennæ Propræ-
fectum, vbi in obeundo magiſtratu
præfulſit; qui ſanè pari ſollicitudine
munus quiſque ſuum nobilitarunt; &
Petrus quidem, pro debito Pontifi-
ciæ dignitatis, Cleri morum, ac ri-
tuum ſacrorum reformator magnâ vir-
tutis opinione floruit; adhæc Cathe-
dralem vario ornatu locupletauit, ma-
iore fornice teſtitudinis, ac fabricâ
ſacelli gentilitij S. Sepulchri; ſed
ſingulare paſtoralis curæ præbuit do-
B cumentum, celebratione Synodi pro-
uincialis in æde Mauricianâ 1533. cui 1533.
adfuête Epiſcopi Suffraganei, vel Ec-
cleſiarum delegati. Præterea operam
omnem ſedulò nauauit, vt ad diœ-
ceſeos commodum emendarentur li-
bri ſacri, Liturgiæ, Miſſalia, & id ge-
netis codices, quos typis curauit man-
dari. Defunctus eſt tantus vir ſecus
caſtrum de Rebaſco.

Marillac. D'argent maçonné de ſable, à l'orle de ſept merlettes de meſme, 2. en chef 3. en faſce & 2. en pointe.

96. Carolvs de Marillac
Abbas S. Petri Melodunenſis, nobili
apud Aruernos familiâ oriundus, Ber-
trandi Epiſcopi Redonenſis, Gabrie-
lis in Pariſiorum Senatu Regij Ad-
C uocati, necnon Guillelmi ſacri Con-
ſiſtorij Comitis, Ærario regio ſummâ
cùm poteſtate Præpoſiti frater; Mi-
chaelis Procancellarij, & Ludouici
Franciæ Mareſcalli patruus, Guillel-
mo Marillaco toparchâ S. Geneſti, &
Margaritâ Geneſt matre genitus erat.
Carolus ergo ſtudiis egregiè à pueri-
tiâ inſtructus, adoleſcens adhuc Fran-
ciſco Regi percarus, mortuo Foreſtâ
conſanguineo ſuo, apud Solymanum
Turcorum Imperatorem Oratore miſ-
ſo, quem ipſe ſequutus erat, eo ex-
tincto, & aulicis quibuſdam fruſtra
D hanc legationem ambientibus, ma-
gnâ cùm laude per triennium eam
obiuit. Reuerſus in Franciam, Sena-
tor fit Pariſienſis, inde ad Henricum
8. Angliæ Regem miſſus, ibidem à
Franciſco præfecturâ Libellorum Sup-
plicum, & Abbatiâ S. Petri Melo-
dunenſis donatus, ac Henrici Del-
phini, poſteà Regis Chriſtianiſſimi
familiæ præfectus eſt; quo in mune-
re ſucceſſorem habuit Carolum Car-
dinalem Lotharingum: inde ad Cæ-
ſarem Carolum 5. ſimul cùm Coſſæo
Briſſaco Franciæ Mareſcallo legatus
eſt, in quâ functione per quinque an-

nos prudentiſſimè verſatus eſt, de quo Iac. Aug. Thuanus lib. 22. Hiſtoriar. Demum in Epiſcopum Venetenſem cõſecratus, mox Archiepiſcopus Viennenſis, primus regiâ nominatione poſt farum Petri Palmerij renunciatur. Vicario generali vſus in regimine diœceſis, Bertrando Marillaco fratre; Theologo Doctore Ordinis Minorum, Thiernij Abbate, poſtmodum Redonenſi Præſule. Poſtremò inter priuati, vt vocant conſeſſus Conſiliarios à Rege cooptatus, arcanis regni negotiis ſæpiùs ob peritiam rei politices, aſcitus eſt. Deceſſit autem B

1560. anno 1560. 2. Decembris in B. Petri cœnobio iuxta Melodunum, triduo ante Franciſci 2. Regis mortem, cùm vix quinquageſimum annum ætatis attigiſſet: paulò ante exceſſum, in conuentu apud Fontembellaquam, Rege, Reginâ matre, cæteriſque proceribus præſentibus, graui habitâ oratione, quam Thuanus refert Hiſtoriar. lib. 2. quemadmodum ſequenti, clariſſimi huius Antiſtitis obitus cauſam commemorat: & de eo mentionem faciunt perhonorificam Michael Hoſpitalis, Franciæ Cancellarius lib. 2. epiſt. Franciſcus Belcarius Epiſcopus C Metenſis lib. 28. Popelinerius, & plerique alij Hiſtorici. Cæterùm vir iudicio acer extitit, emendationis in Eccleſiâ reſarciendæ deſiderio commotus, & Borboniis Principibus, quantum religio & Reſpoblica pati potuerunt, ad mortem vſque addictiſſimus. Ei ſequens epitaphium poſitum eſt, ab ipſiúſmet fratribus, quòd quia rerum ab ipſo geſtarum, & à nobis ſupramemoratarum ſummam continet, hoc loco inſerendum putauimus. CAROLVS MARILLACVS, *ad annum ætatis primum & viceſimum nobilium artium ſtudiis eruditus, triginta deinceps annos multa foris, domíque, præclari ingenij monumenta dedit. Maximis Legationibus à Franciſco I. & Henrico II. ad Solymanum Turcorum dominum, Henricum Anglorum Regem, Carolum V. Germanorum Imperatorem, & pleróſque alios Orbis Chriſtiani Potentatus ſummos ſingulari fide perfunctus, integritatiſque ergò functus; Regius Libellorum Supplicum Magiſter, Abbas D. Petri, Archiepiſcopus & Comes* VIENNENSIS, *primorum in Regiâ arcanorum Conſiliarius, parem æquitatis & innocentiæ laudem domi conſequutus ſub initia Conuen-* D *tus Aureliani, cùm forti, ſanctâque de reſtituendo religionis antiqua, auitâque regni ſtatu ſententiâ, mirificam de ſe expectationem concitaſſet, in ipſo virtutis flore diem extremum obiit anno ætatis 51. ſalutis humanæ 1560. 4. Nonas Decembris. Fratres Marillaci Gilbertus, Iulianus, Guillelmus, Bertrandus monumentum pietatis & luctus poſuêre.* Eius memoriæ exarata quoque hæc ſubiecta inſcriptio: CAROLO MARILLIACO; *ad Henricum VIII. Angliæ Regem, poſt ad Carolum V. & Ferdinandum Romanorum Imperatores, demum ad Paulum IV. ſummum Pontificem, à Franciſco I. literarum & bonarum artium parente, & Henrico II. afflictorum Principum vindice, & liberatore, Galliarum Regibus Legato, arcani Conſilij Senatori prudentiſſimo, Viennenſis Eccleſiæ Antiſtiti vigilantiſſimo atque digniſſimo, pauperum, egenorúmque ſubleuatori piiſſimo, plebeculæque exhauſtæ aſylo tutiſſimo, & patrono conſtantiſſimo P. S. mœſtiſſ. P. E. P. obiit 2. Decembris 1560.*

97. IOANNES DE LA BROSSE, V. Abbas Fontenaij, diœceſis Eduenſis, ſtirpe nobilis, & zelo animarum flagrans, liberalis in pauperes, duos ſecum habens perpetuò Theologos, qui populum pabulo diuino paſcerent, dum obiret munus Pontificale: ſedebat an. 1561. at propter hæreſes quæ per Galliam hoc æuo graſſabantur, quibus & baſilica maior à Nouatoribus concremata, in Abbatiam ſuam Fontenaij ſe recepit, vbi mortuus eſt, aſſumpto ſibi Veſpaſiano in eadem Cathedrâ ſucceſſore. LA BROSSE. 1561.

98. VESPASIANVS GRIBALDY Pedemontanus, nobilis Cherienſis, Abbas Athanatenſis, S. Memmij Catalaunenſis, Eſchalelj, & Arremarenſis, priuignus Renati Biragi Franciæ Cancellarij, filiúſque Valentinæ Balbianæ eius vxoris; ad hanc Sedem euchitur anno 1567. ceſſione Ioannis de la Broſſe. Confeſtim ab electione animum intendit palarij Archiepiſcopalis & baſilicæ inſtaurationi. Dimiſit Archiepiſcopatum Petro de Villariis, annóque 1574. intereſt ſolemnibus exequiis Margaritæ Valeſiæ, vxoris Emanuelis-Philiberti Ducis Sabaudiæ, necnon tralationi reliquiarum S. Mauricij in Eccleſiam Aſtenſem. At anno 1575. ſeceſſit in Prioratum ſuum oppidi Chetien- GRIBALDY. 1567.

ſis, diœceſis Taurinenſis, & vbi natus fuerat, ibi & mortuus eſt longæuus.

De Villars.

99. Petrvs de Villars iii. Petri & Snaſannæ Ioubert natus, è ſacro fonte ſuſceptus eſt à Petro Palmier Archiepiſcopo Viennenſi, qui familiam de Villars conſanguinitate attingebat; fœlix ſanè omen, quòd qui in ſpirituali regeneratione eius fuerat filius, futurus quoque eſſet Eccleſiæ Viennenſis hæres. Per ſeptennium Lutetiæ litteris expolitus, eodem conſilio celebertimas Italiæ Academias inuiſit, nactúſque eſt præſtantiſſimos Iuriſprudentiæ Profeſſores Andream Alciatum, & Hugonem Boncompagnum, qui poſtremus fuit Gregorius xiii. Pont. Max. Noſter autem Petrus Patauij laureâ Doctorali fuit inſignitus, natus ad ſummum 22. annos: abſoluto fœliciter ſtudiorum curriculo, per aliquot annos patris ſui vſus contubernio, Lutetiam profectus eſt, & Clericalem habitum vitæ ſanctioris inſtitutione induit. Cùm autem pietate & ingenio polleret, breui multis innotuit, maximè Turnonio Cardinali, qui eum ſibi addixit: & quidem Romam profecturus ſub Caroli ix. exordium, illum in comitatu adlegit, ciúſque operâ vſus eſt, dum in Conclaui creatus eſt Pontifex Iulius iii. Præthereà ab eodem Cardinali ad varios Italiæ Principes miſſus; inter Pontificem & Henricum ii. pacis fœdera conciliauit, quibus bellum & turbæ de obſidione Parmenſi exortæ, compoſitæ ſunt. Eundem rursùm Cardinalem ad Paulum 4. delegatum comitatus eſt, & quidem de Regis mandato, ideóque ab eo vacationem impetrat à foro, nam Pariſiis Senator erat: hâc in expeditione Principes Italiæ conuenit, qui ſe fœderi Pontificem inter & Regem inito admiſcuerant, idcirco ipſe ferè ſolus obiuit Legationes, vicéſque Cardinalium Ferrarienſis, Lotharingi, & Turnonij, ad Ducem Guiſiæ, qui ſub Ferrarienſi ſummus erat militiæ magiſter, eo in exercitu, quem Rex conſcripſerat, vt ſuppetias Pontifici aduersùs Imperatorem ferret, regnúmque Neapolitanum obtineret. Mortuo Paulo 4. eidem Turnonio ſacri Collegij Decano miram operam contulit in Conclaui, quod per quatuor menſes durauit, in quo

A Pius 4. Papa renunciatus eſt. Interim Ioannes Suauius, Cardinalis Reumanus, Mirapicenſis Epiſcopus, Petro diu reluctanti vltrò ſuum detulit Epiſcopatum: cùm enim muneri ſuo Senatorio totum ſe vellet addicere, inter primates quippe iam numerabatur, onus longè grauiſſimum ſubire, atque diœceſim tumultibus agitatam, & hæreticis coinquinatam accipere detrectabat. Tandem multorum Cardinalium ſuaſu, & maximè Turnonij, qui ſæpiùs ingerebat, non ideò eſſe fugienda Eccleſiæ munera, quòd pro iis multi graues eſſent labores tole-
B randi, imò eo maximè tempore Epiſcopatum deſiderare eſſe bonum opus. Tum enim primùm hæreticorum diſcordiis, & ciuilibus armis agitari cœpit Gallia, erupítque ad caſtrum Anibaſiæ belli incendium, quo factum, vt à ſummo Pontifice Turnonius iterum poſtularetur, qui ſecum fidum ſuum Villartium deduxit; & cùm à Rege Mirapicenſis Epiſcopus eſſet declaratus, Pius iv. in Conſiſtorio eum cùm propoſuiſſet, bullas quoque gratis conceſſit. Tum verò mutauit curas & ſtudia Petrus, & à Iure Ci-
C uili & politico, ad Scripturam, & Patrum Sanctorum libros euoluendos animum traduxit; nihil magis habebat in votis, quàm vt diœceſim ſuam ſine cunctatione adiret, vtpote quæ tam boni paſtoris opem ſollicitè expectaret. Verùm exortis nouis tumultibus, morte immaturâ Franciſci 2. cui Carolus impubes ſucceſſit, proficiſci nequaquam valuit, nec priùs ab aulâ diſcedere, quàm Turnonius Cardinalis è vitâ migraſſet; tum verò ſe totum diœceſeos adminiſtrationi conſecrauit: longè porrò fructus ampliores protuliſſet, niſi ter aut quater delegatus ad Regem, tum vt Septima-
D niæ, tum vt Toloſanæ prouinciæ rebus publicis egregiè conſuleret: tum denique vt generalibus in Comitiis Cleri Bleſenſibus 1577. & Pariſienſibus 1585. locum ſuum obtineret. Sequenti anno luculentam orationem protulit coram Henrico 3. aduersùs bullas Sixti 5. quibus Eccleſiæ bonorum diſtractionem permittebat. Nec minùs Caroli ix. iuſſu, inter ſacri Conſilij Aſſeſſores nominatus eſt; interim verò aulâ abſens, à fratribus Franciſco & Carolo, eorum operâ Viennenſis Archiepiſcopus deſtinatus eſt, Veſ-

paſiano Gribaldo iuri ſuo cedente: tranſmiſſo ergo ad nepotem ſuum ex fratre Petrum de Villars Epiſcopatu Mirapicenſi, probauit vtrúmque Rex Chriſtianiſſ. ſummúſque Pontifex ambobus gratuitò bullas conceſſit. Nouâ dignitate augendos quoque labores, & curæ paſtoralis ſollicitudinem intelligens, non ſine metu tremendum onus ſubiit, quo per magnam anni partem abeſſe cogeretur, propter eas res quas nomine prouinciæ adminiſtrabat. In Comitiis autem Bleſenſibus, nomine Cœtus generalis delegatus fuerat cùm aliis nobilibus viris ad B Regem Nauarræ, Aginni tum agentem, quò eum ad Comitia inuitarent, & ad componendum Galliæ regnum, enumeratis quæ inſtabant calamitatibus, hortarentur; quod oratione vſque adeò vehementi adorſus eſt Petrus, vt Rex lachrymas continere nullatenus potuerit, quæ quidem res aulicorum, & Regis miniſtrorum animos multùm perturbauit; admiſſus ſequenti nocte ad colloquium priuatum cùm Rege, confeſſus eſt Henricus per iocum, ab eo ſe maximam iniuriam accepiſſe; redditâ Legationis ratione, abſolutiſque Comitiis, C in aulâ permanſit, & miſſus cùm domino de Montpenſier Bergeracum, de pace cùm Rege Nauarræ, qui plurimùm ipſi fidebat, acturus, huius negotij ſecretiora myſteria Petro commiſſa ſunt. Nec minùs rem Eccleſiaſticam promouit, abrogato multis in locis, in quibus antecedentium edictorum indulgentia viguerat, ſectæ Caluini exercitio; & cùm variis in prouinciis id indulgentiùs toleraretur, nullis precibus aut rationibus adduci potuit, vt huic decreto ſubſcriberet. Cùm itaque tam varia negotia pertractaret, demandata fuit inſuper ipſi cura, vt codicillis & poſtulationibus D generalium Comitiorum reſponderet, cui rei per triennium & ampliùs incubuit, vnde factû, vt vix diœceſi ſufficere poſſet, à quâ etiam aulus eſt,
1582. cùm anno 1582. ex mandato Regis cùm dom. Forgeto in Senatu Præſide, necnon Bartholomæo Præſide Cameræ Rationum regiarum delegatus eſt in Septimaniam, & Aquitaniam, vt publicæ rei harum prouinciarum conſuleret. Poſt annum ergo reuerſurus Viennam, iterum ad aulam reuocatur, à quâ tamen abſolui-

Atut, & permittente Henrico 3. onus Epiſcopale Petro de Villars nepoti Antiſtiti Mirapicenſi omninò committit, vt animæ ſaluti totus incumberet; quod vt præſtaret faciliùs, annuente Rege extra Galliam receſſit propè Taurinum apud Moncaletium, vbi annos ferè 70. natus, Franciſcanorum domum ſibi delegit, quò ab omni ſtrepitu negotiorum ſegregatus, orationibus, pietatis officiis, & eleemoſynis vacans, tranquillæ ſenectuti conſuleret, & æternæ fœlicitati. Interim defuncto fratre Franciſco, alter Claudius germanus cùm hunc caſum acerbiùs ferret, Petrus amantiſſimum fratrem inſigni planè epiſtolâ ſolatus, etiam librum adiecit de quatuor hominis finibus inſcriptum, quo ipſum, & ſe quoque ad huius vitæ æquo animo tolerandas afflictiones hortatur: nec minùs ante librum conſcripſerat de inſtitutione parochorum, poſteáque Cathechiſmum inſtituendæ iuuentuti aptiſſimum, vt ſic tum Sacerdotum, tum laicorum diœceſeos curam etiam abſens aliquam gereret. Demum hoc in ſeceſſu traductis quatuor & ampliùs annis, natus annos 75. Nouembris 14. an. 1592. 1592.
Moncalerij piè moritur, ibique à Veſpaſiano Gribaldo reſignatario ſepelitur. Vir fuit ingenij & prudentiæ non mediocris, à ſummis Pontificibus, Rege, & Principibus externis Conſilio ſæpè adhibitus in magni momenti negotiis, vt patet ex epiſtolis ad eum ab Henrico 3. & Catharinâ Mediceâ ſæpè datis.

100. PETRVS DE VILLARS VILLARS.
IV. Lugduni primam lucem hauſit, Turnoni verò literis humanioribus inſtitutus, Luteriæ in Regio Nauarræo Theologicis cùm mentem adhibuiſſet, dignus habitus eſt, qui in Sede Mirapicenſi patruo ſuccederet, quam per decennium vigili curâ adminiſtrauit, poſteà Viennenſem Archiepiſcopatum adeptus eſt. Delegatur autem ab vniuerſis Delphinatus Ordinibus, vt ab Henrico III. Franciæ & Poloniæ Regem obtineret Ducis Meduanæ has in oras profectionem, vt miſerrimè tumultibus agitatam prouinciam componeret; cùm verò remearet, Lugduni graui morbo correptus penè occubuit, ſanitati tamen reſtitutus, Romam progreditur, tum

Apoſtolorum limina viſitaturus, tum vt diplomata Archiepiſcopatus à Gregorio XIV. perciperet, quæ gratis contulit; ibi Toleti Cardinalis familiaritate vſus, ei perſuaſit, vt ſummam conſcientiæ Caſuum in compendium redigeret, Confeſſoribus inprimis vtilem: domum quoque B. Virginis Lauretanæ inuiſit, & ſepulchrum S. Caroli Borromæi; poſtmodum in Gallias teuerſus, moribus honeſtiſſimis, non modò diœceſis ouibus exemplum benè viuendi contulit, ſed & cæteris Galliæ Paſtoribus, nam cùm oneris Pontificij dignitatem perciperet, & magnum eſſe quæſtum pietatem cùm ſcientiâ, vt aſſerit Apoſtolus, multùm incubuit, non modò ſcientiæ rerum diuinarum, ſed praxi virtutum, quibus debet fulgere ſacerdos; nam quotidiè manè piæ meditationis cibo animam refouebat, tum ſacris operabatur ſingulis diebus, etiam dum ætas ingraueſcens concedere videbatur, vt deuotionis feruorem paululùm temperaret; vnde non mirum ſi de rebus diuinis, ſiue in concionibus, ſiue piis in colloquiis magnâ cùm omnium admiratione & fructu ſermonem haberet; duobus quoque Voluminibus ſcripſit, de ſimoniâ fiduciariâ, de reſidentiâ Eccleſiæ bona poſſidentium, de fundatione miſſarum & Capellarum, de celebratione Sacramenti matrimonij, de officio Medici ægros curantis, de iuramentis & blaſphemiis, quæ quidem ipſum iure optimo celeberrimi Collegij Nauarrici Doctoris titulo fuiſſe inſignitum demonſtrant. Laudes eius proſequuntur illuſtriſſ. Rom. Eccleſiæ Cardinales Baronius, Bellarminus, & Toletus, Lipſius ep. 101. in Centuriâ ad Gallos & 113. Faber Toloſanus, Poſſeuinus in Apparatu Sacro, Galterus & Rainaldus è Societate Ieſu: qui quidem ipſum ob zelum animarum plurimùm commendant; nam cùm hoc ſæculo pauciſſimi Paſtores & Epiſcopi ſuum gregem verbo diuino paſcerent, idque munus aut omninò negligerent, ſiue imperitiâ concionandi, ſiue culpabili ſocordiâ aliis committerent; Ipſe autem cùm ex mandato Concilij Tridentini ſciret in eo verſari ferè præcipuum Epiſcopi officium, cùm iuxta Scripturas eius ſit vacare prædicationi verbi Dei, totâ vitâ quantùm

A potuit oues duxit in paſcua virentia, cùm eas ſacrorum librorum & Patrum doctrinâ in concionibus enutriret, pluréſque alios ſuo exemplo ad idem munus Epiſcopos fœliciter obeundum excitauit. Cùm verò Mirapicenſem & Viennenſem Eccleſiam per annos 34. gubernaſſet, háncque fratri Hieronymo ceſſiſſet, nihilominùs partem quæ Viuatienſem pagum occupat, vbi Annonenſe oppidum, adminiſtrandam ſibi reliquit; & hinc patuit quòd non lucri tantùm gratiâ, aut ex neceſſitate implendi officium

B Epiſcopale huic animum intendiſſet, ſed ex viſceribus caritatis Chriſti, cùm ea pars diœceſeos naturâ loci ſit aſperior, & pauperibus abundantior, & hæreticâ peſte iam corrupta, etiam antequam huc Geneuæ locuſtarum examina aduolaſſent, fidei plantas & germina Catholicæ Eccleſiæ miſerè depopulatura, vt poſteà contigit, quibus tamen dum vixit, obniſus eſt perpetuâ ſollicitudine. Demum cùm ſeriò de vitæ exitu cogitaret, quantùm potuit ab omnibus ſæculi negotiis ſeparatus, ſanctimoniæ & conſcientiæ puritati vacabat, tandem apud S. Ge-

C neſium de Valle, ditionis ſuæ locum ſecus Lugdunum 16. Iulij 1613. ſenectutem 67. annorum morte piâ commutauit. Bibliothecam legauit Societatis Ieſu Patribus, quos cùm impensè adamaſſet, apud eorum Eccleſiam corpus voluit ſepeliri Viennæ, in Collegio quod ipſis procurauerat à Rege Chriſtianiſſ. cor terræ demandatur apud S. Franciſci Patres, quos Capucinos nuncupant. Oratione funebri laudes eius proſequutus eſt in Metropolitanâ Eccleſiâ Pater Arnaldus è Societate Ieſu, & in eorum Collegio habet hoc Epitaphium tabulæ marmoreæ adſcriptum:

D *Hîc* PETRVS *iaceo, ex nobili, & antiquâ Villariorum gente, ciuis Lugdunenſis, Theologus Pariſienſis, Epiſcopus Mirapicenſis primùm, demum Archiepiſcopus Viennenſis, natus 5. Nonas Martias 1545. Abij 15. Cal. Septembris 1613. horâ cir-* 1613.
citer meridianâ in oppido S. Geneſij prope Lugdunum. Dixi, ſcripſi, egi pauca ad Dei gloriam, at plura, heu! nimis deliqui. Siſte ergo viator aliquantiſper, priſque tumulum noſtrum premens genibus, numen tui, meique causâ venerator, idem pietatis beneficium vitâ functus à poſteris recepturus, vide interim. Vale, age fœliciter.

liciter. Hieronymus de Villars Archiepiſco- A
pus & Comes Viennenſis frater mærens, fra-
tri amantiſsimo amoris monumentum P.

Villars. 101. HIERONYMVS DE VILLARS ex Canonico & Senatore Pa-
riſienſi, germanus Baltaſaris Præſidis
Lugdunenſis, vtéque natus Franciſ-
co Villario Regis Conſiliario, in fo-
ro ac Seneſcaliâ Lugdunenſi Præfe-
ctura ciuilis & criminalis Iuridico
Prætore, Franciſcâ autem Gayan
matre. Is à fratre ſuo deceſſore Petro
Antiſtes Viennenſis conſecratur die
1601. patroni ſui Hieronymi 1601. multùm
ſollicitudinis & pecuniarum impendit, B
tum vt Eccleſiaſtica diſciplina in paro-
chiis & monaſteriis ſeruaretur, tum vt
altaria debitis ornamentis decoraren-
tur, vti & Metropolitana Eccleſia ſuo
ſplendore ac maieſtate non careret.
Anno 1602. apud Tononum diœce-
ſis Gebennenſis magnum Iubilæum
celebrari curauit: 7. die Septembr.
eiuſdem anni aram principem Cathe-
dralis ſacram fecit, & Diui Theobaldi,
cuius Capellam in quâ ſibi delegerat
ſepulchrum, exornauit, eique die Paſ-
1610. charis 1610. argenteam imaginem S.
Mauritij Metropolis patroni obtulit,
feſto illius publico ritu renouato. S. C
Burcardi quoque ſepulchrum, cuius
corpus eo ſedente repertum, miraculis
illuſtratum eſt, auguſtius fecit. Præte-
reà maiori altari quæ ſpectant ad ſacra
ſolemniter facienda dono dedit, ſingu-
lis verò B. Virginis feſtis diebus, Capi-
tuli proceſſionem inſtituit, & pro ſalu-
te animæ, obitum, vt vocant; demum
reſtaurauit palatium Archiepiſcopale.
Poſt ſolemnem ſacri Ordinis conuen-
tum in vrbe orauit pro Clero die 5. Se-
ptemb. anni 1605 coram Henrico 4.
Rege, Capucinos Romani excepit an.
1615. 1609. Viennæ autem 1615. Beati Fran-
ciſci de Paulâ Patres apud Romanum D
1620 à ſummo Pontifice diploma acce-
pit pro reformatione Ordinis S. Anto-
nij 15 Decemb. 1625. denique extru-
cto inſigni ſacello & tumulo in gra-
tiam fratris, apud Societatis Ieſu Pa-
tres, vitæ finem ipſe impoſuit 1626. in
Metropolitanâ verò ſepulturæ manda-
tur hâc inſcriptione, VIÆ, *Vitæ, & Ve-*
ritatis Deo auctori Sacrum Viator ſpecta, &
exſpecta. Iacet hic HIERONYMVS DE
VILLARS, *Villartiæ ſurculus familiæ vetu-*
ſtæ herclè, & nobilis, qui ciuis Lugdunenſis,
mox Senator Pariſienſis, dein Archiepiſco-
pus & Comes Viennenſis, Lugdunum, Pa-
riſios & Viennam, tria theatra orbis, tres
vitæ teſtes habuit, ſed locupletior Henricus
IV. qui arcano Conſilio Adſſeſſorem legit, alto
& honorifico munere, cæteri ciuem & Se-
natorem laudant. Vienna Paſtorem, cuius
bellis ciuilibus prophanam ex[illegible]auit poten-
ter, procurauit incunctanter, ornauit non in-
feliciter; loquitur altare quod ſubſtructum
reſtituit, Crucis ſignum quod ſtatuit, nec ſi-
lices muti ſilent, at ille ſuæ mortalitatis me-
mor certus relinquenda quæ viuens mente
neglexit, futuris exuuiis hunc locum dixit,
& fixit eo planè anno, quo trium Delphi-
natus Ordinum ſuffragiis ad Regem iuit, de
exortu Delphini fœliciſsimi Galliæ ſyderis
gratulaturus. Sed quid te moror ampliùs? abi
viator, Deum cogita, mortuos adiuua, bre-
uique te moriturum puta. Vale, viue vt
moriturus, morere in æternum victurus: 1626.
obiit 18. Ianuary 1626.

102. PETRVS DE VILLARS Villars.
V. Hieronymi conſanguineus, paren-
te Claudio de Villars, ex Annâ de
Fay, toparcharum de Virieu Viua-
tienſium clarâ ſtirpe in lucem editus
eſt. Ab Henrico IV. primùm Epiſco-
patus Aginnenſis Coadiutor nomina-
tur anno 1608. defuncto Nicolao de
Villars: poſteà Hieronymo conſen-
tiente propter ægritudines corporis,
ipſius etiam Coadiutor eſt deſignatus
1612. cùm priùs Claudio de Gelas ius
ſuum ad Eccleſiam Aginnenſem ceſ-
ſiſſet; à quo 1615. Iunij 29. feſto S. 1615.
Petri Pariſiis, in Eccleſiâ Monaſterij
S. Germani de Pratis conſecratur ti-
tulo Epheſiorum Epiſcopi, aſſiſtenti-
bus Paulo Antonio de Fay de Per-
raut Vecticenſi, & Stephano de Po-
lueret Alectenſi Antiſtite. A quadra-
ginta ergo & ampliùs annis inaugura-
tione ſacrâ factus Epiſcopus, Decana-
tus honore fulget inter Præſules Gal-
liarum; per quod tempus Eccleſiam
ſuam tranquillè, prudentérque rexit
cùm diœceſeos approbatione. Vnde
à Comprouincialibus Epiſcopis quin-
quies ad generalia Cleri Comitia de-
legatus eſt anno 1621. Burdigalæ
1628. Auguſtoriti Pictonum; & ad
maiora quæ Lutetiæ habita ſunt 1625.
1645. & denique 1655. quibus hoc 1645.
anno intereſt.

103. HENRICVS DE VILLARS [illegible]
Archiepiſcopus Philippopolis & Co- trois molet[illegible]
adiutor Viennenſis Eccleſiæ: Clau- [illegible] chef
dio de Villars Barone de Maclas, Pe- [illegible] gent
tri anteceſſoris fratre, & Carlotâ de [illegible]
Caluiſſon, oriundâ ex Baronibus de [illegible]

S. Auban nobilem duxit originem, & A indolem, quâ ad optima quæque incitatus, familiâ Villarſiorum dignus euadetet, & quintus huius cognominis, qui Viennenſes infulas obrinetet. Gradu ergo Canonici, & dignitatis Cathedralis inſignitus, quam vocant Caput Scholæ, Prior & dominus Aiſpagnaci diœceſeos Mimatenſis, Cœtui Cleri Galliarum Pariſienſi an. 1650. interfuit: tum fatis cedente Theophilo du Chemin Abbate de Lautaër, eiuſdem Cleri Agehte Generali, huic ſubrogatus eſt 1651. cui vtilem operam in rebus gerendis cùm impendere cœpiſſet, anno B
1652. 1652. experente Petro ad hanc Eccleſiam ſpe futuræ ſucceſſionis promotus fuit, cùm & patruo tanti muneris implendi in nepote capacitas iamdiu perſpecta eſſet, & Ludouico XIV. Henrici probata fides; paulò poſt cùm falſus de morte Petri rumor percrebuiſſet, Rex illi Viennenſem Pontificatum confirmauit; voluit autem hanc nominationem tacitam haberi, ne ſi patuiſſet omnibus, cùm eo tempore bellum ciuile per Gallias arderet, inde multi proceres occaſionem captarent eandem gratiam poſtulandi; hinc factum eſt, vt tantùm Alexandro 7. C Pontificatus anno primo, 3. Kalend.
1655. Septemb. 1655. Bullas ſuas curauerit expediri, ſub nomine Archiepiſcopi Philippopolitanenſis admiſſus. Eodem anno antiquus Agens ſeu Syndicus generalis Cleri Galliarum, etiam deligitur in maioribus Comitiis Lutetiæ Congregaris, vt à Secretis primus eſſet. De quo iure merito ſperatur, non defuturum nomini & famæ, quam ſibi eius deceſſores apud poſteros conciliarunt.

DECANI ALIQVOT VIENNENSES

1112. PETRVS 1. anno 1112. fit Archiepiſcopus Viennenſis 1121.

Guillelmus an. 1153.

Philippus Electus Lugdunenſis & Decanus Viennæ.

1287. *Godofridus de Clermont* an. 1287.

Claudius de Virieu viuebat an. 1358.

Antonius Lonier, Decanus an. 1385 poſteà Epiſcopus Magalonenſis.

Petrus Charpin anno 1 41.

Guillelmus de Clermont illuſtri ex ſtirpe Claromontâ apud Delphinates, Eccleſiam piis fundationibus decorauit; ſed eius epocha, vti & ſequentis adhuc non ſatis conſtat.

Humbertus de Clermont.

Guillelmus Palmier ab an. 1507. ad 1507.
1524. præfuit Capitulo.

Petrus Palmier ſuperioris frater, Decanatum obtinuit an. 1525. & 1527. inde Archiepiſcopus Viennenſis.

Annetus de Maugeron 1590.

Ioſephus Argoud an. 1600. 1600.

Claudius Argoud nepos Ioſephi 1627. obiit an. 1648.

Michael Argoud nepos Claudij.

Antonius Argoud frater & reſignatarius Michaelis.

VLTRAIECTINI EPISCOPI, ET ARCHIEPISCOPI.

VLTRAIECTVM Batauorum clara inferioris Germaniæ ciuitas, apud Antonium in Itinerario, vel Traiectum; nonnullis Vtricefium, ſic enim legunt apud Ammian. lib. 18. ſitum eſt inter antiquum Rheni alueũ, & Iſellam, vel tertium eiuſdem Rheni oſtium Orientale, ſeu fluuium Galliæ & Germaniæ terminum apud Ortelium in Theatri parergo, ex Ptolemæo, Strabone, & Dione. Ad oram Rheni poſitum teſtantur donationes, & priuilegia Imperatorum, ac Regum. Vrbs hæc quondam ampla Emporium habuit mercibus ex Oceano per Rhenum D vehendis percommodum, ſed poſteà mutauit alueum Rhenus, cuius nunc oſtium arenis eſt obſtructum, à quo diſtat quatuor circiter leucis; vnde veroſimiliùs Vltraiectum dicitur, quanquam Iunius velit inde nominari, quod ibi 35. legio Romanorum caſtra metabarut. Antonianam olim nuncupatam, vel Antoniam autumat Ioannes Becanus in Hollandiæ Chronographiâ, & alij ab Antonino, ſiue Senatore, ſiue exule, ſiue à Marco Antonio Cæſaris huc Legato, dum Gallias expugnaret, ſiue Marco Pio Antonino Imperatore eius

Vtrecht en ſa prouince ſur le Rhin. D'ar ent au ſaint Martin à cheual co ppant ſon manteau aux pauures or, tranché de gueul

reſtauratore. Sed cùm de hac Antoninâ ciuitate apud Tacitum, aut alios bonæ notæ Auctores nulla mentio, de cæteris autem vicinioribus habeatur, quâ cautione his fides adhibenda? præcipuè cùm conſtet Antonium has in partes Cæſaris nunquam Legatum fuiſſe. Alij tandem à vernaculo ſermone Trecht, Traiectum dictam volunt. Certè conſtat ex nummis, & monumentis antiquis illic olim repertis, Antoninæ vocabulo eam claruiſſe. Beda & Otho Friſingenſis, atque Hermannus Contractus Vltraiectum, vicum Friſiorum ſæpiùs appellant, Marcellinus Preſbyter Friſiæ Regis Ratbodi ſedem fuiſſe hîc vult, in quâ tunc arx munita viſebatur: eam vi expugnauit Dagobertus Clotharij filius, & validiùs multò quàm anteà communitam, Traiectum vocitauit: quia ſcilicet plurimus inibi commeantium tranſitus, & portoriis dependendis thelonium: ſitum quippe eſt Vltraiectum ad veterem alueum Rheni, qui priùſquam in Leccam olim prorupiſſet, hâc præterfluebat, atque ad Oceanum inde properabat. Oppidum perlabuntur duo aluei, ambo quinque & triginta fornicatis arcu- C bus pontis iunguntur; munitiſſima quoque eſt ciuitas, quatuor ingentibus latericiis propugnaculis, quinque terreis, muro vndique, cùm amplo vallo, & profundâ foſsâ cingitur. Quatuor portis patet, arcem habet egregio & valido opere decoram, à Carolo v. Imperatore conſtructam, paulòpoſt quàm ad hanc dignitatem euectus eſt, excitatam. Templis magnificis clara eſt, & præſertim quinque, totidem perantiquis Canonicorum Collegiis olim ſpectandis, Diui nempe Martini, S. Saluatoris, quod & D. Bonifacij dicebatur, B. Petri, S. Ioannis, & B. Mariæ, quod poſtremum pulcherrimum ſanè, & elegantiſſimi operis templum eſt, conditum à Friderico Ænobardo Imperatore, idque luendæ in partem multæ ipſi à ſummo Pontifice demandatæ, ob excidium vrbis Mediolani. Splendidiſſima eſt ædes D. Martini Epiſcopali Sede conſpicua, in quâ Carolus v. Imp. celebrauit Comitia Ordinis Aurei Velleris anno 1546. Metropolitico autem iure donatur à Paulo iv.
1559. 1559. inſtante Philippo 2. Hiſpaniarum Rege, cùm olim ſubiiceretur

A Colonienſi Archiepiſcopo, illique attributi ſunt quinque noui Epiſcopatus, quorum prima ſedes Middelbvrgi in Zelandiâ, ſecunda Harlemi in Hollandiâ, tertia Daventriæ in Tranſiſellanâ prouinciâ, quarta Groeningæ in Friſiâ Orientali, quinta Leovardiæ in Friſiâ Occidentali: & hæ tres poſteriores vltra Rhenum in ſolo Germanico, ſed hi omnes quinque cùm ſuâ Metropoli, iam ab earum penè erectione occupantur ab hæreticis. Nec omittendum hîc, Antiſti- B tem huius diœceſis ita aliquando potentem fuiſſe, vt poſſet in bellum educere quinquaginta millia hominum armatorum. In eâ vrbe duo ſunt cœnobia, alterum Equitum Melitenſium, alterum Teutonicorum, ſuo vtrúmque templo & ædificiis nobile: duo prætereà Monialium, vnum S. Bernardi, alterum Præmonſtratenſis Ordinis. In diœceſi hæ reperiuntur Abbatiæ.

Svffragans de l'Archeueſché d'Vtrecht.
Harlem.
Middelbvrg.
Deventer.
Leevvarden
Groenningen.

S. Pavli *S. Paul d'Vtrecht* O. B.

Aldovicensis O. B.

S. Lavrentii in Oesbroch O. B.

S. Servatii *in vrbe* O. C.

Claricampi O. C.

De Insvla O. P.

Giloensis O. P.

Vindebvrgensis O. P.

Traiectum porrò olim tantùm caſtrum fuit, habuítque ſuum Præfectum, aliquando Comitem, iterum Caſtellanum, & Burgrauium vocatum; hic cùm miniſterialibus Epiſcopi quibus iuriſdictio competebat, D incolas regebat, qui à burgo Burgenſes appellabantur. Inde cùm ex caſtro ciuitas fieret, & ædes, atque templa quæ circa caſtrum iam olim extructa fuerant, muro cingerentur, illi quibus iudicandi poteſtas à maioribus competebat, Conſilium ciuitatis conſtituebant, caſtróque paulatim ruinam agente, Burgrauij tandem titulus in hodiernum diem manſit, quo hactenus nobiles Brederodij gaudent, qui illum hæreditario iure à Vianiis adepti ſunt: hi autem à Goyanâ familiâ, quæ à Cuyckiis emetat, vel permutationis iure poſſe-

derat. Vrbs hæc Conſilium prouinciale habet, & Academiam inſtitutam anno 1535. ex eâ oriundus fuit Papa Hadrianus VI. Caroli 5. Imp. Præceptor, & Maria Schuuermanna, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, aliarúmque linguarum doctiſſima, omniúmque ferè ſcientiarum & artium laude florens; vt meritò inter Muſas adſcribi poſſet. Cæterùm in deſcribendâ Antiſtitum huius Metropolis Hiſtoriâ, potiſſimùm ex Ioannis Bekæ Canonici Vltraiectini, & Vuillelmi Hedæ Præpoſiti Arnhemenſis, qui de Epiſcopis Vltraiectinis ſcripſêre operibus, & notis hiſtoricis doctiſſimis B ab Arnoldo Buchelio Batauo Iuriſconſulto illuſtratis, vſi ſumus.

1. S. Vuillibrordus natione Anglus, gente Saxonum prouinciæ Northumbriæ, à patre Vigiſo traditus eſt Harpenſis Eccleſiæ Religioſis inſtituendus, B. Egbertum Northumbrorum, tanquam ſummæ deuotionis magiſtrum in Hiberniam ſequutus eſt, vt vitam exerceret heremiticam; cùm eo, vſque ad trigeſimum ætatis annum extitiſſe creditur, ab illo in Germaniam mittitur ad prædicandum Euangelium cùm duodecim ſodalibus, atque ibi Traiectum
690. applicuit anno 690. A Pipino Maiore Domus Franciæ, Ratbodo Friſiæ Duce debellato in illâ regione vocatur an. 695. vt ſuâ prædicatione Ducem infidelem ad baptiſmi lauacrum reuocaret, à quo ſequenti anno 696. Romam miſſus, à Sergio ſummo Pontifice creatus eſt Friſiorum Epiſcopus, & Clemens dictus, vt refert Beda Hiſt. Angl. lib. 5. cap. 12. Ado Viennenſis Archiepiſcopus, Abbas Vrſpergenſis, Emmius in Rerum Friſicarum Hiſt. Miræus in Annal. Belg. Haræus, Heda, & maior Scriptorum pars D Bedæ videntur accedere: Beka tamen hæc anno 697. contigiſſe ſcribit, Marianus Scotus an. 694. Contractus 691. & Sigebertus 697. qui anno 692. in Friſiam aduenisse dicit. Apud Germanos reuerſus, in fundo, & circa ruinas baſilicæ S. Thomæ nuper à Dagoberto Francorum Rege ædificatæ, propè caſtrum Traiectenſe, Canonicorum cœnobitalium con-
697. ſtruxit Eccleſiam anno 697. in quâ Cathedralem Sedem ſtabiliuit, eámque per primitiuam benedictionem A ſuâ manu propriâ conſecrauit, in honorem S. Martini, vt teſtantur verſus olim ad exitum templi propè turrim inſculpti. Carolus Martellus an. 722. S. Vuillibrordo donationem fecit de Traiecto & Fethnâ, vt videre eſt in diplomate. Demum poſt quinquaginta annos gentis Friſonum conuerſioni impenſos migrauit ad Dominum die 7. Nou. an. 739. corpus eius ad Epternacenſe monaſterium Ordinis S. 739. Benedicti, Treuerenſis diœceſis tranſlatum eſt, quò miraculis claruit. De eius obitu variant Scriptores, Chronicon Belgic. anno 732. Vuillelmus Heda, Annales vulgares, Molanus in Indice Sanctorum Belgij & ad Vſuardum 7. Idus Nouemb. 736. Barthelius ex Theofrido an. 739. cui aſſentire videntur Aubertus Miræus, & Emmius lib. 4 Hiſt. an. 745 Huius diſſidij cauſa eſt, quòd S. Bonifacius viuente adhuc Vuillibrordo aliquandiu Epiſcopale munus obierit, eique iam ſenio debili, veluti Vicarius extiterit, cui proinde annos nonnullos Vuillibrordi adſcribunt. Accedit quòd & de tempore initi Pontificatus Scriptores non eadem ſentiant: C atque hinc fit vt ſequentium etiam Antiſtitum annorum ordo non ſemel turbetur. Huius ſanctiſſimi viri meminêre Beda Preſbyter, Ado Viennenſis Archiepiſcopus, & pleríque alij Scriptores inſignes: Theofridus Abbas Epternacenſis Monaſterij vitam eius longiore cæteris ſtylo ſub Henrico 4. Imperatore complexus eſt.

2. S. Bonifacius, Vuinfridus anteà dictus, nobilis proſapiâ, ex Angliâ venit in Friſiam anno 704. ad annunciandam populis Chriſti fidem, inde Romam petit, ibi à Gregorio 2. prædicandi in Germaniâ accepit legationem, iterum Friſiam ingreditur, & cùm S. Clemente per 13. annos commoratur in Eccleſiâ Traiectenſi, Ratiſbonæ ſynodum celebrat 742. cui Carlomannus intereſt: & anno ſequenti Liptinæ. Demnm à Zachariâ Moguntinus Archiepiſcopus effectus eſt 752. & eodem anno marty- 752. rio affectus. Extat priuilegium Pipini Regis huic Epiſcopo conceſſum, actum Vermeriâ Palatio publico menſe Maio die 23. anni 2. eiuſdem Regis, quo confirmat donationes Regum anteceſſorum Eccleſiæ S. Marti-

ni. Ioannes Beka & Vuillelmus Heda in Chron. Epiſcop. Vltraiect. S. Bonifacium poſt mortem S. Clementis Eccleſiam Traiectenſem gubernandam accepiſſe, atque ibi antiquum monaſterium ædificaſſe ſentiunt, & cùm 52. ſociis apud vicum Dockingen Nonis Iunij anno 752. à paganis Friſiæ occiſum, quod alij referunt ad an. 754. nonnulli 755. corpus eius ad Fuldenſe monaſterium elatum eſt, de cuius martyrio vide Marcellinum in vitâ Svviberti. Sedente autem Bonifacio, refert Beka in chron. diſſenſionem exortam, vt ipſius verbis vtamur, inter Eccleſiam Colonienſem, & Traiectenſem; poſtquam enim Bonifacius Archiep. Traiectenſis iubente Zachariâ Papâ Pipinum Ducem Sueſſionis vnxiſſet in Regem Francorum, quem Clemens baptiſauerat in regno Germanorum, Archiepiſcopus Colonienſis Caſtrum cùm Eccleſiâ Traiectenſi, donatione Dagoberti Regis, ad Metropolitanum ſuum ſpectare: & contra præfatus Traiectenſis Archiepiſcopus affirmauit Eccleſiam ſuam ad Sedem Apoſtolicam ſine medio pertinere. Quapropter Bonifacius præſentis epiſtolæ conſultationem ſcribi fecit, quam Stephano Papæ deſtinauit: eſt autem eiuſmodi exemplar editum ab Henſchenio in Diatrib. de tribus Dagobertis Francorum Regibus: VENERANDO *ac diligendo domino, Apoſtolatus priuilegio prædito, Stephano Papæ, Bonifacius exiguus Legatus, vel Miſſus Germanicus, Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ optabilem in Chriſto caritatis ſalutem. Tempore Sergij Apoſtolicæ Sedis Pontificis venit ad limina ſanctorum Apoſtolorum Presbyter quidam miræ abſtinentiæ & ſanctitatis, generis Saxonum, nomine* VVILLIBRORDVS, *& alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Epiſcopum ordinauit, & ad prædicandam paganam gentem Freſonum tranſmiſit in littoribus Oceani occidui. Qui per quinquaginta annos prædicans præfatam gentem Freſonum, maximâ ex parte conuertit ad fidem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & Sedem Epiſcopalem, & Eccleſiam in honore S. Saluatoris conſtituens in loco & Caſtello, quod dicitur Traiectum, & in illâ ſede & Eccleſiâ S. Saluatoris, quam conſtruxit, prædicans vſque ad debilem ſenectutem permanſit: & ſibi Coepiſcopum ad miniſterium implendum ſubſtituit, & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi Sedem illam, ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum; quod & feci. Nunc autem Colonienſis Epiſcopus illam ſedem præfati Epiſcopi Clementis à Sergio Papâ ordinati ſibi vſurpat, & ad ſe pertinere ait, propter fundamenta cuiuſdam deſtructæ à paganis Eccleſiolæ, quam Vuillibrordus dirutam vſque ad ſolum in caſtello Traiecto reperit, & eam proprio labore à fundamento conſtruxit, & in honore S. Martini conſecrauit. Et refert, quia ab antiquo Rege Francorum Dagoberto caſtellum Traiectum cùm deſtructâ Eccleſiâ ad Colonienſem parochiam donatum eâ conditione fuiſſet, vt Epiſcopus Colonienſis gentem Freſonum ad fidem Chriſti conuerteret, & eorum prædicator eſſet, quod & ipſe non fecit. Non prædicauit, non conuertit Freſones ad fidem Chriſti, ſed pagana manſit gens Freſonum, vſquequò venerandus Pontifex Romanæ Sedis Sergius ſupradictum ſeruum Dei Vuillibrordum Epiſcopum ad prædicandum ſupradictæ genti tranſmiſit, qui illam gentem, vt præfatus ſum, ad fidem Chriſti conuertit. Et modò vult Colonienſis ſedem ſupradicti Vuillibrordi prædicatoris ſibi contrahere, vt non ſit Epiſcopalis Sedes ſubiecta Romano Pontifici, prædicans gentem Freſonum. Cui reſpondebam, vt credidi, quòd maius & potius fieri debeat præceptum Apoſtolicæ Sedis, & ordinatio Sergij Papæ, & Legatio venerandi prædicatoris Vuillibrordi (vt & fiat Sedes Epiſcopalis ſubiecta Romano Pontifici prædicans genti Freſonum, quia magna pars illorum adhuc pagana eſt) quàm deſtructæ Eccleſiolæ fundamenta diruta, & à paganis conculcata, & per negligentiam Epiſcoporum derelicta. Sed ipſe non conſenſit. Sed modò paternitatis veſtræ iudicio mihi intimare dignemini: & ſi hoc iuſtum ſit reſponſum & vobis placeat, quod illi Colonienſi Epiſcopo reddidi, veſtrâ auctoritate roborare, vt præceptum Sergij Papæ, & Sedes illa ſtabilis permaneat. Sic enim poteſtis nos, ſi vobis placet, adiuuare, ſi de ſcrinio Eccleſiæ veſtræ exemplare iubetis, & mihi tranſmittere, quidquid præfato Epiſcopo Vuillibrordo ordinato S. Sergius præciperet & conſcriberet, vt ex auctoritate Sanctitatis veſtræ contradicentes, conuincere & ſuperare valeam. Si autem aliter iuſtiùs Sanctitati veſtræ videatur, conſilium paternitatis ve-*

ſtra mihi inſinuare dignemini, vt ſequar.

3. Gregorivs natione Francus, claro genere oriundus, diœceſis Treuerenſis, à S. Bonifacio deceſſore ordinatur Epiſcopus an. Domini
752. 752. ſolâ benedictione acceptâ, vt ferè ſequentes Epiſcopi Traiectenſes, qui vrgente magnâ neceſſitate, Romanam Curiam viſitare non valentes, propter depopulationem Danorum, à viciniore Metropolitano ſimplicem benedictionem ſuſcipientes, ſicut Abbates, ſine Mitrà Pontificali longo tempore celebrauêre vſque ad Godebaldum. A Carolo Magno confirmationem donationum Eccleſiæ ſuæ accepit; exemptus è viuis paralityco
784. morbo 7. Cal. Septemb. 784. Pontificatus 23. Cratepolio 782. ætatis 70. iacet in Suſterenſi cœnobio nobilium Virginum, diœceſis Leodienſis, à Vuillibrodo inchoato, vti volunt Annales Leodienſes, & Miræus cap. 29. Donat. Piarum. Heda apud S Saluatorem Traiecti ſepultum aſſerit, vt conſtat ex ſui corporis eleuatione 7. Auguſti an. 1331. factâ, & perluſtratione relliquiarum 4. Iunij 1597. feſtum eius celebratur 10. die Octobris.

4. Albericvs Anglus, Eboracenſis diœceſis, Traiectenſis Eccleſiæ Canonicus, ſeneſcenti B. Gregorio, Epiſcopatus diſpenſator deputatus, B. Ludgerum dein Monaſterienſem Antiſtitem tranſmiſit ad patres Friſiæ: obiit 12. Calend. Septemb. cùm B. Gregorio ſepultus. Heda 787. vulgare chronicon, & Bockenbergius
794. mortis annum ponunt 794. A Carolo Magno confirmationem priuilegiorum obtinet: nempe totius ripatici inter Rhenum & Leccam fluuios.

5. Theodardvs, ſeu Thiedardvs in Friſiâ genitus, Pontificatus 6. animam ſuam exhalauit, quemadmodum docent Heda & Bockenbergius; iacet in Eccleſiâ S. Saluatoris, vt notat chronicum Pontificum.

6. Harmackarvs & Hermocarvs, aliis Eruacherus, ex Canonico Traiectenſis Eccleſiæ, creatur Epiſcopus Mors illius ponitur in chronico MS. ad annum 808. & in chron. magno quem Emmius ſequitur ad an. 827. codices S. Saluatoris tredecim annos præfuiſſe docent, & ſecundùm annorum calculum an. 804. obiiſſe, quod veriſimile erit, ſi Theodardus illius anteceſſor, ex nonnullorum opinione anno 791. obierit.

7. Rixfridvs, vel Ritzfredvs, ſeu Ricofredus dictus, natione Friſus, cuius extat epiſtola ad S. Ludgerum Monaſterienſem Epiſcopum, quâ ipſum hortatur, vt ordinem canoniſationis Suitberti à Leone Papâ celebratum, literis perpetuaret: à Carolo Magno omnes decimas de mancipiis & terris ſuæ diœceſeos, nechon teloneum de quocumque negotio impetrat; quod confirmatur à Ludouico Pio Imperatore eius filio, per literas Aquiſgrani datas 17. Cal. Aprilis anno 11. Chriſto propitio, imperij Ludouici piiſſimi Auguſti, Indict. 2. interiit Rixfridus 3. Nonas Octobris 836. iacet in Eccleſiâ S. 836.
Saluatoris.

8. Fredericvs nobili proſapiâ natus, à Rixfrido enutritus, & edoctus, apud Friſios prædicat contra hæreſim Arrianam an. 830. vt placet Miræo; ad Cathedram Epiſcopalem promotus Lud. Imp. gratiâ: obiit 15. Calend. Auguſti an. 838. conditus 838.
in æde S. Saluatoris.

9. Alfricvs, vel Alfridvs Frederici germanus frater, per B. Odulphum S. Saluatoris Canonicum præficitur Eccleſiæ: ſunt qui Albericum, & Alricum nominent: ob incurſionem Danorum & Normannorum exul Traiecto mortuus eſt 18. Cal. Septembris 845. chronicon Hirſaugienſe & magnum Belgiacum. Poſteà in Eccleſiâ S. Saluatoris propè germanum tumulatur. Eo Præſule, Traiectum & loca vicina deuaſtata ſunt à Danis & Normannis. Rorgarius Comes plurima bona conceſſit huic Eccleſiæ anno 25. Ludouici Imperatoris: inter Alfricum & Ludgerum aliqui Egihardum recenſent, propterea quod in inſtrumentato immunitatis Lotharij Imperat. dato Aquiſgrani 12. Cal. April Imperij eiuſdem in Italiâ 26. & in Franciâ 6. dicitur veteris Traiecti Eccl. Epiſcopus.

10. Lvdgervs patriâ Friſius, vir Eccleſiaſticæ diſciplinæ vindex, circa ſacras ſectiones intentus: ani-

854. mam exhalauit an. 854. 9. Cal. Maij. A
De illius obitu variant auctores, alij
enim 6. Pontificatus anno in exilio
mortuum putant, Traiecto iam à Nor-
mannis vaſtato, chronic. Mag. Bel-
gic. octo tantùm an. præfuiſſe, Boc-
kembergius vndecim, Heda verò vni-
cum annum tribuit: humatur in Ec-
cleſiâ S. Saluatoris apud Traiectum:
Huius intuitu Baldricus nobilis con-
tulit Eccleſiæ Traiectenſi res & præ-
dia maxima de fundo proprio.

11. Hvngervs genere erat Fri-
ſius, propter barbarorum in eâ regio-
ne irruptiones, vrbe Traiectenſi ca- B
ptâ & deuaſtatâ, cùm paucis Cano-
nicis ad Lotharium, tunc apud Pru-
miam monaſterium degentem ſe con-
tulit, qui miſericordiâ commotus, mo-
naſterium Montis S. Odiliæ, propè
Ruremondam Geldriæ oppidum, qua-
tinus ibidem ab incurſione Danorum
quietè reſiderent, ipſis conceſſit:
866. Deceſſit exul à Cathedrâ an. 866. 11.
Cal. Ianuar. Immunitatem accipit à
Ludouico Rege 15. Cal. Iunij anno
21. regni ſui in Orientali Franciâ: à
Lothario quoque traditionem reci-
pit de Bergh monaſterio per literas C
datas in Prumiâ anno 3. eiuſdem Lo-
tharij, 4. Non. Ianuarij: interfuerat
Concilio Tullenſi 859.

12. Odilbaldvs Friſius, con-
ſecratur an. 866. apud chron. Belgic.
887. adfuit Synodo Colonienſi 887. ei
Ludouicus Rex & Zuenriboldus Ar-
nulphi Imp. filius confirmarunt quid-
quid Ludouicus, Carolus, Pipinus,
aliique Reges conceſſerant, & pro-
prietatem, & immunitatem ab eis ob-
tentam extenderunt ſursùm ad Da-
uentriam, Tielam iam deſtructam,
cùm ſuis ripaticis, ac cæteris perti-
nentiis, & vniuerſa alia loca in ipſo D
Epiſcopatu conſiſtentia. Actum Nui-
magâ an. 890. regni Zuenriboldi 2.
obiit Odilbaldus Cal. Aprilis, vel vt
Bekanus notat 4. Idus Decemb. an.
900. 900. ſepultus Traiecti apud templum
Sancti Saluatoris. Scripſit vitam Bea-
ti Henrici Imperat. apud Sigeber-
tum.

13. Egilboldvs natione Friſius,
Zuenriboldo Regi acceptus, obiit 3.
Calend. Octob. an. 902. cùm rexiſſet
Epiſcopatum duobus tantùm annis,
aliis ſex menſibus; cùm prædeceſſore
quieſcit.

14. Radbodvs Regio ſanguine
ortus, ſi quidem maternus atauus erat
Radbodus Rex Friſiorum, & Gun-
therus Coloniæ Agrippinæ Archi-
epiſcopus eius auunculus, teſte Ham-
conio. Educatur in aulâ Caroli Re-
gis Francorum, & per Nannonem fa-
moſum his temporibus Philoſophum
edoctus, vrgente Arnulpho Imp. fit
Epiſcopus: ſedem conſtituit apud
Dauentriam propter Danorum vaſta-
tiones: apud Trentam deceſſit 3. Cal.
Decemb. an. 917. Zuentiboldus Rex 917.
& Carolus donationem Dauentriæ
oppidi & arcis, & Thielæ, cùm te-
loniis & pertinentiis, anteà Eccleſiæ
Traiectenſi factam confirmarunt, ſi-
militer & Rex Carolus quidquid alij
Reges Eccleſiæ Traiectenſi donaue-
rant; ad preces Vdonis conſanguinei
ſui, & Vualgeri Comitis, per literas
apud Vuillinaburgh in Franconiâ da-
tas 7. Idus Iulij 914. regni eius 3. fir-
mauit. De eo ſic narrat Ioannes Tri-
themius Abbas Spanhemenſis: Ran-
bodvs *xiv. Epiſcopus Traiectenſis, na-
tione Teutonicus, vir in diuinis Scriptu-
ris valdè eruditus, & ſecularium litera-
rum non ignarus, ingenio ſubtilis, elo-
quio clarus, vitâ & conuerſatione ſanctiſ-
ſimus, multis & viuus & mortuus mira-
culis coruſcauit, hunc in omnibus litteris
humanitatis Nanno Philoſophus doctiſſi-
mus inſtruxerat; qui aduocatus in Palatio
Regis Caroli Groſſi fuit, & poſteà Mona-
ſterium ingreſſus, tandem Epiſcopus con-
ſecratus, Eccleſiam Traiectenſem in gra-
ui perſecutione Danorum xvii. annis ſtre-
nuè gubernauit; ſcripſit autem nonnulla
præclara opuſcula, de quibus iſta feruntur:
Laudes S. Martini lib. 1. laudes S. Bo-
nifacij Epiſcopi lib. 1. De S. Amelbergâ
lib. 1. Homiliarum & Sermonum lib. 1.
De S. Vuillibrordo flores. Integrum quo-
que de S. Martini tranſlatione Officium,
& varios cantus in honorem Sanctorum.
Obiit ſub Ludouico filio Arnulphi Imp. an-
no* dcccxvii. *indict. v. iii. Kal. De-* 917.
*cembr. Epiſcopatus ſui anno xviii. ſepul-
tus apud Dauentriam vbi reſidere anteâ
conſueuerat.* Ipſe ſibi hoc Epitaphium
ſcripſit:

Eſuries, te, Chriſte Deus ſitis atque videndi
Iam modò carnales me vetat eſſe dapes.
Da mihi te veſci, te potum haurire ſalutis,
Vnicus ignotæ tu cibus eſto viæ.
Et quem longa fames errantem ambeſit in Orbe,
Hunc ſatia vultu, patris imago, tuo.

Item de poſcendâ peccatorum remiſſione ſic fatur :

Sis pius oro mihi Martine habitator Olympi,
Solamen miſero, ſis pius oro mihi.
Porrige quaſo manum ne me trahat ecce profundum
Portus naufragium, porrige quaſo manũ.
Imminet vmbra necis, nunc mihi proximus adſis,
Res nimiũ triſtis, imminet vmbra necis.
Eripe me tenebris, & diris ſubſtrahe flãmis,
Dilector lucis eripe me tenebris.
Me quoque redde polo regnum quo permanet agno,
Quo frueris Cælo, me quoque redde polo.

In altero manuſcripto inter appoſita ſuperiùs epitaphia aliud carmen Radbodi extat, quod ita loquitur :

O Deus Omnipotens cuius pietate redẽptus
Subſiſtit mundus, quâ generatus homo.
Reſpice me miſerum, peccati mole grauatum
Et nimio preſſum pondere, Chriſte, leua.
Ereptúmque gregis dira de ſorte ſiniſtri
Iudicij, inter oues tempore ſiſte tuas.

Clevès. 15. Baldricvs de Cleves, cognomine Pius, Rixfridi Comitis Cliuienſis filius, fugatis Danis, ciuitatem ſuam turritis mœnibus cinxit, Eccleſias incenſas reſtaurans, aulam cùm cæteris ædificiis dirutis reparauit, vt videre eſt in ſequenti Priuilegio ab eodem Eccleſiæ conceſſo, quod in archiuis reperitur : Baldricvs *gratuita pietatis ac Dei clementiâ Sancta Eccleſia Traiectenſis humilis Praſul, omnibus in Chriſto fidelibus, tam praſentibus, quàm futuris, in Domino Ieſu continuum, aternaque iucunditatis ineffabile tripudium. Omnium Chriſti fidelium comperiatur induſtria, tam praſentium quàm futurorum, qualiter ego Baldricus Sancta Traiectenſis Eccleſia Praſul indignus, cùm poſt mortem Reuerendi patris Domini Radbodi xiv. Traiect. Epiſcopi creatus fuiſſem in Epiſcopum Traiect. & à Metropolitano, videlicet S. Colonienſis Eccleſia Archiepiſcopo confirmatus, & conſecratus, operapretium fore duxi Sancta Traiecten. Eccleſia locum de quo Epiſcopatus nomen habuit, viſitare. Ad quem cùm veniſſem, & deſtructum à Danis, proh dolor? reperiſſem, & omninò deſolatum, necnon honorabiles Eccleſias glorioſi patroni mei S. Martini, ac S. Saluatoris dirutas, & exuſtas, lacrymas dolore cordis grauiſſimo tactus, intrinſecùs nullatenus valui continere, & inuocato de cælis auxilio, profuſis lacrymis exoraui, vt ille qui Eccleſiam ſuam ſanctam ſupra firmam petram, id eſt; Chriſtum fundauerat, ad Eccleſia mihi commiſſa reſtaurationem, & reparationem cooperari ſuâ conſuetâ benignitate dignaretur; eiúſque adiutorio, qui non faciem, ſed cor hominis intuetur, pontem trãs foſſatum, vrbémque cùm portis, & murum cùm propugnaculis contra hoſtium inſultum conſtruxi & erexi, ac nobiliſſima, probataque Deo ſacrata pacis locum, Eccleſias videlicet glorioſi Patroni mei S. Martini, & S. Saluatoris à prophanis dirutas & exuſtas, non prout debui, ſed prout potui aliquantulùm reparaui, Canonicos ab his Eccleſiis fugatos, & multimodè diſperſos, ad ipſas Eccleſias reuocaui, ſubſtituendo alios Canonicos in loca mortuorum, fideliúmque nutu Dei ad me confluentium adiutorio, inimicos de terrâ propulſaui, terras, pradia, decimas, & poſſeſſiones ad S. Traiectenſem Eccleſiam pertinentes, potenter de inimicorum manibus liberando, inſuper dictarum Eccleſiarum Canonicos ad ſuſtentationem eorum ampliorem, vt diuinis laudibus feruentiùs inhareant, omnium decimarum ſuarum accreſcentias, ac noualium decimas, ad ſtipendialem vſum fratribus in eiſdem Eccleſiis continuè ſeruientibus, propter Deum, qui cuncta bona remunerat, ad eius ſeruitium augmentandum, corde fauorabili, & manu largâ tradidi, & donaui in perpetuum poſſidendas : Ita quod ibidem pro remedio anima noſtra omni tempore proficiat in augmentum. Si quis verò &c. Actum & datum in caſtro Traiectenſi anno Incarnat. Dominica* DCCCCXXXIV. 934. *Calendis Iulij, Indictione ſeptimâ, regnante D. Henrico primo Rege inuictiſſimo, in Dei nomine feliciter, Amen.* Cæterùm Italiam petit anno 966. vt ab Ottone Rege aliquid ad vtilitatem Eccleſiæ ſuæ impetraret : ex illâ, corpora Sanctorum Martyrum Vrbani Papæ, Benigni Epiſcopi, Pontiani, & Agnetis Virginis ſecum tranſtulit, & in Eccleſiâ ſuâ repoſuit: beatorum quoque Libuini, Werenfredi, Plechelmi, Vuironis, Otgeri, Odulphi, & Radbodi reuelatione diuinâ repetit, quibus templum Cathedrale adornauit. Cudendæ monetæ facultatem accipit pro Eccleſiâ ſuâ ab Ottone Imp. an. 937. vt patet ex hoc ſequenti regali præcepto : 937.
„ In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Summæ diuinitatis nutu diſponente Otto Rex. Cunctorum fidelium nouerit vniuerſitas, qualiter nos interuentu dilectæ

» dilectæ coniugis noſtræ Edgidæ, nec- A
» non fidelis noſtri Giſelberti Ducis
» Lothariorum, licentiam concedimus
» Monetam fiendi in ciuitate Traie-
» ctenſi, in quâ modo venerabilis vir
» BALDRICVS Epiſcopali officio
» fungi dinoſcitur: & vt nullus Comes,
» neque aliqua iudiciaria poteſtas li-
» centiam habeat teloneum vel aliud
» quodlibet debitum, ſiue quæſitum ex
» ipsâ monetâ exigendi, noſtræ ſereni-
» tatis regiâ authoritate omninò inter-
» dicimus; ſed quidquid inde exigen-
» dum erit, ad integrum Epiſcopo præ-
» dictæ vrbis, & Eccleſiæ eidem pote-
» ſtatiuè in poſterum habendi, & in elee- B
» moſynâ noſtri ſimul & diuæ memoriæ
» patris noſtri Henrici ſereniſſimi Re-
» gis damus, & concedimus. Et vt hæc
» conceſſio veraciùs à fidelibus noſtris
» credatur, & firmiorem tenoris ſui
» ſtabilitatem in futuras populorum
» ſucceſſiones obtineat, præceptum hoc
» inde conſcribi iuſſimus, & annuli no-
» ſtri impreſſione illud ſigillari præce-
» pimus, manúque noſtrâ propriâ illud
» confirmauimus. Signum D. Ottonis
» ſereniſſimi Regis, Adaldagus Nota-
» rius ad vicem Rodberti Archicapella-
» ni recognoui. Anno regni eius quin-
937. » to, anno Incarnationis DCCCCXXXVII. C
» indictione x. Actum Brugheim cur-
» te Regiâ, in Dei nomine fœliciter,
» Amen. Nominatur in pacto Caroli
& Henrici Regum an. 921. immu-
nitatem quoque ab eodem Ottone
obtinuit per litteras datas Thulehem
die 4. Ianuarij 938. Poppone Can-
cellario ad vicem Rodberti Archi-
capellani recognoſcente; precibus
etiam coniugis ſuæ, & Giſelberti Du-
cis Lotharingiæ eximit Baldricum &
Eccleſiam ab omni iudicio & pote-
ſtate Comitum, conferendo eidem
quidquid ex teloneo, ſiue monetâ
exigendum erat in futurum, in elee- D
moſynam ſui & diuæ memoriæ Hen-
rici Regis patrui ſui: actum anno 5.
941. Regni ſui, Domini verò an. 941. in
Brughem curte regiâ. Venationem
& ius Foreſtenſe obtinet per diplo-
ma Imperiale datum in loco Vualahu-
ſen 6. Cal. Decemb. an. 943. Otto-
ni regni 7. Piſcationem quoque in
Amuſon & in Almere, codicillis
die 1. Kalend. Iulij 948. Regnan-
te pio Rege Oddone an. 13. itémque
Monaſterium in loco Tiela conſtru-
ctum cùm nouâ atque lapideâ in eo-

dem loco ciuitate, cæteriſque Eccle-
ſiæ prædiis, famulis, mancipiis, ſyluis,
aquis, piſcationibus, paſcuis, pratis,
omnibúſque ad præfatum Monaſte-
rium, vel ad Eccleſias, à Walgero, &
filiis eius Radbodo, necnon & Hat-
tone, & illorum anteceſſoribus dicto
Monaſterio in proprium conceſſas, vi-
re pertinentibus, perenniter in per-
petuum donauit an. 950. Quindclin- 950.
geburgh Regni ſui an. 15. Obiit Bal-
dricus ſenex an. 977. 6. Id. Ianuarij
Pontificatus an. 60. ſepultus in Ec-
cleſiâ Traiectenſi, in parte Meridio-
nali versùs oſtium: Huebaldus S. A-
mandi Elnonenſis Monachus ſcripſit
ei vitam S. Lebuini: claruit ſub Hen-
rico 1. Ottone 1. & 2. Imperat.

16. FOLCMARVS, ſiue VOLCMA-
RVS, Imperij Cancellarius vice Willi-
giſi Archicancellarij 974. ordinatur
an. 977. de cuius actis nulla ab au-
ctoribus mentio habetur: obitum eius
tantummodò deſignant ad an. 989. 989.
ab aliis verò 3. Idus Decemb. 990.
Pontificatus 12. cùm menſibus 6. ſe-
pultus in Eccleſiâ Traiectenſi in par-
te Boreali, inter duas columnas, in
oppoſito altaris B. Barbaræ; Bocken-
bergius eum in æde S. Saluatoris quí-
eſcere tradit.

17. BALDEVINVS DE HOL- HOLLAN-
LANDE I. Siphridi Præfecti Kene- DE.
mariorum, fratris Theodorici 3. Hol-
landiæ Comitis filius: de illo numus
argenteus reperitur apud Arnoldum
Buchelium Barauum qui notas hiſto-
ricas eruditiſſimè ſcripſit ad Chroni-
ca Ioannis de Bekâ Canonici Vltra-
iectini, & Willelmi Hedæ Præpoſiti
Arnhemenſis, de Epiſcopis Vltraie-
ctinis; quem huius Balduini eſſe
non dubitat, cùm eius vultum abſ-
que infulâ (cuius vſu, vſque ad Go-
debaldi tempora caruêre Antiſtites)
nudum exhibeat, pedum paſtorale
præ ſe ferens, cum hâc circumſcriptio-
ne: BALDVVINVS EPS. ab vnâ
parte, & ex alterâ Crucis ſignum,
cum hoc verbo TRAIECTVM. De-
ceſſit 10. die Maij 994. Pontif. 3. 994.
menſ. 5. de eo videndus Nouioma-
gus, Bockenbergius, Chronicon
Magnum Belgicum, Douſa, Barlan-
dus.

18. ANFRIDVS DE LOV- LOVVAIN.
VAIN, ſeu Gaufridus, Brabantiæ,
& Louanij Comes ſæcularis, præfici-

Mmmmm

tur Eccleſiæ Traiectenſi: erat Lam-
berti primi filius, Comitatum Ho-
yenſem, quem hereditario iure à
matre acceperat, Norgero Epiſcopo
Leodienſi conceſſit cùm conſenſu
Ottonis Imperatoris: contulit anno
997. 997. partem ditionum ſuarum Eccle-
ſiæ Traiectenſi, ſcilicet Weſterlo,
Oudlo, Colo, Mirenbecke, ſeu Hil-
uetenbecke, Borchre, quæ loca à
nobilibus de Merode ſub cenſu poſſi-
debantur, ſed anno 1600. illa à duo-
bus Collegiis S. Martini & S. Salua-
toris pro certâ pecuniæ ſummâ rede-
merunt. Eodem anno indict. 10. 12.
Kal. Octob. Imperij Ottonis 3. anno
primo, Fretheboldus nobili proſapiâ
genitus, tradidit Eccleſiæ Traiectenſi
omnem iuris ſui hæreditatem quam
habebat intra Comitatum Teiſter-
bantiæ: Iiſdem Otto 3 donauit Au-
frido villam Bomele per litteras da-
tas in palatio Romano an. 998. in-
dict. 12. 3. Idus Aprilis, regni Otto-
nis 3. anno 16. Imperij 3. oculis priua-
1005. tus hic Epiſcopus anno 1005. ſequen-
ti Collegium S. Benedicti ſuper Mon-
tem ſanctum in honorem Dei Geni-
tricis Mariæ propè oppidum Amerſ-
fordiam perfecit, in quo ſacræ reli-
gionis habitum ſuſcepit: cæterùm
Hilſuuinda Comitiſſa Strienſis cùm
vnicâ filiâ ſuâ Benedictâ velantur,
quæ poſteà fuit Abbatiſſa de Thoren:
Diploma autem fundationis & do-
nationis huius Monaſterij ex monu-
mentis Abbatiæ ſic ſe habet: IN NO-
MINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis.*
Notum ſit omnibus ſub Chriſtiana religio-
nis normâ degentibus: Qualiter ego AN-
FRIDVS *licet indignus Traiectenſis E-*
piſcopus, in loco qui vocatur Hohorſta ædi-
ficari præcepi cellulam in primis in hono-
rem Dei noſtri Ieſu Chriſti conſtructam,
necnon glorioſiſſimæ Genitricis eius Ma-
riæ, ſed & BB. Apoſtolorum Petri & Pau-
li, meíque Patroni ſpecialis S. Martini,
eâ ratione vt inibi fratribus Monachis ſub
S. Benedicti regulâ feliciter viuere cupien-
tibus, dies ducere liceat huic vitæ conceſ-
ſos. Vt autem locus prædictus in Dei ſer-
uitio firmius poſſit eſſe ſtabilitus, iamdi-
ctis fratribus tradidi quidquid viſus fui
habere in villâ Thrile in pago Teſterban-
tenſi, cùm omni familiâ, cunctóque ſerui-
tio & diſtirctione, ita vt omni tempore,
teneat ac poſſideat, abſque vllius contradi-
ctione, regali ſcilicet manu traditione ac
ſtipulatione nobis conceſſum, & in Tuuen-

A *te dimidium cenſus theloniarij & monetæ*
& Foreſtæ in Rumelo, & quartam par-
tem ſyluæ in Fugenhoute. Præter hæc tra-
didi inter villas Heſe & Sous XIV. man-
ſos cum prædio Hohorſt prædicto, cum man-
cipiis & omnibus appendiciis, id eſt ſyl-
uis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis,
aquarúmque decurſibus, acquiſitis & ac-
quirendis, quod dedit quidam Garnuar-
dus miles S. Martino; & nouale quoddam
de monte Hohorſt, vſque in Bachenorth.
Addidi & has Eccleſias, Ermelo, Ma-
ſemunſter, Linemunſter, Leyre, Suindrecht,
Hamerthe, Loyſden; Actum eſt hoc pu-
B *blicè coram idoneis teſtibus, in baſilicâ S.*
Mariæ Sanctíque Martini in Hohorſt,
ipſo die dedicationis eius, id eſt XIV. Cal.
Decembris, anno ab Incarnatione Domini
MVI. *indict. IV. Regnante Henrico 2.*
imperij ſui anno V. Huius Pontificis
mortem deſignat Beka 5. Non. Maij
1008. Miræus tamen cum Chriſto-
phoro de Butkens in Tropheis Bra-
bantiæ 1009. cùm ſediſſet an. 15. in 1069.
Eccleſiâ Cathedrali, parte meridio-
nali iuxta oſtium Chori tumulatur.
De illo videndus Aubertus Miræus
An. Belg. ad an. 997. Notit. Eccleſ.
Belgij & Cod. Donat Piarum Cap.
C 41. Sigebertus ad eundem annum,
Bockenbergius, & Chron. Belg.

19. ADELBOLDVS, vel ADE-
BODVS, Henrici Cæſaris Conſilia-
tius, magnus habebatur teſte Albe-
rico, vir nobilis, ſapiens, & ſummæ
virtutis; Henrici Imperat. Proconſul,
in actis bellicis parùm fortunatus, in
adminiſtratione & regimine ſuo pru-
dentiſſimus, animum applicans ad
augmentum religionis & diuini obſe-
quij, locorúmque ſacrorum collapſo-
rum inſtaurationem. Contra Theo-
doricum Hollandiæ Comitem, vnà
D cùm Colonienſi, Treuerenſi, atque
Leodienſi Antiſtitibus bellum mouet
pro Eccleſiæ ſuæ dominio tuendo, &
contra Comitis violentiam ab Imp.
Henrico opem implorant, qui Go-
defridum Lotharingiæ Ducem contra
Theodoricum cùm exercitu miſit, à
quo vincitur & capitur anno 1018. 1018.
Eccleſiam Traiectenſem à Danis de-
ſtructam, à Baldrico inchoatam, ſe-
cundùm aliquos perfecit, iuxta alios,
authores diruto opere priore à funda-
mentis nouam Baſilicam magnificen-
tiùs octennio extruxit, in cuius con-
ſecratione interfuête Henricus Im-

perator qui cum duodecim Epiſcopis Traiectum aduenerat 6. Kalend. Iulij
1023. 1023. aut anno ſequenti, ſcilicet Piligrinus Agrippinus, Euerhardus Treuirenſis, Aribo Moguntinus, Euerhaldus Bambergenſis primus, Geberhardus Ratiſbonenſis, Bruno Auguſtenſis frater Henrici Auguſti, Reginboldus Spirenſis, Bruno Tullenſis, Walbodo Leodienſis, Adalbertus Hammelburgenſis, Heymannus Virdunenſis Epiſcopi, qui etiam interfuerant conſecrationi S. Michaelis Bambergenſis. Eccleſiam quoque S. Walburgis in Tielâ paucis annis renouauit. Confirmationem donationis Comitatus de Trente obtinuit primùm ab Henrico Imp. 1024. dehinc à Conrado 2. 7. Kal. Auguſti 1025. & ab eodem recipit Comitatum Teiſterbant, huius donationis ſcheda Cremonæ data eſt 18. Kal. Iulij in-
1027. dict. 9. anno 1027. Conradi 2. anno regni 3. Adelboldus paucis poſt eiuſdem anni menſibus è vitâ migrauit 5. Kal. Decemb. ind. 10. Heda cùm Batlando inquiunt anno ſequenti, alij anno 1029. ſepultus quieſcit infra tectum Eccleſiæ Traiect. Erat in diuinis ſcripturis eruditus, & in ſæcularibus libris doctus, non minùs armis, quàm eruditione proſtrauit infideles; Scripſit vitam S. Henrici II. Imperatoris lib. 1. de laudibus S. Crucis, de laude B. Mariæ; alia etiam tam metro, quàm proſâ nonnulla edidit, ædem primariam inſtaurauit, & nouæ fundamenta iecit, eámque magnis ſumptibus abſolutam dicauit, Henrico Imp. ac duodecim Epiſcopis præſentibus 6 Cal. Iulij 1023. Fecerat Adelboldus recenſeri & conſcribi Nobiles beneficio & fide præcipuè Eccleſiæ Traiectenſi adſtrictos, (quos Miniſteriales, ſiue Vaſſallos appellât) præſente Henrico Imp. vti ex litterâ inſertâ declaratur; quamuis ſuſpicemur, neque ſit huius loci & temporis, ſed ad aliquem ſequentium Epiſcoporum referenda: Sed quia extat in Archiuis Collegiorum Traiectenſium, aliquoties antiquo ſatis charactere conſcripta, cuiuſque meminerint MS. quædam Bekæ exemplaria, Snoyus lib. v. Hollandiæ in Theodorico 3. Nouiomagus, Gerbrandus, & Hamconius, in lib. Cameræ Epiſcoporum Traiect. fol. 74. » talis eſt epigraphe. MEMORIALE & ſcriptum D. ADELBOLDI Epiſcopi Traiectenſis de liberis Vaſſallis Eccleſiæ Traiectinæ, & eorum feudis quæ tenent ab Eccleſiâ: IN NOMINE *Dei Amen. Operæprecium duxi ea quæ ſequuntur ſcriptis inſerere, ne poſteris lateret, quod præſens ætas faceret. Quapropter deſidero notum eſſe cunctis Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, quòd ego* ADELBOLDVS *Dei ſolummodò gratiâ ſanctæ Traiectenſis Eccleſiæ Præſul indignus. Cùm feudales liberi Traiectenſis Eccleſiæ à me feudum ſuum requirerent, prædeceſſorum meorum Epiſcoporum Traiectenſium mihi literas oſtenderunt, continentes, quæ, & qualia bona ipſi, & eorum progenitores ab Eccleſiâ Traiectenſi tenuerunt: quibus viſis, in ſcriptis feci redigi, quæ ſequuntur: Dux Brabantiæ eſt liber feudalis Eccleſiæ Traiectenſis, & tenet in feudum ciuitatem lapideam in Tiele, cùm prædiis; familiis, mancipiis, ſyluis, aquis, piſcationibus, paſcuis, pratis, & ſalictum iuxta prædictam ciuitatem Tiele ſitum, & omnibus ad ciuitatem pertinentibus eandem. Item totam Campiniam vſque Tournonteruoerde, cùm mancipiis, ſyluis, campis, officiúmque eius eſt, quod vocatur & eſt Dapifer Epiſcopi Traiectenſis. Item Comes Gelriæ eſt etiam liber feudalis Eccleſiæ Traiectenſis, & tenet in feudum Comitatum Zuphaniæ, cum multis prædiis, mancipiis, pratis, ſyluis, aquis, aquarúmue decurſibus & iuſtitiis. Item Embricam cum ſuis attinentiis pro parte mediâ, & alia pars eſt Epiſcopi Traiectenſis. Item in pago Batuâ magnam partem cum mancipiis vtriúſque ſexus & iuſtitiis. Idem Tielreuuert & Bomlreuuert cum multis mancipiis, manſis, terris, caſis, domibus, campis, pratis, aquis, aquarum decurſibus, & iuſtitiâ: & dicti Comitis officium eſt, quod vocatur & eſt Venator Epiſcopi Traiectenſis. Item Comes Hollandiæ eſt liber feudalis Epiſcopi Traiectenſis, & tenet in feudum Comitatum Hollandiæ, & terram Kenemariæ, cùm terris, manſis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, mancipiis, aquis, aquarum decurſibus & iuſtitiâ, exceptis dictarum terrarum decimis, & terrâ Vuaterlandiæ & Vueſt-Friſiæ, quæ totaliter pertinet ad Epiſcopum & Eccleſiam Traiectenſem, & dictus Comes Hollandiæ vocatur, & eſt Mareſchalcus Epiſcopi Traiectenſis. Item Comes Cliuenſis eſt liber feudalis Eccleſiæ, & tenet in feudum in pago Batua in ſuperiori parte ſupra Rhenum magnam partem terrarum, & man-*

ſorum, cum caſis, domibus, mancipiis, campis, pratis, paſcuis, & ex alio Litere Rheni, & in aliis quibuſdam locis, terras, manſos, caſas, domos, ſyluas, campos. Item Vuoudrichem, cum agris, & campis, cum aquis, aquarúmue decurſibus, & iuſtitiis, eſt & vocatur Camerarius Epiſcopi Traiect. Item Comes de Benthem eſt liber feudalis Eccleſiæ, & tenet in feudum Burchgrauiatum ſiue præfecturam Traiectenſem, cum plurimis manſis, terris, inſulis, campis, mancipiis, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmue decurſibus, & iuſtitiâ in pluribus locis ciuitatis & diœceſis Traiectenſis, qui vocatur & eſt Ianitor Epiſcopi Traiectenſis. Item Dominus de Cuke eſt liber feudalis Eccleſiæ, & tenet in feudum multas terras, inſulas, & decimas, cùm caſis, domibus, & ſyluis, campis, pratis, & paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, & iuſtitiâ in diuerſis locis diœceſis Traiectenſis, qui vocatur & eſt Pincerna Epiſcopi Traiectenſis. Item Dominus de Ghoer eſt liber feudalis Eccleſiæ Traiectenſis, & tenet in feudum caſtrum Ghoere, & terram dictam Ameide, cum multis terris, manſis, caſis, domibus, ſyluis, campis, mancipiis, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, mobilibus, & immobilibus, & omnibus ad dictos diſtrictus de Ghoer, & Ameide pertinentibus, qui vocatur & eſt Signifer Epiſcopi Traiectenſis. Prænominati omnes feudales Eccleſiæ in generali Synodo Epiſcopi Traiectenſis tenentur & debent perſonaliter intereſſe, qui feudum ſuum à me receperunt in homagium, ac fidelitatem præſtiterunt coram Domino Henrico II. Rom. Imp. inuictiſſimo Auguſto, præſentibus Aribone Archiepiſcopo & Archicapellano, Annone Colonienſi, Euerhardo Treuerenſi, Adelberto Hammelburgenſi Archiepiſcopis, Vdalrico Vicecancellario & pluribus aliis Epiſcopis, Comitibus & Regni fidelibus. Actum in Tulpiaco caſtro anno Domini MXXI. *IV. Nonas Ianuary*
1021. *feliciter. Amen.* De illo Præſule Dithmarus, Sigebertus Gemblac. Lambertus Schafnaburgenſis, Trithemius Abbas, Sabellicus Ennead. 9. l. 2. Platina, Chronicon Magnum Belgicum, Bockenberg, & Gerardus Nouiomagus.

20. BERNVLPHVS à Conrado 2. Imp. ex conſenſu & compromiſſo Capituli Vltraiectini poſtulatus, qui cùm vxore Giſelâ illuc venerat, ad componendas Canonicorum contentiones exortas de electione Pontificis; Imperatrix autem grauida & ex itinere feſſa, apud vicum Oe[illegible]eck Bernulphi Antiſtitis hoſpitio excepta, peperit filium, cuius gaudij nuncius & ipſe fuit, iſque ab Imperatore pro deſideratâ legatione Pontificium Traiectenſe, & inueſtituram per annulum paſtoralem ac baculum, iuxta ritum à tempore Caroli Magni, ſequentiúmque Imperatorum recepit. Pacem inter Hollandiæ Com[illegible] & Principes circumuicinos prudenter confecit, duas in Traiecto Eccleſias Collegiatas S. Petris, & S. Ioannis Baptiſtæ ædificauit: medietatem verò Collegij Canonicorum S. Mariæ Traiect. quæ S. Saluatoris nunc di[illegible]ur, tranſtulit in Dauentriam, vbi pro reuerentiâ B. Lebuini Canonicorum extruxit Eccleſiam, aſſignans e[illegible] partem bonorum huius baſilicæ. Abbatiam Anfridi de Monte Sanct[illegible] propè Ametsfordiam Traiectum tra[illegible]ſtulit, vbi conuentualem Eccleſiam in honorem S. Pauli condidit: ab Henrico 3. Imp. recepit Vphelte, Withelte, & Pithelo, quæ Vlffo & frater eius poſſederant in Threntia, litteræ ſignantur ab eodem Rege & Imperatore ordinationis ſuæ 43. Re-
gni 1. 12. Kal. Iunij an. 1040. indict. 1040.
8. quo tempore prædia accepit de Lintherunge, Euen inter fluuios Emeſe & Laucka, quæ Vlffo ac fratres eius in Comitatu Rodolphi poſſidebant. Patet quoque ex ſeq[illegible]ti ſchedâ villam tunc Groningæ ad[illegible]anc Eccleſiam pertinuiſſe, huiuſmodi autem eſt tenor: IN NOMINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente clementia Rex. Cuncta quæ aut poſſidemus, aut poſſidere videmur, ab ipſo accepimus, qui nos & potenter ex nihilo fecit, & miſericorditer vſque ad [illegible] quod nunc ſumus, perduxit, ipſe d[illegible]r ipſe nutritor, ipſe noſter eſt protector. Ex acceptis autem aut condemnabimur, aut glorificabimur. Nam ſi eis ſecund[illegible] geſtionem inimici ad pompam noſtram abutimur, ex eis quaſi comm[illegible]enti defraudatores infeliciter condemna[illegible]imur. Si autem eis ad gloriam & lau[illegible]m nominis illius, qui dedit, vtimur, ex ei[illegible] fideles diſpenſatores feliciter glor[illegible]cabimur. Nihil enim quod proſit ha[illegible]emus, quod ab ipſo non accepimus, qui ideo dat vt recipiat, & non ideò r[illegible]ipit vt indigeat, ſed vt nos earum rerum, quas recep[illegible], poſſeſſores æternaliter faciat. Nam quo-*

quid ei damus ; non amittimus, ſed hinc A
nobiſcum portamus, quod autem retinemus,
non nobiſcum portamus, ſed hic amitti-
mus. Quapropter ne vos videamur abuti
bonis nobis diuinitùs conceſſis, omnium
Chriſti noſtrique fidelium tam præſentium
quàm poſt futurorum vniuerſitati notum
fieri volumus, qualiter nos S. Traiectenſi
Eccleſiæ in honore S. Martini conſtructæ,
pro Deo, animæque patris noſtri piæ me-
moriæ Conradi Imp. remedio, cuius ven-
tris interiora in eadem ſepeliuimus Eccle-
ſiâ, cui venerabilis BERNOLDVS *E-*
piſcopali dignitate dignoſcitur decenter &
cùm vtilitate præeſſe, necnon ob æternum
noſtri nominis memoriale, tale prædium, B
quale viſi fuimus tenere in villâ Gronin-
gâ nuncupatâ in Comitatu Trente ſitum,
cum areis, ædificiis, mancipiis, agris, cul-
tis & incultis, pratis, campis, paſcuis, aquis
aquarúmque decurſibus, piſcationibus, viis
inuiis, exitibus & redditibus, quæſitis, &
inquirendis, cum omni eiuſdem Comita-
tus diſtrictione, monetis, teloneis, cauſis
agendis, & diſcutiendis, cum omnibus
appenditiis & pertinentiis quæ ad præſens
retinere videtur, aut quicquid in poſterùm
ibi Deo adiuuante acquiri potuerit, liberâ
manu donando concedimus, & conceden-
do ſtabilimus, eo videlicet tenore, vt ſu- C
prædictum prædium perpetualiter reſpon-
deat ſeruitio, & vtilitati fratrum ibi Deo
inceſſabiliter ſeruientium, ſicut ex eiuſ-
dem prædij vtilitate quotannis habeant
xxx. carradas vini, & quicquid reman-
ſerit in vſus ipſorum à Præpoſito fideliter
expendatur. Verùm volumus atque im-
mutabiliter ſtatuimus, vt ex eiuſdem pro-
ficuis nemo aliquid auferre præſumat, aut
in aliquam partem diſtribuere audeat, do-
nec illud ſpeciale tributum de carradis vi-
ni fratribus perſoluatur. Et ne aliqua Im-
perialis, vel Regalis, aut Epiſcopalis per-
ſona, vel aliquis publicus exactor huius
donationis noſtræ auctoritatem præſumat
infringere, præſentem paginam exinde con- D
ſcribi, manúque propriâ vt ſubtus videtur,
corroborantes, aureâ noſtræ imaginis bullâ
iuſſimus inſigniri. Signum domini Hen-
rici 3. Regis inuictiſſimi. Theodericus
Cancellarius vice Bardonis Archicapella-
ni recognoui. Datum XII. Cal. Iunij, in-
dict. VIII. Anno Dominicæ Incarnatio-
1040. *nis* MXL. *Anno autem domini Henrici*
Regis 3. ordinationis XIII. Regni 1. A-
ctum Traiecti feliciter. Amen. Huius
bullæ formam Nicolaus Schonho-
uianus Archiuorum olim Traiect. Cu-
ſtos expreſſit; videlicet, ab vnâ parte

A continebatur caput Imperatoris bar-
barum, & coronatum ad ſcapulas vſ-
que, extensâ dextrâ manu, cui inſi-
debat auicula quædam: ab alterâ ve-
rò vrbis Romæ ſimulacrum referebat.
Dicitur autem ipſa bulla ab Hollan-
dis, poſtquam vrbs & prouincia Tra-
iect. ſe in poteſtatem Cæſaris Imp.
dediſſet, cùm aliis monimentis non-
nullis ablata. Comitatus Agridiocen-
ſis, ſiue Vmbalao, quod credimus for-
ſan eſſe foteſtum Fulnaho, vel Ama-
lant ab eodem Henrico donatur Not-
thuyſen Id. Octob. 1042. anno ordi- 1042.
nationis Henrici 3. 13. regni 4. vt &
B proprietas Dauentriæ, & Comitatus
Amelandiæ, apud Spitam 10. Kalend.
Sept. 1046. indict. 14. ordinationis
eius 18. Imperij 7. Dedit etiam ad
preces Agnetis Reginæ coniugis ſuæ,
Eccleſiæ S. Martini, atque Bernol-
do Epiſcopo omnia quæ pertinebant
ad Comitatum quem poſſidebat Go-
ſelinus, ſeu Gozelo Dux in Trente,
litteris ſcriptis Aquiſgrani 1046. ex
cartâ anni 1050. apparet Bertam no-
bilem fœminam altari S Martini ſe
cùm totâ familiâ mancipaſſe, pro cen-
ſu duorum denariorum ſingulis annis
C perſoluendorum. Deceſſit Bernoldus
14. Kal. Auguſti 1054 iacet in ſan- 1054.
ctuario Eccleſiæ B. Petri ab ipſo con-
ditæ, & poſteà defertur in choro: vi-
de Bockembergium, Chron. vulgare,
& Cratepolium.

21. VVILLELMVS 1. frater Vui-
chardi Comitis, ſeu Præfecti Gelriæ
vt vult Heda, aut Widekindi Vica-
tij Principis Gelriæ natus, ſi Bocken-
bergio creditur, ſeu Vuikingi Gelriæ
Præfecti filius, Meinuerui Epiſcopi
Padebornenſis, & Vuichardi frater,
vt fertur in Chronici Gelrici Com-
pendio Henrici Aquilini, quod ve-
riſimilius eſt, cùm eo tempore non-
D dum Comitis titulo Gelriæ Principes
gauderent, Epiſcopatum iniit an. 1054. 1054.
vir ſtrenuus, magnanimus ac totus
belliger, inque rebus adminiſtrandis
ſagax, & apud Henricum Imp. in
pretio habitus, à quo Comitatum
Weſtflinge cùm Abbatiâ Egmun-
denſi: & Hollandiæ per modum re-
ſtitutionis recepit, ſuffultus auxilio
Godefridi Gibboſi Ducis Lotharin-
giæ, vt patet ex diplomate eiuſdem
Henrici datò Wetede an. 1064. in- 1064.
dict. 2 ordinationis Henrici 4. Regis
anno 9. regni 8. interuentu & conſi-

lio Annonis Colônienſis, Euerhardi
Treuirenſis, Adelberti Hammabur-
genſis Archiepiſcoporum, Buchardi
Haluerſtadenſis, Frederici Monaſte-
rienſis Epiſcoporum, Gotefridi, Fre-
derici, & Gerhardi Ducum. Et ex a-
liâ ſchedâ eiuſdem Henrici, datâ eo-
dem loco & anno 6. Nooas Maij,
quæ documenra à Petro Scriuerio, &
Boxhornio exploduntur, & tanquam
falſa reputanrur, integra tamen ab
Arn. Buchelio Batauo referunrur in
1071. Notis ad Hedam. Anno 1071. Wil-
lelmus Hollandiam cùm copiis in-
greſſus, Robertum, poſteà Flandriæ
Comitem, Theodorici Hollaodiæ
Comitis vices gerens, propter tene-
ram ætatem cùm exercitu in fugam
vertit, auxilio Godefridi Ducis Lo-
tharingiæ, qui Hollandiam de manu
eiuſdem Epiſcopi in beneficium ac-
cepit. Mortuus eſt Willelmus 5. Ka-
1075. lend. Martij 1075. in Eccleſiâ maiori
ſepelitur. Heda menſe Maio anni ſe-
quentis defuoctum dicit, eúmque in
Eccleſiâ Traiectenſi humatum, in Ca-
pellâ à parte meridionali, eodem ſe-
pulchro, quo Guido poſteà Epiſco-
pus quieſcit. Huius Willelmi intui-
tu Henricus 4. nepos Conradi Imp.
confirmauit donationes Henrici 2.
Imp. de Trente, & ſimiliter Conra-
di de Comitatu in Teiſterbant, & de
Amudâ, aliiſque; probauit quoque
conſtitutiones Regum Pipini, Caroli,
Ludouici Pij, eiúſq; æquiuoci, Zuen-
tiboldi, & Conradi, Orronis ac Hen-
rici, quas ſibi fatetur exhibitas anno
1055. ordinationis Henrici tertio, re-
gni 1. Confirmauit etiam an. 1056.
decimas & mancipia in Doreſtad, Da-
uentre, & Tiele, quæ huic Eccleſiæ
olim collata fuerant; anno ſequenti
emancipationem probauit à iure Epiſ-
copali Eccleſiarum de Bergâ, & Lin-
nâ, olim factam ab Adelboldo in
gratiam Balderici Epiſcopi Leodien-
ſis, & à Vilelmo Pontifice Traiect.
petente Thietvvino Leodienſis Ec-
cleſiæ Præſûle. Inter hunc Epiſco-
pum & Regimbertum Abbatem E-
pternacenſem fit concordia de Eccle-
ſiis in Hollandiâ, probaote apud Co-
loniam Henrico 4. 1063. ordinationis
eius octauo. Perſpicuum eſt ex epi-
ſtolâ Greg. 7. Papæ controuerſiam
fuiſſe cùm eo Antiſtite & Nouiomen-
ſi, ſic autem orditur: GREGORIVS
Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Manaſſi Re-
A *menſi Archiepiſcopo ſalutem & Apoſtoli-*
cam benedictionem. Confratris noſtri Tra-
iectenſis Epiſcopi Vuilelmi querelam de
Brugenſi Eccleſiâ in Nouiomenſi Epiſco-
patu ſitâ, literis ipſius expoſitam accepimus,
quam & ante D. & prædeceſſorem noſtrum
P. Alexandrum depoſitam, nec dum com-
petenti termino contigit definiri. Aſtruit
autem Epiſcopus Traiectenſis eandem Ec-
cleſiam traditione antiquâ ſedi ſuæ delega-
tam, ducentis fermè annis abſolutè & quie-
tè ad vſus ſtipendarios Can. Traiecten-
ſium detentam: donec Raboth Nouiomen-
ſis Epiſcopus abſque vllo canonico iudicio
B *ſibi eam ſurripuit: & vt affirmant Lega-*
ti, quod grauius eſt, & omninò illici-
tum, alteri cuidam Clerico vendidit.
Quapropter Suffraganeum tuum Nouio-
menſem Epiſcopum per te conueniendum
eſſe cenſuimus, & de tantâ peruerſitate,
ſi ita eſſe conſtiterit, ſeuerè eſſe incre-
pandum, ac ſubindè admonendum, imò
etiam compellendum, vt canonum ſtatuta
ſequendo, Eccleſiam Traiectenſem quã tan-
to tempore poſſedit, ſine expoliatione, ſi-
ne morâ reinducat: ac poſteà ſi quid ha-
bet quod iure conqueratur, ſynodali iudi-
cio diſceptare contendat, quod ſi huic au-
thoritati noſtræ, vel monitis tuis obtem-
C *perare neglexerit, tamdiu Epiſcopali pri-*
uetur officio, quoad vſque cauſas Eccle-
ſiaſticas non potentia magnitudine, ſed
iuſtitiæ cenſurâ finiri oportere doceatur.
Huius ergo negotij deciſionem per te ſtu-
dioſè & impigrè volumus adimpleri, &
literis iudicium nobis quantò citiùs pote-
ris notificari. Datum Romæ 3. Nonas
Martij indict. XIII Videndi Lamber-
tus Schafnaburgenſis, Beka, Scriue-
rius, Heda, & cæteri alij Hiſtorici.

22. CONRADVS natione Sue-
uus, eligitur 1075. Schafnaburgenſi, 1075.
Henrici 4. Cæſaris nutritius, Mo-
D guntini Archiepiſcopi Camerarius:
contra Theodoricum Hollandiæ Co-
mitem patrimonium ſuum à Conra-
do armatâ manu petentem, infelici-
ter pugnat, & vincitur, Gerlanus vl-
timus Zutphaniæ Comes in eo præ-
lio cecidit Epiſcopi partes tuendo,
qui fugâ elapſus, caſtrum Iſelmundæ
cùm ſuis ſe recipit, vbi à Comite ca-
ptus cum arce, ſed poſteà ad ciuita-
tem propriam honorificè dimiſſus
eſt. Eo Præſule auliçorum Henrici
4. Imp. incuriâ, baſilica D. Petri in
Montibus apud Traiectum confla-
grarat, qui pro eâ reparandâ amplas

dedit poſſeſſiones, prædium ſcilicet Broecke, ſeu Broeckerhouen, vt patet ex originalibus tabulis donationis quarum integrum ſequitur diploma ab archiuio Eccleſiæ: IN NOMINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente clementiâ Rex. Liberè & perfectè regere, regnare eſt: Illum, per quem Reges regnant, Chriſtum in ſanctis ſuis honorare, inter quos cæli Ianitorem integræ fidei Confeſſorem, Regni vel Imperij defenſorem, Apoſtolorum Principem, beatum Petrum Apoſtolum in reparandâ Traiectenſi Eccleſiâ ſuâ placando honorare, neceſſarium duximus. Quam incendio conſumptam noſtris peccatis imputando ingemuimus. Vnde in reparatione eiuſdem Eccleſiæ prædium quoddam nomine Brueche, cùm vniuerſis appenditiis; hoc eſt vtriúſque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, viis & inuiis, ſyluis, venationibus, aquis, aquarúmque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & redditibus, quæſitis & inquirendis, ac cùm omni vtilitate, quæ vel excogitari, nominari, vel ſcribi poterit, Sancto Petro in præfatâ Eccleſiâ combuſtâ firmando tradidimus, tradendo firmauimus ſubmonentibus ac rogantibus Berthâ & Regni & thori ſociâ, Sigefrido Moguntino, Hiltolfo Colonienſi Archiepiſcopis, Ruperto Babenbergenſi, Ebbone Numburgenſi Epiſcopis, Traiectenſi verò Epiſcopo Conrado, eò obnixiùs, quò rectiùs cæteris ſuccinnente, cuius prædij ſitus eſt in pago Velue in Comitatu Diederici. Dedimus autem eâ lege, vt eadem Eccleſia S. Petri perenniter abſque omni contradictione obtineat, & interdicimus ne alicuius violentia inde auferat, vel aliò tranſponat. Cuius firmæ traditionis teſtem cartam præſentem ſcribi iuſſimus, quam vt infra videri poteſt, propriâ manu corroboratam, & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnis generationis tam futuræ, quàm præſentis notitiæ relinquimus: ſignum domini Henrici quarti Regis inuictiſſimi. Adalbero Cancellarius vice Sigifredi Archicancellarij recognoui.*
1077. *Anno Dominicæ Incarnationis* MLXXVII. *indictione XV. 5. Cal. Iunias data. Anno verò ordinationis domini Henrici quarti Regis* XXIII. *regni verò* XXI. *Actum Vuormaciæ feliciter in nomine Domini Ieſu Chriſti, Amen.* Contulit etiam Conrado Comitatum de Staueren, quem Egbertus Marchio Imperatoris conſanguineus, ob perfidiam ſententiâ Principum publicus hoſtis iudicatus, amiſit. Documentum ex cartophilacio Traiectenſi talis eſt tenoris: IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente clementiâ Rex. Lex eſt & ius gentium inimicos Regis apertè deprehenſos, apertè communem totius regni perſecutionem pati, vt ſicut periurij infamia ſunt exleges, ita bonorum omnium ſuorum fiant exhæredes. Inſuper tam ipſi quàm poſſeſſiones eorum regali ſententiæ puniendi ſubiaceant. Iuſtum eſt enim vt ſummâ nequitiâ deprehenſi, ſummâ vindictâ mulctentur, & regni dominum perſequentes, regni perſecutionem patiantur. Hæc ſententia Principum noſtrorum iudicio ſuper Egbertum quondam Marchionem dicta eſt, vt quod in nos exercere non timuit, in ſe recipiat, videlicet vt in regno partem non habeat; qui nos integro regno priuare laborat. Vnde de bonis iuſto iudicio ſibi ablatis, B. Martino ſpeciali Traiectenſis Eccleſiæ Patrono, cui fidelis noſter Conradus Epiſcopus præſidet, Comitatum quendam de Stauero in proprium tradendo firmauimus, firmando tradidimus, eâ ratione, vt idem Conradus Epiſcopus eundem Comitatum poſſideat, ſuíſque ſucceſſoribus poſſidendum cuſtodiat. Cuius traditionis teſtem cartam præſentem ſcribi iuſſimus, quam, vt infra videlicet manu noſtrâ corroboratam, & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam omnibus ſæculis relinquimus. Sig. D. Henrici IV. Regis inuictiſſimi. Geberhardus Cancellarius recognoui, an. Dominicæ Incarnationis MLXXVII. indictione I. data 3. Cal. Nouemb. anno autem D. Henrici ordinat. XXIV. regni XXII. Actum Vuormatiæ in Chriſti nomine fœliciter. Ab eodem quoque Imperatore Comitatum in Ooſtergovve & Vueſtergovve obtinuit, eo diplomate. IN NOMINE *ſanctæ Trinitatis. Henricus diuinâ fauente clem. Imp. Aug. Vniuerſis Dei, noſtríſque fidelibus, tam futuris quàm præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos Egberto Marchioni rebellionem quam ipſe adhuc puer cùm cæteris Saxonibus aduerſum nos exercuerat, cùm ad requirendam gratiam noſtram humiliatus fuiſſet, reſpectu ætatis eius & conſanguinitatis, quâ nos contingebat, indulſimus, ſua ſibi miſericorditer & reſtituentes, & alia ſuperaddere meditantes,*

qui denuò non ratione, non aliquâ indu-
ctus iuſtâ vel probabili causâ, ſed ſolo ſu-
perbia ſpiritu elatus, contra pietatem, iu-
ſtitiam, fidem, & facta nobis ſacramenta
fidelitatis, non ſolùm honorem, ſed & vi-
tam noſtram impugnare conatus eſt. Adeò
vt reconciliatos nobis Saxones & Thurin-
gos quoſcumque potuit aduerſus nos conci-
taret, & erecto ſigillo Saxoniam & Thu-
ringiam, nobis quam obtinere iurauerat,
prohiberet. Ob eiuſmodi culpam illius com-
prouinciales, tam Saxones quàm Thurin-
gi cùm cæteris Principibus noſtris, còram
nobis ex iure gentium inde ſententiam
proferentes, ipſum, ſicut manifeſtum ho-
ſtem regni & imperij Romani perſequen-
dum cenſuerunt, prædia verò eius, & quæ
à nobis habuerat beneficia, Imperiali no-
ſtræ ditioni & poteſtati adiudicauerunt:
ex eiſdem beneficiis B. Martino ad Eccle-
ſiam Traiectenſem, cùm pro remedio ani-
mæ noſtræ, tum ob fidele ſeruitium dilecti
noſtri Conradi eiuſdem Sedis Epiſcopi,
quendam Comitatum Friſiæ nomine Ooſtro-
govve & Vueſtrogovve cùm omni iure &
vtilitate, quam Egbertus in hoc Comita-
tu habuit, in proprium tradidimus, cuius
noſtræ donationis auctoritas, vt in perpe-
tuum ſtabilis & inconuulſa permaneat,
hanc cartam inde conſcribi, quam ſicut in-
fra apparet, manu noſtrâ roborantes, ſi-
gilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.
Sig. D. Henrici Rom. Imp. Aug. Har-
mannus Cancellarius vice Vuezelonis Ar-
chicapellani recognoui. Data vii. Idus
Februar. Anno ab Incarnatione Domini
1086. MLXXXVI. indict. ix. anno autem D.
Henrici Imp. regni quidem xxxi. Impe-
rij verò 2. Actum in villâ Turingia, quæ
dicitur Vuehemar, præſente Henrici Imp.
exercitu, mox vt in Egbertum fuerat iu-
dicium pronunciatum. In Dei nomine fæ-
liciter. Reperitur prætereà in iiſdem
ſcriniis ceſſio facta Eccleſiæ Traiecti-
næ ab Henrico 4. Imperatore de Co-
mitatu Iſſegovve, cùm omni vtilita-
te quam habere conſueuerat Egber-
tus Marchio apud Ratiſbonam: item
ab Adelaide Comitiſſâ prædium de
Ortinâ propè Buſcum Ducis ciuita-
1088. tem Conradus recepit anno 1088. hoc
diplomate in archiuis Traiectenſibus
aſſeruato. In nomine ſanctæ & in-
diuiduæ Trinitatis. Sciant omnes Chriſti
fideles tam futuri quàm præſentes, quòd
Adelheys Comitiſſa, Comitis Euerhardi
filia, ob remedium animæ ſuæ ac mariti
ſui Henrici, parentúmque ſuorum per ma-
num Heremanni, quem ab Imp. Aduo-

A catum acceperat, tradidit Eccleſiæ S. Mar-
tini in Traiecto ſuper altare ipſius, atque
Conrado Epiſcopo prædium ſuum Ortinam
nominatum, cùm omnibus appendititiis, hoc
eſt mancipiis, areis, ædificiis, pratis, paſ-
cuis, terris cultis & incultis, ſyluis, ve-
nationibus, aquis, aquarúmue decurſibus,
piſcationibus, exitibus & redditibus, quæ-
ſitis & inquirendis, & cùm omnium vti-
litate, quæ inde prouenire poterit. Seruien-
tes autem ad idem prædium pertinentes
ibidem in præſentiâ ſuâ fecit iurare S. Mar-
tino fidelitatem, & Epiſcopo Conrado: con-
ceſſâ eis lege, qualem habent meliores in
totâ familiâ B. Martini ſeruientes: poſt
B hæc ſtatim datis manibus, Epiſcopo facta
eſt ipſius, atque prædictum prædium ab eo
in beneficium recepit, dans ei xii. de-
narios Tielenſis monetæ, in ſignum quod
idem prædium iam non eſſet ſuum, ſed
Eccleſiæ proprium. Interpoſita eſt autem
conditio eiuſmodi, vt nulli Epiſcoporum
vnquam liceat idem prædium alicui dare
in beneficium. Dominus verò Conradus
Epiſcopus Comitiſſæ dedit in precarium
duas curtes Verdam ſcilicet in Baſnâ iux-
ta Avvich ſitam, & Vuaticam propè Tie-
lam poſitam cùm omni vtilitate, quâ ipſe
ante ibi vſus fuerat; & cùm domo lapideâ
C 4. præbendas Traiecti, apud S. Martia-
num, S. Boniſacium, S. Petrum & S.
Ioannem: ita ne ſubtrahantur ei, ſiue præ-
ſens, ſiue abſens fuerit. Ipſa verò Comi-
tiſſa tres libras denariorum quas cenſuales
in Ortinâ ſoluunt, ad prædicta monaſteria
ſingulis annis fratribus dari conſtituit. Cui
ſi quis Epiſcoporum de his quæ conceſſa
ſunt aliquid abſtulerit, poteſtatem habeat
ipſa recipere ſua. His omnibus abſque om-
ni contradictione peractis: Epiſcopus ban-
no interdixit, ne quis ſiue de bonis Ec-
cleſiæ à Comitiſſâ traditis, ſiue de his quæ
Comitiſſa conceſſerat, ſe intromitteret, ac
violenter in ſuos vſus redigeret. Quicun-
D que verò hoc præſumeret, banno ſubiaceret,
&c. Vt autem omnia firma & inuiolata per-
maneant, interfuêre teſtes idonei, Roge-
rus de Malſenâ, Heremannus de Mare-
hen, Diedericus de Harler, Poppo filius
eius, Hemericus de Merâ, Gerungus de
Aſper, Ioannes de Imple, Vuinemarus &
frater eius Adelardus filij Adelardi, Ro-
gerus de Druten, Albero de Batenburch,
Diedericus de Batenborch, Albertus de
Eſſing, Diedericus frater eius, Lamber-
tus de Iſendrâ, Vueremboldus de Oyâ,
Gyſelbertus de Medel, Herbertus de Bux-
tel, Vuillelmus de Flagence, Rudolphus
de Batenburch, Suellart de Hemerten,
Hamilger

1188. *Hamilger de Ryſuiick actum anno* 1188. Conradus autem Eccleſiâ B. Mariæ magnifico opere extructâ, ſumptus ex parte tribuente Henrico IV. Imperatore, à Friſone occiſus eſt an. 1098. Sigeberto Beka cùm Abbate Vrſpergenſi anno ſequenti 8. Cal. Maij id eueniſſe aſſerunt, in Eccleſiâ Canonicorum B. Virginis quam fundauerat, ſepelitur; id accidiſſe probable eſt in vindictam Marchionis Egberti, cuius bona iam triplici donatione ab Imperatore acceperat. Beka, Heda, Lamberrus Schafnaburgenſis, Snyus, Barlandus, Georgius Fabritius Rerum Sax. lib. 2. Dodechinus in Appendice ad Mariani
1099. Chronicon an. 1099. & Abbas Trithemius de eo menrionem fecêre.

23. BVCHARDVS adiudicauit prædium ſitum inrer Leckam & Ligniam flumina, per Arnoldum de Rorhe & Henricum de Kuych diu occupatum, Eccleſiæ S. Saluatoris Traiectenſis, vt liceat ibidem matrem Eccleſiam conſtituere indulſit anno
1108. 1108. Idib. Aug. ind. 1. regnante Henrico. Quo eodem anno donauit Collegio S. Saluatoris, Eccleſias ſequentes in Vuaſiâ ſitas, de Bockholt, de Haueſche, de Axele, & Capellam de Hulſt cùm omnibus appenditiis. Eſt & alia donatio eiuſdem Bucardi Capitulo S. Ioannis facta an. 1101. Henrici 5. Imp. 17. Burcardi anno 2. cuius teſtes ſunt Florentius Comes Hollandiæ, Henricus de Kuc, Hermannus de Merchem, & Vuichardus
1112. Comes. Obiit anno 1112. aliis 1113. die 15. Cal. Iunij poſtquam 13. annis præfuiſſet. In Eccleſiæ Traiectenſis parte Occidentali quieſcit.

24. GODEBALDVS natione Friſius, confirmat fundationem Eccleſiarum B. Mariæ & S. Saluatoris inchoatam à militibus Hermanno & Theodorico, à Mathilde Henrici V. Imperatoris coniuge dotatas 1122. in palude quæ Ooſtbrouc antiquitùs vocabatur, vt patet ex eiuſdem Epiſcopi diplomate, quod Buchelius in ſuis ſchedis de fundationibus Collegiorum & monaſteriorum huius diœceſis inueniſſe ſcriptum dicit. Miræus aurem in Annalibus Belgic. Abbatiam Ooſtbroucanam Benedictinorum primo lapide ab Vltraiecto, ædificatam fuiſſe à Godeboldo Epiſcopo anno 1122. Regulares Canonicos habitantes Middelburgi apud Valacriam propter vitæ intemperiem expulit eodem anno, & monachos Præmonſtratenſis Ordinis de cœnobio S. Michaelis Antuerpienſis in eorum locum ſubſtituit anno 1119. 1119.
Miræus in Chronico Præmonſtratenſi ad an. 1128. Porrò dum Synodus Remis celebraretur ſub Calliſto II. Pontifice, ob corporis infirmitatem Godebaldo adeſſe non valenti; & per epiſtolam abſentiam excuſanti; necnon petenti pro ſe & ſucceſſoribus Mitram & infulam Pontificiam, à Calliſto impetrauit, quâ Epiſcopi Traiectenſes ob clades paſſas multis ante actis annis vſi non ſunt. Hæc traditio Remis data 3. Calend. Nouemb. an. 1120. In eodem Concilio decretum fuit de inueſtiturâ Epiſcopatuum & Abbatiarum, quæ cauſa fuit Henrico V. Imperatori poſt multas vexationes remittendi Calliſto II. ius confirmandi Antiſtites, de quo inter deceſſores diu certatum fuerat, cuius renunciationis codicillos in notis Buchelij ad Hedam eo tenore addendos curauimus.

« IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratiâ Rom. Imp. Aug. Pro amore Dei, & ſanctæ Rom. Eccleſiæ, & domini Papæ Calliſti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo, & SS Dei Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæque Catholicæ Eccleſiæ omnem inueſtituram per annulum & baculum; concedo in omnibus Eccleſiis quæ in regno, vel Imperio meo ſunt, canonicam fieri electionem, & liberam conſecrationem; poſſeſſiones & regalia S. Petri quæ à principio huius diſcordiæ vſque ad hodiernum diem ſiue temporis patris mei, ſiue etiam meo, ablata ſunt, quæ habeo eidem & Eccleſiæ reſtituo: quæ autem non habeo, vt reſtituantur fideliter curabo; poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum & aliorum tam Clericorum quàm Laicorum quæ in guerrâ iſtâ amiſſa ſunt, conſilio Principum vel iuſtitiæ quæ habeam reddam: quæ non habeo, vt reddantur fideliter iuuabo. Et do veram pacem Domino Papæ Calixto, ſanctæque Rom. Eccleſiæ, & omnibus qui in partibus eius ſunt

„ vel fuerunt, & in quibus S. Rom. Eccl. auxilium poſtulauerit à me, fideliter iuuabo, & de quibus mihi fecerit querimoniam debiram ſibi faciam iuſtitiam. Hæc omnia acta ſunt conſenſu & conſilio Principum qnorum nomina ſubſcripta ſunt: Adelbertus Archiepiſcopus Moguntinus, Fredericus Archiepiſcopus Colonienſis, H. Ratiſponenſis Epiſcopus. Otto Bambergenſis Epiſcopus, Bruno Spirenſis Epiſcopus. H. Auguſtenſis Epiſcopus, Godebaldus Traiectenſis Epiſcopus, Vldaricus Conſtantienſis Epiſcopus, H. Fuldenſis Abbas: Henricus Dux Bauariæ, Freder. Dux Sueuiæ, Bruno Dux Saxoniæ, Dietboldus Marchio Cambienſis à Vochtburg, Godefridus Palatinus C. Rheni, Otto Palatinus Comes à Wittelſbach, Engelbertus Marchio Iſtriæ, Berengarus Comes Habſburgi, Theodoricus Comes Montiſbellicardi, & alij quamplures. Confirmationem etiam ab Henrico 5. Imp. accepit Comitatus Friſiæ, per ſuum deceſſorem Conrado Epiſcopo factam: item dona-
1122. tionis de Iſſâ & Leckâ an. 1122. reſtituit etiam Præpoſito maiori paludem iuxta Amerongen, quam ipſe alienauerat neceſſitate compulſus cùm decimis, exceptis iis quæ pertinent ad Eccleſiam de Amerongen, tam in paludibus, quàm in montibus. Synodalem quoque iuſtitiam de palude, & aliam in Werconden, & Seyſt, adiacentem ſupradictæ paludi, ex eadem parte Rheni; teſtes traditionis fuêre Epiſcopus Monaſterienſis, Theodoricus Epiſcopus Leodienſis, Albero Epiſcopus Verdenenſis; Thietmarus Dux Saxoniæ gener Regis, Henricus Comes, Comes Arnoldus de Los, Comes Gerardus de Gelre, Comes Arnoldus de Cliue, Comes Adolfus de Huuele, Comes Theodoricus de Oxgoye, Gerardus de Hoſtade, anno Incar-
1126. nat. 1126. Epiſcopatus Godeboldi anno 12. apud Traiectum. Iſte Epiſcopus morti proximus profeſſionem monachalem D. Benedicti in Ooſt-
1128. broeck aſſumens, deceſſit anno 1128. pridie Idus Nouemb. Dodechino in Appendice ad Marianum Scotum 1127. & in eodem monaſterio ſepelitur.

An. Ch.

De Kvick.

25. Andreas de Kvick Henrici Comitis Cuk enſis, ſeu Burgrauij & Præfecti Vltraiectini natus, Hermanni frater, & Godefridi Comitis de Arnſberk, ex Præpoſito Leodienſis Eccleſiæ creatur Epiſcopus, huic Conradus 3. Imperator renouauit donationem Comitatuum de Ooſtergou & VVeſtergou diplomate tabularij Vltraiectenſis, quod hîc inſerere non alienum putauimus. In nomine *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Conradus diuinâ largiente clementiâ Rex Romanorum* III. *Scimus & verè credimus, quòd qui copioſus eſt in miſericordiâ, per quem & Reges regnant, propter hoc ſuos conſtituit Rectores in huius peregrinationis & ſaculi viâ, vt benè ſe regentes, & alios, poſtmodum ſecum regnent in patriâ cæleſti. Quod nobis vtique iuſtè & miſericorditer euenturum ſperamus, ſi vniuique ſuam iuſtitiam pro viribus noſtris conſeruemus. Inipſam itaque iuſtitiam pro Dei amore fideliter intendentes, notum eſſe volumus tam futuris quàm præſentibus, cunctis Chriſti noſtriſque fidelibus, qualiter Comitatum quendam Friſiæ nomine Ooſtergouvve S. Martino ad Eccleſiam Traiectenſem, monitu & petitione venerabilis ac fidelis noſtri Andreæ eius Sedis Epiſcopi iuſtè reſignauimus, quem iniuſtè eidem Eccleſiæ ablatum pro certo comperimus. Dederat ſanè prædictum Comitatum Traiect. Eccleſiæ diuæ recordationis Henricus* IV. *Imp. Aug. tum pro remedio animæ ſuæ, tum propter amorem & ſeruitium venerabilis viri, & fidelis ſui Conradi eiuſdem ſedis Epiſcopi. Cuius donum filius eius Henricus bonæ memoriæ* V. *Rex,* IV. *verò Imp. Aug. iterando renouauit, & renouando auctoritate & priuilegio ſuo confirmauit. Nunc igitur aliquandiu ſub prædeceſſore noſtro Lothario Imp. prædicta Eccleſia ſuo iure & prædicto Comitatu caruit, vlteriùs eam ſuo iure carere nolumus, ſed ſecundùm monitionem fidelium noſtrorum in debitum ſtatum ei reddendo Comitatum eam reformamus ſecundùm hoc, quòd in priuilegiis Eccleſiæ veritatem inuenimus. Vt igitur antiquæ donationes & noſtræ reſignationis auctoritas immobilis & inconuulſa per ſuccedentia tempora permaneat, huius atteſtationis paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, teſtes quoque ſubnotari præcepimus quorum nomina hæc ſunt, Thituinus S. Rufinæ Cardinalis Epiſcop.*

& Apoſt. Sedis Legatus, Arnoldus Colon. Archiepiſc. Albero Treuerenſis Archiep. Embrico Vuitzeburgenſis Epiſcopus, Albero Leodienſis Epiſc. **W***ernerus Monaſterienſis, Vdo Oſnaburgenſis, Stephanus Metenſis, Nicolaus Cameracenſis Epiſcopi.* **W***alranius Dux, Wilhelmus Comes Palatinus, Godefridus Comes Namurcenſis, Henricus Comes de Zutphen, Arnoldus Comes de Cliuo, Adolphus Comes de Saffenberch, Adolphus Comes de Monte, Conradus Comes de Loen, Conradus de Haghen, Henricus de Hirſtelhuſen, Theodor. & frater eius Rotgerus de Durà, & alij quamplures. Data 5. Idus Aprilis, Indictione 1. Anno Dominicæ Incarnat.*
1128. MCXXVIII. *regnante Conrado Rege Rom. tertio, primo an. regni eius. Actum Coloniæ in Chriſto fæliciter Amen. Sig. Conradi Romanor. Regis III. Ego Arnoldus Cancellarius recognoui, & recenſui vice Archicancellarij Moguntini.*

Hermannus Cuikienſis Andreæ germanus, Abbatiam conſtruxerat in inſulâ B. Mariæ Virginis, quò inducti fuerant monachi Laudunenſes Ordinis Præmonſtratenſis, ob necem à ſuis anteceſſoribus factam Florentij Hollandiæ Comitis apud Hamerithem, ex pacto inter eum & Theodoricum Hollandiæ Comitem anno 1128. ſed bello recrudeſcente, Andreas ab Epiſcopo eiectus, & Hermannus frater eius, dictaote Principum ſententiâ digoitate priuatur per Lotharium Imperatorem, Florentij auunculum, ob necem præfati Florentij fratris Theodorici Hollandiæ Comitis, ab Hermaono patratam, propterea quod violenter Heyluuigam puellam formoſam, Godefridi Comitis & Andreæ ex ſorore Adelaide, Arnoldi domini de Rothem vxore oeptim, ſub ſuâ tutelâ degentem, violenter eo inconſulto in matrimonium ambieos, iis obſtantibus, Traiectenſes contra Andream Epiſcopum excitauerar, atque præſidium Epiſcopale incenderat. Sed poſt Lotharij obitum re compoſitâ, Hermannus Theodorico Hollandiæ Comiti hominium exhibens, ad priſtinum ſtatum reuerſus, & Andreas frater eius, ſedi ſuæ reſtitutus eſt. Fulcodius autem homicidij particeps, Deo gratias agens quòd Theodorici mitigata eſſet ira, ex arce ſuâ quæ dicitur Barne citra Moſam ſitâ, Ordinis Præmonſtratenſis Abbatiam fundauit. Hic Epiſcopus Abbati ac monachis S. Trudonis ceſſit in villâ Alburch Eccleſiam, ac decimas quæ Epiſcopi eſſe coosueuerant: diſcordiam quoqoe inter Maiorem, & S. Saluatoris Eccleſias, ſuper ordine miniſterij in Paſchate, Pentecoſte, atque Natali Criſti ſeruando, antiquam extinxit, tribuitque ex ſuis in Puttâ & Hermello ſtipendia perpetua. Contulit etiam templo S. Saluatoris quaſdam proprietates iuxta exemplar literarum infra ſcriptarum.

In nomine Domini Ieſu Chriſti, ego Aodreas Dei gratiâ Mioiſter Eccleſiæ Traiectenſis iugi memoriâ retinens quæ fit in Deum multiplicatio cedrorum in ramis quorum Chriſti paſſeres nidum ponunt. Vtile duxi me & mea exhibere his, qui à communi hominum conuerſatione ſubuolando ſortem ſuam benignum Ieſum dicunt, & faciunt. Quapropter Canonicis S. Saluatoris in Traiecto, generis omnis decimas nouæ culturæ iuxta Goldam cùm cenſu & iuſtitiâ ſæculari contradidi; ſuperiorem earum terminum inchoans ſine interuallo poſt Alberonis filij Giſelberti beneficium, inferiorem verò terminum deficiens in Svvaneſdrecht. Addidi quoque ipſis Canonicis prædictis intra memoratos terminos, manſos 5. poſſeſſionis hæreditariæ, poſt 30. manſos Epiſcopi, nullâ medietate proximos. Hæcque donatiua omnia lege tali præmemoratis fratribus aſſignaui & dedi, vt ipſi per diſpenſatores fideles, quicquid exinde fructuum peruenerit, annis ſiogulis colligant, & ſiue illud plus minúſue, ad quotidianas refectiones in communi loco communiter accipiant, inferioris & ſuperioris, iunioris & prouectioris in participatione huius ſtipeodij nulla ſit differentia: ſed & qui cùm aliis in communi refectioois loco hac donatione vti, quacunque causâ omiſerit, nullam partem extra prædictam conuerſionem accipiet, exceptis per omnia tantùm his qui manifeſtè ſunt infirmi, vel imminuti, quibus hâc causâ abſentibus, ſi Traiecti ſunt, partem ſuam cæteris conteotibus parem diſpenſari præcepimus. De cætero cùm iuſtum ſit, vt vnumquemque opera ſua conſequantur, hoc

» quoque prædictis Canonicis iniungi-
» mus, vt quotiens conuenit, & ratio
» temporis finit, mei & Præpoſiti The-
» monis dum vixerimus, & poſt vbi re-
» bus bumanis exceſſerimus, in Miſſis
» ſuis oratione ſpeciali, ſed & in Canò-
» ne meminerint: ſemper quippe gra-
» tiâ Dei præeunte & ſubſequente, ipſe
» plurimùm ad hoc commodum eo-
» rum laborauit: ego autem perfeci in
» Domino. Et ne quis huic dono vel
» diſtinctionibus prædictis obuias ma-
» nus iniiciat, anathema maranatha
» facimus omnibus qui faciunt, aut fa-
» cientibus conſentiunt, aut præſentes
» loco ſuo non defendunt. Geſta au-
» tem ſunt bæc anno vnigeniti Dei in-
1139. carnati MCXXXIX. Indict. II. anno
» Epiſcopàtus mei XII. anno verò
» primo regni Conradi II. Præſenti-
» bus his teſtibus, Præpoſitis Here-
» berto S. Mart. Themone S. Saluato-
» ris, Alberone S. Petri, Conrado
» Thielenſi; Decanis, Lutberto ſancti
» Martini, Lutberto S. Petri, Ancelmo
» S. Ioannis, Arnoldo S. Mariæ, Alardo
» Aldenſalenſi, & Godefrido Helſta-
» dienſis Eccleſiæ Præpoſitis: Canoni-
» cis Reimaro, Ioanne, Hazekone,
» Erkemboldo, Ottone, Aſcelino, In-
» gelberto, Fraberto, Rodolpho, &
» Clero Traiect. propemodum vniuer-
» ſo, liberis; Hugone Aduocato, Go-
» defrido Comite, Herimanno fratre
» eius, Adam, Denizone, Germago,
» Waltero de Stapele: Miniſterialibus,
» Alpbero, Ionarbâ fratre eius, Al-
» berone & fratribus eius, Warnero
» & Gerbardo fratre eius. Prætereà
Eccleſiæ Collegiatæ S. Ioannis Ba-
ptiſtæ Traiectenſis donauit de bonis
in Boſincbem, tabulis apud Hedam
relatis. Debitum naturæ perſoluit
1138. Andreas 1138. 9. Calend. Iulij, Heda
anno ſequenti ſcribit, Traiecti hu-
matus, ex Cbronicis Pontificum.

DE BEREN. 26. HERIBERTVS, ſiue ARDEBERTVS DE BEREN, ex loco originis in Friſiâ cognominatus, poſt Andream Præſul adlectus. Romam adiit, quâ reuerſus, Trentinos atque Grunningæ oppidanos reperit tumultuantes, quorum pars templum B. Valburgis in modum caſtri munierat; re compoſitâ belli finem fecit: vni fratrum dedit Præfecturam Grunningæ, alteri Coeuardiæ: Ottonem Comitem Palatinum, Ricomagi Præfectum, ſeu Caſtellanum in Benthem, ſororium Theodorici Comitis Hollandiæ Trentam deuaſtantem hic Epiſcopus cùm viribus Hugonis ex familiâ de Arclot in acie fugat, capit, & Traiectum deducit; Theodoricus Comes cùm Ioanne de Arclot Hugonis fratre vrbem vallo obſidet, túmque Heribertus inermis omni Clero comitante, Pontificalibus indutus, cùm cruce boſtibus obuiam procedens, Comitem placat, qui depoſitis armis, fœdus iunctis dexrris init; liberatur Comes Otto, qui arcem ſuam Benthem B. Martino tradidit, & rursùm in beneficium recepit, hoc pacto, vt liber eſſet introitus & exitus Epiſcopo in arcem, in quâ oratorium & aulam pro ſuo domicilio ſibi reſeruaret. Comitatus autem de Ooſtergou & Weſtergou anteà conceſſos, de manu regiâ iterum excepit, hiſce tabulis, quas ex archiuio proponimus. « IN NOMINE
« ſanctæ & indiuiduæ, Conradus diui-
« nâ fauente Clementiâ Rom. Rex III.
« Si Eccleſias Dei amplificamus, & ea-
« rum iura regali auctoritate tuemur,
« & firmamus, anteceſſorum noſtro-
« rum piorum Regum, vel Imperato-
« rum exempla imitamur, & hoc no-
« bis ad regni noſtri celſitudinem, &
« præcipuè ad animæ noſtræ ſalutem
« profuturum non ambigimus. Eapro-
« pter, tam futurorum, quàm præſen-
« tium Chriſti, noſtríque regni fide-
« lium nouerit induſtria, quòd nobis
« apud Traiectum ciuitatem conſiden-
« tibus, & de pace, ac de regni ſtatu
« tractantibus, fidelis noſter Hardber-
« tus eiuſdem loci venerabilis Epiſco-
« pus ante præſentiam noſtram venit,
« & inſtrumenta priuilegiorum aui no-
« ſtri Henrici III. & auunculi noſtri
« Henrici IV. Imperatorum nobis præ-
« ſentauit, in quibus continebatur,
« qualiter ipſi præfati, ſcilicet Impe-
« ratores Comitatum Ooſtergouvve
« & Weſtergouvve cùm omnibus ap-
« penditiis ſuis B. Martino & Eccleſiæ
« Traiect contulerint Rogauit igitur
« excellentiam idem venerabilis Epiſ-
« copus, vnà cùm Clero, beneficiatis,
« & vniuerſâ eiuſdem Eccleſiæ fami-
« liâ, quatenus iuxta priuilegiorum te-
« norem, & Imperatorum donatio-
« nem, prædictum Comitatum ei &
« Eccleſiæ ſuæ lege in perpetuum va-
« litura, confirmaremus. Et quoniam

» beneuolentia Regalis nulli io iuſtitiâ A
» ſuâ deeſſe debet, & nos ſine iudi-
» ciario ordine nihil huiuſmodi facere
» conſueuimus, perlectis priuilegiis,
» quid ſuper hac re nobis eſſet facien-
» dum, iudicio Principum à Comite
» Henrico de Gelre ſententiam ex-
» quiſiuimus: ille verò communicato
» tam Principum, quàm aliorum plu-
» rium Nobilium conſilio iudicauit,
» quòd nos iure poſſemus, & debere-
» mus antiqua priuilegia renouare, &
» priſtinas Imperatorum donationes
» noſtro priuilegio corroborare. Eun-
» dem igitur Comitatum ſcilicet O-
» oſtorgovve & Weſtergovve, quem B
» prædicti Imperarores B. Martino, &
» Eccleſiæ Traiectenſi tradidiſſe &
» conceſſiſſe dinoſcuntur, nos quoque
» dictante iudicio, interuentu etiam
» dilectæ coniugis noſtræ Gertrudis
» Reginæ, & petitione fidelis noſtri
» Hardeberti eiuſdem loci venerabilis
» Epiſcopi, aliorúmque fidelium no-
» ſtrorum, B. Martino & Eccleſiæ
» Traiectenſi perpetualiter poſſiden-
» dum, ſancientes per præſentis pri-
» uilegij paginam, ob ſpem futuræ re-
» tributionis confirmamus. Et ne ali-
» cui mortalium nunc, vel in poſte- C
» rum facultas aut occaſio contradi-
» cendi valeat ſuboriri, omnem, quæ
» aliquo modo moueri poſſet calum-
» niam, edicto Regali ſubmouemus,
» ſtatuentes ne aliqua vnquam perſo-
» na magna ſiue parua, Imperatorum
» donationem, & noſtram confirma-
» tionem aliquo ingenio infringere
» præſumat: ſed Eccleſia Traiectenſis
» liberè, ac ſine omni contradictione
» præfatum Comitatum cùm omnibus
» ſuis pertinentiis omni deinceps tem-
» pore poſſideat. Si quis, quod abſit,
» huius noſtræ confirmationis edictum
» infringere tentauerit, mille libras D
» auri puriſſimi componat, quarum
» partem dimidiam Fiſco noſtro, reli-
» qua verò prædictæ Eccleſiæ Traiect.
» perſoluat. Vt autem hæc omnibus
» credantur, & inconuulſa deinceps
» omni tempore conſeruentur, hanc
» inde cartam ſcribi, & aureâ bullâ
» noſtrâ inſigniri iuſſimus, manúque
» propriâ, vt infra videtur, corrobo-
» rantes, idoneos teſtes qui præſentes
» aderant ſubtus notari fecimus, quo-
» rum nomina hæc ſunt: Anſelmus
» Hauelbergenſis Epiſcopus, Conra-
» dus frater noſter, & eiuſdem Eccle-

ſiæ Præpoſitus, Emo Præpoſitus S. «
Saluatoris, Conradus Ticlenſis Præ- «
poſitus, Arnoldus Præpoſitus S. Ma- «
riæ, Luitbertus S. Petri Præpoſitus, «
Anſelmus Decanus S. Ioannis, Si- «
mon Camerarius, Henricus Comes «
de Gelre, Godefridus de Arneſ- «
berch & frater eius Comes Her- «
mannus, Theodoricus de Altenâ, «
Adelbertus Comes de Noruenich, «
Godefridus Præfectus Norenber- «
genſis, Robertus Comes de Lut- «
zenburch, Godefridus de Renen & «
filius eius Hugo, Giſelbertus filius «
Hugonis Aduocati, Gerardus de «
Marken, Alardus de Meghene, Ior- «
danus de Windesheim, Godefridus «
de Wekene, Peregrinus de Kemp- «
felde, Lithardus de Diſeheo, Alar- «
dus de Wiſſenhurſt, & frater eius «
Wiemarius, Theodericus de Bo- «
ckeshorſt, & frater eius Werenbol- «
dus, Wilhelmus Comes Ghorenſis, «
Rodolphus de Wiâ, Otto de Mal- «
berch, Euerhardus Crithelman, «
Henricus de Papenheim Mareſchal- «
cus noſter, Henricus Freſo, ac frater «
eius Wigerus, Henricus de Booin- «
ge, Arnoldus de Rodenburch Da- «
pifer noſter, Conradus Pris Pincer- «
na, Tibertus Camerarius, Walthe- «
rus de Lonenhuſen, Marquardus de «
Grombach, Conradus de Walre- «
ſteyn, Tibertus de Spileberch, Otto «
Præfect. Traiect. Albertus Telona- «
rius, Rodulphus, Wernerus, Wal- «
terus de A. & filius eius Henricus, «
Eckebertus de Ameſtele, Bartoldus «
de Aldeoſelo, Iacobus de Saterſlo. «
Sig. Conradi Rom. Regis III. ego «
Arnoldus Cancellarius vice Henrici «
Moguntini Archiepiſcopi & Archi- «
cancellarij recognoui. Anno Domi- «
nicæ Incarnationis MCXLV. Indict. « 1145.
VIII. 15. Cal. Nouembr. regnante «
Conrado Romanorum Rege tertio, «
anno verò regni eius VIII. Data eſt «
apud Traiectum in Chriſto fœliciter. «
Amen. Cæterùm ab eodem Conra-
do auctoritatem eligendi Epiſcopi
Vltraiectenſis impetrauit, Eugenius
Papa III. bullâ ſuâ id probat, quam
viſum eſt proferre ex archetypo ta-
bulario apud Hedam, ſic autem or-
ditur: IN NOMINE ſanctæ & indi- «
uiduæ Trinitatis. Conradus diuinâ «
fauente clementiâ Rex Romanorum «
III. Si Eccleſias Dei amplificamus, «
& earum iura Regali auctoritate tue- «

» mur & confirmamus, anteceſſorum A
» noſtrorum piorum Regum vel Im-
» peratorum exempla imitamur, & hoc
» nobis ad regni noſtri celſitudinem,
» & præcipuè ad animæ noſtræ ſalu-
» tem profuturum non ambigimus. Ea
» propter tam futurorum, quàm præ-
» ſentium Chriſti, noſtríque fidelium
» regni nouerit induſtria, quòd nobis
» apud Traiectum ciuitatem reſidenti-
» bus, & de pace, ac ſtatu regni tra-
» ctantibus, fidelis noſter Hardbertus
» eiuſdem loci venerabilis Epiſcopus,
» Conradus frater noſter Præpoſitus, B
» Decanus & Capitulum maioris Ec-
» cleſiæ dictæ ciuitatis ad noſtram præ-
» ſentiam venerunt, noſtræ celſitudini
» ſupplicantes, vt ſicut anteceſſores
» noſtri pij Romani Reges & Impe-
» ratores, ipſam Eccleſiam Traiecten-
» ſem multis honoribus & priuilegiis
» dotauerunt; ſic noſtra Regalis ex-
» cellentia ipſorum veſtigia imitando,
» dictæ Eccleſiæ aliquam honoris præ-
» rogatiuam concedere dignaremur.
» Nos itaque conſiderantes, quòd Re-
» galem decet excellentiam, illos ho-
» norare debere prærogatiuâ ampliori,
» quorum deuotionem continuis ob-
» ſequiis experimur, attendentes etiam C
» nos & anteceſſores noſtros Reges &
» Imperatores in dictâ Eccleſiâ à fun-
» datione eius inter Canonicos pri-
» mum locum obtinere, noſtrámque
» præbendam in eadem duos deſeruire
» ſacerdotes, pro noſtrâ ſalute, & re-
» gni tranquillitate, ac pace, Domi-
» num exorantes, & dicti Hardberti
» venerabilis Epiſcopi fidele ſeruitium,
» ac dilectorum nobis Decani & Capi-
» tuli grata obſequia & deuotionem
» frequentem, quâ noſtram Regalem
» excellentiam, & dilectam coniugem
» noſtram Gertrudim Reginam per
» aliquod tempus in ipſâ ciuitate com-
» morantem plurimùm honorarunt Et D
» propter hoc volentes eandem Eccle-
» ſiam maiorem Traiectenſem hono-
» ris prærogatiuâ ſpeciali ſublimare, ob
» remedium animæ noſtræ, & anima-
» rum domini Henrici III. aui noſtri,
» cuius viſcera in ipſâ Eccleſiâ pro pi-
» gnore ſunt ſepulta, & Henrici IV.
» auunculi noſtri Imperatoris, necnon
» interuentum dilectæ coniugis noſtræ
» Reginæ prædictæ, ac Conradi fratris
» noſtri cariſſimi eiuſdem Eccleſiæ
» Præpoſiti, ius eligendi & inſtituendi
» Epiſcopum in ipſâ Eccleſiâ, quod

ad Reges Rom. & Imperatores per- «
tinere dinoſcitur, & ab anteceſſo- «
ribus noſtris Regibus & Imperato- «
ribus, vſque ad noſtra tempora eſt «
deuolutum, & deductum, antedictis «
Præpoſito, Decano & Capitulo Ec- «
cleſiæ Traiectenſis, ac dilectis no- «
ſtris Præpoſito Decano & Capitulo «
Eccleſiæ S. Bonifacij eiuſdem loci, «
eidem maiori Eccleſiæ ab earum fun- «
datione ſpeciali fraternitate, vt no- «
bis innotuit, coniunctis in donatio- «
nem perpetuam Regali magnificen- «
tiâ concedimus in donum, & damus «
poteſtatem noſtram omnimodam à
nullo ſucceſſorum noſtrorum infrin- «
gendam: vtcùm Epiſcopatum præ- «
dictum vacare contigerit, iidem Præ- «
poſiti, Decani & Capitula maioris «
& S. Saluatoris Traiectenſis antedi- «
cti, & nulli alij, niſi Eccleſiarum ſua- «
rum Canonici Epiſcopum alium eli- «
gendi plenariam habeant poteſta- «
tem. Vt autem hæc noſtra donatio, «
donum & priuilegium Regiâ magni- «
ficentiâ voluntariè ac liberaliter con- «
ceſſa, iiſdem perpetua ſint, & rata «
credantur ab omnibus, & inconuul- «
ſa omni deinceps tempore conſer- «
uentur, hac in cartâ conſcribi iuſſi- «
mus, manu propriâ, vt infra vide- «
tur, corroborantes, idoneos teſtes «
qui præſentes aderant ſubter notari «
fecimus, quorum nomina hæc ſunt: «
Ancelinus Hauelburgenſis Epiſco- «
pus, Albero Leodienſis Epiſcopus, «
VVernerus Monaſterienſis Epiſco- «
pus, Nicolaus Cameracenſis Epiſco- «
pus, Vdo Oſenburgenſis Epiſcopus, «
VValramus Dux, VVilhelmus Co «
mes Palatinus, Henricus Comes de «
Zutphen, Arnoldus Comes de Cli- «
uo, Adolphus Comes de Monte, «
Henricus Comes de Gelre, Con- «
radus frater noſter Præpoſitus Tra- «
iectenſis, Emo Præpoſitus S. Boni- «
facij, Conradus Tielenſis Præpoſi- «
tus, Lambertus S. Petri Præpoſi- «
tus, Godefridus de Renen, Alardus «
de Megene, Otto Præfectus Traie- «
ctenſis, Egbertus de Amſtelle, Ber- «
toldus de Aldenſeele, Iacobus de «
Saterſloe. Signum domini Conradi «
Romanorum Regis III. Ego Arnol- «
dus Cancellarius vice Henrici Mo- «
guntini Archiepiſcopi & Archican- «
cellarij recognoui anno Dominicæ «
Incarnationis MCXLV. Indict. VIII. « 1145.
15. Cal. Nouemb. regnante Conrado «

» Romanorum Rege tertio, anno ve-
» rò regni eius VIII. Data apud Tra-
» iectum in Chriſto feliciter. Ea pro-
» pter nos pro noſtræ Eccleſię reue-
» rentiâ, & eiuſdem Regis ſupplican-
» tis inſtantiâ inclinati, conſiderantes
» etiam ad Eccleſiam veſtram dicti
» Regis deuotionem; quâ ipſam rega-
» li magnificentiâ fauorabiliter & ex-
» cellenter honorauit, antedictum pr-
» uilegium, cuius tenor his noſtris A-
» poſtolicis literis de verbo ad verbum
» eſt inſertus; & omnia priuilegia per
» Romanos Reges & Imperatores Ec-
» cleſiæ veſtræ ad honorem Chriſti,
» & Eccleſiæ exaltationem conceſſa,
» Apoſtolicâ auctoritate confirmamus,
» inhibentes ſub anathematis vinculo,
» ne Imperialis, vel Regalis, vel Epiſ-
» copalis, vel Clericalis, vel laicalis
» perſona aliqua cuiuſcunque ſtatus &
» conditionis exiſtat, ipſam Eccleſiam
» Traiectenſem, contra huiuſmodi pri-
» uilegium & noſtræ confirmationis
» tenorem, moleſtare, aut in eiuſdem
» præiudicium in præmiſſis quidquam
» in perpetuum audeat attentare, de-
» cernentes irritum & inane, ſi quid à
» quoquam in contrarium fuerit at-
» tentatum. Nulli ergo omninò homi-
» num liceat hanc noſtræ confirmatio-
» nis paginam infringere, vel ei auſu
» temerario contraire. Si quis autem
» hoc attentare præſumpſerit, indigna-
» tionem omnipotentis Dei ac beato-
» rum Petri & Pauli Apoſtolorum eius
» ſe nouerit incurſurum. Datum Ro-
» mæ apud S. Petrum xv. Cal. Aprilis,
» Pontificatus noſtri anno primo. De-
1150. ceſſit Heribertus anno 1150. 3. Idus Nouembris, & tumulatur in Eccleſiâ Traiectenſi.

DE HORNES. D'or à trois cornets de gueulle en guichez & virolez d'argent 2. 1.

27. HERMANNVS DE HORNES Præpoſitus S. Geteonis Colonienſis, fauore Theodorici Hollandiæ, Henrici Geldriæ, & Theodorici Cliuiæ Comitum, electus contra Fredericum de Hauel à ciuibus poſtulatum, & biennio poſt à Legato Apoſtolico apud Leodium degente confirmatur vir parùm Eccleſiæ vtilis, defunctus
1156. 1156. 3. Calend. April. iacet in æde maiori: de huius electione ſic fatur Otto Friſing. Epiſcopus lib. 1. de re-
» bus geſtis Friderici Imp. Eâ quoque
» tempeſtate in inferiori Traiecto Fri-
» ſiæ vrbe Hartberto eiuſdem Eccle-
» ſiæ obeunte graue ſchiſma ibidem
» oritur: quibuſdam Fridericum Adul-
» phi Comitis filium, aliis Herman-
» num Eccleſiæ S. Gereonis in ſuburbio
» Colon. ſitæ Præpoſitum, in illius Ec-
» cleſiæ Præſulem eligentibus. Illi ve-
» rò qui Hermannum elegerant, alios
» præoccupantes, Principem apud No-
» ricum caſtrum adeunt, ab eóque in-
» ueſtituram Regalium ſuſcipiunt.

D'RHENAN

28. GODEFRIDVS DE RHENEN Godefridi filius, ex Præpoſito maiori Eccleſiæ Vltraiectenſis Antiſtes creatur, ſedatâ priùs pro electione diſcordiâ auctoritate Friderici Imp. Erat ingentis animi & gloriæ multùm appetens: contra Trentanos pro Præfecturâ Groningæ bellum gerenti non ita feliciter Florentij Hollandiæ Comitis auxiliis adiutus, ab hoſtibus in pugnâ liberarur an. 1163. ſed 1163.
interueniente eiuſdem Imperatoris arbitrio, demandato negotio Arnaldo Archiepiſcopo Colonienſi, acceptis trecentis marchis argenti res componitur. Deinde Godefridum inter & Florentium Comitem Hollandiæ fit concordia pro parte Orientalis Friſiæ vt ex litteris patet, quarum tenor ſequitur: IN NOMINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Controuerſiarum quæ ſententiâ, vel concordiâ ſopiuntur, ratio ſuggerit, vt ſcriptis & teſtificationibus deſignentur, ne fortè diuturnitate temporum diſcordia recidiua reſurgat, & habeat ſecutura poſteritas quid de ſtatu præcedentium, fraudibus malignantium conuenienter opponat. Ea propter controuerſias, quæ inter Godefridum venerabilem Traiectenſem* Epiſco*pum, & Florentium Comitem Hollandiæ de Comitatu Friſonum agitabatur; nos de conſilio curiæ, & fidelium noſtrorum concorditer decidentes, eóſque fauorabili amicitiâ reconciliantes, dignum duximus, vt vniuerſus tenor concordiæ deſcriberetur, quemadmodum ſubnixa videtur. Statuimus igitur, vt æquè participent de prædicto Comitatu Friſonum; Epiſcopus videlicet & Comes, & neuter eorum aliq. maius habeat in hoc Comitatu commodum, vel proficuum; ambo concorditer eligent ſibi Comitem, qui vices eorum gerat in prædicto Comitatu, qui præſentatus ab eis domino Imperatori bannum & poteſtatem iudicandi à manu domini Imperatoris accipiat, &*

iuramentum præſtabit, quòd pro dilectione, vel odio, vel pro argento, vel auro, vel alicuius rei gratiâ in prædicto Comitatu neutri faciat iniuriam, nec vnius magis promouebit commodum, aut proficuum, quàm alterius. Epiſcopus etiam & Comes ordinabunt de vtilitate electi Comitis eorum in prædicto Comitatu. Quòd ſi ipſi concorditer Comitem eligere non poterunt, dominus Imperator pro conſilio ſuo Comitem eliget, & illi dabit Bannum, & ordinabit de ſuâ vtilitate. Si verò diſplicebit Epiſcopo, vel Comiti, vel vtrique, Epiſcopus & Comes, quem vel ipſi elegerint, vel quem Imperator eis dederit, mutare poſſunt eum quando voluerint. Cùm verò intrandi in prædictum Comitatum, & iudicandi Maij tempus aduenerit, Epiſcopus videlicet & Comes Hollandiæ ſimul intrabunt, vterque cùm triginta militibus, vel ſi forté in maiori vel minori numero militum conuenerint, & poſtquam intrauerint, æquè diuident omnes redditus curtilium ad Comitatum pertinentium, & omnia commoda & emolumenta, quæ de Comitatu, vel Iudiciis Comitatus peruenerint: æqualiter quoque impartientur damna & defectus Comitatus, & ſeparatim vterque in hoſpitio ſuo faciet expenſas pro voluntate ſuâ: communi quoque conſenſu & dono inueſtituras locabunt, & ordinabunt officia ſua. Vterque autem pro libitu ſuo accipiet ſibi Aduocatum, communibus tamen negotiis idoneum. Si autem Aduocatus Epiſcopi Comiti diſplicuerit, ad nutum Comitis Epiſcopus illum deponet, & ſubſtituet alium qui Comiti placeat. Si verò Aduocatus Comitis Epiſcopo diſplicuerit, deponet eum Comes, & alium qui placeat Epiſcopo ſubſtituet. Ab introitu amborum, Epiſcopi videlicet & Comitis exercebit Comes eorum iudicia & iuſtitias Comitatus, donec peragantur 8. ſeptimanæ. Infra has octo ſeptimanas Epiſcopus non exercebit aliqua ſynodalia, vel Eccleſiaſtica iudicia. Tranſacto autem hoc ſpatio; Comes Hollandiæ ſi vult exire poterit, & ſi vult, remaneat ad negotia ſi quæ ſint pleniùs peragenda: & Epiſcopus ſimiliter remaneat ad Eccleſiaſtica iudicia facienda: ambo autem in Maio debent intrare, vt expeditis ſingularibus negotiis & iudiciis, ſynodalia quoque iudicia ante incommoditatem hyemis valeant promoueri. Verùm ſi alter eorum, Epiſcopus videlicet & Comes, commonitus ab altero, vel in ſeruitio Imperatoris vel alterius domini ſui

A *vel graui infirmitate occupatus, vel quilibet ineuitabili causâ detentus, vel pro voluntate ſuâ Comitatum non intrauerit, mittet conductum militum, vel quantam tunc opportunitas temporis exigit, & ipſi inter ſe conuenerint, & æqualem portionem accipiet, & ſicut ſupra dictum eſt, omnia ſimul bona & mala partientur. Si verò neuter eorum Comitatum intrare potuerit, vel communi conſenſu intrare vitauerit, mittent Comitem ſuum ad exercenda iudicia Comitatus, & cum illo mittent milites quotquot voluerint, vel nuncios. Et quicquid ſuper ſumptus illorum reſiduum fuerit, æqualiter diuident*
B *inter ſe. Prætereà Comes Hollandiæ iuuabit Epiſcopum per vuerram, vel obſidionem quam cùm ipſo facit, vel quærimoniam caſtrum recuperare Benthem. & ſi quocumque modo illud recuperauerit, concedit illud Comiti in feudum, ſalua vniuſcuiuſcunque iuſtitiâ. Et Epiſcopus habebit in eodem caſtro domum & Capellam, & granarium, & coquinam, & ponet in eodem vnum liberum hominem ſuum, & duos miniſteriales ſuos, & liberè ingredietur & egredietur quando voluerit. Comes autem habebit omnem munitionem & fortitudinem caſtri, & iuuabit inde Epiſcopum. Si autem Epiſ-*
C *copus vuerram habuerit cùm aliquo amico, vel homine Comitis, contra quem Comes, ſaluo honore ſuo, Epiſcopum iuuare non poteſt, dabit caſtrum in poteſtatem Epiſcopi, vt habeat illud quandiu vuerra durauerit, acceptâ tamen ſecuritate, vt finitâ vuerrâ ei reſtituat. Vt autem vniuerſam concordiam Epiſcopus & Comes perpetuò teneant & obſeruent, fide datâ in manu noſtrâ firmiter compromiſerunt. Et nos ad maiorem huius concordiæ firmitatem, ſub obtentu gratiæ noſtræ, & ſub pœnâ quingentarum marcarum argenti eis iniunximus omni tempore obſeruandam. Cæterùm ſi alter ipſo-*
D *rum hanc concordiam violauerit, & commonitus ab altero, infra* XII. *hebdomadas non emendauerit, nos Comitem qui bannum à nobis habet, in præſentiam noſtram vocabimus, & ab ipſo, ab aliis ſex boni teſtimonij viris, tribus videlicet ex parte Epiſcopi, & tribus ex parte Comitis, quos ad hoc eligemus, quis in huius violatione concordiæ reus ſit, inueſtigabimus. Hi ſeptem iurabunt, quod bonâ fide veritatem dicent. Qui autem ab iis ſeptem viris, vel, ſi diſcordes fuerint, à maiori parte reus eſſe cenſebitur, quingentas marcas argenti intra* XX.

hebdo-

hebdomadis Camerae noſtrae perſoluet, & ... itum ſuum dignè emendabit. Datum A
1196. *anno* M C L X X V I. Pax & concordia inter eos inita eſt, æqualem in eo Comitatu iuriſdictionis poteſtatem exercentes: Godefridus oppidum de Rhenen ... relictâ hæreditate ſua conceſſit Eccleſiæ Traiectenſi, & pro firmando ſtatu quatuor arces munitiſſimas Horſt ad Gelrorum, Montforde ad Hollandorum, Voerden ad Traiectenſium, & Vuillenbo ad Friſiorum irruptiones compeſcendas conſtruxit. Cumque annis 22. & ampliùs Eccleſiæ præfuiſſet, migrauit à ſæculo 6. Calend. Iunij B
1177. 1177. Heda cùm Chronico Belgico, Berlando, & pluribus alijs anno ſequenti; penes anteceſſores ſuos tumulatus, ex Chronicis Pontificum.

HOLLAND. D'or au lion de gueulle.

29. BALDEVINVS DE HOLLANDE II. Theodorici 2. Hollandiæ Comitis, & Sophiæ, ex Palatinis Ricomagenſibus, ſeu Comitibus Palatinis ad Rhenum filius, è Præpoſito B. Mariæ Traiectenſis ac Aldezalenſis promulgatur Epiſcopus: contra Gerardum Comitem Gelriæ pro Comitatu Veluæ, ex feudis Epiſcopi Traiectini bellum mouet, quem C à Duce Lotharingiæ inconſulto Præſule acceperat: ſed interuentu Friderici Imp. res per inducias componitur. Mortuo ſine liberis Gerardo, iterum ad arma cùm Ottone eius fratre deuenitur, Imperator diſſidium arbitrio terminat, & Ottoni Comitatum Veluæ quietè poſſidendum tradit, donec ſuper hoc de Principum conſilio aliter foret definitum. Henricus Imp. ſuam promulgauit ſuper hâc re ſententiam, cuius exordium tale in tabularis Vltraiectinæ Eccl. IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Henricus VI. D diuinâ fauente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Imperatoriæ Maieſtatis noſtræ debitum expoſtulat & requirit officium, vt ea, quæ inter fideles & Principes Imperij cauſam & fomitem dant diſcordiæ, limâ correctionis & diligentiæ omnibus modis eneruantes, ad firmam pacis concordiam vigilanti ſtudio ipſos ſatagamus reducere. Quapropter notum facimus vniuerſis Imperij noſtri fidelibus, præſentibus & futuris, quòd nos quæſtionem illam quæ iam diu vertebatur inter conſanguineos noſtros, Balduinum Traiectenſem Epiſcopum, & Henricum Ducem Lotharingiæ, ſuper Comitatum de Veluue, in eo videlicet, quòd ipſe Epiſcopus Comitatum illum de conceſſione Imperatorum ſibi & Eccleſiæ Traiectenſi aſſerebat pertinere, & contra Dux Lotharingiæ dicebat, quòd ipſum Comitatum de manu noſtrâ teneret in feudo, ad huoc finem deduximus, quòd ipſe Dux iniuriam ſuam recognoſcens, omne ius quod in Comitatu illo videbatur habere, in manus noſtras liberè reſignauit. Nos itaque prædictum Comitatum cùm omnibus ſuis pertinentiis, Imperiali clementiâ prædictæ Eccleſiæ Traiectenſi, & dilecto conſanguineo noſtro Balduino eius Epiſcopo, ſolemniter contulimus, & imperiali auctoritate, præſenti Maieſtatis noſtræ priuilegio, in perpetuum confirmamus. Ipſe verò Epiſcopus eundem Comitatum cùm pertinentiis ſuis, & omni iure, prędicto conſanguineo noſtro Henrico Duci Lotharingiæ in præſentiâ noſtrâ benignè conceſſit, ſub eo tenore, vt idem Comitatus ad eius hæredem filium ſuum, vel filiam liberè tranſeat, & integrè. Statuimus igitur, & Imperiali edicto ſancimus, vt nulla omninò perſona in poſterum hanc noſtram ordinationem & confirmationem aliquatenus infringere audeat, vel perturbare. Quòd ſi quis attentauerit, centum libras auri pro pœnâ componat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliqua paſſis iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam præſentem paginam inde conſcribi iuſſimus, & Maieſtatis noſtræ ſigillo aureo communiri. Huius rei teſtes ſunt: Ludolphus Magdeburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Hartvvickus Bremenſis Archiepiſcopus, Hermannus Lantgrauius Thuringiæ. Otto Comes de Benthem, Comes Lambertus de Erphordiâ, Gebhardus Burggrauius de Maigdeburch, Comites Albertus de VVeringerode, Rubbertus de Cleue, Curio de Mintebèrch, Arnoldus de VVeſemalle, & alij quamplures. Signum domini Henrici ſexti Romanorum Imperatoris inuictiſſimi, & Regis Siciliæ. Ego Conradus Hildeſ-

» hemenſis electus, Imperialis aulæ A
» Cancellarius, vice Conradi Mogun-
» tinæ ſedis Archiepiſcopi, & totius
» Germaniæ Archicancellarij recognoui.
» Acta ſunt hæc anno Domini-
» cæ Incarnationis MCXC, Indict. XIV.
» regnante domino Henrico VI. Rom.
» Imp. glorioſiſſimo, anno regni eius
» XXV. Imperij verò quinto, & regni
» Siciliæ ſecundo. Datum apud Gei-
» lenhuſen 2. Nonas Martij.

ISENBVRG. D'argent à 2. faſces de ſable.

30. ARNOLDVS D'ISENBOVRG I. ex Præpoſito Dauentrienſi à Canonicis factionis Comitis Gelriæ Præſul renunciatus contra Theodoricum B de Hollandiâ Epiſcopum, poſtulatum per Canonicos, Theodori 7. Hollandiæ Comitis partes ſequentes, poſteà verò ambo Antiſtites ſimul ab Innocentio Papâ confir-
1198. mantur an. 1198. eâ tamen pactione, vt Arnoldus primùm obtineret Pontificium, & ante Theodoricum conſecraretur; ſed paulò poſt 8. Idus Aprilis Romæ mortuus eſt 1198. ibique ſepultus, vt eſt in Chronico Belgico.

HOLLANDE Comme cy deſſus.

31. THEODORICVS DE HOLLANDE II. Balduini Epiſcopi frater, Theodorici 6. Hollandiæ Comitis, & Sophiæ Palatinę Comitiſſæ ad Rhenū filius, ex Maiore Præpoſito Eccleſiæ Traiectenſis ad Moſam renunciatur Antiſtes à Clero, qui Hollandiæ Comitis Theodorici partibus fauebant, contra Arnoldum Iſemburgium; cui Imperator Henricus per annulum & paſtoralem baculum inueſtituram Epiſcopatus dedit, & Theodorico 7. temporalem iuriſdictionem gubernandam committit; donec in Romanâ Curiâ poſſeſſio ſedis adiudicaretur. Sed inde ortum D eſt bellum Hollandum inter & Gelrum propter gubernationem Epiſcopij, ſopitum per matrimonium Henrici, Ottonis Gelriæ Comitis filij cùm Adelheidâ, Theodorici Hollandiæ Comitis natâ; anno ſupradicto 1198. Theodoricus confirmatur Epiſcopus, & Romæ inauguratur ſimul cùm Arnoldo per ſententiam Innocentij 3. Pontific. qui dum ad Eccleſiam pergeret Papiæ in itinere
1199. defunctus 3. Nonas Aug, 1199. ibi honorificè tumulatur, ex Chronico Belgico.

32. THEODORICVS DE ARE III. ... ARE
ex ſtirpe Comitum de Are, abſens in Italiâ ex partibus Sueuiæ, cùm ibi Imperialia munia exerceret, ſubelectus eſt ad Epiſcopatum, Præpoſitus anteà Traiectenſis ad Moſam: huic Philippus Cæſar confirmauit priuilegium transferendi teloneum ex
Ganâ in alium locum, anno 1200. 1200.
quadriennio poſt inita eſt compoſitio inter Vuilelmum Comitem Hollandiæ, & eundem Theodoricum, quâ ſe hominem ligium Præſulis fatetur, & Condominum in Orientali Friſiâ eum agnoſcit; codicilli de hac B re confecti aſſeruantur in archiuis, quorum exemplar hîc ſubiicimus: EGO VVILELMVS *Dei gratia Comes Hollandiæ. Vniuerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris in perpetuum. Cùm omne feudum, quod frater meus bonæ memoriæ Theodericus Comes Hollandiæ ab Eccleſiâ Traiectenſi iuſtè poſſederat, à manu domini mei Theoderici Traiectenſis Epiſcopi recepiſſem, eique ſicut ligius homo, ligiam fidelitatem ſeruare iuraſſem, ne aliqua vnquam occaſio diſcordiæ de cætero inter Epiſcopa-* C *tum Traiectenſem, & Comitatum Hollandiæ poſſit coaleſcere; ad perpetuam pacem noſtram, talis inter nos eſt compoſitio laudabiliter ordinata. Omnes Miniſteriales vel ſeruos qui ad Epiſcopatum pertinebant in terrâ Comitis Hollandiæ manentes, exceptis militibus & eorum liberis, dedit mihi & meis ſucceſſoribus dominus meus Traiectenſis Epiſcopus: ego ſimiliter omnes Miniſteriales, vel ſeruos qui ad Comitem Hollandiæ pertinere dicebantur, in terrâ Epiſcopi manentes, exceptis militibus & eorum liberis, dedi Eccleſiæ Traiectenſi prædictæ, eâ conditione adiectâ, vt ſi qui eorum de terrâ Epiſcopi ad Comitatum Hollandiæ tran-* D *ſierint, vel è conuerſo de Comitatu ad terram Epiſcopi, eius maneant, in cuius dominio manſionem elegerint. Ego etiam & homines mei iuramento promiſimus, quòd de cætero nullâ vnquam occaſione Renus apud Suadenburgh, vel alibi obſtruetur. Item promiſi, & iurauí quòd nunquam prohibebo mercatores quoſcunque deferre ſalem, vel quaſlibet alias merces ad terram Epiſcopi. Similiter nec Epiſcopus prohibebit aliquos mercatores ire ad terram meam de Comitatu Friſiæ in Ooſtergo & Weſtergo, & inſtanter hoc eſt adiectum, quòd compoſitio quondam ordinata inter Epiſcopum Godef*ri-

dum , & patrem meum Comitem Flo-
rentium etiam inter nos inuiolabiliter ob-
ſeruabitur , quæ talis eſt : Epiſcopus &
Comes communi conſenſu mittent Comi-
tem vnum in Friſiam ad ſeruanda pla-
cita ſæcularia , & quicquid de redditibus
ad Comitatum pertinentibus , vel prouen-
tibus placitorum ſæcularium ; deductis ex-
penſis excreuerit . æqualiter diuidetur in-
ter Epiſcopum & Comitem , ſed quando
contigerit Comitem illum non intrare
Friſiam , nuncij Epiſcopi & Comitis
Hollandiæ ſimul ibunt in communi expen-
ſa colligere redditus ad Comitatū pertinen-
tes. Monetarij , Thelonearij , Schulteti ,
Villici , & omnes beneficiati in Comitatu
illo manentes feuda vel officia ſua pri-
mùm recipient de manu Epiſcopi , & po-
ſteà de manu Comitis Hollandiæ , &
vtrique iurabunt fidelitatem. Item de iu-
riſdictione in Heſewuk iuxta Montfort
ſita, hoc eſt condictum , quòd nuncius Epiſ-
copi in eâ formabit placita ſæcularia , &
quartam tantum partem eorum , quæ in-
de prouenerint , habebit Comes Hollan-
diæ , reliqua omnia liberè cedent Epiſco-
po. Prætereà de diſtinctione terminorum
inter terram Epiſcopi & Hollandienſ:
ſ[illegible]nter nos conuenit , quòd ſi de aliquâ
terra , vel decimis Epiſcopus quæſtionem
fecerit mihi vel hominibus meis , liberam
eam dimittam Epiſcopo , vel iurabo eam
de iure ad me pertinere. Similiter ſi ego
quæſtionem mouerem Epiſcopo vel homi-
bus ſuis de aliqua terrâ , vel decima ,
Epiſcopus mihi eam liberam dimittet ,
vel vnus priorum ſuorum , aut miniſteria-
lium Eccleſiæ tertiâ manu iurabit terram
illam vel decimam ad Eccleſiam de iure
pertinere , & ſic libera erit Eccleſia. In-
ſuper compromiſſum eſt , quòd ſi aliquis
hominum Epiſcopi , offenſam eius fortè
incurrerit , nullum habebit ad me reſu-
gium , niſi ad hoc tantùm , vt per me
gratiam inueniat , vel in curia Epiſcopi
iudicio comparium ſuorum ſiſtat, & è con-
uerſo. Acta ſunt hæc ab Incarnatione
1204. *Domini anno* MCCIV. *Pontificatus do-*
mini Theodorici Epiſcopi anno 7. apud
Traiectum coram altari B. Martini , ſu-
per quo obtuli homines meos , quos pro
ſuis commutaui , in quo etiam iurauit , &
homines mei VVolterus de Eue , Alber-
tus Baniart , Iacobus Burggrauius de
Leyden , Gyſelbertus de Lecke , Albertus
Rufus , & alij quamplures : teſtibus his
Henrico Duce Lotharingiæ , Ottone Co-
mite Gelriæ , Girardo Comite de Aro ,
Henrico de Euere , Gerardo Xantens.

A *Waltero S. Petri , Bernardo Tellēſi Bertol-*
do Alderſalēſi , Ramboldo S. Mariæ Præ-
poſitis : Eliâ S. Petri , Gysberto S. Ioannis ,
Henrico S. Mariæ Decanis , & vniuerſis
tā miniſterialibus quàm ciuibus Traiecten-
ſibus , & alijs quamplurimis : compoſitio-
nem hanc , ſicut præſcripta eſt , inuiolabi-
ter obſeruare. Vir porrò fuit nobilis
& magni conſilij , ſummæque aucto-
ritatis apud Henricum , & fratrem
eius Philippum Cæſares : ex Siciliâ
Traiectum appulſus , Friſiam Orien-
talem petit ad colligendam pecu-
niam pro redimendis debitis contra-
ctis , quod Vuilhelmus Comes Friſiæ
B indignè ferens , illum è Monaſterio
Srariæ poſt ſacra peracta , armatâ
manu eripit , & in Ooſterzee car-
ceri mancipat , ſed paulò poſt Friſiis
indignè ferentibus ab ipſis liberatur.
Epiſcopus Vuilhelmo bellum mouet,
cuius partes Theodoricus Comes
Hollandiæ frater eius , & Otto Gel-
driæ Comes Vuilhelmi ſocer ſequun-
tur, qui Trāſiſelaneâ ſubactâ Traiectū
obſidione premunt, ſed Ottone per
inſidias à Duce Brabantiæ capto,
obſidio ſoluitur à Comite Hollan-
C diæ , qui Siluâ Ducis vallo cinctâ ad
deditionem coegit , ſed prædâ onu-
ſtus intercipitur à Duce Brabantiæ,
& captiuus in oppido Huſden aman-
datur. Intereà Theodoricus Epiſco-
pus Zutphaniam obſidet & expu-
gnat , receptâ Dauentriâ , & cùm
Theodorico Comite è cuſtodiâ libero,
pacem & amicitiam iurauit , quam
Comes vſque ad mortem fideliſſimè
ſeruauit ; ſed Vuilelmus frater eius
factus Hollandiæ Comes , bellum
aduersùs Epiſcopum renouat , ita in-
fœlici exitu , vt iuxta fœderis condi-
tiones mille talenta argenti perſol-
D uere , ablata reſtituere , & cùm quin-
gentis militibus nudis pedibus co-
ram Eccleſiâ veniam petere coactus
fuerit , pro iniuriâ Epiſcopo ab eo
illatâ in Stauriâ. Præſul proſpero bel-
lo ditatus , deperdita atque impigno-
rata loca redemit , Eccleſiam ab om-
ni onere indebito leuauit , & rebus
Eccleſię pacatis , vltimum Dauentrię
diem clauſit Nonis Decembr. anno
1212. auctor Bekâ : corpus eius è 1212.
Tranſiſelanâ elatum eſt Traiectum,
& in Eccleſiâ maiore iuxta ante-
ceſſores ſuos terrę mandatus iuxta
Chronica Pontificum.

GVELDRES. D'azur au lion contourné, couronné d'or, lampaſſé & armé de gueulle

33. OTTO DE GVELDRES I. Ottonis 2. Geldriæ Comitis filius, & ſororius Guilelmi Comitis Hollandiæ, ingenio clarus, aſpectu venuſtus ex Præpoſito Zantenſi iuuenis annorum 18. aut potiùs 24. vt vult Heda, precibus Ottonis Monaſterienſis & Gerardi Oſnabrugenſis Epiſcoporum ex domo de Lippiâ, ſatagente etiam Vuilelmo Hollandiæ Comite Præſul creatur; qui dum Romanam Curiam diſpenſationem ætatis obtenturus proficiſceretur, febre correptus apud Northuſen 7.
1215. Calend. Aprilis an. 1215. è vitâ migrauit, humatus infra Eccleſiam Traiectenſem: at Nouiomagus, Barlandus, Heda, Bockenbergius, & Chronicon Belgicum de tempore Præſulatus inter ſe diſcrepant.

DE LIPPE. D'argent a la roſe de gueulle.

34. OTTO DE LIPPE II. Bernardi Comitis Lippienſis & Sophiæ Arnſbergicæ filius, ex Præpoſito Vltraiectinæ Eccleſiæ Pontificatum aſſumpſit; qui cùm Francofurti à Præſule Agrippinenſi benedictionem, & ab Imp. Friderico inueſtituram accepiſſet, relictis Hermanno fratri ſuo diœceſis negotiis in Syriam profectus eſt, ex quâ reuerſus, inter Gerardum Geldriæ Comitem (Ottonem Heda cùm Bekâ vocitant) & Epiſcopum grauiſſima oritur contentio, ob petulantiam Præfectorum Ottonis 2. quam ob cauſam vterque armatâ manu, & paratis copiis ad pugnam concurrit, ſed interueniente Conrado Cardinali Portuenſi, Epiſcopo & Abbate Villarij propè Leodium, Apoſtolicæ Sedis Legato per arbitrum omnia compoſuit, ſequendo ſententiam per Henricum Imp. paulò ante latam an. 1196. inter Balduinum Epiſcopum, & Henricum Ducem Lotharingiæ; quo ſopito bello, aliud exortum eſt inter Rodulfum Concordiæ Caſtellanum & Ottonem Epiſcopum, qui Gerardi Geldriæ, & Florentij Hollandiæ, Theodorici Cliuenſis, & Balduini de Benthem Comitum copiis adiutus, cùm Rodulpho pugnam inire auſus, cùm rebellibus Eccleſiæ ſuæ, ſed infelicem propè Couordiam, in quâ captiuus modis indignis habitus crudeliter trucidatur cùm domino de
1226. Arkel Calend. Aug. 1226. corpus eius multis vulneribus confoſſum apud Traiectum defertur; in eo certamine cùm aliis nobilibus Theodoricus Dauentriæ Præpoſitus Epiſcopi frater paucis poſt diebus inter hoſtes ex vulneribus occubuit: de quo Antiſtite in Chronicis Pontificum.

OLDENBVRG.

35. VVILLIBRANDVS D'OLDENBVRG, Ioanne Caſtriueteris, ſeu Alrenburgenſis Comite, ex Catharinâ Otobritorum Reguli filiâ natus; ex Canonico Paderbornenſi, Præpoſito Zutphanienſi, Traiectenſi & Hildeshemenſi, Epiſcopo Paderbonenſi agente Florentio Hollandię Comite eius conſanguineo, tunc àbſens in Italiâ, & obiens legationem Imper. poſtulatus à Gregorio Papâ ad Eccleſiam Traiectenſem transfertur. Ad vlciſcendam deceſſoris necem ſtatim armatâ manu Coenordiam ad deditionem compulit, indictâ Rudolpho multâ, vt arcem traderet, iuriſdictionem prouinciæ abdicaret, tria millia marcarum auri perſolueret, centum equites in Liuoniam mitteret; in loco cladis paſſæ Collegium 25. Canonicorum fundaret, & Monaſterium fœminarum Ordinis Benedictini, quod Nigra æqua dicitur, conſtrueret: at poſtquam abſceſſiſſet Epiſcopus fidei datæ immemor, illicò corruptis cuſtodibus arcem dolosè recuperat: iterum verò coactus ſeſe dedere, datis induciis cùm Epiſcopo accedit eo minimè conſentiente, ſed per tumultum peremptus totæ imponitor. Vuillebrandi autem obitum Heda cùm Bekâ eueniſſe tradunt 7. Kal. Aug. 1233. iacet Traiecti in æde S. 1233.
Seruatij, cuius prima iecit fundamenta, vbi hodiéque ſepulchrum illius extat ad parietem Aquilonarem duos pedes à terrâ eleuatum, & ibi leguntur hæc verba: VVILLIBRODVS DE OLDENBORCH XXXV. *Epiſcopus Traiect. fundator primus huius Monaſterij monialium Ordinis Ciſtercienſis hic ſepultus. Sedit annis octo.* Bockenbergius mortem illius ad annum 1236. eueniſſe affirmat, quod confirmatur ex epigraphe adiectâ imagini vrbis Traiectenſis, quæ ſic habet: Vvillibrandus de Oldenborch fundauit in Traiecto Monaſterium S. Seruatij, in quod Sanctimoniales ex villâ de Abſteden tranſtulit; eodem in loco magnificè tumulatus anno 1236.

Hollandoi. Comme cy deſſus

36. Otto de Hollande iii. Guilielmi i. Hollandiæ Comitis filius; Epiſcopatum, Trentanorum bello ad inopiam redactum ex ære proprio liberauit, patrimonij fundo prius alienato, ad cuius preces Florentius Hollandiæ Comes frater eius aggerem ab Amerongen vſque ad Schoenhouen ſumptuosè conſtruxit, eodémque mortuo Vuilelmi nepotis tutor electus eſt; Comitatus Hollandiæ adminiſtratione acceptâ, Trentanos rebelles, & Coeuordiæ arcem cum totâ prouinciâ ſubegit: anno 1246. Vuilelmo nepote in Regem Romanorum electo, anno ſequenti huius coronationi adfuit Otto auunculus ſimul cùm Henrico Duce Brabantiæ, qui eiuſdem deſignati ſunt à conſiliis, ab eóque libertatem confirmari Eccleſiæ ac ciuium Traiect obtinuit: tandem obiit 2. Nonas
1249 Aprilis 1249. ſepultus in baſilicâ Traiectenſi.

Æmstel.

37. Goesvinvs de Æmstel ex Præpoſito S. Ioannis Traiectenſis, muneris Epiſcopalis obeundi negligentiſſimus eligitur anno 1250: cùm eſſet vir ſimplicitati deditus, verba ſunt Chronici Magni Belgici, & de rebus Eccleſiæ minus ſollicitus, totus in breui Epiſcopatus penè diſtractus fuit; vnde congregato generali Capitulo, cui Vuillelmus Romanorum Rex, Cardinalis Petrus Caputius, & Conradus Colonienſis Archiepiſcopus adfuerunt, in eorum præſentia Goeſuinus Epiſcopatui renunciauit, ac Cardinalis Petrus propter Archiepiſcopi Colonienſis poſtulationem Henricum de Vigennâ in Epiſcopum promouit, cui Rex per paſtoralem baculum & annulum temporalem iuriſdictionem dedit.

Via den. De gueulle à la faſce d'argent.

38. Henricvs de Vianden i. Comitis Vianenſis filius; Conradi Colonienſis Archiepiſcopi conſanguineus, ex Archidiacono Colonienſi, per Goeſuini defectionem ſpontaneam Epiſcopus ordinatur, cui bellum intulêre Giſelbertus Præfectus in Amſtel, & Harmannus in Woerden abdicationem Goeſuini eorum propinqui indignè ferentes, quos omnes vicit, & captiuos adduxit, déque ſpoliis refertis, prædium caſtri Vredelant amplum & munitiſſimum contra rebellionem vicinorum conſtruxit. Eccleſiæ quoque maioris Traiectinæ ob vetuſtatem ruinam minitantis fundamenta iecit anno 1254. celebrioris ſtructuræ, 1254.
quod baſilica iam perfecta demonſtrat. Copias in auxilium Colonienſis Præſulis duxit contra Comitem Iuliacenſem, quo fugato, ad ſuos victor eſt reuerſus: monaſterium Virginum in Horreſto prope Dauentrium variis donariis & immunitatibus adauxit: Collegiatam quoque baſilicam duodecim Canonicorum in Steenvviick conſtituit, cuius Henrici diploma hîc inſerere iuuat, quia non alienum ab hiſtoriâ Epiſcoporum, in cartophilacio ſic expreſſum: In nomine *Domini amen. Nos Henricus Dei gratiâ Traiectenſis Epiſcopus, vniuerſis præſentem literam inſpecturis in perpetuum ſalutem. Notum facimus præſentium teſtimonio literarum; quod cùm Prælati & vniuerſalis Eccleſia Traiectenſis ex vna parte, Scabini; Conſules, & vniuerſitas ciuitatis Traiectenſis ex alterâ, ſuper omnem controuerſiam & diſcordiam inter ipſos exortas; in nos purè & ſimpliciter; ac omni conditione excluſâ promiſerunt. Nos paci & tranquillitati tam præſentium quàm futurorum ſalubriter intendere cupientes, dicimus arbitrando; Quòd Eccleſia Traiectenſis gaudere debet omni libertate & iure, quibus eadem Eccleſia de iure & conſuetudine ab antiquo hactenus eſt gauiſa. Idem etiam dicimus de iure & libertate ciuitatis Traiectenſis. Cæterùm ſi placet Eccleſiæ Traiectenſi vinum poſſunt emere, & inter ſe bibere abſque vſu tabernæ. Inſuper poſſeſſionem & proprietatem pontis vrbani Traiectenſis adiudicamus Eccleſiæ S. Martini Traiect. Attamen pro ipſius vtilitate; & pro bono pacis, de conſilio Prælatorum & fidelium noſtrorum volumus; vt tertiam partem redituum ipſius pontis habeat ciuitas Traiectenſis & prædicta S. Martini Eccleſia obtineat reſiduas duas partes: tali conditione, quòd pro expenſis factis de fundo pontis ipſius, ciuitas prædicta 25. lib. Traiect. exhibeat Eccleſiæ prænotatæ; & ad hoc quod ædificatum eſt in ipſo ponte & adhuc in poſterum ædificari contigerit, Eccleſia S. Martini duas partes ſoluat; & tertiam partem ſoluat ciuitas Traiectenſis. De domo S. Saluatoris; de illâ parte quæ eſt in quæſtione, Capitulum S. Saluatoris affirma-*

bit cùm ſeptem ſtolis de ea parte quam A
dixerit ſuam eſſe, aut ciuitati relinquat.
De foſſato eorum .... omnia ædificia
quæ longiùs & latiùs quàm ante incen-
dium fuerunt, ibidem ſunt erecta, tollan-
tur, & vnuſquiſque in eo iure & poſſeſ-
ſione in quibus fuerant ante incendium,
remanebit. Quæcunque verò partium Ru-
mingam habere voluerit de dicto foſſato,
dominum Epiſcopum & Burgrauium re-
quirat, vt debito modo fiat. Prætereà de
foſſato ciuitatis, elignetur boni & diſcre-
ti viri, qui agros & poſſeſſiones ſciant
æſtimare, & illi ſub debito iuramenti ſui
dicent, quanta, quæque Traiectenſis Ec- B
cleſia, & perſona Eccleſiaſtica damna
ſuſtinuerit ex foſſato, & ad hoc omnes
poſſeſſiones & area ciuitatis cuiuſcunque
ſint, exceptis emunitatibus ſoluent, &
fiet compenſatio Eccleſiis & perſonis Ec-
cleſiaſticis prænotatis infra tres menſes
poſtquàm ceſſauerit guerra inter dominum
Regem & ciuitatem Traiectenſem, ac
fautores vtriuſque. Ad portam verò &
pontem verſus Aldaicam Capitulum S.
Petri dabit adhuc quinque libras, &
parabitur ibidem bonus pons, ita quòd
per eum pateat vtiliter introitus & exitus
curribus & carrucis, & huiuſmodi quin-
que libris ſolutis, ac guerrâ ceſſante præ-
dictâ quæ nunc eſt in præſenti, infra tres C
menſes iſte pons debet eſſe paratus. De
emunitate verò Eccleſiæ S. Ioannis Tra-
iectenſis in optione relinquimus Capituli
vt metam ponat, & hanc cùm ſeptem
ſtolis retineat, vel ciuitati relinquat. Et
ſi quid poſteà de præmiſſis quæſtionibus &
dubietatibus exortum fuerit, hoc noſtræ
deciſioni & examini reſeruamus. Statui-
mus etiam, vt ſi qua partium ab hoc no-
ſtro arbitrio reſilierit, ſententiam excom-
municationis iam latam in eum à nobis ſe
nouerit incurriſſe, & à gratiâ noſtrâ ſe
excluſum. Et vt rata & inconuulſa per-
maneant hæc præmiſſa, præſens ſcriptum
ſigillo noſtro, & Capitulorum Traiecten-
ſium, & ciuitatis Traiectenſis, & quam- D
plurium Miniſterialium noſtrorum hoc
ſcriptum communimus anno Domini 1250.
5. Idus Ianuarij. Obiit pridie Nonas
1267. Iunij 1267. vt volunt Beka, Chron.
vulgare, Hameonius, Bockenber-
gius, & alij: Heda mortuum vult
anno 1257. ſepultus Traiecti.

Nassav. Dazur au lion d'or, armé & lãpaſſé de

39. Ioannes de Nassav, 1.
ex Comitibus de Naſſavv, Henrico
per electionem ſuccedit, vir in Ec-
cleſiaſticâ diſciplinâ minus verſatus,
qui teſte Nouiomago, ob [illegible]
imperitiam à Pontifice confirmatio-
nem obtinere non potuit. Eo Præ-
ſule Kenemarij, ſeu Hollandi, Giſ-
berto Duce Præfecto Amſterlandiæ,
aſpirantibus Friſiis, tumultus in no-
biles concitarunt, Traiecto, nobiles
& Magiſtratus pellunt, Ioannes exul
Geldriæ Comiti adiunctus, vrbem
fruſtra recuperare conatur, donec à
Nicolao Cato Florentij Comitis tu-
tore milite egregio, portis confractis
expugnatur, & rebellionis authori-
bus proſcriptis, Epiſcopo reſtituitur
anno 1279. menſe Februario, paſſa 1279.
eodem die maximum incendium:
Ioannes oppigneratis Vredeland Præ-
fecto Amſterlandiæ, & Montforte
Præfecto in Woerden arcibus pro
pecuniâ, totius populi inde ſuſcitans
indignationem, conſilio publico, Ca-
pitulo generali apud Traiectum in-
dicto anno 1288. vocato cùm aliis
nobilibus Florentio Hollandiæ Co-
mite, Ioannes Electus poſtquam per
annos 16. tanquam ſæcularis, & non
in ſacris conſtitutus Rempublicam
malè miniſtrando, ex opulentâ ex-
hauſtam reddidiſſet, denunciatâ de-
ſidiâ & negligentiâ Romano Ponti-
fici, accedente eius decreto, digni-
tate & honore inuitus priuatur: de
illo extat diploma Vianenſibus con-
ceſſum pro Nundinis, datum an. 1272. 1272.
feriâ 4. poſt feſtum B. Andreæ.

De Zirck.

40. Ioannes Zirckvs II.
ex nobili Zirckiorum Comitum apud
Lotharingos familiâ ortus, qui à Gi-
ſelberto arcem Vredeland, noua im-
ponente vectigalia repetens, ſub de-
poſito, quod ceperat prædeceſſor,
renuenti bellum intulit, & auxilio
fultus Florentij Comitis, poſt lon-
gam obſidionem, vtrámque arcem
Vredeland ſcilicet & Montfort re-
cuperauit, & iuxta pacis conditio-
nes retinuit: ex hac ſede transfertur
ad Tullenſem in Gallias Epiſcopa-
tum an. 1296. moritur apud Gonza- 1296.
gam 1305. de quo Chronicon Bel-
gicum.

Bertovd.

41. Vvilelmvs Bertovd, II.
Vualterij 5. Mechliniæ domini, ex
Mariâ de Aruerniâ filius, patruus
Sophiæ vxoris Reinaldi 1. Geldriæ
Ducis, ex Præpoſito Louanienſi
Ioanni ſucceſſit anno 1296. vir iuris

diuini, humaniſque conſultiſſimus, A ſacri Palatij Iudex ordinarius: arcem Mudenſem, ſeu Amudam villam ad Vechtam fluuium olim Eccleſiæ Traiect. ab Ottone 1. Imp. donatam ſibi vindicat, Mudenſibus ſeſe liberè Epiſcopo ſubeſſe agnoſcentibus, aliquas vrbes obſidione premit, Eccleſiæ ſuæ ſubiectas, Friſiis in ſuam partem concitatis aduersùs Hollandos, ſed debellatus Vuilelmus ad Tranſiſelanos aufugit: deinde ad Eccleſiam reuerſus, factione Hollandorum in ciuitate propriâ excitatâ, aduerſantibus ſibi Zuedero de Montforte, Huberto de Vianen, & Ioanne de Linſcoten Præfectis à Iacobo de Licbtenbergh Proconſule Traiectenſi in ipsâ ſuâ ciuitate, & ædibus propriis Iacobi captiuus detinetur per integrum ferè annum; tandem ruſticanâ manu dimiſſus, nihilominus à ſede propriâ amouetur, Romam petit, vt apud ſummum Pontificem Epiſcopatu ſe abdicaret, ſed Papa Epiſcopo Monaſterienſi auxilium Vuilelmo ferre mandat; reuerſus in Germaniam, congregato apud Tranſiſelanos exercitu, Traiectum aggreditur, ſed Lichtenbergus validâ Hollandorum manu ſtipatus, acerrimè pugnat apud Hogevvaerd, circa ripas veteris Rheni; in eo certamine

1301. Vuilelmus occubuit anno 1301. 4. Nonas Iulij, cadauer à Fratribus Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani in eorum Eccleſiam delatum, poſteà in æde maiori tumulatur ſub lapide contiguo Choro ad partem Meridionalem, oppoſito ſepulcbro Guidonis ſucceſſoris ſui, ante altare S. Laurentij: cernitur etiam & hodie in loco cædis erecta crux lapidea; ſuperſunt & huius literæ expiatoriæ, quo nomine primùm Alix Comitiſſa Hannoniæ mater Ioannis d'Aneſnes Hannoniæ, Zelandiæ, & Hollandiæ Comitis fundauit Vicariam, ſiue Capellam largiter dotatam, quam & ratam habuit filius Comes, literis eam in rem ſcriptis, vnde non omninò expertes huius cladis Hannones fuiſſe conſtat, id confirmatur inſtrumento continente remiſſionem Comiti Hollandiæ factam à Florentio Berthoutio Machliniæ domino, de interitu Vuilelmi Epiſcopi fratris ſui.

42. Gvido de Hainavt Ioannis Hannonenſis ex Adeleyde de Hollandiâ genitus; ex Canonico Cameracenſi, Theſaurario Leodienſi conſtituitur Traiectenſis Epiſcopus, frater Ioannis & Guillelmi Cameracenſium Epiſcoporum, ac Florentij Achaiæ Principis: vir magnanimus, honeſtus, prudens & iuſtitiæ amator, Wilbelmum, nepotem Hollandiæ Comitem copiis iuuat contra Guidonem Flandriæ Comitem, ſed in pugnâ capitur à Flandro, qui vrbe Traiectenſi expugnatâ, mutato Magiſtratu, Vuilelmum tunc Iuliacenſem Comitem in Epiſcopatum intrudere tentat, ſed à Kennemariorum, ſeu Friſiorum factione impeditur, & paulo poſt, Francorum Rege, Vuilelmo Hollandiæ Comiti ſuppetias ferente, Reinerus Grimaldus Claſſis Regis Præfectus, Guidonem Flandrum capit, & pro Guidone Epiſcopo relaxatur. Varia priuilegia confirmauit, & de nouo conceſſit ciuibus Vltraiectenſibus, arces ſuas ruinam minitantes inſtaurauit, nouas fundauit, Friſiorum rebellium motus compeſcuit, & tandem ad generale Concilium Viennenſe iuſſu Clementis v. Pont. Maximi, à quo bumaniter exceptus, celebratum, vocatur an. 1311. purpureo galero ſponte oblato, inſtante Francorum Rege Pbilippo Pulchro, hunc bonoris titulum reſpuit: at Pbilippus conſtantiam & integritatem viri conſiderans, ei ex publico ærario ſtipendia annua deſignat, quo fœdere perpetuo amicitiæ illum ſibi deuinciret, eúmque in aulâ ſuâ per aliquot annos retinuit, ſed tumultuantibus Friſiis, ad Eccleſiam ſuam redire cogitur, vbi pacatis omnibus, ægritudine ſubitaneâ correptus, vitæ ſpiritum exhalauit 4. Calend. Iunias an. 1317. ſepultus in Eccleſiâ maiore. Arces Dollenburch, nunc Tollenburcb dictam, contra oppidum Renenſe in Batuâ, Goram in Tranſiſelaniâ, & Sontenbercb conſtruxit, maximáque debita fiſco Apoſtolico ſoluit per prædeceſſorem ſuum contracta, relinquens Epiſcopatum ab omni onere liberum; quem potenter rexit, atque protexit contra quoſuis Principes in vitâ. Erat aſpectu decorus, ſtaturâ venuſtus, ſermone facundus, ingenio clarus, conſilio cautus, ac in 1317.

Ha[illegible] [illegible]'or au l[illegible] de ſable ar- m & am- paſſé qui eſt [illegible] Flan lre · [illegible] car- lé de Hollande, qui eſt d'or au lion de gueulle.

multis grauioſus, virtutibus extollendus.

[...]ACK. 43. FRIDERICVS DE ZIERCK ex Præpoſito Eccleſiæ S. Petri Traiectenſis eligitur & Romæ conſecratur 1317. inſtante Vuilelmo Comite. Epiſcopatum opulentum inuenit, quem multis poſt hac damnis affecit, & ideò à ſubditis contemptus, & à vicinis laceſſitus, auxilium opportunè à Vuilelmo Hollandiæ Comite implorat, qui per Ioannem dominum de Arckel Comitis Præfectum, rebelles ferro atque igni in Epiſcopi poteſtatem redegit. Eo Præſule turris excelſa, quæ Eccleſiæ maiori imminet, à fundamentis primùm cepta eſt menſe Iunio die Sanctorum Ioannis & Pauli Martyrum 1320. peracta 1362. Anno verò 1322. 9. Cal. Iulias aggere interrupto excurrit Rhenus, & vſque ad Oceanum cuncta vaſtat, ſed Vuilelmus Comes reſtituto aggere, pactum iniit cùm Traiectinis, vt eorum curâ & impensâ incumberet hunc impoſterum conſeruare: paucis verò poſt diebus 13. Cal. Auguſti
1322. 1322. Fredericus Epiſcopus morbo articulari laborans ex hac vitâ migrauit apud Horeſtum, ſepultus in Eccleſiâ maiori, ex Chron. Mag. Belg.

OVT-ORN. 44. IACOBVS DE OOVTSHORN Vuilelmi de Oouſthorn militis & Mecbrildis eius vxoris filius, ex Decano Traiect. contra Iacobum Zudenſem maiorem Præpoſitum, poſtulante Wilelmo Hollandiæ Comite, electum, à maiore parte Capituli Epiſcopus renunciatur, ab Henrico 2. ex Comitibus de Vernenburg Colonienſi Archiepiſcopo confirmatur, non diu illâ dignitate fruitur, nam 12. Calend. Octob. eiuſdem anni 1322. obdormiuit, non ſine veneni ſuſpicione, quod per aduerſarios clam ipſi datum aliqui ſcribunt: ſepultus in maiori baſilicâ: vir fuit honeſtæ conditionis & amator Eccleſiaſticæ religionis, morum probitate, ſcientiâ, & deuotione inſignis.

N DIEST. 45. IOANNES DE DIEST III. Arnoldi Caſtellani Antuerpienſis filius, ex Præpoſito Cameracenſi Epiſcopus eligitur, inauguratus Romæ à Papâ Ioanne XXII. licet Ioannes de Bronckhorſt Præpoſitus S. Saluatoris Traiect. nobili [...] Baronum de Bronckhorſt [...] ortus, qui in huius p[...] nibus primum locum tenen[...] concordibus votis fuiſſet electus, à Ioanne XXII. ſummo Pont. non ſine iniuriâ abrogatur, ad preces Ioannis Ducis Brabantiæ, Vuilelmi Hollandiæ, & Reinaldi Geldriæ Comitum, Eccleſiæ Traiect. præcipuorum Vaſſallorum, non habitâ ratione electionis Capituli. Henricum Præfectum in Hageſtein, atque alios Epiſcopi dominium infeſtare tentantes, copiis, atque auxilio Vuilhelmi Hollandiæ Comitis compeſcuit: caſtella Vvedeland cùm territorio adiacente Hollandiæ Comiti, & Wollenhoo, & totam propemodum terram Trans-Iſſulam Geldriæ Comiti, atque alis alia impignerauit loca. Collegium Amersfordienſe in Vltraiectinâ diœceſi fundauit 21. Auguſti 1337. quædam bona vendidit an. 1330. cùm conſenſu Capituli Traiect. pro emptione & recuperatione Comitatus & caſtri Diepenhem, quæ facta eſt anno ſequenti die Veneris poſt B. Pancracij, venditores erant Vuilbelmus dom. de Boxtel miles, & Cunigunda Comitiſſa de Dalem, & domina de Diepenhem. Rucuperauit & à Ioanne de Benthem, Mechtilde vxore, atque Simone & Ottone eorum liberis, quaſdam terras & bona acquiſiuit, vt eorum literæ teſtantur 1328. obiit verò 1340. Calend. Iunij, ſepultus in Eccleſiâ Cathedrali.

CAP. 46. NICOLAVS DE CAPVTIIS nobilis Romanus, de regione Montium, Rotæ cauſarum Auditor, Ioannis Francorum Regis in Curiâ Romanâ à conſiliis. Ex Præpoſito S. Audomati, Valentiæ, Dauentriæ, Priore S. Quintini, Arcbidiacono Herbipolenſi, à Benedicto XII. Epiſcopus Traiect. renunciatur, amotis Ioanne de Arclel Canonico Traiectenſi, à quibuſdam Canonicis ad inſtantiam Vuilhelmi Hollandiæ Comitis, poſtulato, & Ioanne de Bronchorſt Præpoſito S. Saluatoris à maiore Capituli parte, ad nutum Reynaldi Geldriæ Comitis electo; ſed paulò poſt annum ſedis hac Cathedrâ abdicato, Epiſcopus Vrgellenſis in Hiſpaniâ nominatur, & an. 1350. à Clemente VI. creatus Preſbyter C[...]

Cardinalis tituli Veſtinæ : mortuus
Romæ 1362. in æde S. Mariæ Maioris
quieſcit. Huius obitus Ciaconius po-
nit ad an. 1368. die Mercurij 26. Iulij
in caſtro de Monteſalcone. Fundauit
Colleginm in ciuitate Peruſiâ.

ARKEL. D'argent a la faice de gueulle de deux piece, breteſſée & contrebeteſſée.

47. IOANNES DE ARKEL IV.
Ioannis Arkelij domini, ex Hermen-
garde hærede vnicâ Ottonis Cliuiæ
Comitis filius : ex Canonico Traie-
ctenſi, qui, vt iam dictum eſt, poſtu-
latus fuerat à quibuſdam Canonicis,
à Clemente VI. ſummo Pont. ad in-
ſtantiam deceſſoris, Epiſcopus re-
nunciatur Romæ, ibíque conſecra-
tur die 11. Nouemb. 1342. per Gau-
ſelinum Cardinalem Epiſcopum Al-
banenſem, Nicolao Capoccio ad
aliam Sedem euecto, diſpenſatus ſu-
per defectu ætatis, inſtante Nicolao
anteceſſore, propter ſummam pro-
bitatis opinionem : poſſeſſionem ade-
1342. ptus 8. die Maij 1343. Tranſiſelaniam
Geldro oppigneratam, ſolutâ pecu-
niâ recepit, & vt ſumptibus parceret
ſeſe Gratianopolim recepit, tradito
Traiectenſe dominio fratri ſuo Ro-
berto, qui paulò poſt Vuilhelmo
Hollandiæ Comite in vrbe Traie-
ctenſi obſidetur, ſed nuntio ſtatim
fratri ſuo demandato, celeriter re-
uertitur, & pace cùm Comite factâ,
vrbs ab obſidione liberatur. Sed cùm
iſdem Vuilelmus à Friſiis in pugnâ
fuiſſet enecatus, finitis induciis, de
rebellibus, & de iis qui huius Comi-
tis partes ſequuti fuerant pœnas tu-
lit. Arcem cùm territorio de Laghe
1346. anno 1346. ab Elberto Eylio Equite
5000. lib. emit, cuius vxor Harman-
ni domini de Laghe erat filia : oppi-
dum Rhenanum muro cinxit, motus
& ſeditiones Traiecti ortas, incen-
toribus Gunterlingis armis compeſ-
cuit, fundauit etiam altare in baſilicâ
maiore in honorem S. Ioannis Euan-
geliſtæ, ante quod fratrem ſuum in
bello Leodienſi occiſum ſepeliuit, &
deſignatis in locum fratris occiſi ſex
viris adminiſtratoribus rurſum in Gal-
lias apud Turones receſſit, vt cùm
minore impensâ degeret, reuerſus
ad ſuos Vuilhelmus Hollandiæ Co-
mes Epiſcopo bellum infert, ſed au-
ctoritate Ducis Limburgenſis Comi-
tis Cliuiæ atque Hannoniæ per fir-
mas inducias reconciliantur : an. 1348.
Reynaldus Dux Geldriæ cùm fratre

A ſuo Eduardo hoſtiliter Traiectenſe
territorium vaſtant, ſed anno ſequen-
ti omnia inter eos pacantur, iterùm
Hollandiæ Comes bellum infert an-
no 1349. ſed paulò poſt induciæ tri-
meſtres factæ ſunt, & Gerardo Van-
deveen Vicario in ſtatu conſtituto
Romam conceſſit, vnde ad an. 1351.
reuerſus omnia turbata & occupata
reperit in caſtro de Wredenſtain ſe
ſe recipit, multas arces & munita lo-
ca partim vi armorum, partim indu-
ſtriâ ſuâ recuperat, Eccleſiæ acqui-
uit, vel propriis ſumptibus caſtrum
Vvedeland ædificat quod ab ante-
B ceſſore ſuo oppigneratum fuerat, in
ſuam poteſtatem recepit ſeptem mil-
le libris perſolutis Margaretæ Au-
guſtæ. Tandem Epiſcopus bello cla-
rus, & continuò victor, animum
ſemper ad pacem firmans, reſtitutâ
omni ditione ſuâ in ſtatum & liber-
tatem priſtinam, æréque alieno vel
per ipſum contracto, debito vndíque
perſoluto, Eccleſias inſtaurauit, Bi-
bliothecam optimis libris adornauit,
calicibus aliâque ditiſſimâ ſepellectili
ornamentorum inſtruxit Eccleſiam,
pretioſiſſimam etiam Mytram cùm
C baculo paſtorali argenteo deaurato
propriis expenſis confici curauit. An-
no 1355. iterùm Vuilhelmus Hollan-
diæ Comes aduerſus Epiſcopum bel-
lum renouat, cuius partes ſequuti
ſunt omnes ferè Epiſcopi Vaſſalli, &
inter eos præcipui Arnoldus Iſelſte-
nius & Ioannes Culenburgius, ſed
pax ſequenti anno inter eos firmatur
his conditionibus, vt omnia reſtitue-
rentur ad priſtinum ſtatum, & Epiſ-
copus Traiectenſis teneretur Comi-
tem Hollandiæ infeudari in dominiis
de Amſtelle & Woerden : ac eidem
clientelari iure tradere homagia de
D Cuck, & omnia prætereà quæ maio-
res eius ab Epiſcopatu eodem iure
tenere ſolebant : Giſbertus Vianenſis
reædificaret caſtrum ſuum de Goy,
& Comes Vuilhelmus impoſterum de
proſcriptis ab Epiſcopo non faceret
litem ſuam. Inſuper omnes vtriúſ-
que partis captiui liberi dimitteren-
tur, ſeptémque proſcripti, quos
Gunterlingos appellabant, reditum
ad ſua haberent. Ioannes cùm per
22. annos rebus Traiectenſibus præ-
fuiſſet, ad Eccleſiam Leodienſem
transfertur ab Vrbano V. 24. Aprilis
1364. obiit Cal. Iulij 1378. & ad Ec- 1378.

cleſiam Carhedralem Traiectenſem transfertur, ibíque ſepelitur ad plagam Auſtralem iuxta ſororem ſuam Comitiſſam de Dotterheim: inteſtina eius vaſe puro recondita Leodij ſepulta ſunt in monaſterio Wilhelmitarum. De eo Præſule præter Bekam & Hedam videndus Suffridus Petri Leouardienſis Friſius in Appendice ad Chron. Ioan. Bekæ: de illo loquitur Vuilhelmus Heda his verbis: *Sumus longiori ſtylo vitam huius Epiſcopi proſequuti, cui à condita Eccleſia Traiectenſis tempore parem non inuenimus, qui per tot verſatus prouincias, vrbes, moréſque populorum edoctus. Nam in Galliis bonis literis, artibúſque, quibus pollebat, operam dedit. Italiam peragrauit, maiores inſultus in prouincias ſuas, & exterorum incurſiones, populique ſubditi defectiones, apertáque bella perpeſſus, quàm quiuis prædeceſſorum: quæ licet cùm extremo diſcrimine, modò cruentus, modò incruentus vindex, ſemper tamen victor glorioſè hoſtes repulit atque extinxit. Aduerſa quaque expertus, nunquam animo conſternatus, omnique virtute præditus, qualem longa deſiderabit poſteritas.* Hic obtinuit à Carolo IV. Auguſto confirmationem & renouationem omnium priuilegiorum per literas datas Coloniæ 1349.

VERNENBVRG.

48. IOANNES DE VERNENBVRG V. ex Comitibus eiuſdem nominis, Epiſcopus anteà Monaſterienſis ad Sedem Traiectenſem collocatur, poſſeſſionem adeptus 8. Septemb. 1364. Amersfordienſes rebelles anno 1366. ad obedientiam coegit, multa bona alienauit, caſtra de Vredeland, de Horſt, & Vollenho vltra Iſelam, de Emâ & Sontenburch aliáque plurima. Eapropter Prælati & Capitula Eccleſiarum Traiectenſium in loco Capitulari, Capitulo ad hoc indicto congregati, conuenerunt in Reynoldum de Culenborch, aliter de Wendenbergh Archiepiſcopum Bremenſem, ſororis Ducis Geldriæ filium, literis deprecatoriis ad Vrbanum V. Papam miſſis, & eo mortuo Gregorio XI. ſummo Pontifici, qui dum Iudices pro cauſâ expoſitionis examinandâ præpoſuiſſet, paulò poſt Epiſcopus ſubitaneâ morte naturæ
1371. debitum perſoluit 23 Iunij 1371. ſepultus in Eccleſiâ maiori à parte Auſtrali.

49. ARNOLDVS DE HORNES II Vuillelmi domini de Hornes ex Ermengarde, ſeu vt alij volunt ex Eliſabetâ Cliuiâ vxore ſecundâ filius, vir literatus & formâ egregius, & in armis ſtrenuus, ex Canonico Colonienſi tunc in Româ exiſtens, à parte Canonicorum Traiectenſium eligitur Epiſcopus, aliâ parte calculum deferente Præpoſito Traiectenſi Zvvedero Vterloe: confirmatur à Gregorio Papâ, & Romæ conſecratus poſſeſſionem iniit 28. Septemb 1371. omnia loca à Ioanne de Dieſt de Vernenbourg oppignerata redemit, omnéſque veterum factionum reliquias Traiecti prudentiſſimè eradicauit: Comitis Cliuienſis partes ſequutus Guillelmo Iuliaci Duci bellum intulit, â quo ita malè exceptus eſt, vt ab hoſtium manibus vix euaſerit. Caſtrum de Gildenburch conſtruxit ſupra Leckam, & aquæductum ab eo fluuio ad vrbem excitari curauit, quod belli cauſa fuit inter Epiſcopum & Albertum Hollandiæ Gubernatorem Bauariæ Ducem, ſed pace initâ an. 1375. caſtrum deſtruitur, manente tamen foſſâ & aquæductu. De ipſo Traiectenſe Chronicon. Mortuo verò Ioanne de Arkel Leodienſi Epiſcopo 1. Iulij 1378. in eius locum ſuffectus eſt. 1375.

VVEVELICHOVEN.

50. FLORENTIVS DE WEVELICHOVEN nobili proſapiâ oriundus: ex Canonico Subdecano Colonienſi, & Epiſcopo Monaſterienſi ad hanc ſedem transfertur, poſſeſſionem adeptus menſe Nouembri die S. Vuillibrordi 1379. operâ & auxilio Ottonis domini de Arkel & de Yſelſtein, qui prædeceſſorem, arces & caſtella violenter occupantem, recedere coegerunt: vir probitate conſpicuus, conſilio prudens, moribus compoſitus, & in iudiciis ſæcularibus apprimè doctus. Epiſcopatum per prædeceſſorem ſuum ob Gelricum, Hollandicúmque bellum oneratum debito liberauit, caſtra & villas Vollenhoe, Stontenberch, Ema, & Vredeland, per anteceſſores ſuos alienatas, pro 7600. ſcutis antiquis de manibus creditorum redemit, caſtrum de Eerden ab Euerardo de Eſten conſtructum, vicina loca vaſtantem expugnauit & euertit: à Roberto de Vianen turbatur in poſ- 1379.

ſeſſione Epiſcopatus, qui eum à Cle-
mente Antipapâ obtinuerat an. 1380.
ſed à Florentio depellitur, & paulò-
poſt à propoſito abſtinens, Epiſcopo
conciliatur. Potentes ſibi ſubditos
rebelles deuicit; à Venceſlao Roma-
norum & Bohemiæ Rege obtinuit
indultum & confirmationem vete-
rum priuilegiorum Pragæ 1382. 12.
Cal. Maij; contra Burgrauium Hen-
ricum de Montfoerde bellum infert,
& oppidum eius obſidet an. 1387 ſed
interueniente Arnoldo de Hornes
Epiſcopo Leodienſi pax inter eos fir-
matur, his conditionibus, vt Henri-
cus nec ſucceſſores iuriſdictionem ſu-
premam non poſſiderent in parochiâ
de Montforde, ſed integrè ad Epiſco-
pum ſupremũ omnium præfecturarũ
dominiũ ſpectaret: obiit vero is Præſul
1393. pridie Non. Apr. 1393 ipſo die Paraſce-
ues in caſtro oppidi de Hardēberg in
Tranſiſelaniâ ſito, quod conſtruxe-
rat; corpus eius in Eccleſiâ maiori
tranſuectum, ante ſummum altare
ſepelitur, cùm totam diœceſim cun-
ctis ad vſum pacis & belli neceſſariis,
omnémque S Martino & Eccleſiæ
ſupellectilem reliquiſſet. De ipſo
pluribus conſule Chronica Belgi-
cum & Traiectenſe.

BLANCKENHEM. 51. FREDERICVS DE BLAN-
CKENHEM ex Baronibus eiuſdem
nominis, Epiſcopus anteà Argenti-
nenſis, ad preces Guillelmi Iuliaci
& Geldriæ Ducis à Capitulo eligi-
tur, contra Rogerium de Bronchorſt
Theſaurarium Colonienſem, poſtu-
latum per Albertum Bauariæ Du-
cem Hollandiæ Comitem, ſed à Bo-
nifacio IX. Papâ confirmatur an. 1393.
qui poſſeſſionem iniit comitante
Guillelmo Duce Iuliacenſi, multiſ-
1394. que nobilibus anno 1394. vir pru-
dentiâ & ingenio clarus, in Repu-
blicâ, cæteriſque ſtrenuus & ſolers,
doctus, magnificus, & Iuris vtriuſ-
que peritiâ commendatus. Caſtrum
Couordiæ, cùm Treutanâ prouinciâ
Eccleſiæ ditioni ſubiugauit, 1395.
& Euerſteium obſedit, capit, & di-
ruit anno 1405 quo nullum magis
munitum in totâ Germaniâ fuiſſe
credebatur. Geldriam armatus ſe-
nex, & in curru ſedens cùm exerci-
tu vaſtat, quam deuaſtationem Eg-
mundanus & Culenburgius, adiun-
ctis ſibi Geldriæ Ducis, aliorúmque

A Principum copiis vlciſcuntur, & poſt
longum, periculoſumque bellum
pax tandem inter Epiſcopum & Prin-
cipes obſignatur an. 1422. his legi-
bus, vt Ducibus, Ioanni Bauaro &
Reynaldo pro illatis damnis aliquam
pecuniæ ſummam perſolueret. Fun-
dationem Collegij Canonicorum Cu-
lenburgi ab Humberto Culenbur-
gio factam confirmat 1423 A Sigiſ- 1423.
mundo quoque priuilegiorum con-
firmationem obtinuerat imperiali di-
plomate ex archetypis tabulariis de-
prompto huiuſmodi verbis: IN NO-
MINE *ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis*
B *feliciter amen. Sigiſmundus Dei gratiâ
Romanorum Rex, ſemper Auguſtus,
ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ,
Ruſciæ, Seruiæ, Salliciæ, Lodemeriæ,
Comaniæ, Bulgariæque Rex, ac Mar-
chio Brandenburgenſis, necnon Regni
Bohemiæ, & Lutzenburgenſis hæres ad
perpetuam rei memoriam. Etſi Imperialis
præeminentiæ generoſa ſublimitas erga
fideles & deuotos Sacri Romani Impe-
perij, & præcipuè inclytos Principes, qui
ad ipſius decus & gloriam adornantur,
iugiter nos moneat eſſe ſollicitos, ad ho-*
C *norem tamen Omnipotentis Dei, cuius
prouidentia nos, quamquam immeritos,
ſuæ bonitatis dignatione in apicem digni-
tatis Cæſareæ collocauit, erga Principes
Eccleſiaſticos, & ipſorum Eccleſias, &
ad loca diuino cultui mancipata, cordis
noſtri & mentis intentio feruentiùs in-
flammetur, vt illis ſubmoueamus incom-
moda, profectus procuremus, & commo-
da, pacis ac quietis compendia miniſtre-
mus, iuſtiſque & rationabilibus eorum-
dem Principum & Eccleſiaſticarum per-
ſonarum petitionibus annuamus & votis.
Sanè venerabilis & illuſtris Fredericus
de Blanckenhem Epiſcopus Traiectenſis,*
D *Princeps & Conſiliarius noſter, & ſac i
Imperij deuotus fidelis dilectus, ad no-
ſtram accedens præſentiam perſonaliter
noſtræ Maieſtati cùm deuotâ modeſtiâ
ſupplicauit, vt ipſum & Eccleſiam ſuam
Traiectenſem de omnibus & ſingulis Re-
galibus, feudis, bonis, mobilibus & im-
mobilibus, ac omnibus iuribus tempora-
libus, quocunque nomine cenſeantur, à
nobis, & Sacro Romano Imperio de-
pendentibus, ad ipſum, & ſuam Ec-
cleſiam prædictam ſpectantibus, inue-
ſtire, illáque ſibi de nouo infeudare,
& concedere, quæque omnia & ſingula,
priuilegia, indulta, literas, libertates,
gratias, obſeruantias, bona, proprietates,*

& poſſeſsiones, emunitates, iura, ſtatuta, conſuetudines, iuriſdictiones & conceſsiones ſibi, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, tam à Diuis Imperatoribus, ſiue Regibus Romanis, noſtris prædeceſſoribus, & præcipuè beatæ recordationis Carolo quarto Romanorum Imperatore, domino & genitore noſtro cariſsimo data, ſiue datas, conceſſa ſiue conceſſas, innouare & approbare, ratificare, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ & ſolitæ Imperialis celſitudinis clementiâ confirmare gratioſè dignaremur. Nos igitur ad gloriam & reuerentiam Dei Omnipotentis & ſublimis, qui nos ad Monarchiam ſuæ ſacroſanctæ B *Monarchiæ, militantibus ſolâ ſuâ miſericordiâ dignatus eſt præficere, Eccleſias Chriſti & Eccleſiaſticas perſonas ſingulari fauore iuuare deſideramus, patrocinio pietatis. Quapropter præfati Friderici Epiſcopi & Principis noſtri virtuoſam induſtriam, conſtantiam, fidei ac ſinceræ affectionis puritatem, quibus ipſum virtutum meritis, verbis, operibus, & exemplo clarere limpidiùs experimur, quoniam etiam præcedentis famæ celebri præconio de ipſo fuerit vox teſtata, necnon pura ipſius ſinceritatis affectum, quoad Imperatoriæ Maieſtatis honorem locis & temporibus oportunis omni beneuolentiæ ſtudio promptum ſe reddidit, hactenus ſol-* C *lertum, placidum & acceptum: & vt ipſum in anteà pro noſtris, & Sacri Imperij beneplacitis fortiùs animemus, ſuis iuſtis, & rationabilibus ſupplicationibus annuentes, ipſum Epiſcopum, & eius Eccleſiam Traiectenſem de omnibus & ſingulis Regalibus feudis, bonis, mobilibus & immobilibus, ac omnibus iuribus temporalibus, quocunque nomine cenſeantur, à nobis, & ſacro Romano Imperio dependentibus, ad ipſum quoque Epiſcopum Principem noſtrum & eius Eccleſiam Traiectenſem ab antiquo de iure, iuſtiſque titulis ſpectantibus, inueſtimus per præſentes, illáque ſibi de nouo* D *infeudamus, & concedimus gratioſè, necnon vniuerſa & ſingula priuilegia, indulta, literas, libertates gratias, conceſsiones, emunitates, iura, ſtatuta, conſuetudines, iuriſdictiones, & obſeruationes, bona proprietates, & poſſeſsiones de verbo ad verbum in omnibus eorum ſententiis, punctis, clauſulis, ac ſi ipſorum priuilegiorum, iurium, iuriſdictionum, ac literarum, indultarum, libertatum, gratiarum, emunitatum, ſtatutorum, conſuetudinum & obſeruantiarum, bonorum, proprietatum &* A *poſſeſsionum tenores, præſentibus eſſent inſerti, & totaliter expreſſati, ſibi & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, vt præmittitur, conceſſas & conceſſa, ſiue dictus Fredericus Epiſcopus, ſuique prædeceſſores eis hactenus violentiâ præpediente vſi fuerint,* ſiue non, animo deliberato, non per errorem aut improuidè, ſed ſacro Principum, Comitum, & Procerum noſtrorum accedentium conſilio, ex certâ noſtrâ ſcientiâ, ac de noſtræ Imperialis poteſtatis plenitudine concedimus, innouamus, approbamus, laudamus, ratificamus, & præſentis B ſcripti patrocinio, ſicut ritè præceſſerunt, & proinde confirmamus & communimus noſtris & ſacri Imperij ac aliorum iuribus in aliis ſemper ſaluis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtræ inueſtituræ, infeudationis, conceſſionis, innouationis, approbationis, laudationis, ratificationis, confirmationis, ac communitionis paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, noſtram, ac ſacri Imperij indignationem, ac pœnam centum librarum puri auri, quarum medietatem Imperialis noſtri ærarij, ſiue C fiſci, reſiduam verò partem iniuriam paſſorum vſibus decernimus applicari, ſe nouerit irremiſſibiliter incurſurum, præſentium ſub noſtræ Maieſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum Nouimagi Colonienſis diœceſis anno Domini 1416. [1416.] die 17. Nouembris, Regnorum noſtrorum Hungariæ anno 30. Romanorum electionis 7. coronationis verò tertio. Tandem anno 1424. 7. Idus Octobris Fredericus morte correptus eſt in caſtro Wllenhouio, poſtquam Epiſcopatum per annos 30. laudabiliter adminiſtraſſet. Ex eo verò loco ſolemni pompâ Traiectum D transfertur, ibíque in Eccleſiâ Cathedrali ſepelitur eleganti tumulo ad partem Auſtralem Chori, cui tale inſculptum eſt epitaphium in Chronico Mag. Belgico:

Præſul magnificus de Blankenheim Fridericus
Nobilis ex genere conditur hoc opere.
Kouort ablatum reuocans Vidreec Comitatum.
Reddidit Eccleſiæ, iunxerat & patriæ.

Gronynghem pridem refugam conſtruxit & idem
Halten ſed Kuynre duxit ad hæc emere.
Terram Stellingvveʒff domuitque cremando Scotervverf,
Sic nocuit nocuis, profuit innocuis.
Fregit Nueſteyn pro demeritis, & Euerſteyn.
Annis ter decem rexit is ante necem.
X. bis Lque quater ſemel M. dum ſcribitur & ter
Octobris nono ceſſit Agone bono.

De illo meminêre Heda, Snoyus, Chronicon Belgicum, Barlandus Guilliman. de Epiſcopis Argent. Appendices ad Chron. Bekæ, Giſbert. Lappij à Waueren, & Suffrido Petri.

CVLENBOVRG. 52. ZVVEDERVS DE CVLENBOVRG Gerardi 1. Culenburgi domini ex Egmundanâ filius: ex Præpoſito maiori Eccleſiæ Traiectenſis Epiſcopus eligitur, cùm plerique Principes, ſuos Capitulo commendaſſent: Archiepiſcopus Colonienſis Walrauium fratrem ſuum ex domo Morſaciorum: Epiſcopus Leodienſis Ioannem de Buren Præpoſitum Aquenſem, & B. Mariæ Traiectenſis: Epiſcopus Monaſterienſis Albertum ex Comitibus Hoyenſibus nepotem ſuum: Dux Montenſis Gerardum Cliuenſem: Adolphus Dux Cliuenſis, Rodolphum Diepholdium Canonicum Colonienſem & Præpoſitum Oſnaburgenſem; ſed Zuederus ius ſuum in Rudolphum Dielpholdium tranſtulit, cùm illum ſe ad tantam dignitatem aptiorem agnouiſſet. Sed inter tot & tanta diſſidia Martinus Papa v. Rabanum ex familiâ Nobilium de Helmſtat olim Wenceſlai Romanorum Regis Cancellarium, & poſt Ruperti Palatini, ac Sigiſmundi Cæſarum Conſiliarium, Epiſcopum Spirenſem, Vltraiectinum Antiſtitem nominat, ſed permutatâ hac Eccleſiâ cùm Præpoſiturâ eiuſdem Eccleſiæ tractantibus rem Zuuederi amicis, Martino approbante, factus iterum Epiſcopus, inuitis Tranſiſelanis, & multis Traiectinis qui Rudolphi partes ſequebantur, poſſeſſionem iniit 10. Aprilis
1425. 1425. non ſine ciuium commotione, quâ pacatâ Amersfordiam ingreditur, ibique alios proſcribit, alios capite plectit; & ſeditiones illic excitatas eâ ratione pacat. Interim dum ibi remaneret an. 1426. Ioannes de Reueſſe in vigilia Pentecoſtes Traiectum occupat armatâ manu, ac fugatis Epiſcopi amicis Rudolphum Diepholdium in ciuitatem introducit, Zuuedero portæ clauduntur, qui copiis Præfecti Egmundenſis patris Arnoldi Geldriæ Ducis adiutus; contra Traiectenſes bellum mouet, cui ſe ſe iunxêre anno 1427. Philip- 1427.
pus Dux Burgundiæ, & Arnoldus Dux Geldriæ, ſub hac lege, vt vnus abſque alio conditiones pacis non admitteret, quo facto Philippus in Amersfordianus ducit Epiſcopo rebelles, qui grauiter ſe ſe ab obſidione propugnarunt copiis Traiectinis auxiliantibus Guillelmo Burano Duce, vi & poteſtate Rudolphi, qui rerum adminiſtratione occupatâ, cùm ſumptu maximo omnia ad libitum negotia rexit: ſed tandem pax initur inter Philippum & Arnoldum Duces, ac Rodolphum & Traiectinos poſtpoſito Zuuedero, qui ſe derelictum ſentiens, Rudolphúmque ab excommunicatione ab Eugenio 2. abſolutum, ſe verò ab Epiſcopatu pulſum, Baſileam conceſſit, vbi Concilium celebratur, conquærens de vtriúſque Ducis fide non ſeruatâ, & poſt longam proſecutionem factus Cæſarienſis Præſul, Rudolphúmque à populo expetitum, nec cenſuras nec interdicta Pontificis metuentem audiens, non abſque vitæ tædio illic diem obiit extremum an. 1433. die S. Mathæi Apoſtoli; hu- 1433.
matus in Cartuſiâ Baſileæ.

DIEPHOLT. 53. RVDOLPHVS DE DIEPHOLT Conradi Diepholtiani Comitis filius: ex Canonico Colonienſi, & Præpoſito Oſnaburgenſi, poſt varios bellorum motus, tandem Epiſcopus renunciatur 1433. non obſtante electione Walrani ex Comitibus de Moerſâ factâ à Clero extorre, & confirmatâ à Felice Pſeudopapâ Rudolphus verò in poſſeſſione Epiſcopatus placidè Rempublicam gubernans; parùm de Walramo ſollicitus, qui Dordraci & Aernhem morabatur, aulam in arce Horreſtâ, caſtrum quoque Legam, atque ædes Epiſcopales Traiecti fundauit: ſed cùm anno 1447. tributum prædiale 1447.

Traiectinis impoſuiſſet, vt contracta A bello debita redimeret, ciues, & Ioannes Proeiſius Decanus maior Epiſcopo contradicentes, Amersfordiam atque Horreſtam ſecedere cogitur; tum Henrico Montisfortis Præfecto iunctus, & cùm Walramo tàdem pax compoſita interuentu Nicolai Cuſani Cardinalis Legatione fungentis, ſolus Epiſcopus permanſit, his conditionibus, vt Walramus Rudolpho ius quod habebat in Epiſcopum Traiect. reſignaret, Rudolphus viciſſim Walramo ferret auxilium in acquirendo Epiſcopatu Monaſterienſi, quem frater eius Henricus nuper mortuus va- B cantem reliquerat: vrbéque Traiectenſi noctu interceptâ 1449. alios magno ære multat, alios proſcribit, quos inter ſummum Decanum: Iacobus verò Gaesbekius præcipuus Epiſcopi hoſtis, & exilij præcipuus author, ab illo capitur, & poſt liberatur, eo pacto, vt ſibi omnia ſua dominia publicis inſtrumentis confectis venderet, quæ intra ditionem Traiectenſem haberet tredecim millibus florenis, reſernato ad vitam vſufructu. Cúmque ob penuriam tri- C butum aliquod à Clero expiſcari vellet, iterùm tumultus ob id in vrbe excitatur à populo, qui fugatis omnibus Epiſcopi amicis, tunc apud Horreſtam degentis, Magiſtratum deſtituit, nouúmque elegit. Rodolphus his commotus, ad Philippum Burgundiæ Ducem recurrit, vt Epiſcopatum dimitteret, ſed re infectâ, cùm in langorem atque animi ægritudinem incidiſſet, paulò poſt de-
1455. ceſſit 1455. 24. Martij in caſtro Horſto, ex quo Traiectum delatus, in nouâ Capellâ ab illo à fundamentis extructâ, Eccleſiæ Cathedralis ſepelitur in parte Auſtrali Chori. De D illo conſule Hedam, Lappium à Waueren, Appendicem ad Chron. Bekæ, Bockenbergium, Nouiomagum, Barlandum, Chronicon Magnum Belgicum, & Sifridum qui de illo ſic loquitur: *Quanquam autem hic Epiſcopus ab initio non optimis rationibus Epiſcopalem Cathedram conſequutus fuerit, plenèque illiteratus extiterit, eam tamen laudem apud omnes conſequutus eſt, quòd Epiſcopatum in pace gubernauerit, eundémque ex omni parte auxerit, atque neceſſariis rebus communiuerit. Domum ſanè Epiſcopalem auguſtâ magnificentiâ ex[illegible] cauit. caſtrum Horſtum renouauit, oppidum caſtrúmque Batauodur, itemque caſtrum Abcaude cùm appendicibus eorum maximis pecuniis à d. Gaesbekio comparauit, & Epiſcopatui adiecit: diuitias [illegible] reſtaurauit, calicibus, ornam[illegible] ordotalibus inſtruxit.* At non ita videtur Sifridus cõſentire cùm aliis Hiſtoricis qui eum pluries bellum mouiſſe aſſerunt, cùm Sifridus Epiſcopatum in pace gubernaſſe velit.

54. Gisbertvs de Brederode Brede-rode. Walrani Brederodæ Reguli filius: ex Præpoſito & Archidiacono Eccle- D'or au liō de gu ulle ampa & arme d'azur. ſiæ Traiectenſis & S. Saluatoris, à Canonicis quinque Eccleſiarum Traiectenſium 7. Aprilis 1455 Epiſcopus deſignatur, qui ſtatim ab electione omnes Rudolphi prædeceſſoris partes ſequentes partim dignitate priuauit, partim in exilium egit, auxilio potiſſimùm fratris ſui Reynaldi; exules Amersfordiæ inito conſilio Teruanenſem Epiſcopum Philippi Burgundiæ Ducis filium naturalem in Epiſcopum eligunt, miſſóque Ro- C mam Atrebatenſi Epiſcopo à Philippo Duce Dauidis confirmationem à Calliſto 3 Papâ impetrauit an. 1455. ſed Giſbertus licet eum Romana Curia confirmaſſe acceptâ ſolitâ pecuniâ videretur, quam nullatenus eius procurator è manibus eiuſdem Curiæ vnquam recipere valuit: fratris ſui Reynaldi viribus ſuffultus, Philippo Duci Dauidem in Cathedram armatâ manu introducere paranti, ſe ſe totis viribus opponere cogitat: nihilominus Amersfordiam Horeſtúmque & alias vrbes amiſit, quæ Dauidem tanquam Epiſcopum legitimnm recipiunt. Cúm- D que Philippus Burgundiæ Dux maximis copiis vrbem Traiectenſem obſidione cingere tentaret, Giſbertus de viribus ſuis diffidens, cùm Duce tranſactione factâ pacem init, & ciuitas Traiectenſis his conditionibus, ita à Suffrido allatis: *Vt ipſe Giſbertus liberâ voluntate Dauidi Epiſcopo electionem ſuam reſignaret; Giſberto verò pro expenſis ſuis in Epiſcopatum factis, Philippus Dux reſtitueret quinquaginta millia Leonum aureæ monetæ Philippi. Inſuperque Dauid in ſingulos annos ex redditibus Epiſcopalibus perſolueret quater mille & ducentos florenos*

Rhenenſes, pro quibus ſoluendis fidem ſuam, factâ cautione interpoſuit Ioannes Dux Cliuenſis, Gisbertus verò maneret deinceps Archidiaconus ac Præpoſitus Traiecti ad S. Saluatorem, vt hactenus, & inſuper conſtitueretur etiam Præpoſitus Brugis ad S. Donatiani, necnon & primus totius Hollandiæ Conſiliarius duplicato ſtipendio; Traiectenſes Philippum, & filium eius Dauidem in ciuitate ſine ſtrepitu & bello reciperent, atque ipſum quidem amicum, filium verò ipſius Dauidem Epiſcopum ſuum agnoſcerent, ipſe verò, amici, filius eius Epiſcopi boni affectu vicißim ipſo, proſequeretur. Giſbertus igitur Brederodius his motus conditionibus Epiſcopatum Dauidi reſignauit, Capitulum ac ciuitatem ab obedientiâ & fidelitate ſibi promiſſâ abſoluit an. 1457 poſtquam Epiſcopatum adminiſtraſſet annis non plenè duobus.

1457.

BOVRGONGNE

Portoit come Philippes de Bourgongne ſon Pere, auec [illegible] d'vn filet gauche d'argent.

55. DAVID DE BOVRGONGNE Philippi Boni Burgundiæ Ducis filius naturalis, ex Morinenſi Epiſcopo poſſeſſionem Eccleſiæ Traiectenſis conditionibus ſupra allatis conſequitur an. 1457. cùm eâ tempeſtate forenſis iuriſdictio reformata eſt, & [illegible]us Gallicum & Burgundicum inductum, populus in eum ideò tumultuatur. Dauentrienſes autem illum tanquam legitimum Epiſcopum excipere recuſantes ad præſtandum obſequium ab eo cnguntur; Giſbertum verò Præpoſitum Maiorem prædeceſſorem ſuum in vincula conijcit, & vniuerſam familiam, à quibus non liberantur, niſi priùs Præpoſituræ & penſioni renunciaſſet, Ioannem Decanum maiorem dignitate priuauit: denique ſic ſe geſſit, vt omnia ad libitum conſequeretur, inconſulto Magiſtratu. Contulit Eccleſiæ maiori pallia inaurata ſumptuoſiſſima cùm caſulâ & Dalmaticis anno 1481. apud Traiectum ingens commotio à Brederodiis excitatur aduersùs Epiſcopi amicos & familiares, manente poteſtate rerum apud Præfectum Montisfortis, cui bellum & Traiectanis intulêre Egmundæ atque Iſelſtain Præfecti, Epiſcopi partes ſuſtinentes, quibus Iodocus de Lalaing Præfectus & Præſes Hollandiæ ſeſe adiunxit; multæ ab vtrâque parte capiuntur vrbes, Traiectenſes Engelbertum Ioannis Ducis Cliuenſis filium in protectorem aduersùs Dauidem Epiſcopum receperunt, qui anno ſequenti eundem captiuum Traiectum adduxit, indéque Amersfordiam aſſeruari curauit anno 1483. eodem anno Maximilianus Romanorum Rex vnà cùm Hollandis Traiectum obſidet, ſed poſt duos menſes pax authoribus Archiep. Strigonienſi & Saltzburgenſi firmatur his legibus: Quòd Traiectini reſtituerent ſigna atque vexilla cùm machinis atque tormentis circa portum Rheni erepta; redditus biennales ciuibus debitos Hollandis remitterent, Ducem atque Epiſcopum ſupplices veniam precarentur, exules & proſcripti propter Epiſcopum reciperentur, præſtaturi iuramentum de non offendendo. Dux quoque cùm Germanico exercitu, tanquam victor vrbem effractâ idcircò parte mœnium intraret, ſecluſis Gallis; & hæc fuit quarta vrbis obſidio, prima quidem à Danis & Normannis, à quibus non tantùm expugnata, ſed & deſtructa fuit, altera à Theodorico 6. vt volunt Hollandiæ Comite tempore Heriberti Epiſcopi, tertia à Guilielmo 4 Hollandiæ Comite ſub Arkelio Antiſtite. Sed vt meliùs huius belli origo pateat, partem cenſuræ per Sixtum IV. Romanum Pontificem promulgatæ placet hîc inſerere:

1481.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Exigit proteruorum plectenda rebellio, vt ij qui ſuſceptam à ſe concordiam violando, literis, prouiſionibus, & mandatis Apoſtolicis inſiſtere contemnunt, illíſque temeritate propriâ obuiare non expauent, exceſſuum ſuorum pœnas ſentiant, ne impunitas ipſorum cæteris tribuat audaciam delinquendi, ſed caſtigatione debitâ eos ſequente ad cor tandem redeuntes, viis obliquis relictis, per ſemitas incedant iuſtitiæ & æquitatis. Dudum ſiquidem Eccleſiâ Traiectenſi Paſtoris ſolatio deſtitutâ, fœlicis recordationis Calixtus Papa tertius prædeceſſor noſter; de perſonâ venerabilis fratris noſtri Dauid de Burgundiâ Epiſcopi Traiectenſis, eidem Eccleſiæ ſi tunc vacanti de fratrum ſuorum conſilio Apoſtolicâ auctoritate prouidit, ipsúmque illi præfecit in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem eiuſdem Eccle-

„ ſiæ ſibi in ſpiritualibus & tempora-
„ libus plenariè committendo, prout
„ plenius continetur in eiuſdem præ-
„ deceſſoris deſuper confectis literis.
„ Quarum vigore idem Dauid tam
„ ipſius Eccleſiæ, quàm eius ratione
„ in ſpiritualibus & temporalibus ei
„ ſubiectatum ciuitatis, diœceſis, ac
„ patriæ Traiectenſis, omniúmque iu-
„ rium & pertinentium Epiſcopatus
„ Traiectenſis poſſeſſionem ſeu quaſi
„ pacificam extitit aſſequutus, quam
„ ex tunc per viginti quinque annos,
„ ſeu circa in pace & tranquillitate
„ tenuit, gubernauit, & conſeruauit.
„ Poſtmodum verò cùm orta eſſet dif- B
„ ferentiarum materia inter præfatum
„ Epiſcopum ex vnâ, & Burgimagi-
„ ſtros ac Conſules & Proconſules,
„ necnon Officiales dictæ ciuitatis, ac
„ quaſdam eis adhærentes Eccleſiaſti-
„ cas perſonas, cæterarúmque Eccle-
„ ſiarum Capitula, litiſconſortes, de
„ & ſuper relegationibus nonnullarum
„ Eccleſiaſticarum perſonarum per di-
„ ctos Burgimagiſtros & litiſconſortes
„ adhærentes, huiuſmodi propriâ te-
„ meritate factis, ac nonnullis cenſu-
„ ris contra eos per præfatum Epiſ-
„ copum latis & fulminatis, rebúſque
„ aliis in actis cauſæ & cauſarum de- C
„ ſuper latiùs deductis, & illorum oc-
„ caſione ex vnâ & aliâ partibus co-
„ ram diuerſis iudicibus tam in Roma-
„ nâ Curiâ, quàm extra eam. Nos
„ tunc attendentes huiuſmodi diffe-
„ rentias grauia generare ſcandala, ac
„ volentes, vt noſtro conueniebat pa-
„ ſtorali officio, fomites ac radices
„ ſcandalorum penitùs euellere, ac
„ quietem, pacem, & vnionem inter
„ partes ipſas ſtatuere, venerabilibus
„ fratribus noſtris Albanenſi & Tuſcu-
„ lanenſi Epiſcopis Sanctæ Rom. Eccl.
„ Cardinalibus, viuæ vocis oraculo de-
„ dimus in mandatis, vt dilectarum D
„ partium procuratores & negotiato-
„ res tunc in dictâ Curiâ reſidentes,
„ & propterea ad eandem deſtinatos,
„ plenè audirent, ac auditis hinc inde
„ propoſitis, iuribúſque partium intel-
„ lectis, differentias & controuerſias
„ quaſlibet inter eaſdem partes, vel
„ concordiâ, vel iudicio terminarent.
„ Qui Cardinales partibus prædictis
„ exinde ad plenum auditis, & relatio-
„ ne nobis per eos in noſtro ſecreto
„ Conſiſtorio factâ, tandem de no-
„ ſtro, & reliquorum fratrum noſtro-

A rum ſanctæ Rom. Eccl. Cardinalium “
mandato, quandam honeſtam & diſ- “
cretam indixerunt concordiam, quæ “
per vtrámque partem approbata & “
ſuſcepta, & pro maiori eius parte ad “
impleta extitit. Succeſſiuè autem “
exiſtimantes partes prædictas bona “
pace frui, & inter ſe quietam duce- “
re vitam, non ſine magnâ animi per- “
turbatione intelleximus, quod ſedu- “
lò fœderis inimico ſathanâ inſtigan- “
te, præfati Burgimagiſtri, Conſules, “
Proconſules, etiam Scabini, Recto- “
res, Capitanei, & nonnulli alij per- “
ditionis filij, in dictâ ciuitate & op- “
B pido de Ametsfordiâ patriæ & diœ- “
ceſis prædictarum degentes, ac diſ- “
cordias & bella potiùs, quàm pacem “
& quietem affectantes poſt diruptio- “
nem & deuaſtationem nonnullorum “
caſtrorum, quæ ad præfatum Epiſ- “
copum ratione dictæ ſuæ Eccleſiæ “
pleno iure pertinent & ſpectant, eun- “
dem Epiſcopum etiam in dominio, “
iuriſdictione & temporalitate ſuis “
turbare, moleſtare & vexare, ac illis “
eum ſpoliare temeritate propriâ non “
expauerunt. Præmiſſis denique non “
contenti, in meſſem Chriſti manus “
mittentes immundas, & iuriſdictio- “
C nem ac facultatem priuandi & eli- “
gendi Epiſcopos ſibi vſurpare præ- “
ſumentes, dilectum filium Engel- “
bertum de Cliuis adoleſcentem, & “
nondum viceſimum ſuæ ætatis an- “
num agentem, loco præfati Epiſco- “
pi in dictam ciuitatem de facto intro- “
miſerunt. Qui Engelbertus pala- “
tium, domum & curiam Epiſcopa- “
lem exinde hoſtiliter occupauit, & “
quod non parùm deteſtabile eſt, à “
præfatis Burgimagiſtris, Conſulibus, “
Proconſulibus, Rectoribus, Scabi- “
nis, & aliis Officialibus ac ciuibus “
Traiectenſibus, & Amersfordienſibus “
D in ipsâ ciuitate reſidentibus, fidelita- “
tis iuramentum, obedientiam & re- “
uerentiam, tanquam eorum vero “
domino & Epiſcopo ſibi præſtari & “
exhiberi fecit, quemadmodum ei “
ſimiliter de facto præſtarunt & exhi- “
buerunt, dictúmque Engelbertum, “
publicum Epiſcopi hoſtem ciuitati “
& oppido prædictis, contra volun- “
tatem eiuſdem Epiſcopi præfecerunt “
ac impediuerunt, & impediunt, quo “
minùs præfatus Epiſcopus ſuâ poſ- “
ſeſſione pacificâ Eccleſiæ & ciuitatis, “
ac oppidi de Amersfordiâ prædicto- “
rum

» rum pacificè vti & gaudere, illorum- A
» que regimen & adminiſtrationem in
» ſpiritualibus & temporalibus habere
» & exercere valeat atque poſſit. Pet-
» iurij tearum ac in talia committentes
» ſacris Canonibus latas ſententias,
» cenſuras & pœnas damnabiliter in-
» currentes in animarum ſuarum graue
» periculum noſtræque ac ſedis Apo-
» ſtolicæ auctoritatis contemptum &
» vilipendium, præfatique Epiſcopi
» præiudicium maximum & diſpen-
» dium, necnon pernicioſum exem-
» plum & ſcandalum plurimorum. Nos
» igitur cupientes, vt æquum eſt, tot B
» & tantis ſcandalis obuiare, ac ſtatui
» & indemnitati ipſius Epiſcopi, prout
» noſtro incumbit Officio, quantum
» cùm Deo poſſumus, congruis reme-
» diis prouidere, motu proprio, non
» ad eiuſdem Epiſcopi, vel alicuius al-
» terius pro eo nobis ſuper hoc obla-
» tæ petitionis inſtantiam, ſed de no-
» ſtrâ merâ liberalitate, & ex certâ
» ſcientiâ, æquitate & iuſtitiâ id no-
» bis ſuadentibus, præfatos Engelber-
» tum, Burgimagiſtros, Conſules, Pro-
» conſules, etiam ſuperiores Audet-
» mannos, Scabinos, Conſiliarios, Ca-
» pitaneos, & Rectores, Officialéſque,
» ac ciues ciuitatis & oppidi prædicto- C
» rum, omnéſque alios & ſingulos eis,
» vel alicui ipſorum etiam quoad præ-
» miſſa adhærentes, ac præfatum Epiſ-
» copum, vt præfertur, impedientes,
» moleſtantes & perturbantes, deten-
» tores quoque & occupatores, nec-
» non intruſos, & intrudendos, ac ipſis
» vel eorum alicui auxilium, conſilium,
» vel fauorem quomodolibet publicè,
» aut occultè, directè vel indirectè,
» quôuis quæſito colore præſtantes,
» cuiuſcunque Eccleſiaſticæ vel mun-
» danæ dignitatis, excellentiæ, ſtatus,
» gradus, ordinis, nobilitatis, præemi-
» nentiæ ſeu conditionis fuerint, quo- D
» cunque etiam nomine cenſeantur,
» quorum omnium nomina & cogno-
» mina, & qualitates, ac ſi ſingulariter
» ſpecificarentur & deſignarentur præ-
» ſentibus, pro ſufficienter expreſſis
» haberi volumus, ſub virtute ſanctæ
» obedientiæ, & pœnis infraſcriptis,
» quas contra facientes, & eorum
» quemlibet ipſo facto incurrere vo-
» lumus auctoritate Apoſtolicâ, teno-
» re præſentium, appellatione quacun-
» que ex certâ noſtrâ ſcientiâ remotâ,
» & ſublatâ, ac quibuſuis aliis ſenten-

tiis, cenſuris & pœnis à iure vel præ- «
deceſſoribus noſtris, etiam à nobis «
contra talia facientes quomodolibet «
latis, nihilominus in ſuo robore per- «
manſuris, monemus & requirimus, «
ac eorum cuilibet diſtrictiùs præci- «
piendo mandamus, quatenus Engel- «
bertus & quilibet prædictorum infra «
ſex dierum ſpacium, poſt habitam de «
præſentibus notitiam computando- «
rum, quorum duos pro primo, duos «
pro ſecundo, & reliquos duos dies «
pro tertio, necnon peremptorio ter- «
mino, ac canonicâ monitione eis «
aſſignamus, vt à ſingulis impedimen- «
tis, moleſtationibus, intruſionibus, «
& occupationibus prædictis, ac aliis «
quibuſcumque turbationibus penitùs «
& omninò deſiſtant, ac præfato E- «
piſcopo, ſeu eius procuratori per En- «
gelbertum, & alios prædictos moni- «
tos reſpectiuè captis, detentis, oc- «
cupatis, ſubtractis, atque ablatis mo- «
bilibus & immobilibus bonis ac re- «
bus, necnon fructibus, redditibus, «
prouentibus, iuribus, iuriſdictionibus, «
emolumentis, & obuentionibus vni- «
uerſis, cuiuſcunque ſint ſpeciei, omni «
excuſatione, & exceptione, appel- «
lationéque ſemotis, integrè, & cùm «
affectu abſque diminutione & dila- «
tione aliquâ ſatisfaciant, illáque ei «
tradant, reſtituant, & aſſignent, ac «
ab aliis quantùm in eis fuerit, tradi, «
reſtitui & aſſignari faciant, & procu- «
rent, dictúmque Epiſcopum, ſeu pro «
eo procuratorem ſuum, ciuitatis, op- «
pidi, palatij, domus Epiſcopalis ac «
iurium, iuriſdictionum ac pertinen- «
tium, bonorúmque omnium ſpiri- «
tualium & temporalium corporalem, «
realem & actualem poſſeſſionem con- «
tinuare, illáque eum pacificè & abſ- «
que impedimento aliquo gaudere «
permittant liberè. Burgimagiſtri quo- «
que & ſuperiores Audermanni, Sca- «
bini, Conſiliarij, Capitanei, Recto- «
res ciuéſque & incolæ ciuitatis ac op- «
pidi prædictorum, Vaſſalli etiam ac «
coloni, laboratores, cenſuarij, red- «
dituarij, & alij ſubditi tam Eccle- «
ſiaſtici quàm ſeculares, prout ad eos, «
& eorum quemlibet reſpectiuè perti- «
nentium, ipſi Epiſcopo, ſeu eius le- «
gitimo procuratori ac Officialibus & «
miniſtris per eum deputatis, & nulli «
alteri, prout tenentur, pareant & «
obediant, reſpondeant, & fauorabi- «
liter intendant: fautores verò & con- «

» fultores ipſius Engelberti, ſibíque & A
» illi quomodolibet in præmiſſis vel ali-
» quo eorum adhærentes, à præſtatio-
» ne auxilij, conſilij & fauoris, omní-
» que adhæſione & ſequelâ omninò
» ceſſent, ac deinceps à ſimilibus ab-
» ſtineant, alioquin in omnes & eorum
» ſingulos tam Eccleſiaſticos quàm ſe-
» culares, per nos in genere vel in ſpe-
» cie, vt præfertur, nominatos, qui in-
» fra ſex dies extunc immediatè ſe-
» quentes monitionibus, & mandatis
» noſtris huiuſmodi cùm effectu non
» paruerint, vel quo minùs parea-
» tur, fecerint, ſuaſerint, ſeu alias
» directè vel indirectè, palam aut oc- B
» cultè, quouis quæſito colore, occa-
» ſionem vel cauſam dederint lapſis
» ſex diebus eiſdem ex nunc, prout
» ex tunc, ac viceuerſâ, ſi Archiepiſco-
» pali, Epiſcopali, aut ſuperiori digni-
» tate Eccleſiaſticâ præditi fuerint, in-
» terdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: Si verò
» alij inferiores Eccleſiaſtici, vel etiam
» ſæculares cuiuſcunque Eccleſiaſticæ
» vel mundanæ dignitatis, excellen-
» tiæ, ſtatus, gradus, ordinis, vel con-
» ditionis extiterint, excommunicatio-
» nis & anathematis ſententiás aucto- C
» ritate, motu, & ſcientiâ prædictis,
» earumdem. præſentium tenore feri-
» mus & promulgamus in his ſcriptis:
» à quibus ſententiis ab alio, quàm
» Romano Pontifice, vel ab eo ſpe-
» ciali ad id auctoritate ſuffulto, præ-
» terquam in mortis articulo conſti-
» tuti, nequeat abſolutionis benefi-
» cium obtinere. Et ſi, quod abſit, En-
» gelbertus, aliíque moniti prædicti,
» ſic tunc interdicti, excommunicati,
» & anathematizati, eaſdem interdicti;
» excommunicationis & anathematis
» ſententias, per alios tres dictos ſex
» dies immediatè ſequentes animo ſu-
» ſtinuerint indurato, ſimiliter ex nunc, D
» prout tunc, pari motu, ſcientiâ &
» auctoritate ciuitatem & oppidum
» prædicta, ac Eccleſias, monaſteria,
» & quæuis alia loca, adquæ eoſdem
» monitos ſic interdictos, excommu-
» nicatos & anathematiſatos forſan
» declinare contigerit, etiam Eccleſia-
» ſtico ſupponimus interdicto, quandiu
» ibidem ſteterint, aut ſtare permiſſi
» fuerint, & per duos dies, poſt eorum
» aut alterius ipſorum exinde receſſum
» ſtrictiſſimè obſeruandum; ita vt eo
» durante nullis diebus præterquàm in
» feſtiuitatibus & caſibus à iure per-

miſſis, & in illis duntaxat clauſis ia- «
nuis, ac excommunicatis & interdi- «
ctis excluſis, ſubmiſſâ voce, ex Apo- «
ſtolico quouis priuilegio, etiam or- «
dinibus, locis vel perſonis conceſſo, «
Miſſæ, & alia diuina officia valeant «
celebrari. Eoſdémque interdictos, «
excommunicatos, anathematizatos «
interdictum huiuſmodi non obſer- «
uantes, ſi Archiepiſcopali, Epiſco- «
pali, vel aliâ maiori Eccleſiaſticâ «
dignitate præfulgeant, à diuinis, ac «
ſuarum Eccleſiarum regiminibus & «
adminiſtrationibus ſuſpendimus. En- «
gelbertum verò & alios inferiores à «
prædictis Eccleſiaſticos, & etiam «
ſæculares quoſcunque ſic tunc ex- «
communicatos & anathematizatos, «
Canonicatibus & præbendis, ac di- «
gnitatibus, perſonatibus, admini- «
ſtrationibus, vel officiis, monaſteriis «
quoque, Prioratibus, Præpoſituris, «
& Præcentoriis, cæteríſque benefi- «
ciis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & re- «
gularibus, ac quibuſlibet iuriſdictio- «
nibus, Magiſtratibus, præeminentiis, «
feudis, iuribus, priuilegiis, honori- «
bus, & mundanis reputationibus qui- «
buſcumque, quæ eos obtinere con- «
tigerit, auctoritate, motu & ſcientiâ «
ſimilibus priuamus, ac ad illa & alia «
ſimilia impoſterum obtinenda, nec- «
non ad teſtandum, & quoſlibet alios «
legitimos actus faciendum inhabili- «
tamus, priuatóſque & inhabilitatos «
eſſe cenſemus & declaramus eo ipſo. «
Si verò interdicti, ſuſpenſi, excom- «
municati & anathematizati, priuati «
& inhabilitati nolentes in ſemitis «
iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & ad «
cor reuerti, & viam petere, & pœ- «
nitentiam ſalutarem agere de com- «
miſſis ſub huiuſmodi interdicti, ſuſ- «
penſi, & excommunicationis, ana- «
thematis, priuationis & inhabilitatio- «
nis, cenſuris, & pœnis anathematis «
proteruâ obſtinatione per alios tres «
dies extunc immediatè ſequentes per- «
manere non expauerint, ſimiliter ex- «
nunc, prout ex tunc, lapſis poſterio- «
ribus diebus prædictis, eos aggraua- «
tione, & reaggrauatione cenſura- «
rum, & pœnarum prædictarum liga- «
mus & innodamus, ligatóſque & ir- «
retitos, ac innodatos eſſe decerni- «
mus ipſo facto: Mandantes ſingulis «
Cathedralium, etiam Metropolita- «
narum, vel Collegiatarum, ac alia- «
rum Eccleſiarum, necnon monaſte- «

» riorum Prælatis, Capitulis, Conuen-
» tibus, Canonicis, Rectoribus & per-
» ſonis aliis Eccleſiaſticis, etiam reli-
» gioſis, in vim ſanctæ obedientiæ, vt
» quotiens ſuper hoc pro parte dicti
» domini Epiſcopi fuerint requiſiti, ſeu
» quiuis eorum fuerit requiſitus, in eo-
» rum Eccleſiis, Dominicis & aliis fe-
» ſtiuis diebus, dum inibi maior popu-
» li multitudo conuenerit ad diuina,
» pulſatis campanis, & accenſis cande-
» lis, ac poſtmodum in terram proie-
» ctis, & extinctis, erectóque crucis
» vexillo, cùm trinâ lapidum proie-
» ctione, & aliis in ſimilibus de iure
» obſeruari ſolitis Eccleſiaſticis cere-
» moniis, interdictos, ſuſpenſos, ex-
» communicatos, anathematizatos,
» priuatos, inhabilitatos, aggrauatos
» & reaggrauatos publicè denuncient,
» ac vt tales iubeant & mandent ab
» aliis omnibus arctiùs euitari, omni
» appellatione & exceptione ceſſanti-
» bus. Iniungentes quoque omnibus
» aliis Chriſti fidelibus, vt illos euitent,
» & eis cuncta neceſſaria denegent,
» donec corde contriti, ſpiritum aſſu-
» mentes ſanioris conſilij ab huiuſmo-
» di perturbationibus, inquietationi-
» bus, moleſtationibus, detentioni-
» bus, ac ciuitatis, oppidi, & bono-
» rum prædictorum occupationibus,
» adhæſionibus, fauoribus, auxiliis &
» conſiliis penitùs & omninò ceſſaue-
» rint. Eidémque Epiſcopo de per eos
» ſubtractis & ablatis ac occupatis in-
» tegrè ſatisfecerint: ciuitatum quo-
» que & oppidum prædicta, eorúm-
» que liberam & expeditam poſſeſſio-
» nem reſtituerint, necnon ab inter-
» dicti, ſuſpenſionis, excommunica-
» tionis, & anathematizationis, ac aliis
» cenſuris prædictis abſolutionem, re-
» laxationem, integrámque reconci-
» liationis gratiam à nobis & ſede præ-
» dictâ, ſatisfactione præuiâ, merue-
» rint obtinere. Comitem denique Bu-
renſem Traiectum armis fatigare, Cu-
lenburgum ius gladij in vrbe occu-
pare tentantes repreſſit anno 1492.
1496. tandem 16. Aprilis 1496 in arce Do-
reſtanâ deceſſit. De illo ſic loquitur
Heda: *Parùm laudatus à pleriſque, quòd minus vtilis fuiſſet, & nimio ſenio confractus more pueri ſe regi permitteret à vilibus hominibus tantæ inſtabilitatis, vt quod vno die agendum decreuerat, ſequente die mutaret, & prouinciales idcircò, præſertim Tranſiſelanos*

A *magnis ſumptibus & laboribus ſæpiùs fruſtraretur, continuà vexatus podagrâ. Alij tamen id ſibi laudis attribuunt, quod oppida, arces, & omnem ditionem S. Martino libera, & abſque onere & theſaurum poſt ſe reliquit meliorem, verùm parum commodi aſſerentem, cùm frater eius arcem Doreſtatum, in quà deceſſit, in poteſtatem ſuam haberet, neque illam, niſi ſub graui pacto dimitteret. Contulit etiam Eccleſiis ſumptuoſa ornamenta, & Maiori, præſepe ex ſolido auro magni ponderis. Cudit & monetam vtique legalem, quæ adhuc in pretio habetur, Cætera præmiſſa ſunt:*
B *ſepultus in Eccleſiâ oppidi Wick iuxta Doreſtatum, ſiue quòd ſtatutum erat cùm tempore ſolemni pompâ illum deferre Traiectum, quæ ſubitò parari nequiuit, prout legatis Eccleſiarum miſſis pro cadauere viſum fuit, ſiue quia ingrato ſolo quieſcere recuſaret, quoniam inter ipſum & Traiectanos frigida erat amicitia: vtrùmque incertum eſt.* Suffridus
Petri his verbis de illo facit mentio-
nem: Fuit hic vir naturâ pacificus, «
& iniuriatum minimè tenax, maxi- «
mas tamen moleſtias perpeſſus à fa- «
C ctioſis authoribus tamen potiſſi- «
mùm Bredenrâdiis; qui dolentes «
ſe per hunc ab Epiſcopatu Traie- «
ctenſi eſſe ſecluſos, non modò Traie- «
ctenſes factione Hamatorum aduer- «
sùs Epiſcopum inuoluerunt, ſed & «
Hollandiam vniuerſam, quatenus «
Epiſcopum tuebatur, cædibus & in- «
cendiis impleuerunt. Fuit autem hic «
Epiſcopus ſedi Traiectinæ perquàm «
commodus, & ſi multi id non agno- «
uerint, dum vixit: fuit enim religio- «
ſus, ſummus Antiſtes, & largus æ- «
dium ſacratum dotator, quod ex tot «
donariis in templa paſſim collatis li- «
D quet. Sacerdotes & ſtudioſos libe- «
raliſſimè fouit, etiam ea diligenter «
procurauit quæ ad externam Epiſco- «
patus amplitudinem pertinere vide- «
bantur: nam ea quæ in arcibus Ro- «
dolphus Diepholdius imperfecta re- «
liquerat, perfecit, multáque iis addi- «
dit, nouam arcem Batauoduri ædifi- «
care cœpit: Diepholdio ſumptuo- «
ſiſſimum monumentum extruxit. De «
Dauide videndi Sanmarthani fratres
gemini Chriſtianiſſimi Regis Hiſto-
riographi in Hiſtoriâ Genealogicâ
Regiæ Domus Franciæ lib. xx. qui
Suffridi potiùs quàm Hedæ ſubſcri-
bunt opinioni: cùm autem factiones

variæ in eum ſint excitatæ, inde fa-
ctum vt varient Scriptores cùm alij
laudibus eum afficiant, cæteri dam-
nent.

DE BADE. D'or a la bande de gueulle.

56. FREDERICVS DE BADE
Caroli Marchionis Badenſis ex Ca-
tharinâ Auſtriacâ Friderici 3. Impe-
ratoris ſorore genitus; ex Theſau-
rario Colonienſi Epiſcopus renun-
ciatur, poſtulantibus Comite Naſ-
ſouiæ aliíſque Nobilibus nomine
Maximiliani Auguſti, reiecto Phi-
lippo fratre Ducis Cliuenſis, qui ab
Epiſcopo Monaſterienſi, Ducibus
Iuliacenſi & Cliuenſi, necnon & Co
mite de Benthem expetebatur: poſ-
ſeſſionem adeptus comitantibus cum
Archiepiſcopo Treuerenſi patruo,
Chriſtophoro Badenſi Marchione
fratre, multíſque Comitibus & No-
bilibus. Arcem Doreſlatenſem ex
manibus Philippi defuncti Epiſcopi
fratris, ſolutâ maximâ pecuniæ ſum-
1498. mâ, redemit; anno 1498. Præfectum
de Wiſch prouinciam Tranſiſelanam
vaſtantem, necnon Ducem Cliuen-
ſem, debita per Dauidem Epiſcopum
Traiectinos & Amerſfordianos con-
tracta repetentem, compreſſit; ar-
cem Oyam, quæ inter Philippum
Archiducem Auſtriæ & Carolum
Geldriæ Ducem diſſidij cauſâ fuerat,
& quæ ab vtróque vindicabatur,
vtriúſque precibus in ſequeſtrum
excepit, ſed fraude Ducis Braban-
tiæ arx intercepta, diſcordiæ cauſam
Geldrum inter & Epiſcopum attulit,
quæ Traiectenſium ſollicitudine ſo-
pita eſt. Groningenſes ab Epiſcopo
deficientes Comitem cis Emam ſeu
Friſiæ Orientalis, deinde Ducem
Geldriæ ſuum Protectorem conſti-
tuere moliuntur, quem vt ad id in-
ducerent Traiectini, & contra Epiſ-
copum ad ſuas partes pertraherent,
moneram cudunt ſub imagine D.
Martini, & Ducis Geldriæ, qui vt
apud Cæſarem Maximilianum ſe tue-
retur, Epiſcopum incuſat quaſi Gru-
norum oppidum in poteſtatem ma-
gni alicuius Principis tradere vellet,
quod tamen Fridericus pernegauit,
& apud Cæſarem conqueſtus de
Grunorum defectione, vti iactabant,
vt liberi deinceps eſſent; his nego-
tiis pertæſus Epiſcopus iam viribus
deficiens, & tibiâ laborans, bellóque
tanto ſeſe imparem ſentiens, cùm

A theſauros ſuos iam exhauſiſſet, Epiſ-
copali dignitati renunciare ſtatuit,
eâ potiſſimùm intentione, vt vindi-
ctam ſumeret de Traiectinis atque
prouincialibus, quos ſibi infenſos red-
diderat, eò quòd omnia ſine aucto-
ritate Collegiorum, ipſíſque incon-
ſultis agebat, exteros ſolùm in con-
ſilio & adminiſtratione rerum ad-
mittebat, raróque, aut nunquam ſe
ſacris immiſcebat: ſed Margareta
Maximiliani Imperatoris filia, cui
adminiſtrario prouinciarum Belgij
Caroli Principis & nepotis commiſ-
ſa fuit, diſſidentes aliquatenus ad fœ-
B dus ineundum adduxit: attamen de
abdicatione Epiſcopatus ſemper co-
gitans, conſilio Hermanni Hagen
Eccleſiam ſuam cùm Ioanne à Lo-
tharingiâ Renati Ducis, & ex Phi-
lippa Gelriâ filio, Metenſi Epiſcopo
permutare ſtatuit, cui negotio Rex
Galliæ facilè conſenſum præbuiſſet,
quò magis auctoritatem ſuam in in-
feriorem Germaniam propagaret;
ſed Maximilianus re detectâ, infen-
ſus Epiſcopo, eum admonuit non
decere ipſum ſibi conſanguineum
cùm extero Principe damno Imperij
Romani talia moliri, deinde partim
ſuaſionibus, partim minis ei perſuaſit
vt Epiſcopatui ſibi à Carolo nepoti,
C nominatione relictâ, ſub annuâ pen-
ſione nuntium mitteret: *Quod cum à
ſtatibus, inquit Heda, quos hoc celaue-
rat, intelligeretur, abſtulerunt ei ex bonis
Epiſcopalibus ſufficientem alimentatio-
nem ad eius vitam ſubminiſtrare, &
quod de ſucceſſore, ſuffragiis & votis
Collegiorum deligendo condeſcenderet,
nec ſponſam ſuam deſolatam relinqueret,
aut prædæ exponeret, tantumque effecère,
vt Epiſcopus licet ſimularet, cuncta,
pœnitentiâ ductus, ſi potuiſſet, p oppoſi-
tum mutaſſet. Sed fide datâ per Legatos
ſæpiùs impulſus atque monitus, non niſi
D re concluſâ & perfectâ ſtatus edocuit de
ſucceſſore, quos eatenus inani ſpe ſuſpen-
ſos detinuerat. Is erat Philippus Bur-
gundus, frater Dauidis Epiſcopi ex pa-
tre, quod pleróſque reddidit ſtupidos, alij
vehementer indignari, alij fauere viſi,
iuxta priuatam ſingulorum affectionem,
Gelrio id non minùs ægrè ferente &c.
Fredericus nudatus Epiſcopatu, nudatus
theſauro arcem Doreſtatum accepta, vti
ferebatur, ingenti pecuniâ, abſcedens
Lyram oppidum Brabantiæ, ſenio, ac
continuâ valetudine laborans, paulo poſt*

annum, diem clauſit extremum, cùm ſe- A
diſſet annis circiter viginti. Abſque mœ-
1516. *rore publico obiit anno 1516. corpus eius à nepotibus tranſlatum in territorium auitum, quod Baden dicunt, olim Thermarum Antonianarum nomen ferens, ne in vrbe ingratâ Traiectenſium ſepeliretur. Fuit haud dubiè Princeps cordatus, ſpecimen alti ſanguinis, vnde erat, præ ſe ferens: nam prouocatus, etiam impare fortunâ intrepidus arma non detrectauit aſſumere, in rebelles acer, clemens in victos, ſuopte naturâ humanus atque affabilis, aulicos ac famulitium etiam infimum decenti veſtitu, ac Germanico more abundè, opiparéque enutriens &c. Præthereà, ſicuti mos eſt omnibus Germanis, auri atque æris percupidus, vltra quàm conueniebat Principi, quòd aliàs turpe cenſetur oblectabatur tractare & dignoſcere nummos peregrinos, & qui aliqua ambiebant nacti opportunitatem ſolius eius præſentiæ, ac pecuniâ muniti facilè nonnunquam fiebant voti compotes, & inconſultis & ignorantibus illis qui adhærebant lateri à conſilio, & in hoc gaudebat quando clàm illis aliquid ſui poſſet recondere. Legationes atque Prælatos magnificè excipiebat menſâ, vel infirmitate præpeditus cibo [illegible] honorabat in hoſpitiis, ordinatis Nobilibus, qui vices ſuas in excipiendo implerent: amabat pacem ſe aduerſantem, etiam Eccleſiæ ſuæ non ſpernenda ornamenta pro ſacris myſteriis obeundis contulit, & maiora donaſſet, niſi ſuorum ſuaſu fuiſſet immutatus &c.*
Huius Antiſtitis extat diploma da-
1515. tum anno 1515. 18. Iunij, quo apparet ſub ipſo multas Sanctorum relliquias detectas fuiſſe in Eccleſiâ S. Ioannis, quam Baſilicam in honorem Dei eiúſque matris Virginis, Ioannis Baptiſtæ, cognominíque eius Euangeliſtæ, Andreæ, Laurentij, ac Catharinæ Martyrum conſecrauit.

BOVRGONGNE. Comme cy deſſus.

57. PHILIPPVS DE BOVRGONGNE Philippi Boni Burgundiæ Ducis filius naturalis, Dauidis frater, reſignatione Frederici, vrgentibus Maximiliano Cæſare & Carolo Principe, ipſorúmque potiùs auctoritate ac iuſſu, quàm ambitu, quaſi inuitus ad Epiſcopalem dignitatem protrahitur. Ipſe in aulâ Mariæ Caroli Ducis filiæ educatur, dein Equeſtris Ordinis inſignia à Maximiliano, dum Aquiſgrani coronaretur, accepit; poſteà Grauelingæ, inde Cortraci Præfectus conſtituitur, poſt motus Flandricos ob tutelam Philippi Auſtriaci, cùm Maximiliani partes non fouiſſet, ſeſe ad Dauidem fratrem Vltraiectum contulit, eóque mortuo, fraternæ hæreditatis locupletior factus, in aulam Philippi Principis reuerſus, ita eius beneuolentiam ſibi conciliauit, vt ab eo Aurei Velleris torque condecoraretur, & poſteà rebus maritimis Præfectus & Thalaſſiarcha, necnon locis à Philippo in Geldriâ occupatis ante illius in Hiſpaniam diſceſſum, conſtitutus fuerit; mortuo Philippo, Legatus à Maximiliano Auguſto, & Carolo Hiſpaniarum Principe Romam ad Iulium 2 Pontificem Maximum mittitur: in quâ Legatione, ab omnibus Italiæ Principibus & ciuitatibus honorificè exceptus eſt, præcipuè à Principe Mirandulano, Veronenſibus & Florentinis, necnon Iulio Pontifice, à quo longè plus honoris eſt præſtitum eſt, quàm vlli Legatorum ante centum annos memoriæ tradebatur. Iſabellam Chriſtiano Danorum Regi futuram ſponſam, Cæſaris aui, Carolíque v. fratris nomine in Daniam deduxit; poſteáque in patriam reuerſus, totus exornandæ arci ſuæ Suytburgo vacauit. Interim Carolus v. & Fredericus Marchio Badenſis Epiſcopus Vltraiectinus, eum ſummis precibus Epiſcopatum ſuſcipere dignaretur exorant, quem tam in Eccleſiaſticis, quàm in politicis rebus ſummâ cùm prudentiæ laude rexit: nihilominus de Campenſium Svvollenſiúmque diſſidiis, déque vaſtato Tranſiſelaniæ territorio inculpatur ab Hedâ, cuius ſpoliatus redditibus atque commodis, cùm Traiectanâ prouinciâ contentus eſſe cogeretur, modò in Zelandiam, nunc in Flandriam confugere quò longiùs abeſſet incommodis oportuit. Doreſtatum tandem cùm degeret, contraxit morbum, cùm frigido ſub aëre, aperto pectore deambulaſſet, quo 7. die Aprilis anni 1524. è viuis exceſſit ætatis ſuæ 59. 1524.
corpus eius, licet à Collegio Traiectino per nuncios expoſceretur, in Eccleſiâ Collegiali apud Batauodurum, ſiue Doreſtatum, Dauidis fratris ſepulturæ impoſitum eſt. Erat Philippus ſtaturâ mediocris, vultu

perſimilis Philippo Duci genitori, capillis nigris, latis humeris & pectore, corpore ſano, in armis ſtrenuus, equis, cantu, & fidibus gaudens, picturam & architecturam apprimè callens excellentes in quàuis arte artifices beneuolentiâ proſequebatur, honeſtarum quoque literarum Profeſſores colebat, præcipuos inter D. Eraſmum Roterodamum & Ioannem Paludanum Louanienſis Academiæ Rhetorem: ſacras litteras, Hiſtorias & Poëtas diligentiſſimè legerat, aut attentiſſimè audierat prælectore Gerardo Nouiomago, qui vitam eius ſingulari libro deſcripſit. A bellicis motibus prorſùs alienus ſemper dicebat ſe bello Gelrico inuolutum fuiſſe, licet inuitum, propter Campenſium, Svvollenſiúmque Tranſiſelaniæ ciuitatum diſſidia, & ex hoc dolore partim lethalem animi mœrorem contraxiſſe pleríque teſtantur, quòd in mortis agone poſitus, Deum non ſemel teſtatus eſt, ſe eius belli cauſam & originem non fuiſſe. De hoc Præſule conſule præter Nouiomagum, Suffridum Petrum, Hedam, Sceuolam & Ludouicum Sammarthanos fratres geminos Hiſt. Geneal. Regiæ lib. 20. Eraſmum quoque in Epiſtolis, à quo laudatur.

BAVIERE. Ecartelé au 1 & 4 de ſable au lion d'or couronné de meſme, lâpaſſé & armé de gueulle, qui eſt du Palatinat du Rhin Au 2 & 3 loſangé d'argent & d'azur de 21. pieces qui eſt Bauiere. Et ſur le tout de gueulle au Monde d'or, qui eſt la marque Electorale.

58. HENRICVS DE BAVIERE Philippi Comitis Palatini ad Rhenum, Electoris Ducis Bauariæ, ex Margaretâ Bauarâ filius: poſt Philippi prædeceſſoris tranſitum communibus totius Capituli ſuffragiis ex Canonico, poſteáque Spirenſi Epiſcopo 1523. Coadiutore Wormatiæ & Præpoſito Aquenſi, poſtulantibus Archiepiſcopo Colonienſi, Duce Cliuenſi, & Philippo Comite Palatino Electore Vltraiectenſium Epiſcopus electus eſt 1524 Primis adminiſtrationis ſuæ annis à confœderatis Nobilibus, & Septivvandiis, ſeu plebeiis inter ſe diſcordantibus in vrbe immunitatem extorquentibus
1524. multùm laceſſitus, tandem milites colligere coactus, Florentio Comite Burano Duce cùm ad ſedanda Traiectenſium diſſidia vrbem peteret, à confœderatis excluſus eſt, qui Geldriæ Ducem noctu, portis effractis introduxère, ciuitatémque in eius manus tradidère; iſte cùm eam

A præſidio & commeatu abunde extruxiſſet, ſe dominum Traiecti inaugurandum curauit 1527. Eodem anno Tranſiſelani cùm ſibi cum Geldris bellum gerendum animaduerterent, communicato cùm Epiſcopo Henrico conſilio, vt moleſtiis finem imponerent, Carolo v. Imperatori communi voto ſeſe ſubdere decreuerunt: eâ de cauſâ Florentius Comes Buranus accitus nomine Cæſareæ Maieſtatis, à Tranſiſelanorum Republicâ inauguratus eſt: acceptáque vnà cùm Cæſarianis militibus
B libertate, illi fidei ſacramentum viciſſim promiſêre. Anno 1518. 1. Iulij 1518.
Godefridus Vordius acceptis ab Epiſcopo auxiliis, Traiectum recuperat, Geldróſque expulit, multiſque confœderatis interfectis, aliis captis, aliis fugatis, Epiſcopus vrbem ingreditur. Et paulò poſt Gorichemi Comitia Principum habita ſunt, vbi pax inter Carolum Cæſarem, Carolum Geldriæ Ducem, atque ipſos Traiectinos his conditionibus firmata eſt: Nimirum vt Carolo Geldro adempta oppida reſtituerentur, ipſe quoque Traiectinos ſacramento fidei ſibi
C præſtito liberaret. Traiectini Carolum v. in dominum [illegible] præſtito fidelitatis iuramento receperent. Itaque ſoluto Principum Conuentu, Antonius de Lalain Comes Hochſtratanus, Traiectum mox profectus, ciues Traiectenſes, quos Epiſcopus Henricus cùm anteà literis propriis Carolo Cæſari tanquam Duci Brabantiæ & Comiti Hollandiæ temporale Epiſcopatus tranſtuliſſet, à ſacramento olim ſibi præſtito iam priùs abſoluerat, fidelitati Cæſareæ Maieſtatis, iureiurando ſumpto, adſtrioxit, ipſéque nomine Cæſaris, à Traiectinis inauguratus fuit. Anno
D ſequenti arcem præſidiariam intra ſepta vrbis munitiſſimam extruxit. Anno 1529. Henricus Epiſcopus 1529.
menſe Iulio Epiſcopatum ſuum in manus Clementis VII. Papæ reſignauit, relictóque Vltraiecto, in ſuperiorem Germaniam reuerſus, Wormacienſis Epiſcopus electus eſt, & tandem Friſingenſis Præſul factus obiit 3. Iunij 1552. De illo ſcripſère Lambertus Hortenſius in libro Rerum Vltraiectinarum ab anno 1524. Henricus Bomelius, Chronica Hollandiæ, Flandriæ, & Brabantiæ. Poſt

reſignationem huius Epiſcopi Clemens VII. per bullam ſuam confirmauit tranſlationem temporalis Eccleſiæ Vltraiectenſis in Carolum V. Cæſarem, tanquam Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ. quia verò Hiſtoriam multùm illuſtrat, & ad vitam Henrici ſpectat, placet integram hîc expromere.

CLEMENS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex ad quem ſicut omnium rerum ſpiritualium cura pertinet, ita bona quoque temporalia ad quaſcunque eccleſias ſpectantia, ipſius ſunt diſpoſitionis, pro paſtorali officio ſibi demandato ea aſſiduè agit, & meditatur, per quæ Eccleſiæ ipſæ tam Cathedrales quàm Collegiatæ, & illarum Epiſcopi, & Prælati quietè & tranquillè, ac pacificè viuere poſſint. Et ſi quando contigit Epiſcopos & Prælatos ipſos à ſuis ſedibus & Eccleſiis violenter eiici & extrudi, & propterea ad ſecularium Principum opem implorandum confugere, ipſorumque ſumptibus, viribus & copiis in priſtinas ſedes rurſus reponi, & reſtitui, ac per eos in tantorum beneficiorum remunerationem bona ipſa temporalia, & ſecularem eorum iuriſdictionem iiſdem Principibus liberalioribus concedi, & in eos transferri. Pontifex ipſe tales conceſſiones & tranſlationes auctoritate Apoſtolicâ approbare, & confirmare, ac de nouo concedere conſueuit, vt eo ſcilicet pacto, & ipſarum Eccleſiarum incolumitati conſulatur, & earum Epiſcopi & Prælati in quiete, tranquillitate & ſecuritate conſtituantur prout id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè licet à longis retroactis temporibus ad omnes Epiſcopos Traiectenſes, qui pro tempore fuerunt, dominium tam ſpirituale quàm ſeculare Eccleſiæ Traiect. ac plurium Oppidorum, locorum & Caſtrorum tam in agro Traiectenſi; quàm in partibus ſuperioribus patriæ Tranſyſſellanæ conſiſtentium pleniſſimo iure pertinuerit. Nihilominus dilectus filius nobilis vir Carolus Dux Gelriæ præter ius & fas primò bonæ memoriæ Fredericum Marchionem Badenſem olim Epiſcopum Traiectenſem, quoddam ex ipſis oppidis manu armatâ ac militari ſpoliauit, illúdque violenter occupauit, ad quod rurſus vindicandum, idem Fredericus Epiſcopus ingentes expenſas, innumeróſque labores ſubire coactus fuit. Et deinde idem Carolus Dux ſimilis memoriæ Philippum de Burgundiâ etiam Epiſcopum Traiectenſem, pluribus ex eiſdem caſtris & oppidis vi & armis ſpoliauit, ſibique iniuſtè vſurpauit, pro quibus recuperandis, licet magni ſumptus à prænominatis Epiſcopis facti, pecuniæque ingentes erogatæ fuerint, tamen ea loca ſic occupata, in manibus & poteſtate ipſius Ducis Caroli permanſerunt, vſque ad tempus quo dilectus filius Henricus Comes Palatinus, & Dux Bauariæ in Epiſcopum Traiectenſem Electus, & electio huiuſmodi Apoſtolicâ forſan auctoritate confirmata extitit. Qui quidem Henricus Electus animaduertens, quòd damna & incommoda prædeceſſores ſui Epiſcopi Traiectenſes ſubierant, vt ea quoquo pacto reſarciret, ac paci, quieti, ſecuritatique ſuæ, ac ſubditorum ſuorum conſuleret. Talem concordiam operâ & interuentu venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Treuerenſis, cùm eodem Carolo Duce inierat, vt ipſe Henricus Electus ei ſummam quinquaginta millium florenorum enumeraret, & quorundam caſtrorum occupatorum vſumfructum ad eius vitam dimitteret, quæ quidem caſtra eo defuncto rursùs ad Eccleſiam redirent, ſed eâ lege, vt ſi proles legitima ex eo ſupereſſet, illi proli duntaxat quinquaginta millia florenorum perſoluerentur. Cætera verò caſtra ſic occupata extunc eidem Henrico Electo reſtitui deberent, prout mox etiam reſtituta fuerunt. Et quamuis dictus Henricus Electus, eâ concordiâ ſic ſtabilitâ, omninò ſperaret ſe deinceps ſummâ in pace & tranquillitate, vnà cùm ſubditis ſuis permanſurum: nihilominus ipſe Carolus Dux oblatâ occaſione, quod idem Henricus Electus interim populari ſeditione fuerat repulſus immemor fœderis & concordiæ, huiuſmodi caſtra & oppida patriæ Tranſyſſellanæ inuadere, atque obſidione premere veritus non fuit. Et cùm caſtrorum & oppidorum prædictorum Conſules & Præfecti ad opem & auxilium implorandum ad dictum Henricum Electum confugiſſent, & ille vtpote ex ſuâ ciuitate eiectus, opibúſque exutus minimè opitulari potuiſſet, quod reliquum fuit eis per literas ſuas vt à Capitaneo chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum & Hiſpaniarum Regis Catholici in Imperatorum electi, qui Friſiæ præerat auxilium depoſcerent, conceſiſſee, & ipſum Carolum Regem, qui etiam Dux Brabantiæ & Comes Flandriæ & Hollandiæ*

A extitit, in dominum cognoſcerent, licentiam dediſſet, abſoluendo eos ab hommagio ſibi præſtito, ac iuramentum fidelitatis eis relaxando, ac dicti Conſules ad hoc deputati, litterarum earumdem vigore poſt quædam Capitula cùm ipſius Caroli Regis miniſtris confecta, inter cætera continentia, vt dictus Carolus Rex quàm primùm exercitum inſtruere, ac bellum ipſi Carolo Duci inferre deberet. Se ipſe Carolo Regi dederant, & hommagium & iuramentum fidelitatis eius tunc procuratori præſtiterunt. Et cùm interim populus Traiectenſis de Electo reſtituendo, & ſi eis venia daretur, rurſus in ciuitatem reuocando pertractaſſet, Dux ipſe dolo & fraude quorumdam ſeditio- B ſorum allectus, ciuitatem Traiectenſem clandeſtinè occupauit, eámque hoſtiliter diripuit, & vt ſcelus ſceleri adiungeret, Eccleſias prophanare, illarúmque bona inuadere ac diripere & auferre veritus non fuit: quinimò quæ ad diuinum cultum erant deſtinata ſacrilego conatu ademit, atque vſurpauit. Propter quæ ipſe Henricus Electus tot vndique moleſtiis & ærumnis circumuentus, ad dilectam in Chriſto filiam nobilem mulierem Margaretam Archiduciſſam Auſtriæ, præ dicto Carolo Rege in partibus Flandriæ Progubernatrice, necnon ipſius Caroli Regis in Ducatu Brabantiæ, & Comi- C tatu Hollandiæ procuratorem confugere, & aduersùs tam atrocem iniuriam, horrida facinora, neceſſariam opem implorare coactus fuit. Et cùm dictam Margaretam ad id promptiſſimam inueniſſet, & mox certus dicti Caroli Regis Capitaneus valido exercitu, magnis quidem ſumptibus, coadunato & ſub ſignis conſtituto in Ducatu dicti Caroli Ducis, impetum feciſſet, ac oppida ſub ipſo Duce violenter occupata recuperaſſet, & ipſum Henricum Electum in ſuâ ciuitate, à quâ eiectus fuerat, reſtituiſſet, præfatus Henricus Electus tot calamitatibus ope D ipſius Caroli Regis tandem liberatus, animaduertens ſe & ciuitatem ipſam, ac tot caſtra & oppida & municipia ad ſuam Eccleſiam Traiectenſem ſpectantia, non ſine magnâ impenſâ, ſibique intolerabili diutiùs retinere, nec de expenſis pro exercitu in eius defenſionem & ſubſidio comparato factis, præfato Carolo Regi ſatisfacere, ac cupiens dicto Carolo Regi ob tot in ſe collata beneficia gratiam aliquam referre, & demum ſuorum ſubditorum quieti & tranquillitati, ac ſecuritati conſulere, eóſque ab imminentibus periculis & futuris incommodis præſeruare, ex præmiſſis, & aliis non minoris momenti cauſis, ciuitatem ipſam ac oppida, caſtra, municipia & loca partis inferioris Traiectenſis ad ipſum Henricum Electum, ſuóſque ſucceſſores Epiſcopos Traiectenſes, ac menſam Epiſcopalem Traiectenſem legitimè ſpectantia, cùm illorum machinis, tormentis, bombardis, ac omnibus & ſingulis iuribus & pertinentiis, iuriſdictione temporali, necnon vaſallis, Officiariis, ſubditis & incolis ſuis, ipſum Carolum Regem tranſtulit & transfudit, ac omnes extiſias, cenſus, redditus, emphiteoſes, terras, paſcua, decimas, vineas, ſyluas, iura patronatus tam laicalia quàm caſtralia, necnon omnia thelonea, & theloneorum iura, ſtudia, Vaſſallagia, dominia, & vt vulgò dicunt, altas, medias, & baſſas iuriſdictiones, & demum omnem temporalem & ſæcularem iuriſdictionem, aliaque ſeruitia & iura quæcumque ad eum ratione dictæ Eccleſiæ Traiectenſis in ciuitate, oppidis, caſtris, fortalitiis, terris, locis, dominiis, & vtráque patriâ tam Tranſyſſellana quàm Ciſyſſellanâ prædictis quomodolibet ſpectabant & pertinebant, cùm omnibus & ſingulis eorum pertinentiis & appenditiis ac libris feudorum ac redditu um, cartis, regiſtris, computis & aliis ſcripturis præmiſſa concernentibus, præfato Carolo Regi tamquam Brabantiæ Duci, & Hollandiæ Comiti pro ſe, & ſucceſſoribus Ducibus Brabantiæ & Comitibus Hollandiæ, ſeu eius tunc legitimo procuratori, ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito conceſſit & donauit, ac in eum tranſtulit: necnon omnes & ſingulos Vaſallos, Officiales, ſubditos, & incolas prædictos à iuramento fidelitatis, & aliâ quacunque obligatione, quâ ſibi & domino temporali tenebantur, abſoluit, eiſque, vt à præfato Carolo Rege extunc de cætero auxilium implorare, illique ac heredibus, & ſucceſſoribus, tanquam Ducibus Brabantiæ & Comitibus Hollandiæ homagium & iuramentum fidelitatis præſtare valerent liberam licentiam expreſsè conceſſit, reſeruatâ ſibi, ac ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Traiectenſibus, ſolâ iuriſdictione ſuâ ſpirituali per ciuitatem prædictam & diœceſim Traiectenſem, vnâ cùm domo ſuâ Epiſcopali in eadem ciuitate conſiſtente, & vnâ aliâ domo extra ciuitatem in diœceſi ſuâ Traiectenſi ſitâ, in quâ ipſe, & ſucceſſores ſui Epiſcopi Traiectenſis cùm ſuâ familiâ, quietis & otij gratiâ conſidere

conſidare poſſent. Sic tamen quòd ipſe A Carolus Rex, Henrico Electo, & ſucceſſoribus prædictis, nomine annuæ penſionis duorum millium Caroleorum aureorum pro dote eiuſdem Eccleſiæ perſolueret, ac præmiſſa omnia acta & conſtituta ſint cùm ſcitu & expreſſo conſenſu dilectorum filiorum Præpoſitorum, Decanorum, & Capitulorum prædictæ Maioris, & Collegiatarum Sancti Saluatoris, Sancti Petri, Sancti Ioannis & B. Mariæ Traiectenſium Eccleſiarum, qui habitâ maturâ conſolatione, diligentique examine, ea omnia approbarunt & B rata, firmáque & ſtabilia eſſe voluerunt, ipſique Præpoſiti, Decani, Capitulaque qui tempore quo præfatus Henricus Electus Conſulibus, & Deputatis patriæ Ciſyſellanæ huiuſmodi per ſuas litteras conceſſerat, facultatémque tribuerat vt dictum Carolum Regem in dominum recognoſcerent, ac illi homagium, & fidelitatis iuramentum præſtare poſſent, à ciuitate erant expulſi, nec in loco Capitulari ſimul conuenire & conſultare poterant. Iam tunc de præmiſſis omnibus quæ tunc temporis peracta fuerant, plenam notitiam habentes, maturâ cùm deliberatione, debitiſque & conſuetis tracta- C tibus præmiſſis. Omnia per Henricum Electum, ac Conſules & Deputatos caſtrorum patriæ Tranſyſſellanæ, vigore litterarum Henrici Electi eis conceſſarum geſta & facta in omnibus & per omnia approbarunt & ratificarunt. Et inſuper eidem Præpoſiti, Decani & Capitula planè conſiderantes id quod multis experimentis didicerant, propter electiones Epiſcoporum in diſcordiâ factas, cùm alij aliò traherent, & ſuis quiſque factionibus inhæreret, ciuitatem, vniuerſúmque populum, atque etiam ipſoſmet in ærumnis & calamitatibus frequenter incidiſſe, ne quid tale extunc deinceps eueniret, vltrò ac ſponte eidem Carolo D Regi tanquam Duci Brabantiæ & Comitis Hollandiæ conceſſerunt, & quoties contingeret Eccleſiam Traiectenſem carere paſtore nullius in eorum Epiſcopum eligendi ius, vel poteſtatem haberent, præterquàm illius, quem dictus Carolus Rex vt Dux Brabantiæ & Comes Hollandiæ ſignificandum, inſinuandum, nominandumque duceret. Adiicientes etiam vt nullus in Decanum aliqui ex quinque Eccleſiis antedictis præficeretur, niſi qui ipſi Carolo Regi gratus & acceptus foret, & eum tunc procuratori dicti Caroli Regis præmiſſa omnia approbaſſet, acceptaſſet, & rata habuiſſet, ipſi Præpoſiti & Decani eum procuratorem, quàm Henricum Electum præfatos ad maiorem Eccleſiam comitati ſunt. Et ibidem procuratorem in tabernaculo decenter ornato collocarunt, Epiſcopo & nonnullis Præpoſitis ac Decanis earumdem Eccleſiarum in ſuo quiſque ſtallo, vt moris eſt, conſtitutis, & deinde hymno Te Deum laudamus altâ voce iocundè & alacriter decantando, ac miſſâ ſolemni à quodam Epiſcopo celebratâ, rurſus Henricum Electum & procuratorem præfatos ad domum Epiſcopalem comitati ſunt, Electoque ibidem relicto, mox dictus procurator Prælatis & nobilibus, pleriſque comitantibus ad publicum Vrbis Palatium ſe contulit, atque inde ad domum priuatam cuiuſdam ciuis ſatis magnificè inſtructam diuertit, pulſatáque campanâ ad cuius ſonitum populus in vnum conuenire ſolet, Nobilibus, aliiſque dictæ Ciuitatis Ordinibus in conſpectu eiuſdem procuratoris aggregatis perfectáque iuramenti formulâ, quâ communi dicto Carolo Regi erant præſtituri. Populus vniuerſus denudato cuiuſque capite, duobuſque digitis dexteræ manus ſurſum erectis iuxta morem qui iureiurando inibi obſeruatur, ſolemne iuramentum præſtiterunt. & viciſſim dictus procurator ipſius Caroli Regis nomine honeſtè, benéque tractare, & ab ingruentibus malis & periculis protegere & tueri, ac in omnibus boni, clementiſque domini officio fungi promiſit, & ad ea obſeruanda iureiurando ſe aſtrinxit. Quæ omnia tam Henricus Electus quàm Capitula præfati præponi fecerunt in Conſiſtorio noſtro coram nobis, petentes ea vt ſtabiliora ſint, ac plus roboris & firmitatis obtineant, Apoſtolicâ auctoritate approbari ac confirmari, ac de nouo concedi. Nos igitur ſuper his, cùm venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Rom. Eccl. Cardinalibus maturâ deliberatione & diſcuſſione, Electum & ſingulares perſonas Capitulorum huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus, quomodolibet innodati exiſtant ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, de eorumdem fratrum conſilio, & ex certâ ſcientiâ, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine tranſ-

læſionem temporalis iuriſdictionis , ciuitatis , caſtrorum & oppidorum , tam patriæ Tranſyſſellanæ ſuperioris , quàm patriæ Traiectenſis inferioris , ac aliorum iurium prædictorum , in ipſum Carolum Regem tanquam Ducem Brabantiæ & Comitem Hollandiæ , ac illorum donationem , ac alia per eundem Henricum Electum , de eorumdem Capitulorum conſenſu facta , auctoritate Apoſtolicá , tenore præſentium approbamus & confirmamus. Præterquam quoad caſſationem penſionis , in euentum vnionis menſæ Epiſcopalis Traiectenſis beneficiorum Eccleſiaſticorum valore dictæ penſionis. Supplentes omnes & ſingulos tam iuris quàm B *facti defectus , ſi qui forſan interuenerint in eiſdem , ac potiori pro cautelá ciuitatem & caſtra ac alia iura prædicta eidem Carolo Regi , & ſucceſſoribus ſuis Ducibus Brabantiæ & Comitibus Hollandiæ in perpetuum de nouo concedimus, ac electiones per Capitula ipſa in Epiſcopum Traiectenſem , abſque ipſius Caroli Regis , & ſucceſſorum ſuorum Ducum Brabantiæ & Comitum Hollandiæ prædictorum nominatione. Necnon electionis Decanorum Eccleſiarum huiuſmodi illorum Decanatuum occurrente vaca-* C *tione de aliis perſonis quam Carolo Regi , & ipſius ſucceſſoribus præfatis , gratis & acceptis pro tempore factas , nullas , nulliuſque roboris , vel momenti exiſtere eadem auctoritate decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Panormitano & Epiſcopo Caſtelli maris , ac dilecto filio Decano Eccleſiæ S. Lebuini Dauentrienſis, Traiectenſis diœceſis , per Apoſtolica ſcripta mandamus , quatenùs ipſi , vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium , ſeu alios Carolo Regi & ſucceſſoribus ſuis prædictis , in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes , faciant auctoritate no-* D *ſtrâ præſentes literas , & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari , ac ſingulos quos literæ ipſæ concernunt , illis pacificè frui & gaudere : non permittentes eos deſuper contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari , inquietari aut perturbari. Contradictores auctoritate noſtrâ per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ , non obſtantibus fælic. recordat. Pauli Papæ ſecundi prædeceſſoris noſtri , & quibuſuis aliis Apoſtolicis, etiam in Conciliis generalibus editis ſimiles approbationes fieri prohibentibus conſtitutionibus ; necnon Maioris , &* A *Eccleſiarum aliarum prædictarum iuramento , confirmatione Apoſtolicá , vel quauis firmitate aliá roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , priuilegiis quoque & indultis Apoſtolicis Epiſcopo Traiectenſi pro tempore exiſtenti , & dictarum Eccleſiarum Capitulis ſub quibuſcumque tenoribus & formis conceſſis, approbatis & innouatis : quibus omnibus tenores illorum præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes , illis , aliàs in ſuo robore permanſuris , hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus contrariis quibuſcumque , aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit Se-* B *de indultum , quod interdici , ſuſpendi , vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam , ac de verbo ad verbum , de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis , approbationis , confirmationis , conceſſionis , decreti , mandati & derogationis infringere , vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit , indignationem Omnipotentis Dei , ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe no-* C *uerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum : Anno Incarnationis Domini* MDXXIX. XIII. *Calend. Septemb. Pontificatus noſtri anno 6.*

59. GVILHELMVS ENCKENVVOERTIVS III. Brabantinus , patriâ Siluæ Ducenſis, Hadriani VI. Papæ indiuiduus comes, à quo primùm ex Boſcoducenſi Canonico Datarius, & Dertuſenſis Epiſcopus, ac Cardinalis Preſbyter tituli ſanctorum Ioannis & Pauli creatus eſt anno 1523. 10. Septembris , vnicâ ſuâ ordinatione. Huic Clemens VII. D contulit auctoritate ſuâ Traiectenſem Epiſcopatum anno 1529. poſt re- 1529. ſignationem Henrici de Bauariâ : poſſeſſionem adeptus per procuratorem ; ſemper Romæ degens in eius deprædatione à Caroli 5. copiis facta capitur , & triginta mille ducatis ſolutis liberatur : ab eodem Imperatore præcipuo honore cultus. Hadriano benefactori ſuo & conciui ſumptuoſiſſimum mauſolæum Romæ in Eccleſiâ S. Mariæ Germanorum, cuius & Protector fuit Guilelmus, erigi curauit. Romæ autem fatis exceſſit, ſepultúſque ad S. Ma-

Ekenvort. D'or à trois Aigles de ſable 2 1.

riam de Auimâ, vbi tumulo marmoris inciſa legitur hæc inſcriptio:

WILLELMO ENCKENVVOERTIO

Brabantino, Sanctæ Rom. Eccl. Presbytero Cardinali, qui plurimis Romanæ Reipublicæ Magiſtratibus, & Germaniæ procuratione integerrimè functus, ab Hadriano VI. *Pont. Max. cuius item res adminiſtrauerat, libellis dandis, & Eccleſiæ Dertuſenſi Præfectus, & in Cardinalium Collegium claro beneuolentiæ indicio tranſlatus in eum priſtinæ ſuæ dignitatis inſignibus ſolus cooptatus, deinde à Clemente* VII. *Eccleſiæ Traiectenſi honeſtatus eſt. Carolo* 5. *Imperatori libentiſſ. quem ab illo coronam Imperij accipientem inunxit, quique beneficiorum memor Hadriani cadauer è Petri Baſilicâ in hanc ædem, cuius conſtruendæ & ornandæ adiutor fuit, ſepulchro poſito transferri curauit. In egenos, & in omnes homines beneficentiſſ. Ioannes Dominicus Tranenſis, Antonius Sanſeuerinus Cardinales, & Petruus Vorſtius Epiſcopus Aquenſis, Andreas Caſtillo ſcriptor Apôſtolicus ex teſtamento poſuêre. Vixit*

1534. *annos* LXX. *mortem obiit* 1534.

EGMOND. D'or à ſix cheurons de gueulle, les deux premiers entrouuerts à la cime.

60. GEORGIVS D'EGMOND Ioannis Comitis Egmundani ex Magdalenâ de Vardenberg vxore filius, Epiſcopus eligitur, & per Pontificem Maximum confirmatur; poſſeſſionem iniit cùm ingenti Principum ac nobilium comitatu. Epiſcopatum toto vitæ curriculo magnâ cùm tranquillitate rexit, baſilicam adornauit, & non tantùm verbo Eccleſiæ fideles inſtruxit, verùm & exemplo, ad preces, ieiunia, eleemoſynas & alia Chriſtianæ Religionis adimplenda officia commouit, ſacris ſemper adfuit & præfuit, in ordinandis Clericis ſeuerus, ne quis ſacerdotalem dignitatem ſortiretur, niſi idoneus & capax: obijt in Abbatiâ S. Amandi cuius erat Admi-

1559. niſtrator anno 1559. 26. Septembris, ibíque ſepelitur: cor Vltraiecti tumulatur cùm cœnotaphio. Huius Præſulis inſigne præconium tribuit. Fr. Ioannes Royardus Ordinis Minorum anno 1451. in dedicatione ſuâ Homiliarum in Euangelia Dominicalia. Eius denique eruditionem cùm pietate egregiè commendat Gerardus Moringus dedicatoriâ Epiſtolâ commentariorum in Eccleſiaſten.

SCHENCK.

61. FREDERICVS SCHENCK III. Baro à Tautenburch Georgij Schenck Friſiæ quondam toparchæ, Cameræ Iuſtitiæ vrbis Spirenſis Præſes, in Archiepiſcopum electus 13. Nouembr. 1561. Fuit diuinarum hu- 1561.
manarúmque rerum perdoctus, & ad omnia Epiſcopi munia egregiè paratus acceſſit, gregem ſuum aſſiduè ditare, pietatis exemplo, doctiſſimíſque concionibus erudiuit: ſcriptis etiam non modò Theologicis hæreſes confutauit, ſed & abuſus fori purgauit. Huius Præſulis tempore Philippus Hiſpaniarum Rex à Paulo Papâ IV. diploma obtinuit de erigendis Metropolibus & Cathedralibus in Belgio, eas inter Traiectenſis Eccleſia in Archiepiſcopatum erecta eſt anno 1559. cui Harlemenſem, Dauentrienſem, Leouardienſem, Gruningenſem & Middelburgenſem Sedes Epiſcopales de nouo in Cathedrales erectas per idem diploma attribuit; fuitque hac ratione ſedes illa in priſtinum ſtatum reſtituta, vtque S. Willibrordi tempore Archiepiſcopali dignitate fuerat condecorata, vt Beka tradit: Fredericus itaque Traiecti Archiepiſcopus fuit, & omnium huius Eccleſiæ Præſulum qui hac in Cathedrâ ſederunt ab an. 696. vſque ad
annum 1580. nouiſſimus quo anno 1580.
è viuis exceſſit, & iuxta oſtium Sacriſtiæ ſepultus in Eccleſiâ Metropolitanâ. Huius meminêre auctor Enchiridij veri Præſulis ſecundùm Apoſtolicam traditionem, excuſi apud Mich. Hillenium anno 1625. aliáque ſcripta eius à Val. Andreâ Deſſelio in Bibliothecâ enumerata. Ab eo tempore Sedes illa Paſtore vacua ob motus bellorum, Religioníſque diſſidia manſit, núncque vnitis Hollandiæ prouinciis paret, nihilominus à ſummo Pontifice Vicarij Apoſtolici deſignantur qui Traiectenſis Metropolios & ei ſubiectarum gubernationem Eccleſiaſticam exercent, quos hîc quoque oportunum viſum eſt adiicere,

62. N. Comes Reneburgius.

B vhesivs 63. Ioannes Brvhesivs
1600. obiit anno 1600. iacet in Cartuſiâ Colonienſi, cuius ſepulchrali ſaxo tale inſcriptum viſitur epitaphium: *Anno à Chriſto nato* MDC. *Septembris* x. *obiit Reuerendiſſimus* D. Ioannes a Brvhesen *Iuris vtriuſque Doctor, Eccleſiæ Vltraiectinæ primùm Decanus, ac poſteà deſignatus Epiſcopus, Protonotarius Apoſtolicus, & Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Presbyter Canonicus, cuius anima requieſcat in pace.*

Vosmervs. 64. Sasboldvs Vosmervs Hollandiæ, Zelandiæ, eiſdemque Vnitarum, atque reductarum Prouinciarum Vicarius Apoſtolicus.

la Torre. 65. Iacobvs de la Torre Archiepiſc Epheſinus, per vnitas Belgij prouincias Vicarius Apoſtolicus, Præpoſitus Harlebeccenſis, Oratorij Sacerdos nobili familiâ oriundus.

Neerkassel. 66. Ioannes Neerkassel Vicarius Apoſtolicus ab an. 1654.
1654. Oratorij item Sacerdos, ac Theologiæ Profeſſor Machliniæ.

PRÆPOSITI
VLTRAIECTINI.

CRast Præpoſitus Maior nominatur ſub Frederico
838. & Alfrico Traiectenſis Eccleſiæ Epiſcopis an. 838.

2. *Regenbaldus* cartham ſubſcripſit
943. Baldrici Epiſcopi 8. Kal. Iulij 943.

3. *Odo* de quo ſic ſcribitur in vetuſtiſſ codicibus Odo *Præpoſitus tempore Adelboldi ven. Epiſcopi, captus eſt ab Immone quodam peſtilente & profano, ob hoc idem Immo ab Epiſcopo ſæpè vocatus eidem Præpoſito pro ſatiſfactione tradidit duos manſos in villà Wamelo, unde ſtatim Præpoſitus per manus aduocati ſui Popponis, eoſdem manſos tradidit fratribus duarum congregationum in Traiecto, ſecundùm condictum eiuſdem Immonis in Thiele coram præſentià ſupradicti Præſulis atque Ducis Godofredi, eiúſque fratris Marchioni Gozelonis, omniúmque nobilium & ingenuorum in circuitu commanentium, eà conditione, vt ſi idem Immo vel aliqui cohæredum eius, fratribus ſupradictis perſolueret* xx. *lib. Thielenſes* xl. *Marcas, & ſeptem equos, totidémque ſcuta, & totidem lanceas cùm totidem tunicis in eius ius ſæpedictum prædium redire poſſet.* Cum pluribus aliis ſubſcripſit titulo ſubmiſſionis tutelæ Eccleſiæ Traiecti Berthæ nobilis fœminæ, quæ ſe altari S. Martini man-
cipauit anno 1050. regnante Henri- 1050.
co Imperatore.

4. *Lanzo* Conradi Epiſcopi Traiectenſis cartam ſigno ſuo muniuit donationis de telonio in Smithuſen conceſſæ Eccleſiæ S. Ioannis Bapt.
in eadem ciuitate an. 1085 anno Pon- 1085.
tif 9 regnante Henrico 4. Imper.

5. *Radulphus* aliis *Rodolphus* Buchardi Epiſcopi donationem ſubſcripſit factam Capitulo S Ioannis
an. 1101. Regni Henrici 4 anno 45. 1101.
Imp. 17. Burchardi Epiſcopi an. 20. Sententiam quoque ab eodem Epiſcopo ſupra litem inter Eccleſiam de Slidrecht, & de Houueningen an. 1105. redditam obſignauit Illius quoque adiudicationem cuiuſdam prædij Capitulo S. Martini, & S. Saluatoris Chirographo ſuo firmauit an. 1108. Id. Auguſti, regnante Henrico 5. Imp. Radulphus à ſuis aduerſariis interemptus eſt an. 1112.

6. *Mengodus* ſeu *Meingodus* huic Henricus 5. Imp. præbendam Epiſcopalem perpetuò adiunxit diplo-
mate dato an. 1118. Donationi Ec- 1118.
cleſiæ de Medenblico in Occidentali Friſiâ in villâ quæ Medenblec vocatur, ab Epiſcopo Godebaldo factæ nomen appoſuit an. 1118. Godebaldi an. 4. vti conſtat ex archiuis Cameræ Epiſcopalis.

7. *Herebertus* duabus ſchedis cùm Simone Comitis Hollandiæ filio ſubſcripſit Andreæ Epiſcopi, prima eſt donatio de bonis in Boſinchem fa-
cta an. 1130. regnante Lothario an 7 1130.
Altera eſt de quibuſdam proprietatibus ab eodem Epiſcopo datis ad illam fluuium Eccleſiæ S. Saluatoris an. 1139. Regni Conradi an. 1. Epiſcopi an. 12.

SVEVIA. D'or à 3. leopards de ſable, lampaſſez & armez de gueulles, mis l'vn ſur l'autre.

8. *Conradus de Sueuia* Cunradi 3. Romanorum Regis frater, nominatur in diplomate Eugenij Papæ dato Romæ apud S. Petrum 15. Kal April. Pontificatus ſui an. 1. quo Priuilegium Conradi 3. Rom. Regis confirmat Eccleſiæ maiori S Saluatoris Traiectenſis, conceſſum pro eligendo Epiſcopo anno 1145. dato apud

1145 Traiectum, cuius teſtes ſunt, Ancelinus Hauelburgenſis, Albero Leodienſis, Wernerus Monaſterienſis, Nicolaus Cameracenſis, & Vdo Oſenburgenſis Epiſcopi: Valramus Dux, Wilhelmus Comes Palatinus; Henricus de Zutphen, Arnoldus de Cliuo, Adolphus de Monte, & Henricus de Gelre Comites; & Conradus Traiectenſis Præpoſitus. Fuit poſteà Patauienſis Epiſcopus in Italiâ, dein Saltzburgenſis Archiepiſcopus in Germaniâ. Huius meminit Onuphrius lib. 3. de Princip. Rom. in Stemmate Waindelingenſi. Bertius lib 3 Germ. vbi agit de Archiep. Saltzburg. eúmque obiiſſe anno 1168. teſtatur.

RHENEN. 1156. 9. *Godefridus de Rhenen* anno 1156. qui poſteà ad Epiſcopatum Traiectenſem poſt Hermannum de Hornes peruenit.

10. *Arnoldus* Eccleſiæ Traiectenſis Præpoſitus ante ân.1178.

HOLLANDE. 11. *Theodoricus de Hollandia* Balduini Epiſcopi frater Theodorici 6. Hollandiæ Comitis ex Sophiâ Palatinâ filius, Præpoſitus ante an-

1196. num 1196. quo fratri ſucceſſit in Epiſcopatu.

HOLLANDE. 12. *Florentius de Hollandia* Florentij 3. Hollandiæ & Zelandiæ Comitis ex Adâ Comitiſſâ Huntingtoniæ filius, poſt patruum Eccleſiæ Præpoſitus.

13. *Ludouicus* ſubſcribit diplomati Hugonis Leodienſis Epiſcopi, Henrici Ducis Lemburgenſis, Philippi Marchionis Namurcenſis, Ottonis Comitis Gelriæ, Adolphi Comitis de Monte & Wilelmi patrui Comitis Flandriæ, de compoſitione factâ inter Ludouicum Comitem de Los eorum cognatum, & Ottonem de Gelriâ Epiſcopum Traiectenſem anno 1204. cùm multis aliis. 1204.

LIPPA. 14. *Otto de Lippa* Bernardi Comij ex Sophiâ Arenſbergicâ filius ante annum 1205. deinde Epiſcopus Traiectenſis an. 1205.

OLDENBVRCH, 1225. 15. *Willebrandus de Oldenburch* Præpoſitus ante annum 1225. poſteà Epiſcopus 1225.

16. *Theodoricus* cùm Remboldo Decano maiore membranam Ottonis de Liſpâ Epiſcopi Traiectenſis obſignauit an. 1228. 1228.

17. *Gobertus* cùm Henrico Epiſcopo conceſſit facultatem fratribus Theutonicis ædificandi intra ciuitatem Traiectenſem, vt videre eſt ex «
ſequenti ſchedâ. HENRICVS Dei «
gratiâ Traiectenſis Eccleſiæ Epiſco- «
pus & G. maior eiuſdem Eccleſiæ «
Præpoſitus omnibus præſentia vi- «
ſuris ſalutem in Domino. Nouerint «
vniuerſi, quòd nos Præceptori & «
fratribus domus Theutonicæ S. Ma- «
riæ Traiect. liberam conceſſimus fa- «
cultatem ædificandi intra muros Tra- «
iectenſes iuxta Eccleſiam S. Nico- «
lai, ipſámque Eccleſiam cùm ſuis «
prouentibus in ſubſidium Terræ San- «
ctæ integraliter contulimus, eiſdem «
iure perpetuo poſſidendam, & per «
ipſorum fratres ſacerdotes deſer- «
uiendam, de quâ ſingulis annis VI. «
libr. Traiectenſi Præpoſito maioris «
Eccleſiæ, qui pro tempore fuerit. «
in perpetuum, exhibebunt, ſaluis «
iuribus Synodalibus quæ conſueue- «
runt eidem Præpoſito de ipſâ Ec- «
cleſiâ exhiberi. Et ne quis hanc no- «
ſtram liberam donationem occaſio- «
ne quacunque valeat infringere, «
prædictis Præceptori & fratribus præ- «
ſentem paginam ſigillorum noſtro- «
rum munimine dedimus roboratam. «
Actum anno Dom. MCCL. in cra- « 1250.
ſtino B. Andreæ Apoſtoli. «

VVALDECK. 18. *Adolphus de Waldeck* ex Præpoſito Traiectenſi 1280. & 1301. ad Eccleſiam Leodienſem per Bonifacium 8. Summum Pontificem regendam nominatur vt videre eſt in Chron. Marckano Leuoldi à Northorf.

HOORN. 19. *Wilhelmus* ex Comitibus *de Hoorn* 1304. occiſus pugnans pro partibus Guidonis Epiſcopi Traiectenſis iunctus Comiti Hollandiæ contra Flandriæ Comitem.

BRONCKHORST. 20. *Ioannes de Bronchorſt*, ex ſchedâ illius colligitur Præpoſitos Traiectenſes ſupremâ iuriſdictione, conceſſione Capituli, & iure gladij vti,
» quod ex ſequentibus patet. VNIVERSIS
» &c. Ioannes de Bronckhorſt D.
» gratiâ Præpoſitus, Decanus & Ca-
» pitulum Traiect. Notum facimus,
» quòd nos propter communem ſen-
» tentiam ſæpius coram vniuerſali Ec-
» cleſiâ Traiectenſ. coram vaſallis &
» miniſterialibus ipſius Eccleſiæ Tra-
» iectinæ, Domino noſtro Epiſcopo
» hanc ſententiam petente, publicè
» promulgatam dedimus; videlicet,
» quòd nulla perſona Eccleſiaſtica vel
» ſæcularis inter Nodam & Bodegra-
» uen, intra fines temporalis territorij
» Epiſcopatus Traiectenſ. habet iuriſ-
» dictionem temporalem altam, quæ
» hooch-gericht vulgariter nuncupa-
» tur, niſi tantum Dominus noſter E-
» piſcopus Traiectenſ. niſi forſan ali-
» qua perſona Eccleſiaſtica vel ſæcu-
» laris, poſſet hoc per patentes lit-
» teras vel priuilegia edocere. Et quia
» Eccleſia noſtra non habuit, nec habet
» in præſentiarum aliquas literas vel
» priuilegia ſuper altâ iuriſdictione
» Domini de Haeſtrecht, provt nos
» Decanus, & Capitulum tempore
» quondam Domini Philippi de Al-
» meloe Præpoſiti Eccleſiæ noſtræ B.
» Mariæ coram vniuerſali Eccleſiâ con-
» feſſi fuimus, recognoſcimus, quòd
» ad prædictum Dominum noſtrum
» Epiſcopum in dominio, & terrâ de
» Haeſtrecht ad Præpoſituram Ec-
» cleſiæ noſtræ ſpectantem, alta iu-
» riſdictio & ius aggerandi, quod vul-
» gariter dicitur Schouwe, tanquam
» ad ſuperiorem dominum dignoſcitur
» pertinere. In cuius rei teſtimonium
nos Præpoſitus ſigillum noſtrum,
& nos Decanus & Capitulum prædicti, ſigillum noſtrum Eccleſiæ noſtræ præſentibus literis duximus ap-
1315. ponenda. Datum anno Domini 1315. feriâ v. poſt Mar. Magdalen.

21. *Florentius* ex nobili Iutfaciorum familiâ ortus, cuius & in ſummo templo ſepulchrum hodie extat. Is multùm fauit electioni Iacobi Ouſt-hoern Epiſcopi Traiectenſis, quod indignè ferens Wilhelmus Hollandiæ Comes præclaram eius domum in Doornc, arcem amœniſſimam comburi iuſſit anno 1322. 1322.

VTERLOE. 22. *Zuederus Vterloe* ex Tranſiſelanis oriundus poſteà Martiniani Templi & Collegij Præpoſitus, ſummoperè ad Præſulatum Traiectenſe aſpirauit: eum cùm quinque aliis adminiſtrationi Epiſcopatus præfecit Ioannes de Arkel, cùm in Gallias ſeſe receperat. huius Epitaphium extat in æde ſummâ his verbis ſarcophago inſculptum. *Obiit venerabilis Dominus Præpoſitus Traiectenſis & Archidiac.* SVEDERVS VTERLOE *anno* 1378. *April.* 22. *hic ſepultus.* 1378.

CVLENBOVRG. 23. *Zuederus de Culenbourg* ex Præpoſito maiore fit Epiſcopus Traiectenſis an. 1423.

HELMSTAT. 24. *Rabanus de Helmſtat* Epiſcopus Spirenſis electus etiam Traiect. quam Eccleſiam pro Præpoſiturâ permutauit cùm Zuuedero de Culenbourg an. 1424. 1424.

BREDERODE. 25. *Gisbertus Brederodius* Præpoſitus, dein Epiſcopus Traiect. 1451. Epiſcopatu ſe abdicat in fauorem Dauidis Burgundi 1457. & Præpoſituram iterum recipit: poſteà menſe Iunio 1470. cùm parentibus à 1470. Dauide per quadriennium detinetur, & non relaxatur, niſi abdicatâ priùs Præpoſiturâ, & renunciatione penſionis quam ex Epiſcopatu percipiebat, concedens Bredam oppidum, ibidem diem vltimum clauſit ſolo Protonotarij Apoſtolici titulo contentus, condignas exoluens pœnas, quòd Eccleſiam ſuam inconſultis collegiis, inſciis optimatibus ac ciuibus dereliquiſſet, ſibi conſulens, nec aliquo habito reſpectu prouinciæ; & Epiſcopis ſequentibus totam authoritatem nullâ habitâ ratione Magiſtratus, inuadendi locum dediſſet.

26. *Philibertus Naturel* Abbas Athanatenſis 1506. Cancellarius Ordinis Velleris Aurei.

DECANI ALIQVOT ECCLESIÆ TRAIECTENSIS.

IGBOLDVS conſcripſit cartam Baldrici Epiſcopi Traiectenſis 8. Kalend.
943. Iulij 943.

Theodoricus Decanus maior nominatur, vt ex ſequenti diplomate
1116. conſtat: HENRICVS diuinâ fauen-
» te clementiâ Roman. Imper. ſem-
» per Auguſtus, & Rex Siciliæ, fide-
» libus ſuis, Præpoſito, Decano, to- B
» tique Capitulo S. Martini, maioris
» Eccleſiæ Traiectenſis gratiam ſuam,
» & omne bonum. Quum antiquiſſi-
» mis retrò temporibus Romanorum
» Reges, & Imperatores anteceſſores
» noſtri, veſtram ſint experti deuo-
» tionem, eò quòd communi electio-
» ne & canonicâ Regem Roman. ſeu
» Imperatorem pro tempore exiſten-
» tem, & eorum ſucceſſores, in Ca-
» nonicum Eccleſiæ veſtræ, & fra-
» trem elegiſtis, faciendo præbendam
» ipſius debit. Offic. per duos ſacer-
» dotes à Rege, vel Imperatore in-
» ſtituendos, qui pro Regibus & Impe- C
» ratoribus, ac tranquillitate pacis &
» Regni Dominum inceſſanter exora-
» rent, proinde noſtra Imper. Excel-
» lent. ad noſtram Eccleſiam prote-
» ctione tenebimur ſpeciali: verùm
» quia Excellentiæ innotuit, quòd
» mortuis ſacerdotibus prædictis, Re-
» gibúſque & Imper. interdum in remo-
» tis agentibus, neglectum eſt huiuſ-
» modi in veſtrâ Eccleſiâ inſtituere
» ſacerdotes: Et cum de his quæ ad
» Deum ſunt, maior à nobis diligen-
» tia requiritur; nolentes per huiuſ-
» modi negligentiam Eccleſiam no- D
» ſtram debitis in hac parte priuare
» obſequiis, Regiâ auctoritate ſtatui-
» mus, vt ſtipendium præbendæ no-
» bis aſſignatæ per manus Theodori-
» ci Decani ipſius maioris Eccleſiæ,
» eiúſque ſucceſſoribus in perpetuum
» duobus ſacerdotibus conferatur, qui
» illud deſeruire, & vt præmittitur,
» pro noſtrâ ſalute & Imperij tran-

A quillitate idonei exiſtant Dominum «
exorare. Et vt hæc rata maneant, & «
inconuulſa perpetuò teneantur, ſi- «
gilli noſtri impreſſione hanc cartam «
iuſſimus inſigniri. Datum anno Re- «
gni noſtri XI. Indictione VI. menſis «
Maij die XVI. in Chriſti nomine, «
Amen. «

Lutbertus diploma ſubſcripſit donationis Andreæ Epiſcopi Traiectenſis de bonis in Boſinchem, quæ ad vſum Collegij S. Ioannis Bapt. anno 1130. 1130.

Arnoldus ante annum 1178. Godefridi de Rhenen Epiſcopi Traiectini cartam conſcripſit. 1178.

Remboldus cùm Theodorico maiore Præpoſito, Ottonis Epiſcopi diploma cùm multis aliis ſubſignauit an. 1218.

Iacobus Ouſt-Horm ex ſummo Decano maioris Eccleſiæ Traiectenſis Epiſcopus eligitur à pauciori parte Capituli an. 1322. non conſecratur neque poſſeſſionem adipiſcitur. 1322.

Lubbertus Bolli Florentij de Weuelichouen Epiſcopi Traiectenſ. ſubſcripſit ſchedam tranſlationis iuriſdictionis & decimarum in Herbertscoop Decano & Capitulo Collegij Martiniani an. 1386. 19. Ianuarij. 1386.

Ioannes Proiſius Bernardi filius, ex Mabeliâ de Grœneworde, electus à Diepholdio Epiſcopo an. 1438 eâ dignitate priuatur 1449. & poſt mortem eiuſdem Epiſcopi priſtinam dignitatem recuperauit, poſteáque iterum eo munere à Dauide Epiſcopo interdicitur circa annum 1470. 1438.

Ludolfus ex Veniis Campenſibus ortus obiit 1508.

Iacobus Apelternus 1524. 1524.

Ioannes à Bruheſen ex Decano Epiſcopus obiit an. 1600.

FINIS PRIMI TOMI.

INDEX
NOMINVM
ARCHIEPISCOPORVM
QVI IN TOMO I. GALLIÆ CHRISTIANÆ CONTINENTVR.

Ordine Alphabetico diſpoſitus.

A

SANCTVS Abel Remenſis pag. 480.
Acius Burdegalenſis 202.
Actardus Turonenſis 746.
Adacius Bituricenſis 157.
Adalardus Treuir. 748.
Adalbero d'Ardenne Rem. 498.
Adalbero de Luxembourg Treuir. 722.
Adalbero Treuiren. 727.
Adaldus Senonenſis 624.
Adelardus Rotomag. 568.
Adelboldus Vltraiect. 824.
Adeluinus Colon. 257.
Adalbertus Mogunt. 333.
Adelbaldus Mogunt. 346.
Adelbertus Mogunt. 346.
Adelardus Mogunt. 346.
Ado Bituricenſis 149.
Ado Lugdunenſis 299.
S. Ado Viennenſis 797.
Adolfus de Altenâ Colon. 264.
Adolfus de la Marck Colon. 266.
Adolfus de Schavvembourg Colon. 267.
Adolfus de Naſſau 1. & 2. Mog. 358.
Aduentus Pariſienſis 403.
Adulfus Pariſienſis 406.
Ægidius Aiſcelin Narbon. 386. Rotom. 592.
Ægidius de Rome Bituric. 179.
Ægidius Bellemere Auenion. 84.
Ægidius Remenſis 478.
Ælbricus Vltraiect. 824.
Æneas Pariſienſis 408.
S. Æonius Arelat. 39.
S. Ætherius Ebredun. 274.
Ætherius Ebredun. 274
Ætherius Lugdun. 297.
Ætherius Vienn. 296.
Agilbertus Pariſ. 406.
Agilmarus Vienn. 797.
S. Agilulfus Colon. 257.
Agiulfus Bitur. 150.
Agius Narbon. 372.
Agobardus Lugdun. 302.
Agogenus Bitur. 149.
S. Agricolus Auenion. 75.
Agricus Turon. 741.
S. Agroecius Treuir. 715.
Alanus de Coetiuy Auenion. 84.
Alardus 1. & 2. Cameracẽ. 239.
Albericus Bituric. 166.
Albericus Camer. 234.
Albericus Pariſ. 414.
Albericus de Humbert Remenſis 522.
Albericus Vltraiect. 820.
Albertus Auenion. 76.
Albertus de Bellieure Lugdun. 335.
Albertus de Saxe Mogunt. 359.
Albertus de Brandebourg Card. Mog. 359.
S. Albinus Ebredun. 274.
S. Albinus Lugdun. 293.
S. Alcimus Auidus Vienn. 793.
Aldebertus Burdegal. 201.
S. Aldebertus Camer. 233.
Aldricus Senonenſ. 610.
Alduinus Auenion. 75.
Alealmus Boiſtel Turon. 782.
Alecius Auſcen. 98.
Alexander Canigiani Aquenſ. 25.
Alexander Farneſe Card. Auenion. 86. 87.
Legatus 91.
Alexander Farneſe Cardin. Oſtienſis, Turonenſ. 785.
Alexander Viennenſ. 798.
Alexander de S. Seuerin Vienn. 810.

Alfonſus-Ludouicus du Pleſſis-de Richelieu Card. Aquenſis 25. Lugd. 537
Alfouſus Aueninn. 73
S. Alfonſus Ebredun. 274
Alfricus Vltraieƈt. 820
Alnyſius d'Eſt Card. Auſcen. 115
Alucco Tarantaſieuſis 664
Aluuala Lugdun. 304
Amalarius Fortunatus Treuir. 720
Amalrieus Aquenſ. 4
Amalricus Turon. 744
S. Amandus Burdegal. 197. 198
Amaneus Auſcieuſ. 109
Amaneus d'Armaguae Auſc. 110
Amaneuus de Caſis Burdegal. 221
Amaueuus de la Mothe Burdeg. 221
Amantius Remenſis 475
Amarus Burdegal. 208
S. Amatus Senonenſ. 617
Amblardus Lugduu. 304
Ambroſius Senonenſ. 615
Amedeus de Tiemelay Biſont. 527
Amedeus Lugdun. 316
Amedeus de Talaru Card. Lugdun. 329
Amelius Auſc. 98
Amelius Burdegal. 198
Amelius Pariſienſ. 404
Amelius Toloſ. 682
Amelius de Maillé Turun. 782
Amizo Tarantaſ. 6.4
Anaſtaſius Seuon. 615
Auaſtaſius Germouius Taraut. 670
S. Anaſtaſius Treuir. 715
Andoinus Alberti Pariſ. 453
Audreas de Languiſſel Auen. 80
Andreas de Furman Birur. 585
Andreas Fremyot Birur. 589
Andreas d'Eſpinay Card. Burdegal. 224
Andreas de Luxembourg Camerac. 243
Andreas d'Eſpinay Card. Burdegal. Lugdunenſis 332
Andreas Tarant. 663
Audreas Treuir. 715
Andru Burdegal. 205
Anetius Auſcienſis. 99
Anfridus de Luuuain Vltraieƈt. 825
Anfrunius Auſcienſ. 97
Angelus Cato Vienn. 809
Anglebertus Remenſ. 479
Anglicus Grimuard Aueniun. 82
Aunas de Leuis Biturie. 192
S. Annemuudus Lugdun. 299
Anuibal de Bozzutu Card. Auen. 87
Anun Arelat. 46
Auno Colnnienſis 257
Anno Narbuueuſis 373
S. Annu Culou. 262
Annueo Tarant. 664
S. Anſbertus Rotomag. 563
Auſcherieus Patiſ. 411
Auſcherieus Lugdun. 304
Anſegiſus Senon. 622
Auſelmus-Caſimirus Vuambolt de Vmbſtar Mogunt. 301
Anſterius Lugdun. 304
S. Antiochus Lugdun. 295
Antonius Filholi Aquenſis 21
Antonius d'Albon Arelat. 68. Lugd. 334
Antonius Aueuion. 74
Antouius Flures Aueniun. 85
Antonius Auſcienſ. 99
Antonius de Vergy Biſont. 133
Antonius Perrenottus Card. Granuellanus Biſont. 134. Machl. 341
Antonius Bohier Card. Bitur. 186
Antonius Vialatt Biiur. 187
Antonius Preooſt de Sanſac Burdeg. 216
Antonius de Schauuembourg Colou. 298
Antonius de Leuis Ebredun. 284
Antonius Creſpin Narb. 389. Pariſ. 458
Antonius du Prat Card. Senon. 649
Antonius de Chalant Card. Tarant. 667
Autonius Sanguin Gardin. de Meudun Toloſ. 702
Antonius de Poiſſiaco Vienu. 808
Antonius de Clarumunte Vienn. 810
Apedinius Pariſ. 403
Aper Remenſ. 475
S. Apullinaris Bitur. 147
Apruneulus Auſc. 97
S. Apruneulus Trenir. 717
Aquenſes Præpoſiti 26
S. Aquilinus Colon. 256
S. Arcadius Bitur. 145
Archembaldus de Sully Turon. 755
Archembaldus de Troyes Senun. 624
Archimbaldus Burdegal. 203
Arelatenſes Præp. 71
Ardinanus Auſc. 99
Argebadus Narbon. 356
Aribertus Ebred. 274
Aribertus Narbou. 371
Aribo Mogunt. 352
Aridius Lugdun. 298
Armandus de Bareeſiu Aqueuſ. 57
Armannus Toloſ. 676
Armeutarius Ebred. 271
Armentarius Senuu. 617
Armentarius Auſcieuſ. 98
Arnaldus Bernardus de Pireto Aquenſ. 18
Arnaldus de Falruerin Arelat. 61
Arnaldus de Via Aueniou. 81
Arnaldus Aubert Auſc. 111
Arnaldus Guiraldus Burdeg. 209
Arualdus de Canrolupo Card. Burdeg. 219
Arualdus de Cantolupo Burdeg. 220
Arualdus Ebred. 274
Arnaldus Selehofen Mogunt. 355
Arnaldus de Leueze Narbou. 376
Arnaldus Amalric Card. Narb. 378
Arnaldus-Rogerius de Cominges Toloſ. 691
Arnaudus Aquenſ. 17
Aruuldus Colon. 263
Arnoldus de Veda Colon. 263
Arnoldus Tuluſ. 678
Arnoldus Treuirenſ. 728
Arnoldus d'Iſembourg Treuir. 728
Aruulphus Remenſ. 499
Arnulphus Senou. 618
Arnulphus Turon. 758
Arnuſtus Narbon. 371
Arruſo Toloſ. 675
Arraudus Arelar. 63
Artbertus Senon. 638
Artemius Ebred. 271
S. Artemius Senon. 616
Artus de Montauban Burdeg. 255
Aſcelinus de Truncinifiulla Pariſ. 414

Aſnarius Auſc. 99
S. Aſpaſius Eluſanus 97
Aſter Auſcienſ. 99
Aſtorgius Amaricus Vienn. 809
Atalocus Narbon. 365
Attebatenſes iuncti cum Camerac. 232
Atto de Beziets Arelat. 51
Attus Toloſ. 678
Atulphus Mogunt. 349
S. Aubertus Camer. 233
Aubertus Turon. 742
Aubertus ſeu Ymbertus Tarant. 663
Audatus Senon. 615
Audebertus de Monte-Maurelionis Bituri-ricenſis 163
Audericus Auſc. 98
Audobertus Pariſ. 406
S. Audoenus Rotom. 562
Auenionenſes 73 85. Præpoſiti 90. Legati 90. Proleg. 92
Auctor Treuir. 715. & 717
Auitianus Rotom. 539
S. Auitus Mogunt. 346
Auitus Bitur. 143
S. Aunobertus Senon. 618
Auolus Aquenſis 3
S. Aurelianus Arelat. 41
Aurelianus Lugdun. 304
S. Aureus Mogunt. 346
Auſterius Lugdun. 304
S. Auſtindus Auſc. 99
Auſcienſes 94. Ep. 97.
Aurippertus Senon. 618
S. Auſpicius Treuir. 715.
Auſtrebertus Vienn. 797
S. Auſtregiſilus Bitur. 147
Authertus Camer. 235
Autgarius Mogunt. 349
Auxanius Arelat. 40
Aycardus de Marſeille Arelat. 49
Aymarus, ſeu Ademarus Robert Cardinalis Senon. 645
Aymarus de Roſſillon Lugdun. 329
Aymarus Ebred. 278
Aymericus Guenent Rotom. 593
Aymericus de Maignac Card. Pariſ. 455
Aymericus Narbon. 373
Aymericus de Ripis Lugdun. 323
Aymo Nicolai Aquenſ. 19
Aymo de Villiers-Sexel Biſont. 831
Aymo de Bourbon Bitur. 162
Aymo de Brianſone Tarant. 665
Aymo Tarant. 666
Aynardus Vienn. 802
Ayrardus Auſc. 99
Azelinus Pariſ. 419

B

Baldricus de Cleues Vltraiect. 822
Baldeuinus de Hollande Vltraiect. 823
Badus à Pingonio Tarant. 666
Bardo de Oppershouen Mogunt. 353
Bartholomæus Narbon. 369
Bartholomæus de Cainone Turon. 738
Bartholomæus de Vendoſme Turon. 770
Baltazar de Iarente Ebred. 284
Baſilius Aquenſis 2
S. Baſinus Treuir. 719
Barnabas Remenſ. 476
Baruc Remenſis 476
Barucius Remenſis 478
Baudomerus Tarant. 663
Baudinus Turon. 738
B. Roſtagnus de Capra Arelat. 60
Beatus-Ludouicus Aleman Arelat. 63
S. Benedictus Ebredun. 275
Benedictus Auenion. 76
Benedictus Auenion. 79
Benedictus Auenion. 80
Benedictus-Theophilus de Cheurõ Tar. 670
Berarius Narbon. 369
Beraldus de Gont Card. Lugdun. 325
Berengarius Guilhot Auſc. 112
Berengarius Camerac. 235
Berengarius de Narbonne Narbon. 377
Berengarius Narbon. 378
Bermundus Cornut Aquenſis 13
S. Bernardus Viennenſ. 797
Bernardus Arelat. 51
Bernardus de Languiſſel Arelat. 60
Bernardus Auenion. 79
Bernardus Auenion. 79
Bernardus Pinelli Auen. 89. Prolegat. 94
Bernardus Auſcienſ. 99
Bernardus Auſcienſ. 104
Bernardus Auſcienſis 107
Bernardus de Caſis Burdegal. 221
Bernardus Chabert Ebred. 278
Bernardus Gaucelin Narbon. 377
Bernardus de Fargis Narbon. 387
Bernardus de Fargiis Rotomag. 592
Bernardus Senon. 619
Bernardus Ebred. 281
Bernardus Lugdun. 304
Bernardus Tarant. 666
Bernardus Toloſ. 676
Bernardus Bonushomo Toloſ. 684
Bernardus du Roſier Toloſ. 700
Bernardus Vienn. 808
Bernecharius Pariſ. 406
Bernoinus Viennenſ. 798
Bernulphus Vltraiect. 816
Bertecrannus Burdegal. 200
S. Berthoaldus Camerac. 233
Bertholinus Colon. 218
Bertmundus Ebredun. 274
Bertoldus de Henneberg Mogunt. 359
Bertolenus Bitur. 149
Bertrandus Aquenſis 10
Bertrandus de S. Martin Arelat. 59. & 60
Bertrandus Maleferratus Arelat. 60
Bertrandus Amalricus Arelat. 60
Bertrandus Aymini Auenion. 80
Bertrandus de Chanac Card. Bitur. 182
Bertrandus Burdegal. 214
Bertrandus de Gout Burdegal. 218
Bertrandus de D'Eux Card. Ebred. 280
Bertrandus Ebred. 281
Bertrandus Narbon. 376
Bertrandus Tarant. 665
Bertrandus Tarant. 666
Bertrandus Toloſ. 685
Bertrandus de l'Iſle-Iourdain Toloſ. 688
Bertrandus d'Eſchaux Turon. 787
Bertrandus de Capella Vienn. 807
Bertrandus Vienn.
Bertrannus Ebredun. 279
Bertulfus Treuir. 721
Bertus Turon. 742

Betericus Vienn. 797.
Biſonticenſes 118.
Bituricenſes 140. Decan. 193.
Blaſius de Greſle Burdegal. 223.
Blidramnus Vienn. 796.
Bobolinus Vienn. 796. & 797.
Bocaldus Colon. 257.
Boemundus Vanſberch Treuir. 729.
Boemundus de Sarbruck Treuir. 729.
Bouchardus de Ayo Turon. 776.
S. Bonifacius Mogunt. 347.
S. Bonifacius Vltraiect. 818.
Bonimundus Tarant. 663.
Bonoſus Treuir. 716.
Boſo Ebredun. 275.
Boſo Tarant. 664.
Briandus de l'Agnien Vienn. 807.
S. Briccius Turon. 735.
Bricto Treuir. 716.
Bruno Colon. 260.
Bruno de Altena Colon. 262. 264.
Bruno de Sena Colon. 264.
Bruno de Bitheim Treuir. 726.
Bruno Vienn. 804.
B. Buchardus Vienn. 798.
Buchardus Camer. 237.
Buchardus de Bourgongne Lugdun. 304.
Burdegalenſes 194. Decani 230.

C

Sanctus Cæſarius Arelat. 39.
S. Cæſar Argelli Auenion. 89.
Caldeoldus Vienn. 796.
Cameracenſes & Attrebatt. 212. Camer. 230. Arch. 246 Præp 251. Decani 253.
Camillus de Neufuille Lugdun. 338.
Candericus Lugdun. 299.
Capratius Narbonenſis 365.
Cariſigilus Turon. 741.
Carolus de Neufchaſtel Biſontic. 133.
Carolus de Gramont Burdegal. 225.
Carolus d'Alençon Lugdun. 329.
Carolus de Bourbon Card. Lugd. 330.
Carolus Miron. Lugdun. 337.
Carolus-Emanuel de Gorreuod Biſontic. & Decanus 140.
Carolus de Aquitaniâ Mogunt. 350.
Carolus-Dominicus de Caretto Card. Remenſis 542. Turon. 784.
Carolus de Lorraine Card. Remenſis 543.
Carolus Card. de Bourbon Rotom. 603.
Carolus de Bourbon Cardin. de Vendoſme Rotom. 605.
Carolus de Bourbon Rotom. 606.
Carolus de Monchal Toloſ. 706.
Carolus Gaſparus de Leyen Treuir. 732.
Carolus de Maillac, Vienn. 810.
Caſſianus Treuir. 715.
Catulinus Ebredunenſis 272.
Charentinus Colon. 256.
Chriſtianus de Buche Mogunt. 356.
Chriſtophorus de Brillac Aqu. 20. Tur. 784.
Chriſtophorus de la Bouere Cardin. Tarantaſiæ 668.
S. Celſus Mogunt. 346.
S. Celſus Treuirenſ. 715.
S. Cerannios Pariſ. 405.
B. Ceratius Eluſan. 96.
Chrodobertus Pariſ. 406.
Chrotbertus Turon. 741.
Citarius Anſe. 97.
Clarentius Vienn. 796.
Clarus Eluſani 96.
Claudius de la Baume Card. Biſont. 134.
Claudius d'Agey Biſont. 137.
Claudius d'Arces Ebred. 284.
Claudius de Bellieure Lugdun. 335.
Claudius de Rebè Narbon. 393.
Claudius de Chaſteauuieux Tarant. 669.
Claudius Vienn. 792.
Clemens Treuir. 715.
Clemens 6. Pont. Auen. 82.
Clemens 5. Pont. M. Burdeg. 218.
S. Concordius Arelat. 33.
Comus Auſcienſ. 98.
Colonienſes 250. Dec 253. Præp. 251.
Conradus de Hochſtrate Colon. 265.
Conradus de VVitelsbach Card. Mog. 355.
Conradus de Veinſberg Mogunt. 358.
Conradus Reingraue Mogunt. 358.
Conradus Vltraiect. 828.
Conſtantinus Arelat. 33.
Conſtantinus Pariſ. 414.
Conſtitutus Senon. 626.
Corrinus Ploſaſchi Tarant. 669.
S. Creſcens Moguntin. 346.
S. Creſcens Viennenſ. 792.
S. Creſcentius Mogunt. 346.
Creſcentius Rotomag. 519.
S. Cunibertus Colon. 257.
Cuno de Falkenſtein Colon. 266.
Cuno, ſeu Conradus Treuir. 729.
Cuno de Falkenſtein Treuir. 729.
Cyprianus Burdegal. 199.
S. Cyriacus Mogunt. 346.
S. Cyrillus Treuir. 717.

D

Dagbertus Bituric. 160.
Daimbertus Senon. 629.
Dalmatius Narbon. 374.
Daniel Brendel de Hombourg Mog. 360.
Daniel Narbon. 367.
Daniel Tarantaſienſ. 664.
S. Dauid Bituric. 149.
Dauid de Monferrand Burdegal. 222.
Dauid de Bourgongne Vltraiect.
S. Delphinus Burdegal. 196.
S. Delphinus Lugdun. 298.
Deodatus Bitur. 149.
Deodatus Vienn. 796.
Deodefridus Pariſ. 407.
S. Deſideratus Bituric. 145.
S. Deſiderius Vienn. 796.
Deſiderius Eluſan. 97.
Dietherus de Iſenberg Mogunt. 358.
Dietherus de Naſſau Treuir. 729.
Dido Turon. 742.
Dinifius Turon. 737.
S. Diogenes Camer. 232.
S. Dionyſius Pariſ. 400.
S. Dionyſius Vienn. 791.
Dionyſius Simon de Marquemont Cardin. Lugdun. 336.
Dionyſius Mogunt. 346.
Dionyſius du Moulin Pariſ. 459. Toloſ. 700.

Dodilo Camer. 234
S Dominicus Camerac. 332
Dominicus Grimaldi Auenion. 88. Prolegat. 93
Dominicus Marini Auenion. 89
Dominicus de Vic Auſcien. 117
Dominicus de la Rouere Cardinalis Tarantaſiæ. 668
Dominicus de Florence Toloſ. 699
Domitianus Colon. 256
S Donatianus Remenſ. 476
S Donatus Auenion. 74
Drocoaldus Auſc. 98
Drugo Lugdunenſ. 318
Durannus Toloſ. 678
Domnolus Auenion. 74
S. Domnolus Viennæ 796
Dominus Viennæ 795

E

Ebarcius Turon. 742
Ebalus de Roucy Rem. 502
S Ebbo Senon. 618
Ebo Remenſ. 482
Ebrardus Biſont. 119
Ebredunenſes Archiepiſcopi 270
Ebregiſilus Colon. 257
Ebroinus Biturie. 150
Eberhardus Treuer. 723
S. Ebertus Treuer. 712
Eduardus de Sauoye Tarant. 666
Egilboldus Vltraiect. 811
Egilo Senon. 621
Edebertus Auenion. 76
Elifandus Arelat. 43
Eliſeus Auſcienſ. 99
Elizacar Toloſ. 676
Eliziardus Pariſ. 414
S. Elpidius Lugdun. 293
Eluſani Archiep. 95
Emeritus Ebredun. 274
Emnerius Tarantaſ. 663
Emmo Senon. 617
Emmo Tarant. 664
Engelbaudus Turon. 769
Engelbertus de Altena Colon. 264
Engelbertus de Valckenberg Colon. 265
Engelbertus de la Marck Colon. 266
Engelbertus Treuir. 724
Engelramus de Crequy Camer. 241
Eodebertus Tarant. 663
Eoldus Vienn. 796
Erchanradus Pariſ. 407
S. Erembertus Toloſ. 675
Erkembaldus Mogunt. 352.353
Ermaldus Ebredun. 274
Ermenbertus Bitur. 149
Ermengaudus de Narbonne Narbon. 374
Ermino Tarant. 663
Erluinus Camer. 235
Ernaldus Auſc. 99
Erneſtus de Bauière Colon. 269
Euantius Vienn. 795
S. Eucharius Treuir. 715
S. Eucherius Lugdun. 293.296
Euergerus Colon. 261
S. Euergiſtus Colon. 256.
S. Euſtonius Turon. 738
Eulodius Bitur. 144
Euodus Rotom. 560
Euphratas Colon. 256
Euſebius Biſont. 118
Euſebius Pariſ. 404.405
Euſebius Rotomag. 559
Euſebius Turon. 743
Euſtachius de Leuis Arelat. 66
Euſtachius Bitur. 147
Euſtachius de Bellay Pariſ. 462
Euſtochius Turon. 735
Eutropius Moguntin. 346
Euutardus Senon. 624
S. Exuperius Toloſan. 673

F

Fabius Auſcienſ. 98
Fabricius Treuir. 715
Falco Lugdun. 315
Faramundus Colon. 257
Faramundus Pariſ. 404
Fauſtinus Lugdun. 292
Fauſtus Auſcienſ. 98
Fayditus d'Aigrefeuille Card. Auen. 83
Fredericus de S. Seuerin Card. Vienn. 810
Fædolus Pariſ. 407
Fælicianus Capitonus Auenion. 87
S. Fœliciſſimus Arelat. 32
Fœlix Arelat. 43
Fœlix Biturie. 146
Fœlix Narbon. 366
Fœlix Pariſ. 403
Fœlix Treuir. 715.716
Ferdinandus de Rye Biſont. 136
Ferdinandus de Bauiere Colon. 269
Ferricus Caſſinel Rem. 533
Fibicius Treuir. 717
Flauianus Pariſ. 403
Flauius Rotom. 560
Flauius Rem. 478
Florentius Vienn. 792
Florentius Treuir. 715
Folmarus Colon. 261
Francilio Turon. 737
Franciſcus de Brillac Aquenſ. 21
Franciſcus de Conzié Arelat. 62. Legatus Auenion. 90
Franciſcus Adhemar de Monteil de Grignan Arelat. 70
Franciſcus-Maria Tauruſius Cardin. Auenion. 88
Franciſcus-Guillelmus de Clermont Auſcienſ. 114. Legat. Auenion. 91
Franciſcus-Stephanus Dulci Auenion. 89. Prolegat. 93
Franciſcus de Sauoye Auſcienſ. 113
Franciſcus de Tournon Card. Auſcienſ. 114. Ebredun. 284. Bitur. 186. Lugdun. 332
Franciſcus de Condelmeriis Card. de Venetia Biſontie. 132
Franciſcus de Buſleyden Biſont. 137
Franciſcus de Rye Biſont. 136
Franciſcus de Bueil Biturie. 186
Franciſcus Burdegal. 221
Franciſcus Hugocionio Card. Burdeg. 221
Franciſcus de Mauny Burdegal. 226
Franciſcus d'Eſcoubleau Card. de Sourdis Burdegal. 227

Franciſcus Buiſſerer Camerac. 547. Dec. 254
Franciſcus Vanderburch Camerac. 247
Franciſcus de Rohan Lugdun. 311
Franciſcus de Conzié Arelat. 61. Narb. 388
Franciſcus Hallé Narbon. 389
Franciſcus Guillelmus de Clermont Narbon. 390
Franciſcus Piſani Card. Narbon. 391
Franciſcus Card. de Ioyeuſe Narb. 392. Toloſan. 705. Rotomag. 606
Franciſcus Poncher Pariſienſis 460
Franciſcus de Harlay Rotom. 609
Franciſcus de Harlay Chamualon Rot. 610
Franciſcus de Conzié Toloſ. 698
Franciſcus Caſſardi Turon. 786
Franciſcus de la Gueſle Turon. 786
Franco Aquenſ. 3
Franco Pariſienſis. 420
Franco Rotum. 569
Fredoldus Narbon. 369
Fridericus de Carinthie Colon. 262
Fridericus de Alteon Colon. 263
Fridericus de Saeruerden Colon. 266
Fridericus de Weda Colon. 268
Fridericus Mogont. 351
Fridericus de S. Seuerin Vienn. 809. 810
Frontu Aquenſ. 5
Frutarius Bitur. 114
Frotarius Bordegal. 201
Froterius Turon. 753
Fulcaudus de Rochechouart Bitur. 181
Fulcharius Auenion. 75. 76
B. Fulco Remenſ. 489
Fulco Pariſ. 424
Fulco de Chanac Pariſ. 453
Fulco Toloſan. 686
Fulcradus Lugdun. 299
Fulcrandus Toloſ. 685
Fulradus Pariſ. 415

G

Gabriel de Gramunt Burdegal. 215. Toloſan. 702
Gabriel de S. Marie, aliàs Guillelmus Gifford Remenſ. 548
Gaillardus Arelat. 61
Gaillardus de Preſſac Cardin. Toloſ. 692
Galious Auſc. 99
S. Gallicanus Ebreduo. 272. 273
S. Gallicious Burdegal. 198
Galo Pariſ. 415
Galterus Camerac. 237
Galterus Cornut Pariſ. 443
Galterus de Chaſteau-Thierry Pariſ. 445
Galterus Corou Senon. 637
Garcias Auſcienſ. 99
Garcias de Lorr Auſcienſ. 108
Garinus de Girardo Bitur. 172
Garinus Pariſ. 414
Gaſpard Nemius Camer. 250
Gauceranus Lugdun. 313
Gaudefridus Burdegal. 202
Gaufredus Auenion. 77
Gaufredus de Oratorio Burdegal. 210
Gaufredus de Vayrolis Toloſ. 696
Gaufridus Biſont. 128
Gaufridus Burdegal. 201
Gaufridus Vaſſali Lugdun. 330
Gaufridus Rotomag. 577
Gaufridus du Lude Turon. 773
Gaufridus Turon. 775
Gaufridus de la Haye Turon. 777
S. Gaugerius Camer. 233
S. Gaugerius Treuirenſ. 719
Gauienus Turon. 745
Gauſtinus Biturić. 161
Gauzlenus Pariſ. 410
Gebhardus Truchſes Colun. 268
Gebuinus Lugdun. 307
Gelduinus Senon. 627
S. Geneſius Lugdun. 299
Georgius Oliuarius de Pennart Aquenſis 20
Georgius d'Armagnac Card. Auen. 87
Georgius d'Amboiſe Cardin. Rotom. 601. & 603.
Georgius d'Ambuſſon Ebred. 285
Georgius Fridericus Greiffenklau Mogunt. 361. Præp. 362
Georgius d'Auboiſe Narbon. 389
Georgius d'Armagnac Card. Toluſan. 703. Turon. 784
Georgius Vienn. 796
Gerardus de Rougemuor Biſont. 128
Gerardus de Florenne Camer. & Attreb. 236
Gerardus Camer. 236
Gerardus de Dainuille Camer. 243
Gerardus Comes Silueſter Reneoſis Mogunt. 356
Gerardus de Epeſtein Mogunt. 357
Gerardus de Montagu Par. 456
Gerardus Goballe Pariſ. 459
Gerardus de Cruſſol Turon. 783
Gerbertus Remenſis 500
Geraldus, ſeu Guiraudus de Poſilhacu Aquenſis 18
Geraldus de la Barte Auſcienſ. 107. Tol. 684
Geraldus de Malemort Bitur. 215
Gerlacus de Naſſau Mogunt. 357
Gerlannus Senun. 624
Gericus Senon 618
Germanus Rotom. 559
S. Germanus Pariſ. 404
S. Germerius Toloſ. 674
Gero Colon. 261
Geroldus Mogunt. 347
Gerontius Bitur. 157
Geruaſius de Chaſteau-du-Loir Rem. 505
Geruaſius de Rerel Remi. 511
Geruilio Mogunt. 347
Gibelinus Arelat. 50
S. Gilbertus Burdegal. 196
Gilbertus Genebrard Aquenſ. 23
S. Gildardus Remenſis 519
Gilo Cornu, Senon. 638. 642
Ginaldus Turon. 741
Girardus d'Athies Biſont. 131
Girardus de Cros Bitur. 175
Girbertus Pariſ. 429
Giſlebertus Pariſ. 417
Giſlebertus Turon. 765
Giſo Colon. 357
Godefridus de Fontaines Camer. 240
Godefridus de Luttich Treu. 726
Godeſcalcus Senon. 619
Godinus Lugdun. 299
Gofridus Camer. 234
Gofridus de Bulogne Pariſ. 422

Gofridus Vaſſal Vienn. 808
Goſcelinus de Partenay Burdegal. 205
Goſtelinus Toloſ. 685
Gontherius de Baignaux Senon. 645
S. Gothardus Mogunt. 346
S. Gratianus Turon. 732
Gratius Arelat. 32
S. Gregorius Turon. 709
Grimerius Aquenſ. 55
Grimo Rotom. 566
Grippo Rotom. 564
Gualterius Camer. 237
Gualterius Pariſ. 413
Guarmundus Vienuenſ. 799
Goaſbertus de Valle Arelat. 61. Narbon. 388
Guichardus Lugdun. 319
Guiardus, aliàs Guido de Lauduno Cameracenſis 241
Guido Hurault Aquenſ. 25
Guido de Bouchage Auen. 84
Guido Spieſame Auenion. 84
Guido de Roſſillon Aueoion. 84
Guido de Sully Bitur. 178
Guido de Collemedio Cames. 241
Guido d'Auuergne Camer. 245
Guido de Ventadour Cames. 242
Guido Lugdun. 304
Guido de la Tour Lugd. 322
Guido d'Auuergne Card. Lugd. 327
Guido Groſſus, alias Fulcodij Cardinalis Narbon. 185
Goido de Poiſſiaco Vienn. 809
Guido de Chaſtillon Remenſ. 503
Guido Paré Card. Remenſ. 559
Guido de Roye Rem. 533. Senon. 645. Tuson. 782
Guido de Noyers Senon. 634
Guido de Bourgougne Vienn. 799
Guido d'Auuergne Vienn. 805
Guiffredus de Cerdaigne Narbon. 374
S. Guillelmus Bitusic. 573
Guillelmus Amici Aquenſ. 18
Guillelmus Fillaſtre Card. Aquenſ. 19
Guillelmus Arelat. 35
Guillelmus de la Garde Arelat. 62
Guillelmus de Montilus Auen. 78
Guillelmus-Bernardus de Montaut Auſcienſ. 503
Guillelmus d'Andozile Auſc. 105
Guillelmus de Flauacourt Auſc. 110
Guillelmus de la Tour Biſont. 29
Guillelmus de Vergy Biſont. 535
Guillelmus de Broſſe Bitur. 187
Guillelmus de Boiſraries Bitor. 585
Guillelmus de Cambray Bitor. 185
Guillelmus le Templier Busdegal. 214
Guillelmus de Gebennis Busdeg. 215
Guillelmus Burd. 257. 221. 222
Guillelmus de Haynaut Camer. 241
Guillelmus d'Auxone Camer. 242
Guillelmus de Croy Cardin. Toletanus Camerac. 245
Guillelmus de Berghes Cames. 247
Guillelmus de Laudun Vienn. 695. 807 & 808.
Guillelmus de Genep Colon. x66
Guillelmus Ebredun. 275. 276. 279
Guillelmus de Campoſauso Ebred. 276
Guillelmus de Beneuent Ebred. 277
Guillelmus de Maudagot Ebre. 280. Tol. 712
Guillelmus de Bardis Ebred. 281
Guillelmus d'Auanſon Card. Ebsed. 284
Guillelmus d'Hugues Ebred. 285
Guillelmus de Sure Logdun. 327
Guillelmus de Turey Lugdun. 328
Guillelmus Cardin. Briçonoer Narbon. 390. Remenſis 542
Guillelmus de Broa Narbon. 384
Guillelmus de Monſorr Pariſ. 423
Guillelmus de Seillenay Pariſ. 443
Guillelmus Aruernus Pariſ. 444
Guillelmus de Flauacour Rotum. 550. 594
Guillelmus de Durefort Rotom. 592
Guillelmus de Vienne Rotom. 596
Guillelmus d'Eſtoureuille Cardin. Rotom. 600
Guillelmus Senon. 624
Guillelmus de Broſſe Senon. 639
Guillelmus de Melun Senon. 643. 644.
Guillelmus de Dormans Senon. 646
Guillelmus Vienn. 802
Guillelmus de Valence Vienn. 806
Guillelmus Bauffeti Pariſ. 415
Guillelmus de Chanac 452
Guillelmus Chartier Pariſ. 458
Guillelmus Viole Pariſ. 462
Guillelmus de Champagne Cardin. Remenſ. 517. Senon. 634
Guillelmus de Ioinuille Rem. 523
Guillelmus de Trie Rem. 530
Guillelmus Rotom. 576
Guillelmus Dux Saxoniæ Mogunt. 352
Guillelmus Alanus Machlin. 342
Guillelmus d'Auzonne Camer. 242
Guiteruinarius Ebredun. 275
Guiramannus Ebredun. 275
Gumbaldus Gaſconiæ Dux Burdeg. 201
S. Gumbertus Senon. 619
Gundegiſilus Burdeg. 200
Guotbaldus Rotom. 567
Guoratius Colon. 258
Guntarius Turon. 738
Goorardus Rotom. 569
Guntrannus Turon. 742

H

HAdabaldus Colon. 258
S. Hadulphus Camer. 223
Haliuardus Lugdun. 206
Halirgarius Camer. 234
Hardouinus Burdegal. 213.
Harduinus Turon. 753
Harmackarus Vltraiect. 820
Hatto Mogunt. 351
Hatto Bunoſus Mogunt. 352
Heedicus Vienn. 796
Hector de Bourbon Toloſ. 705
S. Helias Lugdun. 292
Helias de Malemort Burdegal. 214
Helias Burdeg. 221
Helias de Bordeille Card. Turon. 783
Henricus Cornu Senon. 638
Henricus Treuir. 721
Henricus de Feneſtrange Treuir. 729
Henricus Aquenſ. 25
Henricus de Sully Bitur. 172
Henricus d'Auaugour Bitur. 183

Henricus de Hebennis Burdeg. 517
Henricus Burdegal. 221
Henricus d'Eſcoubleau Burdeg. 228
Henricus de Berhune Burdeg. 229
Henricus de Berghes Camer. 244
Henricus de Molenarcx Colon. 264
Henricus de Wirneuberg Colon. 265
Henricus de Bartholomæis de Suſe Card. Ebredun. 2-9
Henricus de Villars Lugdun. 3253 8
Henricus Mogunt. 355
Henricus Knoderer Mogunt. 357
Henricus de Vitneberg Mognnt. 357
Henricus de Gondy Card. de Rais Pariſ. 464
Henricus de France Remenſ. 517
Henricus de Dreux Remenſ. 524
Henricus de Lorraine Remenſ. 549
Henricus de Sauoye Remenſ. 500
Henricus Sanglier Senon. 630
Heraclianus Toloſ. 674
S. Heraclius Tarant. 663
Heraclius Senon. 615
Heraclitus Pariſ. 405
Heraclius de Montboiſſier Lugdun 317
Herardus Turon. 744
S Heribertus Colon. 261
S. Herigerius Mogunt. 346
Herigerus Mogunt. 351
Herimannus Colon. 259.261 262
Heriueus Remenſ. 490
Herbernus Turon. 749
Herluinus Tarant. 665
Herlingus Turon. 743
Hermannus de Heſſe Colon. 267
Hermannus de Meurs Colon. 267
Hermes Narbon. 365
Herminardus Bitur. 549
Herto Treuir. 720
Hidulfus Rotomag. 561
Hieremias Senon. 619
Hieronymus de Villars Vienn. 815
Hieronymus de Valpergue Tarant. 669
S. Hilarius Arelat. 35
S. Hilarius Mogont. 346
S. Hilarius Narbon. 365
S. Hilarios Toloſan. 673
Hilarius Biſont. 518
Hildebertus Camer. & Attreb. 233
Hildebertus Mogunt. 351
Hildebertus de Lauardin Turon. 766
Hildeboldus Colon. 258
Hildegarius Colon. 258
Hildegarius Senon. 618
Hildemannus Senon. 614
S. Hildolfus Treuir. 719
Hildolfus Colon. 262
Hildolfus Treuir. 717
Hildoardus Camer. 234
Hilduinus Auen. 75
Hillinus Treuir. 728
Hincmarus Remenſ. 486
Hippolytus d'Eſt Card. Ferrarienſis Arelat. 68. Auſcienſ. 115 Lugdun. 332.334.
Hippolytus de Medicis Card. Auenion. 86
Hippolytos Card. d'Eſt Narbon. 390.391
S. Honoratus Arelat. 34
S. Honoratus Bitur. 145
S. Honoratus Toloſan. 673
Honoratus du Laurens Ebredun. 285
Horarius Montane Arelat. 69
Honulfus Senon. 618
S. Hugo Pariſ. 406
S. Hugo Rurom. 564
Hugo Aquenſ. 55
Hugo Beroardi Arelat. 57
Hugo de Pardaillan Auſcienſ. 109
Hugo de Chalon Biſont. 130
Hugo Bitur. 539
Hugo Camer. 239
Hugo de Sponheim Colon. 263
Hugo Ebred. 275
Hugo Lugdun. 309
Hugo de Taſaru Lugdun. 331
Hugo de Beſauçon Pariſ. 452
Hugo de Vermandois Remenſ. 492
Hugo d'Arcy Remenſ. 530
Hugo Rorom. 569
Hugo d'Orges Rorom. 598
Hugo de Toucy Senon. 631
Hugo Toloſ. 677. 685
Hugo Maſcaron Toloſ. 689
Hugo de Chaſteaudun Turon. 715
Hugo de Stampis Turon. 757
Hugo Vienn. 801
Humbaldus Lugdun. 314
Humbertus Auenion. 75
Humbertus de Montchenu Vienn. 808
Humbertus Ebredun. 279
Humbertus Lugdun. 206
Humbertus de Baugé Lugdun. 316
Humbertus de Vergy, ſeu Enzelinus Pariſienſis 420
Humbertus Dauphin Rem. 530
Humbertus de Chiuerono Tarant. 666
Humbertus Vienn. 801,802
Hunaldus Camer. 233
Hungerus Vltraiect. 825

I

SAnctus Iacobus Ebredun. 270
S Iacobus Tarant. 663
Iacobus du Broullart Arelat. 67
Iacobus de Oſſa Papa Ioan. 21. Auenion. 80. & 81.
Iacobus de Via Card. Auenion. 81
Iacobus le Roy Bitur. 186
Iacobus de Croy Camer. 244
Iacobus Seuene Ebred. 279
Iacobus Gelu Ebred. 282
Iacobus Bronhem Machlin. 343
Iacobus de Liebeſteni Mogunt. 359
Iacobus Narbon. 385
Iacobus du Chaſtelier Pariſ. 454
Iacobus Iuuenal des Vrſins Remenſ. 539
Iacobus de Salino Tarant. 666
Iacobus de Sirck Treuir. 710
Iacobus de Bade Treuir. 710
Iacobus de Eltz Treuir. 731
Iacobus Gelu Turon. 782
Iacobus Dauy Cardin. du Perron Archid. Senon. 651
Iammerus Treuir. 757
Ignatius Mogunt. 346
Ilbo Turon. 742
Ilduinus Lugdun. 300
Importunus Pariſ. 406
Ingelrannus Aquenſ. 5

Ingeltannus Camer. 235
Ingeluinus Pariſ. 410
Ingenuos Ebred. 272
Iniurioſus Turon. 737
Innocentius Auen. 82
Innocentius Rotomag. 559
Ioannes Aquenſ. 4
Ioannes Piſcis Aquenſ. 18
Ioannes d'Agoult Aquenſ. 18
Ioannes de S. Chamond Aqu. 21
Ioannes Ferrier Arelat. 67
Ioannes Iaubert Arel. 70
Ioannes Auenion. 75
Ioannes de Coiotdano Auenion. 81
Ioannes 22. Pont. Max Auen. 80
Ioannes-Franciſcus Bordini Auenion. 88. Prolegat. 93
Ioannes Auſcienſ. 99
Ioannes Roger Auſcienſ. 111
Ioannes Flandrini Auſcen. 112
Ioannes d'Armagnac Card. Auſcienſ. 112
Ioannes de Vienne Biſont. 130
Ioannes 2. Camer. 239
Ioannes de Betune Camer. 239
Ioannes Serclaes Camer. 243
Ioannes de Gaure Camer. 244
Ioannes de Bourgongne Camer. 244
Ioannes Sarrazin Camer. 246
Ioannes Richardot Came. 247
Ioannes 1. & 2. Arelat. 43
Ioannes Bauſſanus Arelat. 57
Ioannes 4 Arelat. 61
Ioannes de Rocheehouart Arelat. 62
Ioannes de Brognier ſeu de Embroniaco Card. Arelat. 63
Ioannes de Beaonau Arelat. 64
Ioannes d'Armagnac Leſcun Auſcienſ. 113
Ioannes Card. de la Tremoille Auſcen. 113
Ioannes de Villa-Abbatis Biſont. 128
Ioannes de Fraociogiâ Biſont. 128
Ioannes de la Rochetaillee Card. Rotomag. Biſont. 132
Ioannes de Norry Biſont. 133
Ioannes de Sully Bitur. 177. Dec. 193
Ioannes de Rocheehouart Bitor. 182
Ioannes Cœur Bitur. 182
Ioannes de Montferrand Burdegal. 222
Ioannes de Fuix Burdeg. 225
Ioannes Card. du Bellay Burdeg. 226
Ioannes Camer. 254
Ioannes de Virnemburch Colon. 266
Ioannes Gebhardus de Mansfeld Col. 268
Ioannes de Vaſconiâ Ebred. 280
Ioannes Gerard Ebred. 282
Ioannes de Montemagno Ebred. 282
Ioannes Baile Ebred. 282
Ioannes 1. & 3. Lugduo. 313. 325
Ioannes de Belleſmains Lugdun. 320. Narbon. 377
Ioannes de Talaru Cardinalis Lugdunenſis Decan. 3 9
Ioannes Card. de Lotraine Lugdun. [illegible]
Ioannes Hauchin Machlin. 342
Ioannes de Luxembourg Mogunt. 358
Ioannes de Naſſau Mogunt. 3·8
Ioannes Adamus de Biken Mogunt. 361
Ioannes Schuuicard Mogunt. 361
Ioannes Philippus de Schomborn Mogun. 361
Ioannes de Nanto Vienn. 808
Ioannes de Norry Vienn. 808
Ioannes de Montagu Senon. 646
Ioannes de Nanton Senon. 647
Ioannes Bertrand Card. Senon. 651
Ioannes Dauy du Perron Senon. 656
Ioannes Roger Narbon. 388
Ioannes de Harcourt Narbon. 388
Ioannes de Lorraine Card. Narb. 391
Ioannes de Meulant Pariſ. 455
Ioannes Courtecuiſſe Pariſ. 457
Ioannes de la Rochetaillée Card. Pariſ. 457 Biſont. 132 Rotomag. 598
Ioannes de Nant Pariſ. 457
Ioannes Simon Pariſ. 459
Ioannes Card. du Bellay Pariſ. 460
Ioannes Franciſcus de Gondy Pariſ. 466
Ioannes de Courtenay Remenſ. 529
Ioannes de Vienne Rem. 530
Ioannes Iuuenal des Vrſins Remenſ. 539
Ioannes Rotomag. 568
Ioannes de Bayeux Rotomag. 574
Ioannes de Marigny Rotomag. 593
Ioannes Tarant. 663 665
Ioannes Bertrandus Tarant. 665
Ioannes de Roraris Tarant. 666
Ioannes de Bertrandis Tarant. 667
Ioannes Ludouicus de Sauoye Tarantaſienſis 668
Ioannes de Compeſio Tarant. 669
Ioannes Philippus de Grolée Tarant. 669
Ioannes Franciſcus-Paulus de Gondy Card. de Rais Pariſ. 467
Ioannes Raymundi de Cominges Cardin. Toloſanus 693
Ioannes de Cardaillac Toloſ. 697
Ioannes d'Orleans Cardin. de Longueuille Toloſan. 701
Ioannes 1. Treuir. 728
Ioannes de Metzenhauſen Treuir. 731
Ioannes Ludouicus ab Hagen Treuir. 731
Ioannes d'Iſenbourg Treuir. 731
Ioannes de Petra Treuir. 731
Ioannes de Schouemberg Treuir. 731
Ioannes de la Broſſe Vienn. 811
Ioannes de Faye Turon. 773. Dec. 789
Ioannes de Burnino Vienn. 804
Ioannes de Montſoreau Turon. 776
Ioannes Bertrand Turon. 783
Ioannes Gerard Vienn. 808
Ioannes de Caſtro Vienn. 808
Ioſephus Auenion. 75
Ioſephus de Bergaigne Camer. 249
Ioſephus Parpalie Tarant. 669
Ioſephus Turon. 743. 713
S Irenæus Lugdun. 291
Iſaac Lugdun. 299
Iſicius Turon. 769
Iſſo Toloſan. 677
S Iſmidius Ebred. 275
Iſmido Ebred. 2-5
Iſnardus Toloſ. 678
Iſſolus Toloſ 678
Iſrael Aquenſ. 4
Iſrael Tarant. 664
Iteriüs Arelat. 46
Inbetauſius Remenſ. 475
Iuhellus de Mayenne Remenſis 528. Turonenſis 774

Iulianus de Medicis Aquenſ. 22
Iulianus Auenion. 74
Iulianus de la Rouere Cardinalis Auenionenſis 85
Iulianus Vienn. 795
Iulius Cardin. de Medicis Ebredunenſ. 287. Narbon. 391
Iulius Lugdun. 292
Iſicius Vienn. 795
Iuſtus Biſont. 518
S Iuſtus Auenion.74.Vienn. 792
Iuſtinus Auſcienſ. 98
S. Iuſtus Lugdun. 292

L

LAban Eluſan. 97
Laidradus Lugdun. 300
S. Lambertus Lugdun. 299
Landalenus Vienn. 796
Landebertus Senon: 618
S. Landericus Pariſ. 406
Lando Remenſ. 479
Landoarius Bitur. 149
Landraunus Turon. 743 744
Lanfridus Mogunt. 346
Laugerius Auenion. 77
Lanno Bitur. 519
Lancelmus Ebred. 575
Larinus Turon. 741
Laurentius Cardinalis Strozzi Aq[illegible]enſis 22
Lazarus Aquenſ. 2
Lebuinus Lugdun. 299
Leguntius Treuir. 717
S. Leo Bitur. 143
S. Leo Rutomag. 569
S. Leo Senon. 616
Leo Turon. 737
Leobaldus Turon. 741
Leodegarius Auen. 77
Leodegarius Bitur. 164
Leodegarius Vienn. 799
Leodrandus Tarant. 663
Leonardus de Trappes Auſc. 116
Leonorius d'Eſtampes Remenſ. 549
Leontius Arelat. 38
Leontius Eluſan. 96
Leontius Burdegal. 198. 199
Leontius Lugdun. 296
Leopoldus Mogunt. 353
S. Leotadius Auſcienſ. 98
Leotbericus Senon. 626
Leothericus Bitur. 543
Leudebertus Pariſ. 405
Leudegiſilus Remenſ. 479
Leuinus Torrentius Machlin. 342
Leuniſius Mogunt. 347
Leuparius Turon. 748
S. Liberalis Ebredun. 275
Licerius Arelat. 42
Licinius Turon. 737
S. Lidorius Turon. 734
Liciardus Camer. 238
S. Licibertus Camer. 236
Lious Biſont. 118
Lotharius de Metternich Treu. 731
S. Lucius Moguntin. 346
Ludgerus Vltraiect. 820
S. Ludouicus de Sicile cognom[illegible] ſeille Toloſ. 689
Ludouicus Thezart Remenſ. 530
Ludouicus de Lorraine Card. Guiſius, Remenſ. 546. 548. Senon. 652
Ludouicus de Harcourt Rotom. 597
Ludouicus Card. de Luxembourg Rot. 599
Ludouicus Breiel Aquenſis 25
Ludouicus de Melun Senon. 647
Ludouicus Henricus de Gondrin Sen. 638
Ludouicus de la Palu Tarant. 667
Ludouicus de Nogaret Card. de la Val[illegible]tte Toloſ. 705
Ludouicus Card. de Bourbon Senon. 650
Ludouicus de Monbeliard Biſont. 531
Ludouicus de Berlaymont Camer. 246
Ludouicus de Laual Ebred. 284
Ludouicus de Villars Lugdun. 326
Ludouicus de Harcourt Narbon. 389
Ludouicus de Veruins Narbon. 392
Ludouicus de Beaumont Pariſ. 439
Lugdunenſes Archiep. 286. Decani 339
Lugius Mogunt. 346
Luidulphus Treu. 722
Luitbertus Mogunt. 351
S. Luituuinus Treuir. 719
S. Lullus Mogunt. 348
Lunanus Senon. 615
S. Luperculus Eluſ. 96
S Lupicinus Lugdun. 295
Lupicinus Vienn. 792
Lupoaldus Mogunt. 347
Lupoldus Mogunt. 346
S. Lupus Lugdun. 296
S Lupus Senon. 617.619
Lupus Auſc. 99
Luſus Tarant. 664

M

MAcarius Aquenſ. 3
Machlinienſes Archiep. 341
Madalbertus Lugd. 297. Bituric. 15
Magenardus Rotom. 567
S. Magnericus Treuir. 717
Magno Senon. 619
Magnus Tarant. 663
Magnulfus Toloſan. 674
S. Magnus Auenion. 75
Mainardus Senon. 6[illegible]
Malgerius de Normandie Rotom. 5[illegible]2
Mallo Pariſ. 403
Malſonus Rotom. 559
Mamertinus Eluſ. 9[illegible]
S. Mamertus Vienn. 702
Manaſſes Camer. 237
Manaſſes Remenſ. 507.510
Manaſſes Arelat. 45
Manſuetus Treuir. [illegible]15
Mautio Toloſ. 6[illegible]6
Mappinius Remenſ. 478
S. Marcellinus Ebred. 270
Marcellinus Rotom. 559
S. Marcellus Pariſ. 4[illegible]3
S Marcellus Treuir. 715
S. Marcellus Bituric. 143
Marcellus Auſcien. [illegible]8
Marcianus Arelat. [illegible]
Marcus Pariſ. 4[illegible]

Marcus de Condelmeriis Tarant. 667
Marcus Treu. 715.717
Marcus de Condelmeriis Auenion. 84
Marianus Mogunt. 346
S. Marinus Mogunt. 346
S. Marinus Vienn. 792
S. Marinus Arelat. 32
Marius Philonardus Auenion. 89
Marcellus Turon. 775
Martianus Tarant. 663
S. Martinus Lugd. 293
S. Martinus Mogunt. 346
S. Martinus Treuir. 713
S. Martinus Turon. 734
Martinus Mogunt. 346
Martinus Treuir. 715
Martinus de Beaune Turon. 784
Martinus Arelat. 33
Maſſus Pariſ. 403
Maternianus Remenſ. 476
Maternus Treuir. 715
Maternus Colon. 256
Matfridus Aquen. 4
Mathias Houius Machl. 334
Mathias de Buſſeck Mogunt. 357
Maurilius Rotom. 574
Mauritius Narbon. 386
Mauritius de Sully pariſ. 436
Mauritius Rotom. 585
Mauritius Treuir. 715
Maximilianus de Berghes Camer. 246
Maximianus Treuir. 717
Maximilianus Henricus de Bauiere Colonienſis 269
S. Maximinus Aquenſ. 2
S. Maximinus Treuir. 715
Maximinus Treuir. 715
Maximus Aquenſ. 3
Maximinus Auſcienſ. 118
S. Maximus Auenion. 75
Maximus Auenion. 74
Maximus Lugdun. 192
Maximus Toloſ. 674
Mederius Senon. 618
Meginherus Treuir. 726
Meingaudus Mogunt. 352
Megingaudus Treuir. 723
Melanius Rotom. 361
Melchior Ebredun. 279
S. Mellonus Rotom. 559
Mennas Toloſ. 675
Merſeidus pariſ. 407
Meculfus Senon. 619
Metianus Auenion. 74
Metropolus Treuir. 715
Michael Mazarini Aquenſ. 26
Michael de Moreſio Arelat. 55
Michael de Bucy Bitur. 183
Michael Stephani Ebred. 282
Michael de Corbeil Senon. 635
Migetius Narbon. 365
Mileius Treuir. 715
Milo Treuir. 719
Mineruius Auſc. 98
Modegiſilus Turon. 775
Modeſtus Treuir. 717
S. Modoaldus Treuir. 717
Moguntinenſes Archiepiſc. 344.347. Epiſc. 346. præpoſ. 361. Decani 362.
Moyſes Treuir. 715

N

NAmatius Vienn. 795
Narbonenſes Archiep. 363. M. Archidiac. 394
S. Nauitus Treu. 715
S. Nazarius Arelat. 43
Nectarius Vienn. 792
Nibridius Narbon. 369
S. Nicaſius Remenſ. 476
S. Nicaſius Rotom. 558
Nicetas Vienn. 792
S. Nicetius Treuir. 717
Nicetius Auſcienſ. 98
Nicetius Lugdun. 296
Nicetius Mogunt. 296
Nicolaus Cybo Arelat. 67
Nicolaus de Corbeia Auenion. 79
Nicolaus de Flauigny Auſcienſ. 128
Nicolaus de Chieures Camer. 238
Nicolaus de Fontaines Camer. 241
Nicolaus de Fieſque Cardinalis Genuenſis, Ebredun. 283
Nicolaus de Rieux Camer. 239
Nicolaus Roger Rotomag. 593
Nicolaus de Pelleué Card. Rem. 547. Sen. 652
Nimbriſius Narbon. 367
S. Niuardus Remenſ. 479
Notho Arelat. 44
S. Numerianus Treuir. 719

O

OCtauius de Bellegarde Senon. 657
Odalricus Rem. 497
Odilbaldus Vltraiect. 825
Odilus Auſcienſ. 99
Odetus de Coligny Card. Toloſ. 702
Odo Auſcienſ. 99
Odo de Rougemont Auſcienſ. 129
Odo de Sully Pariſ. 437
Odo Clement Rotomag. 586
Odo Rigaudi Rotom. 587
Odolricus Aquenſ. 4
Odolricus Lugdun. 305
Oliuarius de Craon Turon. 776
Ommatius Turonenſ. 737
Orientalis Burdegal. 196
S. Orientius Auſcienſ. 97
Orlandus de Caretto Auenion. 85
Oſtaldus Turon. 742
Otto Auſcienſ. 99
Otto de Zigenheim Treu. 730
Ottramnus Vienn. 798

P

SAnctus Palladius Bituric. 143
Pancratius Biſont. 118
Pandulphus Tarant. 664
Pantagatius Vienn. 795
Papolenus Turon. 741
Paracodas Vienn. 792
Pariſienſes Epiſc. & Arch. 395
Paſcaſius Tarant. 663
Paſcaſius Vienn. 792
Paſtor d'Aubenas Card. Ebred. 281

Paternus Eloſanus 96
S Patiens Lugdun. 294
Patricius Auſc. 98
S. Patroclus Arelat. 34
S. Paulinus Treuir. 716
Paulinus Auſc. 98
Paulinus Biſont. 318
S Paulus Narb. 365
S. Paulus Senon. 616
Paulus Hurault Aquenſ. 24
Paulus Gemminus Arelat. 43
Paulus Pariſ. 403
Paulus Rotom. 567
Paulus de Foix Toloſ. 704
Pauper Bituric. 143
S. Peladius Ebred. 273
Peladius Turon. 742
Pelagius Turon. 741
S. Perpetuus Turon. 736
Perpetuus Auſc. 98
S. Petrus Tarant. 664
Petrus Aquenſis 6.7.9
Petrus de Marſeille Aquenſ. 7
Petrus des Prez Card. Aquenſ. 16
Petrus Aureoli Aquenſ. 17
Petrus Filleul Aquenſ. 21
Petrus Aynard Arelat. 55
Petrus de Ferrieres Arelat. 61
Petrus de Cros Cardin. Arelat. 62. Bituric. 182
Petrus Cardin. de Foix Senior Arelat. 64. Burdegal. 222. Legat. Auenion. 91
Petrus Auenion. 76.78
Petrus Auenion. 78
Petrus Geraldi Auenion. 83
Petrus de la Baume Card. Biſont. 134
Petrus de la Chaſtre Bituric. 167
Petrus de Chaſteauroux Bituric. 176
Petrus d'Eſtaing Card. Bitur. 181
Petrus Aymeri u: Bitur. 183
Petrus Cadoet Bitur. 184
Petrus d'Hardiuiller Bitur. 192
Petrus de Roſeidaualle Burdegal. 216
Petrus Burdegal. 221
Petrus Camer. 338
Petrus d'Alſace Camer. 239
Petrus d'Ailly Card. Camar. 243
Petrus Ebredun. 275
Petrus Romanus Ebred. 277
Petrus Pictauinus Ebred. 277
Petrus de Sareenas Card. Ebred. 285
Petrus d'Abezac Narbon. 390
Petrus de Monte Narbon. 394
Petrus Lombard Pariſ. 435
Petrus de Nemours Pariſ. 441
Petrus de la Foreſt Card. Pariſ. 454. Rotomag. 594
Petrus d'Orgemont Pariſ. 456
Petrus Card. de Goody Pariſ. 462
Petrus Senon. 619
Petrus de Corbeil Senon. 639
Petrus de Charnay Senon. 642
Petrus Daniſy Senon. 642
Petrus Roger Papa Clemens 6. Senon. 643
Petrus de Taranraiſe Tarant. 666
Petrus Colomb Tarant. 666
Petrus de Sauoye Tarant. 668
Petrus Roger Toloſan. 668
Petrus de la Chapelle Card. Toloſ. 672
Petrus de S. Martial Toloſan. 698
Petrus du Moulin Toloſ. 700
Petrus Palmier Vienn. 810
Petrus de Corbeil Camer. 239
Petrus de Leuis Camer. 241
Petrus Andreas Camer. 242
Petrus Lugdun. 315
Petrus de Tarentaiſe Cardinalis Lugdunenſis 324
Petrus de Sauoye Lugdun. 326
Petrus d'Eſpinac Lugdun. 334
Petrus de Aichſpalt Mogunt. 357
Petrus Narbon. 377
Petrus Amelli Narbon. 383
Petrus de Montbrun Narbon. 386
Petrus de Iuge Narbon. 388
Petrus Barbet Remenſ. 527
Petrus Trouſſeau Remenſ. 536
Petrus de Laual Remenſ. 541
Petrus Rotomag. 559
Petrus de Colmieu Card. Rotom. 586
Petrus Roger Rotom. 592
Petrus le Iuge Rotomag. 595
Petrus du Lyon Toloſ. 701
Petrus de Marca Toloſ. 708
Petrus de Lamballe Turon. 775
Petrus Frerot Turon. 777
Petrus de Gratia Vienn. 808
Petrus de Villars Vienn. 812.813.815
Philippus Aquenſ. 14
Philippus Hebert Aquenſ. 20
Philippus Auenion. 83
Philippus Card. d'Alençon Auſc. 111. Rotomagenſis 595
Philippus de Leuis Card. Arelat. Arelat. 66. Auſcienſ. 113
Philippus Burdegal. 211
Philippus de Marigny Camer. 241. Senon. 645.
Philippus de Heinſberg Colon. 263
Philippus d'Vberſtein Colon. 267
Philippus de Sauoye Lugdun. 323
Philippus de Turey Lugdun. 329
Philippus de Lenoncourt Card. Remenſ. 546
Philippus du Bec Remenſ. 548
Philippus de Melun Senon. 644
Philippus Chriſtophorus de Soeteren Treuir. 731
Philippus Turon. 775
Philippus de Canda Turon. 776
Philippus Blanche Turon. 777
Philippus de Coetquis Turon. 732
Philippus Vienn. 795
Pientius Aquenſis 3
Piligrinus Colon. 261
Polemius Auſcienſ. 98
Pontius de Chaſteaurenard Aquenſ. 6
Pontius de Marignane Arelat. 47
Pontius Auenion. 78
Pontius Ebredun. 275
Pontius de Alſario Narbon. 377
Poppo Treuir. 723
Porcarius Auſcienſ. 98
Poſſeſſor Tarant. 663
S. Potentianus Senon. 615
S. Potinus Lugdun. 290
S. Prætextatus Rotomag. 560
Priscius Auſc. 98
Priſcus Lugdun. 297

Probatius pariſ. 404
Probinus Tarant. 663
Probianus Biturie. 146
Proculus Vienn. 797
Proculeianus Auſcienſ. 98
Proſper de S. Croix Arelat. 68
Protaſios Aqueoſis 3
Prudentius pariſ. 403

Q

QVintinus Menart Biſont. 133

R

RAbanus Magnentius Maurus Mogunt. 349
Rabanus de Helmſtad Treuir. 730
Radbodus Vltraiect. 821
Rado Ebredun. 275
Ratbertus Rotomag. 566
Radilandus Rotomag. 564
Radulfus de Pinis Lugdun. 313
Radulphus de Torote Lugd. 325
Radulphus Turon. 761
Radulphus Aurelianenſis Turon. 763
Radulfus Viridis Rem. 511
Radulphus de Zeringen Mogunt. 355
Radulphus Rooſſel Rotom. 599
Ragenelinus Turon. 748
Ragimbertus Turon. 742
Raginfredus Colonienſ. 218
Ragenutus Auenion. 75
Ragnecaptus pariſ. 407
Ragnoardus Rotomag. 567
Raiambaldus Arelat. 47
Raimundus Aquenſ. 13
Raymundus de Montrond Arelat. 52
Raymundus de Bolene Arelat. 54
Raymundus Auen. 78. 80
Raymundus Copa Auſcienſ. 99
Raymundus Auſc. 104
Raymundus de Maiolio Burdegal. 213
Raymundus Burdegal. 221
Raymundus Ebredun. 276
Raymundus Sedu Ebred. 277
Raymundus de Meullion Ebred. 279
Raymondus Robaudi Ebred. 280
Raymundus Saqueti Lugdun. 318
Raymundus Toloſ. 677.678.683
Raymundus de Rabaſtens Toloſ. 686
Raymundus de Falgatio Toloſ. 687
Raymundus de Canilhac Card. Toloſ. 696
Raimbertus Senon. 619
Ranulfus de Hombloneria pariſ. 449
Ratherius Mogunt. 346
Ratbaudus Treuir. 721
Raoennius Arelat. 36
Raynaldus de Daſſele Colon. 263
Raynaldus de Semur Lugdun. 314
Raynaldus de Foreſts Lugd. 321
Raynaldos de Boorbon Narbon. 389
Raynaldus de Vendoſme pariſ. 417
Raynaldus de Martigny Remenſ. 513
Raynaldus do Bellay Remenſ. 508
Reginaldus de la porte Card. Bitur. 180
Reginaldus de Beaune Bituricen. 187 Senoneſis 652
Reginaldus de Corbeil pariſ. 445
Reginaldus de Chartres Card. Remenſ. 538
Reginaldus de Montbaſon Turon. 777
Ragnemodus pariſ. 405
Reginfridus Rotom. 564
S. Regulus Arelat. 32
Remedius Bitur. 146
Remedius Colon. 257
Remenſes Archiep. 473
S. Remigius Lugdun. 303.304
S Remigius Remenſ. 476
S. Remigius Rotom. 567
Remigius Auen. 75
S. Reolus Remenſ. 480
Reuelios Auſcienſ. 99
Richardus de Carlat Narbon. 376
Richardus picque Remen. 530
Richardus Greiffenchlau Treuir. 730
Richardus Bitur. 159.163
Richbertus Mogunt. 347
Richbodus Treuir. 720
Richerius Senon. 617
Richerius Senon. 627
Ricbulſus Mogunt. 349
Rieolfus Colon. 258
Rieulſus Rotom. 568
S. Rigobertus Remenſ. 480
Rigobertus Turon. 741
Rigofredus Vienn. 798
Ritardus Mogunt. 346
Rixfridus Vltraiect. 810
Robertos Aquenſ. 4.16
Robertus Damiani Aquenſ. 19
Robertus de Lenoncourt Card. Arelat. 68. Toloſanus 703. Ebred. 284. Remenſ. 543 Turon. 784
Robertus de Vcetia Auen. 80
Robertus Camer. 239
Robertus de Geneue Camer. Card. & Antipapa Clemens 7. 242
Robertus de Croy Camer. 246
Robertus de Bauiere Colon. 267
Robertus d'Auuergne Lugdun. 321
Robertus de Courtenay Remenſ. 530
Robertus de Briçonnet Remenſ. 541
Robertus da Nurmandie Rotom. 570
Robertus Pullanus Rotom. 584
Robertus de Croiſmare Rotom. 601
Robertus Treuir. 721
Robertus Toron. 750
Robertus Vienn. 802
Rocbus Biturie. 149
Rodanios Toloſ. 673
Rodlandus Arelat. 44
Rodulfus de Ciſiaco Tarant. 666
Rodulphus Curſi Tarant. 665
S. Rodulphus Biturie. 151
Rogerus de Vuaurin Camer. 239
Rolandus Hebert Bitur. 190
S. Romanus Rotom. 561
Romanus Remenſ. 478
Romulfus Remenſ. 479
Roricios Bitur. 145
Roſinus de Salignac Burdegal. 218
Roſtagnus d'Hieres Aquenſ. 6.16
Roſtagnus Arelat. 44
Roſtagnus de Marſeille Auen. 76
Roſtagnus Auenion. 77
Roſtagnus d'Ancezune Ebred. 283
Roſtagnus Vienn. 798

Roſtagnus de Margaritis Auen. 78
Rotfredus Auenion. 75
Rorgerius Treuir. 721
S. Rorhadus Camer. 234
Rorhardus Camer. 235
Rotmagenſes Archiep. 554
Rortodus de Beaumont le Roger, aliàs de Waruic Rotom. 580
S. Rufus Auenion. 74
Rupertus Mogunt. 352
S. Ruſticus Lugdun. 295
S. Ruſticus Narbon. 365
S. Ruſticus Treuir. 717
Ruſticus Treuir. 715
Rutelmus Mogunt. 347
S. Rurbertus Mogunt. 346
S. Rutherus Mogunt. 346
Rutardus Mogunt. 353
Rutualdus Mogunt. 347

S

SAbandus Treuir. 119
S. Sacerdos Lugdun. 296
Saſtaracus Pariſ. 404
Salentinus d'Iſenbourg Colon. 268
Salonius Ebredun. 273
Saluius Auſc. 98
Salutaris Auenion. 74
Samſon Maunoïſin Remenſ. 515
Samuel Toloſan. 676
Sanctus Tarant. 663
Sapaudus Arelat. 45
S. Saturninus Toloſan. 672
Saturninus Aquenſ. 33
Saturninus Auenion. 74
S. Sauinianus Senon. 614
Sebaſtianus de Henſenſtain Moguntinenſis 360
Sebaſtianus Galligai Turon. 787
Sebo Turon. 798
Secundinus Lugdun. 298
Sedocus Toloſ. 675
S. Sedonius Aquenſ. 2
Segolenus Bitur. 149
Seguinus Auſc. 99
Seguinus d'Authon Turon. 777
Selua Narbon. 366
Senarot Lugdun. 293
Senatus Tarant. 663
Senecius Senon. 617
Senocus Eluſanus 97
Senonenſes Archiep. 613. Decani 659
Sergius Narbon. 365
Secuandus Eluſan. 96
S. Seuerus Treuir. 717
Seuerus Rotomag. 559
S. Seuerinus Colon. 256
S. Seuerinus Burdeg. 198
Seuerinus Treuir. 715.717.718
Seuerinus Senon. 615
Seninus Senon. 615
S. Senitianus Bitur. 143
Seulfus Remenſ. 492
Siagrius Bitur. 145
S. Sicarius Lugdun. 293
Sicharius Burdegal. 201
Sielinus Senon. 615
Sidonius Mogunt. 346
Sifridus de Vueſterburg Colon. [illegible]
Sigebodus Narbon.
Sigelaicus Turon. 741
Sigeuinus Colon. 261
Siginus Bitur. 149
Sigiſmundus de Eperſtein Mogunt. 356
Sigiſmondus Mogunt. 346
Sigobaudus Pariſ. 405
Sigofridus Pariſ. 406
Siguinus Burdegal. 201
Silueſter Aquenſ. 4
Silueſter Rotomag. 559
S. Siluinus Toloſ. 675
S. Siluius Toloſ. 673
Siluius de S. Croix Arelat. 69
Simon de Crainaud Auenion. 84. Remenſ. 536
Simon de Sully Bitur. 178
Simon de Beaulieu Card. Bitur. 178
Simon de Rochechouart Burdegal. 216
Simon Vigor Narbon. 3[illegible]2
Simon de Bucy Pariſ. 45[illegible]
Simon d'Archiac Vienn. 807
Simon Renulphi Turon. 777
Simon de Maillé Turon. 785
Simoneus Colon. 256
S. Simplicius Bitur. 142
Simplicius Pariſ. 405
Simplicius Senon. 613
Simplicius Turon. 792
Simplides Turon. 792
Sindulfus Turon. 796
S. Sinicius Remenſ. 475
S. Sixtus Remenſ. 475
Sonnarius Remenſ. 479
S. Sophronius Mogunt. 346
S. Stephanus Lugdun. 295
Stephanus Poncher Pariſ. 460. Senon. 649. Turon. 784
Stephanus de Paris Card. Pariſ. 455
Stephanus de Borreto Pariſ. 452
Stephanus Becardi Senon. 643
Stephanus Aldebrandi Toloſ. 696
Stephanus de Bourgneil Turon. 777
Stephanus Turon. 802
Stephanus de la Garde Arelat. 62
Stephanus Dulci Auenion. 89
Stephanus de Vienne Biſunt. 127
Stephanus Bitur. 150
Stephanus de la Chapelle Bitur. 171
Stephanus Colon. 257
Stephanus de Senlis Pariſ. 451
Stephanus Templier Pariſ. 448
Stephanus Narbon. 365
Stephanus Camerac. 235
Snedaſtus Camer. 232
S. Sulpitius Bitur. 145
Sulpitius Bitur. 146
Sunifredus Narbon. 367

T

TArentaſienſes Archiep. 665
Taurinus Eluſ. 96
Teddo Camer. 235
Tetradius Lugdun. 292
Tetradius Bitur. 245
Terolo Turon. 751
Tetricus Lugdun. 298

Teudgaudus Treuir. 720
Teutrannus Tarant. 664
Thecterus Bitur. 143
Theobaldus de Rougemont Biſont. 132
Theobaldus Pariſ. 434
Theobaldus Ambianenſis Remenſ. 585
Theobaldus de Rubeomonte Vienn. 808
S. Theodardus Narbon. 370
S. Theodericus Camer. 234
Theodericus de Monfaucon Biſont. 127
Theodericus de Heinſberg Colon. 264
Theodericus Lugdun. 298
Theodoricus de Mœurs Colon. 266
Theodoricus Schenck Mogunt. 358
Theodoricus Treuir. 722
Theodoricus de Vueda Treuir. 728
Theodorus Senon. 615
Theodorus & Proculus Turon. 741
Theodoſius Arelat. 42
Theodulphus Pariſ. 412
Theutbaldus Turon. 798
Thomas de Puppio Aquenſ. 18
Tithonius Auſcenſ. 98
Toloſani Epiſcopi 670. Archiep. 693. Præpoſ. 711
Thomas de Sur Tarant. 668
Tomæus Lugdun. 292
Tontonius Auſcenſ. 99
Treuuardus Camer. 234
Treuirenſes Archiep. 713
Triſtandus de Salazar Senon. 948
S. Trophimus Arelat. 31
Tilpinus Remenſ. 480
Turnaldus Pariſ. 406
Turonenſes Archiep. 732. Dec. 788
Turricus Tarant. 663

V

Valarius Turon. 742
Valchinus Ebredun. 274
Valens Auenion. 75
Valentinus Arelat. 33
Valentinus Treuir. 715
S. Valerius Treuir. 715
Valramus de Iuliers Colon. 266
Varinus Colon. 261
Vdo de Nellenbourg Treuir. 724
S Vedulphus Camer. 232
S. Veranus Lugdun. 294
S. Veredimius Auenion. 75
Veriſſimus Lugdun. 292
Vernerius Auenion 75
Vernerus de Koningſtein Treuir. 730
S. Verus Vienn. 792
Verus Lugdun. 292
Verus Turon. 736
Verus Turon. 792. 796
Veſpaſianus Gribaldus Vienn. 811
Viator Bitur. 143
Vihaldus Camer. 215
Vieboldus de Holte Colon. 265
Vicedominus de Vicedominis Cardinalis Aquenſis 14
Victor Bouthillier Turon. 787
Victorinus Pariſ. 403
S. Victricius Rotom. 559
Videnardus Senon. 663
Viennenſes Archiep. 789
Vigilius Auſc. 98
Vilbertus Mogunt. 347
Willegiſus Mogunt. 352
Willelmus de Geldria Vltraiect. 827
Vilicius Bitur. 143
Vimmannus Ebred. 275
S. Vindicianus Camer. 333
Vincentius de Pilents Turon. 775
S. Virgilius Arelat. 140
Vitalis Biſont. 130
S. Viuentiolus Lugdun. 295
S. Viuentius Remenſ. 476
Viuentius Lugdun. 298
Viuianus Pariſ. 403
Voctus Lugdun. 292
S. Voluſianus Turon. 736
Voluſianus Treuir. 717
Vrbanus de Cheuron Tarant. 968
Vriel de Gemmingen Mogunt. 359
Vrſicinus Pariſ. 403
Vrſinianus Auſc. 97
Vrſicinus Senon. 615
S. Vrſinus Bitur. 142
Vrſio Turon. 797
Vrſmarus Turon. 743
Valierius Senon. 624
Vualterus de Conſtantiis Remenſ. 580
Vuernerus de Falckenſtein Mogunt. 356. Præp. 362
Vuenilo Senon. 620
Vuenilo Rotomag. 568
Vuezelinus Mogunt. 353
Vuitefredus Colon. 260
Vuiemadus Treuir. 720
Vuillehaldus Senon. 619
Vuillebertus Rotom. 567
Willegiſelus Toloſ. 675
Vuilliberius Colon. 259
S. Vuilibrordus Vltraiect. 818
Vuilicarius Senon. 919
Vuilicarius Turon. 797
Vuiro Rotomag. 569
Vuizo Treuir. 720
Vulferius Turon. 797
Vulfadus Bitur. 153
Vulfoledus Bitur. 149
S. Vulfrannus Senon. 618
Vulgrinus Bitur. 165
Vulpharius Remenſ. 482
Vuolphangus de Vuormatia, dictus do Dalberg Mogunt. 361

Y

Ymbertus d'Aiguieres Arelat. 75

Z

Zacharias Lugdun. 292
Zacharias Viennenſis 792
Zuen Auenion. 79

FINIS.

INDEX
COGNOMINVM
ARCHIEPISCOPORVM
QVI IN TOMO I. GALLIÆ CHRISTIANÆ
CONTINENTVR.

Ordine Alphabetico deſcriptus.

A

ABEZAC Petrus Narbon. 390
Achey Claudius Biſont. 137
Achtzpalt Petrus Mogunt. 355
d'Aſſis Ioan. Præp. Toloſ. 713.
Petrus Præp. Toloſ. 713
Agardy Guillel. Præp. Aquenſ. 27
d'Ages Baldus D. Burdeg. 230
Agrieu Briandus Vienn. 807
Agouli Ioannes Aquenſ. 18
Aiguieres Ymbertus Arelat. 53
Ailly Petrus Camer. 243
Aymaricus Aſtorgius Vienn. 809
Aiſcelin Egidius Narbon. 386. Rotomag. 592
D'Aiſne Petrus Præ. Camer. 252
Alanus Guillelmus Machlin. 342
Albaletus Ioan. Præp. Arelat. 73
Albanus Archid. Narbon. 394
Alberti Andoinus Pariſ. 453
Petrus Prol. Auen. 90
Stephanus Auen. 82
Albon Antonius Arelat. 68. Lugd. 334
Guillelmus D. Lugd. 341
Aldebrandi Stephanus Toloſ. 696
Aldobrandin Cynthius Leg. Auen. 91
Aleman Lud. Arelat. 63
Alençon Carolus Lugdun. 329
Philippus Auſc. 111
Alſace Petrus Camer. 239
Alſatio Pontius Narbon. 377
Altena Adolphus Colon. 257
Bruno Colon. 262. 264
Engelbertus Colon. 264
Fridericus Colon. 263
Amalric Arnaldus Narb. 378
Amalricus Bertrandus Arelat. 60
Amanzé Claudius D. Lugd. 340
Ambianenſis Theobaldus Rem. 585
Ambleuille Philippus D. Rotom. 612
Amboiſe Georgius Rot. 601. 603 Narb. 389
Amboiſe Georgius Præp. Auen. 90
Leg. Auen. 91
Amelli Petrus Narb. 381. Archid. 394
Amici Guillel. Aquenſ. 18
S. Amour Ioannes D. Lugd. 339
Stephanus D. Lugd. ibid.
Ancezune Roſtagnus Ebred. 283
Andozile Guillel. Auſc. 105
Antonio Arnulphus D. Camer. 2 3
Aquauiua d'Aragon Octauius Leg. Auenion. 95
Aquitaine Carolus Mogunt. 3 0
Aramone Petrus Præp. Auen. ,0
Arbaud Antonius Præp. Aquenſ. 27
Arces Claudius Ebred. 284
Archiac Simon Vienn. 8 7
Arcy Hugo Remenſ. 530
Ardene Adalbero Rem. 498
Arfeuille Fayditus Auen. 83
Armagnac Amaneus Auſc. 110
Georgius Auen. 87. Toloſan. 703.
Turon. 784
Ioannes Auſc. 112
Armagnac Leſcun Ioannes Auſc. 113
Arquetib Petrus D. Rotom. 612
Aruernus Guillel. Pariſ. 444
Aſtalli Camillus Leg. Auen. 92
Athies Girardus Biſont. 535
Auanſon Guillel. Ebred. 284
Auaugour Henricus Bitur. 183
Aube Alexander Præp. Arelat. 73
Andreas Præp. Arelat. ibid.
Antonius Præp. Arelat
Iacobus Præ. Arelat. ibid.
Aube de Roquemartine Præ. Arelat. 73
Aubenas Paſtor Ebred. 281

Aubert

Aubert Arnaldus Auſcienſis, 321
Aubuſſon Georgius Ebredun. 285
Auitus Alcimus Viennenſis, 795
Aure Manaldus Auen. Præp. 90
Aureoli Petrus Aquenſis, 17
Aurhon Seguinus Turonenſis, 777
Auuergne Guido Cameracenſis 241. Vien-
nenſis, 805
Robertus Lugdunenſis, 321
Auxonoe Guillelmus Camer. 242
Aymini Bertrandus Aueniona. 80
Aynard Petrus Arelat. 55
Ayo Bouchardus Turonenſis, 776

B.

BAde Iacobus Treuirenſis, 730
Baſſetus Æmilius Lugd. Dec. 339
Bagny Ioan. Franciſcus Proleg. Auen. 93
Baignaux Gontherius Senon. 645
Baila Ioannes Ebredun. 282
Balicque Gaugerius Camer. Dec. 154
Balſac Carolus Turon. Dec. 789
Barberin Antonius Leg. Auen. 92
Franciſcus Leg. Auen. *ibid.*
Barber Petrus Remenſis, 527
Barceſio Armandus Aquenſis, 17
Bardis Guillelmus Ebredun. 281
Bardy Coſmus Proleg. Auen. 93
Bariol Bertrandus Præp. Arelat. 72
Raymundus Præp. Arelat. 71
la Barre Antonius Præp. Auen. 90
Barraut Iaubert Iaubort Arelat. 70
Barrier Hieronymus Præ. Auen. 90
Barro Gaufridus Dec. Pariſ. 471
la Barte Geraldus Auſcienſis 107. Toloſ.
684
Bartholomæis Henricus Ebredun. 279
Baſilhac Archid. Narbon. 394
Bauder Guido Dec. Pariſ. 472
Bauſſeti Guillelmus Pariſ. 451
Baugé Humbertus Lugdun. 316
Bauiere Erneſtus Colonienſis, 269
Ferdinandus Colonienſis, *ibid.*
Georgius-Guillel. Præ. Mogunt. 362
Maximilianus Henricus Colon. 269
Richardus Præ Mogunt. 362
Robertus Colonienſis, 267
la Baume Claudius Biſont. 134
Petrus Biſont. 134
Proſper Dec. Biſont. 139
Stephanus Dec. Lugd. 339
Bauſſanus Ioannes Arelat. 57
Bayeua Ioannes Rotomagenſis, 574
Beaulieu Simon Bitur. 178
Beaumés Thomas Rem. 529
Beaumont Ludouicus Pariſ. 459
Rotrodus Rotom. 580
Beaune Martinus Turon. 784
Reginaldus Bitur. 187. Senon. 652
Beauuau Ioannes Arelat. 64
Beaux-oncles Claudius Dec. Bitur. & Ioa-
chimus, 194
Bec Philippus Remenſis, 543
Becard de Penoul Steph. D. Senon. 660
Becardy Stephanus Senon. 643
du Bellay Euſtachius Pariſienſis, 462
Ioannes Burdeg. 216. Pariſ. 450
Raynaldus Remenſ. 508
Bellegarde Octauius Senon. 6 7
Bellemere Egidius Auenion. 84
Belleperche Petrus Pariſ. Dec. 472
Belleſmains Ioannes Lugdunenſis 320. Nar-
bonenſis, 377
Bellieure Albertus Lugdun. 335
Claudius Lugdun. *ibid.*
Belloſole Simon Archid. Narb. 394
Bellouiſu Vualterus Præp. Camer. 252
Beneuent Guillelmus Ebredun. 277
Berardi Hugo Arelat. 59
Bergaigne Ioſephus Cameracenſis, 249
Berghes Guillelmus Camer. 247
Henricus Biſonticenſis, 139
Henricus Camer. 246
Maximilianus Camer. 246
Berlaymont Ludouicus Biſont. 138
Berliet Ioan. Franciſcus Tarant. 669
Beroaldus Vuillelmus Præ. Arelat. 72
Beren Heribertus Vltraiect. 834
Bertier Bertrandus Præ. Tol. 713
Ioannes-Ludouicus Præ. Toloſ. 713
Bernard Ioannes Turonenſis, 783
Bertrand Ioannes Senon. 651
Bertrandis Ioannes Tarant. 666. 667
Beſançon Hugo Pariſ. 452
Beſſerel Carolus Dec. Lugd. 341
Bethune Henricus Burdeg. 229
Ioannes Camer. 239
Beziers Atto Arelatenſis, 51
Biken Ioan. Adamus Mogunt. 361
Blanche Philippus Turon. 777
Bloſſet Ludouicus Rotom. Dec. 612
Bohonem Iacobus Machlinienſis, 343
Bohier Antonius Bitur. 186
Thomas Turon. Dec. 789
du Bois Nicolaus Rotom. Dec. 612
Boiſratier Guillelmus Bitur. 185
Boiſtel Alealmus Turon. 782
Bolene Raymundus Arelat. 54
Bologne Gofridus Pariſ. 412
Bonushomo Bernard. Toloſan. 684. Præp.
712
Bordeille Helias Turon. 783
Bordini Ioannes Franciſcus Auenionenſis 88.
Prolegat. 93
Borgheſe Scipio Leg. Auen. 91
Borreto Stephanus Pariſ. 452
Boſo Guillelmus Arelat. Dec. 75
Bouchage Guido Auenion. 84
Bourbon l'Archambaud Aymo Bituricenſis,
162
Bourbon Carolus Lugd. 330. Rotomagenſis,
603. 605. 606
Hector Toloſanus, 701
Ludouicus Senonenſis, 650
Raynaldus Narbonenſis, 389
Guido Dec Rotomagenſis, 612
Bourdaiſiere Fabritius Prol. Auen. 94
Bourgongne Burchardus Lugdunenſis, 304
Guido Viennenſis, 799
Ioannes Camer. 244
Philippus Vltraiectin. 859
Dauid Vltraiectinus, 853
Bourgueil Stephanus Turon. 777
Boutillier Victor Turon. 787
Boyuin Henricus Rotomag. Dec. 613
Bozzuto Annibal Auenion. 87
Brandebourg Albertus Mogunt. 329

Bräunek Andreas Præp. Mogunt. 382
Bray Ioannes Senon Dec. 661
Brendel de Hombourg Daniel Mog. 380
Bretel Ludouicus Aquenſis, 25
Briaçone Aymo Tarant. 665
Briçonnet Guillelmus Narb. 590. Rem. 542
Robertus Remenſis, 541
Brillac Chriſtophorus Aquenſis 20. Turonenſis, 784
Franciſcus Aquenſis, 21
Brimeu Philippus Præp. Camer. 252
Britheim Bruno Treuir. 726
Broe Guillelmus Proleg. Auen. 93
Brognier Ioannes Arelat. 63
Broſſe Guillelmus Bituric. 181. Senonenſis, 639
Ioannes Viennenſis, 813
Broullart Iacobus Arelat. 67
Broa Guillelmus Narbon. 384
Bruerijs Ioannes Camer. Dec. 253
Bruni Michael Præp. Aquenſ. 27
Bruyeres Antonius Præp. Toloſ. 713
Brie-Comte Robert Thiericus Senonenſis, Dec. 660
Buche Chriſtianus Mogunt. 356
Bucy Michael Bitur. 185
Simon Pariſienſis, 450
Bueil Franciſcus Bitur. 186
Buiſſetet Franciſcus Camer. 247
Burnino Ioannes Viennenſis, 804
Buſleyden Franciſcus Biſont. 133
Buſſect Mathias Mogunt. 357
Buxi Petrus Præp. Toloſ. 713

C.

CAdoet Petrus Bituricenſis, 184
Camone Bartholomæus Turon. 758
Caluetus Iulianus Præp. Arelat. 73
Caluiniaco Ioannes Dec. Biſont. 139
Caluomonte Iacob. Præp. Remenſ. 533
Cambray Guillelmus Bitur. 185.194
Campegius Alexander Prol. Auen. 92
Campoſauri Guillelmus Ebredun. 276
Canillac Raymundus Toloſ. 696
Campolupo Arnaldus Burdegal. 219.220
Capra Roſtagnus Arelat. 60
Cardaillac Ioannes Toloſ. 697
Caretto Carolus Dominicus Remenſ. 542. Turonenſis, 784
Orlandus Auenion. 85
Carinthie Fridericus Colon. 262
Carlat Richardus Narbon. 376
Carondelet Claudius D. Biſont. 139.140
Franciſcus Dec. Camer. 254
Ioannes Dec. Biſont. 139
Carriglius Alfonſus Leg. Auen. 91
Carriolis Ioannes Præp. Aquenſ. 27
Caſſardi Franciſcus Turon. 774
Caſſinel Ferricus Remenſ. 533
Caſſis Amaneuns Burdegal. 221
Caſtelmaur Vitalis Præp. Toloſ. 713
Caſtelnau Iacobus Præp. Toloſ. *ibid.*
Caſtro Ioannes Præp. Toloſ. 715. Viennenſis, 808
Caſtroduni Stephanus Rotom. Dec. 611
Catho Angelus Viennenſis, 809
Cauallerius Roſtagnus Præp. Auen. 90
Cauchon Franciſcus Remenſ. Præp. 534
Canda Philippus Turon. 776
Canigiani Alexander Aquenſis, 25
Caziliaco Ioannes Præp. Toloſ. 712
Cerdaigne Guiffredus Narbon. 374
Cernuus Eribaldus Præp. Arel. 72
Chabert Bernardus Ebredun. 395
Chalant Antonius Tarant. 667
Challemaiſon Matheus Dec. Senon. 662
Chalon Hugo Biſont. 130
Cambray Ioan. Iacobus Bitur. D. 194
S. Chamond Ioannes Aquenſis, 25
Champagne Guillelmus Remenſ. 517. Senonenſis, 634
des Champs Egidius Dec. Rotom. 612
Chanac Bertrandus Bitur. 182
Fulco Pariſienſis, 453
Guillelmus Pariſienſis, 452
Chanteprime Ioannes Dec. Pariſ. 472
la Chapelle Bertrandus Vien. 807
Ioannes Dec. Senon. 660
Petrus Toloſanus, 692
Stephanus Bituricenſis, 172
Charny Petrus Senon. 642
Chartier Guillelmus Pariſienſis, 458
la Chaſtre Petrus Bitur. 167
Philippus Dec. Bitur. 193
Chartres Reginaldus Remenſis, 538
Chaſteau du Loir Geruaſius Remenſ. 505
Chaſteaudun Hugo Turon. 755
Chaſteauneuf Antonius Dec. Burd. 230
Chaſteaurenard Pontius Aquenſ. 356
Chaſteauroux Petrus Bitur. 176
Chaſteautierry Galterus Pariſ. 445
Chaſteauuieux Claudius Tarant. 669
Chaſtelier Iacobus Pariſ. 457
Chaſtillon Guido Remenſ. 503
Chauarnes Oliuerius Dec Lugd. 339
Chauuigny Martinus D. Bitur. 195
Chaaelles Ioannes Præp. Aquenſ. 27
Cheuron Benedictus Teophilus Tarantaſienſis, 670
Humbertus Tarant. 666
Vrbanus Tarant. 668
Chiteure Nicolaus Camer. 238
Cicon Pontius Dec. Biſont. 138
Cirier Antonius Dec. Pariſ. 473
Ciſiaco Rodulphus Tarant. 665
Clairmont Talart Antonius Vien. 810
Clermont Lodeue Franciſcus Guillelmus Auſc. 114. Narbonenſis 590. Leg. Auenionenſis, 92
Clement Odo Rotomag. 585
Clenes Baldricus Vltraiect. 812
Codoleto Roſtagnus Præp. Auen. 90
Coetiuy Alanus Auen. 84
Coerquis Philippus Turon. 782
Coëur Ioannes Bituricenſis, 182
Coiordano Ioannes Auen. 81
Coligny Odetus Toloſ. 702
Collemedio Guido Camer. 241
Colmieu Petrus Rotom. 586
Colomb Petrus Tarant. 666
Colonges Armandus Dec. Lugd. 339
Cominges Arnaldus Rogerius Toloſ. 691
Ioannes Raymundus Toloſ. 693
Comitibus Carolus Prol. Auen. 93
Campeſio Ioan. Tarant. 669
Condelmeriis Franciſcus Biſont. 132
Marcus Auenion. 84

Conſtantiis Valterus Rotomag. 580
Conzié Franciſcus Arelat. 62. Narbon. 388. Toloſ. 698. Leg Auenion. 90
Copa Raymundus Auſcienſis, 99
Corbeia Nicolaus Auen. 79
Corbeil Michael Senon. 635
Petrus Camer. 239. Senon. ibid.
Reginaldus Pariſ. 445
Cordona Bernardus Præ. Arel. 72
Corcondray Ioannes Dec. Biſont. 189
Cornu Galterus Senon. 637
Heoricus Seoon. 638
Cornut Bermundus Aquenſ. 15
Galterus Pariſ. 443
Corſinus Octauius Prol. Auen. 95
Cotteron Ioannes Præp. Auen. 27
Coucy Robertus Præp. Camer. 252
Courcelles Thomas Dec. Pariſ. 427
Courtecuiſſe Ioan. Pariſ. 457
Courtenay Ioan. Remenſ. 529
Robertus Remenſis, 530
Stephanus Præp. Remenſis, 553
Cramaud Simon Auenion. 84. Remenſis, 536
Craon Obnarius Turon. 776
Cremeaux Hector Dec. Lugd. 340
Crequy Engelramus Camer. 241
Guillelmus Dec. Camer. 153
Creſpin Antonius Narbonenſis 389. Pariſienſis, 458
Croiſmare Robertus Rotomagenſis, 601
S. Croix Siluius Arelat. 69
Cros Petrus Arelatenſis 62. Bituricenſis, 182
Croy Guillelmus Camer. 245
Iacobus Camer. 244
Robertus Camer. 246
Cruſſol Gerardus Turon. 783
Curſi Laurentius Prol. Auen. 94
Cuzieu Ioan. Dec. Lugd. 340
Cybo Nicolaus Arelat. 67

D.

DAinuille Gerardus Camer. 243
Damiani Robertus Aquenſ. 19
Daniſi Petrus Senon. 642.
Darnac Landiicos Dec. Biſont. 138
Daſſelle Raynardus Colon. 263
Dauphin Humbertus Remenſ. 530
Dauy du Perron Iacobus Senon. 651
Ioannes Senonenſis, 656
Dominici Nicolaus Præ. Aquenſ. 27
Dormans Guillelmus Senon. 645
Milo Præ. Remenſis, 553
Dreux Henricus Remenſis, 524
Dulci Franciſcus Stephanus Auenion. 89. Proleg. 93
Durefort Guillelmus Rotomag. 592

E.

ELtz Iacobus Treuir. 731
Eperſtein Sigiſmondus Mogunt. 353. 356
Eſchaux Bertraodus Turon. 787
Eſcoubleau Franciſcus Burdegal. 227
Henricus Burdegal. 221
Eſpinac Petrus Lugdun. 334
Eſpinaſſe Guichardus Dec. Lugd. 339
Eſpinay Andreas Burdegal. 214
Eremberg Ioan. D. Mogunt. 362
Eſtain Petrus Bitur. 181
Antooius Dec. Lugd. 340
Eſtampes Leonorius Remenſis, 549
Eſt Aloyſius Auſcienſis, 115
Hippolytus Arel. 68. Auſc. 115. Lugd. 332. 334 Narbon. 390. 391
S. Eſtienne Guillelmus Archidiaconus Narbonenſis, 394
Eſtoureuille Guillelmus Rotomag. 600

F.

FArneſe Alexander Auen. 86. 87. Turon. 785. Leg. Auen. 95
Falcuerio Arnaldus Arelat. 61
Fargis Bernardus Narbonenſis 387. Rotomagenſis, 592
Falckenſtein Cuno Colon. 266. Treuir. 729
Vernerus Mogunt. 356. Præ. 362
Faye Ioannes Turon. 773
Falgaſio Raymundus Toloſ. 687
Fauquier Vitrey Edmundus Dec. Lugdun. 341
Faucogney Henricus & Theobaldus Dec. Biſont. 139
Feneſtrange Henricus Treuir. 729
Ferrier Ioannes Arelat. 67
Ferrieres Petrus Arelatenſ. 61
Fieſque Nicolaus Ebredunenſis, 283
Flauacourt Guillelmus Rotomag. 594
Flandrini Ioannes Auſcienſ. 112
Flauigny Nicolaus Biſont. 118
Floreotia Dominicus Toloſ. 699
Flores Antonius Auenion. 85
Foix Ioannes Burdegalenſis, 225
Paulus Toloſ. 704
Petrus Arelat. 64. Burdeg. 212
Fontaines Nicolaus Camerac. 241
la Foreſt Petrus Pariſienſis, 454
Foreſts Reginaldus Lugdunenſis, 321
Fourbin Ioannes Præp. Arelat. 73
Forman Andreas Bituricenſis, 185
le Fort B. Rogerius Bituric. 181
Fos Guido Aquenſis, 11
Fremyot Andreas Bituric. 189
France Arnulphus Remenſis, 499
Henricus Remenſ. 517
Franciogia Ioannes Biſont. 128
Frerot Petrus Turon. 777
Fruin Ioannes Dec. Biſont. 139
Fradet Petrus Dec. Bitur. 193
Freanuille Thomas Dec. Rotomag. 611
Fromont Balduinus Præp. Cam. 252
Fugger Alexander Præp. Mogunt. 362
Fulco Raymundus Præp. Arel. 72

G.

GAucelin Bernardus Narbonenſis, 377
la Garde Guillelmus Arelat. 62
Stephanus Arelat. ibid.
Gaure Ioannes Camer. 244
Galligay Sebaſtianus Turon. 287
Garcini Bertrandus Præp. Aquenſ. 27
Gaſte Claudius Dec. Lugdun. 340
Gailhac Præp. Toloſ. 713
Germonius Anaſtaſius Taraot. 676

Genebrard Gilbertus Aquenſis, 23
de Gebennis Guillelmus Burdegalenſis, 215
Henricus Burdegal. 217
Genep Guillelmns Colon. 266
Gelu Iacobus Ebredun. 282. Toron. 782
Gerard Ioannes Ebred. 282. Vienn. 808
Gemmmas Paolus Arelatenſis, 43
Geraldi Petrus Auen. 83
Genene Robertus Camer. 242
Gemmingen Vriel Mog. 359
Gennart Guillelmus D. Senon. 661
Geoffroy Henricus Præp. Rem. 554
Girard Garinus Bituricen. 172
Gifford Guillelmus Remenſis, 548
de Gout Beraldus Lugd. 325
Bertrandus Burdegal. 218
Gorrenod Carolus Emanuel Biſoot. D. 140
Gobaille Gerardus Pariſien. 462
Gondy Petrns Pariſienſis, ibid.
Heoricus Pariſien. 464
Ioannes Franciſcus Pariſien. 466. Decani, 473
Ioan. Franciſcus Paulos Pariſ. 465
Gnodrin Ludouicus Henricus Senonenſis, 658
Gouffier Gabriel D. Senon. 661
Grimoard Anglicus Auenionenſis, 82
Gramond Carolus Burdeg. 225
Gabriel Burd. 225. Toloſ. 707
Grimaldi Dominicus Auenionenſis, 88. Prolegat. 93
Grignan Franciſcus Arelatenſis, 70
Greiffenklau Georgius Frid. Mogunt. 361
Groſſus Guido Narbonenſ. 385
Grolée Io. Philippus Tarant. 669
de Gratia Petrus Vieonenſis, 808
Greiffenchlau Richardns Treuir. 730
Gribaldus Veſpaſianus Viennenſis, 811
Grammond Franciſcus D. Biſont. 159
Griffonius Hugo Præ. Camer. 253
de Groſſis Io. Petrus Præ Auen. 90
Graſſe Iſnardus Præpoſ. Aqnenſ. 27
Greſle Blaſius Burdeg. 223
Goiberuille Simon D. Pariſ. 472
Guibé Robertus Legat. Auen. 91
Guerrande Iacobus D. Turon. 789
la Guionniere Franciſcus D. Burdeg. 230
Guidiccionius Alexander Prol. Auen. 92
Guiraldus Arnaldus Burdegal. 209
Gnenant Aymericos Rotom. 593
Guilhor Berengarins Auſcienſis, 112
la Gueſle Franciſcus Turon. 786

H.

HAllé Franciſcus Narbon. 389
Harlay Franciſcus Rotom. 606. 610
Haynaut Guillelmus Camer. 241
Hagen Io. Ludouicus Treuir. 731
Harcour Ludouicus Narbonenſis 389. Rotomagenſis, 597
Hardiuillier Petrus Bituriceo. 192
Haapoul Bernardus Arch. Narb. 345
Henneberg Bertoldns Mogunt. 359. 362
Heſſe Hermannus Colon. 267
Hebert Philippus Aquenſ. 20
Rolandus Bitur. 190
Heinsberg Philippus Colon. 293
Helmſtad Rabanus Treuir. 730
Heuſenſtam Sebaſtianus Mogunt. 360
Hermigny Rogerius Pariſ. Dec. 472
Hieres Roſtagnus Aquenſ. 616
Hollande Baldeuinos Vltraiect. 823
Otto Vltraiect. 834
Hochſtrate Conradus Colon. 265
Hombourg Daniel Moguntio. 360
Houins Mathias Machl. 354
Homblonerla Ranulphos Pariſ. 449
Holte Vigboldus Colon. 265
Holtzh Adolphus Mogont. 362
Hoheneck Ioannes Mogunt. ibid.
Hurault l'Hoſpital Guido Aqnenſis, 25
Paulus Aquenſ. 24
Hugocionio Franciſcus Burdeg. 221
Hugues Guillelmns Ebredun. 285
Hne Guillelmus Pariſ. Dec. 472
Ioannes Senonenſis, 661

I.

IArente Baltazar Ebredunenſis, 284
Ioyeuſe Franciſcus Narbonenſis 392. Rotom. 606. Toloſ. 705
Ioinuille Guillelmus Biſont. 138. Remenſis, 513
Ipelbrun Ebetardus Mogunt. 326
Iſembourg Arnoldus Treuir. 728
Ioannes Treuir. 731
Salentinus Colon. 268
Iſemberg Dietherus Mogunt. 358
l'Iſle Iourdain Bertrandus Toloſ. 688. 712
Iuliers Valramus Colonienſis, 266
Iude Ioannes Pariſ. Decan. 472
Iuge Petrus Narbooenſis, 388

K.

KNoderer Henricus Moguntin. 357
Koningſtein Vernerus Treuir. 730

L.

LAnguiſel Andreas Auenion. 80
Bernardus Arelatenſis, 60
Landuno Guiardus Camer. 241
Guillelmus Tol. 695. Vien. 807. 808
Lauardin B. Hildebertus Turonenſis, 766
du Laurens Horatius Ebredun. 285
Laual Ludouicus Ebred. 284
Petrus Remenſis, 541
Lamballe Petrus Turon. 775
de Lautrico Gerardus Auenion. 90
Langeais Gaufridus Turon. 758
Langlade Stephanus Arel. Præp. 73
Leuis Veotadour Annas Bituricenſis, 192
Antonius Ebredunen. 284
Euſtachius Arelaten. 66
Petrus Camer. 241
Philippus Arelatén. 66. Auſc. 113
Leueze Arnaldus Narbon. 376
Leyen Carolus Gaſparus Treuir. 731
Lenoocour Philippus Remenſis, 546
Robertus Arel. 68. Ebred. 284
Rem. 548. Toloſ 703. Turon. 784
Leſtrangis Gilbertus Toloſ. Præ. 713
Liebeſtein Iacobus Mogunt. 359. 362
Lombard Petrus Pariſ. 435
Lnuuicr Antonius Vienn. Dec. 823

Longueil Petrus Rem. Piæp. 553
Philippus Remenſis, 554
Lorraine Adalbertus Mogunt. 353
Carolus Remenſis, 545
Henricus Remenſis, 549
Ioannes Lugd. 532. Narbon. 391
Ludouicus Remenſis 546. 548. Senonenſis, 652
Lort Garſias Auſcien. 108
Luxembourg Adalbero Treuir. 722
Andreas Camer. 243
Ioannes Mogunt. 358
Lude Gaufridus Turon. 773
Luttich Godefridus Treuir. 726
Ludouiſio Ludouicus Auen. Leg. 91
de Lyon Petrus Toloſanus, 701

M.

MAillé Amelius Turouenſis, 782
Simon Turon. 785
Mansfeld Ioannes Gebhardus Colon. 268
la Marck Adolphus Colon. 266
Engelbertus Colon. 266
Marſeille Aycardus Arelatenſis, 49
Petrus Aquenſ. 7
Roſtagnus Auen. 76
Maignac Aymericus Pariſ. 455. 472
Maleferratus Bertrandus Arel. 60. 72
Marillac Carolus Vienn. 810
Marquemont Dionyſius Simon Lugd. 457
Marini Dominicus Auen. 89
Mauny Franciſcus Burdeg. 226
S. Marie Gabriel Remen. 548
Guillelmus Pariſ. Dec. 471
S. Martin Bertrandus Arelat. 59. 60
Malemort Geraldus Burdeg. 215
Helias Burdeg. 214
Mandagot Guillelmus Ebred. 280
Maſcaron Hugo Toloſ. 689
Marigny Ioannes Rotom. 593
Philippus Camer. 241. Sen. 643
Michael Maſariny Aquenſis, 26
Margnerie Ludouicus Rotom. D. 612
Mathé Petrus Bitur. Dec. 194
Mayenne Iuhellus Rem. 528. Turon. 774
S. Martial Petrus Toloſ. 698
Marca Petrus Toloſ. 708
Marignane Pontius Arelat. 47
Maurus Rabanus Magnentius Mogunt. 349
Maiolio Raymundus Burdeg. 213
Martigoy Raynaldus Remenſ. 513
Margantis Roſtagnus Auen. Præp. 78
Mauuoiſin Sanſom Remenſ. 515
Maugeron Aunetus Vienn. Dec. 816
Marillac Antonius Rotom. Dec. 612
Mauritaniâ Arnulphus Camer. 251
S. Maure Guillelmus Turon. Dec. 789
Manſoguichardo Iacobus Camer. Præp. 253
Melun Guillelmus Senon. 643. 644
Ludouicus Senon. 647
Meulant Ioannes Pariſ. 456
Meſuaga Roſtagnus Auen. 90
Meſler Ioannes Lugd. Dec. 340
Metzenhauſen Ioannes Treuir. 751
Medicis Hippolytus Auen. 86
Iulianus Aquenſ. 22
Iulius Ebred. 287. Narb. 391
Metternich Lotharius Treuir. 751
Menarr Quintinus Biſont. 133
Meullion Raymundus Ebredun. 279
Meutuarus Camillus Auen. Prol. 92
le Meingre Goffridus Turon. Dec. 789
Meurs Theodoricus Colon. 266. Herman. 267
Mitte Ioannes Lugd Dec. 340
Miller Ioannes Pariſ. Dec. 472
Molenarck Henricus Colon. 264
Montagu Gerardus Pariſ. 457
Ioannes Senonenſ. 645
la Mothe Amaneuus Burdeg. 224
Montauban Artus Burdeg. 213
Montemaurelioni Bituric. 163
Montbeliard Ludouicus Biſont. 131
Stephanus Dec. 158
Montboiſſier Heraclius Lugd. 317
Montfort Guillelmus Pariſ. 423
Monſoreau Ioannes Turon. 776
Montchal Carolus Toloſ. 706
Montferrand Dauid Burdeg. 222
Ioannes Burdeg. *ibid.*
du Moulin Dionyſius Pariſ. 457. Toloſ. 700
Montemagno Ioannes Ebredun. 282
Monlor Hugo Aquenſis, 27
Monteioco Petrus Lugd. Dec. 340
Moreſio Michael Arelaten. 55
Monetij Odo Auen. Præ. 90
Montane Horatius Arelaten. 69
Moriorius Petrus Franciſcus Auen. Prol. 93
Moreriis Raymondus Arel. 71
Montaut Guil. Bernardus Auſcien. 103
Montbrun Petrus Narbon. 386
Montrond Raymundus Arel. 52
Montbaſon Reginaldus Turon. 777
Montfaucon Theodericus Biſont. 127
la Motte Gaillardus Narbon. 394
Montcorbon Gerardus Senon. Dec. 659
Montchenu Humbertus Vienn. 808
Girardus Lugdun. 840
Montmorency Herueus Pariſ. Dec. 470

N.

NAſſau Adolphus Mogunt. 358
Dietherus Treuir. 729
Gerlacus Mogunt. 357
Ioannes Mogunt. 358
Henricus Mogunt. 362
Villelmus Mogunt. *ibid.*
Narbonne Berengarius Narbon. 377
Ermengaudus Narbon. 374
Georgius Narbon. 394
Sebaſtianus Narbon. *ibid.*
Nanton Ioannes Senon. 647
Nant Ioannes Pariſ. 457. Vienn. 808
Nantueil Milo Remenſis, 553
Philippus Rem. *ibid.*
Neufuille Camillus Lugdunenſis, 358
Neufchaſtel Carolus Biſont. 133
Odo Biſont. 138
Nemius Gaſpard Camer. 250
Nemours Petrus Pariſienſis, 441
Philippus Pariſ. 478
Nellembourg Vdo Treuir. 724
Nicolai Aymo Aquenſis, 19
Nigella Theodoricus Camer. Præ. 251
Noyers Guido Senon. 634
Norry Ioannes Biſont. 133. Vienn. 808

Nogaret Ludouicus Toloſ. 705
Normandie Malgerius Rotom. 572
Robertus Rotom. 570

O.

OPpershouen Bardo Mogunt. 353
Oratorio Gaufredus Burdegal. 210
d'Orges Hugo Rotom. 598
Orleans Ioannes Toloſ. 701
Orgemont Petrus Pariſ. 456
Oriole Ioannes Narbon. Arch. 394
Oreſme Nicolaus Rotom. Dec. 612
Oſſa Iacobus Aueniouenſis, 80. 81

P.

PArtenay Goſcelinus Burdeg. 205
Paré Guido Remenſis, 519
Pardaillan Hugo Auſc. 109
Parpalié Ioſephus Tarant. 667
la Palu Ludouicus Tarant. *ibid.*
Palmier Petrus Vien. 810
Paris Stephanus Pariſ. 455. 472
Pamphilius Camillus Aueu. Leg. 92
Pacy Petrus Pariſien. 472
Perrenot Antonius Biſont. 134
Machliniensis, 341
Pennart Georgius Oliuarius Aquenſis, 20
Petra Ioannes Treuir. 731
Pellené Nicolaus Remenſ. 547. Senon. 652
Pelicot Bonifacius Aquenſ. Præp. 27
Petruccius Dominicus Auen. Prol. 93
Pericard Franciſcus Rotom. Dec. 613
Guillelmus Rotom. Dec. 612
Perreriis Guillelmus Arelat. 73
Penoul Stephanus Senon. 660
Philonardus Marius Auen. 89. 93
Philippus Auen. Prol. 93
Pireto Arnaldus Bernardus Aquenſ. 18
Pingonio Badus Tarant. 666
Pinelli Bernardus Auen. 89. 94
Piſani Franciſcus Narbou. 391
Piſeis Ioannes Aquenſis, 18
Pictauia Adrianus Camer. Præp. 252
Pictauinus Petrus Ebredun. 277
Pinis Radulphus Lugd. 323
Picque Richardus Rem. 530. Biſont. 139
Pilenis Vincentius Turon. 775
Piſſi Hugo Lugd. Dec. 339
Piſe Hugo Rotom. Dec. 612
Pleſſis Richelieu Alphonſus Lugd. Aquenſ. 25. Lugd. 337
Poiſſiaco Antonius Vien. 808. 809
Poſilhaco Geraldus Aquenſ. 18
Poocher Stephanus Pariſ. 460. Senou. 649. Turon. 784
Porta Bartholomæus Arel. 73
Guillelmus Biſont. 139
Pontcheuron Gaufredus Pariſ. Dec. 471
Pouper Ioannes Biſont. Dec. 139
Preuoſt de Sanſac Antonius Burdegal. 226
du Prat Antonius Senon. 644
Preſſac Gaillardus Toloſ. 692
des Prez Petrus Aquenſis, 16
Proiſy Guillelmus Camer. Præp. 252
Prunino Ioannes Pariſ. Dec. 471
Pruuilhaco Vitalis Pariſ. Dec. 472
Pullanus Robertus Rotom. 584
Puppio Thomas Aquenſis, 18
Puget Guillelmus Aquenſis Præp. 27

R.

RAbaſtens Raymundus Toloſ. 686
Reingraue Conradus Mogunt. 358
Renenſis Gerardus Comes Silueſter Mogun. 356
Retel Geruaſius Remenſis, 311
Rebé Claudius Narbonenſis, 393
Renulphi Simon Turon. 777
Renoiſe Hugo Rotom. Dec. 612
Rye Ferdinandus Biſont. 136
Franciſcus Biſont. 136. 139
Ripis Aymericus Lugd. 323
Richardot Ioannes Camer. 247
Roeux Nicolaus Camer. 239
Rigaudi Odo Rotom. 587
la Rouere Chriſtophorus Tarant. 668
Dominicus Tarant. *ibid.*
Iulianus Auen. 85. 91
Roucy Ebalus Remenſis, 502
Rochechouart Fulcaudus Bitur. 181. 193
Ioannes Arelat. 62. Bitur. 182
Simon Burdegal. 216. Bitur. Dec. 193
Rohan Franciſcus Lugdunenſis, 331
Roye Guido Remenſis 533. Senon. 645. Turonenſis, 782
Ioannes Camer. 252
le Roy Iacobus Bituricenſis, 186
Roger Ioannes Auſcienſis 111. Narb. 388
Nicolaus Rotom. 595
Petrus Rotom. 592. Senon. 643. Toloſ. 678
Rochetaillée Ioannes Biſont. 132
Pariſ. 457. Rotom. 598
Stephanus Lugdunenſis, 334
Roma Egidius Bituricenſis, 179
Roſſillon Aymarus Lugdunenſis, 325
Guido Auen. 84
Roſier Bernardus Toloſanus, 700
Rougemont Gerardus Biſont. 128
Odo Biſonticenſis, 119
Theobaldus Biſont. 152. Vien. 808
Rochefoucauld Aymarus Burdegalenſis Decanus 230
Roſcidaualle Petrus Burdegalenſis, 216
Romanus Petrus Ebredun. 277
Rouſſel Radulphus Rotomagenſis, 599
Rolandi Raymundus Ebredun. 280
Rotharius Ioannes Tarant. 666
Roſier Petrus Toloſ. Præp. 713
Ruminiaco Ioannes Camer. 251

S.

SAxe Albertus Moguntinenſis, 359
Guillelmus Mogunt. 352
Sarbruck Boemundus Treuir. 729
Sauoye Eduardus Tarant. 666
Franciſcus Auſcienſis, 113
Henricus Remenſis, 500
Ioannes Ludouicus Tarant. 668
Petrus Lugd. 326. Tarant. *ibid.*
Philippus Lugdunenſis, 323
Saeruerden Fridericus Colon. 266
Sanglier Henricus Senon. 630
Saluzzo Iacobus Tarant. 666

Sartszin Ioannes Camer. 246
Sarcenas Petrus Ebredunenſis, 281
Saluagnis, alias Sedu Raymundus Ebredunenſis, 277
Saqueti Raymundus Lugdunenſis, 328
Salignac Roſinus Burdegal. 218
Salazar Triſtandus Senonenſis, 648
Saluces Adrianus Lugdun. Dec. 340
Sado Audebertus Toloſ. Præp. 713
Pontius Auen. Præp. 90
Saconay Gabriel Lugd. Dec. 340
Henricus, ibid.
Sabellius Siluius Auen. Prol. 93
Schouenburg Adolphus Colon. 267.
Antonius Colon. 268
Schouenberg Ioannes Moguntinenſis 361. Treuir. 731
Schenck Theodoricus Mogunt. 358
Schuuicard Ioannes Moguntin, 361. 362
Schomborn Ioan. Philippus Moguntinenſis, 361
S. Seuerin Alexander Viennenſis, 810
Federicus Viennenſis, ibid.
Semur Raynaldus Lugdunenſis, 314
Rolinus Lugd. Dec. 340
Senlis Stephanus Pariſ. 431
Selehofen Arnaldus Mogunt. 355
Sena Bruno Colon. 264
Sure Guillelmus Lugdunenſis, 387
Seillenay Guillelmus Pariſ. 443
Serene Iacobus Ebredun. 279
Serclaes Ioannes Camer. 243
Sens Dionyſius Senon. Dec. 660
Sfortia Federicus Auen. Prol. 94
Sirck Iacobus Treuir. 730
Simon Ioannes Pariſ. 459
Sicile S. Ludouicus Toloſ. 689
Soeteren Philippus Chriſtophorus Treuir. 731
Soiſſons Ioannes Remenſ. 553
Spieſame Guido Auen. 84
Sponheim Hugo Colon. 263
Stampis Hugo Turon. 767
Strozzi Laurentius Aquenſis, 81
Stephani Michael Ebredun. 282
Stadion Ioannes Theobaldus Moguntinenſis, 362
Sully Archembaldus Turon. 755
Guido Bituricen. 178
Henricus Bituricen. 172
Ioannes Bituricen. 177. 193
Simon Bitur. 175
Mauritius Pariſ. 436
Odo Pariſienſis, 437
Sur Thomas Tarant. 668
Suarez Franciſcus Auen. Præp. 90
Ioſephus Maria Auen. ibid.

T.

TAiaru Amedeus Lugdunenſis, 329
Claudius Lugdunenſis Dec. 340
Hugo Lugdunenſis, 331
Ioannes Lugdunenſis, 329. 339
Taurufius Franciſcus Maria Auenionenſis, 88
Tarantaiſe Petrus Tarant. 666. Lugdunenſis, 324
Tamplier Guillelmus Burdeg. 214
Stephanus Pariſ. 448
Tende Laſcaris Antonius Auen. Præp. 90
Trena Petrus Biſont. Dec. 138
Taſart Ludouicus Remenſis, 550
Tournon Franciſcus Auſcienſis 124. Bituricenſis 186. Ebred. 284. Lugdunenſis 352.
Toloſ. Præ. 713
Iacobus Lugdunenſis Dec. 340
la Tour Guido Lugdun. 322
Guillelmus Biſont. 29
Toucy Hugo Senon. 635
Torote Radulphus Lugdun. 325
Tremelay Amedeus Biſont. 127
Troyes Archembaldus Senon. 614
Truncinifuilla Aſcelinus Pariſienſis, 414
Truchſes Gebhardus Colon. 268
Trie Guillelmus Remenſ. 530
Trappes Leonardus Auſcienſ. 116
Trouſſeau Petrus Remenſ. 536
Triuulce Antonius Auen. Prol. 92
Turey Guillelmus Lugdun. 328. 339
Philippus Lugdun. 329
Reynaldus Lugdun. 339
de Turre Guillelmus Biſont. 138
Tudert Ioannes Pariſ. Dec. 472

V.

VAriſbereh Bœmundus Treuir. 729
Valckenberg Engelbertus Colon. 265
Vanderburch Franciſcus Camer. 247
Vaſſalli Gaufridus Lugd. 330. Vien. 808
Valle Guasbertus Arelat. 61. Narbonenſis, 388
Valence Guillelmus Vien. 806
Valperque Hieronymus Tarant. 669
Vaſconia Ioannes Ebred. 280
Vallegranoſa Bernardus Biſont. D. 138
Vallibus Milo Lugdun. D. 339
Vberſtein Philippus Colon. 269
Vcetia Robertus Auen. 79
Vergy Antonius Biſont. 135
Guillelmus Biſont. 131
Humbertus Pariſ. 420
Vendoſme Bartholomeus Turonenſis, 770. 788
Hugo Turonenſis D. ibid.
Raynaldus Pariſ. 417
Veinsberg Conradus Mogunt. 358
Vermandois Hugo Remenſ. 492
Veruins Ludouicus Narbonenſis, 392
Verchin Ioannes Camer. 252
Vialart Antonius Bituricenſis, 187
Via Arnaldus Auenion. 81
Iacobus Auenion. ibid.
Villiers-Sexel Biſont. 131. 134
Vic Dominicus Auſcienſis, 117
Viole Guillelmus Pariſ. 461
Villars Thoiré Henricus Lugd. 325. 328
Ludouicus Lugdun. 316
Villars Hieronymus Viennenſis, 815
Petrus Vien. 812. 813. 815
Vienne Guillelmus Rotom. 596
Hugo Biſont. 139
Ioannes Biſont. 130. Remenſ. 550
Stephanus Biſont. 127
Villa Abbatis Ioannes Biſont. 128
Virnenburch Ioannes Colon. 266
Viridis Radulphus Remenſ. 515

Villiers Ioannes Bitur. D. 194
Stephanus Bitur. D. *ibid.*
Vigor Simon Narbonenſis, 392
Viridario Petrus Narbonenſis Arch. 394
Vicedominis Vicedominus Aquenſ. 14
Vichi Theodoricus Lugd. Dec. 340
Vormatia Vuolphangus Mogunt. 361. 362
des Vrſins Iacobus Iuuenalis Rem. 539
Ioannes Remenſ. 534. Pariſ. 473
Baptiſta Pariſ. Dec. 473
Vuambolt de Vmbſtat Anſelmus Caſimirus Mogunt. 361
Vuiſtelbasch Conradus Mogunt. 355
Vueda Fridericus Colon. 268
Arnoldus Col. 263
Theodoricus Treuir. 728
Vuaruie Rogerius Camer. 239
Vueſtesburg Sifridus Colon. 263
Vuoorſtius Ioannes Camer. 252
Vuomſtein Marguardus Mogunt. 362

Z.

ZEringen Radulphus Mogunt. 355
Zingenheim Otto Treuir. 730

FINIS.

INDEX NOMINVM

OMNIVM DECANORVM, ET PRÆPOSITORVM qui in hoc Tomo continentur.

A.

ACVRTIVS de Petrâ Præpoſitus Aqnenſis, paginâ 27
Adamus Decanus Senonenſis, 660
Adamus Sequart Dec. Rotomagenſis, 612
Adamus Rigaudi Dec. Rotom. *ibid.*
Adamus Kuchenmeiſter de Gamberg Dec. Mogunt. 362
Adalbero Dec. Cameracen. 253
Adolfus Rauu de Holtzh D. Mog. 362
Adrianus de Pictauiâ Præ. Camer. 252
Adrianus de la Hamayde Præ. Cameracenſis, 253
Adrianus de Saluces Dec. Lugd. 340
Ægidius Quinaut Dec. Bitur. 194
Ægidius le Carlier Dec. Camer. 254
Ægidius Netrelet Dec. Camer. *ibid.*
Ægidius Richer Præ. Remenſ. *ibid.*
Ægidius des Champs Dec. Rotom. 612
Æmilius Baſſetus Dec. Lugd. 339
Aimarus de la Roebefoucaud D. Burd. 230
Alairacus Præp. Arelat. 72
Alanus de Coetiuy Præ. Toloſ. 713
Albrieus Præp. Remenſ. 552
Alexander Aube Præp. Arelat. 73
Alexander Campegius Prol. Auen. 92
Alexandet Guidiecionius Prol. Auen. *ibid.*
Alexander de Bourgongne D. Biſont. 158
Alexander Fugger Præ. Mogunt. 362
Alfonſus Cattiglius Leg. Auen. 91
Amalricus Dec. Lugd. 339
Andreas Aube Præp. Arelat. 75
Andreas de Brauneck Præ. Mogunt. 361
Anſelmus Iauonis Præp. Camer. 252
Anſelmus Præp. Mogunt. 361
Antonius d'Arbaud Præp. Aquenſ. 27
Antonius Anbe Præp. Arelar. 73
Antonius de Tende Laſcaris Præ. Auen. 90
Antonius de la Barte Præ. Auen. *ibid.*
Antonius Fartullius Præ. Auen. *ibid.*
Antonius Barberinns Leg. Auen. 92
Antonius Triuultius Prol. Auen. *ibid.*
Antonius de Chaſteauneuf D. Burd. 2,0
Antonius de Feurs Dec. Lugd. 340
Antonius d'Eſtain D. Lugd. *ibid.*
Antonius d'Albon Dec. Lugd. *ibid.*
Antonius le Cirier Dec. Pariſ. 473
Antonius Boucher Præp. Remenſ. 5,4
Antonius de Marſillac Dec. Rotom. 612
Antonius de Bruyeres Præ. Toloſ. 713
Antonius de Nobeſcourt D. Camer. 254
Archambaldus Dec. Bitur. 193
Armandus Iauſſerandi Dec. Camer. 253
Armandus de Colonges Dec. Lugd. 339
Arnaldus de Caſales Archid. Narb. 395
Arnaldus Rogerius de Cominges Præp. Toloſanus, 712
Arnulphus de Manritaniâ Præ. Camet. 258
Arnulphus de Antonio Dec. Camer. 253
Audebertus de Sado Præ. Toloſ. 713
Aycardus Præp. Toloſ. 712
Ayminus S. Stephani Dec. Biſont. 138
Aymo de Villiers-Sexel Dec. Biſont. 139
Ayrardus Præp. Arelatenſis, 71

B.

B. Præp. Aquenſis, 27
Badilo Dec. Turonenſis, 788
Balduinus Præ. Camer. 252
Balduinus Præ. Remenſis, 557
Balduinus Præ. Remenſis, 553
Baldns d'Ages Dec. Burdeg. 230
Baptiſta Iuuenalis des Vrſins D. Pariſ. 473
Barbedorus Dec. Pariſienſis, 469
Battholomæus de Portâ Præ. Arel. 73
Baruch Præ. Remenſis, 552
Benedictus Præ. Aquenſis, 26
Benedictus Dec. Bituricenſis, 143
Bermundus Præ. Aquenſis, 26
Bernardus de Cordonâ Præ. Arel. 73
Bernardus de Vallegranosâ D. Biſont. 138
Bernardus de Curiaco Dec. Bitur. 193
Bernardus de Roſergio Præ. Toloſ. 700
Bernardus de Bredenbach D. Mog. 363
Bernardus d'Haupoul Archid. Narb. 395
Bertrandus Garcini Præp. Aquenſ. 27
Bertrandus de S. Martin Præ. Arel. 72
Bertrandus Maleferratus Præ. Arel. *ibid.*
Bertrandus Ricardus Præ. Arel. *ibid.*
Bertrandus de Bariol Præp. Arel. *ibid.*
Bertrandus de Marſillac Dec. Rotom. 612
Bertrandus Bertier Præ. Toloſ. 713
Blehardus Præp. Remenſis, 558
Bonifacius Pelicot Præp. Aquenſis, 27
Bono Dec. Turonenſis, 788
Bonus Montcheualier Præ. Camer. 252

C.

CAmillus Pamphilius Leg. Auen. 92
Camillus Aſtalli Leg. Auen. *ibid.*
Camillus Mentuatus Prol. Auen. *ibid.*
Carolus de Bourbon Leg. Auen. 91
Carolus de Commibus Prol. Auen. 95
Carolus Montcheualier Præ. Camer. 252

Carolus Beſſerel Dec. Lugdun. 341
Carolus de Ceſales Archid. Narbon. 395
Carolus de Balſac D. Turon. 789
Ceizolfus Dec. Mogunt. 362
Centullus Præp. Toloſ. 712
Chriſtianus Præp. Mogunt. 362
Claudius Cotteron Præp. Aquenſ. 27
Claudius Carondelet D. Biſont. 139.140
Claudius d'Achey D. Biſont. 140
Claudius Chriſtophorus de Vienne Decan. Biſont. *ibid.*
Claudius d'Eſcombes D. Bitur. 194
Claudius de Beaux-oncles D. Bitur. *ibid.*
Claudius Gaſte Dec. Lugdun. 340
Claudius de Fougeres Dec. Lugdun. *ibid.*
Claudius d'Amenzé D. Lugdun. *ibid.*
Claudius de Talaru Dec. Lugd. *ibid.*
Claudius du Roſel D. Rotom. 613
Claudius Bretel Dec. Rotom. *ibid.*
Claudius Arnoul Dec. Senon. 662
Clemens Dec. Pariſienſis, 469
Conradus Dec. Mogunt. 362
Coſimus Bardy Proleg. Auen. 93
Cynthius Aldobrendinus Leg. Auen. 91

D.

Dionyſius de Bar Archid. Narb. 394
Dionyſius de Sens D. Senon. 660
Dominicus Petruccius Prol. Auen. 93
Drogo Præp. Remenſis, 552

E.

Ebalus Præp. Remenſis, 552
Ebereh Guolph de Henſenſtain Dec. Mogunt. 362
Eberardus de Ippelbrun D. Mog. *ibid.*
Edmundus Fauquier Vitrey D. Lugd. 341
Emeno Dec. Bituricenſis, 193
Eribaldus Cerouus Præp. Arelat. 71
Erlebaldus Dec. Cameracenſis, 253
Erleboldus Præp. Cameracenſis, 251
Ermenfridus Dec. Biſont. 138
Euſtechius de Croy Præ. Camer. 250

F.

Fabritius de le Bourdaiſiere Prol. Auenionenſis, 94
Federicus Sfortia Prol. Auen. *ibid.*
Firminus Coquerel D. Pariſ. 472
Franciſcus de Monteflaſcone D. Camer. 253
Franciſcus de Carondelet D. Camer. 254
Franciſcus Suares Præp. Auen. 90
Franciſcus Barberinus Leg. Auen. 98
Franciſcus de Grandmoot D. Biſont. 139
Franciſcus de Rye D. Biſont. *ibid.*
Franciſcus Ferron D. Burdeg. 230
Franciſcus de la Guyonniere D. Burd. *ibid.*
Franciſcus Canchon D. Remenſ. 554
Franciſcus Pericard D. Rotom. 613
Franciſcus Maçon Dec. Senon. 662
Franciſcus de Tournon Dec. Toloſ. 713
Frenco Dec. Cameracenſis, 253
Fredericus Dec. Remenſ. 552
Fulbertus Dec. Rotomagenſis, 611
Fulcandus Dec. Bituricenſis, 193
Fulco Dec. Remenſis, 552

G.

Gabriel Gouffier Dec. Senon. 662
Gabriel de Saconay Dec. Lugd. 340
Gaillardus de Bidaro D. Arelat. 73
Gaillardus de la Motte Archid. Narb. 394
Geleranus Dec. Turonenſis, 789
Galterus Cornut Dec. Pariſ. 478
Galterius Dec. Biſont. 138
Gercherus Præp. Cameracenſis, 251
Gauffredus de Ponteheuron D. Pariſ. 470
Gauffredus de Berro Dec. Pariſ. *ibid.*
Gauo Dec. Turonenſis, 788
Gauffredus Dec. Rotom. 611
Gaugerius Balicque Dec. Camer. 254
Georgius d'Amboiſe Leg. Auen. 91
Georgius d'Amboiſe Præp. Auen. 90
Georgius Froger Dec. Bitur. 194
Georgius Guillelmus de Bauiere Præ. Moguntinenſis, 362
Georgius de Schonenburg Præp. Mogunt. & Dec. 362
Georgius de Nerbonne Arch. Narb. 394
Geraldus Præp. Toloſanus, 712
Germanus Vialart Dec. Bitur. 194
Gerardus de Montcorbon D. Senon. 659
Gerardus de Lautrico Præp. Auen. 90
Gerardus Præp. Cameracenſis, 252
Gerardus Dec. Camerecenſis, 253
Gerardus de Brantolomio D. Rotom. 612
Gilbertus Carolus d'Esbiet Præp. Aquenſis, 27
Gilbertus de Leſtrangis Præ. Toloſ. 713
Girardus Dec. Biſont. 138
Girardus de Montchenu D. Lugd. 340
Giraudus Dec. Pariſienſis, 470
Girbertus Dec. Biſontinenſis, 193
Giſloldus Præp. Remenſis, 552
Godefridus Dec. Biſont. 138
Godefridus Dec. Senonenſis, 660
Godelinus Præp. Cameracenſis, 251
Gofridus Dec. Bituricenſis, 193
Gofridus Dec. Turonenſis, 789
Gofridus Dec. Turonenſis, 788
Gofridus de Langeais D. Turon. 788
Gofridus le Meingre D. Turon. 789
Guaireldus Præp. Toloſanus, 711
Guicherdus de l'Eſpinaſſe D. Lugd. 339
Guido Dec. Biſontinenſis, 138
Guido Præp. Cameracenſis, 251
Guido Dec. Lugduuenſis, 339
Guido Bauder Dec. Pariſ. 472
Guido de Bourbon D. Rotom. 612
Guillelmus de Colobreriis Præ. Aquenſ. 27
Guillelmus de S. Seuerino Præ Aquenſ. *ib.*
Guillelmus de Perreriis D. Arel. 73
Guillelmus Raymundus Præ. Auen. 90
Guillelmus du Broc Prol. Auen. 93
Guillelmus de Turre D. Biſont. 138
Guillelmus de Porta Dec. Biſont. 139
Guillelmus de Bouſretier D. Bitur. 193
Guillelmus de Cambray D. Bitur. 194
Guillelmus de Proiſy Præp. Camer. 252
Guillelmus de Crequy D. Camer. 253
Guillelmus de S. Eſtienne Arch. Narb. 344
Guillelmus de S. Marie D. Pariſ. 471
Guillelmus Dec. Pariſienſis, *ibid.*
Guillelmus Hue Dec. Pariſienſis, 472

Guillelmus Inrrantis Dec. Rot. 612
Guillelmus Erard Dec. Rotom. ibid.
Guillelmus le Gras Dec. Rotom. ibid.
Guillelmus Pericard Dec. Rotom. ibid.
Guillelmus Gennart Dec. Senon. 661
Guillelmus de S. Manre D. Turon. 789
Guillelmus Præ. Aquenſ. 27
Guillelmus Agardis Præ. Aquenſ. ibid.
Guillelmus de Puger Præ. Aquenſ. ibid.
Guillelmus Boſo Præ. Arelat. 75
Guillelmus de Reali Præ. Auen. 90
Guillelmus de Montiliis Præ. Auen. ibid.
Guillelmus Dec. Lugdun. 339
Guillelmus de Vinero D. Lugd. 340
Guillelmus d'Albon Dec. Lugdun. 341

H.

Harduinus Præ. Remenſ. 552
Hector de Cremeaux D. Lugd. 340
Helias de Coldin Præ. Remenſ. 554
Henricus Præ. Aquenſ. 26
Henricus de Faucongney D. Biſont. 139
Henricus de Bergues D. Biſont. ibid.
Henricus Præ. Mogunt. 362
Henricus de Naſſau Præ. Mogunt. ibid.
Henricus de Saconay D. Lugd. 340
Henricus d'Arches D. Burd. 230
Henricus de la Hamayde D. Camer. 254
Henricus Præp. Remenſ. 553
Henricus Boyuin Dec. Rotom. 613
Henricus Geoffroy Præ. Rem. 554
Hermes Archid. Narbonenſis, 394
Herueus de Montmorency D. Pariſ. 470
Herueus Cadoet Dec. Senon. 661
Heſichius Dec. Turonenſis; 793
Hieronymus Barrier Præ. Auen. 90
Hieronymus Taueau D. Senon. 662
Hiſpanus Præ. Toloſanus, 712
Hugo de Vienne D. Biſont. 139
Hugo Grifonius Præ. Camer. 253
Hugo Dec. Cameracenſis, ibid.
Hugo de Piſſy Dec. Lugdun. 339
Hugo Clement D. Pariſ. 470
Hugo Dec. Rotomagenſis, 611
Hugo de Piſe Dec. Rotom. 612
Hugo de Renoiſe Dec. Rotom. ibid.
Hugo Dec. Turonenſis, 748
Hugo de Vendoſme D. Turon. ibid.
Hugo de Montlor Præ. Aquenſ. 27
Hugo Raimundus Præ. Aquenſ. ibid.
Hugo Præ. Remenſis, 553
Hugo Rubeus Præ Remenſ. ibid.
Hugolinus Folani Dec. Biſont. 139
Humbaldus Dec. Bituricenſis; 195

I.

Iacobus de Pinis Præp. Arelat. 73
Iacobus Aube Præp. Arelat. ibid.
Iacobus Maria Sala Prol. Auen. 92
Iacobus Gaſſor Dec. Bitur. 194
Iacobus des Aignes Dec. Burd. 230
Iacobus de Manſoguichardo D. Camer. 253
Iacobus de Tontnon D. Lugdun. 340
Iacobus de Liebeſtein D. Mogunt. 362
Iacobus de Eltz D. Mogunt. ibid.
Iacobus le Riche Dec. Pariſ. 472
Iacobus de Caluomonte Præ. Rem. 553
Iacobus Chapelain Dec. Senon. 661
Iacobus de Caſtelnau Præ. Toloſ. 713
Iacobus de Guerrande D. Turon. 789
Ioachimus de Beaux-oncles D. Bitur. 194
Ioannes Gnmij Præ. Aquenſ. 27
Ioannes Guiſſi Præ. Aquenſ. ibid.
Ioannes Cotteron Præ. Aquenſ. ibid.
Ioannes de Carriolis Præ. Aquenſ. ibid.
Ioannes de Chazelles Præ. Aquenſ. ibid.
Ioannes Albaletus Præ. Arelat. 25
Ioannes Nicolaus Præ. Arelat. 73
Ioannes de Fourbio Præ. Arelat. ibid.
Ioannes Petrus de Groſſis Præ. Auen. 90
Ioannes Franciſcus de Bagny Proleg. Auenionenſis, 93
Ioannes Dec. Biſont. 138
Ioannes de Caluigniaco D. Biſont. 139
Ioannes de Inſula Præ. Camer. 251
Ioannes de Dieſt Præ. Camer. ibid.
Ioannes de Florentia Præ. Camer. 252
Ioannes de Roye Præ. Camer. ibid.
Ioannes de Vuerebin Præ Camer. ibid.
Ioannes Huberti de Leonel Præp. Cameracenſis, ibid.
Ioannes de Beka Præ. Camer. ibid.
Ioannes Vuoorſtius Præ. Camer. ibid.
Ioannes Fraſſent Præ. Camer. ibid.
Ioannes de Brueriis D. Camer. 253
Ioannes de Gonguelin D. Camer. ibid.
Ioannes Dec. Lugdun. 339
Ioannes de S. Amour D. Lugdun. ibid.
Ioannes de Cordondray D. Biſont. 139
Ioannes de Fruin D. Biſont. ibid.
Ioannes de Poupet D. Biſont. ibid.
Ioannes Carondeler D. Biſont. ibid.
Ioannes de Bellauilla D. Bitur. 194
Ioannes de Villiers D. Bitur. ibid.
Ioannes de Moruilliers D. Bitur. ibid.
Ioannes Bidault D. Bitur. ibid.
Ioannes Crenequin D. Bitur. ibid.
Ioannes Iacobus de Cambray Dec. Bituricenſis, ibid.
Ioannes Iacobus Labbe D. Bitur. ibid.
Ioannes d'Anril D. Burdeg. 230
Ioannes Præp. Cameracenſis, 251
Ioannes de Ruminiaco Præ. Camer. 251
Ioannes Mitte D. Lugdun. 340
Ioannes de Cuzieu Dec. Lugd. ibid.
Ioannes Meſlet de la Beſnerie Dec. Lugdunenſis, ibid.
Ioannes de Schoenenberg Præ Mog. 362
Ioannes Andreas Moſbach de Lindefels Præ. Mogunt. ibid.
Ioannes Schuuicard de Croneberg Præp. Mogunt. ibid.
Ioannes Vneiſſ de Feuuerbach D. Mog. ibid.
Ioannes Niex de Hoheneck D. Mog. ibid.
Ioannes Erenberg D. Mogunt. ibid.
Ioannes Theobaldus de Stadion D. Mog. ibid.
Ioannes de Guiolan Archid. Narb. 394
Ioannes d'Oriole Archid. Narb. ibid.
Ioannes de Chambret Arch. Narb. 395
Ioannes Franciſcus de Caſalez Archidiac. Narbonenſis, ibid.
Ioannes de Prunino D. Pariſ. 471
Ioannes de Chanteprime D. Pariſ. 472
Ioannes Iudes Dec. Pariſ. ibid.
Ioannes Tudert Dec. Pariſ. ibid.
Ioannes Millet Dec. Pariſ. ibid.

Ioannas Iuuenalis des Vrſins Dec. Pariſienſis, 473
Ioannes Baptiſta de Contes Dec. Pariſienſis, ibid.
Ioannes de Soiſſons Præp. Ram. 553
Ioannes Raimond Præp. Rem. ibid.
Ioannes Iubert Dec. Rotom. 612
Ioannes de la Chappelle Dec. Sen. 660
Ioannes de Perieres Dec. Senon. 661
Ioannes de Montigny Dec. Senon. ibid.
Ioannes Hue Dec. Senon. ibid.
Ioannas de Bray Dec. Senon. ibid.
Ioannes Arnoul Dec. Senon. ibid.
Ioannes de Caziliaco Præp. Toloſ. 712
Ioannea de Caſtro Præp. Toloſ. ibid.
Ioannes du Tournoer Præp. Toloſ. 713
Ioannes d'Affis Præp. Toloſ. ibid.
Ioannes Ludouicus Bertier Præp. Toloſanus, ibid.
Ioannes Bourgouin Præp. Rem. 554
Ioannes Briconnet Præp. Rem. ibid.
Ioannes de Sailly Præp. Rem. ibid.
Ioannes de Pille Præp. Rem. ibid.
Ioannes Danmartin Præp. Rem. ibid.
Ioannes de Conſtantiis Dec. Rotom. 611
Ioannes le Guillois Dec. Rotom. 612
Ioannes Maſſelin Dec. Rotom. ibid.
Ioannas le Lieur Dec. Rotom. ibid.
Ioannes de Marſillac Dec. Rotom. ibid.
Ioſbertus de S. Maure D. Turon. 789
Ioſephus Ferrerius Prol. Auen. 93
Ioſephus Maria Suares Præ. Auen. 90
Ioſephus Pelicot Præ. Aquenſ. 27
Iſnardus de Graſſe Præ. Aquenſ. ibid.
Iulianus Caluetus Præ. Aralat. 73

L.

LAdiſlaus Ionnart Dec. Camer. 254
Lambertus Dec. Biſont. 138
Lambertus Dec. Lugdun. 339
Landricus de Darnac Dec. Biſont. 138
Lauctor Dec. Turonenſis, 788
Laurentius Lanty Prol. Auen. 93
Laurentius Curſy Prol. Auen. 94
Laurentius Truchſes de Bommersfeld Dec. Mogunt. 362
Leo Maccneti Dec. Biſont. 139
Leo de la Guyonnie Dec. Burd. 230
Leudo Præp. Ramenſ. 552
Leuentus Præp. Arelat. 71
Liſiernus Dec. Pariſienſis, 468
Lucas Dec. Pariſienſis, 471
Ludouicus Aube de Roquemartine Præp. Arelatenſis, 73
Ludouicus Ludoniſius Leg. Auen. 91
Ludouicus Maria Suares Præ. Auen. 90
Ludouicus Dec. Biſont. 138
Ludouicus Seguier Dec. Pariſ. 473
Ludouicus Bloſſet Dec. Rotom. 612
Ludouicus Marguerie Decanus Rotomagenſis, ibid.

M.

MAgnerius Dec. Biſont. 138
Mallanus Dec. Lugd. 339
Manaldus d'Aure Præ. Auen. 90
Manaſſes Dec. Biſont. 138
Manaſſes Præ Remenſ. 552
Manegaldus Dec. Biſont. 138
Manegaudus Dec. Biſont. ibid.
Manſcelinus Præ. Camer. 251
Marius Philonardus Prol. Auen. 93
Marquardus Vomſtein Præ. Mog. 362
Martinus de Chauuigny Dec. Bitur. 193
Maſcaron Præ. Toloſanus, 712
Mathæus Ruckebuſch Dec. Camer. 254
Mathæus de Challemaiſon Dec. Sanonenſis, 662
Maurinus Præ. Toloſanus, 712
Meingaudus Præp. Mogunt. 361
Michael Baudoni Præ. Aquenſ. 27
Michael Bruni Præ Aquenſ. ibid.
Michael Præ. Cameracenſis, 252
Michael da Pauie Dec. Camar. 254
Michael de Corbeil Dec. Pariſ. 470
Michael le Petit Dec. Rotom. 612
Michael Dec. Senonenſis, 660
Milo de Vallibus Dec. Lugd. 339
Milo de Nantueil Præ. Remenſ. 557
Milo de Dormans Præ. Remenſ. ibid.

N.

NEſingus Dec. Turonenſis, 788
Nicaſius Vualler Præ. Camer. 252
Nicolaus du Bois Dec. Rotom. 612
Nicolaus le Roux Dec. Rotom. ibid.
Nicolaus Marthre Dec. Senon. 662
Nicolaus d'Orgemont Dec. Turon. 789
Nicolaus Dominici Præ. Aquenſ. 27
Nicolaus Potarellus Dec. Bitur. 193
Nicolaus Præ. Camer. 252
Nicolaus de Rues Præ. Camer. ibid.
Nicolaus Falorderius Præ. Camer. ibid.
Nicolaus Goubil Dec. Camer. 254
Nicolaus Tudert Dec. Pariſ. 473
Nicolaus de Turribus Præ. Remenſ. 553
Nicolaus Couſin Præ. Remenſ. 554
Nicolaus Oreſme Dec. Rotom. 612
Niuardus Præp. Arelatenſis, 72

O.

OCtauius Aquauiua d'Arragon Leg. Auenionenſis, 91
Octauius Corſinus Prol. Auen. 93
Odalricus Præ. Remenſ. 552
Odo Monetij Præ. Auen. 90
Odo de Neufchaſtel Dec. Biſont. 138
Odo Dec. Senonenſis, 659. 660
Oilardus Dec. Cameracenſis, 253
Oliuarius Dec. Lugdun. 339
Oliuerius de Chauanes Dec. Lugd. ibid.
Oliuerius Saladinus Dec. Pariſ. 472
Opicarus de Rotharis Præ. Rem. 554
Orbertus Dec. Turonenſis, 788
Oudardus Graudroux Præ. Remenſ. 554

P.

PErinettus de Reuillaſco Præp. Aueniononenſis, 90
Petrus de Aramone Præ. Auen. ibid.
Petrus Alberti Præ. Auen. ibid.
Petrus d'Aiſne Præp. Camer. 252
Petrus Arquerij Dec. Rotomagenſis, 612

Petrus d'Aſſis Præp. Toloſ. 713.
Petrus de Buai Præ Toloſ. *ibid.*
Petrus de Belleperche Dec. Pariſ. 472
Petrus Baudoni Præ. Aquenſ. 27
Petrus de Croſo Dec. Pariſ. 472
Petrus de Charny Dec. Senon. 660
Petrus Præp. Mogunt. 362
Petrus Dec. Burdegalenſis, 230
Petrus Præ. Arelatenſis, 71
Petrus d'Eſpinac Dec. Lugdun. 340
Petrus Echter de Meſpelbron D. Mogunt. 362
Petrus Fort Dec. Senonenſis, 660
Petrus Ferreolus Præ. Arelat. 72
Petrus Fradet Dec. Bitur. 193
Petrus Lombardus Præ. Camer. 253
Petrus de Longueil Præ. Rem. 553
Petrus de Medonte Dec. Senon. 660
Petrus de Monteioco Dec. Lugd. 340
Petrus Mathé Dec. Bitur. 194
Petrus Franciſcus Montorius Proleg. Auenionenſis, 93
Petrus de Ferrieres Dec. Senon. 661
Petrus Pineau Præ. Remenſ. 554
Petrus de Pacy Dec. Pariſ. 472
Petrus de Roſergio Præ. Toloſ. 713
Petrus de Ricani Præ. Auen. 90
Petrus de Terna Dec. Biſont. 138
Petrus Thuillier Dec. Bitur. 194
Petrus de Viridario Archidiac. Narbonenſis, 394
Petrus de Viry Præ. Camer. 252
Philibertus Naturelli Præ. Camer. 252
Philippus Philonardus Prol. Auen. 93
Philippus de la Chaſtre Dec. Bitur. 193
Philippus de Fontenay Dec. Bitur. *ibid.*
Philippus Hebert Dec. Bitur. 194
Philippus de Brimeu Præ. Camer. 252
Philippus Maioris Dec. Camer. 254
Philippus Crats de Scharffenſtein Præp. Mogunt. 362
Philippus de Nemours Decanus Pariſienſis, 471
Philippus de Nantueil Præ. Rem. 553
Philippus de Longeuil Præ. Rem. 554
Philippus d'Ambleuilla D. Rotom. 612
Philippus de la Salle Decanus Senon. 660
Pontius de Sado Præ. Auen. 90
Pontius de Ciron Dec. Biſont. 138
Poppo Dec. Moguntinus, 362
Pruſper de la Baume Dec. Biſont. 139

R.

RAdulphus Viridis Præ. Rem. 552
Radulphus Dec. Turon. 788
Radulphus Preſbyteri Præp. Cameracenſis, 252
Raherius Dec. Turonenſis, 789
Raiambaldus Præp. Arelat. 72
Raiambaldus de Monte-Oſorio Præp. Arelatenſis, *ibid.*
Raimundus Fulco Præ. Arelat. 72
Raimundus de Bariol Præ. Arel. 71
Raimundus de Moreriis Præ. Arelat. *ibid.*
Raimundus Dec. Bituricenſis, 193
Raimundus de Salques Decanus Pariſienſis, 472
Raimundus Præ. Toloſanus, 712

Rainardus Dec. Senonenſis, 659
Raneo Dec. Bituricenſis, 193
Reginaldus de Remis Præ. Rem. 553
Reginaldus Dec. Turonenſis, 789
Reynaldus de Turey Dec. Lugdun. 339
Ricardus de Lapide Dec. Mogunt. 362
Ricardus de Malapalude Decanus Rotomagenſis, 611
Ricardus Picque Dec. Biſont. 139
Ricardus de Bauiere Præp. Moguntinus, 362
Robertus de Nocort Præ. Aquenſ. 27
Robertus Guibé Leg. Auen. 91
Robertus Magiſtri Dec. Bitur. 193
Robertus de Coucy Præ. Camer. 252
Robertus d'Oſterel Præ. Camer. *ibid.*
Robertus de Forny Præ. Camer. 253
Robertus Dec. Senonenſis, 660
Robertus Malet Dec. Rotom. 612
Robertus de Neubourg Dec. Rotom. 611
Robertus Dec. Rotomagenſis, *ibid.*
Robertus de la Hamayde Præ. Cam. 253
Robertus de Loriaco Dec. Camer. *ibid.*
Rodoardus Præ. Remenſis, 552
Rodolphus Dec. Biſont. 138
Rogerius Dec. Turon. 788
Rogerius Dec. Rotomagenſis, 611
Rogerius Normannus Dec. Rotom. *ibid.*
Rogerius de Hermigny Decanus Pariſienſis, 472
Rogerius Dec. Bituricenſis, 193
Rogerius Præ. Cameracenſis, 251
Rolinus de Semur Decanus Lugdunenſis, 340
Roſtagnus Præ. Auen. 90
Roſtagnus Canallerius Præ. Auen. *ibid.*
Roſtagnus de Meſnaga Præ. Auen. *ibid.*
Roſtagnus de Codoleto Præ. Auen. *ibid.*

S.

SAlo Dec. Senonenſis, 660
Salomon Dec. Senonenſis, *ibid.*
Saluator Oliuarius Præ. Arelat. 72
Samuel Præ. Toloſanus, 711
Scipio Borgheſe Leg. Auen. 91
Sebaſtianus de Narbonne Archidiac. Narbonenſis, 394
Siluius Sabellus Prol. Auen. 93
Simon Dec. Bituricenſis, 193
Simon de Rochechouart D. Bitur. *ibid.*
Simon de Belloſole Archidiac. Narbonenſis, 394
Simon de Guiberuille Decanus Pariſienſis, 472
Simon Dec. Senonenſis, 654
Stephanus Præ. Arelat. 72
Stephanus Dec. Biſont. 138
Stephanus Dec. Lugdun. 339
Stephanus Dec. Pariſienſis, 471
Stephanus Dec. Senonenſis, 660
Stephanus de S. Amour Dec. Lugdunenſis, 339
Stephanus de la Baume D. Lugd. *ibid.*
Stephanus Becard de Penoul Dec. Senonenſis, 660
Stephanus de Courtenay Præp. Remenſis, 553
Stephanus Colin Dec. Senonenſis, 662

Stephanus Caſtroduni D. Rotom. 611
Stephanus Ferrand D. Senon. 662
Stephanus Gailhac Præ. Toloſ. 713
Stephanus Langlade Præ. Arelat. 73
Stephanus de Monbeliard D. Biſont. 138
Stephanus de la Rochetaillée Dec. Lugdunenſis, 339
Stephanus de Villiers D. Bitur. 194

T.

TEuto Præp. Remenſ. 552
Theobaldus Dec. Turon. 789
Theobaldus da Faucougney D. Biſontieenſis, 139
Theodacer Præ. Remenſ. 552
Theoderieus Dec. Biſont. 138
Theodericus de Montbeliard Dec. Biſonticenſis, ibid.
Theodoricus Præp. Camer. 251
Theodorieus de Nigella Præ. Camer. ibid.
Theodoricus de Vichi D. Lugdun. 340
Theodorus Ioan. de Clermont Prol. Auenionenſis, 92
Thiedo Dec. Cameracenſis, 253
Thierricus de Brye-Comte-Robert Decan. Senonenſis, 660
Thietboldus Dec. Camer. 253
Thomas de Courcelles D. Pariſ. 472
Thomas de Beaumes Præ. Remenſ. 553
Thomas Bohier Dec. Turon. 789
Thomas Richard D. Senon. 660
Thomas de Freauuille D. Rotom. 612
Tuardus Dec. Rotomagenſis, ibid.

V.

VVillelmus Præp. Arelatenſis, 72
Villelmus Beroaldus Præ. Arel. ibid.
Villelmus de Montiliis Præ. Auen. 90
Villelmus Dec. Biſont. 138
Villelmus de Ioinuille D. Biſont. ibid.
Villelmus Dec. Lugdun. 339
Villelmus de Naſſau Præ. Mogunt. 362
Vitalis de Pruuilhaco Dec. Pariſ. 472
Vitalis de Caſtelmaur Præ. Toloſ. 713
Vualerannus Dec. Rotom. 611
Vualterus de Belloniſu Præ. Camer. 252
Vuiboldus Præ. Camer. 251
Vulbaudus de Sartis Dec. Camer. 253

FINIS.

INDEX SVMMORVM PONTIFICVM QVI ARCHIEPISCOPALEM ET EPISCOPALEM dignitatem in Galliâ obtinuerunt.

CLEMENS IV. Guido Groſſus dictus, Card. Sabinenſis, & Archiepiſcopus Narbonenſis, pag. 385
Clemens v. Bertrandus de Gous, Vaſco, Archiepiſcopus Burdegalenſis, 218
Clemens vi. Petrus Roger, Lemonicenſis, Archiepiſcopus. Rotomagenſis 592. *Senonenſis* 643. *Epiſcopus Auenionenſis,* 82
Clemens vii. Iulius de Medicis nuncupatus, Archiepiſcopus Ebredunenſis 283. *Narbonenſis,* 391
Clemens vii. Pſeudopapa, cognominatus Robertus de Geneue, Epiſcopus Cameracenſis, 242
Innocentius v. Petrus de Tarentaſia, Cardinalis Oſtienſis Archiep. Lugdunenſis, 324
Innocentius vi. Stephanus Alberti, Epiſcopus Auenionenſis, 82
Ioannes xxii. Iacobus de Oſſa, Cadurcenſis Epiſcopus Auenionenſis, 80
Iulius ii. Sauonenſis, Iulianus de la Rouere Archiep. Auenionenſis, 85
Silueſter ii. Gerbertus dictus, Archiepiſcopus Remenſis, 501

INDEX CARDINALIVM ARCHIEPISCOPORVM.

A.

ALANVS de Coëtiny, Gallus Brito, Cardinalis, Epiſcopus Auenionenſis, 84
Albertus de Brandebourg, Germanus, Cardin. Archiep. Moguntinus, 359
Alfonſus-Ludouicus du Pleſſis de Richelieu, Cardinalis Lugdunenſis, Gallus, Archiepiſcopus Aquenſis, 25. *Lugdunenſis,* 337
Alexander Farneſe, Romanus, Cardinalis Oſtienſis, Archiepiſcopus Auenionenſis 86. *Turonenſis;* 785
Aloyſius d'Eſte, Italus Cardinalis Sanctorum Nerei & Achillei, Archiepiſc. Auſcenſis, 115
Amedeus de Talaru Gallus, Cardinalis Lugdunenſis, & Archiepiſc. 329
Anglicus Grimoard, Gallus, Cardinalis Albanus, Epiſcopus Auenionenſis, 82
Annibal de Bozzuto, Italus, Cardinalis S. Silueſtri Archiep. Auenionenſis, 87
Andreas d'Eſpinay, Gallus, Cardinalis S. Martini in Montibus, Archiepiſcop. Burdegalenſis 224. *Lugdun.* 331
Antonius Perrenotius, Cardinalis Granuellanus, Belga, Archiep. Biſontinus 134. *Machlinienſis,* 341
Antonius Bohier, Cardinalis S. Anaſtaſia, Aruernus, Archiepiſcopus Bituricenſis, 186
Antonius du Prat, Gallus, Cardinalis S. Anaſtaſia, Archiep. Senonenſis, Francia Cancellarius, 649
Antonius de Chalant, Allobrox, Cardinalis S. Maria in Viâ Latâ, Archiep. Tarantaſienſis, 667
Antonius Sanguin, Gallus, Cardinalis de Meudon, Archiepiſcopus Toloſ. 702
Arnaldus de Via, Cadurcenſis, Cardinalis Sanctorum Ioannis & Pauli, Epiſcopus Auenionenſis, 81
Arnaldus de Cantolupo, Cardinalis B. Marcelli, Aquitanus, Archiepiſcopus Burdegalenſis, 219
Arnaldus de Faltuerlo Card. Sabinenſis Archiep. Arelatenſis, 61
Arnaldus Amalric, Gallus, Cardinalis, Archiepiſcopus Narbonenſis, 378
Aymarus, ſeu Ademarus Robert, Lemouicenſis, Cardinalis S. Anaſtaſia, Archiep. Senonenſis, 645
Aymericus de Maignac, Lemouicenſis, Cardinalis S. Euſebij, Epiſcopus Pariſienſis, 455

B.

BEraldus de Got, Vaſco, Cardinalis Albanenſis Archiep. Lugd. 325
Bernardus de Languiſel Nemauſenſis, Cardinalis Portuenſis, Archiepiſc. Arelatenſis, 60
Bertrandus de Chanac, Lemouix, Cardinalis Sabinenſis, Archiepiſc. Bituricenſis, 182
Bertrandus de d'Eux, Gallus, Cardinalis Ebredunenſis, & Archiep. 280
Bertrandus de Got Vaſco, Archiep. Burdegalenſis, 218
Bertrandus de S. Martin Card. Sabinenſis Archiepiſc. Arelatenſis, 60

C.

Camillus Cardinalis Pamphilius, Romanus, Legatus Auenion. 92
Camillus Aſtalli, Romanus, Cardinalis Pamphilius, Legatus Auenionenſis, ib.
Carolus-Dominicus de Caretto, Cardinalis Finarij, Italus, Archiep. Remenſis 542. *Turonenſis,* 784
Carolus Cardinalis Borbonius s. Archiep. Lugdunenſis 330. *Rotomagenſis* 603. *Legatus Auenionenſis,* 91
Carolus Borbonius Cardinalis de Vendoſme, Archiep. Rotomagenſis 605. *Legatus Auenionenſis,* 91
Carolus de Comitibus, Italus, Cardinalis Legatus Auenionenſis, 93
Carolus Cardinalis de Lorraine, Archiep. Remenſis, 543
Chriſtophorus de la Rouere, Italus, Cardinalis, Archiep. Tarantaſiæ, 668
Claudius de la Baume, Gallus, Cardinalis S. Pudentianæ, Archiep. Biſont. 134
Conradus Comes de Vuitelsbach, Alemannus, Cardinalis S. Marcelli, Archiep. Moguntinus, 355
Cynthius Aldobrandinus, Italus, Cardinalis S. Georgij Legatus Auenionenſis, 91

D.

Dionyſius Simon Cardinalis de Marquemont, tit. S. Trinitatis in Monte Pincio, Gallus, Archiep. Lugdunenſis, 336
Dominicus de la Rouere, Italus, Cardinalis SS. Vitalis & Clementis, Archiep. Tarantaſiæ, 668

F.

Fayditus d'Arſeuille Lemouix, Cardinalis, Epiſcopus Auenionenſis, 83
Federicus Cardinalis Sfortia, Italus, Prolegatus Auenionenſis, 94
Federicus de S. Seuerino, Italus, Cardinalis, Archiep. Viennenſis, 810
Franciſcus Cardinalis Barberinus, Florentinus, Legatus Auenionenſis, 92
Franciſcus Caſſards Delphinas, Cardinalis Archiep. Turonenſis, 774
Franciſcus Guillelmus de Clermont, Gallus, Cardinalis, Archiepiſc. Auſcenſis 114. *Legatus Auenionenſis,* 91
Franciſcus de Condelmeriis, Venetus, Cardinalis de Venetiâ, Archiepiſc. Biſontinenſis, 132
Franciſcus d'Eſcoubleau, Cardinalis de Sourdis, Gallus, Archiepiſc. Burdegalenſis, 277
Franciſcus Hugocionis, Italus, Cardinalis Burdegalenſis & Archiep. 221
Franciſcus Cardinalis de Ioyeuſe, Gallus, Archiep. Rotomagenſis 606. *Toloſanus,* 705
Franciſcus Piſani Venetus, Cardinalis S. Theodori, Archiep. Narbon. 391
Franciſcus-Maria Tauruſius, Italus, Cardinalis S. Bartholomæi in Inſulâ, Archiepiſcopus Auenionenſis, 88
Franciſcus de Tournon, Gallus, Cardinalis Oſtienſis, Archiep. Auſcienſis 114. *Bituricenſis* 186. *Ebredunenſis* 284. *Lugdunenſis,* 332

G.

Gaillardus de la Motte, Cardinalis S. Luciæ, Magnus Archidiaconus Narbonenſis, 394
Gaillardus de Preſſat Aquitanus, Cardinalis S. Luciæ, Epiſcopus Toloſanus, 692
Georgius d'Armagnac, Gallus, Cardinalis S. Nicolai, Archiep. Auenionenſis 87. *Toloſanus* 703. *Turonenſis,* 784
Georgius Cardinalis d'Amboiſe, Gallus, Archiepiſcopus Rotomagenſis 601. *Legatus Auenionenſis,* 91
Georgius d'Amboiſe, Gallus, Cardinalis SS. Marcellini & Petri, Archiepiſc. Rotomagenſis, 603
Guido Groſſus, aliàs Fulcodij, Gallus, Cardinalis Sabinenſis, Archiep. Narbonenſis, 385
Guido Paré, Gallus, Cardinalis Præneſtinus, Archiep. Remenſis, 519
Guido d'Auuergne, dictus de Bologne, Aruernus, Cardinalis Portuenſis, Archiep. Lugdunenſis, 327
Guillelmus Alanus, Anglus, Cardinalis S. Martini de Montibus, Archiepiſc. Machlinienſis, 342
Guillelmus d'Auanſon Delphinas, Cardinalis, Archiepiſcopus Ebredunenſis, 284
Guillelmus Cardinalis Briçonnet, Gallus, Archiepiſcop. Narbonenſis 390. *Remenſis,* 542
Guillelmus de Champagne, Gallus Cardinalis Albanus, Archiep. Remenſis 517. *Senonenſis,* 634
Guillelmus de Croy, Gallus, Cardinalis Toletanus, Epiſc. Camer. 245
Guillelmus d'Eſtouteuille, Gallus, Cardinalis, Archiepiſc. Rotomagenſis, 600
Guillelmus Fillaſtre, Cenomannus, Cardinalis S. Marci, Archiep. Aquenſ. 19

Guil-

Guilelmus de Mandagot Sebennas, Cardinalis Præneſtinus, Archiep. Ebredunenſis, 280

H.

HElias de Bordeille, Gallus, Cardinalis S. Luciæ, Archiep. Turonenſis, 783
Henricus de Bartholomais de Suſâ, Pedemontanus, Cardinalis Oſtienſis, Archiepiſcopus Ebredunenſis, 279
Henricus de Gondy Cardinalis de Retz, Gallus, Epiſcopus Pariſienſis, 464
Hieronymus Grimaldi Genuenſis Cardinalis Archiep. Aquenſis, 26
Hippolytus d'Eſte, Italus, Cardinalis Ferrarienſis, Archiepiſcopus Arelatenſis 68. *Auſcenſis* 115. *Lugdunenſis,* 332. & 334
Hippolytus Cardinalis Eſtenſis, Italus, Archiep. Narbonenſis, 390. & 391
Hippolytus de Medicis, Cardinalis S. Praxedis, Italus, Archiepiſcopus Auenionenſis, 86
Hugo Cardinalis Britanniæ; Cameracenſis Decanus. 253

I.

IAcobus Davy, Cardinalis du Perron, Gallus, Archiepiſcopus Senonenſis, 652
Iacobus de Via, Cardinalis, Gallus, Epiſcopus Auenionenſis, 81
Ioannes Cardinalis d'Armagnac, Gallus, Archiep. Auſc. 112
Ioannes Brognier, ſeu de Embroniaco, Sabaudus, Cardinalis Oſtienſis, Archiepiſcopus Arelatenſis, 63
Ioannes-Franciſcus de Bagny, Cardinalis à Balneo, Italus, Prolegatus Auenionenſis, 93
Ioannes Franciſcus Paulus de Gondy, Cardinalis Archiepiſcopus Pariſ. 467
Ioannes Cardinalis du Bellay, Gallus, Archiepiſcopus Burdegalenſis 226. *Epiſcopus Pariſienſis,* 460
Ioannes Bertrand, Toloſanus, Cardinalis, Archiep. Senonenſis, 651
Ioannes Raymondus de Cominges, Gallus, Cardinalis Portuenſis, Archiep. Toloſæ, 693
Ioannes Flandrini, Gallus, Cardinalis Archiepiſc. Auſcenſis, 112
Ioannes-Franciſcus-Paulus de Gondy, Gallus, Cardinalis de Retz, Archiep. Pariſienſis, 466
Ioannes Cardinalis de Lorraine, Lugdunenſis Archiepiſc. 332
Ioannes de Lorraine, Cardinalis Oſtienſis Archiep. Narbonenſis, 391
Ioannes Oſſa, Cardinalis Portuenſis, Epiſcopus Auenionenſis, 80
Ioannes d'Orleans, Cardinalis de Longueville, Archiep. Toloſanus, 701
Ioannes de la Rochetaillée, Cardinalis Rotomagenſis, Gallus, Biſonticenſis 132. *Rotomagenſis Archiep.* 593. *Epiſcopus Pariſienſis,* 457
Ioannes Cardinalis de la Tremoille, Gallus, Archiepiſcopus Auſcenſis, 113
Ioannes de Talaru, Gallus, Cardinalis, Lugdunenſis & Archiep. 329
Ioannes de Villa-Abbatis Cardinalis, Biſonticenſis Archiepiſc. 128
Iulianus de la Rouere, Italus, Cardinalis Oſtienſis, Archiep. Auenionenſis, 85
Iulius Cardinalis de Medicis, Italus, Archiepiſcopus Ebredunenſis, 283
Iulius Cardinalis de Medicis, Italus, Archiepiſcopus Narbonenſis, 391

L.

LVdouicus Aleman, Gallus, Cardinalis S. Cæciliæ Archiepiſcop. Arelatenſis, 63
Ludouicus Cardinalis de Bourbon, Archiepiſcopus Senonenſis; 651
Ludouicus de Lorraine, Cardinalis Guiſius, Archiepiſcopus Remenſis 546. *Senonenſis,* 652
Ludouicus Cardinalis Ludouiſius, Italus, Legatus Auenionenſis, 91
Ludouicus de Nogaret, Cardinalis de la Valette, Gallus, Archiepiſcopus Toloſæ, 705
Ludouicus de la Palu, Cardinalis de Varembon, Gallus, Archiep. Tarantaſienſis, 667

M.

MArcus de Condelmeriis, Venetus, Cardinalis S. Cæciliæ, Epiſcopus Auenionenſis, 84
Michael Maſariny Italus, Cardinalis S. Cæciliæ, Roman. Archiep. Aquenſis, 26

N.

NIcolaus de Fieſque, Cardinalis Genuenſis, Italus, Archiep. Ebredunenſis, 282
Nicolaus Cardinalis de Pelleué, Gallus, Archiepiſcopus Remenſis 547. *Senonenſis,* 652

O.

Octauius Aquauiua d'Aragon, Cardinalis, Italus, Legatus Aueniónenſis, 91
Odetus de Coligny, Cardinalis de Chaſtillon, Gallus, Archiepiſcopus Toloſanus, 702

P.

Paſtor d'Aubenas Cardinalis de Albenaco, Gallus, Archiepiſc. Ebredunenſis, 281
Petrus d'Ailly, Cardinalis Cameracenſis, Gallus, Epiſcopus Cameracenſis, 243
Petrus Cardinalis de la Baume, Gallus, Archiepiſc. Biſontinus, 134
Petrus de Cros, Cardinalis Praneſtinus, Lemonicenſis, Archiepiſc. Arelatenſis 62. Bituricenſis, 182
Petrus de la Chapelle, Gallus, Cardinalis Praneſtinus, Epiſcopus Toloſ. 692
Petrus de Colmieu, Italus, Cardinalis Albanus, Archiep. Rotomagenſis, 586
Petrus d'Eſtaing, Gallus, Cardinalis Oſtienſis, Archiep. Bituricenſis, 181
Petrus Cardinalis de Foix, Senior, Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis 64. Burdegalenſis 222. Auenionenſis Legatus, 91
Petrus de la Foreſt, Cenomannus, Cardinalis, Epiſcopus Pariſienſis 454. Archiepiſc. Rotomagenſis, 594
Petrus Cardinalis de Gondy, Gallus, Epiſcopus Pariſienſis, 462
Petrus des Prez, Gallus, Cadurcenſis Card. Praneſtinus, Archiep. Aquenſis, 16
Petrus de Sarcenas, Pedemontanus, Cardinalis Sabinenſis, Archiepiſc. Ebredunenſis, 281
Petrus de Tarentaiſe Sabaudus, Cardinalis Oſtienſis, Archiepiſcop. Lugdunenſis, 324
Philippus d'Alençon Gallus, Cardinalis Oſtienſis, Archiepiſc. Auſcenſis 111. *Rotomagenſis,* 595
Petrus Rogerij, Epiſcopus Auenionenſis 82. *Archiep. Rotomagenſis* 592. *Senonenſis* 643. *poſteà Papa Clemens VI.*
Philippus Cardinalis de Leuis, Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis 66. Auſcenſis, 113
Philippus Philonardus, Italus, Cardinalis, Proleg. Auenionenſis, 93
Philippus Cardinalis de Lenoncourt, Gallus, Archiep. Remenſis, 546
Petrus de Leuis, Gallus, Cardinalis; Archiepiſc. Arelatenſis, 66
Proſper de S. Croix Romanus, Archiepiſc. Arelatenſis, 68

R.

Raymundus de Canillac, Gallus, Cardinalis Toloſanus; Archiepiſcopus Toloſanus, 696
Reginaldus de Chartres, Gallus, Cardin. Archiep. Remenſis, 538
Reginaldus de la Porte Lemonix, Cardinalis Oſtienſis; Archiepiſcopus Bituricenſis, 180
Robertus Guibé, Cardinalis Nannetenſis, Brito, Legatus Auenionenſis, 91
Robertus Cardin. de Lenoncourt, Gallus, Archiepiſcopus Arelatenſis 68. Ebredunenſis 284. Toloſanus, 703

S.

Scipio Cardinalis Burgheſius, Italus, Legatus Auenionenſis, 92
Silvius Cardinalis Sabellus, Italus, Prolegatus Auenionenſis, 93
Simon de Beaulieu, Gallus, Cardinalis Præneſtinus, Archiepiſcopus Bituricenſis, 178
Simon de Cromand Pictо, Cardinalis Sancti Laurentij Epiſcopus Auenionenſis, 84
Stephanus Cardinalis de Paris, Gallus, Epiſcopus Pariſienſis, 451

V.

Vicedominus de Vicedominis, Italus, Placentinus, Cardinalis Praneſtinus, Archiep. Aquenſis, 14

FINIS.

INDEX DIPLOMATVM MANVSRIPTORVM
quæ eduntur hoc Tomo.

DIPLOMATA PONTIFICVM.

ALexandri iii. 435. 576. iv. 589. 590. 598
Anaſtaſij, 53
Benedicti, 415
Calliſti 2. 800
Cæleſtini, 52
Clementis 5. 219. 280. 261
Gregorij 7. 307. 375. 318. ix. 584. xi. 595. xv. 397
Hadriani, 481
Ioannis, 154. 201. x. 372. xxii. 693
Innocentij, 79. 129. 178. 379. iii. 520
Sergij iv. 756
Sixti iv. 853
Stephani, 372
Vrbani, 82. ii. 381. 382

REGVM AVT PRINCIPVM.

Audeberti Com. Marchiæ, 215
Bertrandi Com. Gaſcon. 101
Bertrandi Com. Prouin. 49
Boſonis Regis, 43
Caroli Imperat. 155
Caroli Regis, 371. 373. 407. 411
Centulli Vicecom. Bearn. 103
Conradi 2. Imperat. 238
Conradi 3. Imp. 832. 834. 835
Conradi 4. Rom Reg. 727
Friderici Imperat. 10
Friderici Ænobardi Imp. 837
Friderici Rom. Imp. 317
Friderici 2. 802
Gaſtonis Vicecom. Bearn. 107
Goffridi Ducis Aquitan. 205
Goffridi Com. Andegau. 353. 359
Guigonis Com. Forcal. 9
Guillelmi Raymundi de Montecatano Vicecom. Bearn. 108
Guillelmi Com. Forcal. 277
Henrici Franc. Reg. 431
Henrici Imperat. 735. 829
Henrici 2. Reg. Angl. 771
Henrici 6. Imperat. 837
Iacobi Reg. Arag. 688
Ildefonſi Reg. Arag. 9. 105
Ioannis Reg. Angl. 582
Karlomanni Regis, 156
Letgardis Com. Viromand. 159
Ludouici Imperat. 45
Ludouici Reg. Fran. 165
Ludouici Reg. 168. 213
Ludouici Ducis Aquit. 211
Ludouici 7. Reg. 414
S. Ludouici, 448
Maximiliani 1. Imperat. 244
Othonis Regis, 812
Petri Reg Arag. 13
Petri Ducis Borbonij, 531
Philippi Regis, 374. 384. 427
Philippi 2. Regis, 439
Philippi Pulchri Reg. 451
Philippi 3. Reg. Franc. 591
Pipini Reg. Aquitan. 154
Raymundi Com. Prouin. 21
Raymundi Berengarij Com. Prouinciæ, 23. 57. 58
Raymundi Com. S. Egidij, 50
Raymundi Com. Toloſæ, 76
Ricardi Reg. Angl. 581. 772
Roberti Regis, 417
Roberti Com. & Abbatis S. Martini, 749
Rodulfi Regis, 798
Sigiſmundi Imperat. 849

ARCHIEPISCOPORVM.

Adalberti Mogunt. Arch. 354
Adelboldi Traiectenſis, 8. 5
Ademari Engoliſ. Epiſc. 208
Æneæ Pariſienſis, 409
Alberici Remenſis, 520. 521
Almarici Aquenſis, 4
Amandi Burdegalenſis, 197
Amalij Toloſani, 682
Anſegiſi Senonenſis, 622
Archimbaldi Burdegalenſis, 203
Anskerici Pariſienſis, 411. 412
Arnaldi Burdegalenſis 210. Narbonenſis, 378. 380.
Auſtindi Auſcenſis, 101
Aymonis Bituricenſis, 162
Baldrici Traiectenſis, 822
Bartholomæi Pariſienſis, 444
Bernardi Arelatenſis, 32
Bertrandi Auenionenſis, 80
Crotberti Turonenſis, 741
Daimberti Senonenſis, 629
Danielis Narbonenſis, 367. 368
Eliſiardi Pariſienſis, 414. 415
Engerbaudi Turonenſis, 769
Enſelini Pariſienſis, 410
Erardi Turonenſis, 744
Etkenradi Pariſienſis, 407
Ermemberti Bituricenſis, 149
Frotarij Bituricenſis, 157
Fulconis Lugdunenſis, 316
Galonis Pariſienſis, 426
Galteri Pariſienſis, 413
Geraldi Toloſani, 684
Girberti Pariſienſis, 429. 430
Goffridi Pariſienſis, 422. Burdegalenſis, 211. 212
Goſcelini Burdegalenſis, 207
Grimerij Aquenſis, 15
Guidonis Aquenſis, 11 Remenſis, 532
Guillelmi Auſcienſ. 106. 111. Pariſienſ 423. Remenſis 518. Rotomagenſ. 537. Senon. 629 Lemouicenſis, 163
Henrici Senon. 638. Traiectenſ. 843

Henrici Remenſis, 490
Hugonis Bituricenſis 160. Lugdun. 309. 310. Rotomag. 579. 598. Senon. 633. Toloſan. 677. Turon. 756. 767.
Ingenui Ebredunenſis, 272
Ioannis Arelat. 58. 59. Bituric. 177. Remenſis, 529. 540
Iſarni Toloſan. 679. 680. 681
Iterij Arelatenſis, 46
Leidradi Lugdunenſis, 330
Leodegarij Bituricenſis, 165
Ludouici Lugdun. 320. Toloſan. 691
Malgerij Rotomagenſis, 573
Manaſſis Remenſis, 508
Michaelis Arelatenſis, 56
Nimbridij Narbonenſis, 369
Odalrici Remenſis, 497
Odonis Pariſienſis 438. 439. Rotomagenſis. 587. 588
Petri Aquenſis 8. Arelatenſis 55. Bituric. 170. Narbon. 383. Pariſ. 441. Remenſis 537. Turonenſis, 775
Philippi Beluacenſis, 441
Pontij Arelatenſis, 47
Radulfi Pariſ. 450. Remenſ. 512. Turonenſis 761. 764
Raiambaldi Arelatenſis, 48
Raimundi Arelat. 52. 54. Toloſ. 683
Rainaldi Pariſ. 417. Remenſ. 509. Pariſienſis, 445. 446. 447
Richerij Senonenſis, 628
Roberti Rotomag. 571. Lugd. 322
Rodulfi Bituricenſis, 151
Roſtagni Aquenſis, 7
Samſonis Remenſis, 615
Samuelis Toloſani, 676
Seguini Turonenſis, 778
Simonis Bituricenſis, 176
Stephani Pariſienſis, 431. 432. 433
Tetelonis Turonenſis, 751
Theodulfi Pariſienſis, 412
Thomæ Remenſis, 528
Vrſinari Turonenſis, 743
Vulgrini Bituricenſis, 166

VARIA.

Ariberti pro Eccl. S. Promaſij, 5
Archimrici Abbatis Montiſmaioris, 76
Iosfredi Vicecom. Maſſil. 49
Bertrandi de Baucio è dom. Berræ, 59
R. Barralis Vicecomitis Maſſiliæ, 72
Adalaxis Forcalcarienſis Comitiſſæ, 77
Simonis Com. Licestriæ, 78
Dodonis pro Prioratu Sanctimontis, 99
Sanctimontis cœnobij fundatio, 100
Bernardi de Lomaniâ, 103. 104
Concilium Auxitanum, 110
S. Martini Turonenſis, 156
Ebbonis de Dolis, 158
S. Vincentij Cantellæ, 158
Archimbaldi de Borbonio, 163
Rodulfi de Culent, 175
Annæ Comitiſſæ Burdegal. 203
Itherij de Barbeſillo, 205
Margaritæ de Turenâ, 217
Aquitanici Primatis exemptio, 219
Ducatus Cameracenſis inſtitutio, 244
Bonnenſis ad Rhenum pactio, 259
Primatus Lugdunenſis confirmatio, 307
Bernardi Portarum Prioris, 315
Mainardi Comitis Mœrpecenſis, 354
Pugnæ Murctenſis contra Mauros deſcriptio, 380
Bulla erectionis Archiepiſcopatus Pariſienſis, 397
Burcardi Com. Corbolij, 418
Mathæi Abbatis S Dionyſij, 449
Ioannis Regis ingreſſus in Eccleſiam Pariſienſ. 453
Hugonis Clementis Decani Pariſ. 470
Philippi Regis ſacrum Remenſe, 506
Montis-Dei Cartuſiæ fundatio, 514
Longæuillæ Prioratus in Normanniâ, 571
Ingelrani de Mariniaco fundatio Eccleſiæ d'Eſcouys, 593. 594
Melodunenſis Epiſc. ſedes interdicta, 616
Primatus Senonenſis bulla, 622
Burcardi de Montmorency, 665
Bulla inſtitutionis Archiep. Toloſani, 693
Fundatio Eccl. de Lochis, 755

FINIS.

ARCHIEPISCOPATVVM INDEX ALPHABETICVS QVI HOC TOMO RECENSENTVR.

AQVENSES, fol. 1
Arelatenſes, 28
Auenionenſes Epiſcopi 73. Archiepiſc. 85
Auſcienſes, 94
Biſonticenſes, 118
Bituricenſes, 140
Burdegalenſes, 194
Cameracenſes Epiſcopi 230. Archiepiſcopi, 246
Colonienſes, 254
Ebredunenſes, 270
Eluſani, 95
Lugdunenſes, 286
Machlinienſes, 341
Moguntinenſes, 344
Narbonenſes, 363
Pariſienſes, 395
Remenſes, 473
Rotomagenſes, 554
Senonenſes, 613
Tarantaſienſes, 663
Toloſani Epiſcopi 670. Archiepiſcopi, 693
Treuirenſes, 713
Turonenſes, 732
Viennenſes, 789
Vltraiectini, 816

DECANORVM ET PRÆPOSITORVM ELENCHVS.

AQVENSES, Præpoſiti, 26
Arelatenſes Præpoſiti, 71
Auenioneſes Præpoſiti 90. Legati 90. Prolegati, 92

Biſontieenſes Decani,	137
Bituricenſes Decani,	193
Burdegalenſes Decani,	230
Cameracenſes Præpoſiti 251. Decani,	253
Lugdunenſes Decani,	338
Moguntinenſes Præpoſiti,	361
Narbonenſes Archidiaconi,	394
Pariſienſes Decani,	469
Remenſes Præpoſiti,	551
Rotomagenſes Decani,	611
Senonenſes Decani,	659
Toloſani Præpoſiti,	711
Turonenſes Decani,	788
Viennenſes Decani,	816
Vltraiectini Præpoſiti,	867

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII.

LVDOVICI XIV. *Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate cautum eſt, ne quis in Regno, aliiſue locis eius ditioni ſubiectis, vltra nouennium à die impreſſionis primæ abſolutæ in regionibus Chriſtianiſſimæ Maieſtatis, & publicationis exemplarium, imprimat, diuendat, vel alio quouis modo typis edendum curet Librum, qui inſcribitur*, Gallia Chriſtiana, &c. *præter Sammarthanorum fratrum Regis Hiſtoriographorum voluntatem, aut permiſſum, vel illos quibus ipſimet conceſſerint. Prohibitum quoque eadem auctoritate Regiâ omnibus ſubditis, eundem Librum alibi terrarum impreſſum in Galliam importare, aut venalem habere: mulctâ indictâ confiſcationis exemplarium, & aliis grauioribus pœnis, ſi quis aduerſus ea ſecus fecerit, prout fuſiùs videre eſt in Regiis literis. Datis Lutetiæ ſecundâ die Martij anno* MDCLIII. *Sic ſignatum. De mandato Regis* IVSTEL.

CESSIO PRIVILEGII.

Præfati Sammarthani conceſſere Petro Menard, Carolo du Meſnil, viduæ Geruaſij Alliot, Edmundo Pepingué, & Ioanni Guignard Typographis Pariſienſibus, vti Priuilegio ad nouem annos. Actum Lutetiæ XIII. *Auguſti 1655. Sic ſignatum.*

SAINTEMARTHE.

PONT. ROM.

PONTIFICES ROMANI.

ANTEQVAM explicemus ſeriem Pontificum Maximorum, qui Romanam Sedem omnium Eccleſiarum Orbis, matrem & dominam rexêre, operæpretium eſt obſeruare cùm Vghello, multos habuiſſe auctores qui de eâ & Pontificibus ſcripſerint, videlicet Damaſum Papam, Anaſtaſium Bibliothecarium, Paulum Diaconum Aquileiæ, Vidonem Rauennatem, Sigebertum, Luitprandum, Gotifredum Viterbienſem, Ptolemæum Lucenſem, B. Antoninum Archiepiſcopum Florent. Platinam, Onuphrium Panuinum, Card. Baronium in Annal. Papirium Maſſonum, & Ciaconium. Ex eiuſdem Sanctæ Rom. Eccl. Summis Pontif. Martyres 32. & 37. Confeſſores in Sanctorum numerum relati, 52. tum Monachi, tum Heremitæ: ac præterea Galli natione 14. Hiſpani 4. Germani 4. Græci 15. Anglus vnus, Flander vnus, ex Syriâ 7. ex Africâ 3. Itali plures.

1. S. PETRVS Apoſtolorum Princeps, anteà Simon Ioannis à Betſatda Galileæ, Petrus & Cephas cognominatus, ex piſcatore diſcipulus Domini, Romæ Apoſtolicam Sedem fundauit; quam viginti quatuor annis, menſibus quinque duodecim diebus rexit, & in Ianiculo cruci af-
69. fixus anno Incarnationis Chriſti 69.
die 29. Iunij, martyrij palmam tulit.

2. S. LINVS Petri ſucceſſor anno 69. origine Tuſcus, patriâ Volaterranus, ſedit an. 11. Romæ 23. Sept. agone vitam finiuit, humatus in Vaticano.

3. S. CLETVS, Romanus, Æmiliani filius, cùm S. Lino Coepiſcopus deſignatur; ſedit an. 12. ac ſub Domitiano Imp. gladio truncatus cùm S. Lino quieſcit.

4. S. CLEMENS I. Romanus
in Monte Cœlio, Fauſtino Mitidiâque
parentibus ſatus, Pontifex ac-
clamatur an. 93. ſedit nouem annis; 93.
iacet in Monte Cœlio apud baſilicam ſui nominis.

5. S. ANACLETVS patriâ Athe-
nienſis, Antiochi filius electus Papâ 103.
an. 103. capite plectitur ſub Traiano Imp. 13. Iulij, conditus in æde Vaticanâ.

6. S. EVARISTVS natione Græcus, patre Iudæo, cui nomen Bethle-
hemiticus, genitus erat an. 112. ſub 112.
Hadriano, capite abſciſſo occubuit an. 121. iacet in Vaticano: fuit interpontificium 18. dierum.

7. S. ALEXANDER I. Romanus, Alexandri natus, ſucceſſit, ſub perſecutione Hadriani peremptus
an. 132. die 3. menſis Maij. Lucæ in 132.
templo magnifico tumulatus eſt.

8. S. SIXTVS I. Romanus, Paſtoris è Viæ latæ regione filius, eligi-
tur 132. martyr deceſſit Romæ 8. 141
Idus Aprilis an. 141. ſepulturæ locum ſortitus in Vaticano.

9. S. TELESPHORVS, Græcus

è Thurienſi ciuitate pontificiam di- A
gnitatem adeptus 142. ſub Antoni-
no pro fide Chriſti martyr interiit
154. Nonis Ianuarij an. 154. ac iuxta S.
Petri Apoſtoli corpus in Vaticano
ſepelitur.

10. S. HYGINVS Græco Philo-
ſopho Athenienſi prognatus, Ca-
thedram Apoſtolicam iniit die 13.
Ianuar. an. 154. quem alij marty-
rem, nonnulli placidè in Domino
obdormiiſſe volunt 8. Ianuarij an.
158. 158. tumulatus in Vaticano apud S.
Petrum.

B

11. S. PIVS I. Aquileienſis, Ru-
fi filius ex Romano Preſbytero Pon-
tifex adlectus an. 158. die 15. Iann.
ſanguinem pro Chriſto fudit M. Au-
relio & Vero Imp. die 11. Iulij anni
166. in Vaticano ſepultus.

12. S. ANICETVS Syrus patriâ,
Ioannis filius, ad clauum Eccleſiæ
166. vniuerſæ admotus an. 166. martyr
animam reddidit die 17. April. an.
175. conditus viâ Appiâ in cœmete-
rio, cui poſteà Callisti nomen.

13. S. SOTER, Fundi in Cam- C
paniâ, Concordio patre genitus,
Pontificiam ſedem adeptus an. 175.
die 5. Maij deceſſit 179. humatus viâ
Appiâ, in cœmiterio Calliſti.

14. S. ELEVTHERIVS Græcus
Nicopolitanus, Abundij filius ſuc-
179. ceſſit an. 179. Commodo imperante
fatis ceſſit 7. Cal. Iunij an. 194. Se-
pelitur in Vaticano.

15. S. VICTOR I. Africanus, fi-
lius Felicis, creatur an. 194. marty-
rio obitum ſuum nobilitauit, quieſ-
citque in Vaticano.

D

16. S. ZEPHIRINVS Romanus,
203. Abundij filius, ſucceſſit anno 203.
deuixit an. 221. iacet in cœmeterio
in viâ Appiâ.

17. S. CALLISTVS I. Romanus,
Dionyſij filius ſucceſſit Zephyrino
an. 221. in carcere diris tormentis
226. cruciatus in puteum detruditur pri-
die Idus Octob. an. 226. humatus
in cœmiterio Calepodij, viâ Au-
reliâ.

18. S. VRBANVS I. Pontij filius
eligitur Pontifex an. 226. pro fide
martyrio coronatur 26. Maij an. 233. 233.
eius cineres elati apud cœmiterium
Calliſti.

19. S. PONTIANVS Romanus,
Calphurnij filius Romanam Sedem
conſcendit an. 233. & iubente Maxi-
mino poſt multa tormenta glorioſo
agone trucidatur die 19. Nouemb.
an. 237. in Sardiniâ inſulâ primò tu- 237.
mulatus, inde apud cœmiterium
Calliſti reconditur.

20. S. ANTERVS Petilienſis è
magnâ Græcia, ac Romuli filius, Pon-
tificali throno nobilitatus an. repa-
ratæ ſalutis 237. martyrio necatus an.
238. quieſcit in cœmiterio Calliſti. 238.

21. S. FABIANVS Romanus, Fa-
bij filius, euehitur ad Sedem an. 238.
& ſub Decij perſecutione occiditur
die 20. Ianuarij an. 253. 253.

22. S. CORNELIVS Romanus,
Caſtini filius, à Clero in Pontificem
ſalutatur an. 254. furente adhuc De-
cio in Chriſtianos, ſanguinem fudit
an. 255. die 14. Septemb. 255.

23. S. LVCIVS I. Romanus, Por-
phyrij filius, Sanctique Cornelij de-
ceſſoris olim Collega electus fuit an.
255. interiit martyr 4. Nonas Martij
& in cœmiterio Calliſti quieſcendi
locum accepit.

24. S. STEPHANVS I. Roma-
nus, Iulij filius, ex Rom. Eccleſiæ
Archidiacono ſublectus eſt Papa an.
257. die 9. April. iuſſu Imp. capite
plectitur an. 260. menſe Aug. iacet 260.
in cœmeterio Calliſti.

25. S. SIXTVS II. Græcus Athe-
nienſis ſubrogatur in Apoſtolicâ ſe-
de an. 260. 26. Aug. capite obtrun-
catus 8. Idus Aug. an. 261. elatus 261.
cœnotaphio apud cœmeterium Cal-
liſti.

26. S. DIONYSIVS natione Græ-
cus ex monacho Pontificium hono-
rem aſſequutus 4. Idus Septemb.
an. 261. diem extremum obiit an.
272. 7. Cal. Ianuar. conditus in cœ- 272.
meterio Calliſti.

AN.CH.

27. S. FELIX I. Romanus Con- A
ſtantij filius, Pontifex eligitur an.
272. pridie Cal. Ianuarij; martyrio
275. ſublatus an. 275. in ſuo cœmeterio
iacet, vbi viâ Aureliâ templum con-
diderat duobus ab vrbe milliariis.

28. S. EVTYCHIANVS patriâ
Tuſcus, ex Lunâ oppido, filius Maxi-
mi ſucceſſit pridie Nonas Iunij an.
275. paſſus martyrium menſe De-
283. cemb. an. 283. & tumulatur in cœ-
meterio Calliſti.

29. S. CAIVS Dalmata, Maximi B
filius, thiarâ honeſtatus an. 283. die
17. Decemb. martyrij palmam tulit
296. 10. Cal. Maij an. 296.

30. S. MARCELLINVS Proiecti
filius ad Pontificatum aſcendit an.
296. die 3. Maij; interiit 6. Cal. Maij
304. an. 304. iacet in cœmeterio S. Priſ-
cillæ.

31. S. MARCELLVS I. Roma-
nus, Benedicti filius, electione Cle-
ri ſubrogatus an. 304. ſublatus è vi-
309. uis an. 309. die 16. Ianuarij; morta- C
les exuuiæ in cœmeterio Priſcillæ
viâ Salariâ depoſitæ ſunt.

32. S. EVSEBIVS genere Græcus
ad Summum Pontificatum euehitur
15. Februarij an. 309. fatis conce-
311. dens an. 311. funeratur in cœmete-
rio Calliſti.

33. S. MELCHIADES gente Afer
creatur an. 311. mortalitatem exple-
313. uit an. 313. 4. Idus Decemb. iacet in
cœmeterio Calliſti.

34. S. SILVESTER I. Romanus,
filius Rufini Pontificium munus re- D
gendum ſuſcepit an. 314. 1. die Febru.
335. quieuit in pace 31. Decemb. an. 335.
Conſtantino Imperatore ab ipſo ba-
ptizato: terræ mandatur in cœme-
terio Priſcillæ.

35. S. MARCVS Romanus filius
Priſci, Diaconus Cardinalis Silueſtri
locum adipiſcitur 17. Cal. Febru. an.
336. 336. exceſſit è viuis 7. die Octob. ia-
cet in cœmeterio Balbinæ viâ Ar-
deatina.

36. S. IVLIVS I. Romanus filius
Ruſtici, ſublectus eſt ad Pontificiam
Cathedram 27. Octob. an. 336. mor-
tuus pridie Idus Aprilis an. 352. quieſ- 352.
cit in cœmeterio Calepodij viâ Au-
reliâ.

37. S. LIBERIVS Romanus, Au-
guſti natus, ad culmen Apoſtolicum
vocatur an. 352. 8. Idus Maij. Qui
cùm à Conſtantio Arriano in exi-
lium fuiſſet relegatus, iuſſu Impera-
toris FELIX poſteà martyr eius Ca-
thedram occupauit: ſed poſtliminio
reuerſus Liberius Summo Pontifica-
tui admotus eum ſapienter & pie ad-
miniſtrauit, defunctúſque humatur in
cœmeterio Priſcillæ 23. April. an. 367. 367.

36. S. DAMASVS Iberus, Apo-
ſtolicâ Cathedrâ condecoratus die
15. Septemb. an. 367. ſepultus 3. Idus
Decemb. an. 384. in ſuâ baſilicâ viâ 384.
Ardeatinâ; inde tranſlatus ad ædem
S. Laurentij in Damaſo.

37. S. SIRICIVS Romanus, Car-
dinalis tituli S. Paſtoris, Tiburtij fi-
lius Apoſtolicum culmen conſcendit
an. 385. pridie Idus Ianuarij. Obiit
8. Calend. Martij an. 398. iacet in 398.
cœmeterio Priſcillæ.

38. S. ANASTASIVS Romanus,
Maximi filius ad Summum Pontifi-
catum euectus an. 398. pridie Idus
Martij: deceſſit an. 402. ac terræ il- 402.
latus in cœmeterio ſuo ad Vrſum Pi-
leatum.

39. S. INNOCENTIVS I. Alba-
nenſis, filius Innocentij creatur Pa-
pa an. 402. die 15. Calend. Iunij:
exemptus è viuis an. 417. die 15. 417.
Calend. Aug. conditur in cœmete-
rio Priſcillæ.

40. S. ZOSIMVS è magnâ Græ-
ciâ Abrahami filius, ex Cardinali re-
nunciatus an. 417. iuxta S. Lauren-
tium: ſepultus eſt viâ Tiburtinâ.

41. S. BONIFACIVS I. Roma-
nus Presbyter, Iucundi filius electus
an. 418. ad meliorem vitam tranſiit
an. 423. die 25. Octob. funeratus viâ 423.
Salariâ in cœmeterio S. Feliciani mar-
tyris.

42. S. CÆLESTINVS I. Romanus

patre Priſco genitus ad Pontifica- A
tum euaſit anno 423. dies expleuit
431. 8. Idus April. an. 432. tumulatur in
cœmeterio Priſcillæ.

43. S. SIXTVS III. Romanus, fi-
lius Sixti fit Pontifex an. 432. obiit
an. 440. 5. Calend. April. iacet in
viâ Tiburtinâ in cryptâ propè S. Lau-
rentium martyrem.

44. S. LEO I. cognomine Ma-
gnus natione Tuſcus, patre Quintia-
no prognatus, ſucceſſit anno 440.
18. Maij; ad Dominum migrat an.
461. 461. ſepultus in baſilicâ S. Petri. B

45. S. HILARVS genere Sardus,
patriâ Calaritanus, ac Criſpini filius
Leoni ſubrogatur an. 461. pridie Idus
Nouemb. mortalitatis ſolutus erga-
467. ſtulo ad ſuperos euolauit an. 467.
10. Septemb. humatus in templo D.
Laurentij martyris prope S. Sixti re-
liquias.

46. S. SIMPLICIVS genere Tibur-
tinus, pedum Apoſtolicum aſſumpſit
an. 467. 20. Septemb. deuixit an.
483. 483. 6. Nonas Martij conditus in ba-
ſilicâ S. Petri. C

47. S. FELIX II. Romanus Preſ-
byter anteà Cardinalis tituli Sancto-
rum Nerei & Achillei, ſucceſſit an.
483. 8. Idus Martij: fato abſumptus
492. an. 491. die 5. Cal. Martij terræ man-
datur in templo S. Pauli.

48. S. GELASIVS I. Africanus,
cuius parens Valerius nomine, præ-
ficitur die 2. Martij an. 492. mortuus
496. an. 496. 11. Calend. Decemb. iacet
in baſilicâ S. Petri.

49. ANASTASIVS 2. ad Cathe- D
dram vocatur die 28. Nouemb. an.
498. 496. deuixit an. 498. funeratus in
æde D. Petri.

50. S. SYMMACHVS genere Sar-
dus Symmagenſis, ac filius Fortuna-
ti, ex Diacono Cardinali ſublectus
an. 498. 10. Calend. Decemb. ex-
514. trema clauſit an. 514. die 15. Calend.
Aug. quieſcit in baſilicâ S. Petri.

51. S. HORMISDAS natione
Campanus, Iuſti filius de Truſino-
ne Pontificium honorem excepit 7.
Calend. Aug. an. 514. morte erep-
tus 8. Idus Aug. an. 523. 523.

52. S. IOANNES I. Thuſcus, fi-
lius Conſtantini, ex Cardinali tit. Ss.
Ioannis & Pauli inauguratur an. 523.
pridie Idus Aug. carceris terrâ ma-
ceratione ſub Theodorico Rege Ar-
riano extinctus an. 526. die 27. Maij. 526.

53. FELIX III. Samnita, patriâ
Beneuentanus regendæ vniuerſali
Eccleſiæ admotus die 24. Iunij an.
526. moritur an. 530. 4. Idus Octob. 530.
conditus apud S. Petrum.

54. BONIFACIVS II. Romanus,
ſed genere Gothus ſucceſſit an. 530.
17. Cal. Nouemb. obiit 17. Octob.
an. 531. 531.

55. IOANNES II. Romanus, fi-
lius Proiecti electus an. 531. mortuus
an. 535. ſepelitur apud S. Petrum.

56. S. AGAPETVS I. Romanus,
Gordiani filius ex Archidiacono in
Pontificem Max. creatur an. 535. obiit
Conſtantinopoli an. 536. 536.

57. S. SILVERIVS Campanus,
ex legitimo connubio Hormiſdæ Pa-
pæ procreatus antequàm Pontifex
promulgaretur, ſucceſſit Agapito an.
536. in Palmariam inſulam relegatus
exilio à Beliſario, interiit 12. Calend.
Iulij an. 540. ibique humatus. 540.

58. VIGILIVS Romanus è con-
ſulari prognatus familiâ, Romanæ-
que Eccleſiæ Archidiaconus in de-
mortui Pontificis ſolium collocatus
an. 540. à Theodorâ Auguſtâ exa-
gitatus in Siciliâ apud Syracuſas mi-
grauit ex humanis, & inde elatus Ro-
mæ in S. Marcelli baſilicâ recondi-
tur an. 555. 555.

59. PELAGIVS I. Romanus,
Ioanne vicario patre natus, ex Rom.
Eccleſiæ Archidiacono nominatus
an. 554. deſiit eſſe in viuis an. 559. 559.
iacet apud S. Petrum.

60. S. IOANNES III. Romanus
in Pontificem ſalutatur die 17. Iulij
an. 559. obiit 3. Idus Iulij an. 572. hu- 572.
matus in baſilicâ S. Petri.

61. S. BENEDICTVS I. Romanus, cognomento Bonoſus Bonifacij filius ſucceſſit an. 573. 16. Maij, A
577. obiit an. 577. pridie Calend. Aug. ſepultus apud D. Petrum.

62. S. PELAGIVS II. Romanus, genere tamen Gothus renunciatur ſucceſſor 10. Nouemb. an. 577. præ-
590. fuit vſque ad an. 590. die 8. Februarij, conditus in baſilicâ S. Petri.

63. S. GREGORIVS I. cognomento Magnus, Romanus, Pelagij quondam Diaconus, & ex nobili Aniciorum ſtirpe ſatus, matre Syluiâ, B
diui Benedicti primò religioſus, inde Archidiaconus Cardinalis, ac tandem Apoſtolicam in Sedem collocatus an. 590. incomparabilis nominis Pontifex in Romanâ Eccleſiâ floruit
604. ad annum vſque 604. & diem 12. Martij quo vitâ fungitur die 12. Martij, conditus apud S. Petrum in Vaticano.

64. SABINIANVS Thuſcus patriâ apud Volaterram natus, vt quibuſdam placet, creatur an. 604. Ca-
605. lend. Septemb. moritur anno 605. 2. Cal. Martij, iacet in baſilicâ S. Petri. C

65. BONIFACIVS III. Romanus in Pontificem aſſumitur die 15. Cal. Martij an. 606. vitâ priuatur 12. Nouemb. quieſcit apud S. Petrum.

66. BONIFACIVS IV. Marſus an. 607. 18. Septemb. obiit 8. Idus Mar-
614. tij an. 614. & apud S. Petrum ſepulturæ locum accepit.

67. S. DEVSDEDIT Romanus, Stephani Subdiaconi filius nonnullis Theodatus appellatus, ſucceſſit 13. Nouemb. an. 614. defecit 6. Idus D
617. Nouemb. an. 617. iacet in S. Petro.

68. BONIFACIVS V. Neapolitanus in Papam ſublimatur 14. Decemb. an. 617. tranſiit à ſæculo die
625. 25. Octob. an. 625. ſepultus in baſilicâ B. Petri.

69. HONORIVS I. Campanus, Petronij viri Conſularis filius, Romanæ Cathedræ ſuſcepit inſignia die
638. 15. Maij an. 626. defunctus an. 638. 4. Idus Octob. iacet apud S. Petrum.

70. SEVERINVS Romanus, filius Labieni ſubuectus ad Apoſtolicum thronum an. 639. moritur eodem 639.
anno, 2. Aug. funeratus in Vaticano.

71. IOANNES IV. Dalmata eligitur die 31. Decemb. an. 639. dies expleuit 6. Idus Octob. an. 641. 641.
quieſcit apud S. Petrum.

72. THEODORVS I. Græcus, è Hieroſolymis Epiſcopi Theodori filius, vocatur ad ſedem Petri an. 642. 25. Nouemb. deceſſit pridie Idus
Maij an. 649. & in S. Petro ſepulturam accepit. 649.

73. S. MARTINVS I. Tudertinus in Thuſciâ, Fabricij filius ſucceſſit an. 649. mortuus 12. Nouemb.
an. 654. in tituli S. Equitij baſilicâ 654.
humatur.

74. S. EVGENIVS I. Romanus, filius Rufini ſufficitur an. 654. è viuis exceſſit 2. Iulij an. 655. depoſitus 655.
apud S. Petrum in Vaticano.

75. S. VITALIANVS è Romanâ Campaniâ Signinus patriâ creatur an. 655. mortuus eſt 6. Cal. Fe-
bruarias an. 669. iacet in Vaticano. 669.

76. ADEODATVS Romanus, Iouiniani filius, monachus anteà Benedictinus cœnobij S. Eraſmi in monte Cœlio, inſulâ Pontificiâ donatus an. 669. die 9. Aprilis. defungitur
6. Cal. Iulij an. 676. cùm anteceſſo- 676.
ribus collocatur apud S. Petrum in Vaticano.

77. DONVS, vel DOMNVS I. aliis dictus DOMNIO filius Mauricij, ſuffectus Calend. Nouemb. an. 676. extinctus 3. Idus April. an. 678. 678.
cadauer elatum fuit in Vaticano.

78. S. AGATHO Siculus ex monacho Benedictino Pontifex an. 678. principatum Eccleſiaſticum tenuit
vſque ad 4. Idus Iunij an. 682. 682.

79. S. LEO II. Siculus, filius Pauli ſucceſſit 5. Aug. an. 682. mortalitatem expleuit 4. Calend. Iulij an.
684. iacet in Vaticano. 684.

80. S. BENEDICTVS II. filius

Ioannis Romanus, Leoni ſuccedit A
20. Aug. an. 684. defunctus 7. Maij
685. an. 685. carnis ſarcinam depoſuit ad
S. Petrum.

81. Ioannes v. Syrius è pro-
uinciâ Antiochiæ cooptatur Ponti-
fex 22. Iulij an. 685. moritur 2. Aug.
686. an. 686. tumulatus in Vaticano.

82. Conon Thracius, filius Be-
nedicti euehitur ad Apoſtolatum 20.
Octob. an. 686. denatus die 13. Oct.
687. an. 687. ſepelitur in Vaticano.

83. S. Sergius i. natione Sy- B
rius ab Antiochiâ filius Tiberij, ſuf-
ficitur die 26. Decemb. an. 687. hu-
manitatem exuit 5. Idus Septemb.
701. an. 701. conditus in Vaticano.

84. Ioannes vi. Græcus, Pe-
tronij filius in Pontificem lectus an.
701. 29. Octob. vixit ad an. vſque
705. 705. tumulatus in æde Vaticanâ.

85. Ioannes vii. Græcus Roſ-
ſanenſis, Platonis filius, Papalem di-
gnitatem obtinuit Kal. Martij an.
707. 705. defunctus 18. Octob. an. 707.
iacet in S. Petro. C

86. Sisinnius gènere Syrus ad
Cathedram Eccleſiæ Romanæ voca-
708. tur 15. Cal. Februarij an. 708. eodem
anno extinctus tumulatur in S. Petro.

87. Constantinus Syrus, eli-
gitur Non. Martij an. 708. ex hac
mortali vitâ migrauit ad meliorem
9. Aprilis poſt ſedem annorum ſex,
menſis vnius & diei: ſepultus apud S.
Petrum.

88. S. Gregorius ii. Roma-
nus, Marcello parente genitus, ex
monacho Benedictino & Rom. Eccl. D
Bibliothecario Pontificatus aſſum-
pſit inſignia 20. Maij an. 714. vitâ
731. functus 2. die Februarij 731. condi-
tus in S. Petro.

89. Gregorius iii. natione
Syrus, Ioannis filius, ad Pontifica-
tum aſcendit 15. Calend. Martij an.
741. 731. exceſſit è vitâ 4. Calend. De-
cemb. an. 741.

90. S. Zacharias è magnâ
Græciâ, filius Polycronij S. Bene-
dicti monachus Pontifex acclama-
tus an. 741. mortuus 14. Martij an.
752. in S. Petro tumulatur. 752.

91. Stephanus ii. Romanus,
filius Caſtorini creatur 6. Cal. Apri-
lis an. 752. interijt tertio à creatio-
ne die ante ſuam inaugurationem.

92. S. Paulus i. Romanus, Ste-
phani germanus & poſt ipſum Papa
adlectus die 5. Calend. Iunij an. 757.
defunctus 5. Calend. Iunij 767. con- 767.
ditur apud S. Paulum, vnde tranſla-
tus ad baſilicam S. Petri in Sacello
B. Virginis.

93. Stephanus iii. Siculus,
Oliuij filius, ex monacho Benedicti-
no S. Chryſogoni ac Cardinali S.
Cæciliæ ſuccedit an. 768. 7. Idus Aug.
ſublatus ab humanis Kal. Februarij
an. 772. quieſcit in Vaticano. 772.

94. S. Hadrianus i. Roma-
nus nobilis familiæ, Theodori filius
ad Apoſtolatum euectus 9. die Febr.
an. 772. mortuus an. 795. ſepultus 795.
Romæ apud S. Petrum.

95. S. Leo iii. Romanus in Pon-
tificatu exceptus an. 795. defunctus
pridie Idus Iunij an. 816. iacet apud 816.
S. Petrum.

96. Stephanus v. Romanus,
Marini filius, ordinatur Papa 10. Ca-
lend. Iulij an. 816. vitâ fungitur 8.
Calend. Februar. an. 817. ſepultus 817.
in Vaticano.

97. S. Paſchalis i. Romanus, Bo-
noſi filius, S. Benedicti monachus &
D. Stephani Abbas, ſuffectus die 6.
Cal. Febru. an. 817. obiit an. 824. 824.
quieſcit in baſilicâ Vaticanâ.

98. Eugenius ii. Romanus,
Pontificatum promeruit 14. Cal. Iu-
nij an. 824. defunctus an. 827. die 11. 827.
Aug. ſepultus apud S. Petrum.

99. Valentinus Romanus,
Archidiaconus Cardinalis Papa effi-
citur an. 827. die 12. Aug. fato ere-
ptus die quadrageſimo Pontificatus
ſui, iacet in Vaticano.

100. Gregorius iv. Romanus,

& Ioannis filius monachus Benedicti- A
nus Foſſæ Nouæ prope Pipernum,
Pontificium munus accepit an. 817.
843. 8. Cal. Oct. deceſſit è vitâ an. 843. 8.
Calend. Febru. iacet apud S. Petrum in Vaticano.

101. SERGIVS II. Romanus, Sergij filius, eligitur an. 844. mor-
847. tuus an. 847. pridie Idus Aprilis tumulatus in Vaticano.

102. LEO IV. Romanus, filius Rodulfi, Benedictinus Monachus cœnobij Sanctorum Silueſtri & Martini in Montibus, iniit Pontificatum B
an. 847. moritur 16. Calend. Aug.
855. an. 855. ſepultus in S. Petro.

102. BENEDICTVS III. Romanus filius Petri ſucceſſit 9. Calend. Aug. an. 855. ſublatus ab humanis an.
858. 858. die 16. Februarij, ſepulturæ illatus in baſilicâ S. Petri.

103. NICOLAVS I. Romanus filius Theodori, inauguratur 8. Cal. Maij an. 858. deceſſit Idib. Nouemb.
867. aliis Idib. Decemb. an. 867. ſepultus in S. Petro.

104. HADRIANVS II. Romanus, filius Talari Epiſcopi Stephani 4. Papæ propinquus ac Secundi Sergij; electus eſt 19. Calend. Ianuarij
872. an. 867. deceſſit Cal. Nouemb. 872.

105. IOANNES VIII. Romanus, Vidonis filius in Pontificem ordinatur 19. Cal. Ianuarij an. 872. obiit
882. an. 882. 17. Calend. Ianuarij.

106. MARINVS I. Faliſcus patriâ Galleſius, aſſumitur Pontifex 5. Cal. Ianuarij an. 882. mortuus 15.
884. Cal. Febru. an. 884. tumulatur in D
S. Petro.

107. HADRIANVS III. Romanus Cathedram adeptus an. 884. die 13. Cal. Februarij, vitâ priuatur Idib.
885. Martij an. 885. ſuper fluuium Scultenam, in villâ Vuitrachara, conditus eſt ſepulchro apud monaſterium S. Silueſtri Nonantulæ propè Mutinam.

108. STEPHANVS VI. nobilis Romanus, filius Hadriani, aſſumitur
Papa an. 885. die 6. Cal. Iunij: obiit
an. 890. ſepulturam accepit in Va- 890.
ticano.

109. FORMOSVS Leonis filius, ciuis & Præſul Portuenſis in Sede primus ex Epiſcopali ordine collocatur
an. 891. deceſſit an. 896. 10. Cal. Ia- 896.
nuarij.

110. STEPHANVS VII. ex Epiſcopo Anagniæ Cathedram occupauit an. 897. qui in carcere ſuffoca-
tus interiit exeunte an. 900. ſepul- 900.
tus in S. Petro.

111. ROMANVS patriâ Faliſcus è Galleſio Conſtantini filius ſucceſſit an. 900. humatus in Vaticano.

112. THEODORVS II. Romanus, eligitur an. 901. ad alteram vi- 901.
tam traductus poſt dies ſedis viginti.

113. IOANNES IX. Tiburtinus, Rampoldi filius monachus Benedictinus, onus Eccleſiæ vniuerſalis ex-
cepit an. 901. mortuus 905. iacet in 905.
S. Petro.

C 114. BENEDICTVS IV. Romanus Pontifex renunciatur an. 905.
fato functus an. 907. quieſcit in Va- 907.
ticano.

115. LEO V. Ardeatinus, ex religioſo S. Benedicti Pontificali thiarâ ornatur an. 907. Sede Romanâ electus à Criſtoforo, ac dignitati nuntium mittens ad clauſtrum reuertitur; apud Lateranum ſepultus.

116. CRISTOPHORVS Romanus filius Leonis, Cathedram inuaſit, quam per ſeptem menſes admi-
niſtrauit, an. 908. à Sergio in erga- 908.
ſtulum detruſus, & monachus eo inſtante effectus poſt mulras iniurias animam reddidit, ſepultúſque in Vaticano.

117. SERGIVS III. Romanus ex Comitibus Tuſculanis depulſo à Pontificatu Criſtophoro infulas arripuit
an. 908. mortuus an. 910. tumulatur 910.
in Vaticano.

118. ANASTASIVS III. Romanus Luciani filius, Pontifex promul-

912. gatur an. 910. deceſſit an. 912. iacet A in S. Petro.

119. LANDVS filius Tami, patriâ Sabinenſis Sedem obtinuit an. 912. & eodem deceſſit, conditus in Vaticano.

120. IOANNES X. Epiſcopus Bononienſis, inde Archiepiſcopus Rauennas, fit Papa an. 912 factione Theodoræ, & Cathedrâ exturbatus per Maroziam Vidonis Etruriæ domini coniugem, in carcere poſt varia
929. tormenta ſpiritum exhalauit an. 929.

121. LEO VI. Romanus, Criſtophori filius ac Sanctæ Rom. Eccl. Primicerius creatur an. 928. extinctus in carcere an. 929. iacet in Vaticano.

122. STEPHANVS VIII. Romanus, dictus VII. filius Theodemundi ſubſtituitur an. 929. defunctus an.
931. 931. quieſcit in S. Petro.

123. IOANNES XI. è Comitibus Tuſculanis, filius Sergij tertij & Maroziæ, quæ Romæ tam Principatum quam Eccleſiam impotenter rexit, C creatur an. 931. in vincula coniectus cùm matre infeliciter dies ſuos finiuit, & apud Lateranum tumulo excipitur.

124. LEO VII. Romanus in Pa-
939. pam cooptatus an. 936. obiit an. 939. iacet in Vaticano ad S. Petrum.

125. STEPHANVS IX. natione Germanus ſubſtituitur an. 940. ex-
943. ceſſit è vitâ an. 943. conditus in S. Petri templo.

126. MARINVS II. ſucceſſit D
946. 943. mortuus an. 946. humatus in S. Petro.

127. AGAPITVS II. Romanus ad ſolium vocatur an. 946. viuere deſiit
955. an. 955. ſepultus in æde Lateranenſi.

129. IOANNES XII. è Comitibus Tuſculanis Alberico Romanorum tyranno procreatus, vocatus anteà Octauianus, iuuenis decem & octo annorum patris fauore in Cathedrâ Petri collocatus an. 955. obiit an. 964. & in templo Lateranenſi 964. humatur.

130. BENEDICTVS V. Romanus, Pontifex efficitur an. 964. ſed ab Othone iniuſtè Cathedrâ pulſus exul in Germaniâ Hamburgi rebus humanis piè exemptus eſt. 4 Nonas Iulij an. 965. ac Romam poſteà ca- 965.
dauer defertur.

131. IOANNES XIII. Romanus, filius Ioannis Epiſcopi Narnienſis in Pontificem deligitur ſolito ritu an. 965. deceſſit an. 972. 8. Idus Septemb. 972.
B iacet in æde S. Pauli.

132. DONVS, alijs DOMNVS ſuccedit an. 972. die 11. Cal. Octob. eodem anno mortalitatem expleuit 14. Ianu. ſepultúſq; apud S. Petrum.

133. BENEDICTVS VI. Romanus filius Hildebrandi Papa pronunciatur 13. Calend. Ianu. an. 972. an. 974. à Bonifacio Cardinali Cathe- 974.
dræ poſt ipſum inuaſore in carcere laqueo crudeliter enecatur.

134. BENEDICTVS VII. Romanus è progenie Comitum Tuſculanorum eiecto Bonifacio per vim tyrannicam male Pontificatum adeptus ex Sutrino Epiſcopo an. 975. moritur 984. ſepultus in Eccleſiâ S. 984.
Crucis in Hieruſalem.

135. IOANNES XIV. è Papienſi Antiſtite tranſlatus ad Cathedram Epiſcopi Epiſcoporum an. 984. à Bonifacio Francone, qui Benedicti 7. fato accepto per nuncios Byzantium Romam aduenerat in Hadriani mole ærumnis ac fame preſſus expirauit an. 985. die 20. Aug. 985.

136. IOANNES XV. Romanus, filius Leonis Preſbyteri throno Apoſtolico nobilitatur an. 985. mortuus Non. Maij an. 996. tumulatur 996.
in Vaticano.

137. GREGORIVS V. Germanus, Ottonis Ducis Saxoniæ & Sueuiæ natus, Epiſcopus Virdunenſis, Bruno anteà vocatus in Pontificem ſublimatur an. 996. pridie Idus Maij, deceſſit 11. Cal. Martij an. 998. ſe- 998.
pultus in S. Petro.

138.

138. SILVESTER II. Aquitanus, A
priùs Gerbertus dictus, primus Gal-
lorum Pontificum thiarâ nobilitatur
ex Remenſi & Rauennæ Archiepiſ-
copo an. 999. deceſſit 12. Maij an.
1003. 1003. ſepultus in baſilicâ Lateranenſi.

139. IOANNES XVI. Romanus
cognomine Siccus, ſubrogatus an.
1003. mortuus eodem anno tumulum
ſortitur in baſilicâ S. Sabæ.

140. IOANNES XVII. cogno-
mine Faſano, Romanus Apoſtolico
culmine condecoratur an. 1003. 12.
Cal. Decemb. obiit 15. Cal. Aug. an. B
1009. 1009. ſepultus in Laterano.

141. SERGIVS IV. Romanus, an-
teà vocatus Petrus Buccaporcius ex
Benedictino monacho Epiſcopus Al-
banenſis demum Pontifex Max. ele-
ctus pridie Kal. Septemb. 1009. Fa-
1013. tis ceſſit die 12. Maij an. 1013.

142. BENEDICTVS VIII. ex Co-
mitibus Tuſculanis Epiſcopus anteà
Portuenſis aſcendit ad Sedem an.
1013. viuere deſiit 3. Calend. Martij C
1024. an. 1024. ſepultus in S. Petro.

143. IOANNES XVIII. dictus XIX.
frater Benedicti deceſſoris ſucceſſit
1032. an. 1024. ſublatus ab humanis 1032.
6. Idus Nouemb. ſepulchro illatus
ad S. Petrum.

144. BENEDICTVS IX. oriun-
dus è Comitibus Tuſculanis, Theo-
philactus ante appellatus, erat Be-
nedicti 8. nepos & Ioannis 18. adhuc
puer violentiâ patris ad ſedem con-
ſcendit an. 1032.

145. GREGORIVS VI. Roma- D
nus, Ioannes Gratianus anteà di-
ctus eſt, ex Cardinali & Archipreſ-
bytero Rom Eccl. renunciatur le-
gitimus Pontifex an. 1044. tribus
Schiſmaticis eodem tempore pulſis,
Benedicto deceſſore vltrò principa-
tu Eccleſiaſtico cedente, Silueſtro
3. Schiſmatico, & Ioanne Archidia-
cono Rom. Eccleſiæ dignitatis Pon-
tificiæ nuncium miſit in Sutrinâ Sy-
1046. nodo an. 1046. & in Germaniam re-
legatus.

146. CLEMENS II. natione Ger-
manus Saxo, Suidegerus ante voca-
tus, ex Epiſcopo Bambergenſi aſ-
ſumptus eſt in Papam die Natali
Chriſti Domini 1046. animam red-
didit in Germaniâ die 7. Idus Octob.
an. 1047. iacet Bambergæ. 1047.

147. DAMASVS II. Bauarus,
Poppus vocabatur, ex Epiſcopo Bri-
xienſi ſublectus ad Romanam Sedem
17. Iulij 1048. Preneſte deceſſit, ac 1048.
ſepelitur in æde S. Laurentij extra
muros.

148. S. LEO IX. dictus Bruno ex
Comitibus de Dagsburg Epiſcopus
erat Tullenſis, vocatus ad Vicaria-
tum Chriſti in terris an. 1049. pridie
Idus Febru. obdormiuit in Domino
13. Calend. Maij 1054. ſepultus apud 1054.
S. Petrum.

149. VICTOR II. Eberardus
anteà nominatus Bauarus natione,
ex Epiſcopo Eichſtetenſi adlectus
Pontifex an. 1054. mortuus Floren-
tiæ 5. Calend. Aug. an. 1057. quieſ- 1057.
cit in Eccleſiâ S. Reparatæ.

150. STEPHANVS IX. ex fami-
liâ Lotharingiæ Ducum Fridericus
vocatus, ex monacho & Abbate Ca-
ſinenſi & Cardinali S. Chryſogoni
eligitur ineunte Aug 10[illegible]. defunctus
Florentiæ 4. Kal. Aprilis an. 1058. 1058.
in Cathedrali conditus ibidem.

151. NICOLAVS II. vocatus
Gerardus, Allobrox, Epiſcopus Flo-
rentinus, Senis à Purpuratorum Col-
legio deſignatur an. 1058. 3. die Ia-
nuarij; deceſſit Florentiæ 7. Iunij an.
1061. tumulatus in tēplo S. Reparatæ. 1061.

152. ALEXANDER II. Medio-
lanenſis, Anſelmus de Bedagio nun-
cupatus, ex Epiſcopo Lucenſi ſuf-
fectus Cal. Octob. 1061. vitam fini-
uit 10. Cal. Maij 1073. ſepultus in 1073.
baſilicâ Vaticanâ.

153. S. GREGORIVS VII. He-
truſcus Suanenſis, filius Bonicij, di-
ctus Hildebrandus, ex monacho Clu-
niacenſi & Archidiacono Card. ſuf-
fectus an. 1073. 10. Cal. Maij Salerni
lucis huius mortalis vſuram amiſit die
24. Maij an. 1085. iacet in Eccleſiâ S. 1085.
Mathæi.

154. VICTOR III. Deſiderius
ante vocatus, Montis Caſſini Abbas,
Beneuentanus, Cardinalis Preſbyter
S. Ceciliæ obtinuit ſedem die Pen-
tecoſtes 1086. 7. Idus Maij & tranſ-
migrauit in monte Caſſino 16. Cal.
1087. Octob. 1087. in Capitulo Monaſte-
rij conditus.

155. VRBANUS II. genere Gal-
lus, filius domini de Lagery propè
Caſtellionem ad Matronam, Otho
ante promotionem appellabatur,
quæ celebrata eſt in Comitijs Car-
1088. dinalium 4. Idus Martij 1088. Ter-
racinæ in Campaniâ, ex monacho.

156. PASCHALIS II. Tuſchus,
Raynerius dictus ex Sancti Lauren-
tij extra muros Abbate, ac Preſby-
tero Cardinali S. Clementis renun-
ciatur Papa 12. Aug. an. 1099. extin-
1118. ctus 15. Calend. Febru. 1118. huma-
tur in æde Conſtantinianâ.

157. GELASIVS II. Caietanus
patriâ, dictus Ioannes monachus Caſ-
ſinenſis, Diaconus Cardinalis S. Ma-
riæ in Coſmedin fit Papa 8. Calend.
Febru. an. 1118. in Cluniacenſi mo-
naſterio ſpiritum exhalauit 4. Ca-
1119. lend. Febru. an. 1119. ibique condi-
tus reſurrectionem expectat.

158. CALLISTVS II. Guido à
Burgundiâ appellatus, filius Guillel-
mi Burgundiæ Comitis, & Gertrudis
de Matiſcone, ex Archiepiſcopo
Viennenſi Pontifex Max. creatur in
Cluniaco Kal. Febru. an. 1119. de-
1124. ceſſit an. 1124. Idib. Nouemb. ſe-
pultus in baſilicâ Conſtantinianâ.

159. HONORIVS II. Lamber-
tus de Fagnano vocitatus, Bononien-
ſis, ex Oſtienſi Antiſtite ad Papatum
aſcendit an. 1124. 13. Cal. Ianuarij:
1130. vixit ad annum vſque 1130. & diem
16. Calend. Martij, ſepultus in tem-
plo Lateranenſi.

160. INNOCENTIVS II. Ro-
manus, Gregorius Papareſcus anteà
vocatus, ex monacho S. Benedicti
Cardinalis S. Angeli, vnde ad Pon-
tificatum meruit aſſumi an. 1130. 14.
Febru. obiit 8. Calend. Octob. an.
1143. 1143. quieſcit in Vaticano.

161. CÆLESTINVS II. Tipher-
A nas, Guido de Caſtello appellatus,
ex Preſbytero S. Marci nominatur
7. Calend. Octob. 1143. meliori vitæ
tranſcribitur 8. Idus Martij 1144. 1144.

162. LVCIVS II. Bononienſis è
Caccianemici familiâ ſatus, Preſby-
ter S. Crucis in Hieruſalem, Biblio-
thecarius & Cancellarius Eccleſiæ
Romanæ, promotus ad Cathedram
Apoſtolicam 7. Idus Martij an. 1144.
viuere deſiit an. 1145. ſepultus in La- 1145.
teranenſi baſilicâ.

163. EVGENIVS III. Piſanus,
B Petrus-Bernardus Paganellus, ex Ab-
bate Sanctorum Vincentij & Anaſta-
ſij ad Tres Fontes Ordinis Ciſter-
cienſis Apoſtolico diademate deco-
ratur an. 1145. die 25. Februa. Tiburi
defungitur 8. Idus Iulij an. 1153. fu- 1153.
neratus in S. Petro.

164. ANASTASIVS IV. Roma-
nus de Suburrâ, Conradus dictus,
monachus S. Benedicti Abbas S. Ruffi
in Veliternis, & ex Epiſcopo Cardi-
nali Sabinenſi ad Pontificium onus
aſcitus eſt 7. Idus Iulij 1153. infulam
cùm vitâ exuit an. 1154. 6. Non. De- 1154.
C cemb. humatus in baſilicâ Latera-
nenſi.

165. HADRIANVS IV. natione
Anglus, Nicolaus Breckſpeare, id
eſt Aſtifragus nominatus, Cardinalis
Epiſcopus Albanenſis, & Abbas S.
Ruffi Valentiæ in Galliâ eligitur an.
1154. 3. Non. Decemb. morte ſubla-
tus Anagniæ Kal. Septemb. 1159. de- 1159.
fertur ſepulturæ in baſilicâ Latera-
nenſi.

166. ALEXANDER III. Rolan-
dus Bandinellius vocabatur, Senen-
D ſis, Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis
Cancellarius, ſubrogatus fuit Ha-
driano 1159. 7. Idus Septemb. vitâ
exceſſit 6. Cal. Septemb. aliis 12. Cal.
Oct. 1181. cadauer illatum in baſili- 1181.
câ Conſtantinianâ.

167. LVCIVS III. Thuſcus Lu-
cenſis, Humbaldus Allucingolus di-
ctus, ex Epiſcopo Cardinali Oſtienſi
creatur 4. Cal. Septemb. an. 1181.
deceſſit Veronæ 7. Cal. Decemb.
1185. ſepultus in templo maiore eiuſ- 1185.
dem ciuitatis.

168. Vrbanvs iii. Mediola- A
nenſis, Lambertus Cribellus dictus,
ex Preſbytero Cardinali Pontifex
lectus an. 1185. 7. Cal. Decemb. obiit
1187. Ferrariæ 1187. 13. Cal. Nouemb. in
Cathedrali templo quieſcit.

169. Gregorivs viii. Bene-
uentaons, Albertus Mora, dicebatur,
ex monacho Ciſtercienſi Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinalis Cancella-
rius Apoſtolicos apices conſequitur
an. 1187. 12. Cal. Nouemb. ad melio-
rem vitam tranſlatus eodem an. 18.
Cal. Ianuarij Piſis, & io Cathedrali
baſilicâ ciuitatis ſepulchro recōditur. B

170. Clemens iii. Romanus,
Paulus Scholaris vocabatur Epiſco-
pus Cardinalis Prænestious Pontifex
1188. ſalutatur 8. Idus Iannarij 1188. de-
ceſſit 4. Idus Aprilis 1191. ſepultus in
baſilicâ Conſtantini.

171. Cælestinvs iii. Roma-
nus, Hyaciothus dictus, Cardinalis
tituli S. Mariæ in Coſmedin, ex nobi-
liſſimâ gente Vrſioâ Petro parente
prognatus, inauguratur die ſacro Paſ-
chæ 18. Calend. Maij 1191. abiit ad
1198. meliorem vitam 6. Idus Ianuarij 1198. C
ſepultus in baſilicâ Lateranenſi.

172. Innocentivs iii. ex Co-
mitibus Signiæ, filius Traſimundi,
Lotharius dictus, patriâ verò Ana-
gninus, ex Cardinali Sanctorum Ser-
gij & Bacchi Pontifex creatur an.
1198. 6. Idus Iaouarij: Peruſiæ fatis
1216. fungitur 17. Iulij an. 1216. ſepultus
in Cathedrali S. Laurentij.

173. Honorivs iii. Romanus,
Cincius Sabellus vocatus, ex Cardi-
nali S. Luciæ in Orpheâ ſuccedit an.
1216. die 18 menſis Iulij: interiit 15. D
Calend. April. iacet in baſilicâ Li-
berianâ.

174. Gregorivs ix. Anagni-
nus, Hugoiinus dicebatur, erat In-
nocentij 3. nepos ex Epiſcopo Oſtien-
ſi Pontifex eligitur an. 1227. die 13.
Calend. April. expirauit 11. Cal. A-
1241. pril. 1241. ſepultúſque in S. Petro.

175. Cælestinvs iv. Mediola-
nenſis, Gaufridus Caſtilioneus ap-
pellatus, ex monacho Ciſtercienſi
Cardioalis Epiſcopus Sabinenſis
creatus fuit an. 1241. 9. Calend. Oct.
moritur eodem anno; ſepultúſque
in Vaticano.

176. Innocentivs iv. Ge-
nuenſis, Sinibaldus Fliſcus ex Comi-
tibns Lauaniæ dictus, Cardinalis S.
Laurentij in Lucinâ, promulgatur in
Papam die 24. Iuoij 1243. deceſſit
Neapoli Idib. Decemb. 1254. ſepul- 1254.
tus in Cathedrali.

177. Alexander iv. Anagni-
nus, ex Comitibus Signiæ Raynal-
dus dictus, Epiſcopus Cardinalis
Oſtienſis eligitur 8. Calend. Iann.
1254. mortuus Viterbij 8. Calend.
Iunij 1261. 1261.

178. Vrbanvs iv. Gallus Tre-
cenſis, Iacobus Pantaleo vocitaba-
tur, ex Patriarchâ Hieroſolymitano
conſtituitur Papa die 4. Cal. Sept.
1261. Peruſiæ diem clauſit extremum
1264. 6. Noo. Octob. in maiore ba- 1264.
ſilicâ conditus.

179. Clemens iv. Gallus Nar-
bonenſis è villâ S. Ægidij Vido Groſ-
ſus vocatus, ex Cardinali Sabinenſi
ad Pontificiam digoitatem ſublima-
tus Non. Febru. 1265. Viterbij de-
ceſſit 3. Cal. Decemb. 1268. huma- 1268.
tus in Eccleſiâ S. Mariæ ad Gradus.

180. Gregorivs x. Placenti-
nus, Theobaldus Vicecomes dictus,
ex Archidiacono Leodicnſi Pontifi-
cali thiarâ condecoratur an. 1271.
primâ die Septemb. extinctus Aretij
in Tuſciâ 3. Idus Ianu. 1276. 1276.

181. Innocentivs v. è Taran-
taſiâ oriundus, Petrus dictus, Ordinis
Prædicatorum, Cardinalis Oſtienſis,
Apoſtolicæ Sedi præfectus 13. Cal.
Febru. 1276. ad alteram vitam mi-
grat eodem anno, ſepultúſque in Ec-
cleſiâ Conſtantini.

182. Hadrianvs v. Genuen-
ſis, Ottobonus Fliſcus dicebatur, è
Comitibus Lauaniæ, quarti Inno-
centij nepos, Pontifex acclamatur
4. Idus Iulij 1276. cùm eſſet Cardi-
nalis S. Hadriani, è vitâ migrauit Vi-
terbij 12. Cal. Septemb. tumulatus
in baſilicâ S. Franciſci.

183. IOANNES XX. dictus XXI. A
Luſitanus de Vlyſſipone Ioannes Pe-
trus nuncupatus creatur ex Cardina-
li Tuſculano 13. Septemb. 1276. Vi-
terbij animam exhalauit, ſepultúſ-
que in Eccleſiâ Cathedrali 13. Cal.
1277. Iunij 1277.

184. NICOLAVS III. Roma-
nus, ex Vrſinorum familiâ Ioannes
appellatus, Cardinalis S. Nicolai in
Carcere Pontifex creatur 7. Calend.
Decemb. 1277. deceſſit in Suriano
caſtello ſecus Viterbium 11. Calend.
1280. Septemb. 1280. Romámque corpus
illatum in baſilicâ S. Petri in Vati- B
cano.

185. MARTINVS II. Quartus
dictus, & Simon de Briâ, Cardinalis
S. Cæciliæ ad Apoſtolatum ſublatus
die 8. Cal. Martij 1281. obiit Peruſiæ
1285. 4. Cal. April. 1285. & in maiori ba-
ſilicâ ciuitatis quieſcit.

186. HONORIVS IV. Romanus
è gente pernobili Sauellâ Iacobus di-
ctus, Cardinalis Diaconus S. Mariæ
in Coſmedin ad faſtigium Pontifica-
tus euehitur 4. Nonas Aprilis 1285.
1287. denatus 1287. 3. Non. Aprilis, ſepe- C
litur in Sanctâ Mariâ de Arâ Cœli.

187. NICOLAVS IV. Aſcula-
nus Ordinis Minorum frater Hiero-
nymus, ac Cardinalis Præneſtinus fit
Papa 8. Cal. Martij 1288. obiit pridie
1292. Non. April. 1292. iacet ad ſanctam
Mariam Majorem.

188. S. CÆLESTINVS V. Petrus
Moronus dictus, ex Iſerniâ Eremitâ,
Cæleſtinorum Religioſorum inſtitu-
tor nutu diuino ad Cathedram Petri
aſſumptus Non. Iulij 1294. ſponte
abdicatâ dignitate ad meliorem vi- D
tam transfertur in arce Fumoni in
1296. Campaniâ 13. Cal. Iunij 1296. tumu-
latur in Ferentino.

189. BONIFACIVS VIII. Ana-
gninus, qui Benedictus Caietanus
dicebatur, ex Cardinali tit. SS. Sil-
ueſtri & Martini in Montibus ſedem
adeptus an. 1294. 9. Cal. Ianu. fatis
1303. ceſſit 5. Idus Octob. 1303. ſepultus
in S. Petro.

190. BENEDICTVS X. dictus XI.
Taruiſinus Dominicanus, Nicolaus
Bocaſinus nuncupatus, ex Cardinali
Oſtienſi creatur 13. Cal. Nouemb.
1303. deceſſit Peruſiæ Nonis Iulij
1304. ſepultúſque in baſilicâ Prædi- 1304.
catorum.

191. CLEMENS V. Aquitanus,
ortu Burdegalenſis diœceſis, & eiuſ-
dem Eccleſiæ Archiepiſcopus, Ber-
trandus Gothus appellatus, Pontifi-
catu inſignitus Non. Iunij 1306. de-
ceſſit Auenione quò Sedem Roma-
nam transtulerat 12. Cal. Maij 1314. 1314
iacet in æde Collegiatâ Vzeſtæ, in
Vaſatenſi diœceſi.

192. IOANNES XXI. aliàs XXII.
Gallus Cadurcenſis Iacobus de Oſſâ
dictus, Cardinalis Portuenſis, cui de-
lata ſunt Pontificatus inſignia 7. Idus
Aug. 1316. Auenioni viam vniuerſæ
carnis ingreſſus pridie Non. De-
cemb. 1334. in Cathedrali ſepultus. 1334.

193. BENEDICTVS XI. dictus
XII. Iacobus Fornerius dictus, Gal-
lus è Sauerduno in Comitatu Fuxen-
ſi, Ordinis Ciſt. Monachus, Epiſco-
pus Appamicenſis & Mirapicenſis, ex
Cardinali S. Priſcæ eligitur 1334. die
13. Cal. Ianuarij; Auenioni mortali-
tatem expleuit 7. Cal. Maij 1342. tu- 1342.
mulatus in Cathedrali.

194. CLEMENS VI. Lemouix,
Petrus Rogerius ante Pontificatum,
quem ex Preſbytero SS. Nerei &
Achillei ſuſcepit regendum Non.
Maij 1342. Auenione animam reddi-
dit 4. Non. Decemb. 1352. ſepultus 1352.
in Abbatiâ Caſæ Dei in Aruerniâ.

195. INNOCENTIVS VI. Lemo-
uicenſis, Stephanus Alberti vocatus,
ex Epiſcopo Oſtienſi eligitur 15. Cal.
Ianuarij 1352. deceſſit Auenione pri-
die Idus Septemb. 1362. iacet in tem- 1362.
plo Cartuſiæ iuxta Auenionem.

196. VRBANVS V. nobilis Gal-
lus Mimatenſis diœceſis, Guillelmus
de Griſaco vocatus, ex Abbate S.
Victoris Maſſilienſis in Pontificem
renunciatur an. 1362. pridie Cal. No-
uemb. mortuus Auenione 14. Ca-
lend. Ianuarij 1370. iacet in ſuo mo- 13[illegible]
naſterio Maſſilienſi.

197. GREGORIVS XI. Gallus

Lemouicenſis, Petrus Rogerij di- A
ctus, Clementis VI. nepos, & Car-
dinalis S. Mariæ Nouæ eligitur 3.
Calend. Ianuarij 1370. Romæ extre-
mum vitæ ſpiritum edidit quò Se-
dem Apoſtolicam è Galliis vbi per
ſeptuaginta annos exulauerat, re-
1378. duxit; moritur 6. Calend. April. 1378.
ſepultúſque in Eccleſiâ S. Mariæ
Nouæ.

198. VRBANVS VI. Neapoli-
tanus, de Prignanis, è Piſis oriun-
dus, Bartholomæus anteà vocatus,
Archiepiſcopus Barij in Apuliâ, ad
Pontificatum aſcendit 1378. die 8. B
Aprilis Romæ deceſſit Idib. Octob.
1389. 1389. iacet in S. Petro.

199. BONIFACIVS IX. Neapo-
litanus, Petrus Tomacellus vocatus
Cardinalis S. Anaſtaſiæ eligitur 4.
Nonas Nouemb. 1389. moritur Cal.
1404. Nouemb. 1404. iacet in S. Petro.

200. INNOCENTIVS VII. Sul-
monenſis, Coſmas Melioratus ante
nuncupatus ex Cardinali S. Crucis in
Hieruſalem ſucceſſit 16. Cal. De-
1406. cemb. 1404. mortuus an. 1406. die
8. Idus Nouemb. ſepultúſque apud C
S. Petrum.

201. GREGORIVS XII. Vene-
tus, Angelus Corarius dictus, Car-
dinalis S. Marci, Pontifex ſalutatus
pridie Kal. Decemb. 1406. in Con-
ſtantienſi Synodo; ſponte abdica-
uit, creatus Cardinalis Tuſculanus,
Sacri Collegij Decanus, & Piceni
1417. Legatus, obiit Recanati 1417. ſe-
pultus ibidem in Cathedrali.

202. ALEXANDER V. Creten-
ſis, Petrus Philargi dictus, Ordinis Mi-
norum, Cardinalis Sanctorum duo- D
decim Apoſtolorum in Piſanâ Syno-
do renunciatur an. 1409. moritur
1410. Bononiæ 5. Non. Maij 1410. huma-
tus in baſilicâ S. Franciſci.

203. IOANNES XXII. appella-
tus XXIII. Neapolitanus, Baltaſar
Coſſa dictus, Cardinalis S. Euſta-
chij ſuffectus 1410. 6. Kal. Iunij: à
Conſtantienſi Concilio è Sede Pon-
tificiâ exturbatus; fit à Martino V.
eius ſucceſſore Florentiæ Epiſcopus,
Cardinalis Tuſculanus, ac Collegij
Decanus 1419. 6. Cal. Iulij; eodem 1419.
anno ſatis ceſſit Florentiæ, ſepultus
in baptiſterio S. Ioannis-Baptiſtæ.

204. MARTINVS V. Romanus,
Otho Colnmna dictus, Cardinalis
S. Georgij ad velum aureum erea-
tus eſt 1417. 3. Idus Nouemb. ex-
tinctus 1431. 21. Febru. iacet in baſi- 1431.
licâ Lateranenſi.

205. EVGENIVS IV. Venetus,
Gabriel Condolmerius vocatus, Car-
dinalis S. Clementis, præficitur 5.
Non. Martij 1431. extrema clauſit
7. Cal. Martij 1447. ſepultus in S. 1447.
Petro.

206. NICOLAVS V. Sarzanen-
ſis, Thomas Parentucellus dictus,
Cardinalis tituli S. Suſannæ factus
eſt Papa pridie Non. Martij 1447.
deceſſit 9. Calend. April. 1455. ia- 1455.
cet in S. Petro.

207. CALLISTVS III. Hiſpa-
nus Valentinenſis, Alfonſus Borgia
vocabatur, ex Cardinali Sanctorum
Quatuor Coronatorum Pontifex de-
claratur 6. Idus Aprilis 1455. mor-
tuus 1458. die 8. Idus Aug. iacet in 1458.
S. Petro.

208. PIVS II. Senenſis, Æneas
Siluius Picolomineus dictus, Card.
tit. S. Sabinæ, ad Eccleſiæ Pontifi-
catum promotus 14. Cal. Septemb.
1458. Anconæ expirauit 17. Calend.
Septemb. 1464. corpus relatum in 1464.
baſilicâ S. Petri.

209. PAVLVS II. Venetus, Pe-
trus Barbus appellabatur, qui ex
Card. S. Marci, ad primam Eccleſiæ
dignitatem ſubuectus eſt pridie Cal.
Sept. 1464. obiit 1471. die 5. Cal. 1471.
Aug. quieſcit in Vaticano.

210. SIXTVS IV. Sauonenſis,
Franciſcus Roboreus dictus, Ordi-
nis Minorum ſubſtituitur an. 1471.
5. Idus Aug. cùm eſſet Cardinalis
tit. S. Petri ad vincula: morte op-
preſſus Idib. Sextilis an. 1484. tu- 1484.
mulatur in Vaticano.

211. INNOCENTIVS VIII. Ge-
nuenſis, Ioannes-Baptiſta Cibo nun-
cupatus ex Cardinali S. Laurentij in

Lucinâ ſubrogatur 1484. 4. Calend. A
1492. Sept. exemprus è viuis an. 1492. Kal.
Aug. & iacet in Vaticano.

212. ALEXANDER VI. Hiſpanus Valentinenſis, Rodericus Borgia appellatus, Calliſti 3. nepos, ex Card. Portuenſi & Rom. Eccl. Vicecancellario eligitur 3. Idus Aug. 1492. defunctus 15. Cal. Septemb. Sepelitur in Vaticano.

213. PIVS III. Senenſis, Franciſcus Piccolomineus dictus, Pij 2.
nepos, Archiepiſcopus Senenſis &
Card. tit. S. Euſtachij poſtulatur 10. B
1503. Cal. Octob. 1503. defunctus 15. Cal.
Nouemb. eiuſdem anni ſepelitur in
Vaticano.

214. IVLIVS II. Sauonenſis, Sixti 4. nepos, Card. Oſtienſis, Iulia-
nus Roboreus vocatus, euehitur ad
Pontificatum 1503. Kal. Nouemb.
1513. fato ſublatus 9. Calend. Martij 1513.
iacet in Vaticano.

215. LEO X. Florentinus, Ioannes Medices, ac magnifici Laurentij
filius ex Card. S. Mariæ in Domini-
câ Pont. ſalutatur Idib. Martij 1513. C
1521. deceſſit 1521. Kal. Decemb. ad S.
Mariam ſupra Mineruam tumulatus.

216. HADRIANVS VI. Vltraiectinus in inferiori Germaniâ, nomen retinuit quo ante Pontificatum appellabatur, abſens electus ex Card.
SS. Ioannis & Pauli 1521. 5. Idus Ia-
1523. nuarij; moritur 8. Cal. Oct. 1523. con-
ditus in æde S. Mariæ Germanorum.

217. CLEMENS VII. Florentinus, Decimi Leonis patruelis ex Archiepiſcopo Florentino & Cardina-
li S. Laurentij in Damaſo, dictúſque D
Iulius Medices creatur an. 1523. 13.
1534. Decemb. obiit 1534. 7. Calend. Oct.
ex S. Petri baſilicâ tranſlatus ad S. Mariam ſuper Mineruam prope Leonem X.

218. PAVLVS III. Romanus, Alexander Farneſius dictus, Cardi-
nalis Oſtienſis ſucceſſit 7. Idus Oct.
1549. 1534. mortuus 4. Idus Nou. 1549.
funeratur in Vaticano.

219. IVLIVS III. Hetruſcus è
monte S. Sabini, Ioannes-Maria de
Monte vocatus, ex Cardinali Præ-
neſtino Pontifex cooptatur 6. Idus
Febru. 1550. denatus 1555. die 5. Cal. 1555.
April. ſepultus in Vaticano.

220. MARCELLVS II. Politianus, Hetruſcus, Marcellus Ceruinus dictus, ex Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem electus 5. Idus Aprilis 1555. eodem anno obiit pridie Cal. Maij, ſepultúſque apud S. Petrum.

221. PAVLVS IV. Neapolitanus, Ioannes Petrus Carafa dictus Cardi-
nalis Oſtienſis, euectus ad ſupremum
Apoſtolatum 1559. 7. Calend. Ianua-
rij, deceſſit 5. Idus Decemb. 1565. 1565.
iacet in Vaticano.

222. PIVS V. Alexandrinus, Ordinis Prædicatorum, frater Michael Giſlerius vocitarus, Cardinalis tit. S. Mariæ ſuper Mineruam, eligitur
7. Idus Ianuarij 1566. mortuus Kal.
Maij 1572. iacet in Vaticano. 1572.

223. GREGORIVS XIII. Bononienſis, Hugo Boncompagnus di-
ctus, Cardinalis S. Sixti, ſucceſſit 3.
Idus Martij 1572. defunctus 1585. 9. 5585.
Calend. April. iacet in Vaticano.

224. SIXTVS V. Picenus è Montealto; Ordinis Minorum, Presbyter Cardinalis tit. S. Hieronymi creatus
Pontifex 12. Aprilis 1585. obiit 6.
Cal. Septemb. 1590. quieſcit apud 1596.
S. Mariam Maiorem.

225. VRBANVS VII. Romanus, Ioannes-Baptiſta Caſtanea Preſbyter Cardinalis S. Marcelli eligitur 17. Cal. Oct. 1590. deceſſit 15. Cal. Oct. ante inaugurationem ſepultus ad S. Petrum.

226. GREGORIVS XIV. Mediolanenſis, Nicolaus Sfondratus dictus, Cremonenſis Epiſcopus, Cardinalis S. Cæciliæ Pontifex aſſumitur Nonis Decemb. 1590. obiit Idi-
bus Octob. 1591. ſepultus apud S. 1591.
Petrum.

227. INNOCENTIVS IX. Bononienſis, Antonius Fachinettus, Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum Apoſtolicâ thiarâ condecoratus

3. Calend. Nouemb. 1591. deceſſit 3. A Cal. Ianuarij eiuſdem anni, ſepultus in S. Petro.

228. CLEMENS VIII. Florentinus Hippolytus Aldobrandinus, dictus, ex Cardinali S. Pancratij euectus ad ſupremam Sedem Apoſtolatus 3. Cal. Febru. 1592. viuere deſiit
1605. 1605. 3. Martij, funeratus ad ſanctum Petrum.

229. LEO XI. Florentinus, Alexander Medices, Archiepiſcopus Florentiæ, ex Cardinali Præneſtino ad Cathedram B. Petri ſublimatur B 1. die Aprilis 1605. obiit 26. April. eiuſdem anni, conditus apud S. Petrum.

230. PAVLVS V. Romanus, Camillus Burgheſius dictus, ex Cardinali S. Chryſogoni ſalutatur Pontifex die 16. Maij 1605. deceſſit 28.
1621. Ianuarij 1621: iacet in S. Petro.

231. GREGORIVS XV. Bononienſis, Alexander Ludouiſius dictus, Archiepiſcopus Bononienſis, & Cardinalis S. Mariæ in Transpontinâ eligitur 1621. die 9. Februarij fatis ceſſit 1623. 8. Iulij, conditus in 1623.
S. Petro.

232. VRBANVS VIII. Florentinus, Maphæus Barberinus & Cardinalis S. Onufrij vocatus, ad Apoſtolicam Sedem aſcendit die 6. Aug.
1623. obiit die 29. Iulij 1644. 1644.

233. INNOCENTIVS X. Romanus Ioannes-Baptiſta Pamphilius Cardinalis vocatus creatur an. 1644. die 15. Septembris, ſublatus è vitâ
1655. ætatis anno 81. iacet apud S. 1655.
Petrum.

234. ALEXANDER VII. Senenſis, Fabius Chiſius vocatus, Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis, Epiſcopus anteà Neritonenſis, Vicelegatus Ferrariæ, exercitus Pontificij, & pro pace tractandâ cùm Venetis Commiſſarius, Inquiſitor Generalis Melitæ, Sedis Apoſtolicæ ad Tractum Rheni cùm poteſtate Legati de Latere Nuncius, & Pontificis Maximi nomine ad pacem vniuerſalem conciliandam inter Catholicos Monaſterij Vueſtphalorum Mediator, eligitur die 7. Aprilis an. 1655. anteceſ- 1655.
ſorum Pontificum dignus ſucceſſor.

PSEVDOPONTIFICES.

454. NOVATIANVS Romanus, Preſbyter Antipapa erat anno Domini 454. ſub B. Cornelio Pontifice.

VRSICINVS Pſeudopontifex acclamatus an. 367. contra Damaſum.

EVLALIVS anno 420.

LAVRENTIVS Romanus, eiuſdémque Eccleſiæ Preſbyter qui ſe- D
dit io obedientiâ, annum vnum, menſem, & dies aliquot; abdicat iudicio Theodorici Gothorum Regis, factus
499. Epiſcopus Nucerinus obiit an. 500. vel 499.

DIOSCORVS Romanus Preſbyter in ſchiſmate contra Bonifacium 2. creatus, ſedit dies 29. extinctus C an. 530. pridie Idus Octob. iacet ad S. Petrum.

THEODORVS Pſeudopontifex ſalutatus mortuo Ioanne V. poſteà abdicat.

THEOPHYLACTVS Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus poſt obitum Pauli I. electus.

CONSTANTINVS Nepheſinus Ducis Nepheſini filius, ex laico in Sedem Pontificiam intruſus 4. Cal.
Iulij an. 767. per annum Pontifica- 467.
tum occupauit.

PHILIPPVS Romanus, monachus Abbas S. Viti, in ſchiſmate

contra Conſtantinum à nonnullis A Clericis Papa creatus, ſe abdicat cogente Chriſtophoro Primicerio, & ad monaſterium ſuum reuertitur anno 768.

Zinzinvs Romanæ Eccleſiæ Preſbyter electus in ſchiſmate contra Eugenium II.

Anastasivs III. an. 887.

897. Bonifacivs dictus VI. an. 897.

Leo VIII. Protoſcriniarij filius conſecratus Pſeudopapa an. 963. 6. B Idus Decemb. obiit Romæ 16. Calend. Aprilis 965. ſepultus apud S. Petrum.

Bonifacivs dictus VII. Roma-
974. nus an. 974. Pontificatum per vim tenuit vſque ad 12. Cal. Aug. an. 975.

Ioannes Adeobaldus, Placentinus Epiſcopus cõtra Gregorium V. in Apoſtolicam Sedem intruſus an. 996.

Gregorivs contra Bene-
1012. dictum VIII. ſedit anno 1012.

Silvester II. an. 1045.

Benedictvs X. Romanus Velitrenſis, ex Comitibus Tuſculanis, Ioannes Mincius nuncupatus, renun-
1058. ciatur an. 1058. Sacerdotio priuatus moritur ac ſepelitur in Eccleſiâ S. Mariæ Maioris.

Cadaolvs Pallauicinus, Epiſcopus Parmenſis, qui Lucâ euocatus inauguratur in Baſilicâ S. Petri anno 1061. vocatus Honorius 2.

Gvibertvs de Corrigia D Archiepiſcopus Rauennas, olim Imperatoris Henrici 4. Cancellarius, contra Gregorium VII. creatus ſchiſmaticus Pontifex: obiit Romæ poſt
1101. Cal. Septemb. an. 1101. ſepultus Rauennæ in Cathedrali.

Albertvs Atellis in Campaniâ Neapolitanâ oriundus ex Diacono Cardinali Pſeudopontifex an. 1101.

Theodoricvs Rom. an. 1102.

Silvester III. Maginulfus appellatus ex Abbate Farfenſi, ac Cardinali Pontificatum arripuit contra Paſchalem 2. quem occupabat 1118. 1118.

Gregorivs VIII. Mauricius Burdinus, Hiſpanus, Archiepiſcopus Bracarenſis deſignatus an. 1118. Henrici fauore contra Gelaſium 2.

Celestinvs II. dictus Theobaldus Buccapecus contra Honorium 2. 1124. 1124.

Anacletvs II. Petrus Leonis vocitatus, Preſbyter Cardinalis S. Mariæ trans Tyberim, in Sedem Petri intruſus 13. Cal. Martij 1130.

Victor III. Romanus Gregorius Cardinalis tituli Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum, factus Pſeudopontifex 1138. 1138.

Victor IV. Octauianus dictus, & Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, fit Antipapa 1159.

C Paschalis III. Guido Cremenſis, contra Alexandrum 3. an. 1169. 1169.

Callistvs III. Ioannes Vngarus contra Alexandrum 3. an. 1176.

Innocentivs III. Laudo contra Alexandrum 3. 1177.

Nicolavs V. Petrus de Corbariis, contra Ioannem 22.

Clemens VII. Robertus de Gebennis contra Vrbanum VI. creatus 1378. ſedit ferè ſex annos Auenione. 1378.

Benedictvs XIII. Petrus de Lunâ, Hiſpanus 1394.

Clemens VIII. Hiſpanus, Egidius Munionis dictus 1404.

Felix V. Amedeus anteà Dux Sabaudiæ 1439. creatus in Concilio Baſileenſi, abdicauit 1449. moritur 1450. 1449.

SVMMI PONTIFICES
SERIE TEMPORVM.

		An. Chriſti
1.	S. PETRVS.	45.
2.	S. Linus.	70.
3.	S. Cletus.	81.
4.	S. Clemens.	93.
5.	S. Anacletus.	103.
6.	S. Euariſtus.	112.
7.	S. Alexander 1.	121.
8.	S. Sixtus 1.	132.
9.	S. Theleſphorus.	142.
10.	S. Hyginus.	154.
11.	S. Pius 1.	158.
12.	S. Anicetus.	166.
13.	S. Soter.	175.
14.	S. Eleutherius.	179.
15.	S. Victor 1.	194.
16.	S. Zephirinus.	203.
17.	S. Caliſtus 1.	221.
18.	S. Vrbanus 1.	226.
19.	S. Pontianus.	233.
20.	S. Anterus.	237.
21.	S. Fabianus.	238.
22.	S. Cornelius.	253.
23.	S. Lucius 1.	255.
24.	S. Stephanus 1.	257.
25.	S. Sixtus 2.	260.
26.	S. Dionyſius.	261.
27.	S. Felix 1.	272.
28.	S. Eutychianus.	275.
29.	S. Caius.	283.
30.	S. Marcellinus.	296.
31.	S. Marcellus 1.	304.
32.	S. Euſebius.	309.
33.	S. Melchiades.	311.
34.	S. Silueſter 1.	314.
35.	S. Marcus.	336.
36.	S. Iulius 1.	336.
37.	S. Liberius.	352.
38.	S. Felix 2.	357.
39.	S. Damaſus.	367.
40.	Siricius.	385.
41.	S. Anaſtaſius 1.	398.
42.	S. Innocentius 1.	402.
43.	S. Zoſimus.	417.
44.	S. Bonifacius 1.	418.
45.	S. Celeſtinus 1.	423.
46.	S. Sixtus 3.	432.
47.	S. Leo 1.	440.
48.	S. Hilarus.	461.
49.	S. Simplicius.	467.
50.	S. Felix 3.	483.
51.	S. Gelaſius 1.	492.
52.	Anaſtaſius 2.	496.

		An. Chriſti
53.	S. Symmachus.	498.
54.	S. Hormiſdas.	514.
55.	S. Ioannes 1.	523.
56.	S. Felix 4.	526.
57.	Bonifacius 2.	530.
58.	Ioannes 2.	531.
59.	S. Agapetus.	535.
60.	S. Siluerius.	536.
61.	Vigilius.	540.
62.	Pelagius 1.	555.
63.	Ioannes 3.	559.
64.	Benedictus 1.	573.
65.	Pelagius 2.	577.
66.	S. Gregorius 1.	590.
67.	Sabinianus.	604.
68.	Bonifacius 3.	606.
69.	Bonifacius 4.	607.
70.	S. Deuſdedit.	614.
71.	Bonifacius 5.	617.
72.	Honorius 1.	626.
73.	Seuerinus.	639.
74.	Ioannes 4.	639.
75.	Theodorus.	641.
76.	S. Martinus.	649.
77.	S. Eugenius 1.	654.
78.	S. Vitalianus.	655.
79.	Adeodatus.	669.
80.	Domnus 1.	676.
81.	S. Agatho.	678.
82.	S. Leo 2.	682.
83.	S. Benedictus 2.	684.
84.	Ioannes 5.	685.
85.	Conon.	686.
86.	S. Sergius 1.	687.
87.	Ioannes 6.	701.
88.	Ioannes 7.	705.
89.	Siſinnius.	708.
90.	Conſtantinus.	708.
91.	S. Gregorius 2.	714.
92.	Gregorius 3.	731.
93.	S. Zacharias.	741.
94.	Stephanus 2.	752.
95.	Stephanus 3. dict. 2.	752.
96.	S. Paulus 1.	757.
97.	Stephanus 4. dict. 3.	768.
98.	Hadrianus 1.	772.
99.	Leo 3.	795.
100.	Stephanus 5. dict. 4.	816.
101.	S. Paſchalis.	817.
102.	Eugenius 2.	824.
103.	Valentinus.	827.
104.	Gregorius 4.	827.

SVMMI PONTIFICES

105.	Sergius 2.	844.	164.	Honorius 2.	1124.
106.	Leo 4.	847.	165.	Innocentius 2.	1130.
107.	Benedictus 3.	855.	166.	Celeſtinus 2.	1143.
108.	Nicolaus 1. Magn.	858.	167.	Lucius 2.	1144.
109.	Hadrianus 2.	867.	168.	Eugenius 3.	1145.
110.	Ioannes 8.	872.	169.	Anaſtaſius 4.	1153.
111.	Marinus 1.	882.	170.	Hadrianus 4.	1154.
112.	Hadrianus 3.	884.	171.	Alexander 3.	1159.
113.	Stephanus 6. dict. 5.	885.	172.	Lucius 3.	1181.
114.	Formoſus.	891.	173.	Vrbanus 3.	1185.
115.	Stephanus 7. dict. 6.	897.	174.	Gregorius 8.	1187.
116.	Romanus.	900.	175.	Clemens 3.	1188.
117.	Theodorus 2.	901.	176.	Celeſtinus 3.	1191.
118.	Ioannes 9.	901.	177.	Innocentius 3.	1198.
119.	Benedictus 4.	905.	178.	Honorius 3.	1216.
120.	Leo 5.	907.	179.	Gregorius 9.	1227.
121.	Chriſtophorus.	907.	180.	Celeſtinus 4.	1241.
122.	Sergius 3.	907.	181.	Innocentius 4.	1243.
123.	Anaſtaſius 3.	910.	182.	Alexander 4.	1254.
124.	Lando.	912.	183.	Vrbanus 4.	1261.
125.	Ioannes 10.	913.	184.	Clemens 4.	1265.
126.	Leo 6.	928.	185.	Gregorius 10.	1271.
127.	Stephanus 8. dict. 7.	929.	186.	Innocentius 5.	1276.
128.	Ioannes 11.	931.	187.	Hadrianus 5.	1276.
129.	Leo 7.	936.	188.	Ioannes 20. dict. 21.	1276.
130.	Stephanus 9. dict. 8.	940.	189.	Nicolaus 3.	1277.
131.	Marinus 2.	943.	190.	Martinus 2. dict. 4.	1281.
132.	Agapetus 2.	946.	191.	Honorius 4.	1285.
133.	Ioannes 12.	956.	192.	Nicolaus 4.	1288.
134.	Benedictus 5.	964.	193.	S. Celeſtinus 5.	1294.
135.	Ioannes 13.	965.	194.	Bonifacius 8.	1294.
136.	Domnus 2.	972.	195.	Benedictus 11.	1304.
137.	Benedictus 6.	972.	196.	Clemens 5.	1305.
138.	Benedictus 7.	975.	197.	Ioannes 21. dict. 22.	1316.
139.	Ioannes 14.	984.	198.	Benedictus 12.	1334.
140.	Ioannes 15.	985.	199.	Clemens 6.	1342.
141.	Ioannes 16.	996.	200.	Innocentius 6.	1352.
142.	Gregorius 5.	996.	201.	Vrbanus 5.	1362.
143.	Silueſter 2.	999.	202.	Gregorius 11.	1370.
144.	Ioannes 17. dict. 18.	1003.	203.	Vrbanus 6.	1378.
145.	Ioannes 18. dict. 19.	1003.	204.	Bonifacius 9.	1389.
146.	Sergius 4.	1009.	205.	Innocentius 7.	1404.
147.	Benedictus 8.	1012.	206.	Gregorius 12.	1406.
148.	Ioannes 19. dict. 20.	1024.	207.	Alexander 5.	1409.
149.	Benedictus 9.	1033.	208.	Ioannes 22. dict. 23.	1410.
150.	Gregorius 6.	1044.	209.	Martinus 5. dictus 5.	1417.
151.	Clemens 2.	1046.	210.	Eugenius 4.	1431.
152.	Damaſus 2.	1048.	211.	Nicolaus 5.	1447.
153.	S. Leo 9.	1049.	212.	Calliſtus 3.	1455.
154.	Victor 2.	1054.	213.	Pius 2.	1458.
155.	Stephanus 10. d. 9.	1057.	214.	Paulus 2.	1464.
156.	Nicolaus 2.	1059.	215.	Sixtus 4.	1471.
157.	Alexander 2.	1061.	216.	Innocentius 8.	1484.
158.	S. Gregorius 7.	1073.	217.	Alexander 6.	1492.
159.	Victor 3.	1086.	218.	Pius 3.	1503.
160.	Vrbanus 2.	1088.	219.	Iulius 2.	1503.
161.	Paſchalis 2.	1099.	220.	Leo 10.	1513.
162.	Gelaſius 2.	1118.	221.	Hadrianus 6.	1521.
163.	Calliſtus 2.	1119.	222.	Clemens 7.	1523.

SERIE TEMPORVM.

223.	Paulus 3.	1534.	232.	Gregorius 14.	1590.
224.	Iulius 3.	1550.	233.	Innocentius 9.	1591.
225.	Marcellus 2.	1555.	234.	Clemens 8.	1592.
226.	Paulus 4.	1555.	235.	Leo 11.	1605.
227.	Pius 4.	1559.	236.	Paulus 5.	1605.
228.	Pius 5.	1566.	237.	Gregorius 15.	1621.
229.	Gregorius 13.	1572.	238.	Vrbanus 8.	1623.
230.	Sixrus 5.	1585.	239.	Innocenrius 10.	1644.
231.	Vrbanus 7.	1590.	240.	Alexander 7.	1655.

ANTIPAPÆ, SERIE TEMPORVM.

NOuatianus.	254.	Clemens 3.	
Vrſicinus.	366.	Silueſter 3. contra Paſchalem 2.	1101.
Eulalius.	420.	Gregorius 8. contra Gelaſium 2.	1118.
Laurentius.	498.		
Dioſcorus.	530.	Cæleſtinus 2. contra Honorium 2.	1124.
Theodorus, vel Theodoretus.	686.		
Theophilactus.	757.	Anacletus 2. contra Innocentium 2.	1130.
Conſtanrinus.	767.		
Philippus.	767.	Victor 3.	1138.
Zinzinius.	824.	Victor 4. cõtra Alexandrum 3.	1159.
Anaſtaſius 3.	885.	Paſchalis 3. contra Alexandrum 3.	1169.
Bonifacius, dictus 6.	897.		
Leo dictus 8.	964.	Caliſtus 3. cõtra Alexandrum 3.	1176.
Bonifacius, dictus 7.	974.	Innocentius 3. contra Alexandrum 3.	1177.
Ioannes contra Gregorium 5.	996.		
Gregorius, contra Benedictum 8.	1012.	Nicolaus 5. contra Ioannem 22.	1327.
		Clemens 7. contra Vrbanum 6.	1378.
Silueſter 2.	1045.		
Benedictus 10.	1058.	Benedictus 13.	1394.
Cadolus, vel Cadalous, ſeu Honorius 2. contra Alexandrum 2.	1061.	Clemens 8.	1404
		Felix 5.	1439.
		Abdicauit.	1449
Guibertus de Corrigiâ dictus	1080.	Moritur.	1450.

IMPERATORES ROMANI.

Auguſtus, Imperij agens annum 42. anno Chriſti.	1.	diui fratres ſimul.	
		Lucius Verus.	163.
Tiberius.	16.	Commodus.	182.
Caius Caligula.	39.	Pertinax.	195.
Claudius.	43.	Didius Iulianus.	195.
Nero.	56.	Septimius Seuerus Peſcennio & Albino deuictis.	195.
Galba.	70.		
Otho.	71.	Caracalla Getæ fr. occiſor.	213.
Vitellius.	71.	Macrinus.	219.
Veſpaſianus.	72.	Heliogabalus.	220.
Titus.	81.	Alexander Mammeæ.	223.
Domitianus.	83.	Maximinus.	237.
Nerua.	98.	Pupienus.	240.
Traianus.	100.	Balbinus.	240.
Adrianus.	119.	Gordianus.	240.
Antonius Pius.	140.	Philippus.	246.
Marcus Aurelius Philoſophus,	163.	Decius.	255.

IMPERATORES ROMANI,

Gallus cum Voluſiano filio.	254.
Valerianus & Gallienus ſimul.	257.
Flauius Claudius.	269.
Quintilius Claudij frater.	271.
Aurelianus.	271.
Tacitus.	278.
Florianus.	279.
Probns.	279.
Carus.	283.
Carinus & Numerianus fratres filij Cari.	284.
Diocletianus.	284.
Maximianus aſcitus à Diocletiano.	286.
Conſtantius Chlorus pater Conſtantini Magni.	304.
Galerius Maximianus cum Conſtantio.	304.
Conſtantinus Magnus.	306.
Maximinus in Oriente cum Conſtantino.	310.
Maxentius in Occidente contrà Conſtantinum.	306.
Licinius cōtra Conſtantinum.	310.
Conſtantinus Iunior. (Fratres ſimul à morte patris.)	333.
Conſtans.	337.
Conſtantius.	337.
Iulianus Apoſtata.	361.
Iouianus.	363.
Valentinianus & Valens fratres ſimul.	364.
Gratianus.	367.
Maximus Tyrannus, occiſo Gratiano.	383.
Valentinianus Iunior.	388.
Theodoſius Magnus.	379.
Arcadius & Honorius fratres ſimul ab obitu patris.	395.
Theodoſius Iunior.	408.
Valentinianus 3.	425.
Martianus.	450.
Auitus.	455.
Leo Magnus.	457.
Maiorianus cum Leone.	457.
Seuerus cum Leone.	461.
Anthemius cum Leone.	465.
Olybrius cum Leone.	472.
Glycerius cum Leone.	473.
Zeno.	474.
Iulius nepos cum Zenone.	474.
Momillus Auguſtulus cùm Zenone.	475.
Baſiliſcus cum Zenone.	476.
Anaſtaſius.	491.
Iuſtinus.	518.
Iuſtinianus Magnus.	527.
Iuſtinus Iunior.	565.
Tyberius 2.	579.
Mauritius.	583.
Phocas.	602.
Heraclius.	610.
Conſtantinus Heraclius.	641.
Heracleonas.	641.
Conſtans Iunior.	642.
Conſtantinus Pogonatus.	668.
Iuſtinianus Iunior.	686.
Leontius.	694.
Tyberius 3. Abſimarus.	697.
Philippus Bardanes.	711.
Artemius Anaſtaſius.	715.
Theodoſius Adramitenus.	715.
Leo 3. Conon Iſauricus, Iconomachus.	717.
Conſtantinus Copronymus.	741.
Leo filius Copronymi 4	775.
Conſtantinus Porphyrogeneta cum Irene matre.	780.
Irene ſola.	707.

IMPERATORES OCCIDENTIS.

Carolns Magnus.	800.
Ludouicus Pius.	814.
Lotharius.	840.
Ludouicus 2. Iunior.	855.
Carolus 2. Caluus.	875.
Ludouicus 3. Balbus.	877.
Carolus 3. Craſſus.	881.
Arnulphus.	888.
Vido, vel Guido.	891.
Lambertus.	892.
Ludouicus 4. Bozonis filius.	900.
Conradus.	911.
Berengarius.	915.
Henricus Auceps.	919.
Otho Magnus.	962.
Otho 2.	973.
Otho 3.	983.
S. Henricus Claudus.	1014.
Conradus.	1027.
Henricus Niger.	1046.
Henricus Senior 3.	1084.
Henricus Iunior 4.	1111.
Lotharius 2.	1133.
Conradus 3.	1139.
Fridericus Ænobarbus, coronatus ab Adriano 4.	1155.
Henricus filius Ænobarbi.	1191.
Philippus.	1199.
Otho contra Philippnm.	1199.
Fridericus 2.	1220.

Henricus Raſpen contra Fridericum.	1246.	Guntherus Schuuartzburg.	
		Carolus 4. Bohemus.	1346.
Guillelmus Hollandus contra Fridericum.	1246.	Venceſlaus.	1379.
		Robertus, vel Rupertus parùus.	1400.
Conradus cõtra Guillelmum.	1250.		
Richardus Anglus.	1258.	Sigiſmundus.	1411.
Alphonſus Hiſpanus contra Richardum.	1258.	Albertus 2.	1438.
		Fridericus Auſtrius.	1439.
Rodolphus Habſpurgenſis.	1273.	Maximilianus.	1496.
Adolphus Naſſauuius.	1292.	Carolus 5.	1519.
Albertus.	1299.	Ferdinandus.	1556.
Henricus 7. Lutzemburgenſis.	1308.	Maximilianus 2.	1564.
		Rodulphus 2. & Matthias fratres.	1576.
Fridericus Auſtrius.	1314.		
Ludouicus 4. Bauarus, contra Fridericum.	1314.	Ferdinandus 2.	1619.
		Ferdinandus 3.	1637.

IMPERATORES ORIENTIS.

Nicephorus Logothera.	802.	Michaël 5. Calephates.	1041.
Srauratus.	811.	Conſtantinus Monomachus.	1042.
Michaël 1. Curopalates, qui & Rangabes, cũ Theophilacto.	811.	Theodora & Zoe ſorores.	1054.
		Michaël 6. Stratonicus.	1056.
Leo Armenus.	813.	Iſacius Comnenus 1.	1057.
Michaël 2. Balbus.	820.	Conſtantinus Ducas.	1059.
Thraulus Iunior, contra quem Thomas Conſtantinus.	821.	Romanus Diogenes.	1068.
		Michaël 7. Ducas, & Parapinaceus.	1071.
Theophilus.	829.		
Michaël 3.	842.	Nicephorus Botoniares 3.	1078.
Baſilius Macedo.	867.	Alexius 1. Comnenus.	1081.
Leo Philoſophus 6.	886.	Ioannes Comnenus vulgò Caloioannes.	1118.
Alexander 2.	911.		
Conſtantinus cum Romano Leucapeno.	912.	Manuel, ſeu Emmanuel Comnenus.	1143.
Romanus Conſtantini filius.	960.	Alexius Comnenus 2. Infans ſtrangulatus noctu.	1180.
Nicephorus Phocas.	963.		
Ioannes Zemiſces.	969.	Andronicus Tyrannus.	1183.
Baſilius.	975.	Iſacius 2. Angelus.	1185.
Conſtantinus cũ Baſilio fratre.	975.	Alexius 3. Angelus.	1195.
Romanus Argyropitus.	1028.	Alexius 4. Angelus.	1203.
Michaël Paphlago 4.	1034.	Alexius 5. Ducas Murzuphlus.	1204.

FRANCORVM REGES.

MEROVINGI.

		562.	Chilpericus I.
		584.	Clotarius II.
420.	Faramondus regnare cœpit in Franciâ.	628.	Dagobertus I.
		633.	Clodoueus II.
429.	Clodio.	660.	Clotarius III.
448.	Meroueus.	664.	Childericus II.
456.	Childericus I.	667.	Chilpericus II.
482.	Clodoueus I.	667.	Theodericus I.
511.	Childebertus I.	690.	Clodoueus III.
511.	Clotarius I.	694.	Childebertus II.
562.	Charibertus.	711.	Dagobertus II.

FRANCORVM REGES.

715. Chilpericus III.
720. Theodericus II.
742. Childericus III.

CAROLINGI.

752. Pippinus.
768. Carolus Magnus Rex, poſteà Imp.
814. Ludouicus Pius Rex & Imp.
840. Carolus Caluus II. Rex & Imp.
877. Ludouicus II. Balbus.
879. Ludouicus III.
882. Carlomannus.
885. Carolus III. Craſſus Imp.
884. Carolus IV. Simplex.
929. Ludouicus IV. Tranſmarinus.
954. Lotharius.
976. Ludouicus V. Carolingorum Rex vltimus.

STIRPS CAPETINA.

987. Hugo I. Capetus dictus.
997. Robertus.
1017. Hugo II. Rex coronatus.
1032. Henricus I.
1060. Philippus I.
1108. Ludouicus VI. Craſſus.
1129. Philippus Rex coronatus.
1131. Ludouicus VII. Iunior.
1180. Philippus Auguſtus II.
1223. Ludouicus VIII.
1226. S. Ludouicus IX.
1270. Philippus III. Audax dictus.
1285. Philippus IV. Pulcher.
1314. Ludouicus X. Hutinus.
1316. Ioannes I.
1316. Philippus V. Longus.
1321. Carolus IV. Pulcher.
1328. Philippus VI. Valeſius.
1350. Ioannes II.
1369. Carolus V. Sapiens.
1380. Carolus VI.
1422. Carolus VII.
1461. Ludouicus XI.
1483. Carolus VIII.
1498. Ludouicus XII.
1515. Franciſcus I.
1547. Henricus II.
1559. Franciſcus II.
1560. Carolus IX.
1574. Henricus III.
1589. Henricus IV. Magnus.
1610. Ludouicus XIII. Iuſtus.
1643. Ludouicus XIV.

FINIS.

A1 1470429

[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google